DECRETVM GRATIANI

EMENDATVM, ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM,

Vnà cum gloſsis,

GREGORII XIII. PONT. MAX. IVSSV EDITVM.

Ad exemplar ROMANVM diligenter recognitum.



AVGVSTAE TAVRINORVM.
M. D. LXXXVIII.

Permiſſu, quorum intereſt.

Corpus iuris canonici

51992 b

Canon Law
BV
154
1588
v.1
t.2
folio

SECVNDA PARS DECRETI.

CAVSA PRIMA.

QVidam [a] habens filium, obtulit eum ditiſſimo cœnobio: exactus ab Abbate, & à fratribus decem libras ſoluit, vt filius ſuſciperetur: ipſo tamē (beneficio ætatis) hoc ignorante. Creuit puer, & per incrementa temporum, & officiorum ad virilem ætatem, & ſacerdotij gradum peruenit. Exinde ſuffragantibus meritis in epiſcopum eligitur, interueniente obſequio, & paternis precibus, data quoque pecunia cuidam ex conſiliarijs archiepiſcopi, cōſecratur iſte in Antiſtitem, neſcius paterni obſequij, & oblatæ pecuniæ. Procedente verò tempore nonnullos per pecuniam ordinauit: quibuſdā verò gratis benedictionem ſacerdotalem dedit: tandem apud metropolitanum ſuum accuſatus, & conuictus ſententiam in ſe damnationis accepit.

1.q. Hic primùm quæritur, an ſit peccatum emere ſpiritualia.

2.q. Secundò, an pro ingreſſu eccleſiæ ſit exigenda pecunia, uel ſi exacta fuerit, an ſit perſoluenda.

3.q. Tertiò, an ingreſſum, vel præbendas eccleſiæ emere ſit ſimoniacum.

4.q. Quartò, an iſte ſit reus criminis, quod eo ignorante pater admiſit.

5.q. Quintò, an liceat ei eſſe in eccleſia, vel fungi ea ordinatione, quam paterna pecunia eſt aſſecutus.

6.q. Sextò, an illi qui ab eo iam ſimoniaco ignoranter ordinati ſunt, abijciendi ſint, an non.

7.q. Septimò, ſi renuntians ſuæ hæreſi ſit recipiendus in epiſcopali dignitate, vel non.

QVAESTIO PRIMA.

1 ps QVòd autem ſpiritualia [b] emere peccatū ſit, probatur multorum auctoritate. Ait enim Leo Papa.

¶Simoniaci gratiam non pręſtant, quam vendere quærunt.

CAP. I.

1 GRatia A [c] ſi non gratis [d] datur, vel accipitur [e], gratia [f] non eſt. Simoniaci autem non gratis accipiunt:

QVidam.] CASVS. Expedito tractatu de ordinationibus, promotionibus, & officijs clericorum: accedit Gratianus ad negotia, quorum quædam ſunt ciuilia, quædam criminalia, in quorum proſecutione maiora minoribus præponit. Et quoniam omnia crimina reſpectu ſimoniæ nihil reputantur, vt j.ead. quæſt. 7. patet: ideo de ea præmittit quærens, an ſit peccatum ſpiritualia emere, de quo thema proponit, ſeptem eliciens q̄ſtiones.

ſecūda pars Decreti, q̄ ꝓlixa & iuridica ſerie cauſas complectit̄ 36. intermiſſo, De pœnitētia tractatu. 7. diſtinctiones continente.

a ¶Quidam.] quia hic tractatur de ſimonia, videamus quid ſit ſimonia, & vnde dicatur, quibus modis contrahitur, quis ad accuſandum vel teſtificandum in tali crimine admittatur, quę pęna imponatur, quę diſpenſatio circa tales admittatur. "Simonia enim eſt ſtudioſa [a] cupiditas vel voluntas emendi, vel vendendi, aliquid ſpirituale, vt j.ead. qui ſtudet.[b] nec oportet addi, vel annexum ſpirituali, propter illud cap. j.quæſt. 3. ſi quis obiecerit. videtur tamen quòd hoc addi debet. argum. extra de iure patrona. de iure. licet quidam dicant iuſpatronatus ſpirituale eſſe, & malè. De fructibus verò non eſt quæſtio: qa etiam dari porcis, & vendi poſſunt, vt extra ne præla. vic. ſuas. c. ſi. & de empt. & vend. cap. conſtitutus. "Dicitur autem ſimonia à Simone Mago, qui primò in nouo teſtamento huius ſceleris auctor extitit. Sicut enim Giezi in veteri teſtamento voluit vendere ſanitatem Naaman Syro regi, ſic & iſte voluit emere donum Dei, vnde Gieziticus eſt dicendus qui vendit gratiam: Simoniacus qui emit. vnde ſimoniaci ſunt appellandi emptores. Contrahitur autē tribus modis, à manu, ab obſequio, & à lingua, vt j.ead. ſunt nonnulli. Et contrahitur quandoque ex parte dantis. quandoque ex parte accipientis, quandoque ex vtraque, quandoque ex neutra. extra de ſim. ſi quæſtiones. & not. j.ea.q.5.c.1. Admittitur autē quilibet contra ſimoniacum, ſicut in crimine læſæ maieſtatis. 15.q.3. ſanè. ſi tamen clericus accuſatur, cum diſtinctione admittitur laicus, ſ. ſi eſt bonę famæ, contra eum: non tamen ſecundum diſtinctionem. extra de ſi. per tuas. 2.q.1. in primis. in ſi. Imponitur autem eis pœna quadruplex, quandoque excommunicatio, quandoque in monaſterium detruſio, vt j.c. reperiuntur. quandoque ſpoliatio omnium bonorum, vt 23.qu. 5. de Liguribus. quandoque depoſitio, vt hic, & in multis cap. Clerici enim deponuntur. vt j.ca. ſtatuimus. & ſunt infames, vt j.ea.q.3. c ſi. & accepta tenētur reſtituere. extra de ſimo. de hoc. j.ea.q.3. ſi quis dator. Diſpenſatur autem circa tales quandoque vt laicam habeāt communionem. vt j.ea.q.7.ca.1. & miniſtrant quandoque in minoribus ordinibus conſtituti, vt j.ea. q.5.c.1. quandoque remanent in acceptis. j.ea.q.7. ſaluberrimum. Quis autem valeat diſpenſare: habes j.ead.q.5.c.ſi. Ioan.

" Simoniæ definitio.

a Hoc apponitur ad excludēdū voluntatem, q̄ ſignis exteriorib⁹ ñ declaratur, q̄ ab eccleſia ñ punitur, qa ei⁹ ꝓbō non hr̄. 22. q.5.c.vlt.

b Adde ꝙ vbicūque in ſpūalib⁹ qs inuitatur ad lucrū eſt ſimonia. not. Bar. ī l. Titio cētum. ff. de cond. & de.

" Simonia dicitur à Simōe Mago.

QVod autem.] Hæc q. diuiditur in 15. partes, in quarum prima probatur 16. auctor. quòd pro miniſterijs eccleſiaſticis nihil debet dari. Ioan. de Fan. Scđa ibi, Quia. ergo Tertia ibi, Sed obijcitur. Quarta ibi, Item opponitur. Quinta ibi, Sed obijcitur. Sexta ibi, Sed notandum. Septima ibi, Patet ergo. Octaua ibi, Ex his. Nona ibi, Sed notandum. Decima ibi, Nemo. Vndecima ibi, Hoc ergo. Duodecima ibi, Ex his. Tertiadecima ibi, Sicut ergo. Quartadecima ibi, Quia ergo. Quintadecima ibi, Quolibet. Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur prima.q. in qua quæritur, an emere ſpiritualia ſit peccatum. & probatur quòd ſic, per ſequentia cap.

b ¶Spiritualia.] "Spiritualia autē dicuntur trib. modis. Vno modo dicuntur gratiæ virtutum, & dona Dei. hęc non poſſunt emi, vel vendi quantum in eis eſt, non enim conferuntur niſi gratis. j. ea.q.3. Saluator. & hic c.1. Quandoque dicitur dignitas ordinis, & omne ſacramentum eccleſiaſticum præter [c] matrimonium. Item & omnia iura eccleſiaſtica ſpiritualiū rerum, vt adminiſtrationes, ꝓbendæ, ius decimarū, cęmiteria, ordo. hæc vēdita transferuntur quo ad characterem tantū, non quo ad vitæ meritum. de facto enim nō de iure procedit in talibus venditio. "Quandoq; ipſæ res ſacræ vt vaſa, & omnia vtenſilia: hæc bene vēdunt̄ clericis, vel laicis cōflata & cōfracta, vt 10.q.2. hoc ius. In ſumma ergo ſcias, ꝙ pro ſpiritualibus incorporalibus, vt ſunt beneficia & ordines, quandoque munus datur ꝓ digno, nec eſt peccatum ſi eſt munus à lingua. j. ead. filium. ſed & obſequiū temporale, dum tamē ſine pactione. extra de cler. non reſi. de cętero. "De ſpirituali obſequio quin quandoque dari poſſit, nō eſt quæſtio, etiam ex conuentione. ext. de prębend. ſignificatum. imo ſemper præmiū aliquod debet interuenire, ſpirituale ſcilicet meritū hominis. talis enim ſimonia ſpiritualis non reprobat̄, ſicut nec ſpiritualis vſura. argu. 24.q.1. aduocauit. "Pecunia autem ꝓ ſpiritualibus incorporalibus nūquā interuenire dēt niſi in 5. caſib. In matrimonio. j.ea. qdquid. 32.q.2. honoratur. In operis etiam quas clericus non debet, vt ſi ſacerdos locat operas ſuas per annum. arg. ext. ne præl. vi. ſuas, c. vl. 12. q.2. charitatem. Idem eſt & ſi ſint debitæ, dum tamen ius dicat aliquid dādum. arg. 10.q.3. relatū. ext. de ſim. cū ſit. Item pro ſalute æterna, & peccatorū remiſſione. de pę diſ. 1. medicina. 13. q.2. aīæ. Itē ſecundum quoſdam pro iure ſibi competēte, ne vexet̄ in eo. j.ea.q.3. q̄ſitum. ext. de vſur. c.1. & ext. de ſim. dilectus. Spūale aūt pro ſpūali permutari poteſt. ext. de rer. perm. ad qōnes. Pro ſpūalibus autem corporalibus pecuniam dare non eſt ſimonia, vt pro calice, pro libro. 12.q.2. aurū. niſi inueniat̄ ꝓhibitum, vt in eccleſia, in cęmiterio & chriſmate, vt j.e. placuit.

" ſpiritualia trib⁹ modis dicuntur.

c Vide ſ. di 23. c. his igitur. ver. pro bn̄ficijs. & Turrecre. j. ſup c.j. ad 3.

" Res ſacræ q̄nque pn̄t vendi.

1 Deuſd. in tract. de Simonia.

" dari aliqd ꝓ reb. ſpūalib. incorporalibus, an liceat.

"Pecunia ꝓ ſpūalib. interuenire ñ dēt, niſi in 5. caſibus.

GRatia.] CASVS. Dicit̄ in hoc c. ꝙ non eſt gratia, q̄ nō eſt gratuita. Simoniaci igit̄ qui dant ꝑtium, gratiam nō accipiunt, quia gratia in reb. eccleſiaſticis operat̄, q̄ ſi non accipiunt, non hn̄t: ſi eam non hn̄t, alijs eā dare non pn̄t. Quid ergo dant ſimoniaci? Vtiq; ſpiritum mendacij, quem ſolū hn̄t. ¶Hug. verò ſic ponit caſum. Dicit enim ꝙ Leo hic intendit dicere, ꝙ ſimoniaci qui pretio ordinantur, gratiam cum ordine non recipiunt, & ideo cum alios ordinant, gratiam quā nō hn̄t, cum ordinibus non conferunt, ſed ſicut cum peccato ordinati ſunt, ita cum peccato alios ordinant. Quòd aūt gratia non detur cum ordo pretio tribuitur, præmittitur in princ.c.

c ¶Gratia.] i. donū ſpūs ſcī, vel eccleſiaſtica dignitas, vel ordo.

d ¶Si non gratis.] ſine munere aliquo non debito.

e ¶Accipitur.] Arg. contra 23.q.4. ille gladium. quia ille dicitur gladium accipere, qui illicitè accipit.

f ¶Gratia.] id eſt, cum gratia, id eſt, cum charitate, id eſt, non confertur gratia niſi gratis, &c.

igitur gratiam, quæ maximè in eccleſiaſticis ordinibus operatur, non accipiunt. Si autē non accipiunt, non habent: ſi autem non habent, nec gratis, nec non gratis cuiquam dare poſſunt. [a] Quid ergo dant? profectò, quod habent: quid autem habent? ſpiritum [b] vtique mendacij. Quomodo hoc probamus? quia ſi ſpiritus veritatis (teſtante [c] ipſa veritate, de qua procedit) gratis accipitur, proculdubio ſpiritus mēdacij eſſe conuincitur, qui nō gratis accipitur.

A ¶Gratia.] *Simillima primis verbis huius c. habentur in epiſtola Leonis I. Nicetæ Aquilegienſi Epiſcopo ſcripta, quæ eſt 84. Loquens enim de gratia ait*, quæ niſi gratis detur, non eſt gratia, ſed merces. *Reliqua apud ipſum non ſunt inuenta.*

Item Gregorius Syagrio Epiſcopo Auguſtudunenſi, lib. 7. ep. 110.

¶Inaniter ſacerdos dicitur, quicunque ſimoniacè ordinatur.

CAP. II.

[1] QVicunque ſtudet [d] pretij datione ſacrum ordinem mercari, dum non officium, ſed nomen attendit, ſacerdos non eſſe, ſed dici tantummodo inaniter concupiſcit. [e]

¶*Caput hoc ex originali eſt emendatum, & locupletatum.*

Item ex regeſto.

¶Spolietur honore, qui eccleſiam per pecuniam obtinet.

CAP. III.

[2] PResbyter ſi per pecuniā eccleſiam obtinuerit, nō ſolùm eccleſia priuetur, ſed etiam ſacerdotij [f] honore ſpolietur: quia altare, & decimas, & Spiritum ſanctum [g] emere, vel vendere, ſimoniacam hæreſim [h] eſſe nullus fidelium ignorat.

¶ *Non eſt inuentum in regeſto B. Gregorij, vnde videtur citari: ſimilia habētur apud Gregorium vij. lib. 6. reg. in indice concilij eo anno habiti, & in concilio Turonenſi ſub Carolo magno, c. 15. in Remenſi, c. 21. Maguntino ſub Rabano, c. 12. & altero Maguntino ſub Arnulpho, c. 5. & infra ead. q. 3. c. altare, quod ibi citatur ex Paſchali.*

Idem Gregorius I. d. epiſto. 110. *lib. 7.* [3]

¶De eodem.

CAP. IIII.

[4] BEnedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc [i], vt fiat hæreticus, promouetur.

¶*In aliquot vetuſtis exemplaribus cap. hoc coniunctum eſt ſuperiori, & præter epiſtolam* 110. *indicatam, eadem ſententia habetur lib. 4. ep. 55. & lib. 5. ep. 107. epiſcopis Epiri.*

Idem in eodem.

¶ Partem habebit cum Simone, qui contra ſimoniacos vehementer non exarſerit.

CAP. V.

[5] QViſquis per pecuniam ordinatur, ad hoc vt fiat hæreticus promouetur. Quiſquis ergo contra ſimoniacam, & neophytorum [k] hæreſim pro officij ſui loco vehementer non exarſerit [l], cum eo ſe non dubitet habiturum portionem, qui prius cōmiſit hoc piaculare [m] flagitium.

¶*Verba prorſus ipſa huius cap. non ſunt inuenta in epiſtolis B. Gregorij. Verùm Paſchalis Papa II. (vt eſt apud Iuonem, ac Polycarpum) citat hæc ex ipſo B. Gregorio: ac ſimillima prioris partis huius c. ſunt libro 4. ep. 55. & 56. poſterioris verò partis, lib. 10. epiſ. 33. Victori Epiſcopo: Et Ioannes Diaconus, lib. 3. c. 4. ſcribit generalem ſententiam à B. Gregorio contra ſimoniæ & neophytorum hæreſim prolatam in epiſtola Victori ſcripta contineri. Capitulum 42. concilij Meldenſis a b Iuone p. 5. c. 75. citatum partim conuenit cum ipſa epiſtola Victori ſcripta, & partim cum iis, quæ Iuo, & Polycarpus citant ex Paſchali, & cum his, q̃ hoc loco refert Gratianus. De qua hæreſiè Gallia eijcienda Gregorius lib. 4. epiſt. 51. ſcribit Virgilio Arelatenſi, & lib. 7. epiſt. 110. Syagrio, & alijs epiſcopis Galliæ.*

Item Gelaſius Papa ad epiſcopos per Lucaniā cōſtitutos, epiſt. 1. c. 26.

a ¶*Poſſunt.*] Arg. „ quemquā non poſſe dare quod non habet. 1. q. 7. Daibertum. ff. de reg. iu. nemo. de conſec. diſt. 4. quo modo, j̃. ead. q. qui perfectionem. de conſec. diſt. 4. ſolet. Contra, creditor diſtrahit pignus, cuius dominium non habet. Vnde argum. contra, ff. de acq. rer. dom. non eſt nouum. & ext. de elect. ſuffraganeis. Ioā. Solut. generale eſt, quòd nemo iure dare poteſt quod non habet. fallit in certis caſib⁹. B.

« Nemo dat quod non habet.

b ¶*Spiritum mendacij.*] id eſt, effectum diaboli, "qui pater eſt mendacij: quia iſti ſunt mēdaces, cum ſint hęretici, & omnis hęreticus mendax eſt, infrà ead. ſi quis inquit. vel dic ſpiritum, id eſt, characterem ſine executione.

« Diabolus eſt pater mendacij.

Matth. 10.

c ¶*Teſtante.*] cum ait, Gratis accepiſtis gratis date, &c. arg. à contrarijs. " contraria enim contrarijs opponuntur, s̃. diſt. 9. c. 1. & 25. q. 2. deceſſorum. & 24. q. 2. ſane. 32. diſt. hoſpitiolum. 5. q. 6. delatori. & de pœn. diſt. 2. c. 1. & vide quod no. 8. q. 1. ſciendum. iuxta fi.

« Contraria contrarijs opponūtur.

QVicunque.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd quicunque per pecuniam eſt ad ſacerdotium promotus, in veritate non eſt ſacerdos, ſed tantùm nomen ſacerdotis habet inane.

d ¶*Studet.*] "Hic ergo ſola voluntas facit hominem ſimoniacum, vt j̃. ead. reperiuntur. & q. 3. non ſolum. ſicut ſpes ſola facit hominē vſurarium, vt 14. q. 3. c. 1. Item hic voluntas ſine effectu imputatur. [a] & dicit Baz. quòd huiuſmodi peccatum ſi non proceſſerit ad actū, ſola voluntate deletur, ſicut & ſola voluntate commiſſum eſt. arg. ext. de reg. iu. omnis. Vel intellige hoc verbum, ſtudet. cum effectu. j̃. 36. q. 2. ſi quis non dicam. contra. arg. s̃. diſt. 51. ſi quis poſt. contra s̃. diſt. 19. Anaſtaſius. s̃. diſ. 50. is verò qui contra. 6. q. 1. §. verum. 50. di. ſi qs poſt. Io. Sol. "hodie ſola pœnitentia ſine reſignatione quæſitorum ſufficit, cum ſimonia in aīo gerebatur vtrinque, vt extr. de ſim. c. fi. B.

« Voluntas ſola facit ſimoniacum.

1 Pol. l. 2. ti. 1. Anſ. l. 6. c. 79.

a Sub. & punitur, & hoc pbāt cōcor. q. j̃. prox. p cōtrarijs inducūtur. De hoc no. 6. q. 1. ſi quis cū. Arch.

2 j̃. e. q. 3. c. altare.

« Simonia qūo deletur

e ¶*Concupiſcit.*] i. ex ſua concupiſcentia, ſequitur, vt inaniter dicatur ſacerdos.

PResbyter.] CASVS. Dicitur hic quòd ſi quis emit eccleſiam per pecuniam, & eam perdet & prætere a deponi debet: quia emere decimas, vel altaria eſt ſimonia. Seq. c. patet.

f ¶*Sacerdotij.*] Hoc verum eſt, "ſi in modum accuſationis eſt conuictus. ſed ſi in modū exceptionis, ſecus, vt ext. de acc. ſuper his. [b] Item, ſi in modum inquiſitionis conuincitur, tunc priuatur beneficio, & non ordine. ext. de ſim. dilectus. 2. Dic vt in decretal. inquiſitionis. quandoque etiam non priuatur omnibus beneficijs in eo caſu, vt ext. de ele. per inquiſitionē. Item regulariter hæc vera ſunt, quòd perdit propria beneficia, ſi eo ſciente fuerit data pecunia. aliàs ſine culpa ſua priuaretur eo quòd eſſet legitimè adeptus, vt 16. q. 7. inuentum. Item nec ipſum beneficium nec ordinem perdet, ſi in fraudem ipſius fuerit data pecunia, vt extra de ſimo. ſicut. & cap. nobis, j̃. q. 6. §. vltimo.

« ſimoniac⁹ duob. mod. pt cōuinci.

b Ad .idē ff. de his q no. infa. Luci⁹. & eſt rō ext. de exce. c. 1. §. vlt. & de or. co. cum dilect⁹. ĩ fi.

3 j̃. c. cum liqueat.

g ¶*Et ſpiritum ſanctum.*] id eſt, ordinem, & alia officia, quæ dona ſunt ſpiritus ſancti.

4 Poly. ibid. Anſ. l. 6. c. 80. Bur. l. 1. c. 21. Iuo p. 5. c. 75. & 112.

h ¶ *Simoniacā hæreſim.*] Ar. j̃. e. q. 3. altare, j̃. ea. q. 1. quicunque ſacros. j̃. ead. q. 5. c. 1.

B*enedictio illi.*]

i ¶*Ad hoc.*] id eſt, qui ſic honorem accepit, hæreſim incurrit. Eſt enim, vt, conſecutiuū, [c] non cauſatiuū, vt diſt. 74. conſuluit. & 3. q. 7. §. item. & 6. q. 1. ex merito. Et eſt ſimile, Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum, ſimile C. d̄ obſe. pa. p̄ſt. ſi manumiſſori. & ff. ad l. Aquil. l. ſi ex plagis. §. 1. ſic & C. de iudic. properandum. in princ.

c Concord. tex. in l. Mæuia. cū gl. ff. de le. 3. & l. cū delanionis. §. itē ſi fundo. ff. de fun. inſt. & l. Lucius. §. d̄ collegio. ff. de leg. 3.

QViſquis p pecuniā.] CASVS. Dicitur hic, quòd ſi quis per pecuniam ordinatur, ipſum eſſe hæreticum eſt manifeſtum. & qui contra talem vehementer non inuehitur, velut particeps criminis deponatur.

5 Cōc. Med. c. 42. Deuſde. p. 2. Pol. l. 2. ti. 1. Iuo p. 2. c. 84. & p. 5. c. 77.

k ¶ *Neophytorum.*] quia à Neophyto. ſ. à Simone ortum habuerit: qui de nouo ad fidē conuerſus fuit: vel qa neophyti ſolebant dare pecuniam, vt citò promouerentur: quia aliàs non poterant, vt 48. diſt. c. 1.

l ¶*Exarſerit.*] vt infra eodem, quicunque. & cap. placuit. " hoc verum eſt ſi poteſt probare illud, aliàs non noceret ei taciturnitas, vt 2. quæſtio. 7. plerique. ſed ſi non poteſt probare, faciat quod dicit Auguſt. 22. quæſtio. 5. hoc videtur. Item & ſi probare poteſt, & ſi timeatur ſcandalum, tūc faciat id quod legitur 24. q. 3. tam ſacerdotes. 2. quæſt. 3. fortè.

« Taciturnitas in puniēdo ſimoniacum nocet.

m ¶*Piaculare.*] "ideo dicitur piaculare, quia ſecundum leges comparatur ei quod morte expiatur. 15. q. 3. ſanè. 5. q. 6. delatori, &c.

« Piaculare flagitium.

Quos

Q Vos conſtiterit.]C A S V S. Dicitur in hoc c. quòd conuicti de ſimonia deponi debent; nõ ſine pœna ſimoniã committentes, tam dantes, quàm accipientes, cum ſint ſimoniaci, vt lectio actuum Apoſtolorum teſtatur.

a ¶*Quos.*]hic vacat argum. à contrario ſenſu. ꝫ. ea. q. 3. Saluator. ver. quiſquis. ibi, propter ſua lucra. argu. ꝫ. c. ſi quis. epiſcopus. arg. s. diſt. 61. miramur.

b ¶*Sacra lectio.*]“ actuum Apoſtolorum, cum dixit, Pecunia tua tecum ſit in perditionem. ꝫ. c. prox. & c. qui ſtudet. & cap. Petrus. Ioan.

“ ſacra lectio.

1 Pol. l. 7. ti. 6. Deuſd. p. 2. Burc. l. 1. c. 22. Iuo p. 5. c. 76.

R Eperiuntur quamplurimi.]C A S V S. Quidam obliti verborum Petri dicentis ad Simonem, Pecunia tua tecum, &c. epiſcopatus per pecuniam acquiſierunt, & licet de hoc iam pœna fuerit ſtatuta, Ambroſius tamen huic vulneri canceroſo ferrum ignitum apponit, ſtatuentes, vt quicunque detectus fuerit ſimoniam commiſiſſe, à communione altaris ſit ipſo iure ſuſpenſus, & ſi per accuſationem fuerit depoſitus, in monaſterium detrudatur. Venditor verò puniatur, vt emptor. Si verò laicus ſit qui ſimoniam committit, excommunicari debet.

2 Anſ. l. 6. c. 85.

c ¶*Velle.*]“ita ſola voluntate eſt ſimoniacus. [a] hoc intelligo de voluntate ad actum ali quem exteriorem producta: alias non eſt ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ. & ſic etiam exaudi. ꝫ. ead. qui ſtudet. & s. e. quicunque. 24 diſt. quando epiſcopus. extra de ſimon. tanta.

† al. negotiatione.

“ ſimoniac[9] an qs fiat ſo la volũtate.

a De hoc ẽt s. e. qcunq;. & dicã ꝫ. eo. eos. ibi videas. Arch.

Act. 8.

d ¶*Quia & vſitatum.*] arg. quòd mos [b] non excuſat à crimine. ꝫ. c. q. 3. c. fi. argum. contra. 63. diſt. Agathoſa. & c. quia. s. diſt. 4. denique. ꝫ. 3 2. q. 4. obijciuntur.

b Mos. Sed an à pœna gl. Ant. But. c. vl. ď cõſu. Lu. Ro. i ſin gul. char. 1.

e ¶*Succiſum.*]per canones.

f ¶*Inijcimus.*]Hoc dicit quia adiecit pœnam. Vel dic, inijcimus, id eſt, iniectum eſſe oſtendimus. &c.

† al. diuini doni.

¶ Simonis damnatio dantem & accipientem pariter inuoluit.

CAP. VI.

1 Q Vos [a] conſtiterit indignos meritis ſacrã mercatos eſſe pretio dignitatem: conuictos oportet arceri, non ſine periculo facinus tale perpetrantes: quia dantẽ pariter, & accipientem damnatio Simonis, quam ſacra lectio [b] teſtatur, inuoluit.

Item Ambroſius A *in libro paſtorali.*

A ¶Ambroſius.] *Caput hoc in libro paſtorali B. Ambroſij vnde citatur, non eſt inuentum. Habetur tamen in concilio Toletano* 8. *cap.* 3. *quem canonem integrum Anſelmus, libr.* 6 *c.* 85. *patem verò ipſius Iuo p.* 5. *c.* 83. *ex dicto concilio citãt.*

¶ Anathematis ſententia damnatur, qui ſimoniacè ordinatur.

CAP. VII.

2 R Eperiuntur quamplurimi negotio† muneris perituri, mercari velle [c] gratiam Spiritus ſancti: dum vile pretium donant, vt pontificalis ordinis ſublime culmen accipiant, obliti verborum Petri, qui dixit ad Simonem § Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniã donum Dei exiſtimaſti per pecuniam poſſideri. § Proinde, quia & vſitatũ [d] eſt tantum malum, & maiorũ frequenter conſtat mucrone ſucciſum [e]. Nos quoque huic vulneri canceroſo ignitũ (quod ſupereſt adhuc) inijcimus [f] ferrum, decernentes omnino, vt quicunque deinceps propter accipiendam ſacerdotij† dignitatem quodlibet prĕmiũ fuerit detectus obtuliſſe, 3 ex eodem tẽpore ſe nouerit anathematis [g] opprobrio condemnatum [h], atque à participatione Chriſti corporis & ſanguinis alienum: ex quo [i] illum conſtat execrabile Chriſto perpetraſſe flagitium. Quòd ſi aliquis extiterit [k], qui accuſet, ille, qui hunc ordinem munerum fuerat datione lucratus, & ſuſcepto honoris gradu priuetur, & in monaſterio ſub perenni pœnitentia retrudatur †. Illi verò, qui hac cauſa munerum acceptores extiterint, ſi clerici fuerint, honoris amiſſione mulctentur, ſi verò laici, anathemate perpetuò [l] condemnentur.

Item ex concilio Chalcendonenſi, cap. 2.

¶ Damnatur epiſcopus, qui per pecuniam ordinationem facit.

CAP. VIII.

4 S I qs epiſcopus [m] per pecuniam ordinationẽ fecerit, & ſub pretio redegerit [n] gratiam, quæ vendi non poteſt, ordinaueritque per pecuniam epiſcopum, chorepiſcopum, presbyterum, aut diaconum, vel quemlibet de his, qui connumerantur in clero, aut promouerit per pecunias diſpenſatorem [o], aut defenſorem [p], vel manſionarium, vel quemquã [q] omnino, qui ſubiectus eſt regulę, pro ſuo turpiſſimi† lucri cõmodo, is, qui hoc attẽtaſſe probatus fuerit, proprij gradus periculo ſubiacebit, & qui ordinatus eſt, nihil ex hac ordinatione, vel promotione, quæ eſt per negotiationem facta, proficiat, ſed ſit alienus ...

h ¶*Condemnatum.*]à ſtatutis patrum ipſo iure ex genere delicti. 3. q. 7. §. porrò.

i ¶*Ex quo.*] “ quaſi dicat, ex eo tempore ſit excõicatus, vel ſciat ſe condemnatum, ex quo tpe conſtat vobis, &c. q. d. ex eo tpe ſit excommunicatus, vel ſciat ſe condemnatũ, ex quo tpe perpetrauit crimen. & eſt ſi. in cri. læſæ maieſt. arg. C. ad l. Iul. ma. quiſqs. ver. donationes, &c. Et ita illud verbũ, ex quo, determinat verbum, perpetraſſe. & ſecundum hunc intellectum ẽ occultus ſimoniacus ſuſpenſus eſt. Vel determinat hoc verbum, cõſtat, & tunc eſt ſenſus. ex quo conſtat eum ſimoniacum, tunc demum erit ſuſpẽſus. hoc vltimum dicebat Mar. Hiſpan.

“ Peccator quilibet occult[9] eſt ſuſpenſus.

3 Iuo par. 5. c. 83.

k ¶*Extiterit.*] hoc verum eſt, ſi poteſt probare illud: alias non nocet ei taciturnitas, vt 2. q. 7. plerique. [d] Sed ſi non poteſt probare, faciat quod dicit Auguſtinus. 22. q. 5. hoc videtur. Item & ſi probare poteſt, & timeat ſcãdalum, faciat id quod legitur 24. q. 3. tam ſacerdotes. & 23. q. 4. forte. Ioan.

† al. religetur.

d Add' an & qñ taciturnitas nocേat, no. in l. ſi lius. §. inuitus. ff. ď pc. gl. in l. qñ. §. 1. in gl. pucnit. ff. loc.

l ¶*Perpetuò.*] “ſ. quouſq; emendet. ſi. ext. de conſt. ex literis. 27. q. 1. de viduis. ar. 2. q. 5. quã to. Vel perpetuò, i. perpetua ſeparatione à corpore Chriſti, i. vſq; ad finẽ vitæ, ẽt ſi ante pœniteat, & hoc eſt in criminis deteſtationẽ. arg. ff. pro ſoc. l. 1. Vel ppetuò, i. continuo. ar. ff. de ſer. vr. præd. foramen.

“ Excõicat[9] ppetuò tripliciter exponitur.

4 Pol. l. 2. tit. 37. Anſ. l. 6. c. 88. Bur. l. 1. c. 112. Iuo p. 5. c. 118. Pan. l. 3. c. 118.

S I quis epiſcopus.] C A S V S. Dicit hic, ſi qs eps in eccleſia p pecuniam aliquem in clericum cuiuſcunq; ordinis ordinauerit: aut diſpenſatorem, aut defenſorem p pecuniam fecerit, ordinator conuictus deponit: & ordinatus ſimiliter locũ ſuũ perdat. Mediator verò ſi clericus eſt, deponat, ſi laicus eſt, excõicetur. Seq. duo c. plana ſunt.

† al. turpiſſimo.

m ¶*Si quis epiſcopus.*] hucuſq; introduxit capitula de ſimonia, quæ fit ab accipiente. Nunc introducit vſque ad §. quia ergo. capitula tam de accipiente, quàm de dante ordinem, vel aliud ſpirituale per pecuniam.

g ¶*Anathematis.*] Arg. quòd ipſo iure ſit anathematizatus clericus ſimoniacus, vt ꝫ. e. q. quicunque. & c. placuit. Vel dicit anathema ſeparationem à corpore & ſanguine Chriſti: vnde ſubdit atque, pro, id eſt, &c. nam poſtea excommunicandus eſt. ꝫ. ea. q. qui ſtudet. & q. 3. ex multis. quod eſt pro quolibet mortali peccato. ſed ad deteſtationem ipſius [c] dicitur, quòd generaliter intelligitur. hoc tamen eſt ſpeciale in notorio crimine fornicationis, & ſimoniæ quòd ſuſpenſi ſunt, vt di. 32. §. verum. ſed arg. tamen eſt, quòd ſimoniacus nõ ſit ipſo iure ſuſpenſus. ext. de cele. tuę. Dicas ergo, quòd omnis peccator occultus ſuſpenſus eſt quo ad ſeipſum, vt ꝫ. ead. ſacerdotes. “ſed ſimoniacus ſuſpenſus eſt quo ad ſe, & quo ad alios, vt extr. de ſimo. tanta. & hoc verum eſt de illo, qui emit ordinem. talis enim pœnitere non põt, cum rẽ ſurtiuã hẽat. vt 14. q. 6. ſi res.

c ſc. crimine ſimoniæ, & ſic anathema ſumitur hic proprię.

“ Simoniacus, an ſit ipſo iure excõicatus.

n ¶*Redegerit.*] quantum in eo eſt. arg. 49. diſt. c. vlt. ff. de recep. arb. l. Celſus. de conſec. diſt. 4. c. quæris.

o ¶*Diſpenſatorem.*] i. œconomum, vel quemlibet eccleſiaſticarum rerum adminiſtratorem, vt præpoſitũ, œconomũ, & vicedominum. s. ea. quos conſtiterit. ꝫ. ea. q. 3. Saluator. Hug.

p ¶*Defenſorem.*] i. aduocatum, vel iudicem, vel caſtaldum. “ Hic collige, quòd caſtaldiam emere eſt peccatum. nam diſpẽſationem religioſæ domus emere eſt peccatum.

“ Caſtaldiã emere peccatum eſt.

q ¶*Vel quemquam.*] i. archipresbyterum, archidiaconũ, monachum, vel quemlibet officio eccleſiaſtico mancipatum, vt dicitur ꝫ. ea. q. 3. Saluator. hoc exaudi per id quod legitur. 18. q. 2. quidam. in auth. de ſan. epiſ. §. ſed neque. coll. 9.

nus à dignitate[a], vel ſolicitudine[b], quam pecunijs acquiſiuit. Si quis verò mediator[c] tam turpibus, & nefandis datis, vel acceptis extiterit, & ipſe, ſiquidem clericus fuerit, proprio gradu decidat: ſi verò laicus, aut monachus, anathematizetur.

Item ex octaua A *ſynodo.*

¶A ſacerdotio eſt alienus, qui per pecunias ordinat, vel ordinatur.

CAP. IX.

1 QVi per pecunias quemquam conſecrauerit, vel ab alio conſecratus eſt, alienus à ſacerdotio[d] fiat.

A ¶Octaua.] *In aliquot vetuſtis exemplaribus caput hoc citatur ex ſeptima ſynodo, in qua capitulo quinto refertur canon trigeſimus Apoſtolorum ad hanc rem faciens. In epiſtola autem Taraſij ad Hadrianum Papam (quæ in exemplaribus Bibliothecæ Vaticanæ, & alijs, eſt in fine ipſius ſeptimæ ſynodi) refertur canon 22. ſynodi, quæ in Trullo, his verbis,* Eos, qui p pecunias ordinati ſunt, ſiue epi, ſiue quicūq; clerici, & non ſecundum probationem, & vitæ optionem, deponi pręcipim': ſed & illos, q hos ordinaſſe noſcuntur. *Extat etiam hac de re epiſtola Baſilij ad epiſcopos ſibi ſubiectos.*

Item Calixtus Papa.

¶Nec ordinari, nec promoueri in eccleſia Dei per pecuniam aliquis valet.

CAP. X.

SAnctorum Patrum exempla ſequentes, & officij noſtri debito innouantes, ordinari quemquam per pecuniam in eccleſia Dei, vel promoueri, auctoritate ſedis Apoſtolicæ modis omnibus prohibemus. Si quis verò in eccleſia ordinationem, vel promotionem taliter acquiſierit, acquiſita prorſus careat dignitate.

¶*Eſt Calixti ſecūdi, qui paulò ante Gratianum vixit, & aliquot concilijs à ſe habitis contra Simoniam, & inueſtituras eccleſiarum, quas Germanici Imperatores vſurpauerant, multa decreuit: de quibus Abbas Vuſpergenſis ab anno Domini* 1118. *in quo electus eſt Pontifex, vſque ad annum* 1124. *accurratè ſcribit.*

Item Gregorius Nazianzenus.

¶De eodem.

CAP. XI.

2 QVi ſtudet[e] donum Dei pretio mercari, in ſacro ordine[f] nulla ratione de cætero permanere[g], aut reuocari poſſe dubium non eſt. Talis à communione[h] omnibus modis abſcindatur. Nam Spiritus ſancti donum pretio comparari, quid aliud eſt, quàm capitale[i] crimen, & ſimoniaca hæreſis 3? quod quàm deteſtabiliter in vtroque teſtamento vindicatum ſit: multorum exemplis facilè apparet. Giezi 4 gratiā ſanitatis Naaman Syro vendidit, eandē gratiam ſanitatis[k], Heliſæo vindicāte, leproſus factus amiſit. Iudas[l] omniū redemptorem vē-

a ¶*A dignitate.*] id eſt, à prælatura.

b ¶*Vel ſolicitudine.*] i. adminiſtratione.

c ¶*Mediator.*] item nota infamię iſti percelluntur, vt j. qō. 3. c. vlt. hi omnes ſimoniaci ſunt, nec recipiuntur ad teſtimonium, vt extra de teſt. veniens. Huiuſmodi autem mediator, dum tamē non participauerit, recipitur teſtis in crimine ſimoniæ. extra de ſimo. §. quamuis. quod tamen ſubaudi cum vita accuſati ante talis extiterit. arg. 2. q. 1. in primis. in fin. In alijs autem contractibus non recipitur interuentor in teſtimoniū, niſi de voluntate partium. in authen. de teſti. §. quoniam verò. col. 7. Nota ergo, quòd in criminibus nō exceptis. ſc. adulterij, & homicidij, & huiuſmodi, quicunque admittitur ad accuſandum, & ad teſtificandum, vt 4. q. 3. c. 1. arg. à contrario ſenſu. nam tantùm integrę famæ admittuntur in illis, niſi propriam iniuriam proſequantur. 4. q. 6. omnibus. in quo caſu non admitterentur ad teſtimonium. vt extra de teſtibus. de cętero. "& ſecundum Hug. eadem ſeruatur regula in exceptis: quia nec ad accuſandum nec ad teſtificandum admittuntur teſtes, niſi ſint integrę famę, niſi accuſatus antea malæ extiterit opinionis. arg. 2. q. 1. in primis. Sed lex canonica ſecus in exceptis dicit. nam admittit infamem ad accuſationem contra quemlibet clericum, qui prauæ opinionis eſt: arg. extra de ſimon. c. tanta. ſed non ad teſtificandum, niſi aliqua præeunte præſumptione. arg. extra de ſimo. licet. verſ. præſertim. cum alia, &c. Nam teſtes in his criminibus torquendi ſunt. 4. q. 3. §. item in criminali. verſic. item ſi res exegerit. 5. quæſtio. 5. illi qui. in aut. de teſti. §. ſi verò ignoti. col. 7." ſed tormenta ſine pręſumptione non ſunt infligenda. extra de reg. iu. cum in contemplatione. ff. de quæſtio. l. 1. C. e. ti. milites. §. oportet. No. tamen, quòd non niſi præeūte præſumptione admittitur crimino ſus teſtis in exceptis: nō tamen quilibet: quia non inimicus, non conſpirator, ext. de ſim. licet. in fi. licet ibi ageretur non criminaliter, ſed denuntiatiuè. ibi etiam exaudi tales non fuiſſe admiſſos de rigore iuris, ſed ſecundum temperantiam æquitatis. Præterea ibi accuſatus excipiebat de minoribus criminibus contra eos, quā de quo ipſi teſtificabantur, maximè cum de crimine iam eſſent emendati. ext. de ſim. per tuas. & de hoc dixi 2. q. 1. in primis. in fi. 15. q. 3. ſanè. Ioan.

ADDITIO. Et 79. diſtinctio. ſi quis Papa. ibi videas. Archidiaco.

d QVi per pecunias.] ¶*A ſacerdotio.*] "cuius nomine q libet ordo eccleſiaſticus intelligitur, præſertim ſacer, vt ſ. diſtin. 81. ſi qui ſpiam. 23. q. 4. Guiliſarius. §. 2. Vel expone, à ſacerdotio, id eſt, ab adminiſtratione temporalium.

1 Nouel. 6. c. 1. & nou. 123. c. 3. apud Iulianū antecessorem. Anſl. 6. c. 7. Iuo par. 5. c. 121.

" Teſtes in criminibus exceptis q debent admitti.

"tormēta n̄ ſunt ſine p̄ſumptione infligenda.

"ſacerdotiū quēlibet ordiné eccleſiaſticū cōp̄rehendit.

QVi ſtudet.] Dicitur in hoc c. quòd qui ſpiritualia emit, deponi debet, nec poterit de iure communi amplius reuocari. "Quòd autem deteſtabile ſit crimen ſimoniæ, quatuor exemplis probatur. Primò exemplo Giezi, qui propter ſimoniam, quam commiſit, factus fuit leproſus. Secūdò exemplo Iudæ, qui vendidit redemptorem omniū: propter quod laqueo ſe ſuſpēdit. Tertiò exēplo Simonis magi, qui propter ſimoniam quā committere voluit, fuit à Petro dānatus. Quartò exemplo Chriſti, q omnibus peccatoribus in templo dimiſſis, ſolos ſimoniacos in deteſtationem criminis excluſit. In fi. dicit, ꝙ qui ſimoniaci ſunt, Spiritus ſancti gratiam habere non poſſunt.

CASVS. Dicitur, ꝙ ſimoniacus non poſſit in ordine remanere, ſed talis à communione remouendus eſt: & quàm graue ſit peccatum, probat exemplo Giezi, Iudæ, Simonis, & Domini, q vendentes eiecit de templo.

e ¶*Studet.*] cum effectu. verba enim ſunt recipienda cum effectu. ff. quod quiſque iu. l. 1. ext. de cler. non reſi. relatum. vel ſufficit, quòd det operam.

f ¶*Ordine.*] "bene dicit, ordine: quia ſi qs emit ordinē, non poteſt diſpēſari circa ipſum, vt j. ead. erga. & ext. de ſimo. nobis. in fin. niſi à patre ſuo, & eo ignorāte eſſet emptus ordo, tūc diſpenſari poſſet. j. q. 5. c. vl. Sed ſecus eſt in beneficiorū emptione. cū. n. renūtiat quis bn̄ficio empto pōt in illo, vel in alio tolerari, vt j. e. q. 5. c. 1. & in decre. de ſimo. ex inſinuatione. Illa tn̄ decre. loquitur cum à patre ipſo ignorante eſt commiſſa ſimonia.

g ¶*Permanere.*] j. eo. ſi quis. niſi ex diſpenſatione. j. ea. q. 5. pręſentium.

h ¶*A communione.*] "nunquid pro ſola voluntate eſt excōicandus quis, cum ſit ſimoniacus? Certè non: quia ex voluntate non ſcandalizatur eccleſia, niſi proceſſerit in actum. arg. 24. q. 3. Deus. & di. 32. erubeſcant. & intellige à communione. ſ. fidelium. ab alia ipſo iure ſeparatus eſt etiam occultus, quod tenendum eſt, ext. de ſim. c. tanta. Ioan. quod fortè hodie correctum eſt, extra de temp. ordi. c. fi. B.

i ¶*Capitale.*] i. mortale, vel dignum depoſitione.

k ¶*Sanitatis.*] "nunquid ergo licitum eſt medico recipere pecuniam pro conferenda ſanitate? Sic: qa illud potius dicit honor, q̃ pretium, vt 14. q. 5. non ſanè. vn̄ non recipit pecuniā p danda ſanitate, cū illud ſit gratia, ſed pro labore ſuo. & ſic magiſter non recipit pecuniam pro ſciētia quam dat, ſed p labore, vel honore, ſicut ppheta recipit, vt j. ea. q. iudices. ſic Deus recipit decimas pro honore, non pro pretio, vt 16. q. j. decimę.

l ¶*Iudas.*] "Sed nunquid Iudas commiſit ſimoniam? Certū eſt. Et quidem plagium commiſit in eo, quòd liberum hominem vendidit. ff. ad l. Flau. de plag. l. 1. Simoniam etiam commiſit in eo, ꝙ rem ſacram vendidit. Dicit H. ꝙ Dominus non poteſt

" Simonia quatuor exemplis eſt deteſtabilis.

2 Deuſd. p. 2. & 4.

" Simonia cōmittit & circa ordinē, & circa beneficium.

3 Concord. tex. iuncta ſua gl. in l. ſi quēquā. C. de epi. & cl. 4. Reg. 5.

4 ideſt, Giezi peccauit, qa tūc cōſtitutione vel conſuetudine phibitū fuit aliquid accipere in caſu in quo ipſe accepit: alioquin nō peccaſſet. ar. 12. q. 4. dixit. B. Matth. 27.

"ſimoniac' ex ſola volūtate n̄ eſt excōicādus.

" Medicus pro ſanitate conferenda p̄t pecuniā recipere.

" Iudas vendens Chriſtū cōmiſit ſimoniam & plagium.

poteſt vendere ſeruum iam ordinatum, commutare tamen po terit, vel alio genere contractus alienare. Quidam tamen di cunt contra, vt hic, & 54. diſt. generalis.

a ¶*Vendidit.*] no. quòd dicit, vendidit: & tamen iſte quando exegit munera, iã ille gratiam fuerat conſecutus, & ita eſt arg. contra eos, qui non exigunt ante collationem beneficij, ſed poſt. arg. j. ea. eos. & q. 3. ſi quis obiecerit. ff. de cal. l. 1. §. qui autem. Tamen quidam dicũt Giezi damnatum non pro venditione, ſed pro mendacio, quod mihi non placet.

†al. redemptionis.

Act. 8.

b ¶*Pecunia tua.*] hoc in deteſtationem crimi nis dictum eſt. 1. q. 3. §. ècontra. arg. contra.

c ¶*Dimiſit.*] arg. expreſſum contra Baz. dicentem, "quòd quilibet propter peccatum mortale erat priuatus introitu eccleſiæ. ar. de pœ. diſt. 1. qui ſanctus ſacerdos. 33. q. 4. vir cum propria. nam Dominus ſolos ſimoniacos de cor pore eccleſiæ eiecit, relictis alijs peccatoribus: intellige tamen hoc de illis, qui ſimoniã committunt in ordine accepto, licet auctoritas generaliter loqui videatur. Vnde dic cum Baz. & M. quòd nec talis ſimoniacus, nec publicus fornicator debet eccleſiam ante pœnitentiam intrare. De hac materia notaui 33. qõ. 4. vir cũ propria. Io. tamen dicit (quod etiam mihi ſępe reſpondit) quòd peccator quilibet, & etiam excommunicatus poteſt intrare eccleſiam cauſa orãdi, dummodo non interſit diuinis officijs, cum non inuenia tur prohibitum. ext. de ſen. excom. cum nuper. Hug.

"Peccatum mortale an priuet quẽlibet ab introitu eccleſiæ.

Ioan. 2.

1 Deuſd. p. 4. ex Paſcha li. inf. c. placuit.

Q*Vicunque.*] CASVS. Dicit hic, quòd Simoniaci promoueri nõ poſſunt, ſiue dantes, ſiue accipientes. Nam dantes & accipientes ſimoniaci ſunt, & cum male dicti ſint, alios benedicere non poſſunt.

d ¶*Sacros ordines.*] q a ſi per pœnitentiam reconcilientur, quod tamen per pecuniam acquiſierint, retinere non poſſunt, vel quantum ad imprecationum effectum.

e ¶*Vnde ſcriptum eſt.*] qui offert alijs, vel accipit ab alijs, vt ordinetur, excommunicatus eſt, vt hic, & j. ea. c. perlatum.

f ¶*Hoc eſt ſimoniaca hæreſis.*] i. ſic dare vel accipere, ſimonia ca hæreſis eſt. B.

g ¶*Chriſti corpus tradere.*] id eſt, dignè exercere officium ſacerdotis.

C*Vm liqueat.*] CASVS. Cum in nouo teſtamento præ cę teris criminibus ſimonia, quæ hæreſi comparatur, ſit damnata, cur non præcauetur, cum benedictio in ſimoniaco in ma ledictionem conuertatur? Duo ſeq. cap. plana ſunt.

didit[a], mox laqueo ſuſpẽſus eã dem redemptoris† gratiã non obtinuit, & meritò, quia nemo põt retinere, qđ vẽdidit. Simõ etiam magus cum candẽ Spiritus ſancti gratiã emere vellet damnationis ſñiam à Petro audiuit § Pecunia tua[b] tecum ſit in perditionem, quia donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. § Dominus etiam, vt vendentes, & ementes huius gratiæ expertes oſtenderet, cunctos peccatores per gratiã in templo dimiſit[c], ſingulariter vendentes, & ementes increpans, & flagellans de templo eiecit, in quo venditores, & emptores ſuos gratia Spiritus ſancti conſtat deſtitutos eſſe, & vacuos. Quos enim Chriſtus eiecit de templo, nũ quid ſpiritus Chriſti faciet ſibi templum?

¶*In operibus B. Gregorij Nazianzeni, quæ multa græcè, & latinè extant, nihil tale repertum eſt. Habentur autem ſimilia in epiſtola Taraſij ad Hadrianum.*

Item Gregorius.

¶ Simoniaci, ſacerdotes eſſe non poſſunt.

CAP. XII.

[1] QVicunque ſacros ordines[d] vendunt, aut emunt, ſacerdotes eſſe non poſſunt. Vnde ſcriptum eſt[e] § anathema danti, anathema accipienti, hoc eſt ſimoniaca hæreſis[f]. § Quomodo ergo, ſi anathema ſunt, & ſancti nõ ſunt, ſanctificare alios poſſunt? & cum in Chriſti corpore non ſint, quomodo Chriſti corpus tradere[g], vel accipere poſſunt? Qui maledictus eſt, benedicere quomodo poteſt?

¶*Deuſdedit in tractatu contra Simoniacos refert hoc ex epiſtola Paſchalis Papæ ſecundi ad Mediolanenſes.*

h ¶*Ante omnes.*] contra de conſe. diſtin. 2. prima. ſed hoc verũ eſt poſt reſurrectionem; vel ante, id eſt, præ omnibus alijs.

i ¶*Origine.*] no. quòd dicit origine. Hoc verum non eſt, quo ad nouum teſtamentum: nam Iudas ante commiſit.[a] Vel dic ſatis fuiſſe in origine qa quàm cito hoc fecit, fuit damnatus ſtatim. j. ead. cito.

a Qđ Iudas ſimoniã cõmiſit, pbatur ſ. e. q ſtu det. vbi de hoc, & ibi dixi. Arc.

Idem Gregorius Syagrio & alijs epiſcopis, lib. 7. epiſt. 110.

¶ De eodem.

CAP. XIII.

[2] CVm liqueat hanc hæreſim ante omnes[h] radice peſtifera ſurrepſiſſe, atque in ipſa origine[i] ſua, apoſtolica eſſe deteſtatione damnatam, cur non cauetur, cur non perpenditur? quia benedictio illi in maledictionem cõ uertitur, qui ad hoc, vt fiat hęreticus, promouetur.

A ¶*Omnes.*] *Antea legebatur*, omnia, *ſed gl. videtur magis conuenire lectioni reſtitutæ, quæ eſt in aliquot manuſcriptis, & ipſo originali.*

Item Ambroſius de miniſterijs†, *ſeu de dignitate ſacerdotali, c. 5.*

¶ Qui pretio ordinat, lepram, non officium confert.

CAP. XIIII.

[3] CVm ordinaretur epiſcopus, quod dedit, aurum fuit: qđ perdidit, anima fuit: cum alium ordinaret, quod accepit, pecunia fuit: quod dedit, lepra fuit.[k]

Idem ibidem.

¶ De eodem.

CAP. XV.

[4] GRatiam, cum ordinareris, non ſuſcepiſti: quia gratuitò eam non meruiſti.[l]

Idem libro 4. ad capitulum quartum Lucæ.

¶ De eodem.

CAP. XVI.

[5] CItò turpem ſequitur lepra mercedem, & pecunia corpus, animumque malè quæſita commaculat. & *paulò poſt.* ¶ Vides, quia facto auctoris ſucceſſio damnatur hæredis. 6 Inexpiabilis eſt[m] enim venditi culpa myſterij†, & gratię vindicta cęleſtis tranſit ad poſteros. ¶ 7 Denique ſunt intrare eccleſiam vſque ad tertiam & quartam generationem. Caſus ergo huius capitu. talis eſt. Intendit Ambroſ. probare, quòd crimen ſimoniæ ſit grauius, quàm crimen idololatriæ. Nam crimen idololatriæ vſque in tertiam & quartam generationem punitur, cum ſemen idololatrum vſque in tertiam & quartam generationem intrare eccleſiam prohibeatur: ſemen verò ſimoniacorum in æternum punitur. Semen autem myſticè intelligitur in ſucceſſione vitiorum, & non in ſucceſſione generis, ſicut accipitur ibi: vos ex patre diabolo nati eſtis. Simoniaci autem & Gieziti hic largè intelliguntur omnes cupidi, & omnes auari. Et

C*Vm ordinaretur.*] k ¶*Lepra fuit.*] id eſt, peccati vulnere ſe in fectum reddidit.

l G*Ratiam.*] ¶*Non meruiſti.*] argumen. vigeſima prima queſtio. quarta, capitu. vltim.

C*Ito.*] CASVS. Tangitur hic quod dicitur in 4. lib. Reg. q. Naaman Syrus poſtquam ab Heliſeo lepra mundatus eſſet receſſit: Giezi aũt puer Heliſæi videns quòd dominus ſuus nihil acceperat ab eo, clam ſecutus eſt eum dicens: duos filios prophetarum veniſſe ad dominum ſuum, mandareque ei Heliſæum, vt mitteret ſibi talentum argenti, & duo mutatoria veſtimentorum, quæ cum miſiſſet, accepit ea Giezi & abſcondit. Dũ autem poſtea ſtaret coram domino ſuo, dixit ei Heliſæus, vnde venis? reſpondit, Seruus tuus nõ iuit quoquam. at ille, cor meum erat in præſenti. nunc autem accepiſti argentum & veſtes, & lepra Naaman adhærebit tibi & ſemini tuo in eternum. & egreſſus eſt ab eo lepro ſus ſicut nix.

m ¶*Inexpiabilis eſt.*] quo ad ordinis executionem, vel dic, quòd in deteſtationem crimi nis dicitur, & ſicut culpa diſcordiæ, quæ fortè nec paſſione purgatur, vt ſupra diſtin. 90. neque ad Cain. vel quia pœnitet vſque ad mortem, vt infra eadem, ſi quis.

DENIQVE. CASVS. Dicitur etiam, quòd Ammonitæ & Moabitæ, qui proceſſerunt ex filijs Loth, reſtiterunt filijs Iſrael venientibus de Aegypto, propter idololatriam ad quam eos induxerunt, & ideo prohibiti

2 Io. diac. l. 5. c. 4. Pol. l. 2. ti. 1. Bur. l. 3. c. 121. Deuſd. p. 2. Iuo p. 5. c. 75. & c. bñdictio.

†myſterijs.

3 Deuſd. p. 2. Iuo p. 5. c. 95.

4 Iuo ibid. Deuſd. ibid.

5 Iuo par. 5. c. 132.

6 fac. ad hoc c. l. cũ heres ff. de diu. & tẽp. pſc. & l. Papinianus. §. 1. ff. đ acq. poſſ. & l. vltia. C. e.

†al. miniſterij.

7 Deuſd. p. 2.

Moabitæ [a], & cæteri non intrabunt eccleſiam vſque ad tertiam [b] & quartam generationem: tamdiu videlicet (vt ſimplicius interpretemur) donec culpam auctorum multiplicis [c] ſucceſſio generationis aboleret. Sed cum illi, qui in Deum idololatriæ errore deliquerunt, in quartam [d] A generationem videantur eſſe mulctati: profectò durior [e] videtur eſſe ſententia, qua Giezi ſemen vſque in æternum pro cupiditate habendi, prophetica auctoritate damnatur (præſertim [f] cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus per lauacri [g] regenerationem omnibus remiſſionem dederit peccatorum B) niſi †vitiorum [h] magis, quàm generis ſemen intelligas. Sicut enim qui filij promiſſionis ſunt, æſtimantur in ſemen bonum: ita etiam qui filij erroris ſunt, æſtimantur in ſemen malum. Nam & Iudæi ex patre diabolo, † non vtique carnis ſucceſſione, ſed criminis. Ergo omnes cupidi, omnes auari Giezi lepram cum diuitijs ſuis poſſident, & malè quæſita mercede, non tam patrimonium facultatum, quàm theſaurum criminum congregarunt æterno ſupplicio, & breui fructu.

A ¶ In quartam.] *Antea legebatur,* in tertiam & quartam, *Sed & à B. Ambroſio, & ab vno vetuſto Gratiani codice abeſt vox,* tertiam. *Deuteronomij autem 23. Idumæorum quidem, & Aegyptiorum filij permittuntur tertia generatione intrare in eccleſiam Domini, ſed de Moabitis ſic ſcribitur*. Ammonites, & Moabites etiam poſt decimam generationem non intrabunt eccleſiã Domini in æternum.

B ¶ Peccatorum.] *ſequebatur,* cur ergo Giezi ſemen in æternum damnatur? *quæ apud B. Ambroſium non habentur.*

2 *Quia ergo auctoritate Leonis Papæ ſimoniaci non niſi ſpiritum mendacij accipiunt, ſecundum Gregoriũ apud ſimoniacos ſacerdotium non ſubſiſtit,* A *benedictio eorum in maledictionem conuertitur, apud eos manet anathema danti & accipienti, cum ſancti non ſint, nec in Chriſti corpore conſtituti, cum ſint maledicti, nec ſanctificare alios poſſunt, nec corpus Chriſti tradere, vel accipere, nec benedicere alijs valent. Secundum* [1] *Ambroſium verò anathematis opprobrio condemnantur, atque à participatione corporis & ſanguinis Chriſti alienantur, cum accipiatur aurum, & lepra detur, cum inexpiabilis ſit culpa venditi myſterij†, ſecundum Chalcedonenſe concilium ex tali ordinatione nihil proficere iudicantur; ſecundum Gelaſiũ Simonis damnatione inuoluuntur, ſecundum Gregorium Nazianzenum in ſacro ordine permanere, aut renouari nulla ratione poſſunt, ab Heliſæo lepra perfunduntur, à Petro in perditionem damnantur, à Chriſto verò de templo eijciuntur, quid aliud ſimoniacus ſimoniaco in ſua ordinatione poteſt conferre, niſi quod Innocentius de cæteris hæreticis teſtatur dicens epiſto. 18. ad Alexandrum, c. 3.*

A ¶Non ſubſiſtit.] *Simoniaci recipiunt quidem characterem, ſed ſunt ipſo facto ſuſpenſi. Ita ratione habita vſus, verè dici poteſt ipſorũ ſacerdotium non ſubſiſtere, ac propterea rectiſſimè B. Gregorius libro 10. epi. 33. Victori epiſcopo ſcribens ſimoniacam ordinationem vocat illicitam, & effectu carentem.*

¶ Qui ſpiritus perfectionem nõ habent, ipſam dare non poſſunt.

CAP. XVII.

[2] QVi perfectionem ſpiritus, quã acceperant, perdiderunt, nõ eius dare plenitudinem [i] poſſunt (quæ maximè operatur in ordinationibus) quam per ſuam perfidiã perdiderunt. *& iterum.* ¶[3] Qui honorem non habuit, honorẽ dare non potuit: nec aliquid ille accepit, quia nihil erat in dante: ſed damnationem, quã habuit, per prauam manus impoſitionem dedit.

¶*In hoc c. non referuntur ipſa prorſus verba Innocentij, quæ tamen habẽtur partim inf. ea. c. Arianos, partim in c. nunc ſequenti,* ventum eſt, *in ver.* Sed ècontrario.

Idem Rufo, & alijs epiſcopis, epi. 22. c. 3.

---

ri. Et poteris prius ponere caſum, & poſtea narrare hiſtorias, & èconuerſo,

a ¶*Moabitæ.*]iſti Moabitæ & Ammonitæ idololatræ erant, & cum redirent filij, Iſrael de captiuitate Aegyptiaca, & ſcirent iſti, quòd ſitim patiebantur, obuiauerunt eis cum pane ſine potu: ducentes ſecum Balaam ariolum, vt eis malediceret, propter quod peccatum præcepit Dominus ne eos factos proſelytos [a] reciperent in eccleſiã Dei vſque in ſeptimam generationem: licet ſecundum aliam tranſlationem dicatur vſque in x. ſed nõ contradicunt ſibi: nam deſcendentes per ſexũ maſculinum non recipiebantur vſque in ſeptimã: per fęmininum vſque in x. Sed Hebræus dixit, quòd nihil aliud erat recipere eos ad eccleſiam Dei, niſi dare eis nuptui filias ſuas; hiſtoriam de illis Moabitis habes 35. di. c. ſexto die.

a Proſelyti erãt illi qui veniebãt ad populi Iudaici ritũ, q ñ erãt oriũdi đ populo judaico. Ar.

b ¶*Vſque ad tertiam.*] id eſt, niſi habeant fidẽ Trinitatis, & quatuor genera virtutum, vel quatuor Euangeliorum.

†al. niſi vt vitiorum. Rom. 9. Io. 8.

c ¶*Multiplicis.*] arg. " culpam, vel dolum purgari proceſſu temporis, vt 2. q. 1. in primis, 35. q. 8. de gradibus. ff. de hær. vel act. ven. l. venditor. ff. de act. & ob. is qui. ext. de ſi. presby. per totum. ext. qui ma. ac. poſſ. inſuper. arg. contra. j. ea. ventum. ff. depoſ. l. 1. §. ſi rem. ff. de cond. fur. l. qui furtum. & l. vltim. Sed rei veritas eſt, quòd licet non poſſit purgari proceſſu temporis quo ad præſentem caſum, purgatur tamẽ p eccleſiæ diſpenſationem, vt 23. q. 4. ipſa pietas. verſic. eſt enim. Vnde verſus:

" Culpa & dolus purgãtur tpe.

†al. additur, ſunt.

Compoſito lacte fœtenti quæſo ciba te.

Qui putas excluſum crimen per temporis vſum.

de conſuet. c. quanto. in gl. ſolam conſuetudinem.

d ¶*In quartam.*] Hic non proſequitur Ambroſius noſtram interpretationem, ſed 70. interpretum. Vel dic, ꝙ refert ſe hic ad myſticum intellectum, id eſt, donec habeat fidem Trinitatis, & quatuor Euangeliorum.

e ¶*Durior.*] "& quis dubitat ſceleratius eſſe commiſſum qđ durius eſt vindicatum? vt j. 24. q. 1. non afferamus. in fi. quod perpetuum eſt, licet & propriæ vxoris interfector grauius puniatur. (vt j. 33. q. 2. admonere) quàm matricida. 33. q. 2. latorem. quod tamen ſpeciale eſt ob frequentem cauſam factũ, & ob pronam in vxores ſuas malitiam refrænandam. talia (quia ſunt ſpecialia) ad conſequentiam trahi non debent. Io. vt 27. q. 1. nuptiarum. & diſt. 27. ſi vir.

" cõmiſſum eſt ſceleratiꝰ qđ punitur durius.

f ¶*Præſertim.*] reſpicit id quod dixerat durior: vel incipit ibi verſus. & reſpicit ad literam ſequentem, ſ. cur ergo.

g ¶*Per lauacri.*]ſine quo nemo habet vitam ęternam, niſi pro Chriſti nomine quis fuerit baptizatus ſanguine, vt 15. q. 1. c. firmiſſimè. & de conſec. diſt. 4. c. firmiſſimè.

h ¶*Niſi vitiorum.*] ſophiſticè argumentatur. nam idem eſt in idololatria: ſed in prædictis non conſiderat niſi literalem intellectum.

QVIA ERGO. Hæc eſt 2. pars quæſt. in qua latenter ſupponit de ordinatis ab hęreticis. ſc. præter formam eccleſiæ, & dicit quòd tales non recipiuntur niſi ad damnationem. Io. de Fan.

1 Sup. c. reperiuntur.

† al. miniſterij.

CASVS. Concludit nunc Gratianus ferè ex omnibus c. ſupradictis, dicens quòd ſimoniaci, ſecundum Leonem, non accipiunt niſi ſpiritum mendacij, & quia ſecundum Grego. apud eos ſacerdotium non ſubſiſtit, & quia benedictio eorum in maledictionem conuertitur, &c. nihil aliud poteſt conferre ſimoniacus ſimoniaco quã hæreticus hæretico.

QVi perfectionem.] CASVS. Hoc cap. intelligitur de illis qui in eccleſia catholica ordinati fuerunt, ſed poſtea labuntur in hæreſim: & ſic gratiam ſpiritus ſancti quam acceperant (quę maximè in ordinibus operatur) amiſerunt. cum ergo eam non habeant, eam dare non poſſunt. quia qui non habet honorem, cum alij dare non poteſt: ſed damnationem dabit, quam cum vero ordine habet.

2 Anſel. l. 6. c. 73.

i ¶*Plenitudinem.*] i. executionem ordinis. hic interſerit magiſter de ordinibus hæreticorum. [b] Sed quidquid Io. de Fan. & alij de hac materia dixerunt, iſtud eſt teneudum, " quòd quilibet epiſcopus ſiue catholicus ſiue hæreticus, ſiue in eccleſia ſiue extra conferat ordinem, dum tamen conferat ſecundum formã eccleſiæ, recipit ordinatus ordinem, licet non recipiat executionem ordinis. ſimiliter ſi taliter ordinati alios ordinent, idem eſt, & ſic in infinitum, vt j. ea. quod quidam. 9. q. 1. ordinationes. Idem dico de conficiendo corpore [c] Chriſti. j. ea, dominus declarauit. & c. non nocet. j. de conſe. diſt. 4. non in vobis. loquitur ergo principium capituli de his, qui in forma eccleſiæ receperunt ordinem. Secunda pars de illis, qui extra formam, illi nihil recipiunt, nec aliquid conferunt: quia nemo dare poteſt, &c. vt ſ. c. 1. & j. q. 7. Daibertum.

3 Epiſt. 22. c. 3. ad epos Maced. in fi.

b & hoc vſq; ad §. cõſtat. j. e.

" Eps ét hæreticꝰ cõfert ordiné, ſ; ñ ordinis executionem.

c đ hoc no. 9. q. j. in ſumma. Sed cõtra đ cõſ. di. 2. vtrũ. &c. quid ſit. vbi contra not. Arch.

ADDI-

ADDITIO. Dicit Lauren. de huiuſmodi hæreticis multa mendacia ſcripta ſunt & inutiliter. Ioannes de Fant. & Goff. dicunt, quòd hæreticus qui recipit vltimam manus impoſitionem extra eccleſiam, non confert; ſed confundit eos. j. ead. q. 7. conuenientibus. Archid.

¶ Simoniacus per prauam manus impoſitionem, nõ benedictionem, ſed damnationem præſtat.

CAP. XVIII.

1 VEntum eſt [a] ad tertiam quæſtionem, quæ pro ſui difficultate [b] longiorem exigit diſputationem. Cum nos dicamus ab hæreticis ordinatos, vulneratum [c] per illam manus impoſitionem habere caput [d], vbi vulnus [e] infixum eſt, medicina [f] eſt adhibenda, qua poſſit recipere ſanitatem 2. Quæ ſanitas poſt vulnus ſecuta ſine cicatrice [g] eſſe non poterit; atque vbi pœnitentiæ remedium neceſſarium eſt, illic ordinationis honorem locum habere [h] non poſſe decernimus 3. Nam ſi vt legitur, quod tetigerit immundus, immundum erit, quomodo ei tribuetur [i], quod munditia, ac puritas conſueuit accipere? ¶ 4 Sed ècontrario aſſeritur, eum, qui honorem amiſit, honorem dare non poſſe, nec illum aliquid accepiſſe [k]: quia nihil in dante erat, quod ille poſſet accipere. Acquieſcimus, & verum eſt certè, quia quod non habuit, dare non potuit. Damnationem [l] vtique, quam habuit, per prauam manus impoſitionem dedit, & qui particeps effectus eſt damnato, quo modo debeat honorem accipere, inuenire non poſſum [m]. ¶ 5 Sed dicitur [n] vera, ac iuſta legitimi ſacerdotis benedictio [o] auferre omne vitium, quod à vitioſo fuerat iniectum. 6 Ergo ſi ita eſt, applicentur ad ordinationem ſacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei: quia benedictione ordinationis crimina, vel vitia putantur auferri: nullus ſit pœnitentiæ locus: quia id poteſt præſtare ordinatio, quod longa ſatisfactio præſtare conſueuit. 7 Sed noſtræ [p] lex [q] eccleſiæ eſt, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati ſunt, per manus [r] impoſitionem, laicam tantùm tribuere communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum [ſ] ſubrogare.

3 Sed obijcitur: alij hæretici à fide exorbitant, ſimoniaci autem & ſi gratiam Spiritus ſancti venalem putant, tamen à fide alieni non ſunt: atque ideo, quod ab Innocentio de cæteris hæreticis decernitur, non valet

1 Pol. l. 2. ti. 31. & l. 7. ti. 7. Anſ. l. 6. c. 73. al. 70. Iuo p. 6. ca. 59. Pan. l. 3. c. 130.

2 tex. è ſim. in l. archiatri. & ibi Bartol. C. de prof. & med. lib. 10.

3 j. e. Arianos. Num. 19. Leuit. 15. Aggæi 2.

4 ṡ. qui perfectionem. ver. qui honorem.

5 ea. epi. c. 4.

6 Iuo part. 6. c. 60.

7 Iuo in pœm. Pann. l. 3. tit. 5. c. 17.

VEntum.] CASVS. Tres quæſtiones fecerunt epiſcopi Macedones Innocentio. Prima fuit, vtrum ducens viduam in vxorem poſſit promoueri, vel iam promotus debeat deponi. Secunda fuit vtrum dicendus ſit bigamus qui ante baptiſmum habuit vnam vxorem, & poſt baptiſmum aliam, quibus explicitis. ſupra 34. diſtin. ſi quis viduam. & 26. diſtin. deinde opponitur. accedit in hoc cap. ad tertiam, quæ talis eſt, ſcilicet vtrum redeuntes ab hæreticis qui apud eos ordinati fuerunt, apud nos ad ordines ſunt admittendi. Et reſpondet quòd non: quia in reconciliatione imponitur eis pœnitentia, poſtquàm remanet quædam cicatrix, ideſt irregularitas, quæ eos à promotione repellit. Sed cõtra hoc dupliciter opponitur. ſi hæreticus aliquem ordinauit qui honorẽ amiſit, nihil contulit ordinato. ergo perinde poterit à catholicis ordinari, ac ſi nunquam ordinatus fuiſſet. Sed reſpondet Innocentius falſum eſſe: quia damnatio quam accepit, eum non impedit promoueri. Secundò obijcitur, ſi quam maculam ex ordinatione hæreticorum incurrit, ex canonica ordinatione deletur. Et ad hoc reſpondet, quòd illud eſt falſum. nam ſi ita eſſet, pro nihilo crimino ſus ageret pœnitentiam, ſed accederet ad ordinationem vbi omnia crimina delentur. De conſuetudine igitur Romanæ eccleſiæ eſt, vt veniens ab hæreticis, ad laicalem communionem tantùm admittatur, & non clericalem: & ita tres quæſtiones ponuntur hic. vna principalis, & duæ incidentes, & ad omnes ſufficienter reſpondet.

a ¶ *Ventum eſt.*] "Tres namque Macedones epiſcopi, quibus hæc ſcribit Innocentius inter alia fecerant quæſtiones. Prima erat vtrum quis ducens viduam [a] in vxorem poſſit promoueri: vel factus clericus propter hoc debeat deponi? Cuius determinationem ponit ſupra diſtinct. 34. ſi quis viduam. Secunda erat, vtrum dicendus eſſet bigamus qui ante baptiſmum vnam, poſt baptiſmum habuit alteram. cuius determinationem ponit ſupra diſtin. 26. deinde. Tertia quæſt. erat, an remaneant clerici, id eſt, an recipiant characterem ab hæreticis ordinati, vel an deberent ad vlteriora promoueri; & dicit quòd nunquam: & hanc quæſtionem in hoc cap. explicat.

" Tres quæſtiones.

a ſcilicet primò, ibi tamẽ ſcribit archiepiſ. Rothomag. ſed poteſt eſſe ꝙ ſolutionem eiuſdẽ q. miſit illis vel illis. Arch.

b ¶ *Pro ſui difficultate.*] quia fuit quæſitum ſi ordinati ab hæreticis accepiſſent honorem, & ſi ad eccleſiam reuerſi recipiantur in honorem clericatus.

c ¶ *Vulneratum.*] id eſt, capitalem & ſacramentalem dignitatem cum vulnere, id eſt, cum damnatione ſuſcepta tenere.

d ¶ *Caput.*] id eſt, animam culpæ macula vulneratam, " & anima ponitur pro homine. de conſecratione, diſtinctio. 5. ne tales.

" Anima ꝓ homine ponitur.

e ¶ *Vulnus.*] Vbi enim malum contingit, ibi moriatur, &c. 2. q. 1. peccauerit.

f ¶ *Medicina.*] Hoc videtur ſic exponendum, id eſt, reiterandum eſt in his ſacramentum. j. ea. q. vlt. per illicitam. hoc enim videtur intelligẽdum cum omiſſa fuit forma. arg. 1. q. vlt. Daibertum. vbi hoc inducitur.

g ¶ *Cicatrice eſſe.*] " quia & ſi pœniteant, tamen irregularitas manet, quæ non aboletur per pœnitentiam, vt 25. diſt. primum. & 50. diſtinct. illud. & 1. q. 7. ſi quis omnem.

" Irregularitas ꝑ pœnitentiam nõ aboletur.

h ¶ *Habere.*] infra 23. quæſtio. 4. ipſa pietas. contra. Sed ibi de ordinatis catholicis, & poſt in hæreſim labentibus: hic de his quibus hæretici manus impoſuerunt. Vel hoc de rigore, illud de miſericordia.

i ¶ *Quomodo ei tribuetur.*] Argum. " quòd vxor non tenetur reddere debitum viro leproſo. Argum. contra. 32. quęſt. 7. omnes. & quæſtio. 5. ſi quis vxorem. Vide de hoc, cui eſt ſtandum, extra de coniug. lepros. capit. 1. & 2.

" Vxor viro leproſo debitum reddere non tenetur.

k ¶ *Accepiſſe.*] Aliàs accipere, & ſupple: & ideo non debet ei nocere quin ordinari poſſit. quaſi dicat. " id qđ nihil eſt, non debet præſtare impedimentum, vt extra de iur. patronat. quod autem. in fin. Sed hoc fallit extra de ſpon. cap. ad audientiam.

" Impedimentũ non ꝓſtat quod nihil eſt.

l ¶ *Damnationem.*] id eſt ſacramentum quod damnabiliter habuit, damnabiliter dedit: & ita factus eſt particeps damnationis. infra eadem, quæſtio. 7. ſi quis. infra eadem, quæſt. 4. §. cum ergo. j. de conſecra. diſtin. 4. ab antiqua.

m ¶ *Non poſſum.*] de mero iure. nam ex diſpenſatione poſſum. j. ea. q. vlt. conuenientibus.

n ¶ *Sed dicitur.*] id eſt obijcitur. & hęc erat ſecunda obiectio, quæ fiebat Innocentio. prima fuit ibi, ſed contra.

o ¶ *Benedictio.*] quæ eſt cum ab hæreticis rediens reconciliatur eccleſiæ. Vel quæ erat ſecundum illos contra quos hic agit Innoc. quando reuertentes ad eccleſiam iterum ordinantur, vel quandocunque aliquis ordinatur. H.

p ¶ *Sed noſtræ.*] ſcilicet occidentalis. Hęc eſt tertia ratio.

q ¶ *Lex.*] " id eſt, conſuetudo. C. de emanc. li. l. 1. alibi ponitur pro regula. infra eadem, quęſt. 7. cap. 2. alibi ponitur pro ratione. 1 diſtin. conſuetudo. alibi pro canone. ſupra diſtin. 31. Nicæna [b].

" lex tripliciter ſumitur.

b Adde ꝙ ẽt aliquãdo ꝓ peccato l. legem. C. de pact. & l. ſi tibi. ff. de ado.

r ¶ *Per manus impoſitionem.*] quaſi dicat non ſolùm qui ab hæreticis ordinati ſunt, non poſſunt habere honorem in eccleſia: ſed etiam qui apud eos baptizati ſunt tantùm, ita quòd non ordinati, vt j. ead. q. 7. qui in qualibet.

ſ ¶ *Vel exiguum.*] ſecus in orientali eccleſia, quę illos per vnctionem chriſmatis reformat, vt infra de conſecratio. diſtinct. 4. ab antiqua. infra eadem, quæſt. 4. placuit. contra. Sed ibi de infantibus, hic de adultis, & diſcretis. de conſecr. diſtin. 4. cap. ſicut [c].

c Idẽ tamen videtur de adulto qđ de infante, ſi vltima neceſſitas cogat: vt 24. q. 1. ſi quem fortè. ſed ſecus eſt: quia de ſacro ordinis hic loquitur. Ioã. de Fant.

SED OBIICITVR. Hæc eſt tertia pars quęſtionis, in qua dicitur quòd non videtur idem de ſimoniacis quod de hereticis: & reſpondet quòd idem eſt quòd ſimoniaci ſunt infideles: & hoc probat per quatuor auctoritates. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſuprà in §. quia. & cap. ſequen. quòd ſimoniaci comparantur hęreticis. obijcit nunc Gratianus dicens: Hæretici fidem non habent: ſed ſimoniaci ſic, licet gratiam Spiritus ſancti venalem putant, & quod dictum eſt

de his conſequenter intelligi. His [a] *ita reſpondetur. Simoniaci & ſi fidem tenere videantur, infidelitatis tamen perditioni ſubijciuntur.*

Vnde B. Ambroſius in 2. lib. de pœniten. c. 4. aduerſus Nouatianos ſcribit dicens.

¶ Simoniaci fidei integritatem non habent.

CAP. XIX.

PEtrus Simoni, qui magicæ artis conſuetudine deprauatus [b] putaſſet, quòd gratiam Chriſti per impoſitionem [c] manus, atque infuſionem Spiritus ſancti compararet pecunia, ait [Non eſt tibi pars, neque ſors in hac A fide [d]: quia cor tuum non eſt rectum apud Deum, &c.] Vides quòd hunc magica vanitate blaſphemantem in Spiritum ſanctum, apoſtolica auctoritate condemnet: & eò magis, quia purã conſcientiam [e] fidei [f] non habebat?

A ¶ In hac fide.] *Vulgata editio habet*, in ſermone iſto, *græcè eſt*, ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ.

Item Gregorius lib. 9 epiſt. 53. ad Theodoricum Regem.

¶ Simoniacus, infidelis eſſe probatur.

CAP. XX.

1 CVm omnis auaritia [g] idolorum [h] ſit ſeruitus, quiſquis hanc, & maximè in dãdis eccleſiaſticis honoribus vigilanter non præcauet, infidelitatis perditioni [i] ſubijcitur [k], etiam ſi tenere fidem, quam A negligit, videatur.

A ¶ Quam negligit.] *Sic eſt emendatum ex manuſcriptis exemplaribus, & originali. In vulgatis enim legebatur*, fidem verbis, quam negat facto, videatur.

Item ex epiſto. Tharaſij Conſtantinopolitani Epiſcopi miſſa Papæ Hadriano.

¶ Simoniacorum hæreſis, cæteris damnabilior eſſe probatur.

CAP. XXI.

2 EOs, qui per pecunias manus impoſuerunt, vel imponunt, Petrus diuinus [l] Apoſtolus (cuius cathedram ſortita eſt ſanctitas veſtra) tanquàm Simonem magum deponit. *& infrà*. ¶ Tolerabilior eſt enim Macedonij, & eorum [m], qui circa ipſum ſunt, Spiritus ſancti impugnatorum impia hæreſis. Illi enim creaturam, & ſeruum Dei patris, & filij, ſpiritum ſanctum delirando fatentur: Iſti verò eundem ſpiritum efficiunt [n] ſuum ſeruum. Omnis enim dominus, quod habet, ſi vult [o], vendit, ſiue ſeruum, ſiue aliquid aliud eorum, quæ poſſidet. Similiter & qui emit, dominus eius volens eſſe, quod emerit, per pretium pecuniæ [p] illud acquirit. Ita & qui hanc iniquam actionem operantur, detrahunt [q] Spiritui ſancto: æqualiter peccantes his, qui blaſphemauerũt dicẽtes Chriſtum in Beelzebub eijcere dæmonia: atque vt verius dicamus, Iudæ comparantur proditori, qui Iudæis Dei occiſoribus Chriſtum vendidit. Cum ergo [r] Spiritus ſanctus

---

in illo cap. qui perfectionem. non poteſt de hæreticis intelligi. Ad hoc reſpondet dicens quòd ſimoniaci & ſi fidem habere videantur, tamen infidelitati ſubijciuntur, quod probatur per cap. ſequens.

a ¶ *His.*] dictis à ſe. Nam ſibi ipſi opponitur propter comparationem inter ſimoniacos & hæreticos. in §. quia. in fin. & ita ſub alternatione veniet vſque ad §. conſtat ergo.

PEtrus.] CASVS. Apparet ex hiſtoria, quæ talis eſt. Legitur in actibus Apoſtolorum quòd cum Simon magus nuper ad fidem conuerſus videret ad vmbram Petri infirmos ſanari, vt hoc donum carius alijs venderet, voluit à Petro emere, & obtulit ei pecuniam, quem Petrus damnauit dicens: Pecunia tua ſit tecum in perditionem, quia exiſtimaſti, & cætera. & ideo quia cor eius apud Deum rectum non erat, eum damnauit. Sequens capitulum patet.

Act. 8.

b ¶ *Deprauatus.*] Similiter dicit c. de Saule, ꝙ deprauatus cauſa peccati ad hoc ſe contulit, quod damnauerat. 26. quæſt. 5. nec mirum. vltra medium.

c ¶ *Per impoſitionem.*] ſcilicet vt cuicunque imponeret manum, acciperet & Spiritum ſanctum, & ei infunderetur Spiritus ſanctus.

d ¶ *In hac fide.*] ſcilicet noſtra catholica: ſed in actibus Apoſtolorum habetur in ſermone iſto, vt infrà eadem, eos qui. vnde poteſt dici, in fide tua, id eſt, in eo quod credis obtinere, ſcilicet, vt pecunia infundatur Spiritus ſanctus [a]. In hoc facit ad propoſitum Gratiani, quia dicit, non eſt tibi pars in hac fide, & ita infidelis, ergo hæreticus. & ſic exaudi capit. ſequens, & cætera.

a ideſt, fides & crudelitas. Hug.

e ¶ *Puram conſcientiam.*] quæ etiam ad actum progreſſa eſt. ſic exaudi de pœnit. diſtin. 1. cap. ſi cui etiam non contingat.

1 Anſ. l. 13. cap. 44.

f ¶ *Fidei.*] Et in hoc facit ad propoſitum.

g ¶ *CVm omnis auaritia.*] "ideo dicitur auaritia ſpecialiter ſeruitus idolorum, quia tanquàm Deo exhibet auarus nummo reuerentiam. infra 11. quæſtio. 3. pauper.

" Auaritia eſt idolorũ ſeruitus.

h ¶ *Idolorum.*] arg. 6. q. 1. quæro.

i ¶ *Perditione.*] & ita eſt hæreticus ſecundum propoſitum Grat.

k ¶ *Subijcitur.*] Potius enim vocatur [b] quàm ſit. infra 24. quæſtio. 2. ſanè. & infra 22. quæſt. 5. cauete. 8. quæſt. 1. ſciendum. infra 23. quęſtio. 4. fortè. Ioan.

b ſcilicet fidelis. 86. di. qui clementiam. Arch.

EOs.] CASVS. Sicut beatus Petrus Simonem damnauit, ita omnes ſimoniacos non immeritò damnat & deponit, quod ſex rationibus probatur. Prima eſt, quia deteriores ſunt Macedonianis, qui Spiritum ſanctum dicunt eſſe ſeruum patris & filij. Iſti verò ſeruum ſuum faciunt ipſum vendentes. Secunda eſt, quia blaſphemant in Deũ: ſicut illi qui dicebant Chriſtũ in Beelzebub eijcere dæmonia. Tertia, quia ſimiles ſunt Iudæ proditori. Quarta, quia ſunt damnati in canone Apoſtolorum. Quinta exemplo Hieroboam, de quo legitur in iij. libro. Reg. quòd ipſe dabat ſacerdotij principatum implentibus manum ſuã. Sexta exemplo Giezi, de quo habetur in 4. libro Reg. Seq. c. patet, in quo quæ iam dicta ſunt, repetuntur.

l ¶ *Diuinus.*] in bona ſignificatione à deitate ſumitur [c], vel à diuinitate. ſic ſupra 38. diſtin. omnes. non à diuinatione, vt ȷ̃. e. nunquam.

c Sic. 16. q. 1. ꝓdicator. in prin.

2 Anſ. l. 6. c. 86. al. 75. Deuſd. p. 1.

m ¶ *Et eorum.*] ideſt, ſequacium eius.

n ¶ *Efficiunt.*] ſcilicet, quantum in ſe eſt, ſicut emere & vendere dicuntur. ȷ̃. ead. cau. q. 3. Saluator. B.

ADDITIO. 49. diſt. cap. vlt. de conſec. diſt. 4. cap. quæris. ȷ̃. e. iudices. Archid.

o ¶ *Si vult.*] nihil enim tam conſonum, &c. inſti. de re. di. §. per traditionem. C. de contrahen. emptio. dudum. in fin. niſi vbi lex inhibet venditionem. extra de iur. patron. de iure. C. de rebus alien. l. vltima. " Imo & quandoque compellitur vẽdere. C. de com. ſer. man. l. 1. ff. de reli. ſi quis ſepulchrum. & ff. com. di. l. 1. §. vlt. emere autẽ non compellitur quis. C. de iu. del. nec emere. arg. contra. C. de don. ſancimus.

" Vendere qñque quis cõpellitur.

Matth. 12.

p ¶ *Pecunia.*] "nam pretium in pecunia numerata conſiſtit, vt inſtit. de emptio & vendi. §. item pretium. ar. ext. de re. per. ad quęſtiones. nam vbi aliud pro alio datur in ſpecie, permutatio eſt. ff. de contrah. emp. l. 1. Sed tamen hic emptio largè, & pecunia ſimiliter largè accipitur: vt ȷ̃. q. 3. per totum.

" Pretiũ in emptione debet eſſe in numerata pecunia.

Matth. 26.

q ¶ *Detrahunt.*] Sicut enim Iudæi miraculorum operationem tribuebant diabolo, quæ per Spiritum ſanctum fiebant: ita iſti ordines, qui ſunt dona Spiritus ſancti, per diabolum ſibi acquirunt.

r ¶ *Cum ergo.*] melius diceret, cum enim Spiritus ſanctus, &c. ſecundum quod poſt ſequitur in litera.

a ¶ Canon

a ¶ *Canon ſanctorum.*] Matt. 26. qui ſic ſe habet: ſi qui epiſcopus, presbyter aut diaconus obtinuerit per pecuniam dignitatem, & ipſe & ordinator ei' modis omnibus à communione abſcindantur, ſicut Simon Magus à Petro. Act. 2. facit ad hoc j. q. 3. ſi quis epiſcopus & c. ſi.
b ¶ *Et tertius.*] vbi dicitur de Hieroboã, quòd quicunque volebat, implebat manum ſuam, & fiebat ſacerdos excelſorum: & propter hanc cauſam peccabat domus Hieroboam, & verſa eſt & deleta de ſuperficie terræ.
c ¶ *Et quartus.*] vbi de Giezi agitur.
d ¶ *Accipere.*] arg. " in electionibus & alienationibus, vt firmæ ſint, ex conſenſu poſt ſequente, ſicut ex priori. j. 29. quæſt. 1. §. his ita. j. 16. quæſtion. 1. cap. vlt. & 7. quæſt. decimas, & c. eccleſias. ext. de iurepat. cura paſtoralis. Argu. contra 24. diſtin. c. vlt.
d ¶ *Accipere.*] ſimiliter impendere eſt quandocunque impendere: vt j. c. quæſtio. 3. ſaluator. & c. ſi quis epiſcopus præbendas. & cap. ſi quis obiecerit. & eſt ſi. ff. de cal. l. 1. §. quod autem. Eſt ergo ſimoniacus, qui ratione ordinis, vel beneficij collati aliquod munus dat, vt dixi. de Giezi, ſ. e. qui ſtudet. Ioan.

a ¶ *Pla-*

1 Concord. text. in l. ſi fraudator. §. ſi procurator. ff. de his quæ in fraucre.

" conſenſus in electionibus & alienationibus debet interuenire.

conſubſtantialis ſit Chriſto, eiuſdem omnino & ipſi portionis erunt. Et proculdubio in eis non eſt gratia Spiritus ſancti, ideſt ſacerdotij ſanctitas. Nam quod non acceperunt, non habent. Ait enim Petrus Simoni, [Non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto, quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri.] *& ſuprà.* ¶ Nam & uiceſimus nonus canon ſanctorum [a] apoſtolorum, & actus eorundem, & tertius [b] & quartus [c] liber regnorum alienum omnino à ſacerdotio pronunciant eum, qui aliquando dederit uel acceperit pecuniam in aliquo tempore, ſiue ante manus impoſitionem, ſiue in ipſa manus impoſitione, ſiue poſt. Accipere [d] enim eſt quandocunque accipere. 1

¶ *Caput hoc eſt pars epiſtolæ Taraſij ad Hadrianum. Sed immutata eſt aliquot locis ſeries verborum, & epitome quædam adhibita: quemadmodum & apud Anſelmum. Integra habetur manuſcripta poſt ſeptimam ſynodum in Vaticana bibliotheca, & in grecis eius ſynodi codicibus, & in latina ex verſione Anaſtaſij bibliothecarij. Extat etiam latinè impreſſa apud Balſamonem. Sed in ea verſione, aut interpretis, aut exemplaris, quod ſecutus eſt, vitio, flagitioſum mendum, ineſt. Nam vbi Taraſius Hadrianum mirificè laudat, interpres reprehendentem inducit his verbis,* Fraterna ergo veſtra ſacerdotalis ſanctitas, quæ non iure, nec ex Dei voluntate pontificale munus adminiſtrat, magna laborat infamia, *quamuis cum alia multa tum proximè ſequentia verba manifeſtò repugnent: in quibus eum vocat virum deſideriorum ſpiritus, & alijs preclaris titulis ornat. Exemplaria quidem græca Vaticana, & ſeptimæ ſynodi, & ipſius Balſamonis optimè habent. Quare neceſſarium viſum eſt priorem epiſtolæ partem cum græcè, tum noua cum verſione afferre. Reliqua ex Balſamone impreſſo peti poterunt.*

πατρικῶν διδασκαλιῶν. Οἱ γὰρ ἐπιτιθέντες τὰς χεῖρας ὑπηρέται τοῦ πνεύματος εἰσὶν, οὐχὶ πρᾶται τοῦ πνεύματος. Δωρεὰν γὰρ λαβόντες τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, δωρεὰν δίδοσθαι τοῖς παρ᾽ αὐτῶν μεταλαμβάνουσιν ἀπεφήναντο ἐκ τῆς κυριακῆς φωνῆς ταύτην τὴν ἐλευθεριότητα εἰληφότες. εἰ δέ τις ἐλεγχθείη χρυσίῳ ταύτην ὠνησάμενος, ἀποκήρυκτον διαγορεύουσι τὸν τοιοῦτον τῆς ἱερατικῆς τάξεως †. † ἀξίας
Καὶ εἰ καὶ ὀνόματι τὴν ἱερωσύνην κεκλήρωται: ἀλλ᾽ οὖν διαψεύδεται ὁ λόγος ἐπὶ τῷ πράγματι. οὐδεὶς γὰρ θεῷ δουλεύειν δύναται, καὶ μαμωνᾷ, ὡς εὐαγγελικῶς ἐμάθομεν. Καὶ ἐπεὶ ἠκούσαμεν προφητικῶς τοῦ θεοῦ βοῶντος, [ἱερεῖς λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν ἱερουσαλὴμ,] αὖθις τε ἐπαπειλοῦντος, καὶ λέγοντος. [ὁ σκοπὸς ἐὰν ἴδῃ τὴν ῥομφαίαν ἐρχομένην καὶ μὴ σημάνῃ τῇ σάλπιγγι καὶ ὁ λαὸς μὴ φυλάξηται, καὶ ἐλθοῦσα ἡ ῥομφαία λάβῃ ἐξ αὐτῶν ψυχὴν, τὸ αἷμα ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ σκοποῦ ἐκζητήσω.] φόβῳ τοῦ τῆς σιωπῆς κατακρίματος ἀναγγέλλομεν τοῖς προέδροις πᾶσι τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἐκκλησιῶν: ἵνα μετὰ παρρησίας κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον εἴπομεν, καθαροί ἐσμεν ἀπὸ τοῦ αἵματος τῶν παραβαινόντων τὰς κανονικὰς διατάξεις, καὶ πάνυγε μᾶλλον τῶν ἐπὶ χρήμασι χειροτονησάντων ἢ χειροτονηθέντων Πέτρου τοῦ θείου ἀποστόλου, οὗ καὶ τὴν καθέδραν ἐκληρώσατο ἡ ἀδελφικὴ ὑμῶν ἁγιότης, ὡς Σίμωνα τὸν μάγον, τούτους καθελόντος. τούτου ἕνεκεν οὐχ ὑποστελλόμεθα τοῦ ἀναγγέλλειν τὴν ἀλήθειαν, φυλάττοντες καὶ κρατοῦντες τὰ παρὰ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων καὶ τῶν ἀοιδίμων πατρῶν ἡμῶν κανονικῶς ἐκδοθέντα καὶ ἔτι τούτων παρεβάθη ὑπό τινων, βδελυττόμεθα. ἡ οὖν ἀδελφικὴ ὑμῶν ἀρχιεροπρεπὴς ἁγιωσύνη ἐν θέσμοις καὶ κατὰ θεοῦ βούλησιν πρυτανεύουσα τὴν ἱεραρχικὴν ἁγιστείαν, διαβόητον ἔχει τὴν δόξαν, εἴρηκε γὰρ διὰ τοῦ προφήτου ὁ πρῶτος καὶ μέγας ἀρχιερεὺς ὁ χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν [ζῶ, ἐγὼ, ἀλλ᾽ ἢ τοὺς δοξάζοντας με δοξάσω.] οἶδας γὰρ ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν τοῦ πνεύματος, ὅτι φορητοτέρα μᾶλλόν ἐστι Μακεδονίου καὶ τῶν ἀμφ᾽ αὐτὸν πνευματομάχων ἡ δυσσεβὴς αἵρεσις. ἐκείνων γὰρ κτίσμα καὶ δοῦλον τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα ληρῳδούντων, οὗτοι ἑαυτῶν, ὡς δοκοῦσι, δοῦλον αὐτὸν ποιοῦσι. πᾶς γὰρ δεσπότης ὃ τι ἂν ἔχοι, εἰ βούλοιτο. πιπράσκει, εἴτε οἰκέτην, εἴτε ἕτερον ὧν κέκτηται. ὡσαύτως καὶ ὁ ἀγοράζων δεσπότης βουλόμενος εἶναι τοῦ ἠγορασμένου διὰ τιμὴν ἀργυρίου τοῦτο κτᾶται. οὕτως οἱ ταύτην τὴν ἄθεσμον πρᾶξιν ἐργαζόμενοι καταβιβάζουσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἴσα ἁμαρτάνοντες τοῖς βλασφημοῦσιν ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια τὸν χριστὸν, ἢ τόγε ἀληθέστερον εἰπεῖν, παρεοίκασιν ἰούδα τῷ προδότῃ, ὃς τοῖς θεοκτόνοις ἰουδαίοις τιμῆς ἀργυρίου τὸν κύριον ἀπημπωλήσατο. ὡς οὖν τὸ ἅγιον πνεῦμα ὁμοούσιον ἐστὶ χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν, τῆς αὐτῆς παντὶ πού δῆλον ἔσονται μερίδος, ἀποδέδεικται. εἰ δὲ οὐ πιπράσκεται, πρόδηλον γὰρ οὐδαμῶς, ἀναμφιλέκτως οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος ἤτοι † ἡ τῆς ἱερωσύνης ἁγιστεία, καὶ ὃ οὐκ ἔλαβεν, † εἴτουν
οὐδὲ ἔχουσι. μνησθήτωσαν τοῦ ἁγίου Πέτρου πρὸς τὸν τοῦτο ἐπιτηδεύσαντα οὑτωσὶ λέγοντος, [οὐκ ἐστίσοι μερὶς, οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ.] εἰ γὰρ ἀπεμπωλεῖται ἡ τῆς ἱεροσύνης ἀξία, ἆρα † περιττὴ παρ᾽ αὐτοῖς ἡ κατὰ τὸν βίον σεμνὴ πολιτεία, καὶ † ἄρα
ἡ ἐν ἁγνείᾳ καὶ ἀρετῇ ἀναστροφή. περιττὸς κατ᾽ αὐτοὺς καὶ Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος διδάσκων δεῖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, σώφρονα, κόσμιον, διδακτικὸν, ἐγκρατῆ, νηφάλεον, ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν οἴχεται τοίνυν ταῦτα πάντα ἐκ τοῦ πράτου, καὶ ἀγοραστοῦ τῆς ἱεροσύνης. αἱ οὖν ὑποκείμεναι ἁγιόλεκτοι χρήσεις ἀλλότριον πάντῃ τῆς ἱερωσύνης ἀποφαίνονται, τὸν ποτὲ δόντα ἢ λαβόντα ἐν οἱῳδήποτε χρόνῳ, εἴτε καὶ πρὸ τῆς χειροτονίας, εἴτε καὶ ἐν τῇ χειροτονίᾳ, εἴτε καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν. λαβεῖν γάρ ἐστι τὸ λαβεῖν ὅτε δήποτε. ἀλλα καὶ πάσας τὰς περιβολὰς τὰς ἐκκλησιαστικὰς ἀφορίζουσιν † ἐπὶ τῇ τῶν χρημάτων δόσει.

Τῷ τὰ πάντα ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ κυρίῳ Ἀδριανῷ Πάπα τῆς Πρεσβυτέρας Ῥώμης.

Ταράσιος ἀνάξιος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΠΟλυμερῶς καὶ πολυτρόπως εὐαγγελικῶς καὶ ἀποστολικῶς τε καὶ πατρικῶς διδασκόμεθα ἀφιλάργυρον τὸν τρόπον ἔχειν ἐν τῇ τῆς ἱερωσύνης ἁγιστείᾳ, καὶ μὴ χρυσίζεσθαι, ἢ ἀργυρίζεσθαι, ἤτι φεπερίζεσθαι ἐπὶ χειροτονίᾳ παντὸς ἱερατικοῦ ἀνδρὸς, ὡς ὑποδείξομεν ἐν ταῖς καθ᾽ ὑποτεταγμέναις χρήσεσιν ἀπό τε γραφικῶν θεηγοριῶν, καὶ

Fratri

Fratri, & comminiſtro vſquequaque ſanctiſſimo, & beatiſſimo domino Hadriano Papæ veteris Romæ,

Taraſius indignus Epiſcopus Conſtantinopolis nouæ Romæ, In Domino S.

MVltipliciter, multiſque modis ex Euangelio, & Apoſtolorum, patrumque præceptis docemur in ſanctificatione ſacerdotij mores ab auaritia longè alienos præſtare: neque in vllius ſacerdotalis viri ordinatione aurum, argentumúe accipere, aut aliud quidpiam nobis vendicare: quod ſententię ex diuinis ſcripturis, & patrum doctrinis infra ſubiectę demonſtrabunt. Qui enim manus imponunt, miniſtri ſunt ſpiritus, non venditores ſpiritus. Nam cum gratis gratiam ſpiritus acceperint, gratis etiam ijs, qui ab ipſis accipiunt, dare iuſſi ſunt ex voce Domini hac ipſa libertate, poteſtateque accepta. Quòd ſi quis eam auro emiſſe conuictus fuerit, hunc ex ſacerdotali ordine † excidiſſe pronuntiant: quanquam nomine ſacerdotium ſortitus eſt, ſed in eum falsò nomen iſtud conferri re ipſa comprobatur. Nemo enim poteſt Deo, & mammonę ſeruire, prout ex Euangelio didicimus. Et quoniam audiuimus Deum per os prophetę clamantem [Sacerdotes loquimini ad cor Hieruſalem] rurſuſque minantem, ac dicentem [Si ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram;] huius igitur, quæ ex ſilentio imminet, condemnationis metu, omnibus earum, quę apud nos ſunt, eccleſiarum pręfectis annuntiamus: ita vt fidenter diuinum Apoſtolum imitantes, dicamus, mundi ſumus à ſanguine eorum, qui tranſgrediuntur canonicas conſtitutiones, & multò magis eorum, qui ob pecunias ordinauerunt, aut ordinati ſunt: quippe cum Petrus diuinus ille apoſtolus, cuius & cathedram ſortita eſt fraterna veſtra ſanctitas, hos depoſuerit, vt Simonem Magum. Propterea non refugimus, quin veritatem prædicemus, ſeruantes, ac retinentes ea, quę à ſanctis, & omni quaque benedictis Apoſtolis, & ab inclytis patribus noſtris canonicè ſunt tradita. Et ſi quid horum ab aliquibus violatum eſt, auerſamur. Fraterna igitur veſtra ſummo ſacerdotio congruens ſanctitas, legitimè & aptè ad voluntatem Dei ſacerdotalem ſanctificationem adminiſtrans, celebrem adepta eſt gloriam. Dixit enim per prophetam primus & magnus Pontifex Chriſtus. [Viuo ego, niſi eos, qui me glorificant, glorificabo.] Noſti enim ô vir eorum deſideriorum, quę Spiritus ſunt, longè tolerabiliorem eſſe Macedonij, & eorum, qui ab illo, Sancti ſpiritus impugnatorum hęreſim. Nam cum illi Sanctum ſpiritum Dei, & patris creaturam, & ſeruum nugentur, hi ſuum ipſorum, quantum putant, ſeruum ipſum faciunt. omnis enim dominus, quidquid habet, cum libuerit, vendit, ſiue famulum, ſiue aliquid aliud ex his, quę poſſidet. Similiter & qui emit volens emptę rei dominus fieri, argenti prętio eam acquirit. Ita qui hoc nefarium facinus admittunt, ſanctum deprimunt ſpiritum, ęquè peccantes, atque illi, qui Chriſtum in Beelzebub eijcere dęmonia ore blaſphemo dicebant: vel, vt verius dicam, Iudę proditori ſunt ſimiles, qui Dei interfectoribus Judęis argenti pretio Dominum vendidit. Quando igitur Spiritus ſanctus conſubſtantialis eſt Chriſto Deo noſtro, perſpicuum omnino eſt, eos in eadem parte, ac ſorte numerandos eſſe, vt demonſtrauimus. Quòd ſi non venditur, quemadmodum certè non venditur, compertiſſimum quoque eſt in iſtis Sancti ſpiritus gratiam non eſſe, aùt ſacerdotij ſanctificationem: Et quod non acceperunt, non habent. Meminerint ſancti Petri ad eum, qui id procurarat, hoc modo dicentis [Non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto.] Nam ſi venditur ſacerdotij dignitas, ſuperuacua igitur apud ipſos eſt honeſta vitę inſtitutio, & puritatis, virtutiſque cultus: ſuperuacuus apud ipſos & Paulus diuinus Apoſtolus, docens oportere epiſcopum eſſe ſine crimine, temperantem, modeſtum, aptum ad docendum, continentem, ſobrium, inſiſtentem fideli ſecundum doctrinam ſermoni, vt potens ſit & exhortari in doctrina ſana, & contradicentes refellere. Pereunt igitur hęc omnia ex eo, quòd ſacerdotium venditur, & emitur. Subiectę igitur ſententię ex ſanctis collectę alienum omnino à ſacerdotio pronuntiant eum, qui quocunque tempore dederit, vel acceperit ſiue ante ordinationem, ſiue in ordinatione, ſiue poſt ordinationem. Accipere enim eſt, quādocunque accipere. Sed & omnes eccleſiaſticas promotiones in quibus pecunia interuenit, irritas eſſe iubent.

† al. dignitate.

Matth. 6. Eſa. 40. Ezech. 33.

Act. 20.

1. Reg. 2.

Act. 8.

1. Tim. 3. & Tit. 1.

Item ex concilio Bracharenſi, 2. cap. 3.

¶ Et qui dat, & qui accipit, vt ordines ſacri præſtentur, anathema ſit.

CAP. XXII.

1 PLacuit, vt de ordinatione clericorum, epiſcopi munera nulla accipiant: ſed ſicut ſcriptum eſt, quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent. Non aliquo pretio gratia Dei, & impoſitio manuum venundetur: quia antiqua definitio patrum ita de eccleſiaſticis ordinationibus ſtatuit, dicens. [2 Anathema ſit danti, & accipienti. Propterea, quia aliquanti [a] multis ſceleribus obruti †, ſancto altario indignè miniſtrantes, non hoc, teſtimonio bonorum actuum, ſed profuſione munerum obtinent, oportet [b] † non per gratiam munerum, ſed per diligentem prius diſcuſſionem, deinde per multorum [c] teſtimonium clericos ordinare.

Ex illa auctoritate beati Ambroſii, & Gregorij patet, quòd ſimoniaci (ſicut & alij hæretici) à fide exorbitant, & ideo conſequenter de illis intelligitur, quod de alijs decernitur.

4 *Item opponitur* [d], *quòd prophetia donum ſpiritus ſancti eſt: hæc † autem in veteri teſtamento à ſanctis prophetis vendi conſueuerat. Vnde Saul ad Samuelem pro vaticinio expetendo non niſi cum munere ire præſumpſit. Vxor etiam Hieroboam ad hominem Dei non niſi cum munere acceſſit. Item Chriſtus à Iuda* [e] *venditus auriculam ſerui ſanauit. Exemplo itaque Saulis, & vxoris Hieroboam patet, quòd donum Spiritus ſancti emere, vel vendere non eſt peccatū. Exemplo Chriſti liquet, ꝙ Spiritus ſanctus etſi iniuſtè à ſimoniacis venalis putetur, virtutis tamen ſuæ non obliuiſcitur, nec deſinit effectum ſuę gratię etiam venditus præſtare. Sed de prophetia beatus Hieronymus in caput tertium Micheæ competenter ſoluit, malos tantùm accepiſſe, non bonos denuntians.*

a PLacuit vt de.] Arg. propter indignos hanc prohibitionem inſtitutam fuiſſe: porrigitur tamen ad omnes. infrà ea. quæſtion. 3. peruenit. infra 19. quęſtion. 2. duæ.

b ¶ *Oportet.*] ſuprà. diſtinctio. 85. capitulo primo.

c ¶ *Per multorum.*] ſuprà diſtinction. 67. reliqui, in fin. contra. ſuprà 23. diſtinction. lector. contra. & 20. quæſtion. 2. oportet. ſi. ſuprà. diſtinctio. 75. capitul. 3. Sol. hic appellantur multi duo, vel tres. Vel hoc intellige cum clerici ſunt ignoti.

EX ILLA. CASVS. Concludit Gratianus ex duobus capitul. ſuprapoſitis: ſcilicet cap. Petrus. & capitu. cum omnis. quòd ſimoniaci, ſicut hæretici à fide deuiant.

ITEM OPPONITVR. Hæc eſt 4. pars quęſtionis, in qua vult probare ſophiſticè, quòd dare aliquid pro rebus eccleſiaſticis, non eſt peccatum. Ioan. de Fan. CASVS. In hoc §. & ſequenti capitulo ꝓbat Gratianus ſuperficialiter quòd vndere ſpiritualia non ſit peccatum. Et hoc facit tribus exemplis. Exemplo Saulis, qui non iuit ad Samuelem ſine munere pro vaticinio expetendo. Exemplo vxoris Hieroboam, quę non iuit ſine munere ad hominem Dei: ſcilicet Achiam prophetam. Et exemplo Chriſti, qui venditus auriculā ſerui ſanauit. Sed has obiectiones ſoluit ſequenti cap. & §. cum ergo. capit. nunquam. ſecundum Hieronymum.

d ¶ *Item opponitur.*] Ei ſcilicet, quod propoſitum eſt principaliter: quòd ſcilicet vendere ſpiritualia ſit peccatum, vel ordo venditus non habet gratiam Spiritus ſancti.

e ¶ *A Iuda.*] Huius obiectionis ſolutionem ponit. infrà in §. cum ergo. in capit. nunquam.

Iudices.

1 Iuo p. 5. c. 128.

Matth. 10.

2 5. c. quicunque.

† al. obnoxij.

† oportet ergo] orig.

† al. hoc

1. Reg. 9.

3. Reg. 14.

Luc. 22.

¶ Mali

¶ Mali prophetæ, non boni prophetiam vendebant.

CAP. XXIII.

IVdices [a], inquit, eius [b] in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede reſpondebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant, & ſuper Dominum requieſcebant [c] dicentes. Nonne Dominus in nobis eſt? non venient [d] ſuper nos mala. [e] Idcirco propter vos Sion quaſi ager arabitur, [f] & Hieruſalem, vt cuſtodia pomarij erit. [g] § Nemo ambigit Hieruſalem propter ſcelera, quæ in hoc capitulo deſcribuntur, fuiſſe ſubuerſam. *& infrà.* ¶ Poterat vtique Petrus Simoni mago vendere, quod petebat, imo poterat ſimulare vendentem † (Spiritus enim ſanctus nec venundari, nec emi poteſt:) ſed oblatam pecuniam cum offerente damnauit. *& paulò poſt.* ¶ Nec quemquam moueat illud, quod in primo Regum † libro legimus, Saulem [h] volentem ire ad Samuelem dixiſſe puero ſuo, ad eum ſe ire non poſſe, quia pretium quod offerret pro vaticinio, non haberet, & puerum reſpondiſſe. § Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſicli pecuniæ, & dabo viro Dei, & annuntiabit nobis viam noſtram. § Nō enim ſcriptum eſt, quòd Samuel acceperit, aut quòd illi obtulerint: quin potius à propheta paſcuntur, & inuitantur ad prandium. Sed fac [i] eum accepiſſe: ſtipes magis æſtimandæ ſunt tabernaculi, quàm munera prophetiæ: ſiclus enim viginti obolos habet, & quarta pars ſicli, quinque ſunt oboli [k]. Et noſtri igitur ſacerdotes, ſi volunt vendere prophetiam, & columbas in cathedris ſuis proponere, quas Dominus flagello ſubuertit, quinque A tantùm obolorum ſint mercede contenti: qui vtinam [l] non pretia villarum, ſed quinque obolos acciperent.

¶ Hoc ipſum ſonat, & in tertio regnorum libro, quòd vxor [m] Hieroboam infirmante filio pergit ad Achiam hominem Dei [n], & defert ei decem panes B, & cruſtulam, & vas mellis, quia C hæc magis in ſumptum [o] prophetæ, quàm muneri prophetiæ reputanda ſunt. Licet potuerint hi, qui ad ariolos ire conſueuerant (quia multi diuini, & arioli erant in Iſraël) ma la conſuetudine æſtimaſſe id ipſum etiam de prophetis, & voluiſſe ſanctis viris offerre, quod diuinis offerre conſueuerant. ¶ Vnde D in quarto lib. Regum † legitur, § q Heliſæus [p] venit Damaſcum, & Benadad Rex Syriæ ægrotabat, annuntiaueruntque ei dicentes, Venit vir Dei huc: & ait Rex ad Azaëlem [q]: Tolle tecum munera, & vade in occurſum viri Dei, & conſule Dominum per eum, dicens, ſi euadere de infirmitate hac potero. Iuit igitur Azaël in occurſum eius, habens ſecum munera, & omnia bona [r] Damaſci, onera

---

IVdices.] CASVS. Quidam cum de ſimonia reprehenderentur, excuſabant ſe exẽplo quorundam in veteri teſtamento: ſed Hieronymus oſtendit ſimoniacos eſſe damnandos. Primò, per verba Michææ prophetæ oſtẽdentis propter hoc Hieruſalem fuiſſe deſtructam. Secundò per damnationem Petri quam fecit in Simonẽ magum. Tertiò, excuſat Samuelem prophetam. Quartò, Achiam, dicens quòd pecuniam oblatā non receperunt: aut ſi ponas eos recepiſſe, nō pro munere prophetię, ſed in ſtipes templi, & in ſumptus neceſſarios receperunt. Quintò, excuſat Heliſæum, qui non eſt credendus ab Azaele aliquid accepiſſe: quem conſtat munera oblata à Naaman Syro reſpuiſſe. Secunda pars incipit ibi, *Poterat.* Tertia ibi, *Nec quemquam moueat.* Quarta ibi, *Hoc ipſum.* Quinta ibi, *Vnde in quarto.*

Mich. 3. ſecũdum 70.

a ¶ *Iudices.*] aliàs incipit, Duces. verba Michææ prophetæ: & eſt talis caſus. Quidam cū reprehenderentur de ſimonia, excuſabant ſe exemplo quorundam in veteri teſtamento: quos Hieron. ponit in hoc cap. Primò ergo ponit verba Michææ prophetæ, & exponit ea, oſtendens propter huiuſmodi ſimoniacos Hieruſalem fuiſſe deſtructam. Secundò ibi, *Poterat Petrus.* ponit verba Petri cum oblata pecunia Simonem condemnantis. Tertiò, excuſat Samuelem de quarta parte ſicli à Saula oblata. Quartò, excuſat Achiam de panibus ſibi ab vxore Hieroboam oblatis. Quintò, Heliſæum de pecunia quā Azael nuntius Benadab ſibi obtulit: quia non eſt veriſimile quòd acceperit.

Act. 8.

† al. ſimulatè vendere.

1. Reg. 9. † al. regnorum.

b ¶ *Eius.*] populi Iudaici. Ioan.

c ¶ *Requieſcebant.*] "Ille dicit requieſcere ſuper dominum qui obtentu [a] ſacerdotij, vel prophetiæ non viuit luxurioſè. & expone, requieſcebant, id eſt gratiam eius habebant ſecum, ſecundum opinionem ſuam.

"requeſcere ſuper dn̄m qs dicitur.

a al. cōtemptu ſcd̄m Laur.

d ¶ *Non venient.*] quaſi impunitatem ſibi promittebant.

e ¶ *Mala.*] quæ minantur nobis prophetæ.

f ¶ *Arabitur.*] hoſtili aratro, id eſt, deſolabitur, & eſſe deſinet: argum. ff. quib. mod. vſusfruct. amit. ſi vſusfructus. & hoc factum eſt à Romanis.

ADDITIO. 76. diſtinctio. ieiunium. Archid.

g ¶ *Pomarij erit.*] Cuſtodia enim pomarij collectis pomis deſeritur: & ideo hoc dicit.

h ¶ *Saulem.*] Hiſtoria. Legitur in primo libro Regum, quòd cum Saul cum quodam ſeruo ſuo aſinas quæſiuiſſet patris ſui, & non inueniſſet: dixit ſeruus Saul: Hic eſt vir Dei, qui ſine ambiguitate loquitur: eamus & quæramus ab eo. & ait Saul. Quid feremus ei? iā panis deficit in ſitarchijs noſtris, & ſportulam non habemus. ait ſeruus: Habeo in manu mea quartam partem ſtateris argenti. & iuerunt ad prophetam: & inductus eſt Saul in regem à Samuele de præcepto Domini.

i ¶ *Sed fac.*] id eſt, pone. & ita ſecundum canones poteſt pars ſupponere falſum. de conſe. diſtinct. 4. ſanctum.

k ¶ *Quinque ſunt oboli.*] Argument. in delicto quantitatem rei attendi. infra. 14. quæſtio. vltim. capitu. vltim. infra 17. quęſtio. quarta. quicunque. infra decimaſeptima, quæſtio. vlt. quæſti ſunt.

l ¶ *Qui vtinam.*] Et hoc negatiuè. i. legas, vtinā non plus acciperent. ſimile etiam habes. 23. quæſtione 4. ſi ea. & 26. quæſtio. quinta, epiſcopi. & ideo fortè hoc dicit: quia ſi plus non deberent accipere, nullus eſſet qui vellet ſimoniā committere; vel ideo fortè, quia quantò minus quis acciperet, tantò minus peccaret [b]: ſecundum quòd dicitur de abigeo: minus enim punitur pro porco, vel oue quàm pro boue. ff. de abigeis. l. 1. 1. reſpon. Vel poſſet intelligi ſecundum illam decret. extra de ſimo. & ſi quæ ſtiones. Argumen. contra infra 14. quæſtione vltim. capitu. vltim. 17. quæſtio. 4. quicunque. extr. de ſimo. ex tuæ. Sed hæc contraria habant locum quando mens corrumpitur.

b Concord. tex. in l. aut facta. §. quātitas. ff. de pœn. & ibi gl. cū cōcor.

3. Reg. 14.

m ¶ *Quòd vxor.*] Hiſtoria. Legitur in tertio libro Regum, quòd cum ægrotaret primogenitus filius Hieroboam, dixit vxori ſuæ: Tolle tecum munera, & mutato habitu, vade ad Achiam prophetam vt indicet tibi quid futurum ſit de puero. Quæ cum veniſſet ad prophetam, etſi præ caliginatione oculorum videre non poterat, dixit tamen: Ingredere vxor Hieroboam: quare te aliā ſimulas? ego miſſus ſum ad te durus nuntius. & cum multa nuntiaſſet ventura ſuper domū Hieroboam, ſubintulit: Vade in domum tuam, in introitu tuo in vrbem morietur filius tuus: qui ſolus de ſemine Hieroboam in ſepulchra patrum ſuorum inferetur. Hiſtoria de Heliſæo propheta in litera patet.

† al. Regnorum.

4. Reg. 8.

n ¶ *Achiam hominem Dei.*] qui ei prædixit mortem filij Abiæ: & qui ei peccata ſua exprobraret, & ſuam vltionem prædiceret, vt infra ead. ſi quis inquit. dic vt 23. quæſtio. vlti. cap. vltim.

o ¶ *In ſumptum.*] Ad ſumptus enim & ſuſtentationem accipere licet. ext. de ſim. cum ſit. 23. q. 5. dicat. ff. de officio proconſulis. ſolent. ff. de offic. præſidis, plebiſcito. "Et ita presbyter † ſi pauper eſt, accipere poteſt pro celebratione miſſæ. extra de præbendis, ſignificatum, niſi ſit proprius ſacerdos. de conſec. diſt. 1. ſufficit.

"Presbyter pauper pro celebratiōe Miſſæ accipere pōt.

ADDITIO. quod no. 21. q. 2. c. vlt.

p ¶ *Heliſæus.*] qui miſit lignum in aquam, & natauit ferrum. j. de conſe. diſt. 2. reuera.

† id eſt, poteſt locare operas ſuas.

q ¶ *Ad Azaelem.*] ſuarum rerum diſpenſatorem.

r ¶ *Bona.*] id eſt, aliqua de omnibus bonis, id eſt, de omni genere bonorum. ff. de regu. iuris aliud. §. refertur.

a ¶ Ob-

a ¶*Obtulit.*] Argu. in eodem facto ſecundum diuerſitatem intẽtionis alterum peccare, & alterum non, vt 32. quęſt. 5. propoſito.

4. Reg. 5.

b ¶*Viuit.*] Hęc iuratio erat in veteri teſtamento. 22. q. 1. & iurabunt.

c ¶*Faceret.*] Arg. contra Cathalanos.

N*Vnquam.*] CASVS. Dicitur hic, quòd diuinatio raro in bonam partem accipitur. Vnde illi, qui pro iudicatione futurorum pecuniam accipiebant, non erant veri prophetæ, ſed diuini: licet ſe crederent eſſe prophetas.

d ¶ *Nunquam.*] id eſt, raro.[a] pro maiori enim parte dictum eſt. aliter falſum eſt, vt ſupra eadem, eos qui.

a Cõcor. gl. in l. ſi hæreditatem. ff. mand. & de conſe. diſ. 5. nunquam.

e ¶*Diuinatio.*] "Hoc enim impoſſibile eſt, quòd diuinatio ſit prophetia. expone ergo ſic: facta eſt diuinatio, id eſt diuinatio eorum, quæ credebatur eſſe prophetia. eorum enim declarata eſt non eſſe prophetia.

" Diuinatio nõ põt eſſe prophetia.

ADDITIO. Vt hoc melius intelligas. ſcias quòd prophetia eſt rerum latentium p̃teritarũ, p̃ntiũ, vel futurarũ ex diuina inſpiratione manifeſtatio, ſecundum Papiam.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex præmiſſis, quòd vacua eſt gratia Spiritus ſancti in eis qui munera accipiunt: non obſtante exemplo quòd Chriſtus venditus fecit miracula, quia hoc fecit cauſa myſterij ad exemplum patientiæ, vel vt prodeſſet alijs, & non ementi, vel vendenti: ſicut ſimoniaci proſunt ignorantibus eos eſſe ſimoniacos: & non obſtante eo ꝙ ſæpe ad bonum finem veniunt quę malo principio inchoantur.

Num. 23.

f ¶*Secundum.*] Et ita docet nos magiſter reſiſtere. Argum. à ſimili. 28. quæſtione prima, nuptiarum. ff. de condictio. indebi. ſi reus. 32. quæſtione ſeptima. Apoſtolus. pręterea reſponderi poteſt per id quod nota. ſuprà ead. eos.[b]

b Bñ ibi no. p Lau. cui⁹ fuit iſta gl. ſed non no. ſcd̃m Ioan. & ibi dixi ſũmã Lau. in ver. portionis. Arc.

g ¶*Item obijcitur.*] In defenſionem ſimoniacorum vſque ad §. ſed

1. Cor. 3. Luc. 22. Ioan. 18.

quadraginta camelorum. § Sed non eſt credendum accepiſſe: ſicut de eodem Heliſæo legitur, quòd Naaman mundatus à lepra obtulit[a] ei munera dicens § Obſecro, vt accipias benedictionem à ſeruo tuo. At ille reſpondit, Viuit[b] Dominus, ante quem ſto, quia non accipiam. Cumque vim faceret[c], penitus non acquieuit. §

¶*Caput hoc in vno vetuſto exemplari coniunctum eſt ſuperiori, & loco primæ dictionis*, Iudices, *legitur*, Duces. *quemadmodum eſt apud B. Hieronymum in verſione 70.*

A ¶Quinque tantùm obolorum ſint mercede contenti, qui.] *Iſta omnia abſunt à recentioribus editionibus B. Hieronymi, atque etiam à vetuſtioribus, præter dictionem*, qui. *Sed non ſunt expuncta, quia ſententiæ non officiunt.*

B ¶Decem panes.] *Sic in vulgata Latina B. Hieronymus habet*, panes, & vuas paſſas, & vaſculum mellis. *In Græca autem & cruſtula, & vuæ paſſæ commemorantur*, ἄρτους, *inquit*, καὶ κολλύρια τοῖς τέκνοις αὐτοῦ, καὶ σταφυλάς.

C ¶Quia hæc magis.] *Iſta vſque ad v.* Licet, *non habentur hic apud beatum Hieronymum, ſed loco eorum, hęc.* Dicitur enim, quid ſecum illa portauerit: & tamen propheta non ſcribitur accepiſſe: quippe cum & corripuerit eam, & venturum luctum prædixerit. licet, &c.

D ¶Vnde in quarto.] *Hæc vſque ad finem non ſunt inuenta apud B. Hieronymum.*

Item in eodem capite.

¶ Quòd diuinatio in bonum non accipitur.

CAP. XXIIII.

NVnquam[d] diuinatio[e] in ſcripturis in bonam partem accipitur. § Non eſt augurium in Iacob, neque diuinatio in Iſraël. § Videbantur ſibi quidem eſſe prophetę: ſed quia pecuniam accipiebant, prophetia ipſorum facta eſt diuinatio.

¶ *Hoc etiam caput in aliquot vetuſtis eſt coniunctum ſuperiori, & legitur vt in originali*, Nunquam enim.

Cum ergo ſecundum[f] *Hieronymum boni prophetæ non munera prophetiæ accipiebant, ſed ſtipes tabernaculi: malis autem, qui accipiebant, prophetia, quæ Dei erat donũ, in diuinationem, quæ diabolica eſt, conuertebatur, quid aliud colligitur, niſi quòd ſimoniacis (quod ſuperius dictum eſt) nulla ſpiritualis gratia cooperatur? Cum enim in ſacramentis neque qui plantat, neque qui rigat, ſit aliquid, ſed qui incrementum dat, Deus; quis operatur in eis, ſi Dominus, qui incrementum dat, in eis non lucet, ſed eſt otioſus? Item, quod dicitur de Chriſto, quòd ſicut Chriſtus venditus auriculam reſtituit Malcho, & fecit miracula, ſic & Spiritus ſanctus poſſit vendi, & in ipſa venditione ſuam gratiam operari, non valet hæc ſimilitudo. Non enim hoc operatur ſpiritus ſanctus ſpiritualiter in perfidis mercimonijs auaritiæ, quod Chriſtus geſſit corporaliter certi myſterij cauſa ad exemplum patientiæ. Si enim omnifaria eſt ſimilitudo, cum credatur poſſe vendi ſicut Chriſtus, credatur etiam Spritus ſanctus poſſe crufigi: quod impoſſibile eſt. Poteſt etiam intelligi (vt à ſimilitudine non recedamus) quòd ſicut Chriſtus venditus non venditori, vel ementi, ſed eis, qui neſcientes aderant, dona ſuæ gratiæ contulit, pro quibus etiam in cruce ſupplicauit, ſic & ſpiritus ſanctus non vẽdenti, vel emẽti, ſed his, qui de manibus eorum, ignorantia ducti, ſacramenta Dominica accipiunt, ſuæ gratiæ effectum largiri probatur. Item obijcitur,*[g] *quòd etſi malum ſit eccleſiaſtica emere, tamẽ ſæpe ſiniſtra principia ad felices perueniunt exitus. Vt Iacob per ſupplantationem*[h] *peruenit ad benedictionem, vt ſeges, quæ leproſa manu ſeritur, munda tamen metitur, vt ex adulterino concubitu pulchra ſoboles naſcitur, ſic & pecunia, quæ per ſimoniam acquiritur, fœlicem habet exitum, cum pauperibus profutura erogatur. Sed nihil horum ſimoniacis patrocinatur. Ait enim Leo epiſcopus ad Mauros epiſcopos, epiſto. 85. al. 87.*

¶ Quæ malo inchoantur principio, non peraguntur bono exitu.

CAP. XXV.

I PRincipatus, quem aut ſeditio extorſit, aut ambitus occupauit, etiam ſi moribus, atque actibus non offendit[i]: ipſius† tamen initij ſui eſt perniciosus exemplo[k]. Et difficile eſt[l], vt bono[m] peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio.[n]

Item Gregorius Antiocheno Epiſcopo, lib. 7. epiſt. 47. indict. 2.

¶ Non ſuperædificatur bonum opus, vbi Chriſtus fundamentum non eſt.

CAP. XXVI.

CVm Paulus dicat § Fundamentum[o] aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus

nihil. & ibi ſtatim incipit impugnare eos.

h ¶ *Per ſupplantationem.*] tamen factam inſtinctu domini. 7. quęſtione prima, quàm periculoſum.

P*Rincipatus quem.*] CASVS. Prælati qui dignitates malè acquiſiuerunt, etſi alios non offendant: malos tamen exitus conſueuerunt habere. difficile enim eſt vt bono peragantur exitu, &c. Seq. c. patet.

i ¶*Non offendit.*] ſic 14. q. 5. neque.

k ¶*Exemplo.*] Habetur & ratio exempli. Non nulla ſiquidem in canonibus reprobantur. "Multa enim reprobantur ne ſint perniciosa exemplo, quæ poſſent tolerari, vt 11. quæſt. 3. præcipuè. ſupra 50. diſtinct. de his verò ſupra diſtinctione 82. plurimos. ſuprà diſtinctio. 96. bene. & argum. 21. quæſtio. 2. ſi quis iam. argu. 27. quæſtio. 2. nec aliqua. ĵ. 27. q. 2. inſtitutum eſt.

"Reprobantur multa ne ſint exẽplo perniciosa. Concor. tex. in l. obſeruãdũ. cũ ibi no. ff. de iudi. & in l. 1. cum gl. in ver. peſſimo. ff. ad Maced.

Gen. 27.

l ¶*Difficile eſt.*] ideſt, nunquam. ĵ. eod. ſi quis neque. quandoque ponitur pro vix. 47. diſt. quantumlibet.[c]

c Sed Hu. d̃t difficile qua ſi nõ impoſſibile.

m ¶*Bono.*] ſic 14. q. 5. neque. Ar. contra. extra qui ſil. ſint legi. tanta. & de matrimonio contracto poſt votum de futuro.

n ¶*Principio.*] Ar. initium ſpectandum[d]: & quantum valeat bona fides à principio, collige ex his, arg. 3. q. 10. placuit. 20. q. 3. propoſitum. 61. diſ. miramur. 92. diſt. ſi quis epiſcopus. ext. de elect. auditis. ext. de cenſi. peruenit. ff. de rei vendi. ſi in aliena. & de publiciana. de pretio. ff. de his qui no. infa. quid ergo. & de orig. iur. l. 1. Arg. contra. ff. de legi. non omnium. 16. quæſt. 3. §. poteſt. ſ̃. diſt. 17. regula. infra 14. q. 5. neque. ĵ. 16. q. 1. c. vlt. & q. 3. ſi ſacerdotes. extr. de iu. patro. cura paſtoralis. Ioã. Si quis ſemper hẽt malam fidem, nunquam habebit exitum bonũ: ſecus in contrarijs. B.

d Ad hoc extra de elec. dudũ. 1. vbi d̃ hoc. & 16. q. 3. ſi ſacerdotes. Arc.

1 Anſ. l. 7. c. 17. diſ. 61. c. miramur.

† al. ipſe.

C*Vm Paulus dicat.*] o ¶*Fundamentum.*] Argum. contra. Debile principium melior fortuna ſequetur. Et argumen. " non baptizatum non ſuſcipere

1. Cor. 3.

" Ordinẽ ſuſcipere non põt q baptizatus non eſt.

pere ordinem. 24.q.1.vbi ſana.ĵ.c.q. ſi quis per ignorantiam. & infra e.ſi quis confugerit. ext.de presby. non bap. veniens. &c.ſi quis.

NOn eſt putanda.] CASVS. Oſtendit Greg.in hoc c. quòd nullus debet ſimoniam committere, vt poſtea ex pecunia velit eccleſias conſtruere, vel eleemoſynas facere: tum quia ſcriptum eſt: Honora Deum de tuis iuſtis laborib. Tum quia dicit Salomon, Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis,&c. Et hæc in 1. part. In 2.par inſtruit clericos ad dignitatem, vt antequam accedant ad dignitatem, vires ſuas metiantur, vt ad quam ſe ſufficere credunt, cum metu accedant. Vel ſic. CASVS. In prima part. probatur triplici auctoritate, quòd de illicitè acquiſitis non eſt eleemoſyna facienda. Prima auctoritas eſt illa. *Hoſtiæ impiorum*, &c. Secunda, *Honora Deũ.* Tertia, *Qui offert ſacrificium*, &c. In 2.parte dicitur, quòd ſi aliquis ad honorem debet accedere, prius vires ſuas conſideret: & etiam ſi ſe ſufficientem videat, cum timore accedat: aliter nullo modo accedat.

1 Ioan.diac.

2 Pol.l.2.ti. 1. Anſ. li.5. c.30. Pan.l. 2.c.194. Iuo p.5.c.112.

a ¶[*Ex illicitis rebus.*] Hic dicitur quòd de malè acquiſitis non debet fieri eleemoſyna: quod verum eſt cum domininum non eſt translatum: vel ſi repetitio competit, vt dixi in ſumma, 14. q. 5. ſed vbi non competit repetitio, bene: vnde & meretrix pt̄ facere eleemoſynam, ſed non latro: arg. ff. de cond. ob tur. cau. l. idem. §. quoties. Sed quid ſi de pecunia ſimoniaca fundata eſt eccleſia? Dico quòd non demolietur. 14. q. 6. cõperimus. & 12. q. 2. aurum. Sed quid de iure patronatus[a] illius eccleſię? Dic quòd datur eccleſiæ cui facta eſt ignominia. ext. de ſimo. de hoc autem. in aut. de ſanc. epiſc. §. pro omnib. ff de cal. generaliter. §. illud. Itẽ quid ſi ex pecunia ſimoniaca quis emit vineam, nunquid de fructu faciet eleemoſynã? Non: quia eodem iure cenſentur cum pecunia: cũ fructus in locum pecuniæ ſuccedant. arg. ext. de vſu. cum tu. in fi. ff. de leg. 2. Imperator. §. vlt. & l. ſeq. & ſup. 94. diſt. c. 1. Arg. contra. ff. de fur. qui vas. §. pen. & vlt.

Prouerb.22

Prouerb.3.

a ſ. empto p pecuniã. Io. de Fan. contra id extra de iu. pat. de iure.

Eccl. 34.

b ¶[*Facere.*] Sed opponitur, Fac tibi amicos de mammona iniquitatis.ᶜᶜ ſed ſic exponitur, i. de diuitijs, ſolicitudinib. & laborib. acquiſitis: vel quib. abſtuliſti ſua, reſtituas,[b] vel eorum parentib. vel illis mortuis ſacerdotib. offeras: & iſti omnes facti tibi amici orabunt pro te ad Dominum. licet enim dictum ſit: Quæ in malum acqſiuiſti, in bonum expende: non tamen id tibi patrocinabitur. H. malè acquirere propter eleemoſynam, & id in bonum expendere, nihil aliud eſt quàm filium conſpectu patris mactare. 14. q. 5. immolantis. aliter autem acquiſitum, vt amore filiorum, & in bonum expenſum, id tibi patrocinabitur ad præmium. Hug.

ᶜᶜ Facere amicos de mammona iniquitatis, quid.

b Hic videas qđ hr̄ 14. q. 5. ſed hic ibi exponitur pdicta auct.

Ieſus: § conſequenter probatur, quia vbi Chriſtus non eſt fundamentum, nullum boni operis eſt ſuperædificium.

¶ *Apud B. Gregorium ſic legitur.* Prædicator autem egregius dicit [fundamentum, &c.] Quiſquis ergo cum dilectione Dei, & proximi, fidei, quę in Chriſto eſt, firmitatem tenet, eundem Ieſum Chriſtũ Dei & hominis filium apud ſe poſuit fundamentum. Sperandum ergo eſt, quòd vbi Chriſtus fundamentum eſt, bonorum quoque operum ſequatur ædificium.

Idem Syagrio, & alijs Epiſcopis, lib.7.ep.110. [1]

¶ Non poteſt fieri eleemoſyna ex pecunia ſimoniacè acquiſita.

CAP. XXVII.

2 NOn eſt putãda eleemoſyna, ſi pauperibus diſpenſetur, quod ex illicitis[a] rebus accipitur, quia qui hac intentione malè accipit, vt quaſi bene diſpenſet, grauatur potius, quàm iuuatur A. *& paulò poſt.* ¶ Vnde etiã illud certum eſt, quia etſi monaſteria, aut xenodochia, vel quid aliud de pecunia, quæ pro ſacris ordinibus datur, conſtruantur, mercedi non proficit. *& paulò poſt.* ¶ Ne ergo ſub obtẽtu eleemoſynæ cum peccato aliquid ſtudeamus accipere, apertè ſacra ſcriptura nos prohibet dicens § Hoſtię impiorũ abominabiles, quæ offeruntur ex ſcelere. § Quidquid enim in Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam, ſed irritat. Hinc rurſus ſcriptum eſt § Honora Dominum de tuis iuſtis laboribus. § Qui ergo malè tollit, vt quaſi bene prębeat, conſtat ſine dubio, quia Dominum non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur. [Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperum, quaſi victimat filium in conſpectu patris. § Quantus autem dolor patris ſit, perpendamus, ſi in eius conſpectu filius victimetur. Et hinc facilè cognoſcimus, quantum apud Deum dolor exaſperatur, quando ei ſacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum eſt, dilectiſſimi fratres, ſub obtentu eleemoſynæ, peccata ſimoniacæ hæreſeos perpetrare. Nam aliud eſt propter peccata eleemoſynas facere[b]: aliud propter eleemoſynas peccata committere.† *& poſt pauca.* ¶ Quiſquis ergo ſacerdotium non ad elationis pompam, ſed ad vtilitatem adipiſci deſiderat, prius vires ſuas[c] cum hoc, quod eſt ſubiturus, onere metiatur, vt ſi impar eſt, abſtineat[d], & ad id cum metu etiam, cui† ſe ſufficere exiſtimat, accedat.

† al. perpetrare.

† al. qui

A ¶[Iuuatur.] *Si hic interponatur caput, Eleemoſyna.* ĵ. 14. *q.5. erit integer hic locus.*

B ¶[Committere.] *Hic apud B. Gregorium interÿciuntur c. Hoc quoque. diſtin. 59. & c. Sicut neophytus. diſt. 48.*

Item Theodorico, & Theoberto† *Regibus Francorum, libro 7. epiſto. 114.*

† al. Theodeberto.

¶ Paſtor ſimoniacus nullam ouibus præbet medicinam.

CAP. XXVIII.

3 FErtur ſimoniaca[e] †hæreſis (quæ prima contra Dei eccleſiam diabolica plantatione ſubrepſit, & in ipſo ortu[f] ſuo, zelo † Apoſtolicæ vltionis percuſſa, atque damnata eſt) in regni veſtri finibus dominari: cum in ſacerdotibus fides ſit eligenda cum vita. Si enim vita deeſt, fides[g] meritum non habet, beato Iacobo atteſtante, qui ait § Fides ſine operibus[h] mortua eſt.[i] § Quę enim opera eſſe valeant ſacerdotis, qui honorem tanti ſacramenti conuincitur obtinere per præmium? *& poſt pauca.* ¶ Hinc igitur non ſolùm in ordinatoris, & ordinati animam lethale vulnus infligitur, verum etiam[k] excellentiæ veſtrę re-

3 Poly. ibid. Anſel. lib. 6. c. 78. Iuo p. 5. c. 111.

† al. ſimoniacam hęreſim.

† al. telo.

Iac. 1. 2.

c ¶[*Prius vires ſuas.*]ᶜᶜ *Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquã Viribus: & verſate diu quid ferre recuſent, Quid valeant humeri.* ar. ff. de excu. tu. paupertas. Idem dicit lex in mulione. ff ad l. Aquil. l. idem iuris. §. 1. & l. qua actione. §. 2.

ᶜᶜ Horatius in arte poetica.

d ¶[*Abſtineat.*] Hic pręſumitur contra indignum prelatum ſtatim quòd male ſit electus: ar. à contrario ſenſu, 61. di. miramur. verſ. nec putandus eſt honor.

FErtur.] CASVS. Gregorius reprehendit hic reges Franciæ eo quòd in ſuis finib. ſinũt ſimoniam vigere. Et oſtendit hoc eſſe damnum regi: quia ſimoniaci nocent regimini eorum de ſuis iniuſtis orationibus quorum interceſſionibus debuerat adiuuari. qs enim de ipſorum orationibus confidere poteſt, quos intus cognoſcat eſſe vulneratos? & qualis fructus producitur cum radix eſt infecta?

e ¶[*Simoniaca.*] Notat Gregorius primò de negligentia reges iſtos Franciæ, ᶜᶜ eo ꝙ dominatur ſimonia in regno eorum. Secundò dicit ꝙ ipſorum prælatorũ culpa in eorum regimen retorqueatur. Tertiò timendũ eſt de his qui tales apud Deum interceſſores habent, qui in ſe prouocant irã Dei, quam placare debent.

ᶜᶜ Simonia dominatur in Francia.

f ¶ *Et in ipſo ortu.*] quo ad nouum teſtamẽtum: & intellige poſt reſurrectionẽ: & ſic non eſt contra de conſecr. diſt. 2. primas.

g ¶[*Fides.*] pfeſſionis ſ.

h ¶[*Operibus.*] Exterioribus.

i ¶[*Mortua eſt.*] ſi tempus datur vel locus. de pœ. di. 3. c. vlt.

k ¶[*Verum etiam excellentiæ.*] ᶜᶜ Ecce ꝙ crimen alicuius nocet innocenti,[c] arg. diſt. 61. miramur. ver. ſicut enim. arg. ca. q. dominus, contra ĵ. ea. q. 4 c. 1. arg. 8. q. 4. c. 1. contra diſt. 81. ſi

ᶜᶜ crimẽ alterius nocet innocenti.

c đ hoc no. B. ext. đ pœ. quibuſdam.

qui

qui ſunt presbyteri.arg.diſt.37.§.vt itaque.arg.de conſe.diſt. 1.in ſancta.Arg.contra,24.q.1.non turbatur.arg.6.q.1.ex me rito.arg.49.diſt.§.1.arg.2.q.7.c.ſicut.2.argu.ĵ.c.q.multi. Et eſt arg.quòd res inter alios acta alijs non præiudicat. ĵ.de pe nit.diſt.6.c.1.ff.de re iud. ſæpe. Ioan. "Hoc breuiter tene, ꝙ res inter alios acta,alijs nõ nocet, gñaliter:nec crimen alterius alij no cet, in caſibus tamen ſpecialibus fallit, qui in iure expreſſi inue- niuntur.extr. de re iud. quamuis.& 6.q.1.§.ve- rum. & alijs ſimilibus caſibus,vt 2.q.6.§.dif- finitiua.

" Res inter alios acta alijs regula riter nõ no- cet.

† al. regimẽ veſtrorũ epi ſcoporum.

1 Sic conti- git,q̃ Theo doricus fuit decapitatus apud Colo- niã & Theo debertus in toxicatus à Brunichil- da.

a ¶*Suffragatur.*]Nam dicit lex qualiter quiſ- que meretur,non quan tum dare ſufficiat æſti met.C.de epiſ.& cle. ſi quemquam. Sed quæ- ritur quare ſcribit Pa- pa regi,cũ non habeat poteſtatẽ ſuper his.11. qõ. 1. ſacerdotibus ? Ideo, quia particeps erat: vel quia erant in- corrigibiles, vt ĵ. c. q. vlti.c.vlti. 17. diſt. nec licuit ext. de iud.cũ nõ ab homine.

b ¶*Vltoris.*]id eſt, pre lati, qui vitia aliorum debet vlciſci.

c ¶*Vlciſcendus.*]id eſt, pp peccata [a] puniẽdus.

d ¶*Prouocant.*]in ſe, non in illos pro qui- bus ſupplicant.& ita eſt exaudi 3.q.7.in grauib.

a,ppria.q.d. aſſumit offi cij [illegible] ille, de quo debet vitio ſumi.

CVM ERGO.Con- cludit Gratianus ex omnibus ſupradictis, ꝙ ex malo initio bo- nus exitus non ſperat.

† al.quã per ſemetipſos placare de- buerant.

SIcut.]CASVS. Di- citur in hoc c.quòd ſicut eunuchus fuit q Ioſeph comparauit: ſic eunuchi ſunt,i.ſine hu- more gratiæ qui ſimo- niam committunt. & in eis ignis ſpũs ſancti non viget.Quod proba tur exemplo Antiochi, quo vendente ſacerdo- tium ignis qui vixerat ſub aqua ſeptuaginta annis, extinctus eſt. Et nota duas hiſtorias in hoc cap. ſcilicet de Ioſeph, & igne." Legitur enim in Geneſi quòd Ioſeph venditus eſt à fratrib. ſuis Iſmaelitis euntibus in Aegyptum:qui poſtea ven diderunt eũ Phutifar eunucho Pharaonis Regis:quem exiſti mo miraculosè eunuchizatum: ideo quia emerat Ioſeph vt eo abuteretur, cum ante conſtet eum vxorem habuiſſe & fi- liam. "Item legitur in libro Machabæorũ quòd filijs Iſrael in perfidiam deductis, Hieremias cũ quibuſdam alijs ignem ſacrificij abſconderunt in valle vbi erat puteus occultus: poſt multos autem annos ad preceptum regis Perſidis quæſitus eſt ignis ille:quo inuento hauſerunt aquam, qua ligna cõpo- ſita aſpergebantur,& ſtatim ardebant.pro quo miraculo Rex ſuper puteum illum templum ædificauit. tempore verò pro- cedente cum Rex Antiochus regnum ſuſciperet & regna- ret in Iudæa, Iaſon frater ſummi ſacerdotis adito rege obtu- lit ei talenta 40. & accepit ab eo ſummi ſacerdotij principa- tum: & ſtatim extinctus eſt ignis ſacrificij. Sequentes duo §§. plani ſunt.

"Ioſeph vẽ- ditio.

" Ignis diu occultati miraculoſa inuentio.

e ¶*Sicut eunuchus.*]"Phutifar qui primò habuit vxorem fi- liam Pharaonis: cum poſtea fuiſſet ordinatus ſacerdos He- liopolis,fuit exectus. Vel vt quidam dicunt, ſiccauit Domi- nus genitalia eius,quia ad turpes vſus emerat Ioſeph.

" Phutifar gener Pha- raonis in ſa cerdotio fuit exect⁹.

f ¶*Viuum ſemen.*]ſcilicet boni operis.

gnum, † epiſcoporum culpa (quorum magis interceſſioni- bus iuuari debuerat)pregraua tur. 1 Si enim dignus is ſacer- dotio creditur, cui non actio- nis merita, ſed præmiorum co pia ſuffragatur [a],reſtat,vt nihil ſibi in eccleſiaſticis honoribus grauitas,nihil defendat indu- ſtria,ſed totum auri profanus amor obtineat. Et dum vitia remunerantur honore, in lo- cum vltoris [b] : is, qui fortaſſe fuerat vlciſcendus [c], adduci- tur: atque hinc ſacerdotes nõ proficere,ſed perire potius iu- dicantur. Vulnerato namque paſtore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam?aut quo modo populum orationis cly- peo tueatur, qui iaculis ſe ho- ſtilibus feriendum exponit ? aut qualem de ſe fructum pro ducturus eſt,cuius graui peſte radix infecta eſt? Maior ergo metuenda eſt locis illis fore calamitas,vbi tales interceſſo res ad locum regiminis addu- cuntur,qui Dei in ſe magis ira cundiam prouocant [d], quàm per ſemetipſos populis place- re debuerant. †

Cum ergo ſecundum Leonem ſi- monia non bono peragatur exitu, ſe cundum Gregorium nullum boni operis ſequatur ædificium,nec ſit pu tanda eleemoſyna, quæ ex pretio ſi- moniꝗ erogatur pauperibus,vulne- rato paſtore medicina non adhibea- tur curandis ouibus,de infecta radi- ce fructus non producatur, maior etiam calamitas in futuro metua- tur, de tam ſiniſtro principio quis felix exitus ſperatur?

Hinc etiam Auguſtinus ait.

¶ Simoniacorum ſacramenta eſſe ctu gratiæ carent.

CAP. XXIX.

SIcut eunuchus [e] fuit, qui Ioſeph comparauit,ita qui gratiam mercatur, viuum [f] ſe- men non habet ſiccis genita- libus. Sic quoque ignis ſacrifi cij,qui per ſeptuaginta annos babylonicæ captiuitatis ſub aqua [g] vixerat, extinctus eſt, Antiocho [h] Iaſoni vendente ſacerdotium: quod ſignifica- uit Spiritus ſancti ignem non lucere [i] in ſimoniacis † ſacra- mentis.

Quid in his ſimilitudinibus bea- tus Auguſtinus notare voluit, niſi quia ſacramenta ſimoniacorum (ſi- cut & cæterorum hæreticorum) li- cet ſint vera quantum ad formam, inania tamen, & falſa ſunt, quan- tum ad effectum,cum non poſſint in cordibus hominum gignere, vel ac- cendere cæleſtem gratiam.

5 ¶*Sed obijcitur* [k] *illud Auguſtini contra hæreticos tractatu 5. ſuper Euangelium Ioannis.*

¶Siue bonus, ſiue malus ſit mini- ſter,per vtrunque effectus gra tiæ confertur.

CAP. XXX.

2 SI iuſtus [l] fuerit miniſter, computo eum cũ Paulo, qui gloriam ſuam non quærit,

g ¶*Sub aqua.*]Arg. diſt. 81.c. ſi qui. Arg.tamen contra 28. diſt.c.vlt.& ĵ.c.Dominus.Ioan.

h ¶*Antiocho.*]"Iſte Antiochus Græcus fuit:& multum Iu dæos oppreſſit.& vendidit ſacerdotium templi. Et eſt ar. hic quòd in vete.teſt.ſimonia erat ordinem emere.

" Antioch⁹ multa faci- nora perpe- trauit.

i ¶*Nõ lucere.*]"Ignis miſſus à Hieremia in puteum: qui tamẽ poſt nunquam fuit inuen- tus: ſed aqua pinguis la pidi ſuppoſita illum comburebat. de iſto igne habes de pœ. diſt. 3.inter hæc hircum. & puteus erat in valle Io- ſaphat: vbi Rex Perſa- rum fecit fieri templũ, & appellatum eſt à Hie remia nephtar,quod in terpretatur purificatio. Ioan.

" De igne Hieremię.

Geneſ. 39. 2.Marc.1.& 4.

SED OBIICITVR. Hæc eſt 5. pars huius qõ.in qua vult probare quòd ſi catholicus ma- lus. ſ.toleratus confe- rat ſacramentum ali- quod,bene valet, dum- modo accipiens non ſit in culpa: & idem credo de ſacramentis ab hære ticis collatis in forma eccleſiæ.In tali tñ indi- get manus impoſitio- ne propter immanita- tem hæreſis. & hoc pro bat 18. autho. Ioan.de Fan.

† al.ſimonia corum.

k ¶*Sed obijcitur.*]In defenſione ſimoniaco- rum probando, quòd habent effectum ſacra- menta ab eis collata. Ioan.

SI iuſtus.]CASVS.Hic oſtenditur,quòd ſi ſa cerdos iuſtus fuerit,eſt bonus miniſter ſacra- mentorũ, & non actor: quod probatur exem- plo Pauli. ſi verò ma- lus eſt,ſua malitia ſacra mentis non obeſt: quia ſicut aqua ſterilis non eſt quamuis per cana- lem ſterilem fluat: ita virtus ſpiritualis etſi p immundos tranſeat, tamen ab illuminandis excipitur.Et no. quòd ab iſto ſupradicto capitulo vſque ad capitu. etiam cor- de,probatur quòd vera ſunt ſacramenta malorum ſacerdotũ: & verè ab eis conferuntur, dummodo in forma Eccleſię con ferantur.

2 ĵ. de conſ. di.4.c.aliud Alg.lib.3.c. 5.Anſ.l.9.c. 30. Polyc.l. 3.tit. 10.

l ¶*Si iuſtus.*]Ab iſto capitu. vſque ad illud,etiam corde. " oſtendit magiſter, quòd ſacramenta hæreticorum vera ſunt, & verè ab eis conferuntur, ſi in forma eccleſiæ conferantur: non tamen quo ad virtutem: cum diſtinctione tamen: quia ſacramenta neceſſitatis [b] ſi in neceſſitate quis ſumat ab hæ- retico, vel etiam ſi ignoranter ſumat: & virtutem & verita- tem quidem accipit ſacramenti. Si verò non neceſſitate, vel ſcienter accipit: veritatem quidem accipit ſacramenti, non virtutem.ſi tamen ficte accipit,& poſt agat pœnitentiam, ha- bebit vtrũq; de conſecratio.diſt.4.tunc valere.& §. ſed notan dum.ĵ.ead.In ſacramento verò dignitatis, vt in ordine, di- ſtingue ſecundum illam diſtinctionem.11. quæſtio. 1.ordina tiones.& in ſumma ibi poſita. In ſacramento Euchariſtiæ di cimus quòd de manu hæretici ſumendum non eſt: 24. quæ- ſtione 1. capitulo vltimo & 32. diſtinctio.§. verum.ſi tamen accipiatur, verum eſt corpus, ſi in forma eccleſiæ eſt confe- ctum:licet quidam dicunt,quòd ipſi non conficiunt.24.quæ ſtio.1.ſchiſma.

"Hæretico- rũ ſacramẽ ta ſunt ve- ra.

b & hoc leg. & no. ĵ.c.§. ſed notãdũ eſt. Arch.

c Ad idẽ de pœ.diſt.3.§. illud aut. Gre.in fi.

ADDITIO. Arg.de conſe.diſt.2.quid ſit.Arch.

a ¶Plan-

a ¶*Plantaui.*] prædicando.
1.Cor.3. b ¶*Rigauit.*]baptizando.
c ¶*Tranſit.*] infra eadem, ſic populus. contra. Soiut. " hoc de ſacramentis neceſſitatis, quæ ſemper habent effectum niſi culpa ſuſcipientis impediat, & ibi de ſacramentis dignitatis. vel hic de fictè ordinatis: ibi de his quos eccleſia tolerat. Vel dic quod ſunt polluta quantum ad illos, vt 49. diſtinctio. capitul. vltim. 15. quæſt. vlt. c. fin.

" Sacramenta ſunt duplicia.

EX *catholica.*]CASVS. Dicit Aug. quòd à catholica eccleſia vera ſumpſerunt hæretici ſacramenta, qui ſic habent & conferunt ſicut habebant ante quàm de eccleſia exirent. Sequentia tria c. plana ſunt, & per ſe patent.

d ¶*Ex catholica*] In hoc & in duobus c. ſequentibus dicitur ꝙ vera ſunt ſacramenta hæreticorum, quæ in forma eccleſiæ celebrantur.

e ¶*Omnia.*]id eſt, omnium ſacramentorum veritas & forma.

f ¶*Habebantur.*]Arg. contra. ȷ̄.c.extra catholicam. ſed ibi expone, ideſt, extra formam catholicæ eccleſiæ.

g S*Ic autem Deus.*] Deus dicitur adeſſe talibus ſacramentis, vt veritas ſubſiſtat, & vt virtus præſtetur ei qui accipit ignoranter. ſuprà e.ſi iuſtus.

1 Alg.lib.3. c.9. Deuſd. in tract. de ſimoniacis. Pol.l.3.titu. 10.

h ¶*Et verbis ſuis.*] " Et ita verba neceſſaria ſunt: argum. infra eod. detrahe.

" Verba in ſacramētis ſunt neceſſaria.

i S*Acramenta.*] ¶*Non mutaſtis.*] id eſt, non extra formam eccleſiæ tradidiſtis.

k ¶*Iniuriam.*]argum. quòd propter alterum non debet alteri iniuria fieri. de conſecratio. diſtinct.4.oſtenditur. ff. de regu. iur. non debet. Ioannes.

2 Alg.l.3.c. 1.Iuo p.1.c. 117.

†al.ſi †al. p quoſcunque. †al. &

S*Icut ficti.*] CASVS. dicitur hic quòd ſicut ſi quis adultus fictè vel ſine contritione accedit ad baptiſmum, veruntamen recipit ſacramentum: ſic & vera ſunt ſacraméta, quæ ſchiſmatici & hæretici in forma eccleſiæ conferunt. Sequen. ca. patet.

3 Alg.ibid. Deuſd.i tracta. de ſimoniacis. Anſ. lib.9.c.48 Pol.ibid..

dicens § Ego plantaui[a], Apollo rigauit[b], Deus autem incrementum dedit. § Qui verò fuerit ſuperbus miniſter, cum diabolo computatur: ſed non contaminatur donum Chriſti, quia per illum purus fluuius tranſit, & venit ad fertilem terram. Scio quia lapis ex aqua fructum ferre non poteſt: & ſi per lapideos canales tranſit[c] aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generatur, ſed tamen hortus plurimum fructum affert. Spiritualis enim virtus ſacramenti vt lux pura ab illuminandis excipitur: ſed per immundos tranſiens non coinquinatur.

¶*Ab initio huius capitis vſque ad v.*donum Chriſti. *Algerus lib.3.c.5. citat ex beato Auguſtino, cuius tamen propria verba habentur inf. de conſe.diſt.*4. *c.aliud.* §. *ſi fuerit.*

A ¶Quia per illum.] *Apud B. Auguſtinum tractatu 5. legitur.* Quod per illum fluit, purum eſt, quod per illum tranſit liquidum, venit ad fertilem terram: puta, quia ipſe lapideus eſt, quia ex aqua fructum ferre non poteſt: per lapideum canalem tranſit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generans, ſed tamen hortis plurimum fructum affert. Spiritalis enim virtus ſacramenti ita eſt, vt lux: & ab illuminandis pura excipitur, & ſi per immundum tranſeat, non inquinatur.

Idem ad Vincentium Donatiſtam, epiſt. 48.

¶De eodem.

CAP. XXXI.

1 EX catholica[d] eccleſia ſunt omnia[e] Dominica ſacramenta: quæ ſic habetis, & datis, quemadmodum habebantur[f], & dabantur, etiam priuſquam inde exiretis.

Idem de baptiſmo contra Donatiſtas, li.5.c.19.

¶De eodem.

CAP. XXXII.

2 SIc† autem Deus[g] adeſt ſacramentis, & verbis[h] ſuis, per quales libet† adminiſtretur, & ſacraméta Dei vbique recta ſunt, ſicut† mali homines, quibus nihil proſunt, vbique peruerſi ſunt.

Idem lib.4.de bap. contra Donatiſtas cap.12.

¶De eodem.

CAP. XXXIII.

3 NEc foris ergo, ſicut nec intus quiſquam, qui ex parte † diaboli eſt, poteſt vel in ſe, vel in quoquam maculare ſacramentum, quod Chriſti eſt.

† al. patre diabolo.

Idem ad Emeritum, epiſt. 164.

¶Sacramenta, quæ non mutantur, catholicis, & hæreticis communia probantur.

CAP. XXXIIII.

4 SAcramenta, quæ non mutaſtis, [i] ſicut habetis, approbantur à nobis: ne fortè cū veſtram prauitatem corrigere volumus, illis myſterijs Chriſti, quæ in veſtra prauitate deprauata non ſunt, ſacrilegam faciamus iniuriam[k]. Neque enim & Saul deprauauerat vnctionem, quam acceperat, cui vnctioni tātum honorem rex Dauid pius Dei ſeruus exhibuit.

Idem ad Donatiſtas.

¶De eodem.

CAP. XXXV.

SIcut ficti[l] veraciter, non fictè recipiunt, nec eorū baptiſma reprobatur; ſic & illa, quæ ſchiſmatici, vel hæretici, ſi non aliter habent, nec aliter agunt, quàm vera eccleſia, cū ad nos veniunt, non emendamus, [m] ſed potius approbamus.

¶ Verba ipſa prioris partis huius capitis vſque ad ver. reprobat. *non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum: ſed habetur ſententia lib.* 1. *de baptiſmo contra Donatiſtas c.*12. *Reliqua autem huius capitis pars eſt in eodem lib.c.*13.

Idem contra literas Petiliani, libro 3.c.9.

¶Non fugiantur ſacramenta Dei, à quocunque miniſtrentur.

CAP. XXXVI.

5 NEque in homine bono aliquis Dei ſacramenta fugiat, neque in homine malo[n].

¶ *Libro tertio contra literas Petiliani, vnde videtur ſumptū eſſe hoc caput, ſic legitur.* Nemo glorietur nec in homine bono, nemo bona Dei fugiat, nec in homine malo. *Hoc autem caput ſignificatur ſupra diſt.32.c.pater.§.verùm principia.*

Idem de baptiſmo contra Donatiſtas, lib.6.c.44.

¶ Hominum malitia ſacramenta non profanat.

CAP. XXXVII.

NOnne[o] Sodomitę ethnici erant, ideſt, gentiles? Peiores[p] ergo erāt Iudęi, quib. Do

l ¶*Ficti.*] Sed nūquid dandum eſt baptiſma ei, qui fictè accedit? Dic quòd† ſic, ſed poſt compellendus eſt fidē obſeruare: argumē.45. diſt. de Iudæis. Vtrum autem baptizetur ignorans vel inuit', vel dormiens, habes extra de bapt.& eius effectu. ca. maiores. §. item quæritur.

†vide S.Th. 3.p.q.68.ar. 3. in c.& ar. 4.ad 2.& 3. p.ar.8.& q. 69.art.9.& 10.

m ¶*Non emendamus.*] infra de conſecra. diſt. 4.oſtenditur.& cap.ſolet quæri. inf. e. ſi quis inquit. Sed contra. inf. ead. quæſtio. ſicut vrgeri. Sed hic de fictione accipientis, quæ nō impedit: ibi de fictione dantis, quæ impedit: vel quando non in forma eccleſiæ. 32. diſt. §. verum.

4 Alg.l.3.c. 9.Pol.l.7.ti. 10.

1. Reg.24. & 26.

n N*Eque in homine malo.*] id eſt, tolerato[a], vel in neceſſitate. & ſic non eſt contra ſuprà diſtinct. 32.nullus. & ca. præter hoc.H.

a Ad hoc ȷ̄. c.quā multi vbi de hoc in gl.ex his. Arch.

N*Onne.*] CASVS. Hic oſtendit ꝙ apud malos erant ſacramenta. " Nam peiores Sodomitis erant Iudæi: & tamen Dominus eorum ſacramēta vera eſſe probauit, dum ad ea celebranda leproſos quos mundauerat miſit, & dum eius Angelus Zachariæ in templo miniſtrāti aſtitit: & eum exauditum denuntiauit, nec etiam gentilium verba reprobant ſancti patres, vbi verum dixerunt.

" Iudæi peiores fuerūt Sodomitis.

o ¶*Nonne.*]vult probare Augu. in hoc c.qđ apud hæreticos ſunt vera ſacramenta: quia erant apud Iudæos, qui peiores erant Sodomitis. Item & alia ratione: quia ſi gentiles aliquid boni habuerunt, hoc ſancti viri non reprobauerunt. " Quod autem apud Iudæos eſſent vera ſacramenta, probat exemplo Domini & Zachariæ. Zacharias tamen bonus fuit: vnde ratione perſonæ nulla eſt probatio: ſed iſte eodē modo ſacrificabat quo & alij Iudæi.

5 ſ.diſt.32. c.pter hoc. §.verū principia.Iuo p. 10. c.75.

" Iudæorū ſacra fuerunt vera.

p ¶*Peiores.*]ȷ̄.24.q.ȷ̄. non afferamus. quia illi tantùm naturalem legem tranſgreſſi ſunt, Iudæi etiam ſcriptam: illi prædicatores non habuerunt, iſti etiam Ieſum Chriſtum: apud illos

24.q.4.Nabuchodonoſor.§. de Tyrijs.

illos nulla miracula facta ſunt, a apud iſtos multa facta ſunt: & præterea iſti Chriſtum crucifixerunt. de pœniten. diſtinct. 1.periculoſè.

a ¶*Iuſta.*]id eſt, minus mala ar.8.q.1.vereor. vnde dic, iuſtificaſtis, comparatione melioris vitæ, non poteſtate iudicij.

b ¶*Talia.*]id eſt, tale ſacrificium eſt qualis ſacrificans. ſ.e. Dominus declarauit. verſicu. item nos dicimus. ADDITIO. quaſi dicat non. ſ. eadem Dominus. H.

Matth. 10. — Ezech. 16. — †al. veſtra, Sodoma iuſtificata eſt.

c ¶*Quæ.*] ſcilicet ſacramenta. vt circunciſionem, quando cum hoſtijs in tẽplo fuit pręſentatus. de conſec. diſt. 4. propriè. in fine.

Luc.17.

d ¶*Et ea Zachariæ.*] Ecce per bonos oſtendit ſacrificium fuiſſe apud Iudæos.

Zach.1.

e ¶*Angelus.*] Hiſtoria. Narratur hiſtoria in nouo teſtamento, quod fuit in diebus Herodis ſacerdos nomine Zacharias, & eius vxor nomine Elizabeth. Dauid autem volens ampliare cultum Domini, xxiiij. inſtituit ſummos ſacerdotes, quorum tamen vnus maior erat, qui princeps ſacerdotum dicebatur, quorum de numero vnus fuit Zacharias, qui cũ in die propitiationis incenſum poneret, prædixit ei Angelus filium naſciturum de vxore ſua, qui vſque ad diem partus obmutuit, quia credere noluit.

†al.viri.

f ¶*Et rectum.*] argum. “propter perſonæ deteſtationem non reprobari dicta illius. ſ. 37. diſt. ſi quid veri. & c. turbat. ſ. 23. queſt. 4. quid ergo. ſ.e.q.1. Dominus declarauit. ſ. 19 diſt. ſecundum. 1. q. 2. ſi de area. contra. 9. diſtin. ſi ad ſacras. contra diſt. 16. canones. Dic vt in decret. ſi ad ſacras. Vel dic quòd vtile vitiatur per inutile cum alteri fit præiudicium. 65. diſtin. c.1.

“ Perſonæ deteſtatio an faciat illius dicta reprobari.

1Pol.l.3.tit.10.Anſ.l.9.c.29.

MVltæ autem.]CASVS. Multæ ſunt operationes ſpiritus ſancti, quas hic non enumerat Aug. ſed nos mittit ad Apoſtolum, qui enumerans eas ſubiungit. Omnia autem hæc, &c. Earum operationum quædam ſunt in bonis & malis, quædam in bonis tantùm. In bonis & malis, vt ſacramenta, baptiſmus in Simone, & prophetia in Saule, quorum vterque malus erat. In bonis tantùm, vt charitas & alię virtutes.

1.Cor.12. Aſ.8.

g ¶*Operationes.*]i. multa ſunt dona quæ ſpiritus ſanctus operatur. 30. q.1. peruenit.

h ¶ *Cum quodam loco.*]id eſt, in epiſtola prima ad Corinthios. 12 c.

i ¶*Vt in Saul.*]“Et in Caipha, Expedit vt vnus moriatur, &c. ſ.e.q. prophetauit.

“ Caiphas prophetauit.

minus dicit [Tolerabilius erit Sodomis in die iudicij, quàm vobis.] & quibus propheta dicit § Iuſtificaſtis Sodomam] id eſt in comparatione veſtri† iuſta a facta eſt. Numquid tamen ideo ſacramenta diuina, quæ apud Iudæos erant b, talia erant quales ipſi erant: quæ c Dominus quoque ipſe percepit, & ad ea celebranda leproſos, quos mundauerat, miſit, & ea Zacharię d miniſtrãti Angelus e adſtitit, eumque in templo ſacrificantem exauditum eſſe nuntiauit? Hæc eadem ſacramenta & in bonis hominibus illius temporis erant, & in malis peioribus, quàm ſint ethnici: quandoquidem Sodomitis in malitia prælati ſunt: & tamen illa ſacra erãt in vtriſq; integra, atque diuina. Nã & ipſi gẽtiles, ſi quid diuinum, & rectum f in doctrinis ſuis habere potuerunt, non improbauerunt ſancti noſtri†: quamuis illi per ſuas ſuperſtitiones, & idololatriam, & ſuperbiam, cęteroſque perditos mores deteſtandi eſſent, & niſi corrigerentur, diuino iudicio puniendi.

Idem lib.3.c.16.

¶Sacramẽta mali habere poſſunt, licet virtutem Spiritus ſancti habere non poſſint.

CAP. XXXVIII.

1 MVltę autem operationes g ſunt Spiritus ſancti, quas Apoſtolus, cum quodam h loco, quantum ſufficere arbitratus eſt, commemoraſſet, ita concluſit [Omnia autem hæc operatͨ vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult § Cum ergo aliud ſit ſacramentum, quod habere etiam Simon magus potuit: aliud prophetia†, quæ in malis hominibus etiam fieri ſolet, vt in Saul i: aliud operatio eiuſdem ſpiritus, quam niſi boni k habere non poſſunt, ſicut eſt finis præcepti charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, quodlibet hæretici, & ſchiſmatici accipiant; charitas, quæ cooperit multitudinem peccatorum, proprium donum eſt catholicæ vnitatis, & pacis: nec eſt in omnibus, †quia nec eius ſunt omnes.

Idem eodem libro, c.18.

¶ Licet ſacramenta mali miniſtrent, remiſſionem peccatorum non præſtant.

CAP. XXXIX.

2 REmiſſionem † peccatorum auari l non dant m: quæ per orationes n ſanctorum, id eſt per columbæ gemitus datur, quicunque baptizet, ſi ad eius pacem illi pertinent, quibus datur. Non enim raptoribus, & fœneratoribus diceret Dominus § Si cui dimiſeritis peccata, remittuntur illi, ſi cui tenueritis, tenebuntur. § Foris o quidem nec ligari aliquid poteſt, nec ſolui, vbi non ſit qui aut ligare poſſit, aut ſoluere: ſed ſoluitur, qui cum columba fecerit pacem; & ligatur, qui cum columba non habet pacem, ſiue apertè p foris ſit, ſiue intus eſſe videatur.

Si ergo ſacramenta q in modum lucis ab immundis coinquinari non poſſunt, ſi in modum puri fluuij per lapideos canales ad fertiles areolas perueniunt, patet, quòd ſimoniaci ſacramentum vnctionis ſibi quidem inutiliter, & pernicioſè habent, alijs autem vtiliter, & ſalubriter eandem vnctionem adminiſtrant. Sicut ergo ſunt vera ſacra-

k ¶*Boni.*]ſcilicet per gratiam inhabitantem. ſ. 24.q.3. de illis qui. & ead. cau. q.1. vbi ſana. H. Ioan. de Fan.

REmiſſionem.] CASVS. Dicitur hic quòd cum aliquis baptizatur à quocunque ſiue bono ſiue malo, remiſſionem peccatorum quam conſequitur per baptiſmum, non dat ei malus, ſed meritum eccleſiæ. Nam bonis tantùm dictum eſt, Cuicunque remiſeritis peccata. &c. Illa ſola columba pacem habet, & ideo ligat & ſoluit. & ſolus ille ſoluitur qui cum columba, id eſt eccleſia habet pacem. Vel ſic, dictum eſt ſupra quaſdam operationes ſpiritus ſancti eſſe in malis, vt baptiſmũ, quaſdam verò non eſſe in malis, vt remiſſiones peccatorum quę dantur ad preces bonorum eccleſiæ, qui cum columba, id eſt, eccleſia habent pacem. non enim malis, ſed bonis, dictum eſt, Quorum remiſeritis peccata, &c.

†al. opatio ſpiritus, qui m. h. e. ſ. ſicut Saul habuit, pphetiam aliud, &c.] Orig.

1. Tim. 1. 1.Petr.4.

†al. nec ergo eius donum in omnibus eſt.

l ¶*Auari.*]id eſt, idololatræ, id eſt, quilibet mali. 28. q.1. idololatria.

m¶*Auari non dant.*]“ id eſt, indigni ſunt dare. ſ. de conſec. diſt. 4. quomodo. Vel intellige de præciſis, quia non dant in veritate niſi ſacramentum in neceſſitate, † & eius etiam virtutem.

“ Auari nõ dant peccatorum remiſſionem.

2Poly. ibid. Anſ. l. 9. c. 31.

† Remiſsā] Orig.

n¶*Quæ per orationes.*] “quia facilius precibus iuſtorum qui ſunt in eccleſia, obtinetur remiſſio, b vt infra 23. queſtio. quarta, obtineri. Vel quia per vinculum charitatis eccleſiæ dimittuntur peccata. infra de conſecra. diſtinctione 4. eccleſiæ charitas.

†al. & in neceſſitate.

Ioan. 20.

“ Iuſtorum preces facilius exaudiuntur.

bDe hoc de pœn. diſt. 1. multiplex.

o ¶*Foris.*] ſic intelligas cap. de toleratis, dic foris, id eſt, extra eccleſiam, quæ complectitur tantùm grana. ſed ſi de præciſis, dic foris, id eſt, extra eccleſiam militantem, quæ complectitur grana cum paleis. 7. quæſtio. 1. §. cum verò.

p ¶ *Apertè.*] cum ſit Chriſtianus eccleſiam impugnans manifeſtè, ſiue perturbans eccleſiam occultè. 32. quæſtione quarta recurrat, verſicu. finali.

SI ERGO. CASVS. Infert Gratian. ex ſupradicto capitu. ſi iuſtus fuerit. quòd ſimoniacorum ſacramenta alijs vtilia ſunt, & ſi iſtis non proſint, ſimilitudine aquæ currentis per canales, & lucis, quæ ab immundis non conquinantur. Sed obijcit de ſacramentis hæreticorum, quæ vera ſunt quãtum ad formam, & quo ad effectum. Sed ſoluit dicens, quòd ſacramenta neceſſitatis cum effectu conferunt, ſed ſacramenta dignitatis, quo ad formam tantùm, quæ carent officio diuerſis ex cauſis.

q ¶*Sacramenta.*]reſpicit illud c. ſi iuſtus fuerit. ſ.e.

a ¶Et

a ¶*Et non inania.*] Verum eſt hoc in ſacramento neceſſitatis. 24.q.1.ſi quem forte.

SED notandum. Hęc eſt 6.pars q. in qua facit differentiam inter ſacramenta neceſſaria & voluntaria. Neceſſaria.n. ſacramenta ſine quib. nemo ſaluatur (vt eſt baptiſmus) poſſunt recipi à quocunque. Sed ſacramenta voluntaria (vt ſunt ordines) niſi ritè dentur, data non ſunt: ſed ceſſant vel loco, vel ordine, vel promotione: de quibus multa ponit exempla, quæ probat per 6.c.Ioan. de Fant.

b ¶*Sed notandum.*] ſ. contra ſimoniacos. reſpondet enim per diſtinctionem ſequẽtem ſuæ concluſioni, " ſacramentum malè acceptum, duplici caret effectu, aut quia in eo præſtito non percipitur gratia, ſed arguitur malitia recipiẽtis: & hoc omnib. ſacramentis eſt commune: vel quia negatur executio, quod ſpeciale eſt ĩ ſacramẽtis dignitatis.

c ¶*Neceſsitatis.*] " neceſſitatis quinq; ſunt ſacramenta. baptiſmus, confirmatio, pœnitentia, vltima vnctio, corpus Chriſti. [a] In baptiſmo tamen hoc eſt ſpeciale, ꝙ in ſumma neceſſitate accipi poteſt à quocunq;. 32. diſt. §. verum. ver. finem. & idem † circa pœnitentiam. nam confiteri poſſum cuicunque in neceſſitate. de pœ. diſt. 1. quem pœnitet. Circa alia ſacramenta neceſſitatis, vel circa iſta duo cum nõ inſtat neceſſitas, hoc eſt attendendum, ꝙ cum peccat quis accipiendo, acta pœnitentia rata intelliguntur quo ad effectum. " In ſacramentis verò dignitatis hoc eſt de iure, ꝙ non habeant executionem cũ pęniteant accipientes, niſi cum eis diſpenſetur. Et ſacramenta dignitatis ſunt ordines: & ideo dicitur in plurali, quia ſunt plures ſpecies ordinis. 21. diſt. cleros. Et dicuntur dignitatis: quia à digniori bus, id eſt, epiſcopis conferuntur: vel quia non niſi dignè [b] aſſumendi ſunt. Videtur † etiam quòd baptiſmus non ſit neceſſitatis ſacramentum. ar. de conſec. diſt. 4. c. baptiſmi vicem.

d ¶*Illa.*] Hic aſſignat vnam differentiam inter baptiſmum & alia ſacramenta: aliam ponit j. in ſeq. §. ecce ſi clericus. aliã in illo §. ecce cum honoris.

SI qui clerici.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ſi quis communi conſenſu ab epiſcopo qui malè fuerit electus, toleratus tamen, fuerit promotus: diſpenſatiuè poterit miniſtrare in eccleſia ad quam fuerit ordinatus, ſed non in alia. Seq. §. planus eſt, & omnia vſque ad §. ecce.

" Sacramẽtum malè acceptũ duplici caret effectu.

" Sacra neceſſitatis ſunt qnq;.

1 ſ. di. 62. c. 1. Burc. l. j. c. 11. Iuo p. 5. c. 65.

a Ext. de pę. & re. q; i te. No. q; iſtud ſacrm nõ é neceſſitatis. Sed contra not. extr. de trãſ. veniẽs. vbi ð hoc ſatis no. Arc.

† vid. B. Th. 4. di. 17. q. 3. art. 4. q. 1. & 2. diſt. 20. q. 1. art. 1. q. 2. p tot. præci puè ad 3. ar.

" ſacramẽta dignitatis.

2 Iuo in prolog. fol. 3. Pan. c. 19. ĩ prolog. j. e. q. 7. c. quòd p remedio.

3 Cõcord. princ. C. de cad. tol. & 9 q. 1. ca. ordinationes.

b id eſt, ſine crimine, ſine infamia, ſine irregularitate cũ ad alia ſacramenta oẽs regulariter admittantur, niſi aliquãdo caſualiter rõe criminis repellãtur. P.

† Nõ eſt ſp neceſſarius baptiſmus fluminis: nã eius vicẽ interdum ſupplet baptiſmus ſanguinis & flaminis. B. Th. 3. p. q. 68. ar. 2.

menta hæreticorum quantum ad formam, ita ſunt vera, & non inania [a] *quantum ad effectum.*

6 *Sed notandum eſt* [b] *quòd ſacramentorum alia ſunt neceſſitatis,* [c] *alia dignitatis. Quia enim neceſſitas non habet legem, ſed ipſa ſibi facit legem, illa ſacramenta quę ſaluti ſunt neceſſaria, quia iterari non poſſunt, cum ſint vera, auferri, vel amitti non debent: ſed cum pęnitentia rata eſſe permittuntur. Illa* [d] *verò ſacramenta, quæ ſunt dignitatis, niſi dignè fuerint adminiſtrata ita ut digni dignè à dignis prouehãtur dignitates eſſe deſinunt: non vt minuatur veritas ſacramenti, ſed vt ceſſet officium adminiſtrandi, vel loco, vel tempore, vel promotione.*

Loco, vt ait Leo ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum, epiſtola 90. al. 92. c. 1.

¶De his, qui à pſeudo epiſcopis ordinantur.

CAP. XL.

1 SI qui clerici ab iſtis pſeudoëpiſcopis [e] in eis eccleſijs ordinati ſunt, quæ ad proprios epiſcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum conſenſu, & iudicio prȩſidentium facta eſt, poteſt rata haberi, ita vt in ipſis eccleſijs [f] perſeuerent: Aliter autem vana eſt habenda ordinatio, quæ nec loco fundata eſt, nec auctoritate munita.

¶*Caput hoc emendatum eſt, ac locupletatum ex ipſa epiſtola, & refertur ſ. diſt. 62. c. 1. §. ſi qui.*

Ecce aliquis à pſeudoepiſcopis ordinatus, ſi locum ſuæ ordinationis mutauerit, vana eſt, & ſine adminiſtratione erit talis ordinatio.

Tempore, vt ait Innocentius epiſ. 22. c. 5. de ordinatis à Bonoſo.

¶Quæ pro neceſſitate conceduntur, eadem ceſſante ceſſabunt.

CAP. XLI.

2 QVod pro neceſſitate tẽporis [g] ſtatutum eſt, ceſſante neceſſitate, debet vtique ceſſare pariter qđ [h] vrgebat: 3 quia alius eſt ordo legitimus, alia vſurpatio, quam A ad præſens fieri tempus impellit.

A ¶Quam ad præſens.] *Hæc ſunt addita ex Innocentio, cuius verba in hoc capite in ſummam redacta, infra autem q. 7. c. quod pro remedio plenius referuntur.*

Ergo aliquis alio tempore ab eo qui Bonoſo ſimilis ſit, ordinatus ceſſabit ab adminiſtratione, quæ pro neceſſitate illius tẽporis fuit permiſſa.

Item promotione, vt ait Leo epiſ. 3. ad Iulianum † Aquilegienſem.

¶Qui ab hęreticis redeunt ſine ſpe promotionis in ſuis ordinibus recipi poſſunt.

CAP. XLII.

4 SI quis [i] hæreticæ communionis contagione ſe macularit, B hoc in magno habeat beneficio, ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis [k] in quo inuenitur [l] ordine, permaneat.

B ¶Macularit.] *Hic apud B. Leonem cum alia verba ſunt interiecta, tùm c. ſaluberrimum. inf. q. 7. caput enim hoc eſt quaſi ſumma quædam, quemadmodum, & c. omnis. inf. eadem, tametſi illud paulò plenius ſit.*

Ecce [m] *ſi clericus vel ordinatione, vel quolibet ſacramento hæreticis communicat, ceſſans à promotione vix in ſuo ordine perſeuerat. Nõ eſt enim de ſacramento hoc, vt de cȩteris. Cȩtera enim vel ad culpas abluendas dantur, vt baptiſmus, & pęnitentia, vel pro culpis non in æternum, ſed ad horam negantur, vt Euchariſtia, quæ in articulo mortis pęnitenti etiã de nefarijs peccatis conceditur. Hoc ſolùm non ſolùm pro culpa, ſed etiam pro infamia* [n] *interdicitur, † & pro imminuta mundi tiæ* [o] *ſuæ, vel extrinſecæ, vel intrinſecæ perfectionis prærogatiua; vt bigamis, uel uiduæ maritis, uel illiteratis, uel corporis qualibet parte uitiatis denegatur: quibus tamen baptiſmus, uel Euchariſtia non negatur. Poteſt etiam talis cȩtera ſacramenta adminiſtrare, qui iſtud ſolum* [p] *non valet conferre.*

Vnde Leo ait ad epiſcopos Africæ, epiſt. 85. al. 87. c. 2.

¶De epiſcopis, qui talem conſecrant, qualem conſecrare non licet.

CAP. XLIII.

5 SI qui epiſcopi talem [q] conſecrauerint ſacerdotem, qualem [r] non liceat, etiam ſi aliquo modo [ſ] damnũ

e ¶*Si qui clerici à pſeudoepiſcopis.*] i. non canonicè electis, toleratis tamen. ſic 62. diſt. c. 1. arg. contra 12. q. 2. alienationes. Ibi ius commune: hic miſericordia.

f ¶*Eccleſiis.*] j. e. q. 5. c. 1. contra. Sol. ibi propter ſcandalum in eccleſia quam per manifeſtam adeptus eſt ſimoniam non permittitur miniſtrare, hic ècontra, ſ. propter ſcandalum, cum occultum ſit delictum in eccleſia cui intitulatus eſt, & non in alia ſuſcipitur, vel hoc cũ emit illum ordinem, illud cum dignitatem, vel beneficium. j. e. erga.

g *QVod pro neceſſitate temporis, &c.*] Ceſſante neceſſitate & diſpenſatio ceſſare debet.

h ¶*Quod.*] i. quia diſpenſatio vrget, vel qđ eſt accuſatiui caſus, id eſt, quod neceſſitas vrgebat, id eſt, inducebat. Ar. contra j. 19. q. 2. duæ. ibi propter criminoſos. B. ſol. ibi de cauſa impulſiua, hic de fin. ff. de poſtu. l. 1.

i *SI quis.*] Hoc capitulum nõ loquitur de mero iure.

k ¶*Promotionis.*] ſ. 34. diſt. præcipimus. C. depoſi. ſi depoſiti. de hoc enim gratificare debet, vt ibi.

l ¶*Inuenitur.*] niſi in caſibus notatis. 9. q. 1. in ſumma. [c]

ECCE. CASVS. Hic oſtendit Gratianus aliud eſſe in ſacramento ordinis vel dignitatis, quod non confertur cum effectu ab hȩreticis. aliud in ſacramento neceſſitatis, qđ cum effectu confertur etiam ab hæretico, vt baptiſmus, pœnitentia, & Euchariſtia: quia ſacramentum ordinis nõ ſolùm propter culpam interdicitur, ſed etiam propter irregularitatem, vnde ſacramenta neceſſitatis poteſt conferre qui iſtud ſolùm conferre non poteſt.

m ¶*Ecce.*] Oſtendit magiſter in hoc §. differentiam inter ſacramẽta dignitatis, & alia, & cauſam differentiæ.

n ¶*Infamia.*] quæ ẽt ſine culpa contrahitur. 6. q. 1. §. verum.

o ¶*Munditia.*] vt in illo qui contrahit cum ancilla. 34. diſtinct. ſi quis viduam.

p ¶*Iſtud ſolum.*] ſcilicet ordinem.

SI qui epiſcopi.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quòd ſi quis ordinauerit indignum, etiam ſi depoſitionem euadat, de cȩtero non ordinabit, nec intererit illi ordinationi, quam contulit indigno.

q ¶*Talem.*] extra de temp. ord. literas.

r ¶*Qualem.*] extra de præben. graue.

ſ ¶*Aliquo modo.*] " diſpenſatiuè. ſ. cum punitur aliquis in eo, in quo deliquit. In increpatione vt 45. di. cum beatus.

† al. Ianuarium.

4 j. ea. c. oĩs. & q. 7. c. ſaluberrimũ.

c Illos caſ' ponit etiam hic Hug.

† al. interdũ etiam pro.

5 2. 5. q. 2. c. ſi qępi. Anſ. lib. 6. c. 74. Iuo part. 5. c. 107.

" Prælati in multis excedunt.

Item in ſcientiæ recognitione.16.q.1.reuertimini.in ſi.Item in poteſtate ligandi vel ſoluendi. 24.q. 3. de illicita. Item in priuilegijs.11.q.3.priuilegium. Item in ordinis collatione,vt in c. præſenti, ſi qui epiſcopi. Item in honoris ablatione, vt dixi 99. diſtin. nullus. Item in armorum retentione, vt 1. q. 7. cap. 1. H.

proprij honoris euaſerint, ordinationis [a] tamen ius vlterius non habebunt:[b] nec † illi [c] vnquam [d] ſacramento intereruñt, quod neglecto diuino iudicio, immeritò præſtiterunt.

† nec ei ſacramento] Orig.

Ecce [e] cum honoris periculum euadant, vt cætera ſacramenta ſacerdotaliter adminiſtrare permittantur, ab hoc ſolo non modò pro hæreſi, vel pro qualibet maiori culpa, ſed etiam pro negligentia remouentur. In quibus omnibus ſolicitè notandum eſt, quod ſacramentum ſacerdotalis promotionis præ ceteris omnibus magis accuratè, & dignè dandum, vel accipiendum eſt: quia niſi ita collatum fuerit, eo deſinet eſſe ratum, quo non fuerit ritè perfectum. Cętera enim ſacramenta vnicuique propter ſe dantur, & vnicuique talia fiunt, quali corde, vel conſcientia accipiuntur. Iſtud ſolum non propter ſe ſolum, ſed proter alios datur: & ideo neceſſe eſt, vt verò corde, mundaque conſcientia, quantum ad ſe, ſumatur, quantum ad alios vero, non ſolùm ſine omni culpa, ſed etiam ſine omni infamia propter ſcandalum fratrum: ad quorum vtilitatem, non ſolùm vt præſint, ſed etiam vt proſint, ſacerdotium datur.

Vnde Hieronymus ad c. 3. Micheę.

¶ Simoniaci rei ſunt infidelitatis eorum qui à ſe ſcandalizantur.

CAP. XLIIII.

HI, quoſcunque [f] de aſſeclis ſuis ordinant, clericos, & vitam eorum in ſcandalum [g] populis exponentes, rei ſunt infidelitatis eorum, qui ſcandalizantur.

Reuera enim qui ad hoc eliguntur, vt cęteris pręſint, ſicut præordinantur dignitate, ſic præeminere debent ſanctitate. Alioquin, cur cæteris præferuntur, qui nulla meritorum gratia à cęteris aſſumuntur? Hinc etiam Symmachus Laurentio Mediolanenſi Epiſcopo poſt ſextam ſynodum Romanam.

¶Sicut honore, ita & ſcientia quiſque præcellere debet.

CAP. XLV.

VIliſſimus † [h] computandus eſt, niſi [i] præcellat ſcientia, & ſanctitate, qui eſt honore præſtantior.

† Viliſſimis comparandus] Orig.

7 *Patet ergo [k] illud Auguſtini [l] (ſacramenta videlicet Chriſti per hæreticos miniſtrata ſuo non carere effectu) non de omnibus intelligi generaliter, ſed de ſacramento baptiſmi.*

Vnde idem Auguſtinus ait tractat. 5. in Ioannem.

¶Baptiſmus ſiue per bonum, ſiue per malum miniſtretur, reiterari non debet.

CAP. XLVI.

DEdit [l] baptiſmum Iudas, & non baptizatum eſt poſt Iudam: dedit [m] Ioannes, [n] & baptizatum eſt [o] poſt Ioannem, quia qui datus eſt à Iuda, baptiſmus Chriſti erat,[p] quod autem à Ioanne datus eſt, Ioannis erat. Non Iudam Ioanni, ſed baptiſmum Chriſti, etiam per Iudæ manus datum, baptiſmo Ioannis etiam per manus Ioannis dato rectè præponimus. *& paulò poſt.* ¶Quos baptizauit Ioannes, Ioannes baptizauit: quos autem baptizauit Iudas, Chriſtus baptizauit. Sic ergo quos baptizauit

---

a ¶*Ordinationis.*] s. di. 50. ex pœnitentibus, contra. s. diſt. 36. qui ecclesiaſticis. cõtra s. 55. diſt. nullus. s. diſt. 51. c. 1. in §. 1. Sol. ibi de his qui ex pertinacia contra canones ordinant tales: hic de illis qui ex ſola negligentia hoc faciũt, intelligitur. [a] arg. 2. q. 1. in primis. nec eſt contra ext. de tempor. ord. literas. quia ibi nõ indignum, ſed indignè ordinauit. " aliàs ſemper eſt hæc veritas, quod qui promouet indignũ, depoſitionẽ meretur, vt 50. diſt. ex pœnitentibus. & arg. hic ibi. euaſerint, ita tamẽ ſi ſcienter hoc facit, cum & ille ſit in notorio crimine. aliter non poſſet eum repellere ab ordine ſuſcipiendo. ext. de temp. ord. ex tenore. Vel dic, quòd variæ ſunt pœnæ, hodie mitius agitur, vt extra. de præb. graue.

a Et ſic vr̃ intelligere. Grat. j. §. 1.

" Ordinantium indignos punitio.

b ¶*Non habebunt.*] ſ. cum aliquis punitur in eo, in quo deliquit.

c ¶*Illi.*] Baz. dicit, quod illum eundem ordinem non poteſt conferre, ſed minorem vel maiorem bene. arg. ext. de temp. ord. literas. " quia hæc pœna eſt, & ideo non debet amplius extendi, quàm inueniatur delictum. H. contradicit quòd hæc dictio illi, facit ſimplicem relationem.

" Pœna infligatur ſecundum delictum.

d ¶*Vnquam.*] " arg. in eo puniendum eſſe aliquem, in quo deliquit. 12. q. 2. de viro. & cap. qui & humanis j. eo. q. 5. c. 1. s. diſt. 81. valet. 17. q. 4. frater. & 7. q. 1. ſi quis de ordine. & 33. q. 2. admonere. j. 27. q. 2. qui dormierit.

" In quo qs deliquit, in eo puniri debet.

ECCE. CASVS. In hoc §. oſtendit G. quare ſacramentum ordinis magis diſcretè conferendum eſt, quàm cætera ſacramenta, quia alia pro accipiente tantùm, iſtud verò pro alijs confertur, vnde debet conferri non ſolùm ſine omni culpa, ſed etiam ſine omni infamia.

e ¶*Ecce.*] adhuc perſeuerat aſſignando differentiam, & cauſam differentiæ.

HI *quoſcunque.*] CASVS. dicitur in hoc c. quòd epiſcopi, qui ſeruientes, vel ſeruos ſuos indignos ordinant, rei ſunt infidelitatis eorum qui ſcandalizãtur propter hoc. Quæ ſequuntur plana ſunt vſque ad cap. dedit. Sed ſcias, quòd §. ille, Pater, reſpicit ſupradicta capit. ſcilicet ſi iuſtus fuerit. &c. ex catholica.

f ¶*Quoſcunque.*] id eſt, aliquos indignos, quod collige ex illo verbo, aſſeclis, ab aſſequor [b] aſſequeris. vnde & aſſecla ſeruus. aliter ſi eſſent digni, plus eis tenerentur. arg. 12. q. 2. hæc huius. 86. diſt. non ſatis.

b Aſſecla dr̃ aſſecutor, ab aſſequẽdo, eo qđ ſe quatur aliquẽ lucri cã ſcđm Pap.

g ¶*In ſcandalum.*] qui ergo occaſionem damni dat, damnum, &c. extra de iniu. & dam. ſi egreſſus. [c] j. eo. placuit. 2. argumen. contra 23. q. 5. de occidendis. §. 1. Dic, prima intelligitur de cauſa proxima, & cum culpa: contraria de cauſa remota, & ſine culpa. ff. de ſer. cor. l. Neratius.

c Concord. tex. ĩ l. ſi qs ad ſe. cũ ibi not. C. ad l. Iul. đ vi pu.

h VIliſſimus.] s. diſt. 25. §. nunc autem.

i ¶*Niſi præcellat.*] " id eſt, niſi habeat illam diſcretionem, quæ in prelato exigitur, etſi non eminentem, tamen ſufficientem, extr. de elect. cum nobis olim. ſufficit enim, quòd ſit bonus. [d] 65. diſt. cap. vlt. Quid ergo ſi omnes ſint valdè periti? Non ideo erit iſte viliſſimus, quia non eſt, vt Salomon. de hoc 8. q. 1. licet.

" ſciẽtia p̃lati ſit ſaltem ſufficiens.

d Grauitas & induſtria in p̃lato requirit. s. e. c. fertur. ver. ſi enim, &c.

PATET ERGO. Hæc eſt. 7. pars huius q. in qua dicitur quòd ſacramẽtum collatum in forma eccleſiæ à malo catholico tolerato, ratum eſt. Io. de Fan.

k ¶*Patet ergo.*] reſpicit illud capit. ex catholica. & cap. ſi iuſtus. Ioan.

DEdit.] CASVS. In catechumeno baptizando non attenditur meritum dantis, vt probatur exemplo Iudæ: quia quos baptizauit, non ſunt poſtea baptizati: quia Chriſtus eos baptizauit. ſed bene baptizati à Ioanne ſunt poſtea baptizati: quia Ioannis erat baptiſmus. Sic ergo quos baptizat ebrius, adulter, & homicida, Chriſtus baptizat.

1 s. c. ex catholica. & c. iuſtus.

l ¶*Dedit.*] quia baptiſmus collatus à Ioanne erat quoddam ſacramentale, quo abluebatur corpus exterius tantùm. de conſe. di. 4. baptiſmus. & valebat ad aſſuefactionem.

m ¶*Dedit.*] in nomine Chriſti, vel in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: & ideo non fuit, &c. de conſe. diſt. 4. aliud.

n ¶*Dedit Ioannes.*] in nomine venturi. &c. & ideo fuit Ioannis.

o ¶*Et baptizatũ eſt.*] j. de conſec. diſt. 4. non regenerabantur.

p ¶*Baptiſmus Chriſti erat.*] i. quarto lib. ſententiarum legitur. " Hic conſiderandum eſt ſi baptizati ſunt baptiſmo Chriſti à Ioanne baptizati: & qua forma verborum ſit vſus Ioannes. Illi reſp. qui baptizati ſunt à Ioanne neſcientes ſpiritum ſanctum eſſe, ac ſpẽ ponentes in illius baptiſmo, poſtea baptizati ſunt baptiſmo Chriſti. baptiſmus autem Ioãnis tm̃ dabatur in nomine venturi. Vnde Hiero. ſuper Io. Qui dicit ſe in Chriſtum credere, & non credit in ſpiritũ ſanctum, nondum habet claros oculos. Vnde baptizati à Ioanne in nomine venturi, i. dñi noſtri Ieſu Chriſti: quod dixerunt, ſed neq; ſi ſpiritus ſanctus eſt audiuimus, iterũ baptizati ſunt in noĩe Chriſti explicitè. Illi vero qui ſpẽ in baptiſmo Ioãnis hẽbant, & patrẽ, & filiũ, & ſpiritũ ſanctũ credebãt: nõ fuerũt poſtea baptizati: ſed impoſitione manuũ ab Apoſtolis ſup eos facta ſpiritú ſanctum receperũt. Alij verò qui non ita credebant, baptizati ſunt baptiſmo Chriſti, vt dictum eſt. Vñ Hieron. Qui ſpiritũ ſanctum neſciebant cũ baptiſmum à Ioanne acceperunt, iterum baptizati ſunt, ne qs ex Iudęis vel gentilib. putaret aquã ſine ſpiritu ſancto ſufficere ad ſalutẽ. De hoc ẽt Ambroſius. Quidam negauerũt ſe ſcire ſpiritum ſanctum, cum baptizatos ſe dicerent baptiſmo Ioannis: quos tñ in aduenientis Ieſu non in ſuo baptizauit nomine. Iſti ergo qui nec in Chriſti nomine, nec cum fide ſpiritus ſancti baptizati fuerant, non poterant accipere baptiſmi ſacramentum. Baptizati ſunt igitur in nomine Chriſti, nec iteratum eſt in eis ſacramentum, ſed inno-

" Baptizati à Ioanne an debuerunt rebaptizari baptiſmo Chriſti.

Non itaque quorumlibet precibus ordinationes factæ, falſæ diiudicantur, ſed hæ demum, quæ precibus ordinandi i, vel eius amici, non ſpirituali, ſed carnali affectu porrectis fiunt, cum aliàs futuræ non eſſent: quas non charitas interueniens, ſed ambitio ſupplicans extorquet. Non ſolùm autem clericos cuiuslibet epiſcopi ſummus Pontifex in eccleſia Romana valet ordinare, verumetiā opportunitate exigente monachos, & quoslibet clericos conuocare poteſt, & inuitare.

Vnde Nicolaus Papa Michaëli Imperatori in epiſt. quæ incipit [*Propoſueramus.*

¶De eodem.

CAP. CXXIII.

4 PEr principalem k beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli poteſtatem l ius habemus non ſolùm monachos, verumetiam quoslibet clericos de quacunque diœceſi, cum neceſſe fuerit, ad nos conuocare, atque eccleſiaſticis exigentibus opportunitatibus inuitare.

15 *Quolibet ergo munere interueniente falſa diiudicatur ordinatio. Sicut aut pretio interueniente ſacri ordines non ſunt tribuendi: ita nec reſtituendi. Vt enim ait beatus Ambroſius, ſacri ordines nec pretio ſunt*

cor. probant ꝙ iſte ſine licentia Papæ non poterat promoueri: & ad hoc inducuntur. Archid.

F*Ilium.*] Casvs. Helias abbas rogauit Papam vt quendā ſuū clericum promoueret, & eum poſtea ſibi trāſmitteret. Ad cuius preces Papa eum in diaconum promouit, ſed eū ſibi nō tranſmiſit: quia non eſt conſuetudo eccleſiæ Romanæ, cū ſit in ea conſecratus: & quia abſentiam illius abbatis in eius præſentia voluit compenſare.

2 Anſ. l. 7. c. 79.

† al. pro interceſſione.

g ¶*Mandaſtis.*] & ita mandat minor maiori. ſic 11. q. 3. rogo.

h ¶*Non habet.*] ſine licentia eius. 63. diſt. literas. & quo ad hoc nihil eſt ſpeciale in eccleſia Ro. vt 21. q. 2. c. 1. 70. diſt. ſanctorum Sed " ordinati à Papa licet inter alios digni honore ſint, ſubſunt tamen epis. ext. de ma. & obe. per tuas. ff. de al. ſcri. l. vlt. & præferentur eis tantùm qui ſunt eiuſdem ordinis. ff. eo. l. 1. & ab epo poteſt deponi c ordinatus à Papa.

3 Anſ. l. 7. c. 78.

† noſtrum] Orig.

" Ordinati à Papa ſubſunt epis.

† al. ſacrum ordinem.

NON ITAQVE. Casvs. Grat. ſoluit hic cōtrarietatem præmiſſorum ca. quam fecit de precibus, & interſerit quædam verba in §. ibi, non ſolùm. propter ſequēs c. cuius caſus cum ſeq. § patet.

c Côiter not. contra in præce. de cre. p tuas, ſ. ꝙ non poteſt eps talem deponere, quod ibi approbatur p Vin. In. Ho. & B. ſed Ho. & I. ſic ſentiunt cum Io.

i ¶*Ordinandi.*] " ita aliquis poteſt pro ſe dignas preces offerre. qđ H. non concedit d, in quo nō credo eum bene dicere: quia multos cōdemnat. arg. pro Io. 14. q. 5. non ſanè. 16. q. 1. reuertimini.

" Preces dignas pro ſe poteſt quis offerre.

d In hac ſētētia eſt H. ſed Lau. ſētit cum Io.

k P*Er principalem.*] Hoc c. habes 9. q. 3. §. vlt.

l ¶*Poteſtatem.*] Hoc idē poteſt e epiſcopus. 2. q. 7. cum paſtoris. extra de cler. non reſi. de cætero.

e Sed contra. 16. q. 1. cum ꝓ vtilitate. vers. de hoc.

Additio. Idem tenet Ioan. de Fan. de hoc legitur & no. 43. diſt. c. 1. & 11. q. 3. qui reſiſtit. Arch.

4 J. 9. q. 3. c. per principalem. Anſ. l. 1. c. 75. & l. 2. c. 14.

QVOLIBET. Hæc eſt 15. pars q. in qua intendit probare, ꝙ ſicut ordines pretio nō ſunt dandi, ita nec pretio reſtituendi. & ꝙ ſit ſimoniacus (ſcilicet indirectè) & ſacrilegus qui promotionem, vel electionem alicuius impedit, vel eccleſiæ conſecratio-

emendi,nec redimendi [a]. *Hinc etiam Gregorius vij. ait lib.6.reg.in concilio habito anno Domini 1078.Pontificatus ſui 6. cap.10.*

¶Pretio interueniente ſacerdotale officium non reſtituatur.

CAP. CXXIIII.

[1] NVllus epiſcopus grauamen,ſeu ſeruile [b] ſeruitium ex vſu [c] contra eccleſiaſticam [d] normam abbatibus, ſeu clericis ſuis imponat: vel interdictum ſacerdotale officium pretio interueniente reſtituat [e]. Quod ſi fecerit, officij ſui periculum ſubeat.

Qui autem [f] pecuniam accipiũt, vt ordinandis ſacros ordines non tribuant,vel vt canonicæ electioni aſſenſum non præbeant, aut eccleſiis ædificandis, vel conſecrandis lapidẽ benedictum,vel conſecrationem ſubtrahant,multis argumentis acceptæ pecuniæ rei, & infames [g] eſſe probantur.

Ait enim Paſchalis ſecundus.

¶Sacrilegi ſunt iudicandi, qui eccleſiam Dei non permittunt regulariter ordinari.

CAP. CXXV.

SVnt quidam, qui vel violẽtia, vel fauore non permittunt eccleſias regulariter ordinari.Hos etiam decreuimus vt ſacrilegos [h] iudicandos.

Codicis lib.9.ad leg. Iul. repetũd. Imppp.Grat.Valent. & Theod. [2]

CAP. CXXVI.

IVbemus [i],& hortamur [k],vt ſi quis fortè honoratorum, decurionum, poſſeſſorum,poſtremò etiam colonorum, à cuiuslibet ordinis iudice fuerit aliqua ratione concuſſus, ſi quis ſcit de iure venalẽ fuiſſe ſentẽtiam, ſi quis pœnam vel pretio remiſſam,vel vitio cupiditatis ingeſtam; ſi quis poſtremò quacunque de cauſa improbum iudicem potuerit approbare, is vel adminiſtrante [l] eo, vel poſt adminiſtrationem depoſitam in publicum prodeat,crimen deferat, delatum approbet, cum probauerit, & victoriam reportaturus [m], & gloriam.

Item in digeſtis, lib.3.tit.de calũ. l.1.[Vlpianus lib.10.ad Edictum. [3]

¶De eodem. CAP. CXXVII.

IN eum,qui vt calumnię cauſa negotium faceret, vel nõ faceret,pecuniã dicetur † accepiſſe,intra annum vtilem A [n], in quadruplum [o] eius pecu-

† al.detegitur.

crationem,vel fundationem: & hoc probat per tres auctoritates ſanctorum,& per ſex leges principum.Io.de Fan.

a ¶*Redimendi.*] extra de ſimon.querelam.& c.ſi nullus.

NVllus epiſcopus.] CASVS. Præcipitur in hoc c.vt epiſcopus prætextu alicuius conſuetudinis clericis, vel abbatibus grauamen aliqđ non inferat,nec pretio interueniẽte officiũ reſtituat: qđ ſi fecerit,tan q̃ ſimoniacus puniet.

b ¶*Seruile ſeruitiũ.*] Vocat angariam, vel perangariam quod lex vocat fore ſordidũ munus.16.q.1.§.nouarũ.[a] in l.placet.

c ¶*Ex vſu.*] id eſt, non aſſueſcat. vel ex vſu præter id quod hactenus eſt conſtitutũ: quaſi ratione præſcriptionis, vt angarias ſacerdotibus non imponat. Cum enim de aliqua rerum præſcriptione agitur, inſpiciendũ eſt vtrũ communi iure talia à talibus poſſideri valeant,necne. Primo caſu ſola longæ vſurpationis detentione currit prȩſcriptio [b], vt 16.q.3.& 4. per totum.ſaluo eo quod de limitib.dicitur ea. cauſa.& q.c.licet.& c.inter memoratos. Secundo caſu non currit præſcriptio. Præſcriptio enim ius aduocat creatum: nouum autẽ nõ creat, vt 33.q.5. quod Deo. & diſt.100. contra morem.& diſt.93.illud autem. 16.quæſt.1. c.vlt. & q.3. §. põt etiam. & q.7. decimas.& ĩ.e.q.3. quæſitum.in his omnibus,& in alijs infinitis caſibus præſcriptio euaneſcit: quia non eſt proditum ius commune ſcriptum,vel non ſcriptum,quo tales talia valeant poſſidere. Io. Hæc regula fallit extra de cauſa poſſeſ.cum eccleſia. & extra de præſcrip.auditis.Ioan. Sed certè non fallit: quia iura incorporalia quaſi poſſidentur: & interdicta pro eis poſſeſſoria conſtituta ſunt.ff.de ſeruit.quoties.B.

1 Poly.l.4. tit.21.

a Adde qđ dicãtur angariȩ & per angariȩ.no. glo. l. 1. C. quem ad. ciui. mu. ind. l. 10. in l. neminem. C.de ſacroſan.eccl.

b Dummodo adſit bona fides, qđ dic, vt plenè not. ext. de p̃ſcr.ſi diligenti.

c ¶*Ex vſu.*] “Nam tempus non eſt modus,& c.10.quȩſt.3. quia cognouimus. ff. de actio. & oblig. obligationum ferè. §.placet.niſi fortè cuius non extat memoria. argu. ff.de aqua quot.& æſti.l.hoc iure. §.ductus aquæ. & extra de verb. ſigni. cap.Abbate.

“ Tempus non eſt modus tollendæ obligationis.

d ¶*Eccleſiaſticam normam.*] Nam iuſta de cauſa bene poteſt ab eis auxilium petere.extra de cenſi.cum Apoſtolus. Et ſic non eſt contra.18.q.vlt. ſeruitium. quia illud intelligitur de licitis,hoc de illicitis.

e ¶*Reſtituat.*] nec abſoluere poteſt pro pretio, niſi ſit conſuetudo.extra de ſimo.nemo. Item nec reconciliare. extra de ſimo. c.nemo. Sed nunquid ipſi clerico licet redimere,cum iniuſtè ſuſpenſus eſt? Videtur quòd non. ſupra §.proxi.in fi. extra de ſim.Matthæus.Argu.contra ſcilicet quòd poſſit redimere ius ſuum, & vexationem ſuam. infra quæſt. 3. quæſitum [c]. extra de vſu. cap.1.& extra de ſim.dilectus.dic vt ibi: imo & ſi quid dederit, repetere poterit. C. de cond. ob turp. cau.quod euitandi. Quidam dicunt quòd non poteſt in aliquo caſu redimere. Alij contra, ſcilicet cum iniuſtè ſuſpenditur.hoc not.15.q.7.decimas.3.

c Vexationẽ redimere vtrũ licitũ ſit c. vbi de hoc.& 1. q.3.altare. vbi videas. Arch.

QVI AVTEM. CASVS. Dictum eſt ſupra,quòd ſimoniam committit qui pro munere eccleſiaſtico conferendo pecuniam accipit. Nunc dicit Grat. quòd etiam ille ſimoniam committit, qui pecuniam accipit vt ordines non conferat, vel munus aliquod eccleſiaſticum illi cui eſſet conferendum. & ad probandum vtrunque inducit leges. ſeq. cap.patet.

f ¶*Qui autem.*] Tractauit magiſter quæſt. iſtam affirmatiuè. Nunc autem vult tractare eam negatiuè, ſcilicet vtrum ſit ſimonia dare pecuniam vt non ordinetur quis. Sed quoniam non habuit canones, induxit leges, quæ in hoc faciunt ad propoſitum,vbi in eis aliquid dicitur negatiuè. Quòd autem hoc ſit ſimoniacũ, habetur extra de ſim. nemo in fi.

g ¶*Infames.*] & ſimoniaci largè.argu.ext.de ſim. nemo. argu. C.de inoffi. teſta. ſi quando. Sed alij cõtra, propter deſcriptionẽ ſimoniæ: ſed mortaliter peccant ĩ.ea.q.3.vendentes. L. Sed certè ſimoniaci ſunt, vt dicit illa decr. nemo.Io.

2 Tit.27.le. 4. in Cod. Theo.lib.9. eo.tit.

h SVnt.] ¶*Sacrilegos.* “id eſt, ſimoniacos.aliàs non facit ad propoſitum Gratiani. Et quòd ſit ſacrilegiũ, ſic probatur. Si enim ille,qui frangit immunitatem eccleſiæ, vel qui inde aliquid eripit, ſacrilegus iudicatur [d], multò fortius q facit ne eccleſiæ ordinentur, vel ne ordines tribuantur, vel vt impediatur alicuius electio,vel promotio.

“ Simoniaci dicuntur ſacrilegi.

d Vt extra de im.ec. inter.& c.vlt. 17.q.4.omnes.& c.ſequen. Arc.

IVbemus.] CASVS. Dicitur in hac l. ꝙ ſi quis honorem habẽs ſine adminiſtrõne poſſeſſor alicuiꝰ decurio, vel colonus reipub. ab aliquo iudice fuerit cõcuſſus, id eſt, grauatus in pecunia: item ſi iudex venalem tulit ſententiam: vel pretio pœnam impoſuerit, vel remiſerit: vel aliqua ratione improbus repertus fuerit ante finitam adminiſtrationem,vel poſt poterit accuſari: & ſi conuictus fuerit,remouebitur.

3 Tit.6.

i ¶*Iubemus.*] Ad hoc introducit has leges, vt oſtendat pari pœna multandos qui pretio inducti impediunt fieri quod de iure fieri debet, & qui faciunt quod de iure fieri non deberet.

k ¶*Hortamur.*] Fortè ſe temperat,ne videatur quem iubere accuſare inuitum.C.vt nem.inui.in rubro & nigro.

l ¶*Adminiſtrante.*] Si is talis ſit quem in ius vocari liceat. Sed contra. 2.quæſt.1.prohibentur. Sed illud de maioribus magiſtratibus: hoc de minoribus.arg.ff.de iniu.nec magiſtratibus.& ff.de in ius vocan.l.2.Vel hoc de perpetuo iudice.argu.ff.de reb.cred. præſidis.& l.præced. in auth. vt dif iud. §.ſi tamen.colla.9. & hoc ne crimen eius inultum remaneat; illud de temporali. Vel dic cum peccauit in ipſa adminiſtratione: ibi de eo qui extra adminiſtrationem commiſit. ff. de iud.l. 2.§.legatis. in auth. vt iud.ſine quoq. ſuffr. §.ſi quis autem.coll.2.

m ¶*Reportaturus.*] reportabit enim quadruplum.ĩ.l.proxi. 12.q.2.cum deuotiſſimam.

IN eum.] CASVS. Qui pecuniam accepit vt controuerſiam alicui cauſa calumniæ faceret, vel non faceret cum iure facere tenebatur: intra annum tenetur in quadruplum, poſtea in ſimplum.

n ¶*Vtilem.*] à principio: poſt continuum. ff. de calum. annus.

o ¶*In quadruplum.*] in quo continetur rei perſecutio, vt tantùm triplum ſit pœna,vt ff.eo. l.in hæredem. §. fin. & hoc eſt verum cum ipſe idem dat.nam ſi alius daret pro eo, tunc totum quadruplum eſt pœna: quia ille qui dedit, repetit pecuniam quam dedit. ff. de calum. ſi quis ab aliquo. huius autem quadrupli medietas dabitur fiſco, medietas ſpoliato. [e]

e Ad hoc C. de aſſeſ. l.3.

a ¶*Competit.*

a ¶*Competit.*] Non ei qui dedit, cum turpiter dederit. ſed ei ad cuius læſionem data eſt, vt ff.de cal. l.& generaliter. §. illud erit.

C*Oncuſſionis.*]CASVS. Dicitur hic & in legib.ſeq.ꝙ illi incurrunt crimen concuſſionis,& pœnam legis Corneliæ, qui aſpirant in accuſationem innocentum: vel qui accipiunt pecuniam pro accuſando, vel eius contrario: pro teſtificando, vel eius contrario: pro iudicãdo, vel eius contrario: vel pro quolibet officio exercendo,vel non exercẽdo, ad quod gratis tenebantur. His intellectis ꝑ te caſus ſingularum legum ſingulatim pones: in quib. quandoque eadem repetuntur.

† al. in ſimplum.

† al. Marcel.& ĵ.

" Crimẽ cõcuſſionis.

b ¶*Concuſſionis.*] " crimẽ cõcuſſionis eſt, cum quis minatur alicui niſi ita, vel ita faciat. ĵ. 23.q.1. militare [a]. ff.de concuſſ. l.1. & 2.

a De hoc le. 1. & no. e.q.parat⁹.i fi.ibi videas.

c ¶*Publicum.*] id eſt ordinariũ, & hoc ſemper: vel non eſt publicum niſi cum quis pecuniam extorſerit, & hoc eſt quod ſequitur: ſed ſi ideo. Publicũ eſt ad cuius accuſationẽ quilibet de populo admittitur, niſi infamis ſit,vt inſtit. de pu. iud. circa prin.

d ¶*Senatuſconſultis.*] Voluſiano & Libonianо.ff.ad leg. Corn. de fal.l.1. ff.ad l.Iul.de vi pu.ex ſenatuſconſulto.

" Pœna legis Cornel.

e ¶*Legis Corneliæ.*] " cuius pœna in libero homine eſt deportatio, in ſeruo vltimum ſupplicium. ff. ad leg. Cor. de fal.l. 1.§.vlt.

f ¶*Innocentium.*] ſecus ſi nocentium. 16. q.7.ſanè.

g E*Adem lege tenetur.*] quia reddit quadruplum, & infamis efficitur. ff.ca.l.eadem. §. 1. hoc crimen etiã extraordinariè punitur. ff.eo. l.lex Iulia. §.fin.

h ¶*Legendum.*] id eſt eligendum, vt eligatur qui non debet,vel contrarium.

i ¶*Mittendumúe.*] vt mittatur in legationẽ qui nõ eſt mittendus, vel non mittatur qui mittendus eſt.

k ¶*Dandum.*]puta ad probandos fideiuſſores,vel loco iudicis recuſati.

l ¶*Aeſtimandam.*]ne ſcilicet æſtimet litem minoris, vel maioris ꝓ pecunia: quod quandoque facere tenetur. ff.ad leg.Aquil.proinde.§.notandum.

niæ, quam accepiſſe dicetur, poſt annum ſimpli † in factum actio competit. [a]

¶*In hac,& ſequẽtibus legibus, quæ ex ff.citantur,repoſiti ſunt tituli ex vetuſtis exemplaribus Gratiani, quæ cum Pandectis Florentinis valde conueniunt.*

A ¶Vtilem.] *Hæc dictio non eſt in antiquis codicibus Gratiani, neque in Pandectis. ſed ob gloſſam non eſt ſublata.*

Ibidem lib.47.tit.13. l.2.de concuſſion. Macer.† lib.1.publ.iud.

CAP. CXXVIII.

COncuſſionis [b] iudicium publicum [c] non eſt. Sed ſi ideo pecuniam quis accepit, quòd crimen minatus ſit, poteſt iudicium publicum eſſe ex ſenatuſconſultis [d], quibus pœna legis Corneliæ [e] teneri iubentur,qui in accuſationem innocentium [f] coierint, quiúe ob accuſandum, vel non accuſandum, denunciandum, vel non denunciandum teſtimonium,pecuniam acceperint.

[*Ibidem,lib.48.tit.11.ad leg.Iuliam repetund.l.3.Macer. lib.1. publ.iud.*]

PALEA.

CAP. CXXIX.

LEge Iulia repetundarum tenetur, qui cum aliquã poteſtatem haberet, pecuniã ob iudicandum,vel non iudicandum, A decernendumúe acceperit [Venuleius Saturninus l.vel quo,eo.ti.]vel quò magis, aut minus quid ex officio ſuo faceret.

A ¶Vel non iudicandum.] *Sic etiã in digeſtis vulgatis: ſed à Pandectis Florentinis abſunt iſtæ uoces. Eſt autem Palea iſta ferè in omnibus uetuſtis exemplaribus Gratiani: & à cap.* ſunt quidam. *vſque ad finem quæſtionis nulla eſt diſtinctio capitum.*

Idem eodem tit.l.6.

¶De eodem.

CAP. CXXX.

EAdem lege tenetur [g], qui ob denuntiandũ, vel non denuntiandũ teſtimonium pecuniã acceperit A.*& poſt pauca.* ¶Lege Iulia repetundarũ cauetur, ne quis ob militem legendum [h] mittendumúe [i], æs accipiat,neúe quis ob ſententiam in ſenatu, conſilióve publico dicendam pecuniam accipiat,vel ob accuſandum, vel non accuſandum. ¶Macer libro 1. pub. iud. l.7. Lex Iulia de repetundis pręcipit,ne quis ob iudicem, arbitrumúe dandum [k], mutandum,iubendum úe, vt iudicet,neúe ob nõ dandum,non mutandum, non iubendum, &c. neúe ob litem æſtimandam [l], iudiciumúe capitis, pecuniæúe faciendum, vel non faciẽdum aliquid accipiat. *& infrà.* ¶Hodie ex lege Iulia repetundarum extra ordinem puniuntur: & plerunque vel auxilio puniũtur, vel etiam durius, prout admiſerint. Venuleius, eodem titu. l.6. Hac lege damnatus teſtimonium publicè dicere, aut iudex eſſe poſtulareúe prohibetur.

A Acceperit.] *In Pandectis ſequitur verſiculus.*Hac lege damnatus. *qui reponitur in fine huius capitis.*

QVAESTIO II.

1 ps SEquitur [m] *ſecũda quæſtio, qua quæritur, an ꝓ ingreſſu monaſterij, pecunia ſit exigẽda,vel exacta perſoluenda. Hoc vtrunque licitè fieri, vtriuſque teſtamenti ſerie comprobatur.Legitur enim in* 1. *libro Regum,quòd Anna detulit ſecum Samuelem, poſtquàm ablactatus fuerat,in tribus vitulis,& trib. modijs farinæ, & amphora vini ad domum Domini in Silo.*¶*In actibus verò Apoſtolorũ legitur, quòd multitudinis* [n] *credentium erat cor vnũ, & anima vna: nec aliquid eorum, quæ poſſidebant, quiſquam propriũ eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia,& ſinguli vendebãt prædia ſua, & ponebant pretia eorum ante pedes Apoſtolorum: quorum vnus,Ananias nomine,dum partem ſibi reſeruaret, cum vxore ſua Saphira, ſententia maledictionis accepta,ante pedes Apoſtoli cecidit mortuus.* ¶*Hinc liquidò apparet, quòd ingreſſuri monaſterium ſua debent offerre rectoribus: nec aliter* [o] *ſunt recipiendi, niſi ſua obtulerint. Sed aliud eſt, ſua ſponte offerre: aliud, exacta perſoluere. Anna mater Samuelis non exacta,neque petita, ſed ſponte* [p] *munera ſacerdotibus obtulit. Credentes ſua ſponte offerebant Apoſtolis,vt indigentium neceſſitatibus deſeruirent, quæ inſtante perſecutione infidelium,eis poſſidere nõ licebat. Ananias quoque non ideo damnatus eſt, quia ſua nollet offerre: ſed quia Spirituiſancto mentitus pretia eorum,quæ Apoſtolis obtulerat,ex parte* [q] *fraudabat. Non ergo his auctoritatib. permittitur rectoribus ab ingreſſuris aliquid exigere: ſed ſponte oblata ſuſcipere: quia illud damnabile eſt, hoc verò minimè.*

1.Reg.1.

Act.4.

Act.5.

Vnde in concilio Bracharenſi, 2.cap.5.legitur. [1]

1 Et i Vuormac.c.3.ferè idem.

SEquitur.] Hæc eſt ſecunda quæſtio, quæ diuiditur in duas partes, in quarum prima quæritur vtrum pro ingreſſu eccleſiæ ſit dandum aliquid. & primò dicitur quòd non. Secunda ibi, *Item opponitur*. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 2.quæſt.qua quæritur an pro ingreſſu eccleſiæ pecunia ſit exigenda, vel exacta perſoluẽda. & certum eſt ꝙ non: quia ſimoniacum eſt. Et primò probat per duas hiſtorias, de anna,ſ. & Anania,ꝙ pro ingreſſu eccleſiæ pecunia ſit exigenda. Sed ſtatim reſpondet Gratianus,ꝙ Anna nõ fuit exacta, ſed ſpontè quædam obtulit.Ananias verò nõ ideo damnatus eſt, ꝙ ſua nollet conferre, ſed quia fuit mentitus.

m ¶*Sequitur.*] Hæc quæſt. non habet quæſtionem. ext.de ſim.cũ in eccleſiæ. melius ext. eod.veniens. & melius ext.eo.quoniam ſimoniaca. " Vnde nec ante nec poſt poteſt peti aliquid,vt ſ.ea.q.1.eos qui.& ĵ.e. qu.3 .ſi quis præbendas. niſi fortè monaſterium ita eſſet tenue, ꝙ nõ poſſet prouidere ei.tunc enim bene poſſet dici ei (nec eſſet ſimonia) bene reciperemus te ſi haberemus [b] poſſeſſiones vnde poſſes ſuſtentari. ar. ĵ.ea. ſi quis propter hoc. Hoc tamen videtur reprobare illa conſtitutio, quoniam ſimoniaca: quòd ꝓtextu paupertatis poſſit peti pecunia.Io. Quidquid dicat Ioan. ſi ſic dicatur, ſimonia eſt, vt videtur expreſsè dicere decretalis,extra de ſimon. quoniam ſimoniaca. B.

" Petendi nihil eſt ꝓ ĩgreſſu monaſterij.

b al. haberes, ſecundum L.

n ¶ *Multitudinis.*] 12.q.1.c.2.

o ¶*Aliter.*] Hoc nõ eſt verum: ſed allegando dicit hoc.

p ¶*Spontè.*] quod licet 19. quæſt.3. ſi qua mulier.

q ¶*Ex parte.*] argu. quòd non debeat quis communicata reuocare.infra de pœn. diſt.3. ſunt plures. 16. qu. 4. ſunt qui opes.

Placuit.

¶Pro

PLacuit.] CASVS. Statuitur in hoc cap. vt pro conſecrãdis eccleſijs epiſcopi nihil exigant à patronis, & præcipuè ſi pauperes fuerint: ſponte tamen oblatum ab eis poterunt epiſcopi recipere. Item nullus epiſcopus debet eccleſiam conſecrare, niſi dotem neceſſariam habuerit, quæ ſufficiat luminaribus, & ſuſtentationi eorum qui eidem eccleſiæ ſunt ſeruituri.

¶Pro dedicandis eccleſijs nihil exigatur.

CAP. I.

[1] PLacuit, vt quoties ab aliquo fidelium ad conſecrandas eccleſias epiſcopi inuitantur, non quaſi ex debito [a] munus aliquod [b] à fundatore requirant: ſed ſi ipſe quidem aliquid ex ſuo voto obtulerit non reſpuatur: ſi verò aut paupertas illum, aut neceſſitas retinet, nihil exigatur ab illo. Hoc tamen vnuſquiſque epiſcoporum meminerit, vt non prius dedicet eccleſiam, niſi antea dotem [c] baſilicæ, & obſequium ipſius per donationẽ chartulæ confirmatum † accipiat. Nam non leuis culpa eſt iſta temeritas, ſi ſine luminarijs, vel ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum [d], qui iſiidem [e] ſeruituri ſunt, tanquã domus priuata, conſecretur eccleſia.

Item Bonifacius vrbis Romę Epiſcopus ſcribit omnib. Caralitanæ eccleſiæ cœnobitis.

¶Ab ijs, qui ad conuerſionem accedunt nihil eſt exigendum, nec pretio aliquis ad conuerſionem eſt inuitandus.

CAP. II.

QVàm pio [f] mẽtis affectu, fratres chariſſimi, veſtrę deſtitutioni Romana compatiatur eccleſia, vobis fortaſſis eſt incognitum: ſed cognitori omnium non incognitum habetur. Dubitationi autem veſtræ quod idoneum demus reſponſum [g], Deum teſtificor, ipſa quoque me dubitatio reddit anxium [h], & ineptum. Nuſquam † enim legimus Domini diſcipulos, vel eorum miniſterio cõuerſos quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interuentu [i] prouocaſſe, niſi fortè de pauperum alimento [k] quis inconcinnè [l] proponat, quorum [m] nulli, cuiuſcunque profeſſionis eſſet, victualia negabantur [n]. Scimus equidem, quòd omnę datum optimum, & omne donum perfectũ deſurſum eſt deſcendens à patre luminum, à quo bonæ voluntatis donum accipit, qui ſancto deliberationis arbitrio gratis Deo ſeruire diſponit. Reſtat ergo, vt qui pro aliqua eccleſiaſtica ſuſceptione munus accipit, donum Dei, quod à patre luminum deſcendere debuit, vendat: munus autẽ largiens importunus emat. Quid autem de diuini doni venditoribus, vel emptoribus conſequatur, cõcludi neceſſe nõ eſt. ¶ Cauete ergo fratres, quàm ſit ambiguũ quod petiſtis conſilium: quod quidem ſecundũ veſtræ voluntatis propoſitum nulla inuenimus ratione confirmatum. Verumtamen, ſi veſtræ neceſſitati adeò eſt opportunus, quem reperiſtis †, dum tamen omnis abſit pactio [o], omnis ceſſet conuentio [p], nullaq́; veſtræ eccleſiæ fiat diſtractio, accedat, gratis Deo ſeruire incipiat, ſuique regiminis deuotè geſtet obſequium: & poſtmodum [q] vos quaſi ſubſidij [r] gratia, aliqua ſuæ eccleſię munera largiri fratrum † ſolatio Romana permittit eccleſia.

¶B. Thomas citat hoc caput 2.2.q. 100. in fine articuli 3. & rem, quam ibi tractat, ſola huius capitis auctoritate conſtituit.

[*Vnde Vrbanus Papa in concilio apud Melfiam, ca. 12.*]

a ¶*Ex debito.*] Argu. 1.q.1. placuit. j.e.q.4. eccleſia. s.e.q.1. ſtatuimus. j.18.q.2. Eleutherius. contra. Sol. ibi.

b ¶*Munus aliquod.*] aliud à conuiuio, vel à procuratione. in auth. de man. princi. §. illud. & in auth. vt nul. iud. §. nulli. ſed bene illam exigit [a]. extra de ſimo. cum ſit, " alia non debet exigere, ſed ſponte oblata recipere poteſt. Vel põt dici ꝙ illa quę conſueuit ꝑ cipere ꝑꝑ procurationem, exigere põt quaſi ꝓ labore. argu. 12. q.2. charitatẽ. vbi hoc diu obtinuit. 18.q. ſi. ſeruitium.

c ¶*Dotem.*] imo nec primariũ lapidem ponere debuit, vt j. de cõſecra. diſt. 1. nemo. in auth. vt deter. ſit nu. cle. §. inueſtigantes igitur. colla. 1. j. 16.q. vlt. piè. & c. Frigentius. ſed hic omiſſum fuit, & iõ eſt reſtaurandum. vel iam dederat prius, ſed hic debet facere inſtrumentum. vnde ſi dotẽ non dediſſet prius, nũc eſt compellẽdus, quia ibi fecit poni primarium lapidem, ſicut in eo qui promiſit reipublicæ pecuniam dare. ff. de pollic. l. 1.

d ¶*Eorum.*] Pluribus ergo ſufficere debet eccleſia, vt 7.q.1. illud. & de conſecra. diſt. 1. hoc quoque.

e ¶*Ibidem.*] argu. " contra clericos, qui alibi quã in eccleſia ſua morantur. s. diſt. 37. de quibuſdam. contra. j. 16. quæſt. 1. generaliter. j. 12.q.2. conceſſo.

QVàm pio.] CASVS. Cum quodã monaſterium longo tempore caruiſſet abbate, tandem monachi ſibi abbatem de alio monaſterio pauperrimo elegerunt: ſed ille venire recuſabat, vel monachi eum non concedebant, niſi illi monachi ſuo pauperi monaſterio aliqua conferrent. vnde præfati monachi conſuluerunt Papam, ſi hoc eis liceret, quod penitus prohibet, docens exemplo Apoſtolornm neminem ad religionem, fidem, vel eccleſiæ regimen interuentu munerum debere accedere, cum ſit ſimoniacum: quia nunquam à ſanctis patribus talia petita fuerunt. Sed ſi electus ad eos ſponte venerit, & omni pactione ceſſante, poſtea poterunt illi pauperi monaſterio aliqua gratis offerre, & hunc caſum ponit H. quem ego Bart. Brix. approbo magis quàm caſum Beneuen. qui breuior fuit.

f ¶*Quàm pio.*] Quidam petebant ab alijs vt darent eis abbatem ipſorum: ſed hoc illi nolebãt facere gratis, cum eſſet eis vtilis, & hæc eſt conſultatio an eis liceret aliquid dare.

g ¶*Reſponſum.*] Non dubitauit Papa q̃d iuris eſſet in quæſtione, ſed ironicè hoc dicit.

h ¶*Anxium.*] quia dubitatis vtrum ad Dei cultum quiſpiã interuentu muneris prouocandus ſit, ſed dubitandum nõ eſt, extra de ſim. & ſi quæſtiones.

i ¶*Interuentu.*] j. 23. q.4. debet. s. 45. diſtin. qui ſincera. contra. Sed non videtur prohiberi niſi pactio. " nam & dando & honorando, & loquendo poſſumus blandiri infidelibus vt conuertantur. [b] H. Sed tu dic ſimoniacum eſſe, ſi pagano, vel hæretico detur vt Chriſtianus fiat. extra de ſimo. querelam. Sed videtur contra, quòd cum me poſſim pecunia redimere, vt de pœn. diſt. 1. medicina. videtur ꝙ & alium poſſim, & Silueſter promiſit omnibus munera qui vellent baptizari.

k ¶*Alimento.*] quod dabant Apoſtoli pauperibus conuerſis. s. verſus princ. quæſtionis. ver. ſed illud.

l ¶*Inconcinnè.*] quia non competit oppoſitio.

m ¶*Quorum.*] id eſt, quia eorum.

n ¶*Negabantur.*] Argu. " quòd anathematizato debet dari eleemoſyna. ſupra diſtin. 42. quieſcamus. 11.q.4. quoniam. 23. quæſt. 4. debet. contra. Sed illud de iam catholico. 16. quæſt. 1. ſi cupis. Sed contra. 5. quæſt. 5. cap. 2.

o ¶*Pactio.*] non remouetur, niſi pactio inhoneſta. nam honeſta non remouetur. argumen. 23. diſtin. quãquam. 2. diſtin. c. in ea ſynodo. arg. 18. quæſt. 2. Eleutherius. extra de præb. ſignificatum. 16. quæſt. 7. per lacios. s. diſt. 59. hoc ad nos. 7. quæſt. 1. mutationes. hoc no. 8. quæſt. 3. in ſumma.

p ¶*Conuentio.*] nomẽ conuentionis generale eſt. ff. de pact. l. 1. §. 2.

q ¶*Poſtmodum.*] arg. " quòd licet poſt, quod non licet antea, vt j. 8. quæſt. 3. talia. & c. Artaldus. [c] Argu. quod non licet ante [d], nec poſt, vt s.e. quæſt. 1. eos. ad fi. & quòd licet ante quod non poſt, vt ſupra diſtin. 4 in iſtis. 2.q.6. quoties epiſcopi. & 8. quæſt. 2. dilectiſſimi. ſupra ea. quæſt. 1. eos. contra. Sol. ibi ex pactione datum fuit quidquid datum fuit, hic verò ex mera liberalitate, vel gratia ſubſidij conceditur. extra de ſimo. & ſi quæſtiones. Ioan.

r ¶*Subſidij.*] vel honoris, vt infra ea. quæſt. 3. ex multis. & ff. man. ſi remunerandi. & certè hoc caſu idem eſſet ante & poſt. ſed hoc fit hic propter præſumptionem vitandam. & hoc ſoluit contrarium. s. ea. quæſt. 1. eos. ſed ex quo ambitio præceſſit, & petitio pecuniæ, nocere certè debuit etiam poſt; vel gratia ſubſidij debuerunt percipere. argu. j. ea. ſicut epiſcopum. in fi. à contrario ſenſu.

1 Burc. l. 3. c. 37. Iuo p. 3. c. 42.

a Et ita habes vnũ caſum, in quo mun⁹ à manu põt recipi. ſ. pro operibus ſpiritualibus, ad quæ quis tenetur. Ali⁹ caſus eſt ꝓ operib. ſpiritualibus, ad quæ qs non tenetur ex officio. 12. q.2. charitatem. ſecundum Ray. & Gof.

" Recipere licet q̃ non licet exigere.

† al. confirmatam.

" Clerici in ſua eccleſia morari debent.

† al. Nunquam.

" Blandiri poſſum⁹ infidelibus.

b Sub. vt in præced. c. ſecundum Io. de Fan. qui iſtam gl. ſequitur vt iacet.

Iac. 1.

" Eleemoſyna dãda eſt anathematizato.

† al. cepiſtis.

† al. pro fratrum.

" Licet poſt, quod non licet ante.

c Concor. tex. in l. q̃d ante. & l. ſe. ff. de his q̃ i frau. cre.

d Nec in ipſo actu. s.e. q. 1. emendari. & facit 8. q.2. dilectiſſimi.

Sicut

SIcut epiſcopum.] CASVS Dicitur hic, ꝙ ſicut epiſcopus non debet aliquid accipere pro ordinatione: ſic diaconus non debet aliquid accipere pro Euangelio quod legitur, vel notarius pro ſcriptura quam fecit ordinato in teſtimonium ſuæ ordinationis. Sed poſt negotiũ expeditum ſi quid ſponte offeratur, recipi poteſt.

a ¶*Miniſter*.] id eſt, archidiaconus, cũ examinat vocãdo ordinãdos. 24. diſt. quando.

1 Anſ. l. 6. c. 91. Pann. l. 3. ti. 2. c. 7. Iuo p. 5. c. 109. Poly. l. 2. tit. 1. B. Gre. l. 4. ep. 44. & l. 12. poſt epiſt.

† placiti] Orig.

b ¶*Vocem*.] id eſt, lectionem Euangelicã. ext. de ſi. c. 1. & arg. in ſuperiori palea. §. regulam, &c.

c ¶*Calamum*.] id eſt, ſcripturam quam ordinatus recipit ab ordinatore, ne dubitetur de eius ordinatione, vt ĩ. 2. q. 1. legũ. hoc olim H. vel hoc intelligit cũ habet ſalarium de publico aliàs deputatũ [a]. hoc tñ dico, ꝙ in collatione ordinis nõ eſt diſtinguendũ an habeat ſalariũ de publico, vel non: " nam dicit, ꝙ in collatione ordinis, nec ꝓ labore, nec pro charta debet aliquid recipere, ſed ep̃s procuret ita vt ſine muneris alicuius acceptione ſcribatur, nec tenetur lex in auth. de ſan. epiſc. §. 4. colla. 9.

a Adde ad hoc not. in l. cum multis. & ibi gl. C. de prin. ag. in re. libro 12.

" Notarius an pro ſcriptura poſſit ab ordinato aliquid accipere.

d ¶*Ex ambientis*.] vbi enim cauſa non adeſt, vitium nõ imputatur. ADDITIO. ad hoc 61. diſt. Neophytus. Arch.

AVCTORITATE. CASVS. Infert Grat. ex hoc c. quàm pio. ꝙ ſicut nullus eſt pretio inuitandus ad conuerſionem, ita nulli ꝑ pecuniam dandus eſt ingreſſus eccleſiæ. Idem probatur ꝑ hoc c. proximum. Sed ſtatim cõtra hoc opponit ꝑ auctoritatem Apoſtoli, & per c. ſequentia, ꝑ quæ probat, ꝙ diuites non debent recipi, niſi offerant ſua eccleſiæ.

2 extra de ſimo. cap. 1. Polyc.] Anſ.] ibid. Iuo]

e ¶*Conuerſionem*.] id eſt ſidem & cultũ Dei. 61. diſt. §. his omnibus.

ITEM OPPONITVR. Hæc eſt 2. pars q. in qua probat, ꝙ diuites nõ debent ſumere partes de bonis eccleſiæ, qđ intelligitur de illis qui corporaliter non ſeruiunt eccleſijs, & hoc probat per quatuor auctoritates ſanctorum patrum. Io. de Fant.

† al. pacto.

f ¶*Opponitur*.] ad id, qđ dixit nihil exigẽdũ ab ingreſſuris, quaſi dicat indifferenter oẽs debent ſuſcipi, vt paſcantur de rebus eccleſiæ, exceptis talibus de quibus loquitur in c. ſeq. [b]

†al. ex accipientis ambitu nõ proceſſit] Ori.

b Quod loqtur de iã ſuſceptis, nõ de ſuſcipiendis, ſecundũ Hug.

VIduas honora.] CASVS. Præcipit hic Apoſtolus, vt eccleſia prouideat viduis: illis. ſ. quę parentum opibus ſuſtẽtari non poſſunt, vt circa pauperes plus abundent, diuites autem non recipiantur.

¶De eodem.

PALEA. CAP. III.

1 NVllus abbas pretium ſumere, vel exigere ab eis, qui ad conuerſionem veniunt, aliqua pacti † occaſione præſumat. Regulam antiquam ſequens, nulli vnquam de ordinationibus aliquid omnino accipiendum eſſe conſtituo, neque ex datione pallij, neque ex traditione chartarũ, neque ex ea, quam noua per ambitionem ſimulatio inuenit, appellatiõe paſtelli. Quia A enim ordinando epiſcopo, Pontifex manũ imponit, Euãgelicam lectionem miniſter legit, cõfirmationis autem eius epiſtolam notarius ſcribit.

¶*In nonnullis vetuſtis exemplaribus, in quibus paucæ ſunt paleæ, habetur cap. hoc vſque ad verſ.* Regulam. *Reliqua verò ſunt B. Gregorij locis indicatis.*

A ¶Quia enim.] *In pleriſque exẽplaribus, quæ habent hanc paleam, non ſunt iſtæ duę voces. Verùm apud B. Gregorium leguntur, quoniã pendet adhuc oratio, & coniugitur cum ijs, quæ in ſequenti cap. afferuntur, hoc modo,* Quia enim ordinando epiſcopo Pontifex manum imponit, Euangelicam lectionem miniſter legit, cõfirmationis autem eius epiſtolam notarius ſcribit, ſicut Põtiſicem non decet, &c.

Item Gregorius in Regeſti lib. 4. epiſt. 44. ſiue c. 88. in ſynodo Romæ habita.

¶Ab ordinando non debet aliquid exigi, ſed nec voluntariè oblata reſpui oportet.

CAP. IIII.

2 SIcut epiſcopum non decet manum, quam imponit, vendere, ita miniſter [a], vel notarius non debet in ordinatione eius vocem [b] ſuã, vel calamũ [c] venũdare. *& paulò poſt.* ¶Is autem, qui ordinatus fuerit, ſi non ex placito †, neque exactus, neque petitus, poſt acceptas chartas, & pallium, aliquid cuilibet ex clero, gratiæ tantummodo cauſa, dare voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus: quia eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non † ex ambientis [d] petitione proceſſit.

g ¶*Viduas honora*.] " quæ debent ſumptibus eccleſiæ ſuſtẽtari [c], & vidua quandoq; dicitur quæ virum nondum habuit. ff. de verb. ſig. malum. §. viduam.

" Viduæ ſunt ſumptibus eccleſiæ ſuſtentandæ.

c Vt 81. diſtin. c. pe. & vlt. & 31. q. 1. quo. vnde expone honora, i. de ſumptib. eccleſiæ ſuſtẽta. Arc.

Auctoritate Bonifacij patenter oſtenditur, quòd ſicut nullus pretio eſt inuitandus ad conuerſionem [e]: *ita nulli, pecuniæ interuentu, eccleſię largiri oportet ingreſſum. Auctoritate verò Gregorij datur intelligi, quòd pro ingreſſu eccleſiæ non licet pecuniam exigere, ſed ſpontaneè oblatam licet ſuſcipere.*

2 ¶*Item opponitur* [f] *illud Apoſtoli, 1. ad Timotheum, c. 5.*

CAP. V.

VIduas honora [g], quæ verè viduæ ſunt [h]. [*Quæ autem non ſunt verè viduæ, id eſt, quæ ſuis, vel parentum opibus ſuſtẽtari poſſunt, non recipiantur* [i],] *vt eccleſia ſufficiat* [k] *ijs, quæ verè viduæ ſunt.*

¶*Caput hoc in multis vetuſtis codicibus eſt coniunctnm ſuperiori.*

Item Hieronymus ad Damaſum Papam.

¶*Infra etiam 16. q. 1. c. fi. citatur ex Hieronymo. Ac ſimilia habentur in regula monachorum ex dictis Hieronymi, in c. de paupertate. & in gloſſa ordinaria ad c. 5. primæ ad Timotheum ex Hieronymo.*

¶Qui ſumptibus proprijs ſuſtẽtari poteſt, ab eccleſia ſtipendia non accipiat.

CAP. VI.

3 CLericos autem illos conuenit eccleſiæ ſtipẽdijs ſuſtentari, quibus parentum, & propinquorum nulla ſuffragantur bona. Qui autem bonis parentum, & opibus ſuis ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt, accipiunt [l], ſacrilegium [m] profectò committunt, & per abuſionem talium, iudicium ſibi manducant, & bibunt.

Item Proſper de contemplatiua vita, lib. 2. cap. 9. & 10. [4]

¶Quibus ſua ſufficiunt, eccleſiæ alimentis non ſuſtententur.

CAP. VII.

5 PAſtor eccleſiæ ijs, quibus ſua ſufficiunt, non debet aliquid erogare, quãdo † nihil aliud ſit habẽtibus dare, quàm perdere. Nec illi, qui ſua poſſidentes dare ſibi aliquid volunt, ſine grandi peccato ſuo, vnde pauper [n] victurus erat, accipiunt. De clericis quidem

h ¶*Quæ verè viduæ ſunt*.] i. q̃ ſicut à viris, ita & à rebus & amore mundi ſunt deſtitutæ.

i ¶*Non recipiantur*.] vt ſuſtentẽtur ſumptibus eccleſiæ, niſi ſua dent eccleſiæ. 12. q. 1. illi. s̃. diſt. 42. §. 1. s̃. diſt. 47. ſicut.

k ¶*Sufficiat*.] arg. " ꝙ nõ teneantur canonici ſuſcipere aliquẽ vltra q̃ facultates eccleſiæ ſufficiunt, vt de conſe. diſt. 1. omnes. & extra de inſtit. c. 1.

" Suſcipiendus non eſt aliquis vltra facultates eccleſiæ.

CLericos autem.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ clerici, qui de bonis parentũ ſuſtentari poſſunt, ſi aliquid accipiunt de bonis eccleſiæ, ſacrilegium cõmittunt. Idẽ repetit in ſequenti cap. Addit tñ, ꝙ pauperes accipiunt nõ peccata, ſed alimenta, diuites verò ẽcõtra. & hoc c. pars eſt illius c. 16. q. 1. c. qm̃ quidqd.

l ¶*Accipiunt*.] & in malos vſus conuertũt, & ſic intellige ſequẽtia capitula, cũ. ſ. malè diſpenſant. ĩ. 12. quæſt. 1. illi qui.

m ¶*Sacrilegium*.] arg. " ꝙ ſtipendia eccleſiæ nõ ſunt danda ijs, quibus propria ſufficiunt, vt 12. q. 1. illi qui. arg. ext. de ſim. cum ſit Romana. nec vlla eccleſiaſtica. arg. cõtra. 12. q. 2. charitatem. ff. de reg. iur. ſecundũ naturam. Sol. quod hic dicitur, exhortatio eſt, nõ præceptum. vel de his loquitur, qui occaſione patrimonij ampliandi qđ habent, ſe à diuinis ſubtrahunt obſequijs, quibus ſe abſentantib. dandũ non eſt [d]. Vel hic de quarta pauperibus debita, quæ dari prohibetur abundantibus. Panis enim egẽtium, &c. vt ĩ. 14. q. 5. cap. 2. & in ſumma. Si abundantes de bonis eccleſiæ ſuſcipiunt, ſiue abſentes, ſiue præſentes ſunt, licet non debet eis denegari portio, quia nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare, mortaliter tamen peccant [e], præſertim ſi ex cupiditate ſua reſeruant. ĩ. ea. §. verum. cum cap. ſequenti. [f]

" Eccleſiæ ſtipẽdia nõ ſunt diuitibus danda.

3 16. q. 1. c. ſi.

4 In conc. Aquiſgr. c. 107.

d Arg. 16. q. 1. generaliter.

5 Proſper ibid. c. 10.

† al. quãdo quidem.

e Iſta eſt ſnía Lau. q̃ ſequitur Io. de Fant. ar. op. 42. diſt. §. 1. 47. diſt. ſicut.

f Dic ſi ſint tales habẽtes patrimoniũ amplũ qui bene diſpenſant dãdo pauperibus & alijs, quib. debẽt dare. tales poſſunt bene habere ſtipẽdia eccleſiæ. arg. 12. q. 1. illi qui.

n PAſtor eccleſiæ.] ¶*Pauper*.] Panis egentium vita pauperis eſt: qui fraudat illum, homo ſanguinis eſt, vt ĩ. 14. q. 5. c. 2. & 3. q. 1. nulli.

Oſeæ 4.

VERVM. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, quòd relinquentes propria pro Deo, ſunt recipiendi, alij verò non: ſed Hu. intellexit de ſuſceptis iam in eccleſia, qui nō debent ali de bonis eccleſiæ, ſi aliunde habent. vnde dicit Gratianus non rectè procedere.

a ¶*Suſcipi.*] id eſt, ſuſcepti alimenti. non. n. tantùm de ſuſcipiēdis loquitur.

Matth. 4. Luc. 19. Act. 4.

b ¶*Petrus.*] non videtur competere exēplum de Petro, q fuit pauper piſcator, & ita reliquit paupertatem tantùm propter amorem Dei, & ſic faciunt multi templarij, & hoſpitalarij hodie, & quaſi omnes religioſi: "ſed Petrus ſeipſum abnegauit.

1 Et in cōci. Aquiſgr. ibid.

"Petrus pp Chriſtū ſeipſum abnegauit.

SI quis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima reprehendit illos qui propria retinētes ideo viuunt in collegijs, vt ſuis ſumptibus parcāt, & vt pauperes & aduenientes non recipiant. In ſecunda parte reprehendit illos, qui ideo alijs ſe præferunt, quia in ſuo ingreſſu monaſterio plus cæteris contulerunt. Secunda pars incipit ibi, *Quod ſi*. Seq. §. patet.

c ¶*Vt quid.*] 12. q. 1. expedit. 23. q. 7. quod autem. 12. q. 1. illi autem. §. 1.

d ¶*De peccatis alienis.*] id eſt, de oblatis pro peccatis aliorum.

e ¶*Velut pro ipſa expenſa ſua.*] arg. aliquē poſſe dare eccleſiæ de proprijs pro ſua ſuſtētatione. H. "hoc non eſt verū niſi illud fiat ſine peccato, vt extr. de ſimo. tua. nec excuſat paupertas, vt extra eo. quoniam ſimoniaca.

" Eccleſiæ dare aliqua p ſua ſuſtētatione nemini licet.

† al. &

f ¶*Iactantia.*] nā nocet iactantia. 6. qu. 1. imitare.

g ¶*Perfectior.*] id eſt expeditior ad ſeruiendum Deo eſt.

h ¶*Expoliat.*] nam tunc dicitur in eo manere Spiritus ſanctus, cum voluntariam diligit paupertatē. de pœ. diſt. 2. quærendum. diuites tamen cum bonis, &c. 30. diſtin. hoc ſcripſimus.

2 Et in Aquiſgr. cap. 108.

SAcerdos.] CASVS. Dicunt hic, φ clerici, qui bona ſua parentibus vel pauperibus eccleſijs reliquerunt, vel q à natiuitate ſua pauperes fuerunt, viuere debent de bonis eccleſiæ. & probatur auctoritate Apoſtoli dicētis: q in ſacrario, &c. licet Apoſtolus noluerit de Euangelio viuere: ſed ſuis manib. victum quærere, vt liberius arguere poſſet. Seq. c. cum §. patet.

dicit per prophetam Spiritus ſanctus, [Peccata populi mei comedunt.] Sed ſicut nihil habentes proprium, non peccata, ſed alimenta quibus indigere videntur, accipiunt: ita poſſeſſores non alimenta, quibus abundant, ſed aliena peccata ſuſcipiunt.

Verùm his auctoritatibus prohibentur ab eccleſia ſuſcipi[a] *non illi, qui quondam fuerunt diuites, poſtea verò omnia reliquerūt, vt Petrus*[b], *& Mattheus, & Paulus, aut pauperibus diſtribuerunt, vt Zachæus, aut eccleſiæ rebus adiunxerunt, ſicut illi, qui prædia ſua vendentes ponebant pretia ante pedes Apoſtolorū, vt eſſent omnia communia: ſed illi, qui in domibus parētum reſidentes, vel ſua relinquere nolentes, eccleſiaſticis facultatibus paſci deſiderant. De quibus in eodem libro Proſperi, c. 10. ſubinfertur.*[1]

¶Qui ſua relinquere non vult, non debet ſumptibus eccleſiæ ſuſtentari.

CAP. VIII.

SI quis propter hoc non vult ſua relinquere, vt habeat vnde viuat, vt quid[c] accipit vnde rationē reddat? vt quid peccatis alienis[d] ſua multiplicat? *Idem ibidem paulò ſuperius.*

¶Non eſt meum dicere, quali peccato cibos pauperum præſumendo ſuſcipiunt, qui eccleſiam, quam iuuare de proprijs facultatibus debuerant, ſuis expenſis inſuper grauant, pro pter hoc fortaſſis in congregatione viuētes, ne aliquos pauperes paſcant, ne aduenientes excipiant, aut ne ſuum cēſum expenſis quotidianis imminuant. ¶Quòd ſi aliquid de fructibus ſuis eccleſiæ, velut[e] pro ipſa expenſa ſua contulerint, non ſe preferant inani iactantia[f] illis, quos nihil habētes paſcit, & veſtit eccleſia: qa perfectior[g] eſt ille, qui ſe mundi rebus expoliat[h], aut † qui cum nihil habuerit nec habere deſiderat, quàm ille, qui ex multis, quæ poſſidet, eccleſiæ aliquid præſtat, ac ſe de eo, qđ præſtiterit, forſitan iactat.

Ecce, qui prohibentur ab eccleſia ſuſcipi. Illi verò, qui omnia ſua relinquunt, vel pauperibus diſtribuūt, vel eccleſiæ rebus adiungunt, & ab eccleſia laudabiliter ſuſcipiēdi ſunt, & eius opibus ſuſtentandi.

Vnde in eodem lib. c. 11. legitur.[2]

¶Qui ſua relinquunt, vel pauperibus diſtribuunt, vel eccleſiæ rebus adiungunt, laudabiliter eccleſiaſtica diſpenſant.

CAP. IX.

SAcerdos, cui diſpenſationis[i] cura commiſſa eſt, nō ſolùm ſine cupiditate, ſed etiā cum laude pietatis accipit[k] à populo diſpenſanda, & fideliter diſpenſat[l] accepta: quia omnia ſua aut parentibus [A] reliquit, aut pauperibus[m] diſtribuit, aut eccleſiæ rebus adiunxit, & ſe in numero pauperū, paupertatis amore conſtituit: ita vt vnde pauperibus ſubminiſtrat, inde & ipſe tanquam pauper voluntarius viuat. Clerici quoq; quos pauperes aut voluntas, aut natiuitas fecit, cum perfectione[n] virtutis, vitæ neceſſaria ſiue ī domibus[o] ſuis, ſiue in congregatione viuentes accipiant: quia ad ea accipienda non eos habendi ducit cupiditas, ſed cogit viuē di neceſſitas. *& infrà cap. 14.*

¶3 De talibus dicere videtur Apoſtolus [Qui in ſacrario[p] operantur, q̄ de ſacrario ſunt, edunt: & qui in altario deſeruiunt, cū altario participant.] Qui niſi hoc de contemptoribus facultatum ſuarum vellet intelligi, nunquam ſecutus adiungeret: [Ita & Deus ordinauit his, qui Euangelium annūtiant, de Euangelio viuere.] De Euāgelio viuunt, qui nihil proprium habere volunt: qui nec habēt, nec habere aliquid concupiſcunt, non ſuorū, ſed communiū poſſeſſores. Quid eſt aliud de Euangelio viuere, niſi laborantem inde, vbi laborat, neceſſaria vitę percipere[q]? Apoſtolus tamen, qui ſic Euāgelium prædicauit, vt nec de Euangelio viueret, ſed neceſſaria ſibi ſuis manibus[r] miniſtraret, de ſe confidenter eloquitur [Ego autem nullo horum vſus ſum[ſ].] Et quare hoc dixerit, ſecutus aperuit dicens [Expedit mihi mori magis, quàm vt gloriam meam quis euacuet.] Euacuari dicit gloriam[t] ſuam, ſi ab eis, quibus prædicabat, voluiſſet accipere vitæ temporalis † expenſam. Nolebat quippe in præſenti laboris ſui fructum, ſed in futuro recipere.

3 In Aquiſgr. c. 111.

" Clericis indigētibus eſt prouidēdum.

1. Cor. 9.

† al, corporalis.

i ¶*Diſpenſationis.*] j. 12. q. 1. c. expedit.

k ¶*Accipit.*] id eſt, accipere debet.

l ¶*Diſpenſat.*] id eſt, diſpenſare debet tam ſibi, quàm alijs, &c.

m ¶*Pauperibus.*] qđ ei licet. 12. qu. 3. cap. 1. 2. & 3.

n ¶*Cum perfectione.*] id eſt, expeditione ad ſeruiendum Deo.

o ¶*In domibus.*] j. de conſe. diſt. 5. in omnibus. contra. j. 12. q. 2. nobis. Sol. " hic loquitur de clericis indigentib. quibus tenetur prouidere ſicut alijs pauperibus. iſti tales accipiunt ab eccleſia: non quia clerici, ſed quia pauperes. arg. canonicis licere beneficia diuidere, vt priuatim percipiant, quod in communi ſoliti erant habere, vt diſtin. 32. ſi qui verò.

p ¶*Sacrario.*] j. 13. q. 1. §. quia ergo. j. 16. q. 1. c. pen. & vlt.

q *Percipere.*] 12. q. 2. charitatem.

r ¶*Manibus.*] j. 10. q. 3. cauendum. j. 21. q. 1. clericus.

ſ ¶*Vſus ſum.*] ne ea occaſione pſeudoapoſtoli acciperent, & ſic in prædicatione perſiſterent. nam ex quo videbant eum non accipere, verecundabantur & ipſi accipere.

ADDITIO. De hoc legit. & not. 28. q. 1. iā nunc. in fi.

t ¶*Gloriam.*] quam habeo apud Deum de hoc quod nō accipio, vel ſi acciperem cum ſcandalo, vel vltra quā deberem, vel ſi prædicarem eo obtentu, vt acciperem.[a]

a Clerici.

a 8. q. 1. ſūt in eccleſia, vel quā habeo ex eo, φ malos p prædicationem meam ad bonum conuerto. Hug.

A ¶Aut parentibus.] *In aliquot manuſcriptis Gratiani legitur,* Aut pauperibus reliquit. *in vetuſto autem Proſperi codice, & in concilio Aquiſgranenſi legitur,* quia omnia ſua aut reliquit, aut eccleſiæ rebus adiunxit. *Sed quoniam multa exēplaria Gratiani, & Proſperi habēt vulgatam lectionem, nibil eſt mutatum.*

Item ex concilio Agathenſi, c. 36.

¶Iuxta

¶Iuxta meritum laboris, eccleſiaſtica ſtipendia ſacerdotes diſtribuant.

CAP. X.

Clerici omnes, qui eccleſiæ fideliter, vigilanterq; deſeruiunt [a], ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundū ſeruitij ſui meritum [b] per † ordinationem canonum à ſacerdotibus conſequantur.

Multorum A *auctoritatibus luce clarius conſtat, quòd ab ingreſſuris monaſterium non licet pecuniā exigere, ne & ille, qui exigit, & ille, qui ſoluit, ſimoniæ crimen incurrat.*

A ¶Multorum.] *In vulgatis codicibus huic* §.Multorum. *præponebatur hic titulus.* Item ex concilio Vrbani Papę habito Aluerniæ, *qui ſublatus eſt, quoniam abeſt ab omnibus vetuſtis exemplaribus collatis, & in pleriſque hic §. eſt initium ſequentis tertiæ quæſtionis.*

QVAESTIO III.

Sed adhuc [c] obijcitur, quòd ingreſſuri monaſterium pecunias tribuūt, nō propoſitum religionis, ſed participationem ſtipendiorum eccleſiæ emunt. Temporalia ergo, non ſpiritualia ementes, nequaquam ſimoniaci habendi ſunt. ¶*His itaque reſpōdetur. Non ſolùm, qui ſpiritualia, ſed etiam qui temporalia eis annexa [d] pretio accipiunt, vel tribuunt † ſimoniaci iudicantur. Vnde Malachias loquens ex perſona Domini [Quis eſt, inquit, in vobis, qui claudat oſtia [e], & incendat altare meū gratuitò? Non eſt mihi voluntas in uobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra.] Oſtia claudere non eſt ſacri muneris officium, ſed tantùm ſibi adiunctum.*

Item Gregorius ſcribit vniuerſis epiſcopis Hiſpanis.

¶De ijs, qui ſacros ordines munerum acceptione diſpenſant.

CAP. I.

Audiuimus dilectiſſimi, quod nos audiſſe oportuit: ſed audiſſe profectò non libuit: quoſdam ſcilicet eſſe ſacrorum ordinum profeſſores, qui ſub munerum datione vel acceptione, Dei eccleſias, vel earum ſibi beneficia vſurpant. Quod quidē ſcelus vos non iamdudum acriter correxiſſe vehementer admiramur. Iuſtè enim vterque corripiendus eſt, & à ſanctæ liminibus eccleſiæ ſubmouendus, & qui pro eccleſiæ ambitu munera largitur, & qui vt eccleſiam adeat, quidquam præſumit accipere. Iſte quippe donum Dei emere, hic autē præſumit vendere. A ſacrilegio [f] quoque hoc facinus nō diſpar dixerim: cum id, quod ſponte, & ſacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, ſub pecuniæ pactione cauſatur [g]. Quare, fratres chariſſimi, quæ taliter facta ſunt, curioſè refellite, infecta prohibete, veſtriſque iuſſionibus reſiſtentes digno anathematis vinculo percutere non dubitate.

Item Rothomagenſi Epiſcopo, & Galicis omnibus.

¶De ijs, qui eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia vendunt.

CAP. II.

Si quis dator, vel acceptor, Dei eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia (quæ quidam præbendas vocant) ſub pecuniæ interuentu ſuſceperit, ſiue dando emerit, ſiue accipiendo vendiderit, à Simonis non excluditur perditione. Sed ſi perſeuerans fuerit, perpetua mulctetur damnatione. Nam qui ſub religionis obtentu Deo famulari voluerit, ſi quid accipit, & meritum perdit, & beneficio accepto fruſtratur. Rationis ergo vigore cogitur, quod iniuſtè receperit, reſtituere [h], & quidquid turpis lucri gratia receperat, non tenere.

Item Gregorius vij. Papa lib. 6. reg. in ſynodo, c. 4.

¶Ab officio ſuſpēdatur epiſcopus beneficia, vel eccleſiaſtica officia vendens.

CAP. III.

1 Si quis epiſcopus præbendas, archidiaconatus, præpoſituras, vel aliqua eccleſia-

---

a Clerici.] ¶Deſeruiunt.] etiam infirmi ſeruiunt. ext. de cler. ægro. c. 1. ff. de ſta. li. cum hæres. §. Stichus.

b ¶Meritum.] 12. q. 2. Vulteranæ. & c. de reditibus. ſed j̃. 16. q. 7. c. 1. contra. ſed ibi ſoluitur. Vel meritum, id eſt, vt presbyter pluſquàm alij percipiat [a], vt diſt. 74. conſuluit. quod non eſt in alia ſocietate. ff. pro ſoc. verum. §. ſed cum tres.

a Sed contra 32. diſt. præter hoc. in fi. & hoc contra etiā ꝓbat c. hic allegat. conſuluit, vt ibi not. Arch.

† al. vel

Sed adhuc obijcitur.] Casvs. Hic tractatur tertia quæſt. in qua quæritur an ingreſſum eccleſiæ, vel præbēdas emere ſit ſimoniacū. Sed de ingreſſu eccleſiæ eſt expeditū in 1. q. Et certum eſt, ꝙ emere præbendam (ſecundum quod dicitur præbenda ius ſpirituale) ſimoniacum eſt: ſed præbēdā, id eſt, fructus præbendæ emere non eſt ſimoniacum. Sed obijcit hic adhuc, ꝙ ꝓ ingreſſu monaſterij aliquid ſit dandum: quia qui monaſterium intrat, non religionem, ſed ſtipendia emit. Et reſpondet Grat. quòd ſimonia eſt, quia non ſolùm emere ſpiritualia, ſed ſpiritualibus annexa ſimoniacum eſt, & hoc probatur auctoritate Malachiæ prophetæ.

c ¶Sed adhuc.] Hic depingitur 3. quæſt. an ſcilicet ingreſſum, vel prębendas emere ſit ſimoniacum. primum membrum expeditum eſt s̃. e. prox. q. ſecundū expeditur hic. "Not. quòd præbenda [b] dicitur quandoque ius qđdam ſpirituale [c] percipiendi eccleſiam, vel ipſam præbēdam, hoc modo emere ſimoniacum eſt. Quandoque dicuntur ipſi fructus præbendæ: quos emere non eſt ſimoniacū, vt ext. ne præla. vices ſuas. c. vlt. niſi quis fortè emeret fructus ab initio ſuæ ordinationis, vel inſtitutionis in ipſa eccleſia, vt habeat dum vixerit. arg. j̃. e. ſi quis obiecerit. & c. Saluator. tunc. n. ita ſunt annexa, vt qui priuetur officio, priuetur & illis, vt 81. diſt. ſi quis ſacerdotum.

" Præbēda dicitur dupliciter.

† hæ voces, vel tribuūt, abſūt à pleriſque manuſcr.

Mal. 1.

b Præbēda per ſe profana eſt. Inn. Pan. Fel. c. cum M. Fer. de conſt.

c Ad iſtud ius nō poſſunt duo recipi ſimul vno iure vacante, ext. de præb. dilecto. Arch. Beneficio. priuatur q priuatur officio.

d ¶Annexa.] arg. ꝙ idem iuris ſit in vno cohærentium & connexorum, quod in altero. vnde qui priuatur officio, & beneficio, vt j̃. diſt. 28. decernimus. s̃. diſt. 81. ſi quis ſacerdotum. & c. eos. s̃. diſt. 50. ſtudeat. contra. ibi de gratia, hic de rigore.

e ¶Qui claudat oſtia.] id eſt, qui gerat officium oſtiarij. " Vnde videtur, ꝙ emere huiuſmodi officium oſtiarij, vel pulſandi campanas, ſit ſimoniacum: cum illud ſpectet ad officiū primicerij. 25. diſt. perlectis. quod concedo. " ſed emere quācunque adminiſtrationem rerum eccleſiæ, puta quod det panem in refectorio, vel vinum, vel cuiuſcunque alterius rei, dicit H. ſimoniacum eſſe. contra. s̃. e. q. 1. ſi quis epiſcopus. prope fi. & j̃. e. q. Saluator. & dicit, quòd licitè poteſt dari pecunia alicui, vt ſuſcipiat tale officium: ſed tamen ille non poſſet dare pecuniam, vt ei daretur. [d] & ſic aliquid vendi poteſt licitè, quod nō poteſt emi. Alij dicunt, ꝙ tunc eſt ſimonia emere aliquam adminiſtrationem eccleſiaſticam, cum aliquod ſpirituale habeat annexū, vel talis eſt, quòd per clericum tantùm conſueuit exerceri, & ratione officij, quod magis credo.

" Simoniacū eſt emere officium pulſandi cāpanas.

" Emptio adminiſtrationis eccleſiaſticæ eſt ſimoniaca.

d Ratio eſt, quia nō pręſumitur, ꝙ ita fideliter adminiſtret in recompēſatione eius quod dedit. ar. ff. de ꝓb. cum de indebito. Ioā. de Fan.

Audiuimus.] Casvs. Dicitur hic, ꝙ ſacrilegium, & ſimoniam committunt qui eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia ꝑ pecuniam acquirunt, & qui ea concedunt pro pecunia. vnde præcipitur ne decætero fiat: & quod factum eſt in pręterito, irritetur.

f ¶Sacrilegio.] & crimine læſæ maieſtatis. 15. q. 3. ſanè. 2. q. 1. in primis.

g ¶Cauſatur.] id eſt, in cauſā ducitur, vel ꝓ cauſa, ſcilicet pro acceptione, vel datione pecuniæ ſit: vel cauſatur, id eſt facit vñ cauſari. i. accuſari debeat.

Si quis dator.] Casvs. Dicitur hic, ꝙ ſimoniacus dator & acceptor ſimonis perditione, & perpetuo anathemate ſi perſeuerauerit dānatur, & qđ iniuſtè acceptum eſt, reſtituatur.

h ¶Reſtituere.] "Sed cui dices reſtituēdā talē pecuniā? Videt̃, ꝙ ei in cuius ignominiam data eſt. 17. q. 4. ſi quis in atrio. 15. q. vlt. cum multæ. 27. q. 1. ſi quis rapuerit. ext. de ſim. de hoc. ĩ auth. de ſan. epiſ. §. ſed neque. colla. 9. & ext. de ſim. audiuimus. Econtra videtur, ꝙ illi qui dedit eam, vt ext. e. veniens. Item videtur, ꝙ illa pecunia non debet remanere penes eccleſiam, cū Petrus dixerit: pecunia tua, &c. [e] Item quia fiſco cōpetit perſecutio eorum, q̃ ſcelere cōquiſita ſunt. ff. de iu. fiſ. Lucius. ff. de don. inter vi. & vx. cum hic ſtatus. §. fi.

" Pecunia ſimoniaca cui eſt reſtituenda.

1 Poly. l. 2. tit. 4.

e s̃. c. q. 1. Petrus. & c. qui ſtudet. & Act. 8.

Si quis epiſcopus.] Casvs. Dicitur hic, quòd ſi quis epiſcopus beneficium, vel dignitatem eccleſiaſticam ſimoniacè contulerit, ab officio debet ſuſpendi: quia iuſtum eſt, vt qui gratis acquiſiuit epiſcopatum, minora ſtipendia gratis conferat.

a ¶Suſpen-

a ¶*Suſpendatur.*] ideſt deponatur.83. diſt.c.1. Vel dic, vt s. e.q.1. quidquid.
b ¶*Membra.*] j.3.q.9.pura.ar.j.12.q.2.cognouimus.s.diſt. 63.in ſynodo.arg. " eſt hic ꝙ idem iuris eſt in toto, quod in parte: & in maiori, quod in minori.23.q.1.de forma.extr.de præ.maioribus.95.diſt. eſto.ff. ꝓ derelicto.l.3.

" Ius idē eſt in toto qđ & in parte.

Q *Væſitum eſt.*] CASVS. Cum quidam monachi Franciæ quaſdã eccleſias ab epiſcopis haberent, & in illis presbyteros ſeculares, toties eas redimere cogebantur, quoties presbyteri morte, vel alia cauſa mutabãtur, & ideo præcepit Papa, vt quas ſpatio 30. ann. ſub hac redemptione poſſederunt, amodo ea ceſſante, quietè poſſideant, ſaluo annuo cenſu epiſcoporum, quem ex eiſdem eccleſijs habere conſueuerunt. Sequens c. patet.
c ¶*Quæſitum eſt.*] ſecundum H. caſus talis eſt. Quidam epiſcopi contulerant eccleſias quaſdam cum omni iure ſuo quibuſdam locis religioſis. mortuis perſonis illarum eccleſiarum collatarum epiſcopi volebãt in eccleſijs inſtituere clericos pro ſua voluntate, niſi Abbates darent eis pecuniam. dicitur, quòd talis datio pecuniæ ſimoniaca eſt [a]. argu. ad hoc 17.q.2.c.1. Alij caſus inutiles conſueuerunt hic notari: quos omitto.
d ¶*Data.*] à prædeceſſorib. ſuis pro redemptione animarũ ſuarũ.
e ¶*Triginta.*] propter qđ credebant aliquod ius acquiſitum epiſcopo, quia per xxx. annos, & vltra recepit huiuſmodi redemptionem à monaſterijs: ſed non eſt ita, quia furtiuè recepit, & ideo non præſcripſit. " Itē licet monachi ſingulis annis emerent ius inſtituendi, non tamē epiſcopis ex hoc fuit ius quæſitum inſtituendi. Et licet hic fuerit ſimonia ex parte epiſcoporum, non tamen ex parte monachorum: quia illi quod eorum fuit redimebant: quod licitè facere poterant, vt dixi s.e.q.1.nullus.& ſic ſimonia eſſe poteſt ex vna parte, & non ex altera. Simile fuit in Giezi. ſicut etiã ſponſalia poſſunt eſſe ex vna parte, & non ex altera. extr. de deſp.impu.de illis. & plura ſimilia notaui 32.q.5.propoſito.& licet epiſcopus peccet recipiendo pecuniam: tamen monachi non peccabant dando, vt 23.q.1. quid culpatur. Contrariũ huic ſignatur. j.16.q.4.poſſeſſiones. ſed non eſt contra, quia monachi licitè quæſierant iſta altaria, vñ non habuerũt ea iure pſcriptionis, ſed ex iuſta donatione.
f ¶*Et ſupra.*] hæc dictio, ſupra, ad modicum tempus refertur [b]. ff.ex quib.cau.ma.ab hoſtib.§. ſed quod. arg.ff.de verbo. ſignifi. hæc adiectio.
g ¶*Redemptione.*] ſed nunquid eſt licitum redimere ius ſuũ? Hoc not.s.q.1. nullus epiſcopus grauamen. & 16.q.vlti.decimas 2. Dici enim poteſt ꝙ vbicunque quis ſcit aduerſarium ſuum nõ credere ſe ius habere, redimat vexationem ſuam. Sed quare non deponuntur iſti epiſcopi? Dic, quia non agebatur ad hoc, " & ſententia debet dictari ſecundum formam petitionis.ext. de accu. qualiter & quando.
h ¶*Saluo vtique.*] non enim pleno iure omnino videtur donaſſe eccleſias epiſcopus, nec poteſt donare ſine conſenſu capituli. extr.de don.paſtoralis.
i E*A, quæ.*] ¶*Vel promiſſa.*] Tertiũ caſum habes, ſ.vel retenta, vt extr.de transa.ſuper eo. Nam remittere, eſt dare.extr.de teſt. veniens.& ff.de cal.l.2. " Et ita in ſpiritualib. nõ poteſt interuenire [c] tranſactio: cum his tribus modis tantùm fiat tranſactio. C.de tranſa. l.tranſactio.ff.e.l.1.Sed nec permutatio poteſt fieri ſup beneficio habito vel habendo: aliàs bene.ad hoc extr.de re. per.quæſitum. nec etiã tranſactio, vt extr. de tranſa. ſuper eo.ar.contra ext.de of.iud.deleg. ſi quando. Sed ibi fuit facta tranſactio non ſuper beneficio, ſed ſuper proprietate: & ſic intellige ext.de deci.ex multiplici. Ioã. Item ſuper re ſpirituali tanquam proprietate poteſt fieri permutatio.ext. de rer. permut.ad quæſtiones. non tamen vt detur tẽporale pro ſpirituali. ext.de rer.permu.c.vlt. illud aũt dubium non eſt, quin amicabilis cõpoſitio interuenire poſſit.extr.de tranſact.c. 2. Item ex auctoritate iudicis poteſt interuenire pecunia. ext.de pręben.niſi, in fine.& ext. de tranſact. ſtatuimus. ff. de ijs, qui not. infa. furti. Ioan.

ſtica officia vendiderit, vel aliter, quàm ſtatuta ſanctorũ Patrum præcipiunt, ordinauerit, ab eccleſiæ officio ſuſpendatur [a]. Dignum eſt enim, vt ſicut gratis epiſcopatum accepit, ita membra [b] eiuſdem epiſcopatus gratis diſtribuat.

Item ex concilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ.

¶Nec altaria, nec præbendas epiſcopis vendere licet.

CAP. IIII.

QVæſitum eſt [c] de epiſcopis, qui altaria monaſterijs data [d] frequenter redimi compellebant pecunia: quia quidam ſimoniacæ prauitatis vſus in Galliarũ partibus iam diutius inoleuit, vt eccleſiæ, vel decimæ (quæ vulgari vocabulo apud eos altaria nuncupantur) monaſterijs datæ, ſæpius ab epiſcopis ſub palliata auaritia vendantur: mortuis nimirum, ſeu mutatis clericis, quos perſonas † vocant. Nos auctore Deo venalitatem omnẽ tam ex rebus, quàm ex miniſterijs eccleſiaſticis propellentes 1, hoc vlterius fieri auctoritate Apoſtolica prohibemus, ſicut etiam præbendas omnes venundandas interdicimus. Porrò quæcunque altaria, vel decimas ab annis triginta [e], & ſupra [f] ſub huiuſcemodi redẽptione [g] poſſediſſe monaſteria noſcuntur, quietè deinceps, & ſine moleſtia qualibet eis poſſidenda firmamus. ¶Saluo [h] vtique epiſcoporum cenſu annuo, quem ex eiſdem altaribus habere ſoliti ſunt.

¶ *In ſummis capitulorum concilij Claremontenſis habiti Aluerniæ (de quibus ſupra ad c.1. diſt.60. dictum eſt.) c.6.hæc leguntur, quæ ad caput hoc videntur ſpectare.* Vt altaria cõgregationibus canonicorum, vel monachorum per perſonas data, mortuis perſonis, libera redeant in manus epiſcoporum, niſi fuerint illis per eorum ſcripta, vel priuilegia confirmata.

Idem in concilio Placentino, cap. 1.& 2.

¶*Antea legebatur*, Item Gregorius. *Sed in aliquot vetuſtis rectè eſt*, Idem, *nimirum Vrbanus ſecundus: in cuius ſynodo hæc habentur.*

¶Quidquid data, vel promiſſa pecunia in ſacris ordinibus acquiritur, irritum habeatur.

CAP. V.

EA quæ à ſanctis Patribus de ſimoniacis ſtatuta ſũt, nos quoque & iudicio Sancti ſpiritus, & Apoſtolica auctoritate firmamus. Quidquid ergo vel in ſacris ordinibus, vel in eccleſiaſticis rebus, vel data †, vel promiſſa [i] pecunia acquiſitum eſt, nos irritum eſſe, & nullas vnquam vires habere cenſemus.

Item Auguſtinus de diſciplina chriſtiana, uel de dono diſciplinæ.c.1.

¶Quidquid poſſidetur, nomine pecuniæ intelligitur.

CAP. VI.

TOtum [k], quidquid homines poſſident in terra, omnia, quorum domini ſunt, pecunia [l] vocatur: ſeruus ſit, vas, ager, arbor, pecus, quidquid horum eſt, pecunia dicitur. & *Infrà.* ¶Ideo autem pecunia [m] vocata eſt, quia antiqui totũ, quod habebant, in pecoribus habebant.

Item Paſchalis Papa.

¶Qui eccleſiaſtica beneficia emerit, eccleſias quoque emere probatur.

CAP. VII.

2 SI quis obiecerit non conſecrationes emi, ſed res [n] in pecunia ſimonia committitur, ita & in alia re.

TOtum.] CASVS. Dicitur hic ꝙ nomine pecuniæ intelligitur quidquid ab hominib. poſſidetur: & ideo ſi aliquid tale pro ſpiritualibus datur, ſimoniacum eſt.
k ¶*Totum.*] probatur per hoc cap quòd ſicut
l ¶*Pecunia.*] ſtrictius accipitur tantùm pro pecunia numerata. j.14.q.3.c.1.2.& 3.
m ¶*Pecunia.*] Nomen enim pecuniæ etiam iura continet quandoque.ff.de verb.ſignif.pecuniæ. Item quandoque etiam ſpeciem & rem quamlibet [d], vt hic.& ff.de leg.3.quiſquis. Item quandoque ea tantùm quæ conſiſtunt in pondere, numero, vel menſura.ff.de leg.1.l.talis ſcriptura [e]. Pretium autem non conſiſtit niſi in numero tantùm, vt inſt.de emptio.& vendi.§. item pretium.
S*I quis obiecerit.*] CASVS. Quidã ſimoniaci excuſabant ſe dicentes ſe non emere præbendas, ſed fructus prębendarũ: ſed dicit Paſchalis, ꝙ ſi quis pro temporali fructu pecuniam offerat, ſine quo eccleſiaſticum beneficium eſſe nõ poteſt, neutrum inuenditum derelinquit, nec ſolùm pecuniam, ſed nec paſtum, vel paſtellum ante, vel poſt licet offerre.
n ¶*Sed res.*] " non de rebus corporalibus, ſed de iure ſpirituali cui

† al. perſonatus.

1 Adde idē eſſe etiã pro honorib.cõſequẽdis.ꝓhibitũ enim eſt. not.Bal. in l.1.& per tot.tit.ff. ad leg.Iulia.de amb.

a Ex parte epiſcoporum recipientium, monaſteria tamē crimē ſimoniæ nõ incurrebãt, quæ ius ſuũ redimebãt, ſecundũ H.

" Simoniam nunquid cõmittit dans pecuniã pro ſpiritualib[9] ſicut accipiens.

b Sub .hoc eſt verum aliàs. ſed hic non eſt ſicut patet in eo quod no.s. Ioã.de Fan.

" Sñia dictari debet ſecundum petitionis formam.

" tranſactio in ſpiritualib.interuenire non poteſt, ſed bene amicabilis compoſitio.

c De hoc di xi s.e.q.2. ꝗpio. ibi videas. Arch.

1.C.2.

† al.data, vel accepta, vel promiſſa.

2 Deuſd.p. 2. Magiſt.l. 4.diſtin.25. Pol.l.7.ti.6. Anſ.l.13.c. 33. Iuo p.2. c.84. Pan.l. 3.c.123.

d Dicit lex, ꝙ pecunia eſt qdquid pro pecunia accipitur.ff. de cal.l.2.§. vlt.& l.2.

e Adde not. ꝑ Bar.in d.l. talis ſcriptura.ff. de le.j. & l.2.§.item mutuum.ff. ſi cer.pet.

" Res ſpirituales emi nõ poſſunt.

cui cohæret officium, intelligitur. Vel intellige de iure percipiendi res, vel de rebus ipſi officio adhærentibus, vel de rebus conſecratis, vt in ſindone. argū. 17.q.4 ſi fortè. argu. ȷ.q.6. hæc quippe. ȷ.16.q.2.c.1.§.vlt. Vel intelligas de rerum adminiſtratione [a]. Et fit in hoc c. de duobus mentio: ſcilicet de conſe-tione & adminiſtratione ex ordine prouenīēte. & facit ad hoc 1.q.6.§.1. vel de iure [b], quo res ipſæ percipiuntur. Vel hoc intellige de rebus ipſis ſecundū Hug. & tunc quādo quis promouendus eſt ad eccleſiam, vel ordinem, fructus prouenientes iure eccleſiæ, vel ordinis nō licitè emit perceptos vel percipiendos: tunc enim præſumitur emere eccleſiam vel ordinem. alio autem tempore emere non eſt peccatum, vt extr. ne prælati vices ſuas. cap.3. 12. q.2. alienationes.

a Super hoc vide qđ leg. & not. ſ.e.§. his ita. Arc.

b Iſta expoſitio approbatur p Bar. & Vin. extr. de teſt. conſtitutus. in gl. ſi in omni. iuxta fin.

1 Idē Hoſt. in ſum. de reb ecc. non alie. in prin. Panorm. in procе. Decr. fol.4. col 4. Matth. Affl. de iure protom. col.72.

a ¶ *Aut epiſcopus.*] id eſt, dignitas epiſcopalis.

b ¶ *Aut abbas.*] id eſt, dignitas abbatialis.

c ¶ *Nullo.*] Bene accedit ad id quod legitur in Auth. vt iudi. ſine quoque ſuff.§. cogitatio. " Nam ibi dicitur quòd fiſcus abundare dicitur ſi vtatur ſubiectis locupletibus, vt ſ.e.q.2. contra. ſ. cad.q. 1. eos. contra. Sed hoc cum ex pacto præcedenti.

« Fiſci intereſt ſubiectos habere locupletes.

d ¶ *Nec anima.*] ideſt, ipſum collegium. vel ad literam.

e ¶ *Viuit.*] exercendo ſenſus corporeos: aliàs falſum eſt, cum antequàm ſit in corpore, viuat. ſic exaudi 32.q.2. Moyſes.

f ¶ *Neutrum.*] ar. idē iuris eſſe in vno connexorū quod in reliquo: ar. ſ. diſt.8. quo iure. 3. q.6. hæc quippe. & 16. q.2.c.1. & ff. de iureiur. eum qui.§. ſi libertus.

† Lucio] Anſel.

g ¶ *Paſtum.*] ar. contra in Authen. de ſanct. epiſ.§. pro conſuetudinibus. col. 9.

h ¶ *Vel poſtea.*] ar. ff. de pact. iuriſgentium.§. do lo. ibi, ne quid fiat ei quod ante promiſit.

i ¶ *Soluat.*] non etiam ſub obtentu conſuetudinis. ȷ.e.q.c. vlti. cōtra. Dic vt ibi.

2 Deuſd. p. 2. Anſ. l.5.c. 42. Matth. 24.

S*Aluator.*] C A S V S. Hoc c. diuiditur in duas par. In 1. par. oſtēdit Vrbanus auctoritate Chriſti mūdi finem imminere ex eo quòd pſeudoapoſtoli & pſeudoprophetę apparent multos ſeducentes, quibus à bonis fortiter eſt reſiſtendum, vt qui probati ſunt manifeſti fiant. In 2. parte oſtendit quòd rem eccleſiaſticam vendere ſimonia eſt, quod probat quinque rationibus. Primò per damnationem Simonis donum Dei emere volentis, vt poſtea venderet, per quod res eccleſiaſtica intelligitur. Secundò per ſynodum Calcedonenſem, in qua procurator, vel defenſor eccleſiæ, vel quilibet regulæ ſubiectus fieri per pecuniam prohibetur. Tertiò auctoritate Paſchalis, quam ſuprà habuimus. Quartò auctoritate Auguſt. qui reprehendit prępoſiturarum venditiones. Quintò auctoritate Euangelij clamantis contra ſimoniacos. Vos feciſtis domum patris, &c. nec exuſat ſiue in eccleſia, ſiue extra eccleſiam res eccleſiaſtica vendatur. Secunda pars incipit ibi, *Igitur quia.* Vel ſic: C A S V S. In prima parte oſtenditur auctoritate Euangelij, hæreſes debere circa finem ſeculi imminere. vnde oportet nos ex aduerſo conſurgere cū propheta, & cum Apoſtolo pro domo Iſrael. In ſecunda oſtendiť quinque auctoritatib. quòd vendere eccleſiaſtica beneficia ſit ſimoniacum.

ipſas, quę ex cōſecratione prouenīūt, penitus A deſipere probatur. Nam cum corporalis B eccleſia, aut epiſcopus [a], aut abbas [b], aut tale aliquid ſine rebus corporalibus in nullo [c] proficiat 1, ſicut nec anima [d] ſine corpore corporaliter viuit [e], quiſquis horum alterum vendit, ſine quo nec alterum prouenit, neutrum [f] inuenditum derelinquit. Nullus C igitur emat eccleſiam, vel pręben dam, vel aliquid eccleſiaſticū: nec paſtellum, nec paſtum [g] antea, vel poſteà [h] pro huiuſmodi ſoluat [i].

A ¶ Penitus.] *Deuſdedit, & Anſelmus legunt*, videtur quidem aliquid dicere, nihil autem penitus ſapere.

B ¶ Corporalis eccleſia.] *Deuſdedit ſic habet.* cum corporalis eccleſiæ epiſcopus, vel abbas ſine rebus, &c. *Reliqui collectores, & vetuſti codices Gratiani concordant cum vulgata lectione.*

C ¶ Nullus igitur.] *Deuſdedit, Polycarpus, Iuo & codex manuſcriptus Decretorum Pontificum (in quo integra ferè Paſchalis epiſtola, vnde caput hoc acceptum eſt, refertur) non habent hæc verba: ſed poſt verbū,* derelinquit, *continenter ſubiungunt,* Quam tamen obiectionem ſacer Calcedonenſis canon penitus exterminat, &c. *Auctor verò huius capitis ac totius illius epiſtolæ eſt Paſchalis primus. Nam in eo Decretorum codice hæc epiſtola Paſchalis eſt poſt decreta Hadriani II. cum decreta Paſchalis ſecundi ſint poſt Vrbanum ſecundum eo planè ordine, quo ſibi ſucceſſerunt: quod etiam ex ſequenti capite indicatur.*

Item Vrbanus II. Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio L † præpoſito eccleſiæ ſancti Iuuentij ad Ticinum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

¶ De eodem.

C A P. VIII.

2 SAluator prædicit in Euangelio circa finē ſeculi pſeudochriſtos, & pſeudo prophetas ſurgere, & multos ſeducere, & fideles ſuos in mundo multas habituros preſſuras, ſed tamē portas [k] inferri aduerſus eccleſiam non præualituras. Proinde (quia vt ait Apoſtolus, oportet [l] hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant) oportet nos cū propheta ex aduerſo conſurgere, & murum opponere pro domo Iſraël, & cum eodem Apoſtolo per multas tribulationes intrare in regnum Dei: quoniā non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futurā gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ¶ Igitur, quia innotuiſti nobis, quòd tibi obijcitur, vtrū vendere eccleſiaſticam [m] rem ſimoniacum ſit, hoc ſimoniacum eſſe patenter colligitur ex hoc, quod beatus Apoſtolus Petrus ait Simoni [Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri.] Donum [n] quippe Dei eſt Spiritus ſanctus, & donum Dei eſt res ipſi eccleſiæ oblata. Et ſi bene animaduertis, Simon magus, qui ad fidem fictè acceſſit, non Spiritum ſanctum propter Spiritum ſanctum, quo ipſe erat indignus (quoniam, vt ſcriptum eſt, Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum) ſed ideo, quantum in ipſo erat, emere voluit †, vt ex venditione ſignorum, quæ per eundem fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur. Nec Apoſtolus emptionem Spiritus ſancti (quam bene fieri non poſſe nouerat) ſed ambitionem [o] quæſtus talis, & auaritiam, quę eſt idolorum ſeruitus, in eodē Simone exhorruit, & maledictionis iaculo perculit. 3 Quiſquis [p] igitur res eccleſiaſticas (quæ dona Dei ſunt, quoniā à Deo fidelib. & à fidelib. Deo donantur, quæ ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent) propter ſua [q] lucra vendit, vel emit, cum eodē Simone donum Dei poſſideri pecunia exiſtimat. Ideo, qui eaſdē res non ad hoc, ad quod inſtitutæ ſunt, ſed ad propria [r] lucra munere linguæ, vel indebiti obſequij, vel pecunię largitur, vel adipiſciť, ſimoniac⁹ eſt cū principalis intētio Simonis

Ezech.13. Act.14. Rom.8.

Act.4.

k ¶ *Sed tamen portas.*] ideſt vitia & etiam hæreſes quibus intratur in infernum, quæ non præualent eccleſiæ, " quia ſemper aliqui boni ſunt in eccleſia [c]. 24. quæſt.1. à recta. & c. pudenda.

" Eccleſia ſemper aliquos bonos habet.

l ¶ *Oportet.*] ideſt vtile eſt vt nos excitent. ȷ. 24.q. vlt.c. vlt.

c Pro qua rogauit dn̄s 21. diſt. §.1. de pœn. diſt. 2. ſi enim. verſ. Petrus.

m ¶ *Eccleſiaſticam.*] ideſt eccleſiaſticum beneficium, vel aliquam rem conſecratam in caſu non conceſſo, puta calicē [d] ſecundū quoſdam. " Nam & nomen rei generale eſt. ff. de verb. ſignifi. rei appellatio ſ. eod. quæſitum. Vel dic eccleſiaſticam rem, ideſt adminiſtrationem. & ſic bene adaptatur litera Calcedonenſis ſynodi.

Sap.1.

† al. ſed donū eius emere voluit.

d de hoc no. 10.q.2. hoc ius. ibi videas. ad hoc ȷ. e.q. res. Arc.

« Res eſt nomen gn̄ale.

n ¶ *Et donum.*] ideſt officium per quod datur Spiritus ſanctus, ſcilicet poteſtas faciendi miracula.

3 ȷ. res eccleſiæ.

o ¶ *Sed ambitionem.*] arg. " affectum, vel conatum ſine effectu puniri. argum. 22. diſtin. cap.1.

" Affectus ſine effectu punitur.

p ¶ *Quiſquis.*] " hic collige ꝙ corporales res eccleſiæ emere, vel vendere ſimonia eſt in tali caſu cum quis intrat eccleſiam, vt ſ.e. in princ.

" Simonia eſt emere vel vendere res corporales eccleſię.

q ¶ *Propter ſua.*] hic vacat arg. à contrario ſenſu, vt ſ.e.q.1. quos conſtiterit. & c. ſi quis epiſcopus. ȷ. 29.q.2. perlatum.

r ¶ *Sed ad propria.*] i. precib. quas pro ſe quis offerre non pōt, ſecundū H. vt no. ſ.e.q.1. ſunt nonnulli. ſed qd teneas, ibi dixi.

a ¶ *Calcedo-*

fuerit ſola pecunię auaritia, id eſt idololatria, vt ait Apoſtolus Paulus: Alioquin, cur ſancta ſynodus Calcedonenſis [a] DCXXX. epiſcoporum, procuratorem, vel defenſorem eccleſiæ, vel quemquam regulæ ſubiectum adeò per pecuniam ordinari prohibet, vt interuentores quoq; tanti ſceleris anathematizet, niſi quòd eoſdem ſimoniacos iudicet? Quòd ſi præfati milites † [b] eccleſiæ ob huiuſmodi ſcelus taliter percelluntur, nemo ſapiens negabit non militantes [c] eccleſiæ multò damnabilius [d] ob hanc cauſam, ideſt emptionis, vel vẽditionis, debere percelli. 1 Sed & beatus prædeceſſor noſter Paſchalis B de conſecratione affirmat, quòd quiſquis eorum alterum vendiderit, ſine quo alterum non prouenit, neutrũ inuẽditum derelinquit: ac per hoc eum, qui rem eccleſiæ vendit, vel emit, ſimoniacum eſſe intelligitur †. Nomine verò procuratoris [e] intelligit præfata ſynodus quemlibet eccleſiaſticarum rerum adminiſtratorem, vt verbi gratia præpoſitum [f], œconomum [g], vicedominũ: defenſoris nomine aduocatum [h], ſiue caſtaldum [i], & iudicem [k]: in ſubiecto verò [l] regulæ archipresbyterum, archidiaconum [m], canonicum, monachum, vel quemlibet eccleſiaſtico mãcipatum officio. Quòd verò Spiritumſanctum, quantum in ſe eſt, vendat, vel emat, qui præpoſituram, vel aliquid huiuſmodi vendit, vel emit, audi Auguſtinum ſuper Ioannem. [2 O quot c præpoſituras fecerunt. Alterum præpoſitum habet Carthagine Primianus, † alterum habet Maximianus, alterum habet in Mauritania Rogatus, alterum habent in Numidia illi & illi, quos iam nec nominare ſufficimus. Circuit ergo aliquis emere columbam: vnuſquiſq; laudat [n] præpoſitum D ſuum, quòd vendit, &c.] Ecce venerabilis Auguſtinus de præpoſituræ diſtractione agens, nomine columbæ Sancti ſpiritus venditionem, vel emptionem accipit, ſicut & omnes huius Euangelici capituli tractatores. Penſandum verò eſt, qua pœna mulctentur, qui iã Deo, & eccleſiæ ſuæ oblata vendũt, vel emunt: ſi cum flagellis à Dei templo eiecti ſunt, qui, quæ Deo erant offerenda, vendebant, vel emebant. Si de offerendorum venditoribus, vel emptoribus dictum eſt [Vos feciſtis domum patris mei, domum negotiationis, & ſpeluncam latronum,] quid dicetur de eccleſiæ iam oblatorũ venditoribus, vel emptoribus? Et ne quis inſanus obijciat meritò hoc Dominum tam acerbè vindicaſſe, quia tũc illa in Dei templo vendebantur, eccleſiaſticæ verò res modò extra templum diſtrahuntur, attende ſuperius Auguſtinum non determinantem locum vẽditionis, vel emptionis præpoſitorum, ſed tantùm indefinitè [o] dicentem [Circuit aliquis emere columbam, vnuſquiſque præpoſitum ſuum laudat, quòd vendit.] non adijciens, in templo, vel extra exemplum. Hæc circa [p] venditores, vel emptores rerum ſacrarum ſufficiant.

Colos. 3. C. 2.

† al. militantes.

1 s.c.c.ſi qs.

† al. intelligit.

2 Tract. 10. in c. 2. Ioannis.

† al. Carthaginẽſis Principatus.

Ioan. 2.

Matth. 21.

¶ Integram epiſtolam Vrbani ij. dilecto filio L. præpoſito eccleſiæ B. Iuuentij apud Ticinum refert Deuſdedit in ſua collectione.

A ¶ Propter Spiritum ſanctum.] *Additæ ſunt hæ duæ voces, & totus hic locus emendatus ex ipſa epiſtola, quemadmodum & alia nonnulla.*

B ¶ Paſchalis.] *Antea legabatur*, Paſchaſius libro de conſecratione, *reſtitutus aũt eſt locus ex vetuſtis codi*

a ¶ *Calcedonenſis.*] ſi illi qui emunt, vel vendunt res eccleſiaſticas, non ſunt ſimoniaci. cur. &c.

Clericorũ arma quæ ſunt.

b ¶ *Milites.*] clerici, ſcilicet qui tales milites ſunt, "quorum arma lacrymæ ſunt. 13. q. vlt. conuenior. vel orationes. 23. q. 8. c. reprehenſibile, vel excommunicatio. 16. q. 2. c. 1. & caſtra eorum ſunt eccleſiæ. 54. diſt. c. nullus.

c ¶ *Non militantes.*] contra. s. diſt. 19 nulli fas. j. 8. q. 1. illud. & 32. q. 5. qui viderit. s. diſt. 40. homo. j. 11. q. 3. pręcipuè. j. 25. q. 1. nulli fas. j. e. q. peruenit. contra. Sol. poteſt dici, q ideo dicitur laicus peccare magis, quia peccat in duob. & quia rẽ eccleſiæ emit, & quia ſuo officio non debitam: ar. ff. de re. iu. culpa. clericus autẽ in vno, quia emit tantùm.

d ¶ *Damnabilius.*] id eſt damnabiliter, argu. 27. q. 2. coniuges. Vel hic appellat non militantes eccleſiæ, non laicos, ſed clericos qui eccleſiæ non ſeruiunt. illi enim, qui emunt & nõ ſeruiunt, magis peccãt, quoniam in plurib. quã qui emunt & ſeruiunt. & ſecundum hoc non ſunt contraria quæ hic ſignantur.

e ¶ *Procuratoris.*] Generaliter ſumit hic nomen [a] procuratoris. ar. ff. de procu. l. 1.

a Sic ext. de procu. petitio. Arch.

ADDITIO. Aliquãdo procurator actoris vocator reſponſalis, vt ext. de reſt. ſpo. ex conqueſtione. in fin.

f ¶ *Præpoſitum.*] "Sed quam differentiam facit inter iſta nomina, poteſt dici quòd nomẽ præpoſiti generale eſt, & continet alia ſub ſe. arg. ext. de ver. ſi. quamuis. Vel dic quòd præpoſitus & œconomus nomina diuerſa ſunt, ſed idem ſignificant, ſicut primas & patriarcha. 99. diſt. c. 1. vel bene poſſunt eſſe in eadẽ eccleſia præpoſitus & œconomus. De vicedomino planum eſt, quia ille eſt qui pręeſt rebus epiſcopi. 89. di. c. volumus. vicedominus in rebus epiſcopi, œconomus [b] in rebus canonicorum: ſæpe tamen vnum ponitur pro alio.

prepoſitus & œconomus differunt.

b Adde glo. & Bart. in l. 1. §. aduocatos. ff. d var. & extraord. cogni.

g ¶ *Oeconomum.*] Oeconomus eſt cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur. C. de ſacroſan. eccle. iubemus.

h ¶ *Aduocatum.*] ſcilicet qui præeſt tantùm cauſis tractãdis, qui aliàs dicitur ſyndicus.

i ¶ *Caſtaldum.*] ſcilicet qui habet curam externarum rerum, qui dicitur aliàs maior domus. 89. diſt. volumus.

k ¶ *Et iudicem.*] ſicut in eccleſia Bonon. Sed nonne iſti tres poſſunt eſſe laici, ſic ſine dubio. Qualiter ergo in iſtis officijs, quæ nihil ſpiritualitatis habent annexum, ſimonia committitur? dicit H. "quòd in omni adminiſtratione rei eccleſiaſticę committitur ſimonia, ſi ematur, ſicut not. s. ead. in princip. & hoc eſt ſimoniacum, quia prohibitum, non ideo prohibitum, quia fuit ante ſimoniacum. ſed alij non ita latè extendunt ſimoniam, inhærentes cõſuetudini generali. dicunt enim quòd tunc tantùm eſt ſimonia in empta adminiſtratione, ideſt dignitate, ſi talis eſt quæ habeat aliquod ſpirituale annexum ſibi, aliàs non.

Emere adminiſtrationem rei eccleſiaſticę ſimoniacum eſt.

l ¶ *In ſubiecto verò.*] "nonne etiam œconomus clericus debet eſſe? vtique prout concilium Hiſpalen. interpretatur. 16. q. 7. in noua. Dic ergo q iſtud, verò, potius aduerſatur officio quàm ordini. nã circa alia conſiſtit officium œconomi, & circa alia archipresbyteri, & aliorum hic ſequentium. Quidam autem intelligunt hoc totum de clericis, in quibus dicunt ſimoniacum eſſe huiuſmodi officia emere: & quod dicit, in ſubiecto verò, &c. ideo dicit, quia illi magis ſunt ſubiecti regulæ eccleſiaſticę quàm iſti: licet omnes ſint clerici. nam dum illi verſantur circa exteriora negotia & adminiſtrationes, iſti circa diuina officia: & ideo dicit, mãcipatum officio, & non dixit, ordini. vel ideo dicit, in ſubiecto, &c. vt notetur quòd iſti habent curam animarum annexam. & quod dicit de canonico vel monacho, non referas ad adminiſtrationem, ſed ad emptionem præbendę, vel ingreſſus monaſterij. Vel ideo dicit, in ſubiecto regulæ, quia eos ligat illa conſtitutio, Nemo militãs Deo, &c. [c] Superior autem adminiſtratio circa tẽporalia. & eos non ligat illa conſtitutio, Nemo militans Deo.

œconom⁹ debet eſſe clericus.

c 21. q. 3. c. 1. & 2. Tim. 2.

ADDITIO. Hic adde quod not. j. e. q. 7. ſi quis omnem. Arch..

m ¶ *Archidiaconum.*] Hoc totum intellige de dignitatibus ipſis.

n ¶ *Laudat.*] in eo q laudat, non committit ſimoniam, ſed in eo qđ vendit: quia quod cõmendãdi cauſa dicitur, pro nõ dicto habetur. ff. de dolo, quod venditor. ſed hoc verum eſt, dum cõmendatio conſiſtit in genere. Nam vbi deſcendit ad ſpecialia, tenetur ex eo, quòd commendando plus vendidit, niſi quod commendando dicit, ſit in euidenti. ff. de contrah. empt. ea quæ.

o ¶ *Indefinitè.*] "not. ex indefinita colligi vniuerſalem, vt ſuprà. q. 1. eos qui. ff. de aleat. l. 1. §. quod autem. ex quo enim à canone nihil excipitur, nec nos excipere debemus, vt 31. q. 1. quòd ſi dormierit. j. 2. quæſt. 5. conſuluiſti. s. diſtin. 19. ſi Romanorum. arg. s. diſtin. 55. ſi euangelica. s. e. q. 1. ſunt nonnulli. arg. contra. j. 27. q. 1. idololatria [d].

Vniuerſalis ex indefinita colligitur.

d Imo eſt argum. pro. de hoc not. ext. de coniu. leproſ. c. 2.

p ¶ *Hæc circa.*] hæc particula de capitulo non eſt, &c.

EX *multis.*] In hoc. c. Alexander reprehendit Lucenſes, qui non niſi per pecuniam clericis quãuis dignis eccleſiaſtica beneficia conferebãt, qđ Alexander deteſtatur, & auctoritate Calced. concilij oſtendit eos deponendos, & auctoritate chriſti eos de eccleſia deijciendos, & ne tantum malum de manib. Alexandri requiratur, ſtatuit & decreuit ne de cætero aliquis pro eccleſiaſtico beneficio conferendo pecuniam ſumat: nec aliquis pro eo habendo conferat: & qui contra hoc fecerit, deponatur, & eccleſia priuetur, & niſi reſipuerit, anathematizet. CASVS. In prima par. reprehendit Alexander omnes ſimoniacos, & 1 Deuſd.p. 2. ſpecialiter Lucenſes, inducendo auctoritatẽ Calcedonenſis concilij & Domini qui vendentes & ementes eiecit de templo. In 2. cõſtituit, quòd nullus committat ſimoniam. In 3. conſtituit pœnam depoſitionis contra tranſgreſſores huius conſtitutionis.

a ¶*Niſi ei.*] ſimile habes. 32. diſt. interdixit.

b ¶*Ex principalibus.*] " Papa tamẽ bene poteſt diſpenſare cõtra, ſi non ſit in articulis fidei. 15. diſt. ſicut ſancti. vel de vniuerſali ſtatu eccleſiæ. vt not. 25. q. 1. c. ſunt quidam. s̃. diſtin. 16. ſancta.

" Papa non diſpenſat in duob. caſib.

2 C.2. s̃.ea.q.1.c. ſi quis eps̃.

c ¶ *Inexpugnabili.*] quãtum ad ordines retinendos.

d ¶*Illos.*] ſcilicet emẽtes eccleſiaſticum beneficium.

e ¶*Iſtos.*] ſcilicet emẽtes ſacram manus impoſitionem.

f ¶*Corripiendi.*] argu. ſimoniacos ſine præcedẽti admonitione eſſe puniendos, quod Hug. non concedit: " quia ſecundum eum etiam in accuſatione neceſſaria eſt admonitio propter euangelium. 2. q. 1. ſi peccauerit [a]. Item vt volẽs accuſare ſi defecerit, ſubeat pœnam quam conuictus aduerſarius ſubiret. Item vt aduerſarius non grauetur in expenſis, & vt diſciplina eccleſię nõ deſeratur. 23. q. 5. excommunicatorum. arg. contra Hug. extr. de ſimo. licet Hely. Ioan. Quid quid dicit Hug. illi decret. licet. ſtabitur B.

" Accuſationem admonitio debet præcedere.

a Ar. ea. cau. q. 7. accuſatio. in fi. vbi de hoc. & de hoc not. j̃. q. 7. requiritis. Arch.

Matth. 25.

Ioan. 2.

g ¶*A ſancta eccleſia.*] ideſt à conſortio fideliũ per anathema. " nã ipſi fideles ſunt domus Dei, vt j̃. de pœn. diſt. 4. in domo. nã aliàs ipſo iure ſunt ſuſpenſi, vt no. s̃. c. quęſt. 1. reperiuntur.

" fideles ſũt domus Dei.

h ¶*Sanguis.*] i. vindicta, vel proditio, vel peccatum. j̃. 9. q. 3. cp̃o.

i ¶*De manu.*] " nota prælatum ex neligentia ſua teneri. 81. diſtin. dictum.

" p̃latus ex negligentia ſua tenetur.

ADDITIO. Ad hoc 18. q. 2. cognouimus, 83. diſt. inferior. 81. diſtin. dictũ. vbi de hoc. Archid.

k ¶*Conferre.*] iſti volebant facere fraudem legi: quia nec etiam tali prætextu debet quis aliquid accipere, vel dare. extr. de vſu. c. ſuper eo. & hoc eſt fraudulentum munus, vt s̃. e. q. 1. ſi quis neque. Ar. contra. s̃. e. q. 1. iudices.

Ezech. 3.

l ¶*Scriptura.*] s̃. e. q. 1. non eſt putanda. 14. q. 5. fortè.

m ¶*In Calcedonenſi.*] s̃. e. q. 1. ſi qs epiſcopus.

n ¶*Poſſit.*] ar. cum ſimoniaco non poſſe diſpenſari in ordine, vel beneficio ſimoniacè acquiſito. arg. j̃. e. q. 7. requiritis. s̃. e. q. c. ſi quis neque. Io. " tamẽ cum eo qui ſcienter cõmittit ſimoniam, ſolus Papa diſpenſat. 25. q. 1. §. his ita. verſi. ſic & ſummæ. ſed ſi eo ignorante ſimonia commiſſa ſit, vel ſi tãtùm in animo, epiſcopus diſpenſat, vt extr. de ſim. de regularib. & c. ex inſinuatione. & c. fi. imo cum ſolo animo committitur ſimonia, ſola pœnitentia ſufficit. extr. de ſim. c. fi. & ita dixit T. ſuper dec. de ſim. nobis. Ioan. Vel ſic, in prælatione nõ poteſt epiſcopus diſpenſare, nec in ordine per ſimoniam acquiſito, ſed in beneficio, ſic [b], vt innuit illa decr. nobis. B.

" Diſpenſare cum ſimoniaco quis poteſt.

b Dicũt quidam ꝙ cum ſimoniacis qui adepti ſunt beneficium per ſimoniam in nullo caſu poteſt epiſcopus diſpẽſare. ar. extr. eo. nobis. Archid.

Venden-

cibus, & originali. Citatur enim hic, quod habetur in capite antecedente ex epiſtola Paſchalis Papæ.

c ¶ O quot præpoſituras.] *Apud B. Auguſtinum (cuius multi vetuſti codices hoc loco collati ſunt) legitur.* ô quot propoſita fecerunt: alterum propoſitum, &c. *Apud Vrbanum verò vbique eſt*, propoſta, & propoſtum.

D ¶Dæpoſitum ſuum.] *Apud B. Auguſtinum legitur*, vnuſquiſque ad propoſitum ſuum laudat, quod vendit. *In epiſtola verò Vrbani.* vnuſquiſque propoſtum ſuum laudat, quod vendit. *Nomine autem propoſiti apud B. Auguſtinum interdum ſignificari ſectam quandam conſtat ex 2. lib. contra Creſconium, c. 56.*

Item Alexander ſecundus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Lucenſis eccleſiæ clero, & populo ſalutem perpetuam.

¶Miniſtri, & ſeruitores eccleſiæ abſque vlla venalitate ab epiſcopis ordinentur.

CAP. IX.

1 EX multis temporib. hoc deteſtabile malum intra veſtram eccleſiam inoleuiſſe cognouimus, vt nulli vnquam clerico, quamuis religioſo, quãuis ſcientia & moribus prædito eccleſiaſticum beneficium concederetur, niſi ei [a], qui profano pecuniæ munere illud emere ſtuduiſſet: fiebatque eccleſia, & res eius ita venalis, veluti quædam terrena, & villis merx à negotiatoribus ad vendendum expoſita. Quod malũ, quàm deteſtabile, quantùm Deo, ſanctiſque ſit contrarium, & ſacri canones docent, & ferè omnibus manifeſtum exiſtit. ¶ 2 Chalcedonẽſe namque cõcilium vnum ex principalibus [b], ſimili pœna condemnat eos, qui eccleſiæ beneficium interuentu pecuniæ acquirunt, & eos, qui ſacrã manus impoſitionem (per quã Spiritus ſanctus cõfertur) mercari dignoſcuntur. Vtroſque enim auctoritate inexpugnabili [c], illos [d] à beneficio, iſtos [e] à ſacro ordine iubet expelli. Vnde humani generis redemptor omnes ementes, & vendentes de templo eijciens, cathedras vẽdentium columbas euertit, nummulariorum effudit æs, præcepti ſui auctoritate denuntians, & dicens [Nolite facere domum patris mei domũ negotiationis.] Illud quoque in eodẽ facto ſolicitè conſiderate, quòd per totum textũ ſancti Euangelij nuſquam reperitur Dominum tanta ſeueritate, tam diſtricta cenſura iuſtitiæ, peccantes corripuiſſe, cum non ſolùm eloquio increpans, verum etiam facto flagello de funiculis verberans omnes eliminauit de tẽplo, apertè demonſtrans, quòd tales negotiatores, non ſicut cæteri peccatores ſunt corripiendi [f], ſed à tẽplo Dei, ideſt à ſancta eccleſia [g] longius ſunt proijciendi. Nam ſicut per columbarum venditores illi denotãtur, qui ſacram manus impoſitionem vendere conantur, ſic per nummularios, eccleſiaſtici beneficij venditores deſignantur, qui domum Dei, teſte Euangelio ſpeluncam latronum efficiunt. Quapropter ego Alexander ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedis epiſcopus (imo miniſter indignus) tot & tanta mala in multis eccleſijs, & maximè in Lucenſi eccleſia, ex iniqua cõcupiſcentia fieri conſpiciens, ne ſanguis [h] iniquorum à diſtricto iudice de manu [i] noſtra requiratur, illa extirpare, & penitus eradicare decreuimus. Conſtituimus itaque, & præſenti decreto firmamus (ſicut olim noſtri deceſſores feciſſe noſcuntur) vt nullus deinceps epiſcoporum, beneficium eccleſiæ (quod quidam canonicam †, vel præbendas, ſeu etiã ordines † vocant) pro aliquo pretio, vel munere clericis audeat vnquam conferre [k]: ſed omnes miniſtros, & ſeruitores eccleſiæ gratis, & abſque vlla venalitate in ſancta eccleſia ſtudeant ordinare. Nec eligãt in domo Domini, qui maiores ſacculos pecuniæ conferant, ſed eos, qui moribus, & diſciplina atq; ſcientia diuites pro officio ſuo ipſam valeant ſuſtentare eccleſiam. Conſtituimus, & eodem modo firmamus, vt nullus cuiuſcunque gradus clericus pro eccleſiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricæ eccleſiarum, vel donarijs eccleſiarum, ſeu etiam quod pauperibus ſit tribuendum, quia (teſte A ſcriptura [l] 3) qui aliquid malè accipit, vt quaſi bene diſpenſet, potius grauatur, quàm iuuatur. Quòd ſi aliquis diuinorum præceptorũ, & animarum ſalutis immemor, præfatum beneficium eccleſiæ, iniqua cupiditate ductus vendere, vel emere temerario auſu præſumpſerit, ſicut in Calcedonenſi [m] cõcilio definitum eſt, gradus ſui periculo eũ ſubiacere decernimus: nec miniſtrare poſſit [n] eccleſiæ, quam pecunia venalem fieri concupiuit, & inſuper terribili anathematis mucrone per-

† aliàs canonicas.

† aliàs ordinationes.

3 s̃.e.q.1.c. non eſt putanda.

VEndentes.] Casvs. Aug. tripliciter exponit Euãgelij verba, vbi dicitur, ꝙ Chriſtus eiecit de templo vendentes,& ementes. Et dicit primò, ꝙ ementes, & vendentes intelliguntur,qui emunt vel vendunt ſpiritualia. Secundò,qui contra iuſtitiam vendunt ꝙ de iure facere tenentur. Tertiò, qui quod debent proximo, perſoluere nolunt gratis.

a ¶ *Competit.*] arg. ꝙ in tranſactione illicitè pecunia interuenit, cũ remittitur alicui quod de iure erat illi remittendum.

b ¶ *Iuſtitiam.*] arg. " quòd ſententia etiã iuſta ſi per pecuniam data fuerit, nullius momenti ſit, & ſimoniam committit, vt 14.q.5. non ſanè. 11.q.3. rectè [a]. ſed quia præmiſit expoſitionem de ſimoniacis,videtur,ꝙ in his duob. modis non ſit ſimonia, quod verũ eſt: aliàs tamen graue peccatum committitur, & ſententia non valet. 2. q.6.§.diffinitiua,ver.venales. C.de pœn.iu.qui ma.iu.l.1.Dicunt tamẽ quidam, quòd ſi cauſa eſt eccleſiaſtica, ꝙ qui iuſtitiam emit,ſimoniã committit, niſi in matrimonio.ſ.e.q.1.quidquid inuiſibilis.

c ¶ *Debitam.*] " videtur ergo, quòd theologi, & decretiſtæ nõ poſſunt aliquid percipere ex eo, quod docent.nã ad hoc tenentur,vt 43. diſt.Epheſijs.16.q.1.reuertimini. arg. contra. 28.q.1.iam nunc.12. q.2.charitatẽ. Sed dic accipi poſſe licitè [b], vt ſ.e.q.1. qui ſtudet. ſuper verſic.ſanitatis.Sed pone promiſſionem factam: quando tenetur ſibi ſoluere? Dico, ꝙ in principio anni. argu. C. de profeſ.l.medicos. lib.10. Item aduocatus in principio debet ſalarium accipere [c]. ff. loc. qui operas. arg.contra.C.de ſuff.l.vna. Salarium autem nõ debet excedere ſummam centum aureorum. ff. de var. & extraord.cog. l.1.§. ſi cui cautum eſt.

c ¶ *Debitam.*] i.quam iure tenentur ſoluere, ſcilicet cum aduocato dat pecuniã, vt ipſum defendat. ſic vacat illa gl. Videtur ergo.

" Sententia ꝑ pecuniam data eſt nulla.

a Vbi d. hoc de pœna iudicis corrupti, not.2.q.6.§. hoc ẽt.

1 Iuo par.5. c.88.Pan.l.3.c.119.

† aliàs acceptione.

" Theologi & Decretiſtæ docẽtes. pñt aliquid accipere.

† al.premio.

b De hoc 37 diſt. de quibuſdã. Arc.

2 Iuo par.5. c.97.Pan.l.3.c.124.

c Niſi fit aduocatus fiſci qui debet in medio accipere.C.de ad.di. iudic. l.per hanc. Arch.

1.Petr.4.

ne perfoſſus(niſi reſipuerit) ab eccleſia Dei, quam læſit, modis omnibus abſcindatur.

¶ *Extat integra hæc epiſtola in bibliotheca Vaticana poſt librum Anſelmi Lucenſis.*

A ¶ Teſte ſcriptura.] *Hic referuntur verba ipſa beati Gregorij ex epiſtola ad Syagrium, quæ habentur.ſ. e.q.1.c.* non eſt putanda.

Item Gregorius homilia 39.

¶ Qui dona Dei vendunt,vel emũt, pariter à Deo damnantur.

CAP. X.

1 VEndentes, & ementes è templo eliminat Chriſtus, quia vel eos, qui pro munere impoſitionem manuum tribuunt, vel eos, qui donum ſpiritus emere nituntur, damnat. *Item infrà.* ¶ Vendentes in templo ſunt, qui hoc, qđ quibuſdam iure competit [a], ad præmium largiuntur. Iuſtitiam [b] enim vendere, eſt hanc pro præmij acceptatione† ſeruare. Ementes verò in templo ſunt qui dum hoc perſoluere proximo, quod iuſtum eſt, nolunt, dumque rem iure debitam [c] facere contemnunt, dato patronis pretio† emunt peccatum.

Item Beda ad c.2. Ioannis.

¶ Qui gratiam, quam à Deo accipiunt, non gratis exercent, venditores columbarum ſunt.

CAP. XI.

2 NOn ſolũ venditores ſunt columbarum,& domum Dei faciunt domum negotiationis, qui ſacros ordines, largiendo pretium pecuniæ, vel laudis,vel etiam honoris inquirunt,verùm ij quoque qui gradum, vel gratiam [d] in eccleſia ſpiritualem, quam Domino [e] largiente perceperunt, nõ ſimplici intentione,ſed cuiuſlibet humanæ cauſa retributionis [f] exercent, contra illud Petri apoſtoli [Qui loquitur, quaſi ſermones Dei: ꝙ miniſtrat [h], tamquam ex virtute,quam adminiſtrat Deus,vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum] Quicunque ergo tales ſunt, ſi nolunt veniente Domino de eccleſia auferri, auferant iſta de actibus ſuis,ne faciant domum Dei, domum negotiationis.

Item ex epiſtola Vrbani Papæ.

¶ Quæ ex cõſecratione proueniunt, in ſuum ius vi, vel munere nemo conuertat.

CAP. XII.

RES eccleſiæ, quæ ex conſecratione proueniunt, in ſuum ius,vel vi,vel aliquo munere aliquem [i] conuertere nõ debere docens ſanctus Vrbanus [k] ait [3 Quiſquis B res]eccleſiaſticas (q̃ dona Dei ſunt, quoniam à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur,quæque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent) propter ſua lucra vendit, vel emit, cum eodem Simone donũ Dei pecunia poſſideri exiſtimat.

B ¶ Quiſquis.] *Hæc ſunt ex epiſtola Vrbani ij.quæ refertur ſupra c.ſaluator. Verba autem antecedentia nuſquam reperta ſunt: quamuis ſimilia quædam, diſſimili tamen ſententia, legantur in epiſtola B. Vrbani primi.In aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus caput hoc ſic citatur,* Item Beda ex epiſtola Vrbani Papæ: *quod non cohæret.*

Item Gregorius ſeptimus.

¶ Simoniacus eſt epiſcopus,qui decimas,& oblationes laicis,non clericis diſtribuit.

CAP. XIII.

4 PEruenit [l] ad nos fama ſiniſtra [m], quòd quidam epiſcoporũ non ſacerdotibus propriæ diœceſis decimas, atque Chriſtianorum oblationes [n] conferant, ſed potius laicalibus [o] perſonis, militum videlicet,ſiue ſeruitorum, vel (quod grauius [p] eſt) conſanguineis. Vnde ſi quis amodo epiſcopus inuentus fuerit huius diuini præcepti tranſgreſſor, inter

e ¶ *Domino largiente.*] ſ.16.q.1.reuertimini.

f ¶ *Retributionis.*] Cum enim ſint literati,& alijs donis prędití, nolunt niſi intuitu humanæ retributionis hæc exercere in eccleſia,vt ſ.e.q.2.quam pio.& extr.de magiſtris.c.1.2.& 3. " nam dicit etiam lex, ꝙ ciuilis iuris ſapientia non ſit pretio nummario de honeſtãda, &c.ff.de va.& extraord.cog.l.1.§.1.dicit tamen lex, quòd tutor ꝓ facultate pupilli debet magiſtro dare. ff.de admi. tut.l. cum plures.§. ſi tutor.

" Laus ciuilis ſapiẽtiæ.

g ¶ *Dei.*] id eſt, Deo attribuit, non ſibi.

h ¶ *Qui miniſtrat.*] i. loqui & miniſtrare debet.

i RES eccleſiæ.] ¶ *Aliquem.*] Et ita videtur ꝙ ſimoniacus ſit violentus raptor,vel detentor [d]: ſicut aliàs dicitur committere ſacrilegium qui res eccleſiæ promiſſas non dat. arg. 17.q.4.c.2.

d Et ſic tanquam violẽtus tenet̃ de vi: & verum eſt ꝙ violentiam cõmittit.quia non gratis accipit & quodã modo ab initio extorquet,ſecundum Ioan. de Fant.

k ¶ *Vrbanus.*] Hic vnus Vrbanus de alio facit mentionem: & ita fuerunt duo.81. diſt.& ſi qui ſunt.

3 ſ.ea.c.ſaluator.

PEruenit.] Casvs. Dicitur hic ꝙ inter maximos hęreticos debet computari qui laicis extraneis, ſeruientibus, vel conſanguineis & non ſacerdotib.decimas & oblationes concedit: & qui dant & qui recipiunt, ęterno incendio puniũtur. quod H. videtur intelligere de iure ſpirituali: ſed Bene. intelligit etiam de temporali fructu. Sequens c.patet.

l ¶ *Peruenit.*] ſ. 16.q. 7.peruenit.

m ¶ *Siniſtra.*] Nota de epiſcopis qui omnia agunt ſiniſtrè,vt 35.diſt. eccleſiæ.

n ¶ *Oblationes.*] 10.q. 1.quia ſacerdotes.

o ¶ *Laicalibus.*] quod fieri non debet,vt extr. de deci.ꝓhibemus.Vnde nota,ꝙ fructus bene poſſunt dari laico ex cauſa: " ſed ius decimæ nequaquã: nam aliud eſt ius,aliud eſt ipſa res: ſicut dicit iuriſperitus, ꝙ cum dicimus vitulũ eſſe fructũ vaccæ, non ius, ſed corpus demonſtramus.ff.de eui.l. vaccę.poſſunt ergo dari decimæ,i.res ipſæ in feudum,ſed tñ non tranſibit ad hæredes. extr.de deci. ad hoc.vnde fortè ſecundum ꝙ feudum propriè accipitur,nõ poſſunt dari in feudum.extr.de deci.quamuis [e].De hoc dixi.16.q.1.c.vlti. Et not.ꝙ ſi dantur decimæ laicis, & aliqua creſcant noualia,non accreſcunt eis decimæ noualium,ſed eccleſijs.ext.de elec.c.tua. Et dicit Innocentius ꝙ in his reſtringenda eſt poteſtas, non proroganda.extr.de dec.tua nobis.

4 ſ. 16.q.7. c. peruenit. Pol.l.3.titu. 11.

" Decima nunquid poteſt dari laico.

e Vbi de hoc & 16.q.3.§. ſic etiã. ibi uideas.

NOn ſolum.] Casvs. Non dicuntur tantùm ſimoniaci qui ordines,vel beneficia eccleſiaſtica pretio largiuntur, ſed etiã ij,qui officium ſuæ dignitatis,ſciẽtię, vel alterius doni nolunt exercere, niſi cauſa retributionis humanæ, quia faciũt contra auctoritatem Apoſtoli dicentis: Qui loquitur. &c. ſequens c.patet.in quo dicitur,ꝙ qui res quæ intuitu conſecrationis eccleſiæ proueniunt,illicitè alienat,ſimoniam cõmittit.

d ¶ *Vel gratiam.*] alicuius ſcientiæ, vel alterius doni.

p ¶ *Grauius.*] No.ꝙ minus peccatũ propter adiunctum grauius punitur. minus.n.peccatum eſt dare conſanguineo quàm extraneo.

extraneo.86.diſt.non ſatis.hæc eſt ordinata charitas: ſed quia prouidendo conſanguineis enormiter lædunt eccleſias, idcirco dicit, ꝙ peius eſt dare conſanguineis,i.inde grauiorem læſionem ſentit eccleſia.ſi.j.33.q.2. latorem. Vel dic grauius,i. cōmunius, 32.q.7.quid in omnib.nam cæci ſunt epiſcopi circa nepotes.8.q.2. dilectiſſimi.vnde tantus impetus in eo omnia fundendi fuit reſtringendus,vt dicit l.in alio caſu.ff.ad l. Iul.de adulte. nec in ea.

reperiatur à iure permiſſum, vt not.ſ.q.2. placuit.

i ¶*Diminutione.*] niſi cū ex cauſa detinet fructus epiſcopus: vt extr.vt eccl.beneſi.ſine dimi. vt noſtrum. Et ita ſi dignitas deferatur alicui diminuta, inſolidum poteſt eam petere. arg. ext. de inſti.cum veniſſent.

1 In canonibus Nicænis ex Arabico verſis. c.49.

a A*Ltare.*] id eſt, q̄ in altari offerūtur: vel in adminiſtratione altaris: vel in eccleſia.

b ¶*Et decimas.*] ſcilicet ſi epiſcopus ab aliquo milite redimeret decimas, non eſt ſimoniacum: ſed rei eccleſiaſticæ liberatio. ſed ſi emeret à laicis cū nollent tribuere, ſimoniacum eſſet.

ADDITIO. De hoc not.16.q.7.decimas.ibi videas. Arch.

S*I quis præbendas.*] CASVS. Dicitur hic ꝙ qui beneficium, vel dignitatem, vel ſacramentum ab eccleſia per pecuniam acquirit, acquiſito careat & emptor & venditor & interuentor nota infamiæ percellātur. Vnde ſtatuitur vt nec pro paſtu,nec ſub obtentu alicuius cōſuetudinis aliquid exigatur.

2 Polyc.l.3. tit.11.

c ¶*Præbendas.*] vel benedictiones nubentiū: vel ſepulturas. extr. de ſim.cum in eccleſiæ.

d ¶*Sacramentum.*] in quo confertur gratia: aliter ſumi poteſt pecunia.32.q.2.honorātur. M. tamen contrarium dicit.arg.ext. de off.de leg.cauſam.ext. de ſpō. du.duobus.

e ¶*Et conſecrationes.*] "Sed nunquid conſecratio altaris eſt ſacramentū? Sic,largè ſumptum, cum ſit ſacræ rei ſignum,vt hic,& ext.de ſimo.cum ſit Romana. arg.24.q.1.§. ſed illud.

" Conſecratio altaris eſt ſacramē tum largè ſumptum.

3 Pan.l.8.c. 138.ex Cabilonenſi.

f ¶*Interueniente.*] militiam ſecularem bene poteſt quis emere a. ff. de ac.empt. creditor.§. inter venditorem. & §. ſed quod ante.

a De hoc j. c.q.6.c.vlt.

g ¶*Percellantur.*]ſ.in perpetum.ſ.e.q.3.ſi qs. & c.ſaluator.ſ.ead.q.1. ſi quis epiſcopus.

h ¶*Conſuetudinis.*] ar. "conſuetudinem longam non facere ad licentiam,vel excuſationem ſimoniæ.ext.de ſim.cū in eccleſiæ. Ar.contra in auth. de ſanc.epiſc.§.pro conſuetudinib.col. 9.9.q.3. conqueſtus.ſ. 100.diſt.c.nouit.ſ.e.q.1.reperiuntur.ſ.diſt.4.denique.arg.contra.32.q.4.obijciuntur.contra.ſ.diſtin.8. ſi conſuetudinem.j. 8.q.2.quæſta eſt. Io. Hodie prætextu conſuetudinis nihil peti poteſt,nec ante nec poſt, vt extr.de ſimo. Iacobus. B.niſi hoc

" Conſuetudo nō excuſat ſimoniā.

maximos hæreticos, & inter antichriſtos non minimus habeatur: 1 & ſicut Nicæna ſynodus de ſimoniacis cenſuit, & qui dat epiſcopus,& qui recipiunt ab eo laici ſiue pretio, ſiue beneficio,æterni incendij ignibus deputentur.

¶*Infra etiam 16.q.7.c.peruenit, citatur caput hoc ex Gregorio. Ac ſanè Lambertus Scafneburgenſis narrat epiſcopum quendam Bambergenſem, eccleſiam illam contra excommunicationem, & priuationem Gregorij ſeptimi fauore militum,quibus multa largiebatur,per aliquod tempus retinuiſſe: & in ipſius Gregorij regeſto lib.6.epiſt.5.ſimile quiddam reprehenditur in Herimanno epiſcopo Metenſi.*

Item Paſcalis ſecundus.

¶Spiritum ſanctum vendit,qui decimas pro pecunia tribuit.

CAP. XIIII.

2 A*Ltare*[a],& decimas[b] per pecuniam dare,& Spiritum ſanctum vendere, ſimoniacam hæreſim eſſe nullus fidelium ignorat.

¶ Supra ead.q.1.c. presbyter.]*Hoc idem tribuitur Gregorio, quod hic Paſchali ſecundo.Et fortaſſe Paſchalis hoc,vt multa alia, accepit à Gregorio ſeptimo,quæ ipſe innouauit,In Polycarpo lib.3.tit.9.citatur ex concilio Toletano.*

Item Innocentius ſecundus in ſynodo Romana, c.2.

¶Careat honore malè acquiſito qui eccleſiaſtica beneficia pro pecunia inuenire tentauerit.

CAP. XV.

3 S*I quis præbēdas*[c],vel prioratum, ſeu decanatū, aut honorem, vel promotionem aliquam eccleſiaſticam, ſeu quodlibet ſacramentum[d] eccleſiaſticum, vtpote chriſma, vel oleum ſanctum, & conſecrationes[e] altarium, vel eccleſiarum,interueniente[f] execrabili ardore auaritiæ per pecuniam cōparauerit,honore malè acquiſito careat, & emptor, atque venditor,& interuentor nota infamiæ percellantur[g]: & nec pro paſtu, nec ſub obtentu alicuius conſuetudinis[h] ante, vel poſt à quoquam aliquid exigatur,vel ipſe dare pręſumat, quoniam ſimoniacum eſt: ſed liberè,& abſque diminutione[i] aliqua, collata ſibi dignitate atq; beneficio A perfruatur.

A ¶Beneficio.] *Ex duobus manuſcriptis huius concilij exemplaribus in vno ſic legitur, in altero verò,* officio.

De ſecunda, & tertia quæſtione quid ſacri canones diffiniant, auctoritatibus hincinde in medium deductis patefactum eſt.

QVAESTIO IIII.

1 ps N*Vnc ergo de quarta*[k] *quæſtione eſt pertractandum, an paternum crimē huic imputet, quod eo ignorante cōſtat admiſſum. Quòd ignorantia hunc excuſet, multorum auctoritatibus probatur.*

Ait enim Auguſtinus, epiſt.48. ad Vincentium.

¶Alienum crimen neſcientem non maculat.

CAP. I.

N*Vllius*[l] crimē maculat[m] neſcientem.

Item eadem epiſtola.

¶De eodem.

CAP. II.

Q*Vis locus innocentiæ relinquitur,ſi alienum crimen maculat neſcientem?*

¶*Verba B. Auguſtini ſunt hęc,*Quis locus innocentiæ reſeruatur, ſi crimen eſt proprium, neſcire crimen alienum?

*Item in Africano concilio, cap. 14. legitur.*4

¶ De infantibus, qui ab hæreticis baptizantur.

CAP. III.

5 P*Lacuit de infantibus, qui ab hæreticis baptizātur, ne, quod non ſuo fecerunt iudicio, cum ad eccleſiam Dei ſalubri propoſito fuerint conuerſi, parentum illos error*

N*Vnc ergo.*] Hæc q.diuiditur in quatuor par. Et quærit hic vtrū teneatur filius pro paterno crimine:& in hac prima parte quæſtionis probat per x.auct.quòd non tenetur. Secunda ibi, *Sed obijcitur.* Tertia ibi, *His itaque.* Quarta ibi, *Notandum.* Ioā. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 4.quæſtio,qua quęritur an qs reus ſit criminis quod eo ignorā te pater admiſit: & ꝙ ignorantia eum excuſet,multorum auctoritatibus probatur. Sequens c. patet.

k ¶*De quarta.*] "Ad intelligētiam huius q. no. ꝙ triplex eſt pœna, æterna, corporalis, & ſpiritualis. Aeterna pœna nunquam punitur vnus pro alio, vt j.e.c. 1. & cap. iam itaque. " Corporalis pœna duplex eſt. quædam circa corpus ipſum: " & illa ſæpe punitur vnus pro alio. infra. ead. §. item peccato. quædam circa ſtatum rei, vt eſt ſeruitus, vel infamia: & illa etiam punitur filius pro patre, vt 6. quæſt. 1. §. verum. 15. quæſt. vlt. cum multæ. " Spiritualis quadruplex eſt. nam quædam eſt excōmunicationis: & illa nūquam punitur vnus pro alio, vt 24.q. 3. ſi habes. Alia interdicti: & illa punitur vnus pro alio, vt extr. de ſpon. non eſt vobis. Alia eſt remotio ab oblatione: & illa ſimiliter punitur vnus pro alio.17. q. 4. miror. Alia eſt ordinis: & illa ſimiliter punitur vnus pro alio.nam propter delictum vxoris vir remouetur à promotione, vt 34. diſt. ſi cuius. Item ſi pater neſciente filio emerit ei eccleſiam, ille pro peccato non remouetur à promotione: ſed tamē perdit eccleſiam, vt j. q.5.c.1. Ioan.

" Pœna eſt triplex.

" Pœna corporalis eſt duplex.

" Vnus ꝓ alio puniatur.

" Pœna ſpiritualis eſt quadruplex.

4 Ex Carth. 3.c.48.

5 paulò aliter in originali.

l N*Vllius.*] ſcilicet alterius, nam ſuum quandoq; commaculat,vt de pœn.diſt.2.ſciendum 32.q.7. quemadmodum. & ita non comprehenditur perſona de qua fit ſermo.

m ¶*Maculat.*] j.15.q.1.mulier.& q.vlt.cum multę.j.17.q.4. miror.34.diſ.ſi cuius.& 6.q.1.§.verū.54.q.1. non turbatur.Io.

P*Lacuit.*] CASVS.dicitur hic,quòd illi non debent à promotione repelli, qui infantes perfidia parentum ab hæreticis

impediat, quominus promoueãtur [a] ſacri altaris miniſtri. †

† aliàs, ad ſacri altaris miniſteriũ.

Item in eodem, c.24.

¶ De eodem.

CAP. IIII.

1 QVi apud Donatiſtas paruuli[b] baptizati ſunt, nondum ſcire valentes erroris eorũ interitum, & poſteaquã ad ætatem rationis capacem peruenerunt, agnita veritate falſitatem eorum abhorrentes, ad eccleſiam Dei catholicam per vniuerſum mundum diffuſam, ordine[c] antiquo per manus impoſitionẽ recepti ſunt; tales ad ſuſcipiendum munus clericatus non debet impedire nomen erroris.

1 Deuſd.p.2

Item Leo quartus † Ebrunio, & Adelfrido epiſcopis.

† al.tertius.

¶ Conſanguineorum maleficia in nullo clericis obſunt, niſi conſcij fuerint.

CAP. V.

QVia præſulatus noſtri (qđ bene noſtis) magiſterium non ſolùm de ſacerdotum, verum etiam de ſecularium vtilitatibus debet eſſe ſolicitum, propterea fraternitatem veſtrã ſcire volumus, hunc præſentẽ presbyterũ ad ſedem Apoſtolicam veniſſe, nobiſq́; violentiam, & excõmunicationem ſuam per ordinem retuliſſe: ꝙ etiam ſine iuſto legis tramite illi ſua fuiſſet ablata[d] eccleſia, ſimiliter indicauit: quam alius dato munere ſacerdos zelo ductus inuidiæ vſurpare præſumpſit. Inde parẽtes eius magno dolore compulſi presbyterum illum, qui ſuam tenebat eccleſiam, mox comprehẽderunt, & ei oculos eruerunt. Tamẽ ipſe ſæpè dictus ſacerdos dicit, ꝙ abſque ſua voluntate[e], & ſine eius conſilio hoc ſit peractum. Quod ſi ita eſt, vt ipſe nobis ſuo ore teſtatus eſt, vobis magnoperè prouidendum eſt, vt, ſi canonicè[f] ipſe excommunicatus non eſt, canonica ſuper eum fiat remiſſio[g].

Digeſtis tit.de pœnis, l.crimen.[2]

2 lib. 48 tit. 19. lib. 26.

CAP. VI.

CRimen, vel pœna paterna nullam maculam filio infligere poteſt. Namq; vnuſquiſque ex ſuo admiſſo[h] ſorti ſubijcitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. Idque diui fratres Hierapolitanis reſcripſerunt.

Item ex concilio Toletano 4.c.60

¶ Perfidia parentum filijs obeſſe non debet.

CAP. VII.

IVdæi baptizati, ſi poſteà pręuaricantes in Chriſtum qualibet pęna damnati extiterint, a rebus eorũ fideles[i] filios excludi non oportebit: quia ſcriptum eſt [Filius non portabit iniquitatem patris.

Ezech.18.

Item Auguſtinus ad Bonifacium epiſt. 23.

¶ Non imputantur peccata parentum ijs, qui ab eis perſonaliter diuiſi probantur.

CAP. VIII.

3 IAm itaq; cum homo in ſeipſo eſt, ab eo, qui genuit eum[k], alter effectus, peccato alterius ſine ſua conſenſione[l] non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum[m]: quia vnus[n] erat cum illo, & in illo, à quo traxit quando, quod traxit, admiſſum† [o] eſt. Non autem trahit, alter ab altero, quando ſua vnoquoq; propria vita viuente iam eſt, vnde dicatur [Anima[p], quæ peccauerit, ipſa morietur.] Vt autẽ poſſit regenerari per officiũ volũtatis alienæ, cũ offertur conſecrandus[q], facit hoc vnus ſpiritus, ex quo regeneratur oblatus.

3 Iuo par.6. c.417.

† aliàs admiſtum.

Ezech.18.

---

ticis baptizantur, ſi hæc ſuo iudicio non fecerunt, nec ex poſtfacto conſenſerunt.

a ¶ *Promoueantur.*] ſ.e.q.1.ventum eſt.contra.j.e.q.7.qui in qualibet.contra.Solu.illud ex nimio rigore: hoc ex diſpenſatione. Vel ibi de his qui poſtmodũ in adulta ætate hære ſi conſentiunt: vel qui adulti ab hæreticis baptizantur: hic de iſtis qui nõ acquieſcũt, vel qui pueri baptizantur ab hæreticis[a].

a Sub.quib. non nocet, etiamſi à parentibus offerantur.ar. de conſ.diſt.4.quæris.dũ tamen ſuppleatur qđ eis deeſt ſ. e.q.1.§.ecce.de conſe. diſt.4. ab antiqua. Ioan. de Fan.

QVi apud.] CASVS. Dicitur hic ꝙ paruuli ab hæreticis baptizati, ſi tamẽ poſtquam ad diſcretionem peruenerint, errori non conſenſerint, recepti ab eccleſia poterunt promoueri.

b ¶ *Paruuli.*] id eſt, doli non capaces.de conſe.diſt.4.paruuli.

c ¶ *Ordine.*] id eſt, ſecundum antiquam regulam eccleſiæ.

QVia præſulatus.] CASVS. Quidam presbyter iniuſtè fuit ſua eccleſia ſpoliatus, quam alius presbyter ſimoniacè acquirere nõ erubuit. vnde cõſanguinei primi preſbyteri dolore conuicti ſecundum presbyterũ cõprehendentes, ei oculos eruerunt: pro quo facto primus presbyter fuit excõicatus. Sed qa primus ſacerdos (vt dicebat) nullo modo cõſenſit: mandat de hoc Papa inquiri: & ſi inculpabilis inueniatur, abſoluatur. Sequẽs lex, & c.quod ſequitur, plana ſunt.

d ¶ *Ablata.*] Et ideo erat ei reſtituenda, licet hoc expreſsè non dicatur. ſufficit enim conqueri de ſpoliatione, licet expreſsè nõ petatur reſtitutio, vt 2.q.1.notum. ext.de cau.poſ.cũ eccleſia. hic tñ non reſpondet ad hoc: ſed reſpondeo eum innocentẽ, ergo & reſtituendũ. argu.C.de diuer.reſc.l.1.ext.de coniu.lep.c.2.

e ¶ *Voluntate.*] arg.ꝙ nudam voluntatem teneatur quis purgare ſi ſuſpectus habetur: "& alibi nuda voluntas legitur grauiter plectenda, vt j.de pœn.diſt.1.ſi quis eum.& c.ſi quis pulſatus.& 32.q.5.qui viderit. Arg.contra de pœn.diſt.1. cogitationis. Dicas igitur, & pro.i. Vel dic de voluntate in actum producta: aliàs non tenetur purgare eam: ar.23.q.vlt. c.vlt.& eſt ſi.extr.de homi.Petrus.ext.de teſti.conſtitutis.

" Voluntas nuda eſt q̃que plectenda.

f ¶ *Canonicæ.*] Ar." ꝙ ſi conſanguinei alicuius clerici abſq; eius conſenſu epiſcopum ſuum offenderent, propter hoc epiſcopus non poteſt priuare clericum beneficio.arg.24.q.3.c.1. ipſe tamen epiſcopus non debet conqueri de conſanguineis, ſi credit ꝙ ita acerbè eum puniant. Sed nunquid tenetur eis remittere actionem iniuriæ, cum ſciat ꝙ ſi non remiſerit, interficient eum fratres ſui? Non, dum tamẽ ipſe eis nihil dicat: rancorem tenetur dimittere.90.diſt.ſi quis contriſtatus.

" Eps beneficio priuare nõ poteſt clericũ, cuius parentes ipſum offenderunt.

g ¶ *Remiſſio.*] Nullam enim pœnam patietur iniuſtè excommunicatus, vt 9.q.3.non debet. abſit enim vt iniuſtè, &c. C. de pœn. ſancimus.

h CRimen.] ¶ *Ex ſuo admiſſo.*] Non.n.debet aliquis alieno odio prægrauari. C. de inof.teſt. ſi quis in ſuo.§.legis.& hoc eſt verũ in pœnis: ſecus in vſucapionib.quia vitium tranſit ad hæredem.ff.de ac.po.Pomponius.Item ꝙ hic dicit, regulare eſt, vt 56. diſt. vndecunq;.&c. naſci.& c.ſatis.ĩ caſu tamen quandoq; aliter inuenitur de temporali pœna, vt 6.q.1.§.verum. & c. ex merito.15.q.vlti. cũ multæ.& 14.q.3.§.is ita.ſ.q.1. fertur. 8.q.1. audacter.& diſtin.48.§.ecce.cum multis alijs capitulis.

i IVdæi.] ¶ *Fideles.*] Sed nihil ſpeciale cõſtituitur hic circa Iudæos.idem enim fit in filijs aliorum damnatorũ. C.de bo.dam.auth. bona. niſi in damnatis crimine læſæ maieſt. vt 6.q.1.§.verum. " Præterea ſi conuertantur filij ad eccleſiam, nõ poſſunt eos parentes exhæredare.extr. de Iu. Iudæi.Quid iuris ſit de filijs hæreticorum, dixi 23.q.7.in prin.Ioan.

" Iudæi filios ſuos ad eccleſiã conuerſos exhęredare non poſſunt.

IAm.] CASVS. Dicit hic quòd ex quo filius à patre ſuo diuiſus eſt, & alter effectus: patris delictum filium non grauat, ſi filius nõ conſenſerit: ſed peccatum originale filius à patre contraxit: quia tunc non erat alter ab eo: imo vnus cũ ipſo: quod crimen cõtrahitur ab Adam: & ſicut per alienum officium quis neſciens regeneratur, ita neſciẽs peccato originali coinquinat.

k ¶ *Genuit eum.*] ſiue de natiuitate in vtero, ſiue de natiuitate ex vtero[b].

b De conſe. diſt. 4. quæris. & c.ſi ad matris. & hic videas quod no. extra de temp. or. quæſitũ. in glo. fin.j. &c. Arch.

l ¶ *Conſenſione.*] Sed nec tunc dicitur teneri peccato alterius: ſed ſuo, ſcilicet cum conſentit ad peccatum alterius.ſ. diſt. 56. vndecunque.j.15.q. 8.c.3. contra j.23.q.4. ita.& c.ſi quis à catholica.

m ¶ *Reatum.*] id eſt, cauſam reatus, ſcilicet originale peccatum. ex " hoc cap.colligitur quòd aliud eſt in via, aliud in inuio.nam non poteſt quis peccare per alium: licet poſſit ſaluari per alium, vt de pœ.diſt.1.tres.& de conſecr. diſt.4.quæris. & bonum ſimile eſt in lege. nam dicit lex quòd ſi quis habet filium, & poſtea creatur decurio, iſte non dicetur filius decurionis: ſed illi tantùm qui poſtea geniti ſunt. C. de decu.l.vlt.ff.e.l.2.§. in filijs.

" In via, & in inuio, differunt.

n ¶ *Vnus.*] " Partus enim pars viſcerum eſt, vt ff.de ven.inſp.l.1.§.1.licet ſit argumen.contra de conſecra.diſtinct.quarta.ſi quidquid.

" Partus eſt pars viſcerũ

o ¶ *Admiſſum.*] id eſt, receptum.

p ¶ *Anima.*] ſicut Dominus per Ezechielem ait, vt j.24.q.3.ſi habes.

q ¶ *Conſecrandus.*] id eſt, baptizandus.Ioan.

HOmini.] Casvs. Dicitur hic quòd malitia alterius non nocet alij, ſi per eam non corrumpatur, ſed ſua tantùm. Et primò ponuntur verba Iob, vſque ibi, *Humana*. Deinde ponuntur verba Greg. exponentis verba Iob.

a ¶[*Homini.*] Verba Iob ſunt vſque ibi, *Humana*. ibi verba Grego. verba Iob exponentis.

b ¶[*Nocet.*] exemplo.

c ¶[*Ea quæ.*] ſicut ſunt illa ex quibus exempla non ſumimus, vt venuſtas corporis, ægritudo.

ECONTRA.

Iob 25. Casvs. Hactenus probauit Gratian. peccata parentum filijs nō nocere. Nunc probat Gratian. ècontra auctoritate Moyſi, quòd filius pro peccato patris punitur. Sed ſtatim reſpondet per Auguſtinum dicentem, hoc nō contingere propter inæqualitatem iudicij, ſed propter clementiam Dei, qui non punit alium pro alio etiā corporaliter, niſi tertia vel quarta generatio veniat.

Exod. 20.

d ¶[*Viſito.*] ideſt, poſtea viſitando ad pœnitentiam expecto vſque ad ſenium, ſcilicet quouſque videatur tertia & quarta generatio, quod eſt dicere vſque ad finem vitæ. ſic Aug. exponit. vnde & ſic licet mihi exponere.

e ¶[*In filios.*] Illud poteſt intelligi ad literā. & hoc ideo dixit: quia homines non conſueuerunt vltra viuere. Vel poteſt intelligi myſticè. "nam prima generatio dicitur primi motus: & iſti non puniuntur, de quibus dictum eſt: Beatus qui allidet paruulos ſuos ad petram. Secunda generatio dicitur cogitatio: quæ non punitur. de pœn. diſtin. 1. cogitationis. Tertia dicitur conſenſus: & iſte punitur. nam facientem & conſentientem par pœna conſtringit. 2. q. 1. notum. Quarta eſt opus: & iſta ſimiliter punitur in filios: cum ſint imitatores paterni ſceleris: aliàs non. ſ. ead. q. 1. cito turpem. Aliter numerantur iſtæ quatuor generationes. de pœ. diſt. 1. ſuper tribus.

1 ſ. q. 1. cap. ventum.

"Delictorū quadruplex eſt generatio.

2 ſ. ead. qui apud.

Hinc etiam Gregorius in lib. 26. Moralium, c. 8. in c. 35. Iob.

¶Ei qui imitatur, impietas alterius nocet.

CAP. IX.

HOmini [a], qui ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iuſtitia tua.] Humana impietas ei nocet [b], quem peruertendo inquinat: & rurſus eū adiuuat noſtra iuſtitia, quē à prauis actionibus mutat. Nocere enim, vel iuuare neſciunt ea, quæ [c] vel à bono corrumpere, vel à malo permutare non poſſunt.

Econtra Dominus ad Moyſem: [Ego ſum Deus zelotes, qui viſito [d] peccata patrum in filios [e] vſque in tertiam, & quartā generationem,] licet non inæqualitate iudicij, ſed magnitudine clementiæ Auguſtinus aſſerit hoc dictum, ita dicens: [In tertia & quarta generatione peccatum patrum ſe Dominus comminatur in lege filijs redditurum [f], non inæqualitate [g] iudicij, vt alij peccent, & alij puniantur, ſed magnitudine clementiæ: dum ſemper expectat ad pœnitentiam, & quod in prima generatione delinquitur, non prius corrigit, & emendat, niſi & tertia, & quarta generatio venerit [h].] Cum ergo [i] de baptizatis ab hæreticis Innocentius ſcribat [[1] Lex eſt eccleſiæ ijs, qui ab hæreticis baptizati ſunt, per manus impoſitionem laicam tantùm communionem præbere, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum ſubrogare,] patet, quòd infantes, qui ab hæreticis baptizati ſunt, ſola excuſat ignorantia [k], [2] vt iuxta illud Africani concilij ad ſuſcipiendum clericatus officium non eos impediat nomen erroris.

Item ſicut Auguſtinus ſcribit ad Auxilium Epiſcopum, epiſt. 75.

f ¶[*Redditurum.*] id eſt, vſque in tempus filiorum, & vltra eos expectaturum ad pœnitentiam de peccatis ſuis.

g ¶[*Inæqualitate.*] vt alij peccent, & alij puniantur, prout ſequitur: & eſt vna dictio inæqualitate. & hæc verba, licet non inæqualitate, ſunt verba Aug. & auctoritas iſta facit ad propoſitum G. expoſitio verò contra eum.

h ¶[*Venerit.*] ideſt, niſi cum vitam finierit. Io.

CVM ERGO. Casvs. Dixit ſupra Gratian. quòd peccatum patris filijs imputari non debet. & quòd per ignorantiam excuſantur. Sed cum Innocen. dicat, quòd baptizati ab hæreticis ſcienter promoueri non poſſunt: patet quòd infantes ab hæreticis baptizati, cum ipſi iuxta Africanum concilium valeant promoueri, ſola ignorantia excuſantur. Nam vt ait Auguſtin. peccata parentum filijs non imputantur: nec ſpirituali pœna propter hæc puniuntur: quare ab officio & beneficio eccleſiæ propter hæc priuari non debent, cum ſit pœna ſpiritualis. Præterea ſi excuſatur qui ignoranter à ſimoniaco ordinatur: ergo iſte de quo dictum eſt in themate, excuſandus eſt: quia per ignorantiam ſimoniacè ordinatur. Innocen. ſ. 1. q. ventum eſt. in fi. Africanum cōcilium ſ. e. q. placuit. Sicut Aug. 24. q. 3. ſi habes. Vrbani. ſ. 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis.

i ¶[*Cum ergo.*] Hic oſtendit quòd ignorantia excuſat infantes ab hæreticis ordinatos: & à ſimili videtur excuſandus cui ignoranti pater eccleſiam adeptus eſt.

k ¶[*Ignorantia.*] ſed nō ſemper. de pœn. diſtin. 2. ſciendum. & j. capit. proxim. turbatur. §. notandum.

¶De eodem.

CAP. X.

NOn imputātur [l] filijs peccata parentum, quæ poſt eorum natiuitatem à parentibus committuntur: nec pro peccatis parentum ſpirituali pœna [m] filij ſunt plectendi.

¶In aliquot vetuſtis exemplaribus & caput hoc, & ſequentia vſque ad finem quæſtionis coniuncta ſunt ſuperiori. Nam ſententijs hinc inde acceptis, verba ferè de ſuo (quod ſæpe facit) in his Gratianus affert. Et huius quidem partis ſententia eſt apud B. Auguſtinum loco indicato. Verba autem ipſa referuntur infra 24. q. 3. c. ſi habes.

Officio autem, vel beneficio eccleſiæ priuari, ſpiritualis pœna eſt: non igitur hanc ex peccato patris promeretur filius. Item ſi excuſatur [n], qui ignoranter à ſimoniaco ordinatur, vt ſupra in c. [3] Vrbani legitur, & iſte excuſandus eſt [o], qui per ignorantiam ſimoniacè ordinatur.

2 *Sed obijcitur illud Gregorij.* A

A ¶[Gregorij.] *In aliquot vetuſtis codicibus legitur*, Auguſtini. *Anſelmus verò citat ex Alexandro ſecundo.*

¶De eccleſia, quæ pactione conſecratur.

CAP. XI.

4 ECcleſia, quæ pactione [p] conſecrata fuerit, potius execrata, quàm conſecrata dici debet.

Item peccato [q] ciuium, theſauri Hiericho anathematizati leguntur. Vnde Achan, qui regulam auream, & quędam alia pretioſa furatus eſt, de anathemate dicitur tuliſſe.

¶Item peccato Amalechitarum, animalia eorum iuſſa ſunt interfici: quibus quia Saul pepercit, audiuit à Samuele [Neſcis, quia peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acqeſcere?]

l NOn imputantur filijs.] ſ. ead. q. placuit.

m ¶[*Pœna.*] ſcilicet excommunicationis. infra. 24. q. 3. ſi habes. ſed alia bene. extra de fil. presby. c. 1. & j. e. quęſt. 1. cap. 1. & ideo ſophiſticè procedit de vna ad aliam. argu. contra 56. diſt. c. 1.

3 ſ. ea. q. 1. ſi qui à ſimoniacis.

n ¶[*Item ſi excuſatur.*] vt ſ. e. q. 1. ſi qui à ſimoniacis.

o ¶[*Excuſandus.*] Excuſantur à reatu criminis: ſed non quin priuentur beneficio. j. e. q. 5. cap. 1. & cap. præſentium.

SED OBIICITVR. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua probatur contrarium per tres auctoritates. Io. de Fan. — 4 Anſel. 1. 5. c. 20

p ECcleſia.] ¶[*Pactione.*] infra. 18. qō. 2. Eleutherius. contra. Solu. "aliud eſt non prius cōſecrare niſi aliquid ex pacto detur, vel promittatur, quod hic penitus reprobatur. aliud eſt poſt dedicationem paciſci de annuo reditu ex oblationibus eccleſiæ ſuggerente epiſcopo, & eius eccleſiæ presbyteris pro futuro: quod ibi fieri permittitur. H. contra 7. quęſt. 1. epiſcopus. ſ. e. quæſtio. 1. non nocet. Sed dic quòd hic non fuit cōſecrata in forma eccleſiæ: & ideo debet conſecrari. de conſecr. diſt. 1. eccleſias. Vel dic in odium conſecrantis hoc dici. ſimile 24. quæſt. 1. pudenda. & ideo ita interpretatur Grat. j. §. his ita. ver. in deteſtatione. quia reuera eſt conſecrata.

Ioſue 6.

"Conſecratio an poſſit fieri interueniente promiſſione.

ITEM PECCATO. Casvs. "Hic probat quod vnus punitur pro alio temporaliter: & primò per hiſtoriam de Achan. Secundò per hiſtoriam de Achab. Tertiò per plagas Ægyptiorum. Quartò per arcæ domini captionem. Quintò per hiſtoriam filiorum Heli, quæ habetur 36. diſtin. legant. Sextò per prophetas propter peccata populi captiuatos.

"Punitur tēporaliter vnus pro alio

q ¶[*Item peccato.*] Hic probat, quòd vnus punitur pro alio temporaliter. primò per hiſtoriam de Achan. ſecundò per hiſtoriam de Amalechitis. tertiò per plagas Ægyptiorum. quartò per arcæ captionem. quintò per prophetas propter peccata plebis captos.

¶Item peccato Aegyptiorum poſſeſſiones eorum grandini traditæ, iumenta, & primogenita eorum, morte conſumpta ſunt. ¶Item peccato Iſraelitarũ, arca Domini Philiſtæis tradita eſt. Si ergo quæ ſenſu carent, vt eccleſia, altare, arca Domini, lapides Hiericho, uel execrantur, vel peccatoribus traduntur, vel anathematizantur, vel grandine deuaſtantur, ſi ea quæ vim intelligendi non habent, vt animalia Aegyptiorum, & Amalechitarum, peccatis hominum perduntur morte, patet, quòd nullũ excuſat ignorantia criminis: maximè cũ ex eo vtilitas deferatur ignoranti, veluti ſi quiſpiam de latrocinio, & rapina filio ſuo ignoranti diuitias congreget, non excuſat filium ignorantia, quin poſt mortem patris cogatur reddere malè acquiſita. [a]

¶Item peccato Achan, [b] *plebs Iſraelitica in manibus hoſtiũ tradita eſt.*

¶Item peccato filiorum Heli, populus in manu [c] *Philiſtinorũ corruit.*

¶Peccato quoque plebis, electi eorum ſæpe ſunt impediti, & tandem cum eis prophetæ ducti ſunt captiui.

3 *His ita reſpondetur. Inſenſibilia, & irrationabilia peccato hominum vel execrantur, vel anathematizantur, vel morte perduntur, non participatione peccati, ſed cauſa ſacramẽti* [d], *vel deteſtatione peccati, vel flagello* [e] *delinquentium. Cauſa ſacramenti, vt theſauri Hiericho* [f], *& animalia Amalechitarum. Hiericho enim Luna interpretatur, & ſignificat mundum iſtum; Amalechitæ interpretantur lingentes ſanguinem, & ſignificant cupidos, & auaros, & dæmones. Iſraelitæ interpretantur viri videntes Deum, & ſignificant multitudinem ſanctorum. Lapides ergo, & theſauri Hierico anathematizantur, animalia Amalechitarũ* [g] *interfici iubentur ad examinandã* [h] *cupiditatẽ Iſraeliticæ plebis, & ut ſignificaretur, quòd muri uitiorũ, & huius mundi theſauri, qui per lapides, & theſauros Hierico deſignantur, irrationabiles quoq; vitiorũ motus qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, non debent tranſire in ſortem ſanctorum. animalia* [i] *verò Aegyptiorum* [k], *& poſſeſſiones eorum* [l], *& primogenita grandine, & morte conſumpta ſunt: vt in illis punirentur, quorum felicitate lętabantur: & vt daretur intelligi, quòd mundus peribit, & concupiſcentia eius. Sed & terra Iſraelitarũ in ſalſuginem verſa eſt, & ſegetibus eorũ imbres aduerſi ſunt, animalia eorũ ſterilitate, & morbo confecta ſunt: vt auctorem ſuum, quem per beneficia cognoſcere noluerunt, ſaltem inter ſupplicia ſentirent. In deteſtationem* [m] *verò peccati, pecunia Simonis damnata eſt, cui dictum eſt [Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri.] In deteſtationem quoque eiuſdẽ criminis altare, & eccleſia* [n], *quæ per ſimoniam conſecrantur, non tam conſecrari, quàm execrari dicuntur: quia qui interuentu pecuniæ oleum conſecrationis effundit, non conſecrare, ſed execrare dicendus eſt.* [1] *Hinc eſt, quòd beatus Gregorius eccleſias ab Arianis conſecratas iterum conſecrari præcepit: quia ſanctificationem* [o] *conſecrationis, quæ non niſi in fide trinitatis perficitur, præſtare nõ poterant, qui fide carebant* [p]. *Arca verò, & prophetæ peccato ſuorum ciuium hoſtibus traditi ſunt. Electi quoque, qui murmure eorum impediti ſunt, non in pœnam criminis, ſed in experimentum, & exemplum patiẽtiæ hæc paſſi ſunt. ¶Item populus* [q], *qui peccato Achan, & filiorum Heli in manibus hoſtium traditus eſt, ſignificat ſubditos corporaliter flagellari, vt inter ipſa flagella, peccata prælatorum feriantur: ſicut Achan ſorte deprehenſus, lapidibus obrutus eſt.*

Sic & nauicula Ionæ [r] *periclitatur, vt fugitiuus ſorte deprehenſus fluctibus immergeretur. Aliquando pro meritis* [s] *prælatorum deprauatur* † *vita ſubditorum, vt prælatis ſuis ſubditi fauentes ad malum cum eis ſimul corruant: ſicut filij Iſrael diu portantes* [t] *peccata ſacerdotum, tandem cum eis ceciderunt in manibus hoſtium. Item Dauid.* [u]

1.Reg.4. Ioſue.7. 1.Reg.4. Pſal.77. Pſal.106. 1.Ioan.2. Act.8. 1 De conſe. diſt.j.c.Arianorum. Ioan.1. † aliàs, deprauatur, & damnatur.

a ¶*Acquiſita.*] Idem eſt de vſura extr. de vſu. cum tu. & eſt ratio quia in vitium ſuccedunt parentum. ff. de diuer. & tem. præſc. cum hæres. nam turpia lucra ſunt ab hæredibus. extorquenda. ff. de cal. l. in hæredem. Arg. contra. C. ne ex delict. defun. l. vnica. ſed de canonica æquitate ſemper tenetur, etiam ſi nihil ad eum peruenit ex maleficio, vt dixi 16. q. 6. ſi epiſcopum.

b ¶*Achan.*] & nonne iam dixit de peccato Achan? ſic: ſed đ plebe.

c ¶*In manu.*] ideo repetit, vt addat de populo, de quo nihil dixerat.

HIS ITAQVE. Hæc eſt tertia pars q. in qua dicitur quòd ſeptẽ de cauſis aliqui puniuntur propter aliorũ peccata. Ioan. de Fan.

CASVS. Reſpondet Gratia. quòd ita punitur vnus pro alio: hoc accidit vel ex cauſa ſacramenti, vel ex deteſtatione peccati, vel ex imperitia patientię, vel propter flagella eorum qui delinquunt opere vel conſenſu. Et ad hãc quadrimembrem diuiſionem præmiſſas hiſtorias competenter adaptat.

d ¶*Sacramenti.*] id eſt, figuræ.

e ¶*Vel flagello.*] aliter enumerat hic iſtos modos: & aliter exequitur in litera.

f ¶*Hiericho.*] Hiſtoria. Legitur in libro Ioſue, quòd Dominus anathematizauit vrbem Hiericho, & omnia quę in ea erant præter metalla, quæ in primitias operum Dei conſeruabantur. Capta ciuitate Achan filius Charmi furatus eſt chlamydem coccineam, & centum ſiclos argenti & tegulam auream quinquaginta ſiclorum, & iratus eſt Dominus cõtra filios Iſrael. & cum Ioſue mitteret tria millia expugnatorum ad expugnandam ciuitatẽ Hai: ceciderunt ex eis 36. homines: & cæteri fuerunt in fugã conuerſi. Relatumque eſt Ioſue proſtrato in terram ꝙ populus aliquid tulerat de anathemate: & ideo illud acciderat populo. ſurrexit itaque ex præcepto Domini: & conuocato populo miſit ſortes per tribus: & cecidit ſors ſuper tribum Iuda. Secundò per familias: & cecidit ſors ſuper familiam Zare. Tertiò ſup domos: & cecidit ſors ſuper Domũ Charmi. Quartò ſup capita: & cecidit ſors ſup Achã: & dixit ei Ioſue: Fili da gloriã Deo, ei cõfitẽdo quid feceris. cumq; confiteretur, iuſſit eũ lapidari à populo: & familiam eius quã habebat comburi.

g ¶*Amalechitarum.*] Hiſtoria. Legitur in primo lib. Regũ quòd cum Saul ex præcepto Samuelis pugnaret contra Amalechitas, præcepit ei vt homines & animalia interficeret, percuſſit ergo Saul Amalechitas, & omne vulgus interfecit: & apprehendit Agag Regem pinguiſſimum: & pepercit ei & omnibus gregibus ouium & armentorum, & vniuerſis quę pulchra erant viſu: nec voluit diſperdere ea: quidquid fuit inutile & reprobum, hoc diſtruxit & demolitus eſt. Dixitque Dominus ad Samuelem. Pœnitet me feciſſe Saulem Regem. venitque Samuel ad Saulem, & dixit: Quænam vox eſt gregum & armentorum quæ reſonat in auribus meis? Et ait Saul: Tulit populus oues & boues pingues ad ſacrificandum. dixitque Samuel, peccaſti: quia melior eſt obedientia quàm victima. & ait Saul, peccaui. ſed hac vice ſupporta peccatum meum. Redit ergo Samuel cum Saule, & iuſſit Agag adduci Regem pinguiſſimum, & interfecit eum, & in fruſta conſcidit.

h ¶*Ad examinandam.*] id eſt, vt examinentur cupidi à non cupidis. Alia litera eſt, ad exterminandam.

i ¶*Animalia.*] hic de flagello delinquẽtium. ſimi. 16. q. 1. reuertimini.

k ¶*Aegyptiorum.*] Hiſtoria. Legitur in Exodo quòd cum Pharao nollet dimittere populum Iſraelem exire de Aegypto, percuſſit Dominus Aegyptũ x. plagis, quæ in Exodo exponuntur.

l ¶*Eorum.*] ſimile 16. q. 1. reuertimini.

m ¶*In deteſtationem.*] Hæc eſt deteſtatio criminis.

n ¶*Eccleſia.*] De conſec. diſt. 1. Arianorum. & cap. eccleſias. Iſta duo cap. malè inducit Gratia. quia Arianorum eccleſiæ non conſecrantur à catholicis in deteſtationem criminis: ſed quia non fuerunt conſecratæ in forma eccleſiæ: ergo melius potuiſſet inducere. ſ. ead. q. eccleſia quæ pactione.

o ¶*Sanctificationem.*] ſ. ea. q. 1. qui ſtudet.

p ¶*Carebant.*] id eſt, extra formam eccleſiæ conſecrabant: aliàs falſum eſſet.

q ¶*Item populus.*] Hic addit quartam.

SIC ET NAVICVLA. CASVS. Nunc redit Gratia. ad propoſitum, vt probet alios puniri pro peccatis aliorum. Et primò per exemplum Ionæ. Secũdò per peccatum Dauid populum numerantis. Tertiò per paruulos Sodomitarum. Quartò per paruulos Dathan & Abiron. Quintò per Chanaan, qui patre peccante factus eſt ſeruus. Sextò per ſucceſſionem Giezi. Septimò per reliquias Iudæorum. Octauò per quatuor ſucceſſores Achab. Nonò per Idumæos, qui deſcenderunt ab Eſau.

r ¶*Ionæ.*] Hiſtoria. Legitur in Iona, quòd cum vellet Dominus Ionam mittere in Niniuem, vt prædicaret, ſurrexit Ionas vt fugeret à facie Domini in Tharſis: & deſcendit in Ioppem, & intrauit nauem euntem in Tharſis, & deſcendit ad inferiora: & dormiuit ſopore graui. cũ aũt tempeſtas immineret, miſerunt ſortes vt ſcirent cur hoc accideret: & cecidit ſors ſuper Ionam. At ille dixit ad eos: mittite me in mare: quia propter me hoc accidit vobis, & miſerũt, & ſtatim ceſſauit tempeſtas.

ſ ¶*Pro meritis.*] j. 6. quæſtion. 1. ex merito. j. 2. quæſtion. 7. cap. 1.

t ¶*Portantes.*] id eſt, tolerantes.

u ¶*Dauid.*] Hiſtoria. Legitur in ſecundo libro Regum, ꝙ Dauid præcepit Ioab principi militiæ vt populum numeraret:

ret: numerauit ergo, & dedit numerum Regi: & factus eſt ſermo D'omini ad Gad. prophetam dicens: Vade & loquere ad Dauid, hæc dicit Dominus: Elige vnum de tribus quod vo lueris: aut ſeptem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus menſibus fugies inimicos tuos, aut tribus diebus erit peſtilentia in terra tua.

2. Reg. c. vlt. Prouer. 14. ſecundũ 70. Cum autem Dauid vltimum elegiſſet, miſit Dominus peſtilentiam in Iſrael à mane vſque ad tempus conſtitutũ: & mortui ſunt de populo extra Hieruſalem ſeptuaginta millia hominum. cúmque extendiſſet Angelus manum ſuam ſuper Hieruſalem vt percuteret eam, aperti ſunt oculi Dauid. & videns Angelum exclamauit dicens: Ego ſum qui peccaui: conuertatur obſecro manus tua ſuper me, & contra domum patris mei. Tunc autem pepercit ei Dominus, & iuſſit Angelo vt manum ſuam contineret.

populum numerauit: quo peccato gladius Domini deſæuit in populum. Sed in lata [a] gente gloria regis eſt, in diminutione plebis contritio principis. Qui ergo de numeroſitate ſuæ gentis ſuperbiuit, iure in eius diminutione [b] punitus eſt. ¶ Item paruulos [c] Sodomitarum non excuſauit ignorantia, quin pro paterno ſcelere celeſti igne conſumerentur: ſed igne hoc pœna illis diminuta eſt, quibus ſucceſſio paterni ſceleris eſt adempta. Pariter [d] etiam demonſtratum eſt peccatis parentum paruulos aliquando corporaliter flagellari [e]. Illud idem intelligendum eſt de paruulis, qui peccato Dathan, & Abiron viui deſcenderunt ad inferos. ¶ Item Cham peccante, Chanaan [f] filius eius maledicitur: Giezi delinquente, lepra tranſmittitur ad poſteros. Iudæis clamantibus [Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros] etiam reliquiæ eorum [g] pœnæ mortis Chriſti addictæ [h] ſunt. Achab [i] quoque peccante, poſteri eius [k] regni ſolium amiſerunt: & qui de eius ſemine in regno Iudæ nati ſunt, vſq; ad purgatam labem illius familię, à genealogia Domini ſunt excluſi. Odium quoque Eſau [l] (vt Malachias teſtatur) tranſiuit ad Idumæos. Ex quibus omnibus colligitur, quòd ignorantia peccati non excuſat aliquem. ¶ Sed his exemplis [m] non probantur teneri peccato aliorum; niſi imitatores nequitiæ eorũ. Quicunque enim de ſemine Eſau, & cæterorum ad Deum conuerſi paternam malitiam deteſtati ſunt, non odium, ſed Dei clementiam experti ſunt.

Geneſ. 19. — Num. 6. — Gen. 9. — 4. Reg. 5. — Matth. 27. — 3. Reg. 21. — 1 Hieron. ad c. 2. Matth. — Malach. 1.

a ¶ *In lata.*] hoc ſoluit ſtatim.

b ¶ *In diminutione.*] Argum. quòd in eo punitur quis, in quo deliquit. j. 17. q. 4. frater. j. 16. q. 1. reuertimini. j. duodecima, quæſt. 2. de viro. & ca. qui & humanis. ſ. diſt. 81. valet.

c ¶ *Paruulos.*] hiſtoriam habes 42. diſ. §. 1.

d ¶ *Pariter.*] hic habetur alia reſponſio.

e ¶ *Flagellari.*] licet etiam in eis crimen paternum non timeretur.

f ¶ *Chanaan filius.*] & ideo maledixit Chanaan, & non Cham, quia Dominus benedixit ei: & ideo non fuit auſus ei maledicere: vel ratio in lege eſt, vt ff. quod me. cau. iſti quidem.

g ¶ *Etiam reliquiæ eorum.*] id eſt, iſti addicti ſunt pœnæ ꝓpter mortem Chriſti.

h ¶ *Addictæ.*] j. de pœ. diſt. 3. §. ecce.

i ¶ *Achab.*] Hiſtoria. Iſte Achab fuit Rex Iſrael maritus Iezebel nequiſſimæ mulieris: cuius filiam duxit in vxorem Ioram Rex Iuda filius Ioſaphat: cuius filius nepos & pronepos, ſcilicet Ochozias, Ioas, & Amazias, qui & ipſi ſuccedentes ſibi inuicem reges Iuda fuerunt, in generatione Domini à Matthæo præmittuntur: ſed à Ioram tranſitum facit ad Oziam, qui fuit quartus [a] poſt eum: quia dictum fuit per prophetam, in throno regni quemquã non eſſe ſeſſurum de domo Achab vſque ad quartam generationem. quod intelligendum eſt de merito vitæ: quia tres præcedentes fuerunt reges: ſed tamen mali fuerunt.

a Vñ dic. ꝙ excluſi, i. ꝑtermiſſi à Matthæo in Euangelio: vbi iſti inter alios non cõ numerãtur. Arch.

k ¶ *Poſteri eius.*] Euangeliſta enim trãſitum facit à Ioram vſque ad Oziam: qui fuit quartus [a] poſt eum: quia dictum erat per Heliam prophetam in throno regni quemquam non eſſe ſeſſurum de domo Achab, niſi in quarta generatione. tamen illi tres qui omiſſi fuerunt, bene ſederunt in throno: ſed dicuntur non ſediſſe ex merito vitæ.

l ¶ *Eſau.*] Hiſtoria. Legitur in Geneſi, quòd Dominus Iacob dilexit: Eſau autem odio habuit. Eſau autem dictus eſt Edom: vnde & Idumæi, qui ab ipſo nati ſunt: ad quos teſtante propheta Malachia tranſiuit odium Domini.

l ¶ *Eſau.*] qui alio nomine dicitur Edom. Inde dicuntur Idumæi, quaſi Edomæi.

ADDITIO. Ad iſtos teſtante propheta Malachia tranſiuit odium Domini. Etenim de Eſau legitur ibidem quòd Dominus dilexit Iacob: Eſau autem odio habuit. Arch.

SED HIS. CASVS. Reſpondet illos pro peccatis aliorum puniri, qui ſunt imitatores nequitiæ ipſorum: aliàs non.

m ¶ *Exemplis.*] ſcilicet poſtremis de Cham, Giezi, Achab, Eſau, Ioan. de Fant.

Item vt Ambroſius ait ſermone 11.

CAP. XII.

2 Turbatur [n] nauicula Petri in qua erat Iudas: quia qui ſuis meritis erat firmus, turbatus eſt alienis.

2 j. 24. q. 1. c. non turbatur.

¶ Huius etiam capitis ſentẽtia ſumpta eſt ex ſermone 11. Ambroſij, & libro 5. capit. primo comment. ad capi. 5. Lucæ 1. ipſa autem verba habẽtur. j. 24. q. 1. cap. non turbatur.

Ignorabat autem Petrus peccatum Iudæ. Non ergo ignorantia excuſauit illum. Sed turbatio hæc non peccati coinquinatio, ſed corporalis perſecutio intelligitur: quia meritis maiorum nonnunquam adeo premuntur boni, vt eorum turbetur firmitas. Non itaque his auctoritatibus ſimoniaci probãtur, pro quibus ignorantibus pecunia data eſt. Nõ ergo poteſt probari iſte reus criminis, cuius non habuit conſcientiã.

4 Notandum quoque eſt, quòd non omnis ignorantia [o] aliquem excuſat. Eſt enim ignorantia, alia facti, alia iuris. Facti, alia eſt eius facti, quod oportuit eum ſcire: alia, quod non oportuit eum ſcire. Quod non oportuit eum ſcire, ſicut Apoſtolus ait [Si qs infideliũ vocauerit uos ad cœnam, & vultis ire, quidquid vobis appoſitũ fuerit, comedite, nihil interrogantes. Si quis vobis dixe-

Turbatur nauicula.] CASVS. Adhuc oſtendit quòd iuſtus punitur pro impio, vt Petrus pro Iuda: ſed illa turbatio nõ fuit peccati coinquinatio, ſed temporalis perſecutio, & ita prædictis auctoritatibus nõ probantur ſimoniaci, pro quibus ignorãtibus pecunia data ſit.

n ¶ *Turbatur.*] infra vigeſimaprima, quæſtione prima, non turbatur. infra ſeptima, quæſtione prima, aduerſitas. infra de conſecratione diſtinct. 1. in ſancta.

NOTANDVM. Hæc eſt quarta pars quæſtio. in qua diſtinguit inter ignorãtiam iuris, & facti Ioan. de Fant.

CASVS. Hic innuit Gratia. talem diſtinctionem. Ignorantia alia facti, alia iuris. Facti, quod ſcire non oportet, vt ſi apponatur tibi ignoranti idolothitum ad comedendum: facti, quod ſcire oportet, vt eorum quæ dicta ſunt per ꝓphetas de aduẽtu Chriſti. 1. Cor. 10. Ignorantia iuris, alia iuris naturalis, quę omnibus adultis damnabilis eſt. Alia iuris ciuilis, quæ in damno vitando nulli nocet. In tali caſu, ſcilicet, ſi minor filio familiàs pecuniam dederit mutuam repetit: ſed maior non repeteret. vel ſi talis caſus incidit vt ſucceſſionem ſine iudice diuidas cum alio, quem putabas cohæredem, cum non ſit: vel ſi ſoluas per errorem, vel promittas pecuniam indebitam iure naturali tantùm, vel tam iure ciuili, quàm naturali: ſed in delictis ignorantia iuris nullum excuſat.

o ¶ *Omnis ignorantia.*] " Eſt ignorantia facti, & ignorantia iuris. Ignorantia facti ſemper excuſat, ſiue ignoret de alieno facto, ſiue de proprijs, dum tamen probabilis ſit. Ignorantia proprij facti excuſat, vt 34. quæſt. 2. in lectum. & 1. quæſt. 1. ſi qui à ſimoniacis. magis tamen excuſat error in alieno facto quàm proprio: quia probabilis eſt ignorantia in alieno facto, vt ff. pro ſuo. l. vltim. ſed non eſt veriſimile quòd quis dubitet ſiue erret de proprio facto, vel de propria re, vt C. de reſcinden. vend. quiſquis. Licet autem ſit ignorantia de alieno facto: dum tamen non ſit probabilis, non excuſat, vt 12. quæſt. 2. qui & humanis. 16. diſtinct. quod dicitis. ad hoc autem vt quis probabiliter dicatur errare, non requiritur quòd ſit nimis ſcrupuloſus & diligens & curioſus in inquirẽdo: nec quòd ſit nimis negligens & diſſolutus non inquirendo, vt ff. de iur. & fact. igno. nec ſupina. " Ignorantia iuris, alia eſt iuris naturalis, alia iuris canonici, ſiue ciuilis. Ignorantia iuris naturalis neminem excuſat, quia ibi nihil intereſt in vitio decipere, vel decipi, vt 16. queſtione 1. ſi cupis. & C. de in ius vocand. l. ſecunda. & de hac ignorantia dicitur: Ignorans ignorabitur. 37. diſtinct. §. vltimo. 38. diſtin. qui ea [b]. Ignorantia iuris canonici, ſiue ciuilis neminem excuſat, vt 38. diſt. ſi in laicis. & capit. quæ ipſis. & hoc intellige cum ius tale eſt, quod aliquis de facili per ſeipſum ſcire potuit, vel etiam per alios, dum tamen habuerit copiam iuriſperitorum, vt ff. de iur. & fac. igno. regula. & ff. de bon. poſſeſſ. in bonorum. vbi enim de bona

" Ignorantia ſcilicet facti & iuris.

" Ignorãtia iuris eſt duplex.

b de hac materia no. 27. diſt. in ſumm.

rit [a] *hoc idolis immolatum eſt, nolite comedere* [b].] *Ecce quòd vocatum ad cœnam non oportuit* [c] *ſcire carnes ſibi appoſitas fuiſſe idolis immolatas. Quod oportuit eum ſcire, ſicut ignorantia Iudęorum* [d], *& reliquorum infidelium, qui ea, quæ à prophetis de Chriſto fuerunt prænuntiata, adhuc ignorant eſſe completa: vnde à Iudæis adhuc expectatur venturus. Hæc neminem excuſat.* ¶*Item ignorantia iuris, alia naturalis, alia ciuilis. Naturalis omnibus adultis damnabilis* [e] *eſt. Ius verò ciuile alijs* [f] *permittitur ignorare, alijs non. Iuris ciuilis ignorantia nemini obeſt in damno vitando, ſi negotium* [g] *inde contigerit, vt ſi minor pecuniam dederit filio familiàs* [h] *repetit: in maiore verò quaſi delictum eſt* [i]. ¶*Item ſi ſucceſſionem etiam tibi maiori delatam cum alio, ſine iudice* [k] *diuidas, putans teſtamentum iure ſubnixum, cum non eſſet, ſolidam ſucceſſionem obtinebis: uel ſi id, quod nullo iure debuiſti, aut iure naturali* [l] *non debuiſti, ſed ciuili, tamquam ex chirographo ſoluas, aut promittas, repetis* [m]*: non ita, ſi delictum. Nam ſi putat rem ſuam ſibi per legem licere rapere, incidit in conſtitutionem* A *illam Codicis libro octauo, titulo, vnde vi* [1].

[*Imperator Valentinianus Auguſtus.*]

PALEA C. XIII.

SI quis in tantam furoris audaciam peruenerit, vt poſſeſſionem rerum apud fiſcum, vel apud quoslibet homines conſtitutarum ante euentum† iudicialis arbitrij violenter inuaſerit, dominus quidem conſtitutus, poſſeſſionem, quam abſtulit, reſtituat poſſeſſori, & dominiũ eius † rei amittat: Sin verò alienarum rerum † poſſeſſionem inuaſit, non ſolùm eam poſſidentibus reddat, verumetiam æſtimationem earundem rerum reſtituere compellatur.

† al. aduentum.

† al. eiuſdẽ.

† al. alienã poſſeſſionẽ.

A ¶Conſtitutionem.] *In pleriſque vetuſtis codicibus legitur*, incidit in conſtitutionem, ſi quis in tantam. *reliqua vacant.*

In hoc autem non fuit ignorantia iuris, ſed facti, & illius, quod non oportuit eum ſcire. A reatu ergo criminis eum ignorantia excuſat paterni delicti: quod & ſi oportuiſſet eum ſcire, infirmitate tamen ætatis deprehendere non poterat [n].

QVAESTIO. V.

I. ps

QVod verò [o] *quinto loco quæritur, an liceat ei eſſe in eccleſia, vel fungi ordinatione, quam paterna pecunia eſt aſſecutus, auctoritate Vrbani definitur, qui ſcribens de ſimoniacis ait inter cætera in concilio Placentino, cap. 5. & ſequentibus, itemque in concilio Romano.*

---

de bona fide agitur, non eſt de iuris apicibus diſputandum, vt ff. mand. ſi fideiuſſor. §. quædam. " & hæc vera ſunt niſi ſint milites [a], ruſtici, minores, & mulieres, iſtos enim excuſat iuris ignorantia. Item iuris ignorantia ſi eſt de damno vitando, excuſat: ſi eſt de lucro captando, non, vt ff. eod. iuris. Si quæras ergo quę ſit differentia inter has quatuor perſonas, & inter alias quã tum ad ignorantiã iuris, cum nulli noceat in damno vitando, vt d. l. iuris. dic ꝙ licet omnibus alijs noceat in lucro, non tamen iſtis, aliter non eſſet aliquod ſpeciale in iſtis. Sed tamen not. differentiam inter iſtas quatuor, q̲a non concedo quin mulieribus, & ruſticis noceat in lucro, niſi vbi expreſsè inuenitur, q̄d non [b], nam nocet quãdoque, vt C. eo. ſi emãcipata. & aliàs vbi expreſsè inuenitur. ſed vbi non inuenitur expreſſum, non ſubuenitur eis. Subuenitur enim eis in Velleiano, & in alijs caſibus not. C. eodem. l. vltima. Sed militibus & minorib. vbique ſubuenitur, niſi vbi expreſſum inuenitur quòd non ſit ſubueniendum. Item ignorantia iuris ciuilis, ſiue canonici nocet omnibus in damno vitando vt in temporalibus pręſcriptionibus: quia p̄ſcriptio introducta eſt ad rigorem iuris conſeruandum. idem eſt in conſtitutione, ſi q̲s in tantam. C. vnde vi. Hug.

" Ignorãtia iuris 4. gña perſonarum excuſat.

a Sub. qui ꝓpter rem publ. occupantur ĩ caſtris, quos magis arma vult ſcire imperator q̃ leges. Arch.

b Cum ĩſta gl. concor. l. fi. & ibi Barto. C. de iur. & fa. ig. & Ful. in l. iuris. C. qui adm. & eſt d̄ mente Bar. in l. j. ver. q̃rit. gl. C. de iur. & fa. ig. & plenè per doct. mod. in l. 1. §. nũciatio. ff. de op. no. nũ. poſt Barto. ibi in vlt. col.

1 tit. 4. leg. 7.

a ¶*Dixerit.*] Argument. quòd ad dictum vnius ſtatim aliquis teneatur, & poſſit credere, vt vigeſimaſecunda, quæſtione quarta, innocens. De hoc notatur vigeſimatertia, quæſtione quarta, quàm magnum. & vndecima, quæſtione tertia, non ſolum. in princ.

b ¶*Nolite cõmedere.*] expreſſa ergo nocent, non tacita: argumen. ff. de conditio. & demonſtratio. nonnunquam. & ff. de euict. ſerui venditor. diuerſa eſt enim cauſa voluntatis expreſſæ, & eius quæ ineſt. ff. de verb. obl. eum qui certarum.

c ¶*Oportuit.*] hæc non excuſat, cum ſit iuris naturalis. trigeſimaoctaua, diſtinctione, quamuis.

d ¶*Iudæorum.*] hæc ignorantia iuris etiam dici poteſt, eo ꝙ ignorabant prophetas: quia ſi eos intelligerent, non ignorarent facta eorum, id eſt, Chriſtum natum.

e ¶*Damnabilis.*] " velut de patronis abſque venia impetrata in ius non vocandis ab eorum libertis: nec enim in ea re parcendum eſt ruſticitati, cum naturali ratione huiuſmodi ꝑſonis honor debeatur, vt C. de in ius vocan. l. 2.

" liberti p̃ro nũ in ius ſine venia vocantis ruſticitati parcẽdum nõ eſt.

f ¶*Alijs.*] non in lucro captando, quia in damno vitando omnibus. ff. de iur. & facti ignor. l. iuris ignorantia.

g ¶*Negotium.*] id eſt, ſi errat in contractu: nam aliter eſt in maleficio, in quo nec etiam minor excuſatur [c]. C. ſi aduer. deli. l. 1. & 2.

c Sub. niſi quatenꝰ miſeratio ętatis, &c. ff. de mino. auxilium. Arch.

h ¶*Filio familiàs.*] maiori. nam tunc poteſt repetere. ff. de mino. verum. in fin. Si autem filius familiàs minor eſſet, non repeteret, ſi conſumpta eſſet, vel deperdita. ff. eodem titulo. ſi minor.

i ¶*Quaſi delictum eſt.*] ff. ad Mace. l. 2. & bene dicit, quaſi delictum. nam ſi verè eſſet delictum, nec minori ſubueniretur.

k ¶*Sine iudice.*] ſecus ſi per iudicem. ff. famil. erciſcund. cũ putarem. & hoc cum fidem & confeſſionem eius iudex ſecutus eſt. nam aliàs repetere poſſet. C. de iur. & fact. ign. ſi poſt.

l ¶*Iure naturali.*] cum quis ſoluit indebitum, aut indebitũ eſt iure ciuili tantùm: quale eſt illud quod poteſt per Falcidiam retineri. C. ad leg. Falcid. error. hic ſi per ignorantiam facti ſoluit, repetit. C. de iuris & facti ignorantia. cum quis. C. ad legem Falcidiam. error. " Si per ignorantiam iuris ſoluit, non repetit, vt in legibus prædictis, niſi à minore, vel muliere, vel alia perſona priuilegiata ſoluatur. ff. de ꝓbationib. cũ de indebito. §. ſi aũt & ff. de cõdictione ĩdebiti. interdũ. aliàs indebitũ aut eſt de iure naturali tm̃, quale eſt illud, ad q̄d ꝑ chirographum obligamur, vt ſpe futuræ numerationis, aut indebitum vtroque iure. In his duobus caſibus quacunque ignorantia ſoluat, repetit. ff. de condictione indebiti. indebitam. & ff. de probationibus. cum de indebito. aut per [d] exceptionem tantùm, & tunc ſi temporalis eſt exceptio: dum tamen ſit certum debitum, non repetit [e]. ff. de condictione indebiti. l. ſub cõdictione. lege nã & maritus. Si autem eſt perpetua, & fauorabilis, hic quacunque occaſione ſoluit, repetit. C. ad Velleianum. l. quamuis. ff. de condictione indebiti. l. qui exceptionem. Si eſt odioſa, vel ſciens ſoluit, vel ignorãs. ſi ignorans: aut ius, aut factũ. his duobus caſibus nõ repetit. ff. de condictione indebiti. l. qui exceptionem. aliàs ſi rigore iuris conſeruandi gratia eſt exceptio introducta: hic ſciens ſi ſoluit, non repetit. ff. de condictione indebiti. l. Iulianus. ſi ignorans, repetit, ſecundum Pileum, cum illa exceptio ſit perpetua, & non odioſa. Alij verò contra. nam & poſt ſententiam remanet debitum naturale: quia ſententia de iure ciuili eſt, & ideo ea quæ iuris naturalis ſunt, tollere non poteſt [f]. quare ſi ſoluat, non repetit: argument. ff. de condictione indebiti. l. Iulianus. Si autem dubitatur, an temporalis, an perpetua, hic repetit. ff. de condictione indebiti. l. ſufficit.

" Indebitũ per errorem ſolutum an poſſit repeti.

d Sub. debitũ vtroque iure, ſed indebitum per &c.

e Sub. niſi ſolutũ per errorẽ facti nõ iuris. ff. de cond. inde. in diẽ. ff. mã. fideiuſſor. §. non malè. ſecundũ Io. de Fan.

f Inſt. de iu. nat. §. vlt.

m ¶*Repetis.*] hoc tamen intra biennium, & hoc cum promittit ſpe futuræ numerationis.

n SI quis.] ¶*Poterat.*] & ita dupliciter eum excuſat.

QVod verò.] Hæc quæſtio diuiditur in tres partes. In prima parte probat, ꝙ filij non poſſunt tenere beneficium emptum à patre cum erat puer. Secũda ibi. *hoc autem.* Tertia ibi, *Ex hac.* Io. de Fã.

CASVS. Hic intitulatur quinta quæſtio, qua quęritur an liceat ei eſſe in eccleſia, vel fungi ea ordinatione, quam paterna pecunia eſt aſſecutus ignoranter. De primo caſu quid iuris ſit, dicitur in primo capitulo. De ſecundo dicitur in capitulo, pręſentium.

o ¶*Quod verò.*] Huius quęſtionis duo ſunt articuli. " Primus an liceat iſti eſſe in eccleſia, quã paterna pecunia eo ignorante eſt aſſecutus. Secundus eſt, ſi pater ei nõ emit eccleſiam ſed ordinem, an liceat ei illo ordine fungi. De prima quęſtione dicas, ꝙ poſtquam eccleſiam dimiſit ex gratia poteſt ibidẽ manere, vt j. c. 1. & extra de ſimo. de regularibus. " In ſecunda dico, ꝙ ſi per patris pecuniam adeptus eſt ordinem, ita tamen quòd ſimonia non fuit in ordinante, poſtquam ordini renuntiat,

" Eccleſiã à p̃re emptam vtrũ q̲s poſſit retinere.

" Ordine quẽ p̃r emit an quis poſſit fungi.

¶De paruulis, qui cupiditate parentum, eccleſias emunt.

C A P. I.

1 Anſel. l.7. c.109. C.5.

1 QVicunque ſanè cupiditate parentum, cum adhuc paruuli [a] eſſent, eccleſias, vel eccleſiarum partes [b] A per pecunias adepti ſunt, poſt quàm eas omnino dimiſerint, ſi canonicè in eis viuere voluerint pro magna [c] miſericordia ibidem eos eſſe concedimus [d]: neque pro hoc facto à ſacris ordinibus remouemus, ſi aliàs digni inueniantur. ¶ 2 Illi verò, qui per ſeipſos, cum iam maioris eſſent ætatis, nefanda ducti cupiditate eas emerunt, ſi in alijs [e] eccleſijs canonicè viuere voluerint, ſeruatis proprijs ordinibus pro magna miſericordia, [f] ibi eos miniſtrare permittimus. Quòd ſi ad alias fortaſſis transferri non potuerint, & in eis canonicè viuere promiſerint, minoribus ordinibus contenti ad ſacros ordines [g] non accedant, ſalua [h] tamen in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate. ¶ 3 Si qui tamen ante emptionem [i] catholicè ordinati ſunt, cum ea, quæ emerũt, dimiſerint, & vitam canonicã egerint, in ſuis gradibus permittantur [k]: niſi [l] fortè eiuſmodi eccleſia ſit, vt ibi primum [m] locum debeant obtinere. Primum enim, vel ſingularem, vel præpoſituræ B locum in emptis [n] eccleſijs eos habere non patimur.

2 C. 6.

3 C. 6.

A Partes.] *In concilio ipſo legitur*, beneficia. *ſed ob gloſſam non eſt emendatum.*

B ¶ Præpoſituræ.] *in concilio ſubiungitur*, vel officij.

2 *Hoc autem eum non in præiudicium canonum, ſed ex miſericordiæ diſpenſatione dixiſſe, ex epiſtola eiuſdem colligitur miſſa Vitali presbytero in hæc verba.*

¶In dignitate ſeruanda ſimoniacis miſericordia poteſt impendi, ſi eos vita commendat.

C A P. II.

EOs, qui eccleſiam emerũt, ſi perſona talis fuerit, quã vita commendet, videlicet, vt in canonijs †, vel monaſterijs regulariter viuant, in ſui honoris officio, miſericorditer condeſcendendo, miniſtrare concedimus, abſque tamen [o] ſanctorum canonum præiudicio.

† al. canonicis.

¶ *In libro manuſcripto decretorum Pontificum hic canon citatur ex Nicolao ad Vitalem pretbyterum Truuienſem.*

3 *Ex hac itaque auctoritate colligitur, quòd ignorantia tales excuſat à reatu criminis, vt ſuprà dictum eſt, non à fructu emptionis, cum in eccleſijs, quas parentum pecunia adepti ſunt, non niſi, poſtquàm eas omnino dimiſerint* [p], *& ex miſericordia, ibidem eis eſſe conceditur. In quo patet, quòd & ſi illis ignorantibus ſimoniæ peccatum ſit admiſſum, fructum tamen paternæ emptionis reportare* [q] *non poſſunt. Quòd verò à crimine excuſentur, hinc patet, quia pro hoc facto à ſacris ordinibus non remouentur: Si enim illius criminis participes eſſent, ad ſacros ordines conſcendere non poſſent. Illud idem intelligendum eſt de eo, qui per pecuniam eſt adeptus ſacerdotij dignitatem, non epiſcopo, ſed cuidam ex principib. eius datam: vtroque tamen, ordinatore videlicet & ordinato, hoc ignorante.*

Vnde Vrbanus ſecundus ſcribit Alberto Metenſi Epiſcopo.

¶De quodam, pro quo incuria parentum pecuniam dedit non epiſcopo, ſed vni principum eius.

C A P. III.

PRAESEN-

---

nuntiat, poteſt eodem ordine ex miſericordia fungi, vt j̃. ea. c. vlt. ſi autem ipſe dedit, vel ſimoniæ conſcius fuerit, tunc diſtinguitur, aut accepit ordinem vel dignitatem aliquam, vel aliquod beneficium eccleſiaſticum. ſi ordinem, vel prælationem, deponitur, nec debet ſecum diſpenſari, vt s̃. ead. q. 1. erga. & c. ſi quis neque. & j̃. q. 7. ſi quis omnem. & ca. requiritis. ſi verò eccleſiam, vel præbendam, vel ſimile beneficium, de iure deponitur, vt s̃. ea. q. 1. presbyter. ſed ex diſpenſatione poſt renuntiationẽ poteſt in eodem beneficio manere, vt j̃. cap. prox. Ioan.

QVicunque.] C A S V S. Hoc capit. diuiditur in tres partes In prima dicitur quòd quidam paruuli fuerũt quibus ignorantibus parentes emerunt eccleſias, de quibus dicit Vrbanus, ꝙ poſt renũtiationem poſſunt ex miſericordia in eiſdem eccleſijs tolerari, & à ſacris ordinibus propter hoc non debent repelli. In ſecunda dicitur quòd qui adulti ſibimet emerunt eccleſias, illis repudiatis de miſericordia poterunt in alijs ſuis ordinibus miniſtrare. quòd ſi ad alias tranſire non poterunt, in eis de miſericordia poterunt in minoribus ordinibus miniſtrare: ita quòd ad maiores non aſcendãt. In tertia dicitur, quòd ſi ante canonicè ordinati, poſtea eccleſias emunt, eis dimiſſis in eiſdem poterunt de miſericordia tolerari: ſed in eis prælaturas non habebunt. Secunda pars incipit ibi. *Illi verò*. Tertia ibi, *Si quis tamen.* Seq. §. cum ſeq. c. patet.

a ¶*Paruuli.*] hic præſumitur pro ætate. s̃. q. 4. placuit.

b ¶*Partes.*] id eſt p̃bendas. & ſic non eſt contra. 21. q. 2. ſicut. extr. de præb. maiorib.

c ¶*Pro magna.*] & de iure: cum enim non peccauerint iſti, non ſunt priuandi ordinibus ſuis. arg. j̃. §. ex hac.

d ¶ *Concedimus.*] vt & primũ locũ ibi obtinere poſſint, & illud, ibidem, non reſpicit niſi quod ſequitur in fi. ſecundum vnum intellectum.

e ¶*Si in alijs.*] hic præſumitur contra ætatem, vt j̃. ea. q. 7. qui in qualibet. s̃. diſt. 81. valet. contra. s̃. ea. q. 1. ſi qui à pſeudoepiſcopis. ſed ibi illam eccleſiam licitè fuerat adeptus.

f ¶*Magna miſericordia.*] nam ex rigore iuris omnino deponi deberent, vt s̃. ea. q. 1. presbyter. & 7. q. 1. præſentium. & cap. ſancitum eſt. & verè de miſericordia, nam de iure non poteſt: & ideo hac miſericordia digni ſunt qui alieno laborant vitio. C. de nat. lib. l. legem.

g ¶*Ordines.*] id eſt, ad miniſterium ſacrorum ordinum, quos tamen poſt emptionem eccleſiæ receperãt, & ita grauatur eorum pœna in eccleſiarum emptione.

h ¶*Salua.*] vt ſcilicet Papa poſſit diſpenſare ſi velit, vel hãc reuocet, ſi iterum ei videbitur expedire.

i ¶*Ante emptionem.*] arg. " ſuperueniens delictum, vel nouam cauſam, non vitiare legitimè factũ. 30. q. 1. noſſe. & c. dictum. & s̃. diſt. 55. præcepta. 32. q. 7. c. 2. qui j̃. ea. q. 7. ſi quis omnem. contra.

" Delictum ſuperueniẽs non vitiat legitimè factum.

k ¶*Permittantur.*] in eadem eccleſia. hæc eſt differentia inter iſtum caſum, & ſecundum.

A D D I T I O. Ad hoc ff. de verb. ob. pluribus. §. vlt.

l ¶*Niſi.*] iſtud, niſi, reſpicit duos articulos. nam in primo caſu bene poteſt ex diſpenſatione ſingularem locũ obtinere, ſed malè dicit qui hoc dicit: nam cum vltimo magis diſpenſatur quo ad executionem ordinis, quàm cum medio. vnde iſtud, niſi, refertur ad primum membrum c. Ego cum H. dico, ꝙ iſtud, niſi, reſpicit omnes tres caſus prædictos. nam in nullo ipſorum primum, vel ſingularem locum in empta eccleſia poterit obtinere, vt in fi. c. dicitur manifeſtè Phi. additio eſt.

m ¶*Primum.*] ar. ext. de ſi. ex inſinuatione. & intelligũt quidam hoc tantùm de prælatione. H. intelligit de qualibet dignitate, quia nec archipresbyter, nec decanus.

n ¶*In emptis.*] ſi. 12. di. nos cõſuetudinem.

HOC AVTEM. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua dicitur, ꝙ de rigore debent deponi ſimoniaci quocunque modo. Io. de Fan.

o EOs qui.] ¶*Abſque tamen.*] s̃. diſ. 55. priſcis. quaſi nõ de iure communi, ſed ex diſpenſatione.

EX HAC. Hæc eſt tertia pars quæſtio. in qua dicitur, ꝙ ſi ordinatus fuerit inuitus ſimoniacè eo ignorante, cũ eo diſpẽſatur. Io. de Fã.

C A S V S. Infert Gratia. ex illa auctoritate, quicunque, ꝙ ignorantia excuſat tales, cum poſſint ad ſacros ordines aſcendere, ſed à fructu emptionis non excuſantur. Idem intelligitur de eo, qui ſacrum ordinem habuit per pecuniam, eo & ordinatore ignorantibus.

p ¶*Dimiſerint.*] hoc idem habes ext. de ſimo. de regularibus.

q ¶*Reportare.*] nã ex alieno dolo alius lucrum reportare nõ debet. ff. de eo per quem fa. erit. l. vlt. 1. reſp. & hoc verum eſt, niſi in caſu. extr. de ſimo. nobis ſcilicet per fraudem alterius.

PRæſentium. C A S V S. Data pecunia cuidam amico, vel familiari principi epiſcopi, quidã ordinatus eſt presbyter ab epiſcopo vtroque ignorante pecuniam eſſe datam, qui presbyter

ſbyter ex quo factum cognouit, rogauit epiſcopum vt eũ deponeret. vnde Papa epiſcopo ſuper hoc conſulenti reſcribit dicens, ꝙ ex miſericordia (licet de rigore deberet deponi) toleretur in eodem ordine: & ſi eccleſia in qua deſeruit, non habet penuriam ſacerdotum, à ſacerdotali officio ceſſet. Sed ſi vtilitas eccleſiæ exegerit, vt locum regiminis accipiat, poterit de licentia epiſcopi ſacerdotale officiũ exercere.

tium [a] portitorem quem parẽtum incuria [b] per pecuniam non epiſcopo, ſed cuidã [c] principum eius datam, inuitum [d] ſacerdotij dignitatẽ obtinuiſſe ſignificaſti, licet ſancti canones deponendum eſſe teſtentur, tamen, quia culpam [e] iſtã [f] neſciens, & coactus commiſit, & quia ab eodem ordine vt deponeretur, ſupplicauit [g] vltroneus, ex conſideratione diſcretionis (quæ mater eſt omnium virtutum) magis, quàm ex rigore canonum, miſericordiæ viſcera adhibẽdo, ipſum in eodẽ ordine eſſe fraternitati tuæ conſulimus: ita tamen, vt ſi †ecclesia illa cui deſeruit †, ſacerdotum penuriam non patitur, ſuſpenſus à ſacerdotali officio permaneat: Quòd ſi fortaſſe eccleſiæ vtilitas exegerit, vt curam regiminis aſſumat, liceat ei ex conceſſione ſui epiſcopi, fratrumque [h] obedientia ſacerdotali officio fungi.

† al. quia.

† al. deſeruiuit.

a ¶ *Præſentium.*] tria pro iſto faciunt: coactio accipiendi illum ordinem, ſcilicet ſacrũ, ſpontanea confeſſio, renũtiatio. Duo faciũt contra, deteſtatio criminis, & diſciplina eccleſiaſtica.

b ¶ *Incuria.*] id eſt, negligentia, vel ſtultitia, vel ignorantia iuris.

c ¶ *Cuidam.*] idem ſi epiſcopo. ſ. ead. q. 1. ſtatuimus.

d ¶ *Inuitum.*] id eſt coactum à parentibus, vel inuitum poſtquã ſciuit.

e ¶ *Culpam.*] not. ſermonis improprietatẽ. nam exponitur, culpã id eſt, defectum. ſ. diſt. 56. cap. vlt.

f ¶ *Iſtam.*] hic collige rationẽ, cum quis obijcit aliquid eſſe culpam, non ꝙ culpa ſit, ſed ſolet eſſe. ſic 15. q. 1. cap. mulier.

g ¶ *Supplicauit.*] vnde mitius cum eo agẽdum fuit. j. 12. q. 1. nõ dicatis. ſ. diſt. 50. quia te. C. ne tut. vel cura. vec. conducant. l. vna. Sed nonne malè rogabat, “cum depoſitum ſequatur infamia. ff. de his qui notan. infam. l. 2. §. ignominię. nec etiã quis deponi debeat niſi pro maximo crimine. 81. diſt. Apoſtolus. Dic ergo, rogauit vt deponeretur, id eſt, ab executione ſuſpenderetur,

“ Infamia ſequitur depoſitum.

1 ead. q. 1.

h ¶ *Fratrumque.*] & ſic epiſcopus in tali caſu diſpenſare non põt ſine conſenſu & auctoritate fratrum. arg. 15. q. 7. epiſcopus nullius. nam in omni diſpenſatione conſenſus capituli requirendus eſt. præterea per c. iſtud. not. diſpenſari circa ſimoniam commiſſam in ordine. nam ſi ipſe ordinatus dedit pecuniam vel alius: dum tamen det epiſcopo, non poterit epiſcopus hoc caſu diſpenſare. & hoc notauit cum dixit, non epiſcopo. q. d. ſecus ſi epiſcopo eſſet data. vnde ſtrictior erit epiſcopi poteſtas diſpenſandi in ſimonia commiſſa in ordine, quàm in beneficio. ſ. ead. q. cap. 1. ſed hoc non admitto “ vñ dico, ꝙ ſiue ſimonia fuerit commiſſa in ordine, ſiue in beneficio, dum tamen epiſcopo fuerit data pecunia, quòd epiſcopus non poſſit diſpenſare: ſed in hoc dico eſſe differentiã, ꝙ ſi epiſcopo data fuerit pecunia pro beneficio: tunc non epiſcopus, ſed quilibet ſuperior poſſit diſpenſare ſiue in illo beneficio, ſiue in alio, ſecundum eum modum qui traditur. ſ. ea. c. 1. Sed ſi fuerit epiſcopo data pecunia pro ordine, tunc non poſſit ſecum diſpenſari niſi à ſolo Papa [a], vt ſuprà quæſtion. prima, erga. & capit. ſi quis neque. & infrà quæſtion. 7. ſi quis omnem. & capit. requiritis. Illud autem expeditum eſt, quòd epiſcopus vel capitulum poteſt diſpenſare cum eo qui ignoranter eſt adeptus beneficium etiam ſimoniacè. vt ext. de ſimo. ex inſinuatione. Ioannes. Quid autem iuris hodie ſeruetur, dixi per decre. ſuprà quæſtio. 3. multis. in vlt. gloſſ. B.

“ Eps an diſpẽſare poſſit in ſimonia ordinis vel bñficij.

a Rayn. dicit cũ eo q recipit ſimonia cũ bñficiũ, poſtquã reſignauit in executione! ordinis poſt legitimã pœnitentiã pt eps ſuus ſi ab illo ſit peccato immunis, alioquin metropolitan° debita diſcretione adhibita in pœnitentiali iuditio diſpenſare. A.

QVAESTIO. VI.

QVid verò [i] de his fieri debeat, qui ignoranter à ſimoniacis ordinati ſunt (quod ſexto loco quæſitum eſt) ſupra, in capitulo videlicet Vrbani, quod ſic incipit [[1] Si qui à ſimoniacis, &c.] requiratur. Nunc autem [k] de illis quæritur, qui non pro ordinatione pecunias offerunt, ſed pro electione, vel vt decretum electionis fiat, vel vt ſubſcriptione firmetur, vel vt electioni non reſiſtatur, aliquibus præmia largiuntur. an eorum electio vitioſa ſit iudicanda. Non enim videntur Spiritus ſancti donũ emere, qui non pro conſecratione, ſed pro electione munera largiuntur; cũ nullius ſpiritualis gratiæ aliquos faciat electio participes. Sed ſicut eccleſiaſticarum rerum [l] emptores ſimoniaci iudicantur, quia eccleſiaſticis officijs ita adiunctæ ſunt, vt alterum ſine altero alicui non proueniat, ita quia per electionem [m] venitur ad conſecrationem, perinde ſimoniacus habetur, qui pro electione [n] præmia largitur, ac ſi pro conſecratione munera dediſſet.

Vnde Symmachus ſcribit Cæſario Epiſcopo epiſt. 1. cap. 5.

¶ De ijs, qui muneribus ordinationem faciunt.

CAP. I.

2 SIquis autem epiſcopatũ deſiderat, data pecunia [o] potentes perſonas minimè ſuffragatrices [p] adhibeat: nec ad decretum ſibi faciendum clericos, vel ciues ad ſubſcribendũ [q] adhibito cuiuslibet generis timore [r] compellat, vel præmijs quibuslibet exhortetur.

1 Pol. l. 2. ti. Anſ. l. 6. ca 69.

Item Gregorius Salonæ. † conſiſtentibus, lib. 5. epiſt. 26.

† al. Salonis

¶ Simoniacus eſt, qui, vt eligatur, præmia largitur.

CAP. II.

3 EGo autem & veſtræ dilectioni prouidens, & meæ animæ omnipotẽtis Dei iudicium pertimeſcens, eiuſdẽ Maximi [f] cauſam ſubtiliter exquiri [t] deſidero, ſi nullis criminibus preſſus, quæ ſacro ordini contradicunt, ſi non per ſimoniacam hæreſim, id eſt, prẽmia quibuſdam ſe eligentibus præbendo ad ſacerdotale pertingere officium conatur. Tũc enim liber pro vobis apud Dominum interceſſor erit, ſi non obligatus de ſuis, ad locum interceſſionis [u] venerit.

3 Anſel. l. 6. c. 76. Pol. l. 2 tit. 3.

Item Gregorius Syagrio Epiſcopo Auguſtudunenſi, & alijs epiſcopis, lib. 7. epiſt. 110.

¶ Sicut ordinatio, ſic electio, vel conſenſus ſine venalitate debet præferri.

CAP. III.

4 SIcut is, qui inuitatus renuit dignitatem, eſt promouendus: ſic qui ſe ambitioſe ingerit,

4 Anſel. l. 6. c. 79. Pol. l. 2 tit. 1.

i QVid verò.] CASVS. Hic intitulatũ ſexta quæſtio. Sed quia hæc quæſtio expedita eſt ſ. ea. quæſt. 1. ſi qui à ſimoniacis. ideo ponit hic incidẽtẽ qõnẽ qua q̃ritur de illis q. dãt pecuniam non pro ordinatione, ſed pro electione, vel vt decretum fiat electionis, vel vt confirmetur, vel vt non reſiſtatur electioni. Et dicit Gratianus, ꝙ tales iudicandi ſunt ſimoniaci, ſicut illi q. pro cõſecratione pecuniã dant.

i ¶ *Quid verò.*] Hæc q̃ſtio determinata eſt per ca. quod G. inducit. ſ. q. 1. ſi qui à ſimoniacis.

k ¶ *Nunc autem.*] hic ponit incidentem quæſtionem, quę dubia non eſt.

l ¶ *Rerum.*] ſ. q. 3. ſi quis obiecerit.

m ¶ *Per electionem.*] ſ. diſt. 40. ſicut viri.

n ¶ *Electione.*] ſimi. j. 15. q. 3. ſanè.

SIquis.] CASVS. Statuitur in hoc ca. vt nec aliquo timore, nec aliquo pretio, nec potẽtum ſuffragio epiſcopus confirmetur, aut electioni ſubſcribatur.

o ¶ *Pecunia*] j. 18. q. 2. cap. 1.

p ¶ *Suffragatrices.*] ſ. ead. q. 1. eſtote. j. 16. q. 7. ſi quis epiſcopus. ſ. diſt. 55. nullus.

q ¶ *Ad ſubſcribendum.*] ſcilicet cum patrini ſunt: vel hoc cum ſpecialiter vocãtur laici ad electionem. 63. diſt. Hadrian°. Vel dic, ꝙ factum prohibet, nõ ideo dicit, quòd de iure ſubſcribere debeant ciues. argu. extra de elect. c. 1. ſubſcribere tñ debent ciues nõ vt eligentes, ſed vt conſentientes, vt j. 7. q. 1. eps de loco.

r ¶ *Timore.*] ſed nunquid timor inducit ſimoniam? Dico ꝙ non [b], “peccat tamen mortaliter qui per timorem obtinet beneficium. argu. contra. ſ. q. 3. res eccleſiæ. & eſt arg. ꝙ non tantùm timor mortis, vel cruciatus corporis, ſed etiam timor verborum vitiat electionem. arg. 23. q. 8. conuenior. Io.

b Idem dñt hic Lauren. Ber. & Io. de Fan.

“ Bñficiũ p timorẽ obtinens peccat mortaliter.

EGo autem.] CASVS. Quidam nomine Maximus electus fuit in epiſcopum, de quo Papa conſultus reſpondet deſuper, ꝙ iuſte poterit pro vobis apud Deum intercedere, ſi non ſit ſimonia vel alijs criminibus detentus, & obligatus, vnde de hoc inquiri deſiderat.

f ¶ *Maximi.*] de iſto agitur. 2. q. 5. quanto. 63. di. Salonitanę.

t ¶ *Exquiri.*] tunc tenetur prælatus inquirere, cum ad eum peruenit clamoſa quærelatio. ext. de ſi. licet Heli.

u ¶ *Interceſſionis.*] j. 3. q. 7. in grauibus. 25. diſt. c. vlt.

SIcut is qui.] CASVS. Dicitur hic ꝙ ſicut is, qui inuitatus renuit dignitatem, eſt promouendus: ſic qui ſe ambitioſe ingerit,

ingerit,eſt repellendus. Vñ ſtatuit Greg. vt in ſacerdotib.ordinandis,& eligendis oïs venalitas ceſſet,& oẽ ſuffragium venditorũ.Sequens §.planus eſt,& multũ vtilis eſt,& per te videbis.

a ¶*Renuit.*] dum tamen non eſſet perſeuerans, quia ſi ſemper eſſet inuolũtarius nõ eſſet cogẽdus,vt 74.di.iſta. ſed faciẽdũ eſt,vt de nolẽte fiat volens[a], & ſic licitè ordinatur,vt 23.q.4.diſplicet.40.diſ.ante omnia.8.q.1.in ſcripturis. & 16.q.1.vos autem.

a De hoc 7.q.1.ſcias ib. videas. & ci eps d̃ loco.

b ¶*Refugit.*] ſed mirum eſt,quod hic dicitur,ꝙ fugere debet, cũ alibi dicatur: Qui epiſcopatum,&c.vt 8.q.1. qui epiſcopatum,&c. nam ſi illud gerit in animo, & aliud exterius indicat, peccat. Nã ita mentitur quis ſimulatis operibus ſicut ore[b]. 22.q.5.cauete.&ꝙ peccet.patet 22.q.2.cum humilitatis. Dicunt q̃dam, ꝙ iſtud mẽdaciũ nõ eſt mortale,licetnõ ſit benignitatis, vel iocoſitatis,q̃a caret dolo, & iõ non eſt mortale. Dico ꝙ iſte dẽt eſſe nolẽs,& dẽt fugere,i.timere ne fortè non ſit ſufficiens, vt 40. diſt.ante omnia. vnde metiri debet vires ſuus.5.q.1.nõ eſt putanda. Vel dic,ꝙ intelligitur fugere qui dignus eſt,ſi ſe non ingerit: qui quæritur, & non quærit.

1 Anſel.l.6. c.80.

b Mẽtiturqs opib. & ore. c.ad hoc. de conſ. diſt. 2. reuera.in fi.

c ¶*Vel importunè.*]nã epipſo,ꝙ ſe ingerit, eſt ſuſpectus. ff. de procu. quæ omnia. idem in tutore. ff. de teſt. tut. ex ſententia.“arg.contra, ꝙ quis põt petere honorem. ff. de decur. l. eos. & pecuniã pro eo dare.ff.de off.pt. Barbarius. arg.8.q.1.qui epatum. ff. de mu. & ho. reus. Ad has leges reſpondent quidam, ꝙ publicè peti poteſt, nõ in occulto. Alij, vt Py. dicunt, ꝙ meritis poteſt quis petere, aliàs non, quia lex Iulia de ambitu non habet locum Romæ[c].ff.ad leg. Iul. de ambi. l.1. Vel dic, ꝙ quondam à populo potuerunt peti: modo verò ab imperatore.vel aliud in dignitatibus ſecularibus,vnde & militia ſecularis emi poteſt. ff. de act. emp. l. creditor.§.inter venditorem. Multum contradicit ſolutioni huic ext.de ſi.nobis.vbi ſemper nocet datio pecuniæ,niſi cum data eſt ab aduerſario.Sed ideo hic excuſatur, quia nihilominus erant eũ electuri.ſic extra ea.& ſi q̃nes.& hoc tenet H.

“ Honor an peti poſſit.

2 Deuſd.p.2. &4.Anſ.l.8. c.39.

c De hoc ẽt not.82. diſt. presbyter. i gl.& ita,&c.

nuit[a] quæſitus refugit[b], ſacris eſt altaribus admouendus, ſic qui vltrò ambit, vel importunè[c] ſe ingerit,eſt proculdubio repellendus. Nam qui ſic nititur ad altiora conſcendere,q̃d agit, niſi vt creſcendo decreſcat, & aſcendendo exterius, interius ad profunda deſcendat? 1 Itaque fratres chariſſimi,in ſacerdotibus ordinandis ſinceritas vigeat: ſit ſimplex ſine venalitate conſenſus, pura præferatur electio,vt ad ſũma A ſacerdotij non ſuffragio venditorum prouectus, ſed Dei credatur eſſe iudicio.

A ¶Summa.] *In vulgatis codicibus legebatur,* ad ſummum ſacerdotij, vel Pontificij. *Emendatus verò eſt hic locus ex originali, Anſelmo, Polycarpo, & pleriſque vetuſtis Gratiani exemplaribus.*

Si autem pecunia promiſſa fuerit, vel ſoluta, electo, vel ordinato penitus ignorante, nec eo modo ad electionem, vel ordinationem peruenerit, ei nullatenus obeſſe videtur, nec ad reatum criminis pertinet, cuius conſcientiam non habuit, nec ad electionis, vel ordinationis caſſationem, ad quam aliàs non per prauam illorũ cupiditatem perueniſſe docetur.

QVAESTIO VII.

1 ps

Nunc autem de ſeptima quæſtione tractandum eſt, an renuntians ſuæ hæreſi ſit recipiendus[d] in epiſcopali dignitate.

De his ita ſcribit Cyprianus, lib. 2.epiſtola prima.

¶ Qui redeuntes ab hæreſi in ſuis ordinibus recipiantur.

CAP. I.

2 SI qui presbyteri, aut diaconi, qui vel in eccleſia catholica prius ordinati fuerint, & poſtmodum perfidi, ac rebelles contra eccleſiam ſteterint, vel apud hæreticos à pſeudoëpiſcopis, & antichriſtis contra Chriſti diſpoſitionem profana ordinatione[e] promoti ſint, & contra altare vnũ atque diuinum, ſacrificia foris falſa, ac ſacrilega offerre conati ſint, eos quoque hac conditione ſuſcipi conuenit B cũ reuertuntur, vt communicent laici †, & ſatis habeant, quòd admittuntur ad pacem, qui hoſtes pacis extiterint, nec debere eos reuertentes ea apud nos ordinationis, & honoris arma retinere, quibus[f] cõtra[g] nos rebellauerint.

B ¶Conuenit.] *In originali non eſt verbũ iſtud, ſed loco ipſius hæc huic capiti antecedunt.* Addimus planè, & adiungimus frater chariſſime, cõſenſu, & auctoritate communi, vt etiam ſi qui presbyteri, &c. *Multa verò in hoc capite ex ipſo B. Cypriano ſunt emendata.*

Item ex ſeptima ſynodo.

¶De ijs, qui pro muneribus ordinationem faciunt, & qui redeuntes ab hæreſi, in ſuis ordinibus recipiuntur.

CAP. II.

3 SI quis C omnem[h] traditionẽ eccleſiaſticam ſcriptam, vel non ſcriptam violat, anathema ſit. ¶ Omnis D epiſcopus, vel presbyter, aut diaconus cõuictus, quòd pro muneribus ordinationem dederit, vel acceperit, à ſacerdotio[i] cadat. ¶Sed dicunt fortaſſe q̃dam, quia pœnitentiam agi-

ipſa pietas.“ Sunt tñ quidã caſus,in quibus eccleſia non conſueuit diſpenſare, quos no.j̃.9.q.1.in ſumma. Et determinatur hæc quæſtio.j̃.ea.§.ex hac auctoritate.Io.

“ Eccleſia diſpenſat in aliqb. caſib.

S*I qui presbyteri.*]CASVS. Dicit in hoc ca.Cyprianus, ꝙ ſi clerici in eccleſia catholica ordinati, poſtea hæretici facti eccleſiæ reſtiterunt,vel apud eos promoti fuerunt, ſi reuertantur ad eccleſiam, ad laicã tñ cõionẽ admittãtur,vt non retineant arma,q̃bus contra nos rebellauerunt.

e ¶*Ordinatione.*]j̃.23. q.4.ipſa pietas.contra. ſed illud ex pietate matris eccleſiæ, iſtud de rigore paternæ diſciplinæ. & ad hoc facit 50. diſt. vt conſtitueretur.

f ¶*Quibus.*] nota puniri aliquem in eo, in quo deliquit.arg.12.q.2.qui & humanis.

† al.laicis.

g ¶*Cõtra.*] arg. “ꝙ ſi clericus bñficiatus eſt in duabus eccleſijs, nõ pt̃ præſtare patrociniũ vni cõtra aliã[d].arg.96. diſt. ſi Imperator. 3.q.1.nulli. ſi tñ habet adminiſtrationẽ in vna, poterit contra aliã ſtare[e].ar.ff. de in ius voc. quęſitum. & 3.q 7.§.ſi contra.in fi.Ioan.

“ Clericus duas habẽs eccleſias, vnã cõtra alterã ſuſtinere non dẽt.

d Adde no. in l.quiſquis C.de poſtu.

e Facit eñ hoc neceſſitas officij.ff. de his quib. vt ind. tutore, cũ ſimil.

S*I quis omnem.*]Hoc capit. ſeptem habet partes. In prima 7. ſynodus præcipit omnẽ traditionem eccleſiaſticam ſcriptam, vel non ſcriptam obſeruari. In ſecunda dicit, ꝙ clericus conuictus de ſimonia deponatur ab ordine. Tertiò rñdet tacitæ obiectioni: q̃m quãuis Deus indulgeat peccatorib.p pœnitẽtiã,nõ tñ reſtituit primã prærogatiuã. q̃d probat exẽplo Dauid & Manaſſe, & quorũdã aliorũ. qb. Deus indulſit, & tñ nõ ſunt poſtea ſacerdotes facti. Quartò oſtendit lapſum in fornicationẽ poſt baptiſmũ à promotione repelli. Quintò replicat de ordinatione,quam ſimoniacã

3 Ex actione 1. in 7. anathemat. Deuſd.p.2. Iuo par.4.c. 198.Ex epi. Taraſ.ad Io. Iuo p. 5.ca, 121. Anſ.l. 6.c.87.

ſ.dixit,vt addat de electione loci religioſi. Sextò ꝓhibet epm eſſe percuſſorẽ.Septimò prohibet eccleſiam,vel ordinẽ p ſecularẽ ptãtem obtineri.Secunda pars eſt ibi, *Omnis*. Tertia ibi, *Sed dicunt*.Quarta ibi,*Et ſi in fornicationem*. Quinta ibi, *Itẽ epm*.Sexta ibi,*Similiter pcuſſor*.Septima in fi.c.&prima,i pri. CASVS. Intẽdit 7.ſynodus ꝓbare, ꝙ licet p pœnitẽtiã ſubueniatur cuilibet peccatori:tñ poſt pœnitẽtiam non põt de iure ꝓmoueri.imò ſi poſt peccatũ ꝓmotus eſt,vel poſt promotionẽ peccauit,deponẽdus eſt.& dicit hoc regulare fuiſſe tam ante inſtitutionẽ baptiſmi q̃ poſt. & hoc probat exẽplis tã veteris teſta. q̃ noui. & hoc ſonat litera illa:nullum tamen eorum qui ante baptiſmum,&c. nã illi qui ante baptiſmum peccant, promoueri poſſunt,vt expreſſum eſt 26. diſ.deinde.

h ¶*Omnem*.id eſt,aliquam de omnibus.ſi.15.q.1. mulier.

i ¶*A ſacerdotio.*]arg.“ꝙ legitimè factũ ſuperueniẽte delicto irritatur.j̃.27.q.2. qui dormierit.j̃.30.q.1.de eo. & c.ad limina.cõtra ſ.e.q.5.c.1.cõtra j̃.32.q 7.c.hi q.& c.neq; cõtra ſ. di. 94.ſi qs.j̃.25.q.2.ſi q epi.j̃.17.q.4.fr.j̃.12.q.2. q & humanis.

“Factũ legitimè irritatur delicto ſupueniẽte.

i ¶ *A ſacerdotio.*] id eſt, eccleſiaſtica dignitate, vt ſuprà ead.

N*Vnc autem.*] Hæc quæſtio diuiditur in ſeptem partes in quarum prima probat duabus auctoritatibus,ꝙ non eſt cum talib.diſpenſandum. Secunda ibi,*Conuenientibus*.Tertia ibi, *Ex hac*. Quarta ibi,*Niſi rigor*.Quinta ibi,*Ecce quibus*. Sexta ibi, *Breuiter*. Septima ibi,*Sancimus*.Io.de Fan.

CASVS. Hic intitulatur ſeptima quæſtio,qua quæritur, an renuncians ſuæ hæreſi ſit recipiendus in epiſcopali dignitate.Et idem intellige de quolibet ordine: & certè de rigore iuris ſunt deponendi,ſed ex diſpenſatione tolerandi, niſi in caſibus qui conſueuerunt notari.9.q.1.in ſumma.

“ Eccleſia diſpenſar in aliquib. caſibus.

d ¶*Recipiendus*] non de iure,ſed de diſpẽſatione,ſic 23.q.4.

ead.q.1. qui per pecuniam.

a ¶*Indulget.*] de pęn. diſt.1.c.verbum.

b ¶*Pœnitentiam.*] Et adeo hoc verum eſt, ꝙ ſi quis ēt perueniat ad ſummum malorū, ſubueniatur ei ꝑ pœnitentiā, vt de pę. di.3. talis. nam in quacunque hora ingemuerit peccator,&c.nec tibi dico ſepties,&c.de pœ. diſt.3. adhuc inſtant.

Act. 13.

c ¶*Et quod dixerit.*] & ita ſynodus inducit hanc auctoritatem ac ſi primò peccaſſet Dauid, & poſtea Dn̄s dixiſſet ei: inueni,&c.quod tn̄ ſecus fuit, ſed ſynodus non curauit de ordine, ſed de veritate, “ quia Dn̄s ſic ei dixit, & ille pœnituit, nec tamē poſt pœnitentiam permiſſus eſt ædificare. in hoc facit ad propoſitū. Vel retulit ſe ſynodus ad diuinam præſcientiam, vbi iā pn̄s erat futurum peccatū Dauid.

1. Paral.22. & 28.
2. Paral.33.
Malach. 21.
March.2.
Luc.5.

“ Dauid etiā poſt pœnitētiam nō eſt ꝑmiſſus ędificare tēplū.

d ¶*Scio Manaſſem.*] Ezechiæ filium, qui acta pęnitentia reſtitutꝰ eſt ad regnū.arg.de pę. diſt.2. ſic enim inquit.

e ¶*Peccauit.*] arg. “ per baptiſmū non aboleri infamiā, cū ēt poſt baptiſmū impediat ꝓmouendum, quod non eſt verum: quia omnia crimina & etiam ſequela peccati dimittuntur in baptiſmo, vt 25. diſ. primum.26. di.deinde. & ſic non eſt obiectio de Paulo, qui ante baptiſmum peccauit [a]: & qđ hic dicitur, refert ſe ad id, qđ tunc accidit: quia tunc non fuit viſum, ꝙ aliquis talium promoueretur ante baptiſmū. ſic vacat hic ar. notatū ab H. nō aboleri infamiam per baptiſmum.

“ Baptiſmus vtrum tollat infamiā.

Can.30. Apoſto.

a vt teſtatur de ſeipſo. 1. ad Ti. 1. & hr̄ Act.9.
Ioan. 11.
Act.8.
Can.16.Ap.

1 Cōc.Neocæſ.ca.9.15. q.8.c.1. Pol. l.6. titu.12.

f ¶*Quod.*] ſcilicet, ꝙ fuerunt promoti.

g ¶*Rarò.*] ſicut in Mattheo, qui fuit telonarius, & tamen poſt fuit Euangeliſta.

† al.& aperta ſunt.

h ¶*Nulla.*] ar. ꝙ licet aliquid in eccleſia accidat: non tamen lex efficitur. ſ̃. diſt.77. monachus. ſ̃.di.55. priſcis. ſ̃. di.56. Cænomanēſem. ſ̃.di.54.multos.

1. Tim.3.

2 In epiſ.Taraſij ad Hadrianū, & in 7.ſyno.ca.5. ex can. Apoſto. 30. ī ea. epiſ.& ca. 5. ex cōc.Chalced.c.2. nouel.123. ca. 84.apud Iulianū anteceſ. conc. Neocę. c. 9.

i ¶*Lex.*] i regula, vel ius commune, alibi dicitur conſuetudo, vt ſ̃. ead.q.1.ventum eſt. ſimiliter dicitur, regula. 31. diſt. Nicæna.

k ¶*Traditio.*] i.ad inuentitia machinatio,

mus pro peccato, & Deus indulget [a] illud. Ita & ego dico, quia omnem pęnitentiam [b] recipit Deus,& indulget per pęnitentiam peccata,quæ iam facta ſunt. Noui enim quòd Dauid fornicatorem & homicidam per pœnitentiam receperit Deus, & quòd dixerit [c] de eo [Inueni virum ſecundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.] Noui rurſus eundem audientem à Deo [Non ædificabis mihi domum, quia vir ſanguinum es.] Scio Manaſſem [d] per confeſſionem dimiſſam impietatē ſuam. Scio meretrices, & telonarios per pœnitentiam receptos: nullum tamen eorum qui ante E baptiſmum peccauit [e], ſacerdotibus connumeratum. Scio quoſdam, dum eſſent in mundo, in multa fornicatione manſiſſe: monachos verò factos quaſi luminaria mundi reſplenduiſſe, nullum tamen ad ſacerdotium aſcendiſſe. Quod [f] etſi F rarò [g] contigit, nulla [h] tamen lex [i] eccleſiæ fuit. Nouimus peccatricem prius Mariam: poſt conuerſionem, quamuis ſancta, & caſta, tamen inter diaconiſſas non eſt computata. Sed quid hoc dico? Sequens ſanctos Apoſtolos,& venerabiles patres cum omni fiducia clamo. Qui per ſimoniam ordinatus eſt, ſiue epiſcopus, ſiue presbyter, ſiue diaconus, alienus eſt à ſacerdotio: neque enim venalis eſt gratia Spiritus ſancti. Caiphæ traditio [k], & adinuentio Simonis, à ſancto ſacerdotio eſt aliena. ¶ 1 Et ſi in fornicationem [l] lapſus eſt aliquis poſt baptiſmum, in ſacerdotium non recipitur. Canones enim hoc prohibent. Si quis verò cum hoc peccato ad ſacerdotium prouectus eſt, cognitus degradetur. *Item Paulò poſt.* ¶ Epiſcopum, qui per pecuniam ordinatus eſt, confiteor, quia per pœnitentiam recipitur. Deus enim bonus eſt in omnibus & aperta † viſcera eius omni homini pœnitenti [m]. Sed quoniam iuxta Apoſtolum, oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, quicunque per pecuniam, vel ordinauerit aliquem, vel ordinatus eſt, ab omni ſacerdotio [n] alienus ſit. ¶Taraſius G Patriarcha dixit: 2 Quicunque per pecuniam vel ordinant, vel ordinauerunt, vel ordinati ſunt epiſcopi, vel presbyteri, vel diaconi, vel quilibet de numero ſacerdotali, repellantur omnino à ſacerdotali honore, ſicut Simon magus à Petro. Quicunque H per pecuniam diſpenſationem, vel curam ſortiti ſunt monaſteriorum, vel eccleſiarum, vel religioſarum [o] domorum, gerontocomiorum, xenodochiorū, orphanotrophiorum [p], cum depoſitione expellantur à diſpēſatione illa, & cura. Qui poſt baptiſmū cadens in fornicationem ordinatus eſt, ſi poſtmodum confeſſus fuerit, ceſſet à miniſterio; ſi verò conuictus ab aliquo, deponatur omninino. 3 Similiter percuſſor epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus per ſe, vel per aliquē alium quaſi per hoc timeri [q] volens, deponatur. *Item.* ¶4 Qui per ſeculares [r] poteſtates ordinatus fuerit, aut eccleſiam obtinuerit, deponatur: ſi verò I religioſam domum expellatur.

quia per ſimoniam ſacerdotium obtinuit à Romanis.

l ¶ *Et ſi in fornicationem.*] hoc intelligit G. & M. cum ipſo iure infamis eſt, puta deprehenſus in adulterio, & in alijs, quæ infamant. 6.q.1.§.porrò. arg. 25. diſ.primum. & hoc de rigore iuris. ſed de miſericordia ſecus, vt 34. diſt.fraternitatis, vt ibi not. Dicit tamen Hu. hoc eſſe verum, ꝙ dicitur hic, licet durum ſit 25.diſt.vlt.

m ¶*Pęnitenti.*] C.de ſum.tri.liquet igitur.

n ¶*Sacerdotio.*] i.clericatui.arg.extr.de coha.cle.ſi quiſquam.

o ¶*Religioſarum.*] & ita in hoſpitali committitur ſimonia.

3 Can. 26. al.28. Apoſtol.diſt.63. omnis elc.

p ¶ *Orphanotrophiorum.*] arg. “ ſimoniam eſſe dare pecuniam ꝓ adminiſtratione pauperum, & hoſpitalis. ĩ. 23.q.8. §.quamuis. in Auth. de ſanct. epiſc.§. ſed neque.colla.9.

“ Simonia eſt dare pecuniam pro hoſpitali.

4 Can.Apo. 29. al.31.& in ſept. ſyn. c.3.

q ¶*Timeri.*] ſ̃.45.diſtin.quid autem.

r ¶*Qui per ſeculares.*] ĩ.16. q. 7. ſi quis deinceps.

Conue-

C ¶Si quis. *Caput hoc ex magna parte collectum eſt ex varijs locis ſeptimæ ſynodi, ſed non ex verſione Anaſtaſij bibliothecarij, qua alioqui ſæpe vti ſolet Gratianus, Initium quidem eſt in actione prima anathematiſmo ſeptimo.*

D ¶Omnis epiſcopus.] *Hinc vſque ad ver.* Taraſius Patriarcha. *ſumpta ſunt ex epiſtola Taraſij ad Ioannem presbyterum, omiſſis tamen interdum nonnullis verbis: quæ quidem epiſtola in verſione Anaſtaſij eſt poſt actiones, & canones ſeptimæ ſynodi: ſed in noua verſione impreſſa in tomis conciliorum, eſt ante ipſam ſynodum.*

E ¶Ante baptiſmum.] *Hoc quidem loco perſpicuum erratum eſt, quod auctori gloſſæ negotium exhibuit.* οὐδένα δὲ τούτων εἰς ἱερωσύνην ἀριθμηθέντα, εἰ μήπω πρὸ τοῦ βαπτίσματος τοῦτο πέπραχεν. *Id eſt*, neminem vero horum in ſacerdotio adnumeratum, niſi ſi fortè ante baptiſmum hoc admiſit.

F ¶Etſi rarò.] *Longè plenius in noua verſione.* Quòd ſi autem id ſemel, atque iterum factum eſt, non tamen confeſtim legē in eccleſia præſcribit. *Gracè eſt.* εἰ δὲ καὶ σπανίως γέγονε, οὐ νόμος ἐκκλησίας τοῦτο.

G ¶Taraſius.] *Hæc videntur ſumpta ex epiſtola Taraſij ad Hadrianum (de qua dictum eſt.ſ̃.q.1.ad* c.eos qui.) *aut ex quinto cap. ſeptimæ ſynodi: quibus locis refertur canon trigeſimus Apoſtolorum.*

H ¶Quicunque per pecuniam.] *Hæc habentur etiam nouella 123.c.24.apud Iulianum anteceſſorem.*

I ¶Si verò religioſam.] *Hæc non ſunt in canone. Apoſtolorū.*

[*Item ex concilio Meldenſi,c.43.*[5].]

5 Et copioſiꝰ in ſchedis, ḋ quib.12.q.2 præcariæ.

¶¶e eodem.

PALEA C. III.

6 CAuendum eſt, & ſummoperè ſtudendum †, ac per virtutem Chriſti ſanguinis interdicēdum & epiſcopis, & regibus, & omnibus ſublimioribus poteſtatibus, atque cunctis fautoribus, & electoribus quorumcunque, atque conſenſoribus, ſeu ordinatoribus in gradu eccleſiaſtico, vt nemo per ſimoniacam hæreſim, regiminis locum obtineat, quacunque factione, calliditate, promiſſione, ſeu commoditate, aut datione ꝑ ſe, aut per ſubmiſſam † perſonā.

6 Bur.l.1.c. 21. Iuo p.5. c.75.

† al præcandum.

† al. emiſſā.

Item.

Conuenientibus.] Hæc eſt ſecunda pars q. in qua probat, ꝙ tales ſunt recipiendi de mera conſuetudine canonū. Io.de Fant. In prima parte huius cā. ponuntur verba nótarij. In ſecunda dicitur quòd ſancti patres in Nicęna ſynodo pręſidentes,& de futuro ſtatu eccleſiæ inquirentes, decreuerunt ab hæreſi reuertentes ad ſtatum priſtinum eſſe reparandos.ita quòd per ſcripturam abnegent hæreſim,& fidem catholicam confiteantur. illi tamen nō ſunt recipiendi qui ſponte ſunt ab hæreticis ordinati,vel qui ſtudiosè ad ſubuerſionem noſtræ fidei elegerunt ab hæreticis ordinari, & ad robur ſui propoſiti ſācti patres in ſynodo reſidentes multas auctoritates ſanctorum patrum induxerunt. Secunda pars incipit ibi, *Dignum eſt.*

† al. Nicęnam.

Casvs. Conuenerūt ſancti patres in ſeptima ſynodo vt tractarent qualiter epiſcopi ab hæreticis venientes recipi debeant. In prima parte ponuntur verba notarij. In ſecunda dicitur ſic eos eſſe recipiēdos ſicut vj. vniuerſales ſynodi receperūt. poſtea auctoritatibus ſanctorum patrum ꝓbatur,ꝙ recipiēndi ſūt, niſi vbi ad fidei ſubuerſionem ſunt ab hæreticis ordinati.

a ¶ *Conuenientibus.*] verba notarij, quibus credendum eſt. Arg.ff. quod met.cau.metum. §.ſed quod prętor.nam ibi interlocutoria ſententia ius facit.

Additio. Ad huius declarationem videas quod no.Inn. ext. de off. del.cum in iure. in gl. hic videtur. & de probat.quoniam.in gl. propter hoc ſatis,&c.

† al. Miron.

b ¶ *Et Ioanne.*] qui dixit eſſe melius iurantē peierare, quàm ſacramentum in fractione ſacrarū imaginum ſeruare, vt 22.q.4.actiōe.

1 Concor. l. cū clericus. §. ipſi verò. C. de ep. & cl. & in aut. conſtit. quæ de dignit. §. cum namq;.

c ¶ *Apochriſarijs.*] apos nuntius, & chriſis aurum, quaſi deaurati nuntij. tales hodie nō ſunt Papæ, ſed applum barij.

a Imo,& videtur ꝙ non debuit intereſſe concilio, nec ad aliud admitti.24.q.3.cū quib. vbi dicitur,ꝙ cum hereticis nō eſt ſynodus ineūda: ſed illud intelligitur de manētib.in hęreſi, hic aūt de reuertentib. ad hæreſi.Arch.

d ¶ *Orientalium.*] Alexandriæ, Antiochiæ,& Hieroſolymis.

e ¶ *Item Baſilius.*] nō videtur ꝙ ille Baſilius debebat loqui [a], quia erat hæreticus, vt j.per 12.lineas ibi,& iuſſi ſunt,&c. Sed dic ꝙ loquebatur vt excuſaret ſe.vel fortè adhuc de hæreſi non conſtabat.2.q.1.multi.

f ¶ *Vniuerſalibus.*] vniuerſales ſynodi dicuntur, quib.intereſt Ro.Pontif.vel eius legatus. Locales quas congregant primates vel metropolitani abſque præſentia dn̄i Papæ, vel eius legati. Hic ergo colligitur iſta diſt.ſynodorum alia vniuerſalis, alia localis,& eſt arg. quòd authenticæ ſunt locales ſicut vniuerſales.

g ¶ *Scripto.*] Hic colligitur ꝙ illi qui ab hæreſi reuertuntur ad fidem catholicam,ſcripto debent negare hæreſim ſuam, vt j.ea.q.quoties.& c.ſi quis.j. de conſec.diſtin.2.ego Berengarius.j. 26. q.6. his qui tempore.

Item in eadem ſynodo ſeptima, actione 1.

¶Qui redeuntes ab hæreticis recipi poſſunt, vel non.

CAP. IIII.

2 Conueniētibus [a] apud Nicæam † Bithynię, & conſidentibus Petro archipresbytero,& Petro presbytero,& abbate monaſterij ſancti Sabæ, locum tenentibus Hadriani Papæ, & Taraſio archiepiſcopo Conſtantinopolis, & Ioanne [b],& Thoma apochriſarijs [c] Apoſtolicarum ſediū orientalium [d], & cæteris epiſcopis, epiſcopi Sicilię dixerunt. Dignum eſt A,vt de futuris inquiramus.¶Item Baſilius [e] epiſcopus Ancyræ dixit. Conſtitutio B eccleſiaſtica habet canonicè tradita ab antiquo à ſanctis Apoſtolis, & ſucceſſorib. eorum ſanctis patribus noſtris, & magiſtris & ſanctis vniuerſalibus [f] ſex ſynodis, & localibus ſynodis orthodoxis, vt qui ab aliqua hæreſi reuertuntur ad orthodoxam fidem, & traditionem catholicæ eccleſiæ ſcripto [g] negare debeant hæreſim ſuam, & confiteri catholicam fidem. ¶Item Taraſius Patriarcha dicit, Videtur vobis, vt ſedes ſuas recipiant, qui ab hæreſi reuertuntur? ¶Religioſiſſimi monachi [h] dixerunt: ſicut receperunt vniuerſales ſex ſynodi ab hæreſi reuertentes, ita & nos recipimus. ¶Sancta ſynodus dixit: placet omnibus nobis. Et iuſſi ſunt Baſilius [i] epiſcopus Ancyræ, & Theodorus epiſcopus Myrorum † ciuitatis, & Theodoſius epiſcopus Amorij ſedere in gradibus,& in ſedib. ſuis. ¶Item Conſtantinus epiſcopus Cypri dixit: non oportet [k] nos, qui epiſcopi ſumus, indigere doctrina, ſed aliorū [l] eſſe doctores I. ¶Item Taraſius epiſcopus dixit: malorū D doctorum mala eſt doctrina. Eccleſia de malis doctoribus ſacerdotes non recipit. ¶Item Ioannes E Apochriſarius orientalium ſedium dixit: hęreſis ſeparat omnem hominem ab eccleſia. ¶Item Taraſius epiſcopus dixit, Ecce multi canonici libri,& ſynodici, & paterni lecti ſunt: & ab hæreſi reuertētes docuerunt nos recipere, ſi aliqua F alia [m] cauſa non eſt in eis. ¶Item Petrus G Apochriſarius Papę dixit, Romæ exulatus [n] eſt Macharius [o] hęreticus à ſācta ſexta ſynodo,& quadraginta dierum inducias dedit illi pater noſter Benedict9 Papa, & quotidie [p] mittebat [q] ad eum Bonifacium conſiliarium ſuum, & inſtruebat eum commonitorijs verbis ex diuina ſcriptura, & nullatenus voluit emendari. Hoc autem faciebat, vt eum reciperet in ordine ſuo. ¶Item Taraſius epiſcopus † dixit: quid dicitis de Anatolio? nonne etiam in quarta ſynodo factus eſt princeps [r]? & ecce ab ipſo † Dioſcoro ordinatus eſt? Et nos igitur ita recipiamus eos, qui ab hæreticis ordinati ſunt, ſicut & Anatolius receptus eſt. ¶Item verè [s] vox Dei eſt, quoniam nō moriuntur filij pro patribus, ſed vnuſquiſq; in peccato ſuo morietur [t]: addatur, quoniam ex Deo eſt ordinatio [u]. ¶Item Taraſius Patriarcha dixit: audiuimus paterna mandata. Quid igitur? Oportet recipere ab hæreticis ordinatos [x]? ¶Sancta ſynodus dixit: audiuimus domine,& oportet nos recipere. ¶Taraſius Patriarcha dixit: Plures eorum, qui in ſexta ſynodo conuenerunt à Sergio, Pyrrho, Paulo, & Petro ordinati ſunt, qui fuerunt principes hęreſeos Monothelitarū: quoniam iſti continuatim † in Conſtantinopolitana ſede ſederunt: & ab vltimo eorum, Petro ſcilicet vſque ad ſextam H ſynodum non fuerunt plures quàm duodecim anni. Thomas verò,& Ioannes, & Conſtantinus ab hæreticis illis archiepiſcopi facti ſunt, & tamē propter hoc non ſunt repro-

h ¶ *Monachi.*] Et ita monachi intereſſe debent ſynodo, quod verum eſt in abbatibus. vt 18.di. ep̄s nō debet.

Additio. Nota ſub nomine monachorum ſiue fratrum, abbates contineri, vt patet ext.de ſi.c.vlt. & de priui.c. ex orc. Archid.

i ¶ *Baſilius,&c.*] iſti tres reuertebantur ab hæreſi.

k ¶ *Oportet.*] Sed ad quid reſpōdet iſte ſic? Dic ꝙ reprehendit Taraſium, qui dixerat, videtur vobis,&c & ideo ſtatim reſpondet iſte Taraſius reprehendendo Conſtantinum.

l ¶ *Sed aliorum.*] vt ſ. ea.q.1.viliſſimus. & eſt arg. contra malos doctores. nam qui alios docere debēt,&c. ff.de eden. ſi quis ex argentarijs.§.prætor.

† al. Patriarcha.

† al. ab impio.

m ¶ *Si aliqua alia.*] quæ impediat diſpēſationem.ſ.q.5.c. 1. in fi.

n ¶ *Romæ exulatus.*] id eſt, per excōicationē exilio condemnatus.ſ. diſt.16.ſexta.

Ezech. 18. 4 Reg. 14.

o ¶ *Macharius.*] pronuntiatus.

p ¶ *Quotidie.*] j. 24. quæſtion.3.dixit Apoſtolus.

Additio. Nam ibi dicitur poſt ſecundam, & tertiam admonitionem hęreticum eſſe vitandum. Sed illud intellige quantum ad ſecreta fidei noſtræ, non quantum ad admonitionem.42. di.in mandatis.Archi.

q ¶ *Mittebat.*] ſ. diſt. 19. Anaſtaſius contra.

r ¶ *Princeps.*] i. promulgator vel auctor canonum, vt diſtin.16. ſexta.ver.quarta.Ioan.

† ἀμοιϐαδὶς

ſ ¶ *Item verè.*] quaſi dicat licet parentes, ſcilicet epiſcopi hęretici fuerunt, non tamen filij in hæreſi ſuſcepti & ordinati, cum ad eccleſiam redierunt minus recipiendi ſunt in ordinibus, vt ſ.diſ.19. Anaſtaſius.

t ¶ *Morietur.*] quaſi dicat, tamdiu morietur, quamdiu pœnitentiam non agit,& ſic facit ad propoſitum.

u ¶ *Ordinatio.*] facta per hæreticos in forma eccleſiæ: & ideo non eſt reiteranda, vt ſ.ea.q.4.Iudæi.j.24.q.3§. his. ita.

x ¶ *Ordinatos.*] Arg. pro opinione dicentium, quòd ille qui recipit vltimam manus impoſitionem extra eccleſiam, ordines

nes cõfert, qđ eſt cõtra Io. de Fan. vt dixi 9. q. 1. ĩ ſumma. nã recipiuntur hic in ordinib. ordinati ab illis qui receperunt in hæreſi epalem vnctionem, vt à Sergio, Petro, Paulo, Pyrrho.

a ¶*Non recipiatur.*] in caſu ſeq. vel de iure.

EX HAC. Hæc eſt 3. pars q. in qua dicitur ꝙ ſimoniacus in ordine in perpetuum eſt ſuſpẽſus, & hoc ꝓbat per c. Leonis. Io. de Fan.

CASVS. Infert Grat. ex ſupradictis cap. 7. ſynodi, & ex 1. cap. huius quæſtionis, ꝙ qui ſponte ſunt ab hæreticis ordinati, vel in ſubuerſionem fidei noſtræ ab eis ordinem receperunt, vel qui in eccleſia ordinati poſteà eccleſiæ rebelles fuerunt, nõ ſunt in ſuis ordinib. recipiẽdi: ſed cum ſimoniaci prædicta nõ faciant, videtur aliud eſſe de eis dicendum. infert tñ per multa capitula, ꝙ ſimoniaci reparari non debent. Sed dicit Gratianus verum eſſe hoc, niſi fiat ex diſpenſatione, quæ diſpenſatiõ ꝑpter multas cauſas hic enumeratas fieri põt, ſicut qñque diſpenſatũ fuit, vt de monachis, vel laicis clerici aſſumantur.

b ¶*Auctoritate verò Cypriani.*] ſ. ead. ſi qui presbyteri.

c ¶*Si quis.*] ſ. ea. q. 7. ſi quis [a].

a Et c. pſbyter ſi per pecuniã. & c. q ſtudet. & q. 3. ſi quis dator. & c. ſi qs epſ. H.

d ¶*Et Innocentij.*] ſ. ea. q. 3. ca. vlt. ſ. ead. q. 1. Arianos.

e ¶*Et aliorum.*] ſ. ea. q. 1. ſi quis confugerit. c. qui ſtudet. & ca. ſi qs eps per pecuniam.

f REquiritis.] ¶*Vẽdere.*] i. emere. nam veteres indifferenter vtebãtur his verbis. ff. de act. empt. veteres. Nam de venditore nõ videtur dubium quin remanere poſſi[t]. “ vnde loquitur de emptorib. quia agere pœnitẽtiam non poſſunt in ordine empto niſi purgetur vitium rei furtiuæ, i. niſi dimiſſo quod ſimoniacè acqſierunt[b], ſed vendẽtes poſſunt ſi vitium occultum eſt. Vel indifferẽter de emptorib. & venditorib. intelligit, ꝙ non poſſunt agere pœnitentiam remanendo in ordinibus ſuis, niſi ex diſpenſatione, ſi crimen ſimoniæ ſit notum. Loquitur. n. de cõuictis, & quorum crimina ſunt publica. de talib. quidem interrogatus eſt Papa, & de talib. reſpondet.

“ Ordinum emptores & venditores qualiter pœnitere debent.

b Ar. inſt. de vſuc. §. furtiuæ. in fin. & not. ſ. e. q. 1. ordinationes. Arc.

g ¶*Vtrum poſſint.*] i. vtrum poſſint retinere ordines poſt pœnitentiam [c], & hoc notat ſequens litera, an tãtummodo, &c. & exaudi de cõuictis, vt ĩ. ſequitur. nam cum ſponte confeſſo mitius eſt agẽdũ.

c Sub. vt ſic ꝑ dignã pœnitẽtiã poſſint, vel mereãtur in ordinib. miniſtrare, an oĩno deijci. Arch.

h ¶*In ordine.*] hinc collige ſubditum poſſe accuſare prælatũ de ſimonia non præmiſſa priuata admonitione. ar. contra. ĩ. ea. q. vlt. patet. & hæc eſt ratio, q̃ de alijs criminibus põt quis pœnitere, & eſſe in ordinib. vt dixi 82. diſt. pſbyter. de ſimonia verò pœnitere non põt, niſi prius dimittat ordines, vt ſ. e. q. j. ſi qs neq;.

bati. ¶Sancta ſynodus dixit, hoc manifeſtum eſt. ¶Conſtãtinus epiſcopus Cypri dixit: ſufficienter oſtenſum eſt, ꝙ ab hæreticis veniẽtes recipiendi ſunt. Si verò quis ſpõte ad hæreticum vadit, & accipit ordinationem, nõ recipiatur. ¶Itẽ Taraſius Patriarcha dixit. Et ego refuto eos, qui ob huiuſmodi cauſam ad fidei ſubuerſionem ordinati ſunt: & maximè cum præſentes eſſent orthodoxi epiſcopi, à quibus poterãt ordinari. Sic eſt enim paternus intellectus. Si verò I ſynodalis cõſonantia fuerit, & vnitas eccleſiarum de orthodoxis, qui præſumpſerint ab immundis hæreticis ordinari, depoſitioni ſubiaceant. Sancta ſynodus dixit: hoc eſt iuſtum iudicium.

¶*Hoc etiam caput collectum eſt ex varijs locis primæ actionis eiuſdem ſeptimæ ſynodi, omninoq; operæ pretium eſt integram illam actionem perlegere: nõnulla tamen notabunt.*

A ¶Dignum eſt.] *Locus hic eſt poſt recitationem nominũ epiſcoporum, qui conuenerant: ſed valde conciſè refertur: qnod in alijs etiam locis huius capitis euenit.*

B ¶Conſtitutio.] *Verba quæ proximè huic parti antecedunt, ſunt hæc,* ἀπὸ λιβέλλου ἀνέγνωστως. *Id eſt, vt interpretatur Anaſtaſius,* ex libello legit ita. *Non enim ſentẽtiam dicit nunc Baſilius, ſed abiurat hæreſim, in quam cum alijs lapſus fuerat: quam abiurationem vnà cum profeſſione catholicæ fidei oportuit ipſum ex libello, quòd nunc etiam in more poſitum eſt, recitare. Libellus verò hic incipit,* conſtitutio, &c.

C ¶Conſtantinus.] *Poſt receptionem Baſilij, Theodori, & Theodoſij acceſſerunt alij epiſcopi, qui in eandem hæreſim lapſi, admitti ſe à ſancta ſynodo eodem modo poſtulabant, & cum vnus ipſorum excuſationis gratia dixiſſet, ſe à malis magiſtris ſeductum fuiſſe, Conſtantinus epiſcopus Conſtantiæ, quæ in Cypro eſt, hoc ei exprobrauit. Exprobratio Græcè ſic habet* ἔδει ὑμᾶς ἐπισκόπους ὄντας μὴ διδασκαλίας δεῖσθαι, ἀλλὰ διδασκάλους εἶναι ἑτέρων, *quæ ſic Anaſtaſius vertit,* Oportebat vos, cum eſſetis epiſcopi, diſcendi nullam neceſſitatem habere: ſed magiſtros eſſe potius aliorum.

D ¶Malorum.] *Cùm Hypatius, & alij epiſcopi, qui à ſancta ſynodo admitti petebant, dixiſſent, à malis magiſtris malas ſe doctrinas accepiſſe, reſpondens ei Taraſius Patriarcha inquit:* ἐπειδὴ ἤπερ εἴπατε, κακῶν διδασκάλων κακὰ τὰ μαθήματα, ἡ ἐκκλησία ἐκ κακῶν διδασκάλων ἱερεῖς δέχεσθαι οὐ προσίεται, *Id eſt,* Quando quidem dixiſtis, malorum doctorum malæ diſciplinæ: eccleſia, vt ex malis doctoribus ſacerdotes admittat, non facilè adducitur. *Ex quo apparet Taraſium non contradicere Conſtantino, vt auctor gloſſæ putauit.*

E ¶Item Ioannes.] *Poſt recitata verba Taraſij, cum in ſynodo dubitaretur, an etiam hi, ſicuti tres priores recepti erant, ſtatim eſſent recipiendi, Ioannes Apochryſarius Patriarchæ Antiochiæ, & Conſtantinus epiſcopus Conſtantiæ Cypri petierunt, vt canones, & ſanctorum Patrum libri eò ſpectantes legerentur, vt maturius poſſet conſtitui, quo modo redeuntes ab hæreſi ad eccleſiã catholicam eſſent recipiendi, & cum de octauo canone primæ Nicenæ ſynodi (in quo de Catharis recipiendis agitur) diſſereretur, Ioannes hæc eſt interlocutus.*

F ¶Si aliqua alia cã.] *Græcè eſt,* καὶ ἑαυτῆς αἰτία πονηρὰ ἐκ ἐστὶν ἐν αὐτοῖς. *quæ Anaſtaſius vertit, niſi fortè in* eis maligna fuerit noxa reperta. *& paulò poſt,* ſi non eſt in illis aliqua cauſa nefaria.

G ¶Petrus.] *Poſt multos canones lectos: & multas ſanctorũ Patrum auctoritates recitatas cũ Taraſius ex illis collegiſſet, ab hæreſi reuertentes eſſe recipiendos in catholica eccleſia, Petrus legatus Hadriani Papæ, exemplo Benedicti Papæ id confirmat.*

H ¶Vſque ad ſextam.] *Græcè eſt,* ἕως τῆς ἕκτης συνόδου ἔτη πλέον ἐ διῆλθον, ἢ δεκαπέντε. *Id eſt,* vſque ad ſextam ſynodum non interceſſerunt, anni plures, quàm quindecim.

I ¶Si verò ſynodalis.] *Græcè legitur,* ἐὰν δὲ συνοδικὴ ἐκφώνησις γένηται, καὶ ὁμόνοια τῶν ἐκκλησιῶν ἐπ' ὀρθοδοξίᾳ, ὁ τολμῶν ἀπὸ τῶν βεβήλων αἱρετικῶν χειροτονεῖσθαι τῇ καθαιρέσει ἀποπεσεῖται, *Quæ Anaſtaſius vertit:* Si autem ſynodica promulgatio, & concordia eccleſiarũ, cauſa orthodoxiæ, facta fuerit, qui præſumpſerit à prophanis hæreticis ordinari, depoſitioni ſuccumbet.

5 *Ex hac auctoritate datur intelligi, quòd qui ab vnitate catholicæ fidei in hæreticorum ſocietatem tranſierit: vt de manibus eorum, eccleſiaſticæ dignitatis ſacramenta percipiat, vel qui contemptis orthodoxis ab hæreticis ordinari deſiderauerit, & ſi poſteà ſuæ abrenuntians hæreſi ad eccleſiam redierit, officio tamen accepto fungi non poterit. Auctoritate verò Cypriani* 1 *prohibentur ab adminiſtratione eccleſiaſtica, qui intra catholicam eccleſiam ordinati ad fidei impugnationem dilabuntur. Porrò ſimoniaci nec ab hæreticis ordinantur ad fidei ſubuerſionem, nec intra eccleſiam catholicam ordinati aduerſus fidem armantur. Quamuis enim nõnullos per pecuniam ordinent, non tamen fidem impugnant, nec gratiam Spiritus ſancti venalem prædicant. Vnde veraci pœnitentia, cum hæreſim ſuam deteſtati fuerint, præmiſſis auctoritatibus non prohibentur recipi in ſuis gradibus. Veruntamen capitulo illo Nicenæ ſynodi* 2*, ſi quis per pecuniam, &c. & illo alio ſeptimæ ſynodi* 3*, ſi quis* [c] *omnem traditionem, &c. & Innocentij* [d]*, & aliorum* [e] 4 *multorum auctoritatibus irreparabiliter damnari iubentur.*

1 ſ. ea. l. ſi q presbyteri.

2 fortè ſ. e. q. 1. qui per pecunias. aut q. 7. c. ſi qs oẽm. §. q cunque per pecuniam.

3 ſ. ea. q. 7. ſi quis. q. 3. ca. vlt. q. 1. cap. Arianos.

4 q. 1. c. ſi qs confugerit. & c. qui ſtudet. & cap ſi quis eps per pecuniam.

5 Iuo p. 5. c. 115.

Hinc etiam Leo quartus epiſcopis Britanniæ.

¶In ordine malè accepto ſimoniaci pœnitentiam agere non poſſunt.

CAP. V.

5 REquiritis de ijs, qui turpiſſimo lucro columbas in templo Domini vendere [f] non pertimeſcunt, & ſua facta, improba temeritate, Simonis hæreſi coniungunt, vtrum poſſint [g] in ordine [h] pœnitentiam agere, an tantummodo extra ordinem, & ſacerdotalem fieri gradum. Quod nos quidem conuictis, & ijs, qui tam deteſtabile nefas (quod iam multis eſt damnatum concilijs) peregiſſe noſcuntur, nulla poſſumus pœnitentia ſub-

a ¶*Subuenire.*] niſi gradib.ſuis, vel dignitatibus taliter adeptis prius dimiſſis, vt s.ea.q.1.ſi quis omnem. s.e.q. 1. ſi quis neq;.j.27.q.1.quæ Chriſto.& c.nec aliqua.j.32.qu.7.fidelis.
b ¶*Obuiare.*] j.25.q.1.ſunt quidam.& contra ſtatuta.
c ¶*Sed in illorum.*] vt ſ.de iure deponant, vt s.ea.ſi qs oẽm.

NISI RIGOR. Hæc eſt 4.pars q. in qua probatur per 17.auct.ꝙ diſpenſationes fiunt ſex modis.Io.de Fan.
d ¶*Vtilitatis.*] ſic ẽt ius ciuile quædam admittit propter vtilitatẽ.ff.de pig. ſed an viæ.
e ¶*Vt plerisque.*] Hic incipit tractare de diſpenſatione, vnde vidẽdum eſt quid ſit diſpenſatio, quid diſpenſare, & quod ius ſit diſpenſabile, & qs poſſit diſpenſare. Diſpenſatio eſt iuris cõis relaxatio facta cũ cãæ cognitione ab eo, qui ius habet diſpenſandi.ar. 12.q.1.ex his. Diſpenſare eſt diuerſa penſare. Nam oĩa hæc de quib. fit mentio in hoc §. penſare dẽt qui diſpenſare vult. Scias ergo ꝙ vbicunq; decoloratur ſtatus eccleſiæ, non pt diſpenſari, vt j. ea.& ſi illa. Dicunt quidam indiſtinctè, ꝙ contra quatuor cõcilia nõ poſſit diſpenſari, vt s. 15.di.ſicut. nec contra Euangelium, vel præceptũ Apoſtoli, vt 25. q.1.ſunt quidam. vt ibi notaui. De diſpenſatione epõrum d ico.ꝙ vbicunq; non eſt eis prohibita diſpenſatio, ibi poſſunt a: vt ext.de cle. pug. in duel. c. 1. & de ſent.exc. nuper. In quibuſdam tñ caſib. inuenio eis pmiſſam diſpẽſationem, in quibuſdã prohibitam. " qnq; .n. diſpenſant cum ſacrilego, vt 50. diſtin. ſi quis presbyter. Item cum hæretico. 50.diſt. presbyteros qui. Item cum adultero, vt ext.de iud. at ſi clerici. Itẽ cũ ſimoniaco diſpenſant qnq; in beneficio: quandoque in ordine, vt s.ea. q.5.cap.1.& cap.vltim. Item cum ſchiſmatico, vt 50.diſt.vt conſtitueretur. In maioribus autem criminib. etiam diſpenſant in beneficijs ſi ſunt occulta b, vt 50 diſt.de his verò. Item cum homicida diſpenſant in beneficio, vt extra de cle.pug.in duel.Henricus. & de homicid.interfeciſti.50.diſt.ſtudeat.ſed non in officio, vt 50. diſt.miror. Item quandoque cum aliquo diſpenſant in matrimonio contrahendo, vt 33.q.2.aut qui. Item in ordinibus, & dignitatib.niſi tantùm in epiſcopatu, vt ext.de elec.innotuit. Item diſpenſant cum excommunicato miniſtrante, vt 2.q.5. quanto.licet ſit contrarium.11.q.3. ſi quis epiſcopus. " Fit autem diſpenſatio cum hoc requirit neceſſitas, vel vtilitas.j. ea.tali. Item fit quandoque diſpenſatio, quia timetur maius malum, ſicut cum Anglicis fuit diſpenſatum, vt 35.quæſt.3. quod ſcripſi & c.quædam lex. Item quandoque propter futurum bonum, vt quando diſpenſatur cum hæreticis, vt alij facilius reuertantur ad eccleſiam, vt 23. qu.4. ipſa pietas. Item quandoque propter multitudinem, & propter ſcandalum vitandum.50.diſtinct.vt conſtitueretur.
f ¶*De monachis.*] vt s.55.diſt.c.1.

" diſpenſari quandoque non poteſt.

1 PEr illicitam [b] manus impoſitionem vulneratũ [c] caput illi, qui videbantur aliquid accepiſſe, habebãt: & vbi vulnus infixum eſt, neceſſe eſt medicinam [d] adhibere, qua infixa ſanetur macula: id eſt, reiterari [e] neceſſe eſt, quod legitimè [f] actum, aut collatum minimè probatur B. Nã quomodo [g] honorem poſſit retinere, qui ab illo acceperit, qui poteſtatem dare legitimè non habuit, inuenire non poſſum.

B ¶Probatur.] *In originali hęc adduntur,* ſi perfectum eſſe debebit.

Item libro nono Cod. titulo ad legem Iuliam repetundarum,[2] Impp. Theodoſius, ac Valentinianus AA. Florentino.

CAP. XXVI.

7 SAncimus [h] eiuſmodi viros ad prouincias regẽdas accedere, qui ad honoris inſignia non ambitione [i], vel pretio, ſed probatæ vitæ, & amplitudinis tuæ † [k] ſolent teſtimonio promoueri: ita ſanè, vt quibus hi honores per ſedis tuæ, vel per noſtram fuerint electionem commiſſi, iurati [l] inter geſta depromant, ſe pro adminiſtrationib. ſortiendis [m] neque dediſſe quidpiam, neque daturos vnquam poſtmodũ [n] fore, ſiue per ſe [o] ſiue per interpoſitã perſonam in fraudem legis, ſacramentique, aut donationis, venditioniſúe titulo, aut alio velamento cuiuſque [p] contractus: & ob hoc (exceptis ſalarijs) [q] nihil penitus tam in adminiſtratione poſitos, quàm poſt depoſitum officium pro aliquo pręſtito beneficio tẽpore adminiſtrationis, quã gratuitò meruerint, accepturos. Et licet neminem diuini timoris, contemnendo iuſiurandum, arbitremur [r] immemorem, vt ſaluti propriæ vllum commodum anteponat, tamen vt ad ſalutis timorem etiam neceſſitas periculi ſubiungatur, ſi quis auſus fuerit præbita ſacramenta negligere, non modò aduerſus accipiẽtem, ſed etiam aduerſus dantem, accuſandi cunctis, tanquã publicum crimen [s], concedimus facultatem, quadrupli pęna eo, qui conuictus [t] fuerit, modis omnibus feriendo.

Item Paſchalis Papa.

¶De eodem.

CAP. XXVII.

PAtet ſimoniacos, veluti primos, & præcipuos hęreticos, ab omnibus fidelibus reſpuendos, & ſi commoniti non reſipuerint, ab exteris [u] poteſtatibus opprimendos. Omnia enim crimina ad comparationem ſimoniacę hæreſis quaſi pro nihilo [x] reputantur. [y]

l ¶*Iurati.*] s. 23. diſt. quanquã. j. 8. q. 3. Artaldus. & c. talia.

m ¶*Sortiendis.*] "Dignitates enim non debent venales eſſe: [c] ſicut nec matrimonia. ff. de don. inter vir. & vxor. l. 2.

Margin: " Dignitates & matrimonia non debent eſſe venalia.

Margin: c Concord. tex. in l. 1. ff. ad le. Iul. & ibi gl.

n ¶*Poſtmodum.*] s. 1. q. 1. eos qui. s. diſt. 46. ſicut non ſuo.

o ¶*Per ſe.*] extr. de pecu. cler. inquirendum. extr. de ſenten. ex com. mulieres.

p ¶*Cuiuſque.*] Sed videtur contra. ff. de pol. l. 1. §. primo. Sed aliud eſt publicè promittere aliquid Reipublicæ: aliud occultè alicui, vt eius ſuffragio promoueatur.

ADDITIO. Et ſic ſoluitur aliud quod videtur contra. ff. de do. hoc iure, in prin. de hoc no. s. ea. q. 6. c. vlt. Io. de Fan.

q ¶*Salarijs.*] j. 23. q. 1. militare. s. diſt. 86. nõ ſatis. Io. de Fant.

r ¶*Arbitremur.*] Arg. "pro teſte præſumendum eſſe, quòd nolit peierare. ext. de teſt. cũ tu fili. & dicit canon, quos ſcimus nolle per iurare, &c. 2. q. 5. ſi mala fama. Sed licet præſumatur, eſt tamen notã dignum quòd lex nõ ſtat huic præſumptioni: imo ſubijcit pœnam in peieratione. j. ea. ibi, quadrupli, &c.

Margin: " Teſtis pſumitur nolle peierare.

ſ ¶*Publicum crimen.*] j. 6. q. 1. §. vlt.

t ¶*Conuictus.*] Nã poſt depoſitam adminiſtrationem debet eſſe præſens per 50. dies. C. vt omn. iud. tam ci. quàm mil. l. 1. & conuenitur ſub epiſcopo loci. in auth. vt iud. ſine quoq. ſuff. §. neceſſitatẽ. coll. 2. Sed ex contractu nõ poteſt iudex conueniri poſt depoſitam adminiſtrationem, ſi contractum aliquem fecit nomine ciuitatis, vt ff. de admi. rer. ad ciui. perti. curatores. §. in eum. & ff. de euic. illud. §. 1. ſed procurator negotiorũ bene cõuenitur poſt [d] depoſitum officium. vt ff. de procura. procurator. Bar.

Margin: d Poſt. falsã eſt, niſi ſe noie ſuo obligauerit, vel niſi vt doceat de mãdato qđ negatur.

ADDITIO. De hoc no. ext. de immu. eccl. aduerſus. §. vlti. Et eſt ratio quare aliud in iudicio, aliud in contractu: quia qui contrahit, ſolùm intuetur perſonam venditoris: cum rem alienam vendere poſſumus. ff. de contrahen. emptio. l. rem alienam. In iudicio autem potius perſona domini inſpicitur, ſecundum Ioann. de Fant.

PAtet.] CASVS. Cum omnia crimina ad comparationem ſimoniæ pro nihilo reputentur, patet quòd ſimoniaci ſunt ab omnibus reſpuendi, & ab extraneis poteſtatibus opprimendi ſi non reſipuerint.

u ¶*Ab exteris.*] i. laicis, qui extra eccleſiam habent hanc poteſtatem, vt s. diſt. 17. nec licuit. j. 23. q. 5. principes.

x ¶*Pro nihilo.*] Hoc in deteſtationem huius ſceleris dicitur. s. diſ. 90. neque. & s. ea. q. 1. cito. j. 32. q. 7. quid in omnib. & c. non ſolùm. & ext. de ſimo. tanta.

y ¶*Reputantur.*] hoc dicitur in deteſtationẽ criminis, & ad terro-

terrorem: ſicut illud, Omnis peccator, &c. extra de ſimo. tanta. "Vel eſt grauius, quia facilius dicitur hoc crimen committi in Deum [a] quàm aliud: quia donum Dei volunt emere pecunia. ſupra prima, quæſtione prima, eos. & ideo grauius dicitur. argument. decimaſeptima, quæſtione quarta, ſicut. vigeſima ſecunda, quæſtione prima, mouet. Vel ideo hoc dicitur, quia nulla certa pœnitentia pro hoc crimine indicitur, niſi quòd vſque ad mortem aſperè pœniteat. ſupra eadem, quæſtione 1. ſi quis neque. Ioan.

" Simoniæ crimen dicitur cæteris grauius.

a Sub. ſpâliter. i. in his q̃ ſpâliter ei ſunt deputata & dedicata. ſ. res & dignitates & ſacraméta, & officia eccleſiaſtica. ar. 17. q. 4. ſi cut qui. 27. q. 1. nuptiarum. Arc.

HIS BREVITER. CASVS. Tranſitu vtitur, ſcilicet colore rhetorico, quo dicta dicendis continuat, & dicenda dictis, ſummatim dicenda perſtringens.

QVidam.] CASVS. In ſuperiori cauſa actum eſt de crimine ſimoniæ: & prius de eo, quod grauiſſimum eſt: ſed quia crimina ſine ordine iudiciario puniri nõ debent, ideo congruè hanc cauſam annectit, in qua de ordine iudiciario tractat, oſtendens quòd nemo condemnandus eſt niſi conuictus, vel confeſſus, & quòd ſpoliatus præter iuris ordinem, ſit reſtituendus, & qualiter puniantur qui in accuſatione deficiunt, qualiter obiecta crimina nõ probata purgentur, & qualiter ſententia releuetur per appellationem, & vtrum laici admittantur ad accuſationem clericorum, & qualiter ſit accuſatio facięda. Vt autem competentius agat, proponit thema, de quo octo elicit quæſtiones.

† al. illecti.

¶ *In tribus vetuſtis exemplaribus poſt caput, ſancimus: omiſſa inſcriptione Paſchalis, & capite iſto, Patet. ſequuntur continenter ſubiecta Gratiani verba*, His breuiter, &c.

His breuiter præmiſis ad ea veniamus, quæ eccleſia, ſeueritate diſciplinæ parata eſt vlciſci, oſtendentes, quibus accuſantibus, vel teſtificantibus quilibet ſint conuincendi, quo iudice quiſque debeat condemnari, vel abſolui, ſi cauſa vitiata fuit, quo remedio poßit ſubleuari, ſi accuſatores defecerint, an reus ſit cogendus ad purgationem. Et vt facilius pateat quod dicturi ſumus, exẽplum ponatur ſub oculis, in quo auctoritates hinc inde controuerſantes diſtinguantur, & quid ſanctorum Patrum ſentiat auctoritas, liquidò intimetur.

CAVSA II.

QVidã epiſcopus de lapſu carnis à laico impetitur. Duo monachi, vnꝰ ſubdiaconus, & duo leuitæ aduerſus ipſum teſtimonium ferunt. A metropolitano ſuo ſentit ſe prægrauari. In ipſa ventilatione cauſæ tres ex teſtibus deficiunt, ſiue promiſſione decepti, † ſiue canonica examinatione reprobati. Expoliatur tamen epiſcopus, quia crimen eius notorium erat.

q. 1. *Hic primùm quæritur, an in manifeſtis iudiciarius ordo ſit requirendus.*

2. *Secundò, an expoliatus ab aliquo ſit iudicandus.*

3. *Tertiò, qua pœna ſint feriendi, qui in accuſatione, vel teſtificatione defecerint.*

4. *Quartò, an duorum teſtimonio epiſcopus ſit condemnandus.*

5. *Quintò, ſi deficientibus accuſatoribus ſit cogendus ad purgationem.*

6. *Sextò, ſi remediũ ſit dandum ei, qui cauſa dilationis vocem appellationis exhibuerit.*

7. *Septimò, ſi laici, monachi, vel quilibet inferiorum ordinum in accuſatione maiorum ſint audiendi.*

8. *Octauò, quomodo debeat fieri accuſatio, an in ſcriptis, an ſine ſcriptis.*

QVòd autem.] Hæc quæſtio diuiditur in quinque partes, in quarum prima probat per 13. auctoritates, quòd nullus ſine iudice debet damnari, id eſt, niſi canonicè ſit damnatus. Secunda ibi, *His omnibus*. Tertia ibi, *Sed ſciendum*. Quarta ibi, *Quando verò*. Quinta ibi, *Quando autem*. Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur prima quæſtio, in qua probatur, ꝙ præter iuris ordinem non eſt aliquis condemnandus præterquàm in notorio crimine.

a ¶ *Quod autem.*] Tu dicas, quòd in manifeſtis requiritur ordo iuris vndecima, quæſtione tertia, eorum. ſed non in notorijs, vt dicam infra eadem, manifeſta. & habes extra de iureiurando. ad noſtram. " Et notandum, quòd quædam ſententia eſt diffinitiua, quædam interlocutoria, quædam præcepti. Quælibet iſtarum requirit ordinem iuris: & ſi diffinitiua ſententia fuerit lata omiſſo ordine iuris, ipſo iure nulla eſt, vt infra eadem quæſtione ſexta. §. diffinitiua. "Hoc tamen ſcias, quòd duplex eſt ordo iuris. Vnus qui eſt de natura, ſiue de ſubſtantia iudiciorum, ſcilicet, vt quis poſt citationem habeat inducias, vt fiat litis conteſtatio, & teſtes recipiantur, & quòd ſententia feratur in ſcriptis. ſi contra hunc ordinem feratur ſententia, non tenet dicto §. diffinitiua. Eſt alius ordo qui non eſt de ſubſtantia iudiciorum, ſcilicet vt ſententia non feratur ſub conditione, & non prius pronuntietur de poſſeſſione, quàm de proprietate. ſi tamen hoc non ſeruatur, nihilominus tenet ſententia, infra eadem, quæſtione ſexta, biduum. & C. de appellationibus, lege prima. Item ſententia interlocutoria ſiue ſit excommunicationis, vel ſuſpenſionis, vel miſſionis in poſſeſſionem, requirit ordinem iuris. De ordine excommunicationis ſententiæ habes infra eadem. nemo. & trigeſimaquarta quæſtione tertia, de illicita. & melius extra de ſententia excommunicationis, ſacro. De ordine ſuſpenſionis habes infra eadem. nomen. Si tamen iſte ordo non fuerit ſeruatus, tenet excommunicatio, vel ſuſpenſio, vt vndecima, quæſtione tertia, ſi epiſcopus. "Item in ſentẽtia miſſionis in poſſeſſionem requiritur ſemiplena cauſæ cognitio, vt extra vt lit. non conteſta. quoniam frequenter. in fine. Et ſiue talis ordo fuerit ſeruatus, ſiue non, ſi abſens poteſt probarè ſe non fuiſſe cõtumacem, ſententia talis retractatur. vt extra de ſententia & re iudicata. cum Bertholdus. & ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſionẽ eatur. l. Fulcinius. §. quid ſit autem latitare. & ff. de priuileg. creditor. l. Imperatores. Sententia præcepti eſt, cum iudex ſine cauſæ cognitione præcipit alicui, vt ſoluat alij decem, quæ petit. ſi ille ſoluat, & pecunia illa debita eſt, licet iudex præceperit [b] iniuſtè, tamen non poteſt repeti pecunia, vt ff. quod metus cauſa, lege vltima. A prædicta regula pleriq; doctores excipiũt infamatos, circa quos non requiritur ordo iuris, vt infra eadem, quæſtione quinta. presbyter. & extra de ſimonia. quotiés. quod non admitto, vt dicemus in loco ſuo in illo capitulo presbyter. & in illa decretal. quoties. habita fuit cauſæ cognitio. Item excipiunt dilapidatores, vt tertia, quæſtione ſecunda, quia ea. quod non eſt verũ, quia hodie propter ſolam ſuſpicionem non remouetur quis ab adminiſtratione, vt extra de ſimonia. licet Hely. Ioannes de Fant.

" Sententia eſt triplex.

" ordo iuris eſt duplex.

" Sententia miſſionis in poſſeſſioné, reqrit ſemiplenã cauſę cognitioné.

b De iſta ſententia ét hr̃ ext. d̃ ver. ſi. ex parte. 1. í gl. vlt. ibi videas. & de ele. dudũ. 2. in gl. ſed pone. & 11. q. 3. in ſumma. Arch.

QVAESTIO I.

1 ps *QVòd autem [a] nullus ſine iudiciario ordine damnari valeat, auctoritatibus multis probatur.*

De eo namque ait Auguſtinus homilia 50. de vtilitate pœnitentiæ.

¶ Damnari non valet, niſi aut conuictus, aut ſponte confeſſus.

CAP. I.

1 NOs in quemquam ſẽtentiam ferre non poſſumus, niſi aut cõuictum, [b] aut ſponte confeſſum. [c]

Item conſtantinus Imperator. [2]

1 j̃. c. multi.

2 In capitulis ꝑ Hadrianum collectis, c. 57.

NOs in quemquam.] CASVS huius cap. eſt, quòd non debemus aliquem condemnare, vel in aliquem ferre ſententiam, niſi probationibus, vel confeſſione ſua conuincatur. Idẽ eſt caſus ſequentis cap.

b ¶ *Conuictum.*] "Quatuor ſunt modi conuincendi, aut iure, ſcilicet inſtrumentis vel teſtibus, aut facti euidentia, vt extra de cohabitatione clericorum. tua. & infra eadem quęſtione. quæ Lotharius. aut iuris interpretatione, vt ſæpius citatũ eſſe reum, vt tertia, quęſtio. nona. decernimus. aut violenta ſuſpicione, ſeu preſumptione. trigeſimaſecũda, quæſtio. prima, dixit. & C. de adulter. authentica, ſi quis.

" Conuincitur qs quadrupliciter.

c ¶ *Confeſſum.*] "Habes ergo hic, quòd ſententia ferenda eſt in confeſſum: hoc verum eſt etiam ſi aduocatus alicuius confiteatur, nec reuocat confeſſionem ſuam, vt extra de ſententia. capitulo olim. & eſt ferenda ſententia in confeſſũ in cauſa ciuili, vt ff. de confeſſis. lege, Iulianus. & etiam in criminali, vt ff. de cuſto. & exhib. reo. ſi confeſſus. " Niſi aliquis metu tormentorum aliquid confiteatur dum eſt in carcere. tali enim confeſſioni non ſtatur, vt ff. de quæſtio. l. 1. §. diuus. & §. ſi quis vltrò. niſi poſt tormenta in confeſſione perſeueret, vt ff. de quæſtio. l. prima. §. quæſtioni. Mentitur ergo lex, quæ dicit quòd nullæ ſunt partes iudicis in confitentem, vt ff. ad le. Aqui.

" Sententia in confeſsũ ferenda eſt.

" Confeſſio ni metu tormentorũ facta nõ ſtat.

le. Aqui. proinde. §. vlti. Sed dic quòd nullę ſunt. quantum ad examinationem cauſæ, ſunt tamen aliquæ quantũ ad prolationem ſententię. Vel dic quòd ſi poſt receptionem libelli & inducias datas reus cõfitetur, tunc iudex fert ſententiam, ſed ſine omni porrectione libelli. Si ex abrupto confiteatur, tunc non eſt ferenda ſententia: ſed iudex ſimpliciter præcipiat ei vt ſoluat ff. de iud. ſi debitori. "Quæ autem confeſſio præiudicet, his verſibus collige. *Maior ſponte, ſciens, contra ſe, ius ſit & hoſtis. Nec natura neget, fauor, & lis, iusue repugnet.* Maior, ff. de confeſ. certum. in fi. Sponte, 31. q. 2. Lotharius. Sciens. C. de iur. & fac. ig. error. Contra ſe, ff. de interro. ac. de ætate. Ius ſit, ext. de iud. at ſi clerici. Hoſtis, ff. de interrog. act. l. vlt. Nec natura neget, ff. de interrog. act. Cõfeſſionib. Fauor. C. de li. cau. interrogatũ. Et lis. ff. ad leg. Aq. inde Neratius. §. vlt. Ius úe repugnet, ff. de pac. ſi vnus. §. pacta. Melius, ff. de interro. act. l. ſi is cuius. 32. quæſt. 2. ſolet queri.

"Confeſſio confitenti non nocet, niſi multa interueniãt

1 Capit. 5. c. 156. Bur. l. 16. c. 6. Pan. l. 4. c. 111.

2 Anſel. l. 3. c. 30.

a I*Vdex criminoſũ.*] i. cauſam criminalem.

b ¶*Per innocentes.*] i. bonos.

S*Icut.*] Caſum ſic pone. Sicut non debemus aliquem ſine ordine iudiciario & cauſa cognita condemnare; ita & ſententia iuſtè lata contra eum, ſtatim debet executioni mandari.

c ¶*Quæ iuſtè.*] id eſt, ſecundum ordinem iuris. licet enim ſciat executor eam iniuſtam quantum ad ius litigatoris, tamen eam exequitur, [a] vt ext. de off. dele. paſtoralis. niſi ſit lata per falſa inſtrumenta. C. ſi ex fal. inſtru. vel teſti. l. iudicati. ext. de re iud. decreto. & de cri. fal. ſuper eo.

d ¶*Excuſatione.*] niſi incontinenti objiciatur exceptio, vt ext. de teſti. veniens, 2. & extr. de reſti. ſpol. literas. Dic vt notaui 11. q. 3. cum apud. extr. de off. deleg. quærenti.

ADDITIO. Et not. ext. de in integ. reſt. ſciſcitata. Archid.

3 Anſ. l. 3. c. 54. Pol. l. 5. tit. 1. Pan. l. 4. c. 115.

† abſunt iſta ab originali

a Nã q̃tũ ad ipſos litigãtes ius ex ſnia factum fuit poſtq̃ i ré trãſijt iudicatã. ext. de re iu. cũ inter. in ſin. Arch.

4 Et Zepherinus epi. 1. ad epos Siciliæ, vſque ad ver. aliter.

5 Anſ. l. 3. c. 68. Burc. l. 1. c. 157. Iuo p. 5. ca. 245. & 247. Pan. l. 4. c. 13. 11. q. 3. irritam.

¶De eodem.

CAP. II.

[1] IVdex criminoſum [a] diſcutiens, non ante ſententiam proferat capitalẽ, quàm aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes [b] teſtes cõuincatur.

¶*Habetur caput hoc Cod. Theodoſ. l. 9. ti. 40. in legis primæ interpretatione, itemque in capitulis Hadriani, c. 57. & capitul. 5. c. 156.*

Hoc A *idem teſtatur Auguſtinus, & eiſdem verbis.*

A ¶Hoc.] *Abſunt iſta ab vno ex peruetuſtis exemplaribus.*

Item Gregorius lib. 8. epiſt 50.

¶De eodem.

CAP. III.

[2] SIcut ſine iudicio quemquam nolumus condemnari, ita quæ iuſtè B [c] diffinita fuerint, nulla patimur excuſatione [d] differri.

B ¶Iuſtè.] *Abeſt vox iſta ab originali. In vno autem manuſcripto Gratiani eſt, iuſta ſunt diffinita ſententia.*

Item Eleuterius Epiſcopus ad epiſcopos Galliæ.

¶De eodem.

CAP. IIII.

[3] NIhil §contra†quemlibet accuſatum§abſque legitimo, & idoneo accuſatore fiat: Nam & Dominus noſter Ieſus Chriſtus Iudam furem eſſe ſciebat: ſed quia nõ eſt accuſatus, ideo non eſt eiectus.

Item Felix Papa 1. ad Paternum Epiſcopum.[4]

¶De eodem.

CAP. V.

[5] PRimates [e] accuſatum diſcutientes epiſcopum, non ante ſententiam [f] proferant damnationis, quàm Apoſtolica C freti auctoritate, aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes & canonicè † examinatos regulariter teſtes conuincatur. Aliter irritam eſſe cenſemus, & iniuſtam epiſcoporum damnationem, & idcirco à ſynodo retractandam [g], ita vt oppreſſis ab omnibus in cunctis ſubueniatur cauſis.

N*ihil.*] CASVS. Dicitur hic in c. iſto, quòd nullus debet abſque accuſatore damnari: & hoc probatur exemplo Domini, qui licet ſciret Iudam eſſe furẽ, tamen eum non eiecit, cum accuſatus non fuiſſet.

P*Rimates.*] CASVS. Dicitur hic, quòd ſi cauſa coram primatib. agitatur de crimine, quòd non debet accuſatus condemnari niſi conuictus, vel confeſſus. Quòd ſi aliter factum fuerit, ſententia irritabitur & retractabitur à ſynodo.

e ¶*Primates.*] id eſt, epiſcopi. 5. q. 2. ſi primates.

f ¶*Sententiam.*] " excommunicationis, quam ferre poſſunt in epiſcopum, ſed non damnare, vt s̃. diſt. 12. de his, [b] in ſi. ſ̃. q. 3. ſi quis epiſcopus. ſ̃. 3. q. 6. quamuis. & c. ſeq. niſi ſit ſynodus congregata auctoritate Papæ, vt 5. q. 4. cap. 1.

g ¶*Retractandam.*] " ſed qualiter retractatur ſententia, quæ nulla eſt ipſo iure? nam nec in ſententia excommunicationis neceſſaria eſt abſolutio, ſi ſententia nulla eſt, vt ext. de of. del. c. cum contingat. & ext. de ſen. exc. per tuas. & id quod nullum eſt, rumpi non poteſt. ff. de iniu. & rup. teſta. nam & ſub conditione. & vbi nulla eſt obligatio, ibi nulla eſt liberatio. ff. de ver. obl. decem ſtipulatus. ſed hic retractatur de facto: [c] ſicut aliquis abſoluitur de facto. ext. de ap. ad præſentiam. ſicut depoſitus de facto reſtituit de facto, ut 16. q. 1. frater noſter.

"Epin damnare q̃s pt.

b Al. pceptis.

"Snia nulla an poſſit retractari.

† abeſt ab epiſt. Zeph.

c Nam ſnĩa lata contra iuris ordinẽ iudiciarium ipſo iure nulla irrita eſt, nec indiget retractatione maiore, q̃a ñ tẽt ſcdm Hu. & adde q̃d no. s̃. c. in ſum. ver. hoc tñ, &c. Arch.

C ¶Apoſtolica freti auctoritate.] *Hæc addita ſunt ex epiſtola Felicis, & Zepherini. Nam damnari epiſcopi ſine conſenſu, & auctoritate Romani Pontificis nec tunc poterant, nec nunc poſſunt. 3. q. 6. c. diſcutere. & alibi.*

Idẽ decreuit Zepherinus Papa. [6]

Item Auguſtinus. D

D ¶Auguſtinus.] *Sic in multis uetuſtis exemplaribus, quamuis verba huius capitis apud ſanctum Auguſtinum non ſint inuenta.*

¶Multi per tolerantiam ſuſtinendi ſunt, quamuis ſententia diuini iudicij ſint condemnati.

CAP. VI.

VNus [h] ex vobis me traditurus eſt. ¶Bene dixit, ex vobis, & non ex nobis: Ex vobis enim eſt, à quibus per iudiciariam poteſtatem confeſſus, aut conuictus, excluſus non eſt. A me verò, qui nullis indigeo argumentis, & omnia certiſſimè noui, ſeparatus, & diuiſus eſt. Tale enim eſt, ac ſi diceret, etſi ego eum per occulti iudicij ſententiam damnatum habeo, vos tamen adhuc illum per tolerantiam ſuſtinete. [i]

V*Nus ex vobis.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Domini ad diſcipulos, ſcilicet, Vnus ex vobis me traditurus eſt. In ſcd̃a parte ponuntur verba Auguſtini exponentis verba Domini, quibus probat, quòd conuictus, vel confeſſus condemnari debet, alioquin eſt tolerandus: & loquitur hoc ca. de Iuda, & c. ſuperius: ſcilicet, *Nihil*, &c. Secunda pars incipit ibi, *Bene dixit.*

6 Zepherin. loco proxi. indicato.

Matth. 26.

h ¶ *Vnus ex vobis.*] Ar. quod de vno dicitur, de alijs negatur, vt 45. diſt. diſciplina. ſic ff. de iud. prætor. s̃. 25. diſ. qualis. C. de proc. maritus.

i ¶*Suſtinete.*] etiam in publica communione, vt extr. de off. ord. ſi ſacerdos: & 6. q. 2. ſi tantum epiſcopus.

Item Gregorius Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniam, lib. 11. epiſtola 50.

¶Nullum ſeruetur iudicium, niſi rationabiliter habitum.

CAP. VII.

[7] IN PRI-

I*N primis.*] CASVS. Presbyter quidam, & duo epi, ſ. Ianuarius & Stephanus dicebantur iniuſtè condemnati. quare Dominus Papa committit negotium iſtud Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniam. Diuiditur ergo cap. iſtud in quatuor partes. In prima parte mandat inquiri de perſona presbyteri hoc modo, vt ſi inuenerit eũ iniuſtè dãnatum, reſtituatur. Si autem aliquid objiciatur contra eum, cognoſcatur de hoc eo præſente, & pro ſe rationem reddente, & quæratur diligenter, vtrum in exilio debeat demorari, vel an debeat ad ſuam eccleſiam reuocari. In ſecunda parte man-

7 Anſel. l. 3. c. 93.

mis [a] requirendum eſt de perſona presbyteri dilectiſſimi† [b] fratris,& coëpiſcopi noſtri Ianuarij, & ſi ita ſe veritas habet,ſicut eiuſdem epiſcopi petitio continet,in eccleſia,atq; in loco ſuo, modis omnibus idem presbyter reuocetur. Si autem dictum fuerit,quia contra ipſum cauſa aliqua mota [c], ſiue probata eſt,ſubtiliter ipſo præſente [d], & pro ſe rationem reddente, quærendum eſt & genus cauſæ, [e] & modus [f] probationis, vt ex hoc colligere valeas, vtrũ adhuc in exilio A demorari, an certè in eccleſia ſua,& officio ſuo debeat reuocari. De epiſcopi ſupradicti perſona hoc ſtatuendum eſt, vt ſi nulla contra eum criminalis cauſa,quæ exilio vel depoſitione digna eſt,mota ſiue probata eſt,is qui eo ſuperſtite epiſcopus peruerſè [g], ac contra canones in eccleſia eius ordinari præſumpſit, ſacerdotio priuatus, ab omni eccleſiaſtico miniſterio repellatur. [h] Qui etiam idem dilectiſſimo Ianuario fratri, & coëpiſcopo noſtro tradendus eſt, vt ab ipſo [i] in cuſtodia habeatur, aut certè ab eo ad nos per omnia tranſmittatur. Epiſcopi verò, qui eum ordinauerunt, vel ordinationi eius conſentientes interfuerunt, ſex menſibus [k] Dominici corporis, & ſanguinis communione priuati, agere pœnitentiam decernantur in monaſterio, & ſupradictus Ianuarius loco, & ordini ſuo modis omnibus reformetur. Si verò communione priuatis mortis contigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si autem epiſcopi in prǣiudiciũ B condemnationis,vel depoſitionis memorati epiſcopi, ſe metu [l] iudicis conſenſiſſe, ac talia feciſſe non† ſua ſponte [m], falſi fuerunt, & tempus eis abbreuiandum eſt, & modus pœnitentiæ temperandus. Si verò ille, qui locum eius inuaſit, de hac fortaſſe luce migrauit, & alter eſt ordinatus,quia leuioris † [n] culpę videtur, cum non quaſi iſti ſuperſtiti, ſed ſucceſſiſſe defuncto videatur, epiſcopatus illi officium in illa eccleſia tantummodo interdicatur, vt in alia eccleſia, quæ ſacerdote vacauerit, ſi electus fuerit poſſit eſſe epiſcopus, ad Malachitanam tamen eccleſiam nunquam aliquo modo reuerſurus [o].

¶ Glorioſus autem Comitiolus, quidquid prædictus epiſcopus per violentiam, atque inſecutionem ipſius expendiſſe, [p] vel damnum pertuliſſe dato ſacramen

†fortè legẽdum, & dilectiſſimi.

mandat Papa inquiri de perſona Ianuarij epiſcopi, vtrum cõmiſerit crimen damnatione dignum:& ſi non commiſerit, eccleſiæ ſuæ & honori ſuo reſtituatur. Epiſcopus autem qui in loco eius ſubſtitutus fuerit,ab omni honore eccleſiaſtico deponatur,&tradatur eidem Ianuario cuſtodiendus, vel ad ſedem Apoſtolicã tranſmittatur. Si verò mortuus eſt, & alius loco eius ſubſtitutus, remoueatur ab eccleſia, ita tamen,quòd in alia eccleſia poſſit eligi, nunquam ad illam reuerſurus de qua remotus eſt. Ipſi verò qui ſubſtitutum ordinauerunt, ꝑ ſex menſes in monaſterio detrudantur à communione ſuſpenſi, niſi in mortis articulo.Sed ſi metu ipſius principis ſe dixerint feciſſe,tempus pęnitentiæ abbreuietur. Inſuper compellatur comitiolus reſtituere omne dãnum eidem epiſcopo, quod ſcilicet per illius violentiam eſt paſſus, præſtito prius iuramento ab eodem Ianuario. In tertia parte mandat Papa inquiri de Stephano,vtrum crimina,quæ ei obijciebantur, eſſent vera, vel non vera, & ſi ordo iudiciarius fuerit in eo ſeruatus, & quales accuſatores, & quales teſtes fuerunt, & qualiter ſententia lata fuerit.Si verò crimina falſa fuerunt, eccleſiæ ſuæ reſtituatur, & illi qui iniuſtè damnauerunt eum,ſex menſibus in monaſterio detrudantur excommunicati. De pœna ſubſtituti, & ordinantium eum,& de pœna Comitioli idẽ dicitur, quod dictum eſt in perſona Ianuarij.In quarta parte probat, quòd circa ea non fuit ordo iudiciarius obſeruatus. Nam ſacerdos tantùm coram ſuo epiſcopo erat conueniendus, vt probatur cauſa vndecima.Similiter de Ianuario actum eſt contra leges, cũ fuerit de eccleſia ſua violenter abſtractus.Nam qui hoc faciunt, capite puniuntur,vt probatur lege ſequen.ſi quis in hoc.Deinde multipliciter probat, quòd circa perſonam Stephani non fuit ordo iudiciarius obſeruatus: quia fuit à non ſuo iudice condemnatus,& ſi metropolitanum non habuit, erat ad ſedẽ Apoſtolicam remittendus. Item quia fuit à ſeruis accuſatus, quod fieri non debuit etiam in crimine læſæ maieſtatis, cum ſcilicet fuerit bonæ opinionis,& quia eo abſente viliſſimi teſtes contra eum recepti ſunt, nec etiam ſententia lata fuit in ſcriptis,quod fieri non debuit.Et hoc probatur duabus legibus,& ſequen.cap.Secunda pars incipit ibi, *De epiſcopi perſona*.Tertia ibi, *Quia igitur Stephanus*. Quarta ibi, *De perſona presbyteri*.

“cauſa pauperis eſt tractãda prius quã diuitis.

a ¶*In primis*.]arg.“ꝙ prius eſt cauſa pauperis tractanda q̃ diuitis,vt 16.q.6.de lapſis.& C. de epiſ. & cle. ſi quis ad declinandam. Sed dic, ꝙ hic vltimò iubetur tractari cauſa epiſcopi,vt ea melius memoriæ commendetur,vt ĩ.de conſec. diſt. 2.liquido.ª Sed quare iubet inquiri, ſcilicet an ordo iuris fuerit ſeruatus, cum ipſi depoſiti eſſent à non ſuo iudice, vnde ſtatim deberent reſtitui ? Dic ꝙ hoc fuit propter ſcandalum Comitioli,& eſt ſi.3.q.6.hæc quippe.

a Vel dic, ꝙ aliqs debet eſſe ordo poſtulantiũ,ne ſi honori poſtulantiũ locus detur, mediocres deſideria ſua non proferant ff. de offi.procon. nec qdquã. §.obſeruare ſcđm Lau.

b ¶*Presbyteri dilectiſſimi*.]tranſitiuè ponitur.

c ¶*Mota, ſiue probata*.]ſiue,pro &: & tunc planum eſt. non enim eo ſolo,quòd quis eſt accuſatus,reus eſt,vt 15. q. vlt.c. vlt.Vel dic,mota, ita quòd ſit infamatus,&in purgatione deficiat. hoc enim ſolum ſufficit ad depoſitionem, vt extra de ſi. de hoc. & c.inſinuatum. hoc verum eſt, quando crimen, in quo deficit,inducit depoſitionem.

d ¶*Præſente*.]& intelligente. aliàs non diceretur præſens. ff. de verb.ſign.corã.Io.Quid iuris ſit de hoc,habes 3.q.9. in ſũ.

e ¶*Et genus cauſæ*.]ſcilicet an ſit ciuilis, an criminalis, quia alij teſtes admittuntur tã in vna quàm in alia,vt 14. q. 2. ſup prudẽtia. Vel dic,genus cauſæ,i.an tale ſit crimẽ quod inducat depoſitionem, vel non:quia nõ omne crimen inducit depoſitionem. diſt. 81. Apoſtolus.& 5.q.4.in loco.15. qõ.8.in ſum.

f ¶*Modus probationis*.] non intelligas vt inquiratur, an ciuiliter, an criminaliter agatur. “ nam propter crimen ciuiliter probatum remouetur qs à beneficio, vt ext.de of. cuſt.c. 1.extr. de fideiuſ.peruenit. de iureiurã. querelam. Sed dic modus probationis,i. an excipiendo,vel denuntiando,vel alio modo probatum ſit crimen: quia ſi excipiendo, vel denuntiando, non eſt remouẽdus,vt ext.de acc. ſuper his. Si autem directè agatur de crimine, licet ciuiliter, bene remouetur ab adminiſtratione: ſed non à dignitate,vt ext. de ſi.per tuas.in fi.

“ Criminis ꝓbõ an ſp remoueat promotum.

† al. abeſt hęc negatio,& rectè, vt ex tex. ſerie.& glo. in ver. ſponte. colligitur. Pellice.

† al. leuior culpa.

g ¶*Peruerſè*.]quid iuris de hoc ſit, habes 3. q.9.in ſumma.

ADDITIO.De hoc etiam no. ext. de do. & contu.veritatis.Et not. ꝙ præſentia & abſentia dicitur multis modis,prout no.ff.de proc.præſens.

h ¶*Repellatur*.]niſi feciſſet ignoranter,vt ĩ.7. q.1. præſentium.& c eum qui.

i ¶*Ab ipſo*.]non vt ab ipſo iudicetur.vt ĩ.3.q.5.qa ſuſpecti.

k ¶*Sex menſibus*.]poſt hoc tempus fortè ipſo iure reſtituuntur.arg.ff.de poſtula.l.Imperator.ſ. diſt. 50.ſi ille. contra, ſed ibi erant detruſi in monaſterium,vt ibi perpetuò eſſent.

l ¶*Metu*.]“metus hic attenuat peccatum,vt ext. quod met. cau.ſacris,quandoque penitus excuſat, vt 50. diſt. presbyteros.quandoque in nullo excuſat,vt ĩ. de conſec.diſt.4. eos.& 11.q.3.quiſquis.

“ Metus quãq; attenuat peccatum.

m ¶*Sua ſponte*.]arg.ꝙ mitius agitur cum ſponte confeſſo, quàm cum conuicto,vt 50.diſt c.3.arg.ext. de elect.innotuit.

n ¶*Quia leuioris*.]“Cum enim ſit ſingularis ſucceſſor,mala fides defuncti non nocet ſucceſſori. Secus,ſi eſſet vniuerſalis ſucceſſor.C.de acq.poſ.l.vitia. & ff.de di.& tem.præſcr.an vitium.& l.cum hęres. purgatur ergo hoc vitium per ſucceſſorem.ſic ext.de fil.presb.ex tranſmiſſa.vnde dicit lex, quòd nõ videor vi poſſidere, ſi recipiam poſſeſſionem ab eo qui poſſidet.licet ille vitioſè poſſideat, vt ff.vti po. l.ſi duo. & ſi. ext. de reſt.ſpo.cum ad ſedem.in fi.Io.Hodie tamen ſpoliatus poteſt conuenire quemlibet poſſeſſorem condictione ex canone,vt ext.de reſt.ſpol.ſæpe contingit.Ba.

“Fides mala defuncti, an noceat ſucceſſori.

ADDITIO. Ad huius gl. declarationem vide quod le. & no.& ext.de iud.quia V.

o ¶*Reuerſurus*.]arg.quòd dignitas non conualeſcit in inuaſore,ſi eiectus moritur.ar.ĩ.21.q.1.relatio.

p ¶*Expendiſſe*.] “de expẽſis conſueuit notari ext.de poe.calumniam.imo melius de dol.& cõtu.cum dilecti.ſed hic aliqua

“ Expenſarũ materia.

qua

to[a] firmauerit, eidem epiſcopo reſtituere compellatur. † Si autem aliter, quàm antefati epiſcopi peritio continet, actum eſſe forſitan perhibetur, ſubtiliter quærendum eſt, & veritate cognita, cum Dei timore, quod iuſtitiæ ordo ſuaſerit iudicandum. ¶1 Quia ergo Stephanus epiſcop9 odio † ſui quædam ficta, & de falſis ſe capitulis accuſatū, neque aliquid ordinabiliter factum, ſed iniuſtè ſe aſſerit condemnatum; diligenter quærendū eſt primò, ſi iudicium ordinabiliter eſt habitum, id eſt, † ſi alij accuſatores[b], atque alij teſtes fuerunt. Deinde cauſarū qualitas eſt examinanda, ſi digna exilio, vel depoſitione fuit, ſi eo † præſente[c], qui accuſatus eſt ſub iureiurando contra eum teſtimonium dictum eſt, ſi ſcriptis actum eſt, vel ſi ipſe licentiam reſpondendi, & defendendi ſe habuit. Sed & de perſonis accuſantium, ac teſtificantium ſubtiliter quærendum[d] eſt, cuius conditionis, cuiuſue opinionis, aut ne inopes ſint, aut ne fortè aliquas contra prædictum epiſcopum inimicitias[e] habuiſſent, & vtrum teſtimonium ex auditu[f] dixerunt, aut certè ſe ſcire ſpecialiter[g] teſtati ſunt, ſi ſcriptis[h] iudicatū eſt, & partibus præſentibus ſententia recitata eſt. Quòd ſi fortè hæc ſolemniter acta non ſunt, nec cauſa probata eſt, quæ exilio, vel depoſitione digna ſit, in eccleſiam ſuam modis omnibus reuocetur. Hi verò, qui eum contra Dei timorem, & canonum ſtatuta condemnauerūt, excommunicati in monaſterium ad agendam pœnitentiam ſex menſibus mittendi ſunt: ita ſanè, vt ſi cuiquam eorum mortis contigerit imminere periculum, viatici benedictio non negetur. Ipſe autem, qui eo viuente locum eius temerariè ambiuit, priuatus ſacerdotio, ab omni miniſterio eccleſiaſtico repellatur, atque eidem dilectiſſimo fratri, & coëpiſcopo noſtro tradatur, vt eum aut ipſe ad nos trāſmittat, aut apud ſe in cuſtodia habeat. Epiſcopi verò, qui eum ordinare prçſumpſerunt, vel peruerſæ ipſius ordinationi præbuere conſenſum, ijdē communione priuati, ſex menſibus ad agendam pœnitentiam in monaſterio deputentur. Si autem epiſcopi in præiudicium condemnationis, vel depoſitionis memorati Stephani ſe metu iudicis conſenſiſſe, ac talia feciſſe non † ſua ſponte, profeſſi fuerint, tempus eis abbreuiandum eſt, & modus pęnitentię temperandus. Si igitur is, qui prædicti Stephani locum inuaſit, fortaſſe defunctus eſt, atque alius in eccleſia eius epiſcopus ordinatus eſt, illud de eo ſtatuendum eſt, quod ſuperius de cauſa fratris, & coëpiſcopi noſtri Ianuarij diximus.

¶Quòd ſi fortè aliqua de obiectis contra memoratum Stephanum epiſcopum probata ſunt, aliqua verò doceri minimè potuerunt, cauta omnino conſideratione penſandum eſt, vtrum leuiora[i] capitula, an certè grauiora probata ſint, vt ex eis, qualiter definitionem tuam formare debeas, poſſis ſcire.

¶ Glorioſus verò Comitiolus, ſi ſupraſcriptus epiſcopus innocens eſſe claruerit, quidquid de rebus eius, vel eccleſiæ ipſius tulit, ei ſine aliqua reſtituat dilatione. Sed & quæque ſe in perſecutionem, ac violentiam eius expendiſſe, vel damnum idem epiſcopus pertuliſſe iurauerit, idem memoratus Glorioſus Comitiolus reddat, ac ſatisfaciat. Si autem epiſcopum antedictum talem culpam cōmiſiſſe cōſtiterit (quod abſit,) &c. *vt infrà in cauſa monachorū.* De perſona presbyteri, &c. *vt infrà in cauſa.*[2] Clericus aduerſus clericum. *Et infrà eadem epiſtola 54. vndecimi libri.*[3] De perſona Ianuarij epiſcopi ſciendum eſt grauiter omnino, & contra leges eſſe actum, vt violenter de eccleſia traheretur,

qua adijciam. Dico ergo, q omnes expenſæ ſoluuntur, quæ factæ ſūt in eundo & redeūdo, ext. de ele. vt prçteritæ. etiam circa aduocatū. vt C. de iud. l. ſancimus. & hoc obtinet cum victus ſuccumbit victori. ſecus eſt ſi quis condemnatur pro cōtumacia.[a] tunc enim tantū ſoluit expenſas factas à tempore cōtumaciæ, vt ext. de do. & cont. cū dilecti. illas tamē expenſas dico deducendas, quas domi cōſueuit facere, vt ff. ad exhi. ſed & ſi. §. 1. & ff. de pe. hę. l. ſed & ſi. §. quod autem. & ff. de rei vend. ſi res. nec illas petit quæ caſu fortuito factę ſunt, vt ff. man. l. inter cauſas. §. non omnia. Itē iſtæ expēſę erūt mediocres, & non delicatæ, vt ff. de pig. ac. l. ſi ſeruos. in fi. & ff. de dam. infe. inter quos. 1. §. 2. & le. ſeq. ſolas enī illas præſtabit quę propter ipſam cauſam factæ ſūt, vt ext. de ſe. po. & fructu. ad hoc. in fi. & ſolas neceſſarias nō vtiles præſtabit: vt extr. de eo qui mit. in poſ. cum veniſſent. in fi. Illud autem non obſtat ei, q minores facere potuiſſet, vt ff. man. l. ſi quis. §. impendia. Itē iudex prius taxabit expenſas, quàm pro eis iuretur, vt 3. q. 3. §. ſpatiū. verſ. quod fieri. & eſt iſtud ſpeciale quod probatur aliquid proprio iuramēto, & hoc ideo eſt: quia res talis aliter nequit probari. ſic per ſacramentum ſuum probat ſe aliquis perdidiſſe inſtrumētum ſuum, vt C. de fid. inſtr. l. vlt. eodē modo pbat ſibi res aliquas mobiles eſſe ablatas. C. vnde vi. ſi quādo. ext. quod me. cau. c. vlt. "Hoc tn̄ teneas p certo, q nullus in principali cauſa condemnatur in expenſis poſtquam iurauit de calumnia, cum poſtea præſumatur bona fide litigare,[b] vt ff. de leg. 2. qui ſolidum. & in hac opi. fuit Io. Cremonenſis, & alij doctores legum, vnde dixit Bulgarus, exceptionem facit contumacia abſentis actoris, & iuſta ignorantia. Io. Et ita ſeruatur de facto in hac ciuitate Bononienſi. Sed in cauſa appellationis indiſtinctè quilibet condemnatur, vt 2. q. 6. omnimodo. Bart.

a ¶*Dato ſacramento.*] ſi aliter nequit probare. C. vnde vi. l. ſi quando. Io.

b ¶*Accuſatores.*] id eſt, accuſator. non enim plures accuſatores admittuntur: [c] quia poſſet eſſe, quòd vnus probaret, & alter deficeret, in probatione. ſed ſi plures ſunt, iudex eliget magis dignum, vt ff. de acc. l. ſi plures. tamen intantum præiudicabit eis, quòd qui ſemel apparuerit inter accuſatores, non poteſt poſtea in illa cā teſtificari, vt ext. de acc. c. cum P.

c ¶*Si eo præſente.*] Teſtes iurare debent præſente vtraque parte, vel altera per contumaciam abſente. ext. de teſti. in nomine Domini. ſed teſtimonium non debent dicere corā partib. exēplo Danielis, qui ſolus ſecretè quærebat à teſtib. 2. q. 7. §. his ita. ver. item Daniel. Ego credo quòd quæcunque pars velit intereſſe interrogationibus,[d] quòd poteſt, quia partes melius nouerunt quærere omnes circunſtantias: & hoc probatur ff. de adul. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. ſed hoc ſciāt partes, quòd quæcunque pars ſemel interfuit, amodo non poteſt alios teſtes producere ſuper illo articulo, vt ext. de teſtib. fraternitatis. in auth. co. §. quia verò. col. 7. Io. Sed certè ſicut teſtimonium dicitur in ſecreto, ita & interrogationes fiunt in ſecreto, & dantur in ſcriptis: & ita ſeruatur de facto. Barth. Brixi.

d ¶*Quærendum.*] Sed non videtur hoc modo eſſe quærendum: "cum exceptio, quæ teſti eſt obijcienda, ante publicationem dēat opponi, vt extr. de teſti. præſentium. & quia nō refert cuius opinionis teſtis ſit, dummodo eo tpe, quo tulit teſtimonium, nihil fuit obiectum teſti, vt C. de teſti. l. 1. Reſp. reus bene obiecit, quòd teſtes tales non eſſent admittendi, ſed iudex ſpretis iſtis exceptionib. admiſit eos: [e] vñ in hoc caſu poſt ſentētiam debet inquiri de opinione teſtium, [f] vt ext. de teſti. ex parte Adæ, vel reo abſente fuerunt ibi teſtes inducti: & cū iudex de ſuo officio deberet inquirere de opinione teſtiū, non quęſiuit.

e ¶*Inimicitias.*] capitales, vt ext. de ſi. p tuas. & in aut. de teſt. §. ſi quis verò odioſus. inſt. de exc. tut. §. inimicitię. ʒ. 3. q. 5. c. 2.

f ¶*Ex auditu.*] ʒ. q. 9. teſtes. tamen de auditu & de credulitate quæritur à teſte, extra de teſti. cum cauſam.

g ¶*Specialiter.*] i. aſſignata cauſa ſcientiæ, vt no. 4. q. 3. §. ſola.

h ¶*Scriptis.*] ʒ. 9. q. 1. ſi quis cū clerico. contra. ſed illud in cā ciuili, iſtud in criminali. vel illud ſpeciale in epiſcopo.

i ¶*Leuiora.*] an grauiora. ʒ. 3. q. 10. placuit. contra. Sed hic non

a Cōmune eſt in quolibet cōtumace, vt i expēſis cōdēnetur, ſiue vincat in cauſa principali, ſiue ſuccūbat. C. đ iu. pperādū. §. ſinautē ex geſtis. & ſic no. Inn. ext. lib. 6. de ap. cordi. i ſi. A.

† al. condemnetur.

1 Iuo par. 6. c. 343. Pan. l. 4. c. 82.

† al. in odio ſuo.

† al. aut ſi alij accuſatores, alij teſtes fuerūt.

† al. aut ſi

" Iurm đ calūnia pſeruat à cōdēnatione expenſarum.

b Contrariū tn̄ tenēt Pe. đ Bel. Cy. & Bart. in aut. gñaliter. C. de epi. & cl. & Bar. & Im. ī l. q ſolidū. §. etiā. ff. de le. 1. & Bar. ī l. eū quē temerè. ff de iud. & l. 1. verſ. venio, &c. ad turp. & I. A. in c. calūniā. de pœ. Idē tēt Gul. đ Cu. ī l. 3. ff. de iureiu. & Bal. ī d. aut. gñaliter. poſt Ol.

c Idē tj; gl. & ibi Pe. đ Bel. per. & Cy. ī

l. ſi accuſatorib. C. đ ac. Bar. ī l. 3. §. ſi plures. ff. de ſep. vio. l. 3 ſit cōtra ext. đ col. det. c. 1. vbi de hoc. & ext. đ pur. ca. quoties. vbi đ hoc. A.

d Iſtā gl. ſequtur. Al. đ Im. in l. is apud, col. 2. C. de eden. & add In. in c. per tuas. đ teſti. Sp. ti. đ teſt. §. iam de interrogatorijs.

† alias, deeſt hęc negatio vt ſ. annotaui.

" Exceptio in teſtē qñ ē obijciēda.

e Adde Bal. i l. criminis. C. de ac. & Alc. de Im. i l. ita demū. col. 2. đ pc.

f Vt ſ. e. q. 7. quærēdum.

2 16. q. 6. c. ſi eporum.

3 11. q. 1. de perſona, ex Grego. l. 11. epiſt. 54.

non dicitur, ꝙ ſecundò ſint admittendi ad accuſandum.

a ¶ *Quamlibet iniuriam.*] "Ergo ꝓ modica vt ꝓ magna iniuria pōt qs taliter puniri.arg.14.q.6.c.vlt. tñ ꝓ modica iniuria non excōicatur qs. 11.q.3. nullus.ext. de ſen.exc. puenit.Io. Et malè dicit Io.qa excōicat' eſt, ſed nō debet mitti ad ſedem Apoſtolicā niſi velit eps, vt dicit illa decret.peruenit.B.

"Excōcatio pro modica iniuria non eſt ferenda.

1 l. ſi quis. C. de epiſc. & cleric. C. Theodoſ. lib.16. tit.2. c.31.

b ¶ *Capitali.*] hæc eſt lex Cornelia. Sed contra. C.de epiſc.& cler. auth. ſed nouo. ibi.n. dicit, ꝙ talis verberat, & in monaſteriū mittitur.Io.Sol.pt dici, ꝙ nouo iuri ſtabit. [a] vel ſtabit huic legi, cū ſit canonizata.11.diſ.c.1.

2 17. q.4.ſi quis ſuadente.

a Et hanc ſniam teneas ſcdm I.. ſed ſequēs verior eſt, vt videtur Arc.

c ¶ *Si quis in hoc.*] ȷ̃. 17.q.4.§.qui autem de eccleſia.

d ¶ *Et miniſtris.*] "Nota diligenter, ꝙ in hoc caſu crimen ſacrilegij cōparatur crimini læſæ maieſt. vt 17. q.4.ſi qs ſuadente. §.q aūt.imo ſi laicus extrahatur de eccleſia, tale crimen cōparatur crimini læſæ maieſtatis, vt C.de ijs qui ad eccl. confug.l.2.

"Crimē ſacrilegij & leſæ maieſta. ęquique comparantur.

e ¶ *Ad iudicium.*] alienum. hoc patet ꝑ verba ſequentia,ſ.ab epiſcopis alienis,&c.

f ¶ *Iudicari.*] ergo cō prouinciales epi ſunt iudices epiſcopi, vt 3. q.6.c.2.

g ¶ *A ſuo iudice.*] ȷ̃. 11.q.1.c.pen.C.ſi à nō compe.iud.l.vlt.

h ¶ *Crimine.*] no.ꝙ ēt in iſtis exceptis criminibus nō oīs admittūt ad accuſationē vel teſtimoniū, niſi malæ famę fuerit accuſatus,vt hic,& ȷ̃.ea.q.7.§.accu. & ext. de teſt. veniens. Si verò malę famę fuerit accuſatus, oēs admittuntur,vt ext.de ſi. tāta.& ext.de teſti.qm. niſi odio venerit ad accuſationē, vt ext.de ſi. licet Hely.& c.p tuas. Alij dicūt ſpāle eſſe in epo.decret. tñ videtur dicere, ꝙ cōtra eum ēt qui fuit malę famæ,nō admittūtur criminoſi in exceptis criminib. cum criminaliter agitur, ſed vbi ciuiliter agitur, tunc admittuntur criminoſi cōtra regulares ꝑlatos, ſed nō contra ſęculares: ſed ſi ſunt emendati de cri-

† Si verò dictum fuerit quòd d' hoc accuſat' eſt, quod ad maieſtatis crimē attinet] Orig.

dum ſi quamlibet [a] iniuriam à quocunq; epiſcopus paſſus fuerit in eccleſia,iniuriantem lex capitali [b] pœna percutiat, & ſicut maieſtatis reum omnibus det accuſandi illum licentiam, vt huius legis ſeries loquitur Codicis lib.j.tit.6.conſtitutione x. 1 Si quis in hoc [c] genus ſacrilegij proruperit, vt in eccleſias catholicas irruens, ſacerdotibus, & miniſtris [d], vel ipſi cultui, locoque aliquid importet iniuriæ, &c. *& infrà in eadem epiſtola.* 2 De perſona Stephani epi hoc attendendum eſt: quia nec inuitus ad iudicium [e] trahi,nec ab epiſcopis alieni concilij debuit iudicari [f]. *& infrà.*

¶Contra hæc ſi dictū fuerit, quia nec metropolitanum habuit nec patriarcham: dicendum eſt,quia à ſede Apoſtolica (quæ omnium eccleſiarū caput eſt) hæc cauſa audienda,ac dirimenda fuerat: ſicut & ꝑdictus epiſcopus petijſſe dignoſcitur, qui epos alieni concilij iudices habuit omninò ſuſpectos. Quia ergo ſententia non à ſuo iudice [g] dicta nihil firmitatis obtineat, lectionis huius tenor oſtendit libro Cod.vij.&c. *& infrà.*

¶Quòd autem dicitur à ſeruis ſuis accuſatus, ſciendū eſt, quia audiri minimè debuerunt. *& infrà.* ¶Si verò de crimine [h] † maieſtatis dicitur accuſatus, nec ipſum de eo credendum fuit, ſi vita, vel opinio eius talis ante non extitit [i]. *& infrà.* ¶Quòd autem dicit idem epiſcopus, quia ſe abſente,aliqui ſint viliſſimi teſtes exhibiti: hoc ſi verum eſt, nullius eſſe momenti lege non ſcēdum eſt. *& infrà.* ¶Teſtes autem quales, vel cuius opinionis ad teſtimonium admittendi ſunt,plurimę leges oſtēdunt, quæ penè nulli habētur incognitæ: quæ etiā ſanciunt, vt viliſſimis teſtibus ſine corporali [k] diſcuſſione credi non debeat. ¶Quod autē dicitur, quia nihil ſcriptis iudicatum eſt,legēdus eſt tit. 44. libri 7. Codicis: quia ſcriptis debuit iudicari.Nam ibi inter alia dicitur,atq; præcipitur,vt ſentētia,quæ ſine ſcripto dicta fuerit,ne nomen quidem ſententiæ habere mereatur.

A ¶Exilio.] *In vulgatis ſequebatur*, vel deportatione*: quæ voces ſublatæ ſunt, quia neq; in vetuſtis Gratiani,neq; apud B. Greg.leguntur.*

B ¶Si autem epi in p̃iudicium.] *Hæc vſq; ad verſic.* Quod ſi fortè. *addita ſunt ex epiſtola: quemadmodum & paulò inferius à verbo*, dilatione, *vſq; ad verſ.* Si autē epm, *vt orationis curſus ſit expeditior. Nam Gratian. referebat ſe ad ſuperiora, in quibus habentur ſimilia, hoc modo*, & c.vt ſuprà de cauſa Ianuarij epi. *Quorum autem capitū initia citantur ex inferiorib.cauſis, ea ſic relicta ſunt quemadmodum antea ſe habebant,vt modus citandi Gratiano vſitatus agnoſcatur.*

Idem Cod.lib.7.tit.de ſenten. ex breuic.rec.Imppp.Valentin.Valens, & Grat. AAA.

¶Vltima ſententia debet de ſcripto proferri.

CAP. VIII.

STatutis generalibus iuſſimus,vt vniuerſi iudices, quibus reddendi iuris in prouincijs permiſimus facultatē, cognitis cauſis vltimas definitiones de ſcripti recitatione proferāt.Huic adijcimus ſanctioni,vt ſentētia [l], quæ dicta fuerit, cum ſcripta non eſſet, nec nomen quidam ſententię habere mereatur, nec ad reſciſſionem perperam decretorum, appellationis ſolemnitas requiratur.[m]

¶In duobus vetuſtis codicibus hoc, & ſeq.caput nō habentur, & hanc legem Codicis B. Gregorius in præcedēti capite manifeſtè indicauerat.

Item ex concilio apud S. Medardum. Hincmarus Rhemorum Archiepiſcopus dixit.

¶De eodem. C. IX.

3 LEgum eccleſiaſticarum conſuetudo, & auctoritas talis eſt, vt in cauſis geſtorum ſemper ſcripturam requirant: adeò, vt qui ad ſacrū fontem [n] accedit, ſuum dare nomen præcipiatur. Qui ad ſummum ſacedotium prouehitur [o],decreto manibus omnium roborato eligitur. Ordinatus autem à ſuis ordinatoribus literas accipere iubetur. Qui etiam ab eccleſiaſtica ſocietate [p] quolibet exceſſu diſcinditur, libelli † inſcriptione aut recipitur, aut eijcitur. Sed & A qui accuſatur, aut excommunicatur [q], ſeu reconciliatur, per ſcripturam accuſari,vel reconciliari iubetur. Et ſic in cæteris huiuſmodi in tantū ſcriptura depoſcitur, vt ſicut beatus Gregorius in cōmonitorio ad Ioannem 4 defenſorem ex Romanis legibus 5 ſumens ſcribit [Sentētia,quę ſine ſcripto profertur, nec nomen ſententiæ habere mereatur.†]

mine, tunc admittuntur cōtra eos de æquitate, non de rigore, vt ext.de ſim.p tuas. Ioā.

i ¶*Non extitit.*] ext. de præſump.mandata. & eo.ti.cum in iuuentute.ff.de ſuſp.tut. l.3. ff.ad l.Iul.maie.famoſi. 28. diſtin. quia ſunt culpæ. ff. de re milit.l. non omnes. [b]

b Et ſic not. quòd præſumitur ex vita pręterita circa præſens,ſiue de præſenti.extra de præſum. ſcribā. vbi de hoc. & 44.diſtin. multis.Arc.

k ¶*Corporali.*] ȷ̃. 5. q.5.illi qui.

l ¶*Tatutis.*] ¶*Vt ſententia.*] Per hanc legem non pōt Greg. probare, ꝙ in criminalib.cauſis debeat interuenire ſcriptura: quia lex illa tm̃ de ciuilib. cauſis loquitur. nā eps inter ſubditos ſuos ſine ſcriptura iudicat,vt 11.q.1. ſi quis cū clerico.& C.de ſenten.ex breu.rec. auth. niſi. ſimiliter ſecularis iudex in modicis cauſis, vt ibi dicit,& in auth. de man.prin.§.ſi tibi.col. 3.& ꝙ partes illud mutuo conſenſu poſſunt remittere,vt C.de epi. & cle.auth.& gn̄aliter. ī ſi. & C.de pri.ſchola. l.quoties. in ſi.lib.12. Dicas cum Greg.ꝙ in criminalib. cauſis requiritur ſcriptura, & ēt in ciuili.ext. de ꝓb. qm̄ contra.niſi in caſibus. ſ. exceptis, & in cauſa dilapidationis, vt in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffr.§.neceſſitatem.coll.2.Io.

m ¶*Requiratur.*] tñ ſi appellauerit, videt ꝙ debeat proſequi appellationē, vt ext.de ſent. & re iud. ſententia. qa appellatio confirmat ſententiam, ff.rem rat. hab. l.3.§.falſus.ext.de off.deleg.coram.

3 extra de lib. obl.c.1. Burc. lib. 2. c.197. Iuo p.6.c.269.

LEgum.] CASVS. Probat hic Hincmarus, ꝙ in cauſis geſtorū interuenire debet ſcriptura. nam baptizandus nomen ſuū debet in ſcriptis dare, & electio & ordinatio debet fieri cum ſcriptura, & ſimiliter excommunicatio & reconciliatio, & alia ſimilia, debēt fieri cum ſcriptura.

† Libellari ſcriptione] Orig.

n ¶*Fontem.*] ȷ̃. de conſecra. diſt.4.baptizandi.2.

o ¶*Prouehitur.*] ſ.di. 61.eps dum fuerit.

4 ſ.c.in primis.

p ¶*Societate.*] vt hęreticus, vt ſ.1.q.7.quoties.

5 C. lib.7. tit.44.

q ¶*Excōmunicatur.*] 11. quæſt. 3. debent. & c.curæ.

† meretur] Orig.

Notum.

NOtum.] Casvs. Quidam presbyter nomine Chriſtophorus non conuictus, vel confeſſus de aliquo crimine iniuſtè fuit ab eccleſia ſua expulſus, & alius loco eius ſubſtitutus: quia non potuit vel noluit dare, quod ſubſtitutus eius ęmulus dedit, cum trina facta fuerit contra eum inquiſitio, nec culpabilis eſt inuẽtus. vnde cõqueſtus eſt Chriſtophorus Papæ, quare mandat epõ, qui eum expoliauit, vt eum reſtituat, nec excuſatur ſi dicat ſe non facere, cũ fieri permittat. Nã faciens & conſentiens pari pœna puniuntur.

a ¶Per tres.] no. ſæpius poſſe inquiri de eodem crimine.

b ¶Niſi.] iſtud, niſi, nõ ponitur hic exceptiuè.

c ¶Monemus.] per hoc verbum non præcipitur [a], vt ĵ. 28. q. 1. ſic. n. & ff. de leg. 3. fideicom miſſa. §. hæc verba. & 11. q. 3. rogo. & 3. q. 9. reuera. & 2. q. 7. ſicut inquit in gl. 2.

d ¶Tuæ.] remittit hæc cã ad eum à quo appellatum eſt, nõ vt ipſum iudicet, ſed vt ipſum reſtituat, & ſic nõ obſtat ext. de app. accepta.

e ¶Reſtituendo.] cauſa prius cognita, ne obſtet ĵ. 7. q. 1. præſentiũ.

f ¶Et conſentientem.] hoc ideo dicit, quia ipſe eum nõ priuauerat, ſed alij de cõſenſu ſuo. " Et hoc eſt notabile," ꝙ poteſt conueniri, nõ ſolùm qui deiecit, vel mandauit, vel ratum habuit, ſed etiam qui conſenſit. ext. de reſtit. ſpol. cum ad ſedem. in fi. " Conſentire dicitur quis tribus modis, ſ. vt qui ad hoc cooperatur vt in ſimonia. 1. qu. 1. ſi quis eps. Et in inceſtu. 3. q. 4. conſanguineorũ. Itẽ & in raptu virginis. 36. q. 2. de puellis. In rapina. 17. q. 4. oẽs eccleſiæ. Item in iniuſta ſententia, vt s̃. ca. in primis. Scdo modo dicitur cõſentire, cũ nõ corrigit quos tenetur ex officio corrigere, vt 83. di. c. 1. & 2. & 86. di. inferiorũ. Tertio modo dicit cõſentire, cũ defendit peccãtem, vel qñ ſua auctoritate delinquitur. 11. q. 3. qui cõſentit. 24. q. 3. q aliorũ. & talis magis eſt puniẽdus, quàm ipſe faciens, vt ibi dicitur. Io.

† al. Airardo.

1 Iuo par. 6. c. 429.

a Tñ iuriſdõ dat. extr. de teſt. ca. 1. de hoc ẽt ĵ. ea. q. 7. ſicut. ſꝺ hic tenetur ꝓceptiuè. A.

« ſpoliationis rõe quis cõueniatur.

« Cõſentit quis tripliciter.

A ¶Sed & qui.] *In originali eſt.* ſed qui accuſatur, vel qui excommunicatur, reconciliatus per ſcripturam accuſari, vel reconciliatus commendari iubetur. Et ſic, &c.

Item Nicolaus Papa Girardo † Turonenſi Archiepiſcopo.

¶Reſtituendus eſt, quem neque conuictum, neq; confeſſum conſtat eſſe eiectum.

CAP. X.

Sed fortè hoc obtinet in ſacramento calumniæ, quod clerici per ſe prohibentur præſtare, ſed per alium poſſunt, vt ext. de iu.cal.c.1.& 2.ſed ca.in pertractandis. contra. " Iurant tamen pro recta fide, pro obedientia, & pro pace, & pro indemnitate eccleſiæ.ext.de elect.ſignificaſti.vltra mediũ.28.diſt.de Syracuſanæ. & cũ quis abſoluitur ab excõmunicatione, vt ex. de ſen. excom. cap.nuper.

" Clerici qñque licitè iurant.

Item ex concilio Triburienſi. capitul. 21.

¶Si quis presbyter contra laicum, vel laicus cõtra presbyterũ querimoniã habeat, epiſcopo pręcipiente terminetur.

C A P. IIII.

1 SI quis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterũ aliquã habet querimoniæ controuerſiam, epiſcopo præcipiente † [a], ſine perſonarum acceptione finiatur 2, & laicus per iuramentum † (ſi neceſſe ſit) ſe expurget †: presbyter verò vice iuramenti †, per ſanctam conſecrationem [b] interrogetur, quia ſacerdotes ex leui cauſa iurare non debent. Manus enim per quam corpus, & ſanguis Chriſti conficitur, iuramento polluetur? abſit: cum Dominus in Euangelio diſcipulis ſuis (quorum vicem nos indigni in ſancta gerimus eccleſia) dicat [Nolite omnino iurare, Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt, non, non. Quod autem his abundantius eſt, à malo eſt.

2 *Verùm his auctoritatibus non omnimoda iuramenta probibentur fieri à ſacerdotibus, ſed tantùm incauta, & ea, quæ pro qualibet cauſa temporali iudicio offeruntur. Cum autẽ populari infamia ſacerdotes opprimuntur tunc ad innocentiæ ſuæ aſſertionem iuramenta debent offerri.*

Vnde Gregorius Papa tertius ad Bonifacium, epiſt. 1. 3

¶Sacerdos à populo accuſatus iuramento innocentiam ſuam aſſerat.

C A P. V.

4 PResbyter, vel quilibet ſacerdos, ſi à populo accuſatus fuerit, & certi nõ fuerint teſtes, qui crimini illato approbent veritatem, iuſiurandum [c] in medio [d] erit, & illum teſtẽ proferat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda, & aperta ſunt omnia.

Item ex regeſtro Gregorij lib. 2. indict. x. epiſtola. 23. ad Iuſtinum prætorem A.

SI quis.] C A S V S. Si quis presbyter cũ laico cõtrouerſiam habuerit, laicus iuramento ſe expurget, presbyter per ſuam conſecrationem adiuretur: qa ſacerdotes qui conficiũt corpus Chriſti, ex leui cauſa iurare nõ debent, cum gerant vicẽ Chriſti diſcipulorum, quibus fuit pręceptum ne iurarent.

1 Burc. l. 2. ca. 182. Iuo p. 6. c. 227. Pan. l. 5. ca. 10.

† al. regẽte.

a ¶*Præcipiente.*] ſed quare hic actor non ſequirur forum rei, contra id 11. q. 1. experientiæ. & C. de iuriſ. om. iudi. l. iuris ordinẽ? Sed dic, quòd loquitur ſecundũ ea tempora [a], qñ omnes cauſę determinabãtur ab eccleſia, vt 11. q. 1. relatũ. & q. 3. cum apud. vel loquitur ſecundùm conſuetudinem quorundam: ext. de for. cõpet. ꝙ clericis. aliàs, ſi clericus.

2 Concor. tex. in l. j. C. de ve. iu. en. & in aut. de monac. §. 1. colla. 1.

† al. pręiuramento.

† al. cõſtringatur.

† al. præiuramenti.

a Qñ pſbyteri iudices negotiorũ eſſe mandati ſunt. 95. diſ. ecce. ſecundũ Baz.

b ¶*Conſecrationem.*] imo ſufficit ſiue per ſalutem, ſiue per aliquid aliud iuretur. 22. q. 5. c. 2. & ff. de iureiuran. nõ erit ratum. Sic ergo aliquis poteſt ſe obligare ſub pœna ordinis ſui, vt 1. q. 7. quoties. & et ſub pœna anathematis vt ibi dicitur." Sed nũquid ille qui obligat ſe ſub pœna ordinis, vel beneficij, eſt priuandus ordine, vel beneficio, ſi non ſit verum illud, ad qđ ſe obligat? Sic. ext. de ele. cũ dilectus. in fi.

Matth. 5.

" Obligare ſe põt aliqs ſub pœna beneficij.

3 & l. 7. capitul. c. 281.

V E R V M. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua probatur cõtrariũ eius ꝙ præmiſſum eſt, ſcilicet, ꝙ ex cauſa iuſta ſacerdotes poſsũt iurare. Io. de Fã. & hoc probat per 13. auctoritates ſãctorũ patrũ. Io.

C A S V S. Dicitur hic, ꝙ per ſupradicta prohibentur à ſacerdotib. fieri incauta iuramenta. ſed ſi eſſent infamati à populo iurare debent. Et hoc probat per ſequentia c.

4 Anſe. l. 3. c. 79. Bur. l. 2. cap. 186. Iuo p. 6. ca. 231. Pan. l. 5. c. 9.

PResbyter.] C A S V S. Si presbyter fuerit infamatus, & teſtes nõ ĩueniantͣ, ſuo iuramẽto expurget ſuã ĩnocẽtiã.

c ¶*Iuſiurandum.*] j. 6. q. vlt. c. vlt. contra. Sed hic quãdo infamatur, ibi quando non infamatur.

d ¶*In medio.*] j. 15. q. 5. c. 1. contra. Sed illud verum eſt, cum non eſt publicè infamatus. ſic 23. diſt. illud.

A ¶Prætorem.] *In codicibus Gratiani eſt,* Imperatorem, *in epiſtola excuſa legitur.* Iuſtino presbytero, *emendatum verò eſt ex duobus vetuſtis codicibus epiſtolarum, & Polycarpo, eſtque idem Iuſtinus, ad quem ſcripta eſt ſecunda epiſtola primi libri, in libris etiam impreſſis incorrupta inſcriptione.*

¶De Leone epiſcopo, quem beatus Gregorius purgationem prębere fecit.

C A P. VI.

5 HAbet hoc proprium [e] antiqui hoſtis inuidia, vt quos in prauorum actuum perpetratione (Deo ſibi reſiſtẽte) deijcere non valet, opiniones eorum falſa ad præſens ſimulando, dilaceret. Quoniam igitur quędam contra ſacerdotale propoſitum de Leone fratre, & coëpiſcopo noſtro ſiniſter rumor aſperſit, vtrum vera eſſent, diſtricta diutius fecimus inquiſitione perquiri: & nullam in eo de his, quæ dicta fuerant, culpam inuenimus. Sed ne quid videretur omiſſum, quod noſtro potuiſſet dubium cordi remanere, ad beati Petri ſacratiſſimum corpus diſtricta eum ex abundanti fecimus ſacramenta præbere. Quibus præſtitis magna ſumus exultatione gauiſi, quòd huiuſcemodi experimento innocentia eius euidenter enituit.

Pro qua re gloria veſtra prædictum uirum cum omni charitate ſuſcipiat, & reuerentiam ei, qualem ſacerdoti decet, exhibeat, ne qua in cordibus remaneat, de his quæ ſunt iam purgata, dubietas [f]. Sed ita ſupraſcripto uos epiſcopo deuotiſſimè oportet in omnibus adhęrere, ut congruè decenterque Deum in eius perſona, cuius miniſter eſt, uideamini honorare.

Item ex eodem ad Brunichildam Reginam Francorum, libro 11. epiſtola. 8.

¶Quomodo Beatus Gregorius Mennam Epiſcopũ iuramento purgari fecit.

HAbet.] C A S V S. Leo epiſcopus erat infamatus, quare Papa de hoc quæſiuit diligenter, & in eo crimẽ aliquod non inuenit. verumtamen ne ſibi aliqua ambiguitas remaneret, eum ſuper corpus beati Petri fecit iurare. eo ſic expurgato mãdat imperatori, vt habeat eum pro epiſcopo, & ei tanquam epiſcopo reuerentiã præbeat.

e ¶*Proprium.*] ex abũdanti fiunt aliqua ad ſuperandam hominũ malitiam, vt C. de iudic. Authen. iubemus. 11. quæſtione. 3. inter verba. extra de ele. bonæ. ext. de dolo & cõtu. cum olim. Et quæ abundant, non ſolent vitiare contractum. ff. de reg. iur. non ſolent. & ff. de verb. ob. quæ extrinſecus. Sed quare dicit, ex abundanti? Dicunt quidam [b], quòd ita exilis, ideſt, leuis vel modica fuit infamia, quòd nec erat neceſſaria expurgatio. Certè ſecundum hoc nõ debuiſſet facta fuiſſe inquiſitio: " quia inquiſitio non eſt facienda niſi ita publica ſit infamia, quòd vlterius ſine ſcandalo non poſſit tolerari, vt extr. de accu. qualiter. Melius dicas, quòd iſte non tenebatur expurgare ſe. Nam cum inquiſitio pcedit expurgationem, ſi teſtes per quos fit inquiſitio, dicunt ipſum reum, ſtatim punitur, nec auditur expurgatio ſua. ſed ſi ſemiplenè probant, tunc inducitur expurgatio, vt extra de pur. can. inter. Sed ſi per dicta teſtium nulla eſt ſuſpicio contra ipſum, tunc non eſt onerandus expurgatione, vt hic. " Sed quid ſi infamatus vult expurgare ſe: iudex autem vult inquirere de fama eius? Videtur quòd iudex potius inquirere poſſit, vt hic. & ext. eo. inter. Sed contra, illud eſt ordinarium, quòd ĩfamatus ſe expurget: ergo beneficium illud non eſt ei auferendũ [c]. ſuprà eo. quęſt. 1. multi. circa fin ẽ. Sed dic, quòd epiſcopus ſi vult poteſt inquirere: quia crimen quãdoque per inquiſitionem reuelatͣ qđ per purgationẽ occultatͣ. Sol. ſi infamia orta eſt cõtra eum, iudex inquirere poteſt. ext. de ac. qualiter.

f ¶*Dubietas.*] ergo poſt purgationem nõ poteſt accuſari ab aliquo

5 Pol. l. 6. ti. 11. Anſ. l. 6. c. 162. Bur. l. 1. ca. 194. Iuo p. 5. ca. 309. Pan. l. 5. c. 5.

b Vt Lau.

" Inquiſitio quando fieri debet.

" Inquiſitio an poſſit fieri contra volentem ſe purgare.

c 28. diſt. de his. in auth. de nu. §. ſi autem.

aliquo ſuper illo crimine,vt ext.de accu.de his criminibus.& 23.q.4.ſi illic. Nec enim ſæpius quærendum eſt de delicto eiuſdem hominis,vt ff.nau.cau.ſta.licet.argu. contra.33.q.2. admonere.25.diſt.primum.extr. de accu. veniens. vbi etiam poſt abſolutionem cogitur ad expurgationem. " Tu dicas, quòd illum qui ſemel eſt abſolutus, amplius nullus poteſt accuſare ſuper illo crimine, niſi in duobus caſibus [a], ſcilicet ſi ſuam iniuriam proſequatur, & probet ſe ignoraſſe accuſationem fuiſſe ab alio inſtitutam, vt ff. de accu.ſi cui.§.1.& cū vult probare de præuaricatione prioris accuſatoris,vt ff.de præuar. l.3.Io. Decreta.tamen videtur dicere, quòd ſolùm iſti prohibētur accuſare,qui prius ſtabant contra ipſum, vt extra de accuſ cum P. manconella.

" abſolutus ſemel in 2. caſib. accuſari poteſt.

1 Poly.ibid. Burch.l.1.c.196. Iuo p.5.c.311.Pā.l.5.c.6.

† al.reuerentiſſimum.

a Addē gl. & doc.ī l.3.C. de accuſ.gl. magiſtra. in c. cum dilectus. de elc.

M*Ennam.*] Casvs. Beat⁹ Grego. de crimine Mennæ epiſcopi qui fuerat infamatus,diligenter inquiſiuit, & cum in eo crimen nō inueniſſet: eum ſupra corpus beati Petri iurare fecit, & ſic eum demum ad reginam Francorū tranſmiſit. & hoc in prima parte. In ſecunda parte quæ incipit ibi, *Purgationem.* &c. mandat Gregor.eidem reginę, vt ſi accuſatores non appareant, indicat eidem epiſcopo purgationem cum duobus ſacerdotibus: purgationem tamen vulgarem non imponat.

2 Alex. 11. Raynaldo eṗo. Iuo p.10.c.15.Pā.l.5.c.8.

a ¶*Ceſſauerit.*] ſi dicas,quòd verbum hoc ceſſauerit, ſit præteriti [b] temporis, non procedit obiectio. vel ſecundum H. cum quis expurgatur non præcedente accuſatione, tunc poſt purgationē bene admittitur accuſator: ſecus ſi præceſſerit accuſatio. Vel dic,ꝙ ſi accuſatore abſente & non citato audita eſt expurgatio,idem accuſator poteſt eum denuò accuſare,vt C.de accuſ.l.4.ſecus ſi eo præſente.Vel loquitur [c] cum ſuam iniuriam vult proſequi. Vel ignorabat accuſationem ab alio inſtitutam.ff.de præua.l.3.& ff.de accu.ſi cui.

b Hoc dicebat L.& eſt ſenſus, quia deſtitit accuſator.

c ſc. lex ꝓx. allegata.

b ¶*Arbitrio.*]Delegatur hic laico ſpirituale negotium. ſic ſ̃.32.diſt.§.verum.Fuit tamen hic " nimium papaliter diſpenſatum,quòd epiſcopus expurgatus coram Papa cogitur adhuc coram muliercula ſe purgare : cum tamen pleniſſimas debeat habere vires,quod auctoritate Papæ fit, licet per ſe ſit inualidum [d].ext.de tranſact.cap.1.in fine. C.de teſt.omnium. Item cum iuſiurandum ſit maioris auctoritatis quàm res iudicata.ff.de iureiuran. l. 2. & illud obſtat omnibus accuſare volentibus, etiam in publicis criminibus. ff. de iureiuran. cum qui. §. in popularibus. multò fortius quàm res iudicata obſtabit omnibus. Quare ergo poſtea admittitur accuſator [e]? poteſt dici, quòd fuit abſolutus ſub conditione,niſi accuſator appareret,vel fuit abſolutus ab inſtantia iudicij:nec ideo lis perijt.ff.de iudi.& poſt edictum.

"Papa qnq; nimiū Papaliter diſpenſat.

d Pōt dici ſcđm Io. ꝙ hoc totū iō fuit,vt fama eius clarior appareret. ar.5.q.1.qđā

e Adde ad hoc gl.& ibi Bar.in l.aut priuatim.& in l.mulier. ff.ad Turp. no.in l.1.C. ſi reus vel ac.mor.fu.

Q*Vantò.*] Casvs. Maximus epiſcopus Salonitanus dicebatur acquiſiuiſſe per ſimoniam epiſcopatum. Imponebatur ei, quòd fornicationem commiſiſſet, & ideo à Papa fuit excommunicatus. nihilominus tamen excommunicatus celebrauit. Dominus Papa volens eidem epiſcopo gratiam facere, præcepit notario ſuo Rauennæ moranti, vt ſi per iuramentum ſuum de ſimonia ſe purgauerit, & de fornicatione, & alijs quæ ſibi obijciebantur, ſe reſponderit innocentem, & de eo,quòd excommunicatus celebrauerit, pœnitentiam egerit, reddat ei epiſtolam, in qua ei gratiam ſuam reddit, & abſolutum oſtendit. De eodem loquitur c.63.diſt. Salonitanæ.

c ¶*A nobis.*] Maximus Salonitanus archiepiſcopus ſine licentia Papæ fuit conſecratus: propter quod à Papa fuit excommunicatus, & poſteà miſſam celebrauit, ſimiliter imponebatur ei ſimonia & fornicatio.

d ¶*Reſponderit.*] exilis enim hęc fuit infamia [f], & ideo vnius iuramentum admittit.

f pp quā nō indicit purgatio,vt patet in eo qđ legi. & not. 33.diſt. habuiſſe.

e ¶*Pœnitentiam.*] ſed quæro an ei ſoli ſit credendum?De hoc videtur quòd ſic : quia in nullius vergit præiudicium.ſic ȷ̃. de conſecr. diſt.4.placuit.

f ¶*Epiſtolam.*] Ergo quis poteſt abſolui ꝑ literas, & excommunicari [g], vt extr.de ſimo. accuſatum. & ſ̃.q.1.de manifeſta.Quid ſi moreretur prius, quàm literæ peruenirent ad ipſum ? Tunc dicam eū abſoluendū poſt mortem,vt ext.de ſen. exc. à nobis.& eſt ar. ꝙ tūc demum ſit quis excōicatus,vel abſolutus literis receptis.ar.4.q.5. quiſquis. & ext.de app. ſuper eo.in ſi.& ſ̃.di.4. leges. argu.contra.ff.ſi cer.pet.eius qui in prouincia. ibi, ſtatus ſui ignarus.Sed diſtinguit,vt ff.de acq.poſ. qui abſenti. vbi dicitur ꝙ ſi quis manumittit abſentem, refert an velit eum eſſe liberum quando ſcribit literas manumiſſionis, vel quando literæ ad eum peruenerint.Probabilius eſt dici, ꝙ excommunicatio non ligat niſi à tempore ſcientiæ,ſicut nec lex, vt di. 4.leges.& 82.diſt.propoſuiſti.nec ſententia, vt ȷ̃.e. q. 6. biduum. Io. Sed certè ſi quis abſens excommunicatur, ſtatim eſt excommunicatus ante quàm ſciat: quia ſententia excommunicationis ſtatim trahit ſecum ſuam executionem. extr. de appe.paſtoralis.dummodo ſit pura, & non conditionalis: verumtamen non punitur cum ingerit ſe communioni hominum ante quàm ſciat. extra de cler.excommu. mi. illud. Error enim facti nemini nocet, vt ff.de iur. & fact. ign.l. error.B.

g Adde ad hoc no. in l. ſeruū. §.publicè. ff. de procu. & in l.abſentem. C.de accuſ.

f ¶*Epiſtolam.*] de grauib.expurgat [h] ſe iuramento, de minoribus nuda promiſſione.Io.

h Sol.8.q.3. c.vlt. vbi de hoc.

g ¶*Pœnitentibus.*] ſimile extra de poſtula. prælat.ad hæc, circa ſi.

h ¶*Non debemus.*] qui tamen de rigore eſſet deponendus. ſ̃.diſt.50.accedens.contra.11.q.3.ſi quis epiſcopus.& c.pen.

CAP. VII.

1 MEnnam verò reuerendiſſimum † fratrem,& coëpiſcopum noſtrum, poſtquam ea,quæ de eo dicta fuerant,requirentes, in nullo inuenimus culpabilem eſſe, qui inſuper ad ſacratiſſimum corpus beati Petri Apoſtoli ſub iureiurando ſatisfaciens, ab his quæ obiecta eius opinioni fuerant,ſe demonſtrauit alienum: reuerti illuc purgatum, abſolutumque permiſimus: quia ſicut dignum erat,vt ſi in aliquo reus exiſteret, culpam in eo canonicè puniremus,ita dignum non fuit, vt eum adiuuante innocentia diutius retinere, vel affligere in aliquo deberemus.¶ 2 Purgationem A tamen ante te duobus ſibi ſacerdotibus iunctis, vbi accuſator ceſſauerit [a], eundem ex ſe præbere tuo committimus arbitrio [b]. Vulgarem denique ac nulla canonica ſanctione fultam legem, feruentis ſcilicet,ſiue frigidæ aquæ, ignitique ferri contactum, aut cuiuſlibet popularis inuentionis (quia fabricante hæc ſunt omnino ficta inuidia) nec ipſum exhibere, nec aliquo modo te volumus poſtulare,imo Apoſtolica auctoritate prohibemus firmiſſimè.

A ¶[Purgationem.] *Hic erat grauiſſimus error.Coniunctè enim hæc legebantur cum ſuperiorib. quæ Brunichildæ ſunt ſcripta:quaſi purgatio presbyteri à B. Gregorio mulieri committeretur. Sed nihil tale legitur in epiſtola B. Gregorij, ex qua prior pars huius capitis eſt accepta.Verùm Iuo p.*10*.c.*15*. & Pan. l.*5*.c.*8*. citant hoc ex epiſtola Alexandri ſecundi Raynaldo Cumano epiſcopo, cuius epiſtolæ initium eſt, infra eadem,cap.*ſuper cauſa. *Et hic verſiculus,* Purgationem. *continenter legendus eſt poſt extrema verba illius capitis.Ac propter citationes doctorum hinc quidem motus non eſt:ſed additum eſt in margine nomē Alexandri ſecundi.Ita nihil loci relinquitur admirationi auctoris gloſſæ. Nuſquam enim Romani Pontifices huiuſmodi cauſas mulieribus leguntur commiſiſſe.*

Item Gregorius Caſtorio Notario Rauennæ lib.7. indict.2.epiſ.80.

¶De Maximo Salonitano Epiſcopo,qui ſacramento ſeipſum purgauit.

CAP. VIII.

QVanto à nobis [c] credi tibi, & neceſſarias vides cauſas iniungi, tanto te ſtrenuum debes & ſolicitum exhibere. Proinde, ſi Maximus Salonitanus præſtito ſacramento firmauerit ſe ſimoniaca hæreſi non teneri,atque de alijs ante corpus ſancti Apollinaris tantummodo requiſitus innoxium ſe eſſe reſponderit [d], & de inobedientia ſua pœnitentiam [e] (ſicut deputauimus) egerit, volumus, vt ad conſolandum illum, epiſtolam [f],quam ad eum ſcripſimus (vbi ei & gratiam noſtram, & communionem nos reddidiſſe ſignauimus) experientia tua dare debeat: quia ſicut in contumacia perſiſtentibus ſeueros nos eſſe conuenit, ſic iterum humiliatis,& pęnitentibus [g] negare locum veniæ non debemus [h].

Quæ

Quæ de cauſa.] CASVS. De eodem Maximo ſcribit Rauennati archiepiſcopo: & mandat ei, vt ſi expurgauerit ſe, vt ſ. dictum eſt, coram archiepiſcopo & notario ſupradicto, imponat ei pœnitentiã de eo, quod excõicatus celebrauit, & quidquid de eo diſpoſuerit, ratum habet.

a ¶*Quæ de cauſa.*] de eodem Maximo loquitur hoc capitulum.

b ¶*Quidquid.*] arg. Papam ſeruaturum quod legatus ſtatuit: & idẽ honor ei exhibẽdus eſt ſicut Papæ. 93. diſt. ca. vlt. & ff. de offic. præfe. præt. l. vnica. in fin. ibi credidit enim princeps eos qui ob ſingularẽ induſtriam explorata eorũ fide, & gratia ad huius officij magnitudinem, &c. " Itẽ eſt hic arg. quòd generali mãdato diſpenſatio delegatur. argu. contra ext. de off. deleg. quod tranſlationem. cũ enim diſpenſatio habeat inſtar reſtitutionis in integrũ & reſtitutio in integrũ non delegatur per generale mãdatum, vt ff. de mi. illud. ergo nec diſpenſatio. Io. Ego dico, quòd legatus Domini Papæ gñralis omnia poteſt, niſi ea ſola quæ Romano Pontifici ſunt reſeruata. ext. de ſent. excom. nuper. de offi. delegat. quòd tranſlationem. B.

1 Polyc. l. 1. tit. 37.

" Legatus an virtute gñralis mãdati diſpenſare poſſit.

Mandaſtis.] CASVS. Papa accuſabatur à quodam Baſſo: cius auctoritate Valẽtinian' Imperator ſynodum congregauit, in qua ſponte ſe purgauit, non dans formam cęteris ſucceſſorib. ſuis ſe purgandi, ſi noluerint: & quia quidã epiſcopi quærebant qualiter hoc negotium proceſſiſſet, Papa reſcribit eis narrando factum.

c ¶*Mandaſtis.*] mandat hic minor maiori. nam pręcarium verbũ eſt, mando, vt C. com. de legat. l. 2. in prin. ſic 1. q. 1. filium.

2 Nic. epiſt. 7. ad Michaelem.

d ¶*Auctoritate.*] 96. diſt. vbi nam.

e ¶*Potuiſſem.*] quia Papa à nullo poteſt iudicari, vt 9. q. 3. aliorũ. nec etiam ab vniuerſali concilio, vt 17. diſt. §. hinc etiam. ff. de le. princeps. præterquã in hæreſi. 40. diſt. ſi Papa.

f ¶*Formam.*] 14. q. 5. dixit. Ioan.

Super cauſa.] CASVS. Gillandus presbyter infamatus fuit de morte epiſcopi ſui, & propter hoc fuit ab officio & beneficio ſpoliatus. committit negotium Dominus Papa hoc modo, vt ſi accuſatores defuerint, reſtituantur ei omnia ablata, præſtita tamen purgatione.

g ¶*Cauſa.*] Forte hic non intentabatur poſſeſſoriũ [a], aliàs non obſtat crimen petenti reſtitutionem, vt ext. de reſt. ſpol. in literis, &c. item cum quis. nam alij dicunt, quòd cum ſpoliator obijcit exceptionem, quam vult ſtatim probare, prius eſt audiẽdus, quàm ille reſtituatur. arg. 3. 1. q. 2. Lotharius. in Authen. de teſta. §. ſi verò quis. col. 7. & argu. ext. de teſtib. veniens. 2. ſed hoc non concedo, vt ext. de reſt. ſpo. literas. in fi.

a Sub. & reſtitutio non datur, niſi petenti.

† al. faciẽdi.

h ¶*Beneficia.*] Iſte beneficio & officio fuit priuatus: quia grauiter erat infamatus. ext. de purg. cano. inter. Et fructus medij temporis recuperat. ff. de re mil. l. pe. " Si verò iſte iuſtè eſſet depoſitus, non recipiet fructus [b] medij temporis reſtitutus, niſi hoc exprimeretur in ſententia, vt C. de re mil. cũ allegatis. lib. 12. Ioan. de Fan.

3 Pann. l. 5. cap. 7.

4 Iuo p. 10. cap. 15. & in epi. ad Vildebertum Cœnomanenſem.

" Spoliatus reſtitut', an recipiat fructus medij temporis.

b Io. Gar. in l. Gallus. §. & qd ſi tm̃ d li. & poſt.

Si legitimi.] CASVS. Si accuſatores crimen ſacerdotis nõ probauerint, ſi remanſerit infamatus, cum ſeptẽ ſacerdotib. ſe expurget.

i ¶*Potuerint.*] C. de re. cre. l. in bonæ fidei.

k ¶*Si valet.*] quia ſi non valet, deponitur [c]. ext. de ſim. de hoc. Vel fortè ſunt inimici ſui: ext. de pur. can. cum in iuuentute. imo cum fęmina poteſt ſe purgare 18. q. 2. in decima. Ioã.

c De hoc ſ. e. q. 1. in primis. in gl. 2.

Preſbyter.] CASVS. Si ſacerdos fuerit coram ſuo epiſcopo d crimine infamatus, ꝙ probare non poteſt ꝑ teſtes, ſuſpendi debet donec cũ ſeptima manu ſui ordinis ſe expurget, & poſtea ſuum officium exequatur.

5 ext. d pur. ca. c. ſi quis presbyter. Burc. l. 2. c. 181. Iuo p. 6. c. 226. Pã. l. 5. c. 1.

† al. ſuis eiuſ dẽ ordinis.

l ¶*Plebe.*] idem eſt ſi ab epiſcopo, vel à ſacerdotibus, vt infrà eod. omnibus. in fin. ſuprà diſtinctio. 28. conſulendum. contra.

m ¶*Suſpendatur.*] fortè ſecundum diſtincti. extra de pur. ca. capit. 2. ſuprà 33. diſtinctio. capit. vltim. contra dic, quòd ibi fuit exilis infamia.

6 Bur. l. 2. c. 184. Iuo p. 6. cap. 229. Pan. l. 5. c. 2.

m ¶*Suſpendatur.*] [d] hoc eſt verum ſecundum diſtinct. ſi fuerit. notorium, vel manifeſtum, vel famoſum. extra de coh. cle. veſtra. & c. fi. & tunc refert, ſi fuerit famoſum ſine ſcandalo, vel cum ſcandalo. ext. de coh. cle. tua, contra. 28. diſt. conſulendum.

d Hoc obtinet qñ ſcandalũ imminet ex eius celebrõne, vt hic dicit.

† al. ſuſpendatur ab officio presbyter vſque.

Idem Mariniano Epiſcopo Rauennæ, lib. 7. epiſt. 79.

¶De eodem.

CAP. IX.

1 QVæ de cauſa [a] Maximi ſint agenda, ex epiſtolis, quas ad vos ante trãſimiſimus, agnouiſtis. Sed q̃a, qualis de hac re fraternitatis veſtræ voluntas ſit, ac magis petitio, à præſentium latore Caſtorio chartulario noſtro renũtiante cognouimus: ideo, ſi idem maximus coram vobis, & prædicto chartulario noſtro de ſimoniaca hæreſi præexito ſe ſacramento purgauerit, atque de alijs ante corpus ſancti Apollinaris (vt ſcripſimus) tantummodo requiſitus liberum ſe eſſe reſpõderit, cauſam ipſius, fraternitatis veſtræ, de eo, quòd excõmunicatus Miſſarum ſolemnia agere præſumpſerit, iudicio committimus, qua debeat pœnitentia, talis culpa purgari. Et ideo quidquid [b] vobis ſecundum Deum placet, ſecuri diſponite: nec aliquod de nobis dubium habeatis: Nam quidquid à vobis de hac cauſa fuerit ordinatum nos & gratè ſuſcipimus, & libenter admittimus.

Item Sixtus Papa III. epiſtola. ad orientales epiſcopos, c. 1.

¶Qualiter Sixtus ſemetipſum purgauit.

CAP. X.

2 MAndaſtis [c], vt ſcriberem vobis, qualiter ſtans iurgium contra me ſuſcitatum ſit, vel à quo, vt veſtro adminiculo pelleretur, & cauſa mea firmaretur. Scitote me criminari ã quodã Baſſo, & iniuſtè perſequi. Quod audiens Valentinianus Auguſtus noſtra auctoritate [d] ſynodum cõgregari iuſſit. Et facto concilio, cum magna examinatione ſatisfaciens omnibus, (licet euadere ſatis aliter potuiſsẽ [e]) ſuſpicionem tamen fugiens, coram omnibus me purgaui, me ſcilicet à ſuſpicione, & æmulatione liberans: ſed non alijs, qui noluerint, aut ſponte hoc non elegerint, faciendo † formam [f], exemplumque dans.

Item Alexander Raynaldo Cumano Epiſcopo.

¶De cauſa Guillãdi presbyteri.

CAP. XI.

3 SVper cauſa [g] Guillandi presbyteri tui de morte epiſcopi ſui, prædeceſſoris tui, infamati in medium conſuluimus: itaque circunſtantiũ fratrum vnanimi aſſenſu tuæ dilectioni reſcribimus. 4 præfatum Cuillandum presbyterũ ante te pręſentandũ, vbi ſi certi accuſatores defuerint, tunc dictante iuſtitia ſine omni controuerſia presbyter, quæcunque ob hoc iniuſtè amiſit, ac ſacerdotium accipiat, & integra beneficia A [h].

A ¶Beneficia.] *In epiſtola hoc loco ſequitur ver.* purgationem, ſ. e. cap. Mennam, *vt ibi notatum eſt.*

Item ex concilio Agathenſi.

¶De purgatione clericorum, ſi cõuinci non potuerint.

CAP. XII.

5 SI legitimi accuſatores crimina B ſacerdotis probare non potuerint [i], & ipſe negauerit, tunc ipſe cum ſeptem ſocijs ſui † ordinis (ſi valet [k]) à crimine ſemetipſũ expurget. Diaconus verò, ſi eodem crimine accuſatus fuerit, cum tribus ſemetipſum excuſet.

B ¶Crimina.] *Apud cęteros collectores legitur:* ſi autem accuſatores legitimi non fuerint, qui eius crimina manifeſtis iudicijs probare contenderint, & ipſe, &c.

Item ex concilio Ilerdenſi.

¶De eodem.

CAP. XIII.

6 PResbyter ſi à plebe [l] ſibi commiſſa, mala opinione infamatus fuerit, & epiſcopus legitimis teſtibus approbare non potuerit, ſuſpendatur † [m] vſque ad dignam ſatisfactionem, ne populus fidelium in eo ſcandalum patiatur. Digna verò ſatisfactio eſt (ſicut A à maioribus conſtitutum eſſe docetur) quando

lendũ. Sol.ibi non imminebat ſcandalũ, hic ſic, puta ex eius celebratione. extra de coh.i.cl. tua. infrà 28. q. 1. iam tunc. & 3. q. 2. audiuimus. aliter obtinet. ſuprà eod. q. 1. cap. 2. Sed nunquid à beneficio ſuſpenditur? Videtur ꝙ non quia pœnæ ſunt emoliendæ, & quia creſcente contumacia creſcere debet & pœna, vt diſtinct. 74. honoratus. Sed contra videtur, quia hęc duo ſunt connexa. 81. diſt. ſi quis ſacerdotum. & 32. diſt. præter hoc. "Sed dic, quòd non eſt priuandus beneficio: niſi ſecundum ordinem iuris. ext. de iud. ca. 1. niſi fortè propter ſcandalum. ſuprà ead. ſuper cauſa. & cum magna laborat infamia, vt ex. de pur. can. inter. m ¶ *Suſpendatur*.] hic colligitur, quòd infamatus ſtatim debet ſuſpendi vſque ad dignã ſatisfactionem. arg. infrà 3. q. 2. quia ca. ext. de pur. ca. inter. & ext. c. ex tuarum. Sed contra. ſuprà eo. q. 1. nomen [a]. & ext. de ac. qualiter, & quando. extra de pur. can. cap. 2. & vlt. In his hés, quòd prius inquirendum eſt de crimine, quàm priuetur officio ille qui eſt infamatus, & argum. 3. q. 2. audiuimus. "Notandum ergo, quòd cum clericus aliquis corã iudice ſuo eſt infamat⁹, præfiget [b] eps certum tempus volentibus accuſare. ext. de cland. deſpon. c. vlt. & ſi accuſatores apparuerint, canonicè audiẽtur. j. ea. omnibus nobis. 15. q. 5. cap. 1. extra de pur. ca. c. ex tuarum. Si verò accuſator non apparet, & mala fama crebreſcit, tunc eps vocatis eccleſiæ ſeniorib. procedat ad inquiſitionem. ext. de acc. qualiter. 86. di. ſi quid verò. & ipſemet epiſcopus inducet contra eũ teſtes ſi alius nõ apparet. 11. q. 3. præcipuè. in fi. ext. de acc. cum oporteat. ſ. c. presbyter. & lite non cõt. hoc facere poteſt, vt ext. vt lit. non cont. quoniam frequenter. & ſi fuerit conuictus, canonicè puniatur. Si autem non conuincitur, & adhuc mala fama pdurat, admoneat ipſum primò ſeorſum, poſtea coram teſtib. vt ſe corrigat: ꝙ ſi non ſe

"Bñficio qs priuari ñ dꝫ niſi ſecũdũ ordinẽ iuris

a Al. notum

"infamatus ſup crimine non eſt ſtatim ſuſpendendus.

b Præfiget. Barth. Cęp. c. 49.

1 Ext. de pur. can. c. j. Bur. l. 16. c. 19.

ſiue ſecundum canones ſiue ad arbitrium [a] epiſcopi ſeptẽ ſibi collegas adiungit, & iurat in ſacroſancto [b] Euangelio coram poſito, quòd crimen ſibi illatum non perpetrauit. Et hac ſatisfactione purgatus, ſeu rè deinceps ſuum exequatur officium.

A ¶ Sicut à maioribus conſtitutũ.] *Hoc loco ſicut & paulò inferiꝰ, plura ſunt verba apud cęteros collectores.* B ¶ Sacroſancto.] *Apud eoſdem legitur*, in ſacro coram poſito Euangelio, *quò facit. c. teſtimoniũ, in ver. nemo clericum, infrà 11. q. 1.*

[*Item Sylueſter Papa.*]

¶ De eodem.

PALEA.

CAP. XIIII.

Accuſatum ſimoniacum neceſſe habuimus ſummopere per ſcripturam prohibere, ne Miſſarum ſolemnia celebrare debuiſſet, donec qđ eſſet verius, potuiſſemus cognoſcere.

¶ *Citatur hic ex Sylueſtro ferè idem eſt in decret. ti. de ſimo. c. accuſatum. & ibi tribuitur Deodato Pontifici. Sed in nullis horum duorum Pontificum ſcriptis, quæ extent, tale aliquid eſt inuentum. In regeſto B. Gregorij lib. 5. epiſt. 3. Maxime præſumptori eccleſiæ Salonitanæ hæc leguntur.* Peruenit itaq; ad nos, quòd per ſimoniacam hæreſim fueris ordinatus. Sed alia de te multa hic dicta ſunt, de quibus vnum quàm maximẽ fuit, propter quod neceſſe habuimus te ſummoperè per ſcripta noſtra prohibere, ne Miſſarum ſolemnia celebrare habuiſſes, donec quid eſſet, verè potuiſſemus addiſcere. *Et ex hac epiſtola videri poteſt accepta hæc palea, & c. accuſatum. & c. quoties. extra de ſimo. Nam initium ipſius epiſtolæ eſt*, Quoties contra, &c.

[*Item in concilio Tribarienſi.*]

PALEA.

CAP. XV.

1 Nobilis homo, vel ingenuus, ſi ĩ ſynodo accuſatur, & negauerit, ſi eum conſtiterit fidelem eſſe, cum duodecim ingenuis ſe expurget; ſi antea deprehenſus fuerit in furto, aut periurio, aut falſo teſtimonio, ad iuramentum nõ admittatur, ſed (ſicut qui ingenuus non eſt) feruenti aqua, vel candẽti ferro ſe expurget.

¶ *Burchardus etiam citat ex concilio Triburienſi ca. 10. & in Triburienſi illo, quod extat impreſſum, habentur nonnulla ad hanc rẽ facietia.*

Item Hincmarus Rhemorum Epiſcopus.

¶ De eodem.

CAP. XVI.

2 Si mala fama de presbytero exierit, & accuſatores, ac teſtes legales defuerint †, ne, cõtra Apoſtolum, infirmorum corda de mala fama presbyteri percutiantur, & ne vituperetur miniſterium noſtrũ, neúe ſecuriores presbyteri exiſtentes licentius in peccatum prolabantur, ſecundum decreta [A] maiorum cum denominatis ſibi vicinis presbyteris, quos ſcimus ſe nolle [b] peierare, ſacramento famã ſuam purget.

¶ *In concilio Rhemenſi Troſleiano 9. ca. refertur ſynodus ab Hincmaro Rhemorum archiepiſcopo habita, in qua habetur hoc caput.*

A ¶ Secundum decreta.] *In ſynodo legitur*, ſecundum decretum Gregorij iunioris ſit iuſiurandum in medio, & habeat malæ famæ presbyter in ſacramento purgationis ſuę eum teſtem, quem habebit & iudicem.

Item Innocentius Aquilegienſi patriarchæ, & Mantuano Epiſcopo.

¶ De eodem.

CAP. XVII.

Quoties frater noſter Tridẽtinus epiſcopus in noſtra præſentia de ſimonia ſit impetitus, prudentiam veſtrã latere non credimus: cuius cã tandem in noſtra præſentia vẽtilata producti ſunt aduerſus eũ accuſatores viua † voce, & ſcripto aſſerentes, quòd eccleſiã ſancti Petri de Pado †, presbytero Paulo dederit pro quatuor modis frumenti † quos ab eiuſdem eccleſiæ laicis acceperit. Verùm quoniam nec accuſatores, nec teſtes ſecundum formam canonum, & ſanctorum Patrum ſtatuta in cauſa ipſa procedere potuerunt, communi fratrum noſtrorum conſilio iudicamus, vt tertia manu ſui ordinis, & quatuor † abbatum, & religioſorum ſacerdotum de ſupradicta ſimonia in veſtra præſentia ſe debeat expurgare. Porrò purgationis tenor erit huiuſmodi. Idem epiſcopus ſuper ſancta Euangelia primùm iurabit, quòd pro eccleſia ſancti Petri de Pado presbytero Paulo danda neque ipſe per ſe, neque per ſubmiſſam perſonam, neque alius pro eo, ſe ſciente, pretium receperit. Deinde verò purgatores ſuper ſancta Dei Euangelia iurabunt, quòd ſicut ipſi credunt, verũ iurauit. Nos itaque cauſæ huius ſeriem committentes prudentiæ veſtræ, mãdamus vobis, vt cõgruo loco in vnum conuenire curetis, & ita cauſam ipſam iuxta pręſentium tenorem pręſtante Domino reſtauretis: quatenus, & oĩs de cętero huius q̃ſtionis ſcrupulus auferat, & vtriq; parti ſua iuſtitia cõſeruet. Si qs verò de vobis, certa ꝓpediente cã, intereſſe non poterit, vos, qui adeſſe poteritis, idẽ iudicium terminate. Quòd ſi prædictus frater noſter A. prædictam purgationẽ fecerit, vos ei auctoritate noſtra prædictũ officium, & Tridentinam eccleſiam reſtituite. Hanc autem purgationem ante proximam purificationẽ beatæ Mariæ Virginis adimplere iubemus.

¶ Caput

cerit, tunc demũ ſuſpẽdat eũ vſq; ad dignã ſatisfactionẽ. ext. de pur. can. c. 2. in quo caſu intelligo ꝙ hic dicitur, nunquã. n. à principio ſuſpendat eũ niſi enormitas delicti, vel ſcandali hoc expoſcat. ext. e. inter. & hæc eſt digna ſatisfacti, vt purget ſe adiuncto ſibi legitimo numero, vel ad arbitriũ ſui epiſcopi, vt hic, & j. c. omnib. ext. e. ex tuarum. & eodem deficiẽte in purgatione puniatur: & puniat eum tãquam cõuictum vel confeſſum, ext. de ac. cum P. ext. de ſim. inſinuatũ. & de purg. can. cum P. & ibi de hoc. a ¶ *Arbitrium*.] hic no. compurgatores arbitrio epi ſumendos. Si mala.] Casvs. Idem dicitur in hoc c. quod in pręcedentibus eo addito, quòd cõpurgatores debent eſſe tales, de quibus non ſit ſuſpicio quòd velint peierare. b ¶ *Se nolle*.] bonæ opinionis, & qui vitam eiꝰ nouerint & mores, vt ext. ea. c. cum dilectus. ſed non fiet rigidè examinatio teſtium, extra ea. ca. conſtitutus. imo frater poteſt purgare fratrem. ext. de pręſum. cap. literas. Ioan.

In

2 Iuo pa. 6. c. 420.

† al defecerint.

2. Cor. 6.

† al. vna

† al. Paio.

† al. farina

† al. quarta manu.

IN PRÆMISSIS. Hoc allegando dicit Grat. propter duo c. ſ. Sixti,& Leonis.

a ¶*Se purgare.*]falſum dicit allegando.

ADDITIO. Dic vt ĵ.ea.c.vlt.

b ¶*Sixti Papæ.*] ſ̄.eo. mandaſtis.Ioan.

c ¶*Et leonis.*] hoc eſt in ſeq.c.Io.

A*Vditum.*]CASVS. Leo Papa de quibuſdam criminibus infamatus ſe coram multis purgauit,non ſtatuẽdo ius vt ſucceſſores ſui ad hoc cogantur.

d ¶*Iuſsi.*] "nec conſilium dedi, nec defenſionẽ præſtiti,nec ſciẽte me factum eſt,vt extra de purg.cano.quoties. 50. diſt. ſi quis viduam.addunt quidam, nec volui [a], vt ſuprà 1.q.4.quia præſulatus. quod valde durum videtur. Sed nunquid hic iurabo,quia cũ ſciui prohibere potui, & non prohibui. & hoc quòd non habeam ratũ quod factum eſt, cum etiam in maleficijs ratihabitio mandato ęquparetur.ff.de vi & vi ar. l.3.§.cũ procur. & ext. de reſt.ſpo. cum ad ſedem. in fi. ſuprà eod.q. 1.notum.in ſi.

" Purgãs ſe, quid debet aſſerere.

a Dicit Io.đ Fan. hoc nõ credo. cum conſcientiã ſuã nõ teneatur qs purgare,niſi vbi inuenit expreſſum,vt ĩ caſu illius l. C. de his q ad ec. cõfu. præſenti. cũ ſim.Arch.

1 Bur. l.1.c. 198.Iuo pa. 5.c.313.Pã. l.5.c.4.

e ¶*Cogantur.*] quia ab æmulis hæc infamia ꝓceſſerat. Vel dic cęteris Apoſtolicis.

ECCE.CASVS.Infert ex ſupra dictis duobus ca. quòd purgatio voluntaria eſt, & non neceſſaria. Sed ſtatim dicit contrariũ per alia cap. & ad hoc inducit ſeq.c.

f *Neceßitatem.*]extra de cle.innotuit.

g ¶*Datui.*] allegando dicit.

h ¶*In decreto.*] Leonis infrà cap. proxim. & ſeq.Ioan.

O*Mnibus vobis.*] CASVS.Leo tertius interrogatus fuit à Carolo Rege, & ſuis ſubditis,qualiter ſit ꝓcedendum,ſi crimẽ ſacerdoti objiciatur. Et reſp.Leo & dicit,quòd iſta quęſtio fuit ſæpius ventilata à temporib. multis, nondum tamẽ fuit ad plenũ definita. verũtamen poſt reclamationes multas, habito conſilio multorũ epiſcoporum,& aliorũ prælatorum,& ſacerdotum, & aliorum multorum: ſtatuit & definiuit, ꝙ ſi legitimus ap-

¶*Caput hoc extat in decre.ti.de pur. canon. & tribuitur Innocentio tertio. Sed viſum eſt ibi eſſe mendum, vt iij. ſit poſitum pro ij. Nam collector Decretalium ſolet in Pontificibus hunc ordinem obſeruare, vt eos qui anteceſſerunt prius citet. Ita, cũ ibi hoc caput habeatur ante aliquot canones Alexandri, ac Lucij tertij, qui præceſſerunt Innocentium iij. nõ videtur huic poſſe tribui: quanquã habeatur etiam eidem adſcriptum inter opera ipſius poſt ſermones, & in concilijs, quæ in quatuor tomos ſunt diuiſa, tomo tertio. A plerìſque autem manuſcriptis Gratiani codicibus, etiam ijs, in quibus paleæ eſſe ſolent, totũ iſtud caput abeſt. A verſiculo autem*, Nos itaque.*vſque ad finem abeſt ab omnibus.*

In præmiſsis auctoritatibus ſubintelligitur,ſi reus ſe purgare [a] voluerit,vt ſacri canones modum,non neceßitatem purgandi accuſato imponant, ſicut apparet ex fine capituli Sixti Papæ [b], & auctoritate Leonis [c], qui data purgatione ait de ſe ipſo.

¶De Leone qualiter ſe purgauit.

CAP. XVIII.

1 AVditum eſt,fratres chariſſimi,qualiter mali homines in me grauia crimina confinxerunt. Quamobrem ego Leo Pontifex ſanctæ Romanæ eccleſiæ purifico me in conſpectu veſtro coram Deo, & angelis eius: quia iſtas criminoſas, & ſceleratas res,quas illi mihi objiciunt, nec perpetraui, nec perpetrari iuſſi [d]. Hoc autem faciens non legẽ præſcribo cęteris,qua id facere cogantur [e].

¶*Caput hoc eſt Leonis tertij. Tota vero hiſtoria falſæ accuſationis, & purgationis ipſius refert in vetuſtis Pontificalibus, ex quibus magnam partẽ accepit S. Antoninus p.2.hiſt. tit. 14.ca.1.§.8.de qua etiam re meminit Marianus Scotus, & Aymonitus lib.4.c.90. Apud Burchardum & Iuonem plenius eſt hoc caput, atque hæc viſa ſunt notatu digna.* Quamobrem ego Leo Pontifex S. R.E.à nemine iudicatus,neque coactus, ſed ſpontanea mea voluntate, purifico me in conſpectu veſtro coram Deo, & Angelis eius,qui conſcientiam meam nouit, & beato Petro principe Apoſtolorum,in cuius conſpectu conſiſtimus,quia iſtas criminoſas, & ſceleratas res, quas illi mihi objiciunt, nec perpetraui,nec ꝑpetrari iuſſi. Teſtis eſt mihi Deus in cuius iudicium venturi ſumus, & in cuius conſpectu conſiſtimus. Et hoc propter ſuſpiciones malas tollendas mea ſpontanea voluntate facio,non quaſi in canonibus inuentum ſit, aut quaſi ego hanc conſuetudinem,aut decretum in ſancta eccleſia ſucceſſoribus meis,necnon & fratribus,& coëpiſcopis noſtris imponam,ſed vt melius à vobis abſcindatis rebelles cogitationes.

Ecce qualiter ſummus Pontifex ſemetipſum purgat, nec tamen cęteris neceßitatem [f] purgandi præſcribit.Vnde datur [g] intelligi, quòd ſatisfactio purgationis in voluntate cõſiſtit accuſati,nõ ĩ arbitrio iudicis. 2 *Sed cum in Ilerdenſi concilio presbyter iubeatur ſuſpendi vſque ad dignã ſatisfactionem, cum etiam decreto [h] Leonis in arbitrio ponatur epiſcopi, quota manu ſacerdos purgare ſe debeat,patet quòd ad purgationem cogendus eſt, nec in ſua voluntate, ſed in arbitrio iudicis conſiſtit.*

Vnde Leo Papa ſcribens ad Carolum Regem ait.

¶Qualiter ſacerdotes ſe purgare debeant.

CAP. XIX.

3 OMnibus vobis viſu, aut auditu [i] notum eſſe nõ dubitam⁹,quòd ſæpiſſimè,ſuadente antiquo hoſte, ſacerdotibus crimina diuerſa objiciãtur.Sed qualiter † ex eis ab his rationabilis examinatio,& ſatisfactio fiat,licet tempore bonæ memoriæ Domini genitoris veſtri † Pipini, ſiue priſcis temporibus à ſanctis patribus, & reliquis bonę deuotionis hominibus ſepiſſimè ventilatum fuerit, nos tamen pleniter, & ad liquidum definitũ reperire minimè quiuimus. Noſtris ꝗppe tẽporib. id ipſum, à ſanctis epiſcopis,& reliquis ſacerdotibus, & cęteris eccleſiaſticæ dignitatis miniſtris veſtris † in regnis,ſeu in alijs Deo degentibus,nobiſque vnà cũ eis agentib.ſepiſſimè propter multas, & nimias reclamationes, quæ ex hoc ad nos ex diuerſis partibus venerunt, ventilatum eſt. Sed qualiter conſultu Domini & patris noſtri Leonis Apoſtolici, cęterorumque Romanæ eccleſiæ epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum,ſiue orientalium, & græcorum patriarcharum,& multorum ſanctorum epiſcoporum,& ſacerdotum, necnon & noſtrorum A epiſcoporum, omniumque cæterorum ſacerdotum, ac leuitarum auctoritate,& conſenſu, atque reliquorũ fidelium,& cunctorum conſiliariorũ noſtrorum conſultu definitum eſt, vos † omnes vtriuſque ordinis miniſtros ſcire volumus. Statutum eſt namque ratione, & neceſſitate, ac auctoritate prædicta conſultu omnium, vt quotieſcunque cuiquam ſacerdoti crimen imponitur, ſi ipſe accuſator talis fuerit,vt recipi debeat (quia quales ad accuſationem ſacerdotũ admitti debeant,in canonibus [k] pleniter expreſſum eſt)ſi autẽ,vt dictum eſt, ille accuſator, qui canonicè eſt recipiendus,eum cum legitimo numero verorum, & bonorum teſtium approbare in conſpectu epiſcoporum poterit, tunc canonicè dijudicetur: & ſi culpabilis inuentus fuerit, canonicè damnetur. Si verò eum ſupraſcripto prætextu approbare ipſe accuſator minimè poterit, & hoc canonicè definiatur. 4 Ipſe ergo ſacerdos, ſi ſuſpicioſus, aut [l] incredibilis ſuo epiſcopo 4, aut reliquis ſuis conſacerdotibus [m], ſiue bonis [n] & iuſtis de ſuo populo, vel de ſua plebe homini-

paruerit accuſator, & probauerit crimen,puniatur accuſatus: & ſi non probauerit, puniatur accuſator de calumnia. tamen ſi ſacerdos accuſatus remanſerit ĩfamatus, indicatur ei purgatio cum iij.v. vel vij. manu ſacerdotum, vel cum pluribus ſe expurget,ſi epiſcopo videbitur.quales autem teſtes in accuſationibus recipiantur,eſt in canonibus diffinitum.

i ¶*Auditu.*] aliqiud ergo ſcitur auditu. 22. q. 5.hoc videtur.

k ¶*In canonibus.*] ĵ. e.q.7.teſtes.& c.ipſi.

l ¶*Aut.*]pro & [b]. Nõ enim ſufficit,quòd ſoli epiſcopo ſit ſuſpectus. ar.contra ext.de off.iu. or.ex parte. & 30.diſti. c. vlt. & ſic [c] non ob. 6.q.2. placuit.credo tamen quòd ſi eſt accuſatus, & epiſcopo eſt ſuſpectus,quòd poteſt eũ cogere ad purgationẽ, ſecus ſi non eſt accuſatus, ſecundum Lau. [d] per illud 6.quæſt.2.placuit. "imo inuenio ꝙ propter calumnioſam accuſationem cogitur quis ſe purgare, vt ext. de acc. veniens. & arg. ff. ne quis eum qui in ius vo.eſt.l.pe.§.1.

m ¶*Conſacerdotibus.*] vel etiam abbatibus,extra eod.cum in iuuentute.

n ¶*Bonis.*] 11.q.3.in cun-

2 ſ̄. e. ꝑsbyter ſi à plebe.c.ſeq.

b Gl.eſt ſim. in auth. ſed nouo iure. C. de epi. & cle.in l.3.C. de obſc.pa. præſt.

3 capit. 5.c. 34. Iuo p.6. c.419. Pan. l.5.c.3.

c Iſtud ſic reſpicit princ. gl. nõ cõtra ꝑcedentia.

† al.quoniã qualiter.

† al.noſtri.] cap.

d Al ſecundùm leges.

" accuſator calũnioſus cogit ſe purgare.

† al noſtris] cap.

† vobis omnib.]cap.

4 Concord. text. in l.ſacrilegij.ff. ađ var. & extr. co. & l.Cicero.ff.de pœ.

cunctis. hic patet quo intelligatur illud verbũ à plebe.ſ.ea. pſbyter. quia erant boni & iuſti,imo non admittitur licet ſint boni,ſi tñ leues fuerint. " Nã leues ſunt q ex facili credunt q̃ probari nõ poſſunt.11.q.3.in cũctis. & eſt expreſſum extra eo.cũ in iuuẽtute.alias ſolus qui eſſet bonus ſufficeret.ext.de adult. ſignificaſti.Ioan.

" Leues qui dicuntur.

† al. perpexerit.

IVRAMENTO. Hæc eſt 3.pars q.i qua quæritur ſi parentes debent ſe purgare igne vel aqua filios non oppreſſiſſe? Reſp.ꝙ non: & hoc probat per c.ſe. Io.de Fan.

† al.quid.

CASVS.In §. iſto dicit, ꝙ vulgaris ꝓbatio indici non dẽt.Et hoc ꝓbatur per ſequens cap.

Conſuluiſti.] CASVS. Quidam paruulos filios ſuos ſecum collocabãt in lecto: quib. dormientib. filij corũ inuenti ſunt mortui. Quærebatur vtrum iudicio candentis ferri, vel aquæ feruentis ſe expurgare deberent filios non oppreſſiſſe?rñdet Stephanus,& dicit ꝙ talis examinatio nõ approbatur in canone, ſed monendi ſunt parẽtes, vt filios ſuos ſecũ nõ habeãt in lecto,ſed cũ occultum ſit eos filios oppreſſiſſe, puniri nõ debent niſi de hoc cõuincant, vel fuerint ſpõte confeſſi: & tunc puniãtur,quia ſunt homicidæ,cum homicida dicatur ẽt qui conceptum in vtero deleuerit per abortum.

a ¶*Homicidij.*]qui hominẽ occidit, ſi aium occidẽdi nõ habuit,nõ tenetẽ l. Cornelia de ſica.vt ff.ad l.Cor.de ſica.l.1.§.diuus.tenetur tñ lege Aquil. licet ẽt nocere noluerit, dũ tñ fuerit in culpa licet leuiſſima.ff.ad l.Aqu.ſed & ſi quemcunque.§.2. & l.in lege. qđ non eſt in l.Corn.de ſica. ff.de ſicar.in l.culpa aũt eſt. ꝙ à diligente potuerit puideri, & non eſt præuiſum.ff.ad l.Aq.ſi putator. tenetur ẽt quantum ad Deum, vt hic, & 50.di.clerico.& 34. q. 2. in lectum. non tñ punitur rõne homicidij,ſed ratione negligẽtiæ,vt 15.q.1.inebriauerunt.minor ẽt iniũgitur pœna ſiue pœnitentia ab eccleſia pro

hominibus fuerit, ne in crimine, aut in prædicta ſuſpicione remaneat, cum tribus, aut quinque, vel ſeptem bonis,ac vicinis ſacerdotibus,exemplo Leonis Papæ, (qui duodecim B epiſcopos in ſua purgatione habuit) vel eo amplius, ſi ſuo epiſcopo viſum fuerit,aut neceſſe propter tumultum populi eſſe proſpexerit, † & cum alijs bonis, & iuſtis hominibus ſe ſacramento coram populo ſuper quatuor Euangelia dato purgatum eccleſiæ reddat.Si quis autem ſcire deſiderat, quales teſtes ad accuſationem ſacerdotum recipi debeant, & quidquid † de accuſatore faciendum ſit, pleniter in canonibus reperire poterit.

¶ *Apud collectores caput hoc ita refertur,quaſi acceptum ſit ex aliqua decretali epiſtola Leonis ad Carolum.Verùm ex libro quinto capitulariũ(vbi hoc ipſum eſt caput 34.) atq; ex ipſa etiam orationis forma ſatis conſtat editum fuiſſe hoc capitulare nomine Caroli Magni, ipſo Leone tertio conſulto,& cum conſilio multorum epiſcoporum. Quod tamen pius princeps,quia ſibi iuriſdictionem in presbyteros arrogaſſe videbatur, libro ſeptimo capitularium,c.281.emendauit, ita ſcribẽs.*

Omnibus vobis, tam præſentibus, quàm & futuris ſcire cupimus, qa de cõſultu ſedis Apoſtolicæ, & omnium noſtrorum epiſcoporum, ac reliquorum ſacerdotum,atque maximè cunctorum fidelium noſtrorum de criminatorum purgatione ſacerdotum cauſam tractauimus, eamq; cum teſtibus (ſicut in anteriori capitulari noſtro cõtinetur) fieri decreuimus: quoniam neſciebamus eandem cauſam à beato Gregorio Papa eſſe definitam.Nã cum Vvormaciæ generalem conuentum habuiſſemus,allata eſt nobis à Riculfo Magontiacenſi metropolitano epiſtola beati Gregorij Papæ,in qua inter cætera continebantur hęc:[De presbytero verò, vel quolibet ſacerdote, à populo accuſato, ſi certi non fuerint teſtes, qui crimini illato, approbent veritatem, iuſiurandum erit in medio, & illum teſtem proferat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda,& aperta ſunt omnia,ſicq́ue maneat in proprio gradu.] iſta verò omnia,quia vires noſtras excedunt,in iudicio epiſcoporum iuxta canonicam ſanctionem definienda relinquimus, vt hæc, quando ortã fuerint,ita definire ſatagant,vt nec ſecundum ſeculum iuſtam repræhenſionem, nec penes Dominum (quod abſit) damnationem, ſed æternæ beatitudinis, ipſo auxiliante,qui omnia infucata præſtat,præmia conſequantur.

A ¶Noſtrorum epiſcoporum.] *In vulgatis legebatur,* noſtrorum Romanorum epiſcoporum, *ſed vox,* Romanorum, *abeſt non modò à capitulari, ſed etiam à vetuſtioribus Gratiani codicibus & ab Iuon.Pannormia autem habet;* noſtrorum epiſcoporum,omniumq́ue Romanorum ſacerdotum.]

B ¶Qui duodecim.] *Hæc vſque ad verſic.*habuit, *ſunt etiam apud cęteros collectores: ſed non in capitulari.*

3 *Iuramento verò,candentis ferri, vel feruentis aquæ purgatio non eſt adijcienda.*

Vnde Stephanus quintus Humberto † Epiſcopo Moguntino.

¶Cãdentis ferri, & feruentis aquæ iudicium in eccleſia fieri prohibetur.

CAP. XX.

1 CONſuluiſti de infantibus, qui in vno lecto dormientes cum parentibus mortui reperiuntur, vtrum ferro candente, aut aqua feruente, ſeu alio quolibet examine parentes ſe purificare debeant, eos non opreſſiſſe. Monendi ſunt namque, & proteſtandi parentes, ne tam tenellos ſecum in vno lecto collocent: ne negligentia qualibet proueniente ſuffocentur, vel opprimantur: vnde ipſi homicidij[a] rei inueniantur. Nam ferri candentis, vel aquæ feruentis examinatione confeſſionem extorqueri à quolibet ſacri non cenſent canones: & quod ſanctorum patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa [b] adinuentione non eſt præſumendum. Spontanea enim confeſſione, vel teſtium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore, commiſſa ſunt regimini noſtro iudicare. Occulta verò, & incognita illi ſunt relinquenda, qui ſolus nouit corda filiorum hominum. Hi autem qui probantur, vel confitẽtur talis reatus † ſe noxios, tua eos caſtiget moderatio: quia,ſi ille, qui conceptum in vtero per abortum [c] deleuerit, homicida eſt: quantò magis,qui vnius ſaltem diei puerulum peremerit, homicidam ſe eſſe excuſare nequibit?

Hoc autem [d] vtrum ad omnia genera purgationis,an ad hæc duo tantùm,quæ hic prohibita eſſe videtur, pertineat, non immeritò dubitatur propter ſacrificium zelotypiæ: & illud Gregorij [2] [Si vir [e],qui frigidæ

negligentia,vt 50.diſt. eos.& c.ſi quis voluntate.& 15.q.1. ſi quis nõ iratus.

b ¶*Superſtitioſa.*]vtili enim & neceſſaria [a], licet,vt 33.queſ.2. quos Deus.de conſe.di.2.liquidò.28.q. 1. ſic.n.in prin.tit. Et eſt arg.aliquid inhibitum, eo qđ nõ eſt conceſſum. 40. diſt.ſi Papa.& ff.de col. illi.l.3.§.1. argu.ext.de vo.& vo.red.ex multa. Contra ext.de ſen.exc. nuper.j.ea. c.monomachiam.& vbi canon nõ excipit,nec nos,vt ſ.di. 12.oĩa.55.diſt. ſi euangelica. & 31.q. 1. ꝙ ſi dormierit. C. de hære. vel act.ven.l.vlti. ff. de pu.act. de prætio. ff.de alea.l.j. §. quod aũt. ff. de rit.nup.palam. in fi. ext.de deci.ad audient. 22.q.5.hoc videt. arg. contra.27.q 2.lex diuinæ.Io.Sol. " oĩa conceſſa intelliguntur de iure cõi, niſi prohibita in certis caſib. inueniãtur,vt innuit c.lex diuinæ,& ext.de ſen. excõ. nuper.B.& ff.de teſtib. quæſitum. C.de teſti.l. ſancimus.

a Magiſtri tñ aliqñ exponunt qđ non eſt expoſitum.32. di. relatum. De quo hĩ 11.q.1.§.ex his. extr. de poſtul. c.1.

† al Lamberto.

1 Iuo p. 10. c.27.

" Conceſſa intelligunt quæ prohibita nõ ſũt.

c ¶*Per abortum.*] & hoc ſi puerperium eſt formatum,vt 32. q. 2. Moſes. & c.quod verò.Sed licet ſecundum legẽ Moſaicã nõ ſit homicidiũ. tñ punit lege Cornelia de ſic. ff.ad l. Cor.de ſica.ſi mulierẽ. & ẽt l.Aq. ff.ad l.Aq. ſi ſeruus. §. ſi mulier. tamen qui opprimunt infantes,puniuntur pęnitentia trium annorum. ext. de his qui fil. oc.de infantib. [b] Item qui procurat venena ſterilitatis, dicitur homicida, vt ext.de hom. ſi aliquis. vbi de hoc.

b Adde ad hoc & ad fi. gl.Bar.& gl. j.i l.necare. ff.d li. ag. & l. ſi quis. §. abortiuus. ff. de pœn. 3. reg. 8.

HOC AVTEM. Dicitur in hoc §.quod dubitari poteſt, vtrum purgatio ferri candentis, & aquæ feruentis ſint tantùm interdicta, & in alijs conceſſa. & meritò dubitatur, quia aliqua mulier probat ſe virginem per verum iudicium, id eſt per aſpectum corporis.Similiter in veteri teſtõ probatur vtrum mulier commiſerit adulterium per quaſdã aquas amariſſimas, & ſtatim reſpondet Gratianus in ſequenti.§.

† alias, tale reatu.

d ¶*Hoc autem.*]hic §. legitur.

e ¶*Si vir.*] 33. q.1.c. quod autem Io.

2 33.qu.1. c.1.& 2.

SED

SED QVÆLIBET. Hæc eſt quarta pars q. i qua quærit vtrũ monomachia, vel alia vulgaris purgatio ſit cõceſſa? & rñdet ꝙ nõ. & hoc probat per duas auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fan.

† al. Numeri Num. 5.

CASVS. Dicit ꝙ quælibet talis purgatio ꝓhibet, cũ Stephanus dicat, confeſſione, &c.

c ¶*Qui ſcit.*] Ita facit hoc. c. ad ppoſitū, quia ſicut epiſcopus vel alius prælatus eccleſiæ vult deferri appellationibus ad ipſum factis: ſic & ipſe tenetur deferre appellationibus factis ad ſedem Apoſtolicam. & eſt ſimile bonum C. de of. præf. vrb. l. 1. vbi dicitur, quòd eſt ſocietas muneris, quòd magiſtratus gradum ſuperioris agnoſcat.

1 Anſel. l. 2. c. 85.

d ¶*Exigit.*] ſ. 3 2. q. 6. c. 1. & 2. & 74. diſt. quorundam. & diſt. 9. neque. in fi. ff. de adult. ſi vxor. §. iudex. Ioan.

PATEAT. Casvs. Ab illo c. decreto. eſt ſuſpenſiua conſtructio vſque ad hunc §. Ex ſupradictis ergo infert, quòd appellari poteſt etiam fruſtratoriè: ſi tamen fruſtratoriè appellauerit à iudice appellationis, punietur. Poſtea dicit quòd appellari poteſt, quoties grauamen infertur. & ad hoc inducit capitula ſequent.

e ¶*Condemnabitur.*] ſi appellatio alicuius fuerit pronuntiata fruſtratoria, tunc ſi prior iudex à quo eſt appellatum, non admittit appellationem in criminali negotio, lite perdita notatus abſcedat. C. de ap. à proconſulibus. ſed ſi prior iudex admiſit appellationem, pro arbitrio iudicis punitur, vt C. eodem l. eos. §. ne temerè. "Sed ſi in ciuili negotio per calumniam appellat, punitur in 50. libris argenti. C. quor. ap. non reci. ab executore. l. fin. Si ſine calumnia, non punitur niſi in expenſis. extra de ap. ſæpe. extra de eo qui mit. in poſ. cau. rei ſer. cum veniſſent. Item remittitur ad eum à quo appellauit. extra eo. cum in eccleſia. Dicunt tamen quidam, quòd niſi euidens ſit aliquem calumnioſè appellaſſe, non debet puniri in expenſis. Argum. optimum. ff. de le. 2. qui ſolidum. §. etiam. alio quin quilibet metu expenſarum relinqueret ius ſuum indefenſum,

" appellans p calūniam ad quid puniatur.

Matth. 11.

2 Et Victor epiſt. 1. & Iulius ſ. e. c. ſi qs putauerit. 1. ſ. c. 7.

ſedem appellantem damnauit, & carcerali[a] cuſtodiæ mancipauit. *& infrà.* ¶ Priuilegia tamen Apoſtolicæ ſedis vos obliuioni tradere nullatenus debuiſtis, quibus venerandi canones iudicia totius eccleſiæ ad hanc deferri iubent. *& infra.* ¶[1] Hæc quippe nos in Rhotando idcirco noueritis operatos, vt priuilegia ſedis Apoſtolicæ, quæ malè à vobis violata videbantur, & à nobis tot impenſis laboribus, veſtra reſiſtente contumacia, recuperari non poterant, auctoritate Apoſtolica, & cana A patrum deliberatione priſtino tandem genio, & proprio decorarentur honore[b].

A ¶Cana.] *Cum antea legeretur*, canonica, *emendatum ſic eſt ex epiſtola ipſa, quæ habetur manuſcripta & nuper eſt impreſſa in appendice bibliothecæ: & in libro Ennodij pro Symmacho legitur*, cana miracula, *&* canum genium. *iuxta illud Virgilij:*

Cana fides, & Veſta, Remo cum fratre Quirinus, Iura dabant.

Item Leo Papa ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem Epiſcopum, epiſt. 2. al. 84.

¶ Quiſque eam obedientiam maioribus exhibeat, quam ab inferioribus deſiderat.

CAP. XIIII.

QVi ſcit[c] ſe quibuſdam eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquē ſibi eſſe prælatum: ſed obedientiam, quam exigit[d], ipſe etiam dependat: ſicut non vult grauis oneris ſarcinam ferre, ita non audeat alij importabile pondus imponere. Diſcipuli enim ſumus humilis, & mitis magiſtri dicentis [Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.]

Patet ergo, quòd nulli appellanti ſunt induciæ denegandæ. Caterùm ſi cauſa fruſtratoriæ dilationis appellauerit, à iudice, ad quem prouocatū fuerit, condemnabitur.[e] Tempus verò appellationis eſt ante datam, vel poſt datam ſentētiam. Quoties enim quis ſe grauari ſenſerit, liberè poteſt appellare.

Vnde Sixtus Papa ij. ep. 1. ad Gratum Epiſcopum ait. [2]

vt ff. de pet. hær. illud. tunc autem præſumitur non fieri calumnioſè, cum iuratum eſt de calumnia, vt 1. q. 7. ſancimus. ſed hoc non credo, imo ſemper in cauſa appellationis condemno victum, vt j̄. ead. omnino. & in conſtit. noua. Innocent. de ap. vt debitus.[b] & ff. de ap. negotiorum. in princ. & ſ̄. ead. quæſtio. in primis. Ioan.

b Hāc ſnīam ſeqtur Go. quod dic vt plenè not. p Bal. Inno. & Ho. extr. de do. & cont. in fi. Arch.

¶ Qui grauatur à proprio metropolitano, primatem, aut vniuerſalis eccleſiæ ſedem appellet.

CAP. XV.

[3] SI quis putauerit ſe à proprio metropolitano grauari, apud primatem diœceſeos, aut penes vniuerſalis Apoſtolicæ eccleſiæ Papam iudicetur.

3 Pol. l. 1. ti. 6. Anſ. l. 2. c. 9. & 11. Pan. l. 4. c. 126.

Item Felix ij. ad Epiſcopos in Alexandrina ſynodo congregatos, cap. 19.

¶ Romanam ſedem appellet, qui iudicem ſuſpectum habet.

CAP. XVI.

[4] QVoties epiſcopi ſe à ſuis comprouincialibus, vel à metropolitano putauerint[f] prægrauari, aut eos ſuſpectos habuerint, mox Romanam appellent[g] ſedē, ad quā eos abſque vlla detentione, aut ſuarum rerum ablatione liberè liceat ire: & dum prædictam Romanam matrem appellauerint eccleſiam, aut ab ea ſe audiri[h] popoſcerint, nullus eos aut excommunicare[i], aut eorum ſedes ſurripere, aut res eorum auferre, aut aliquā eis vim inferre præſumat, antequàm eorum cauſa Romani Pōtificis auctoritate finiatur. Quòd ſi aliter à quoquam præſumptum fuerit, nihil erit, ſed viribus carebit.

4 Anſel. l. 2. c. 60.

Item Iulius Papa in reſcripto ad epiſcopos orientales, c. 30.

¶ De eodem.

PALEA.

CAP. XVII.

[5] IDeo huic ſanctę ſedi præfata priuilegia ſpecialiter conceſſa ſunt, vt ab ea omnes auxilium oppreſſi, & iniuſtè damnati reſtitutionem ſumant.

5 ſ̄. e. c. ideo

¶ Eſt ſumma quædam capitis recitati ſupra ead. c. ideo. & habetur in vetuſtis exemplaribus, in quibus Paleæ eſſe non ſolent.

Oppreſſi, & ſe prægrauari putantes intelliguntur ante datam ſententiam: iniuſtè damnati, poſt datam ſententiam.

QVoties. Casvs.] Si epiſcopus grauatur à ſynodo, vel metropolitano, vel eos ſuſpectos habuit, ſedem Apoſtolicam appellet, & non excommunicetur, nec res auferantur, vel vis fiat ei donec negotium per ſedem Apoſtolicam terminetur. Caſus ſequentis c. per ſe patet.

f ¶*Putauerint.*] licet non grauentur, & ſufficit quòd putent hoc, & ſufficit probare probabilem cauſam appellandi. extra de ap. bonæ. in fi. & ff. eo. appellanti. niſi ſit remota appellatio: tunc enim requiritur quòd ſit probabilis, & quòd ſit talis, qua probata legitima ſit appellatio, vt extra eo. vt debitus. Ioan. Ego credo indiſtinctè quòd hodie debet eſſe cauſa probabilis & legitima, & vt extra eo. vt debitus. quod intelligo ante ſententiam. B.

g ¶*Appellent.*] "Nota quòd poteſt à iudice ſuſpecto recedi per appellationem, [c] vel etiā per recuſationem, vt hic, & ext. eodem poſtremo. & ſupra capitu. prox. & ext. vt lit. non conteſt. accedens. 1. & quidquid fit poſt recuſationem, æquè caſſatur ſicut fieret poſt appellationem, vt ext. de eo qui mit. in poſ. cum ſicut. in fi. Refert tamen cum dicitur, recuſo iudicem vt ſuſpectum, quo caſu loquitur decr. ext. de ap. ſecundò requiris. Vel ſi ſic dicatur, habeo iudicem ſuſpectum. quo caſu non cogitur coram arbitro probare cauſam ſuſpicionis: quia poteſt iudicem declinare per appellationem, vt dictum eſt.

" Iudex ſuſpectus dupliciter deſeritur.

c Dicit Inn. Nos cōcedimus, q̄ à iudice delegato vel ordinario poſſit appellari ex ea cā quia ſuſpect' eſt, cū tūc heat certum mediū recuſationis. 3. q. 5. quia ſuſpecti. Arch.

h ¶*Audiri.*] Nota nihil intereſſe vtrum dicat quis, quòd velit cauſam ſuam audiri à Papa, vel expreſsè ad ipſum appellauerit, ſicut nec refert an appellet quis facto, vel verbo. extra eodem, ca. dilecti. in parte deciſa.

i ¶*Excommunicare.*] poteſt tamen de facto ad cautelam petere ab-

abſolutionem, vt extra eod. ad præſentiam. ſi verò appellatio non tenet, tunc poteſt talis excommunicari poſt appellationem. arg. extra eod. quæſtioni. Ioan.

OPPRESSI. CASVS. Oppreſſi dicuntur prægrauati ante ſententiam, iniuſtè damnati poſt ſententiam. Et ad hoc inducit ſeq. c.

Non ita.] CASVS. Aliud eſt in negotijs ſecularibus quàm in eccleſiaſticis, "quia in ſecularibus non appellatur ante ſententiam: in eccleſiaſticis verò quandocunque grauatur, poteſt appellari.

"Appellare ante ſñiam vtrũ liceat.

Vnde Eutychianus vrbis Romanæ epiſcopus ſcribit epiſcopis per Siciliam, epiſtola 2. c. 1.

¶ Ante exitum cauſæ per appellationem recedere licet.

CAP. XVIII.

1 Anſel. l. 3. c. 73. Pol. l. 5. ti. 1. Iuo p. 6. c. 336. Pã. l. 4. c. 100.

[1] NOn ita[a] in eccleſiaſticis agendum eſt negotijs, ſicut in ſecularibus. Nam in ſecularibus legibus, poſtquam vocatus quis venerit, & in foro decertare cœperit, non licet[b] ei ante peractam cauſam recedere. In eccleſiaſticis verò, dicta cauſa[c], recedere licet, ſi neceſſe fuerit, aut ſi ſe prægrauari viderit.

2 *Qui verò ex contumacia iudicibus obtemperare noluerit, communione priuetur.*

Vnde in concilio Mileuitano, capitu. 24.

¶ Excommunicetur, qui iudicibus ſuis obtemperare non vult.

CAP. XIX.

2 Pan. l. 4. c. 132.

[2] QVisquis[d] probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ ſedis epiſcopo fuerit probatum[e], det literas, vt nullus ei communicet epiſcoporum, donec obtemperet.

Item quòd poſt datam ſententiã appellari poſſit, Fabianus Papa teſtatur dicens Hilario Epiſcopo, ep. 3. cap. 2. [3]

3 Cod. Theod. l. 11. tit. 30. 1 interp. l. 20.

¶ Non denegetur appellatio ei, quem in ſupplicium ſententia deſtinauit.

CAP. XX.

4 Anſ. l. 2. c. 11. Burc. l. 5. c. 148. Iuo p. 5. c. 261. Pã. l. 4. c. 122.

[4] LIcet etiam in criminalibus[f] cauſis appellare: nec appellandi vox denegetur ei, quem ſupplicio† ſententia deſtinarit.

† al. in ſupplicium.

Quod paulò ante idem affirmat, eodem cap.

¶ Ante datam ſententiam licet alicui appellare.

CAP. XXI.

5 Iuo p. 5. c. 248. Anſ. ib. Burc. ibid. Pann. l. 4. c. 120.

[5] SI quis iudicem aduerſum ſibi ſenſerit, vocem appellationis exhibeat.

4 *Poſt datam verò ſententiam, qui appellare voluerit, intra quinque dies*[g] *appellet, & intra eoſdem, à quo prouocauit, literas dimiſſorias accipiat, & intra eoſdem, ad quem appellauit, iter arripiat.*

a ¶ *Non ita.*] ſecundum leges ante diffinitiuam ſententiam non appellat, vt C. de Iud. apertiſſimi. & j. ea. non ſolent. tamen clericus ante diffinitiuam ſententiam appellat, vt C. de epiſ. aud. l. 2. & cum actorum vel pronuntiationis editio negatur. C. vt li. pen. l. 2. & cum ab iniuria appellatur, vt de min. ait prætor. §. per mittitur. Idem dico vbi appellatur à grauamine manifeſto, vt C. de ap. ſi quis prouocatio nem. item vbicunque iudex aliquid facit contra legem negando dilationem, vel quid ſimile, vt j. ead. non ſolent. Hodie autem ſecundũ ius canonicum non appellatur ante ſententiam, niſi euidens fuerit cauſa grauaminis, vt in conſtit. Innoc. vt debitus. & ſic videtur idẽ iuris ſecundum leges, & etiam ſecundum canones, quod falſum eſt, vt dicunt doctores legum. & j. e. non ſolent.

b ¶ *Non licet.*] Alia eſt ratio negotiorum eccleſiaſticorum, alia ſecularium, vt j. de conſecr. diſt. 3. celebritatem. 10. diſt. leges. 33. q. 2. admonere. argu. cõtra. 11. q. 1. quicunq; litem. ſed hoc non tenet, vt extra de for. compet. propoſuiſti. Quidam tamen dicunt, quòd vbicunque tam ſecundum leges quàm ſecundum canones poteſt fieri appellatio à manifeſto grauamine. Alij dicunt quòd ante ſententiam ſecundum leges non appellatur, niſi in caſibus in iure expreſſis.

c ¶ *Dicta cauſa.*] i. aſſignata cauſa appellationis, ſed nõ oportet ibi probari, ſed coram iudice ad quem appellat, vt C. de ap. eo. & j. ea. q. in fi. niſi in caſu. C. de prec. imp. off. auth. quæ ſupplicatio. & ext. de his quæ fi. à ma. par. ca. cum in cunctis. nec prius eſt audiendus appellans à iudice ad quem appellauit, quàm conſtet ipſum appellaſſe ab aliquo grauamine. Aliter enim remittendus eſt ad eum, à quo appellauit, vt ext. de ap. cum in eccleſia. "Videtur ergo quòd quilibet tenetur aſſignare cauſam appellandi, vt hic, & ext. de ap. conſtitutus. 2. & ff. de ap. appellanti. ſicut in ſuſpecto iudice cauſa eſt aſſignanda, licet alibi probanda ſit. ſed quòd non ſit aſſignanda, probatur: quia fruſtratoria appellatio ſecundum hec iura eſt admittenda. Item non videtur eſſe neceſſarium quòd allegetur cauſa, quia poteſt ab ea recedi. ff. eod. ſcio quæſitum. in fi. extra eo. tit. conſtitutus. Item quòd non ſit neceſſe cauſam aſſignare, probatur ext. vt lit. non cont. accedens. 2. Et dicit lex, quòd cum coram iudice appellatur, ſufficit dicere, appello, vt ff. de ap. ſcio. Dicas ergo, quòd ſemper appellãs tenetur aſſignare cauſam, vt ext. cod. vt debitus. [a] tamen ſi cauſam non aſſignat, & poſtea contra iudicem appellationis probat iuſtam fuiſſe cauſam appellandi, bene caſſabitur quod factum eſt, vt ext. vt lit. non conte. accedens. 1. Et ita prior iudex bene facit non deferendo appellationi, cum cauſa appellationis non ſit expreſſa. Secundus ſimiliter bene excuſat qđ factum eſt, cum iuſta cauſa ſubfuerit appellandi. Alij exponunt dictam cauſam, id eſt lit. non conteſt. quia ante lit. conteſt. non eſt appellandum, vt ext. de ap. reprehenſibilis. niſi fiat apertum grauamen, vt ext. eo. conſuluit. 1. & c. cũ ſit Romana. Ioan. Hodie ante ſententiam qui vult iudicem recuſare, ſemper proponat cauſam, vt extra eo. vt debitus. & offerre debet proponens ſe velle eam probare coram arbitris ſi iudex petit, alioquin eius appellatio non valet, vt extra de ap. interpoſita. Si verò non recuſet iudicem, ſed aliã cauſam proponat, allegat talem, qua probata ſit legitima, & eam coram iudice offerat ſe probaturum ſi iudex petit. B.

"Appellõis cã vtrum ſit aſſignanda.

a Hoc meliꝰ hr̃ e. ti. cum ſpeciali. vbi In. no. q ſufficit ei q recuſat, cãs re cuſatiõis legitimè ꝓponere. Arc.

QVI VERO. Hęc eſt tertia pars. qõ. in qua dicitur, quòd cõtumaces ſunt puniendi ſecundum maius & minus: tamen grauatus ſẽper poterit appellare: & hoc probat per tres auctoritates ſanctorũ patrum. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur hic qualiter puniri debet contumax, & ad hoc inducit ſequens cap.

Quiſquis.] CASVS. Si aliquis præcepto vel ſententiæ iudicis parere non vult, ſignificet hoc ſuperiori, & ille excommunicabit eũ, & faciet euitari donec pareatur ſententiæ vel præcepto.

d ¶ *Quiſquis.*] Iſtud c. intelligunt quidam de delegatis iudicibꝰ quorum ſententiam epiſcopus loci tenetur mandare executioni, vt ext. de of. deleg. ſignificaſti. "Alij intelligunt de iudicib. datis ab ipſo epiſcopo, qui ſuam ſententiam non poſſunt mandare executioni: quia tantùm delegati à principe poſſunt mãdare ſuas ſententias executioni. ff. de re iu. à diuo. ſed hoc non eſt verum, quia ſubdelegati hoc poſſunt. vt ext. de of. dele. ex literis. & ext. de ſent. & re iud. cum Bertholdus. Ioan. Ferè omnes dicunt, quòd ſubdelegatus non poteſt ſententiã mandare executioni per legem. ff. de re iu. à diuo. etſi excommunicare poſſit, vt extr. de off. delega. ex literis. quia iubere cauere, & in poſſeſſionem mittere, magis eſt imperij quàm iuriſdictionis, vt ff. de iu. om. iu. iubere. B. Sed quòd poteſt mittere in poſſ. cauſa rei ſeruandæ habetur extr. de eo qui mit. in poſ. cau. rei ſer. cap. 3.

" Delegati inferiorum ſuas ſententias exequi non pñt.

e ¶ *Probatum.*] ergo qui dicit aliquem contumacem, hoc probabit,[b] ſicut qui dolum obijcit. arg. ſupra quæſtio. 1. cap. 1. & cap. nemo. ext. de reſtit. ſpol. audita. Arg. contra. ff. de re iu. contumacia. & 65. di. cap. vl.

b ſ. p teſtes vel inſtra, vel citõnes, q in ſcriptis redigendæ ſunt, ext. de probat. qm. Bernard.

f *Liceat etiam in criminalibus.*] Imo potius in criminali quàm in ciuili, vt ff. de app. non tantùm. & inf. ea. non ſolent. & §. eſt autem quando. ver. nullus.

Si quis.] POST DATAM. Hæc eſt 4. pars qõ. in qua quæritur intra quod tempus ſit appellandum, & dicas quòd intra x. dies. infra eadem, anteriorum. Probat tamen magiſter in legibus Theodoſianis, quòd intra triduum ſit appellandum. Sed illæ leges ſunt correctæ per prædict. l. anteriorum. Ioann. de Fan.

CASVS. Dicitur in hoc §. q intra v. dies appellari debet, & intra eoſdem literas dimiſſorias accipere, & iter arripere ad iudicem appellationis. Et ad hoc inducit leges abrogatas.

g ¶ *Intra quinq; dies.*] olim ſtatuti fuerunt duo dies. j. cad. biduum.

duum. poſtea Theodoſius dedit quinq;, deinde Iuſtinianus decem, vt ead. anteriorum.

a ¶*Vnde in Theodoſianis legibus.*] qui has leges allegat, falſarius eſt, vt C. de vet. iu. enu. l. 2. §. hæc igitur omnia. & C. de no. cod. confir. in fin.

PRopter.] C a s v s. Si quis duxerit appellandum, intra quinque dies appellet, & intra eoſdem literas accipiat dimiſſorias, & ad iudicem ad quem appellauit perueniat: & ſi maius ſpatium ad iter fuerit neceſſarium, dabitur ei.

b ¶*Quo iter.*] vt ſemper viginti milliaria pro die computentur[a], vt ff. ſi quis caut. l. 1. & ſi quid ſupererit, hoc etiam pro die computetur, vt ff. de verbo. ſign. l. 3.

a De hoc not. extr. de ele. cũ inter vniuerſas. & de reſcri. nonnulli. in gl. nunquid, &c.

ABeo.] C a s v s. Dicitur hic, quòd literę dimiſſorię porrigi debent iudici ad quẽ appellatur, intra v. dies, & intra eoſdem peti & accipi: & ſi hoc appellans non fecerit, cadit à cauſa: & verba, iſta, ſcilicet *Iſta iam*, vſque ibi, *Qui intra*, &c. non ſunt de lege, ſed Gratiani, vel alterius. *Superius*, id eſt, in codice Theodoſiano. & hoc ſimiliter eſt abrogatum.

1 in ſententijs Iulij Pauli cũ interp. Aniani li. 5. tit. 33. c. 1. Iuo par. 5. c. 281. Pan. l. 4. c. 127.

† al. prouocare.

c ¶*Intra quinque.*] hodie xxx. vt infra ead. q. in fi. §. penult.

d ¶*Statuta.*] ſic & hoc hodie non tenet, vt C. eodem, quoniam.

QVicunque.] C a s v s. Non auditur fruſtratoriè appellans,[b] vel qui in iure confeſſus fuit contra ſe.

2 ff. ſi quis cau. l. 1.

e ¶*Quicunque.*] quod obtinet in ciuili, vt confeſſus non audiatur appellans: in criminali aliud, vt infra eadem, ſunt quorum.[c] niſi alia probatio iudicem inſtruat. ff. de quæſtio. l. prima. §. diuus. ij. Ioannes.

b Sub. niſi vellet ꝓbare errorem. nã tũc auditur, extr. de conſt. c. vlt. & no. ext. de ver. ſign. ex parte. Arc.

c Cõcor. l. 2. cũ gl. & ibi Bar. C. quo ap. nõ re. & l. creditor. §. iuſſus. ff. de appel.

QVoties poſt auditam cauſam.] C a s v s. Dicitur hic, quòd ſi poſſeſſor rei immobilis confeſſus fuit, & condemnatus fuit ad reſtitutionem rei, ſi appellauerit, cauſa pendente fructus ſunt ſequeſtrandi: quod in petitione fieri non poſſet, cum nihil poſſideat. Sed ſi propter prę

3 Iuo p. 5. c. 282. Pan. l. 4. c. 128.

† al. quorum

† al. facienda ſunt verba interpretis.

Vnde in Theodoſianis a *legibus*[a] *ſic ſtatutum inuenitur.*

a ¶Theodoſianis.] *Hoc & 4. ſequentia capita, quæ citantur ex legibus Theodoſianis, habentur libro 5. ſentent. Iulij Pauli cum interpretatione. Ex quo apparet Gratiani etiam tempore has ſententias coniunctas fuiſſe cum codice Theodoſiano, ſeu breuiario Alarici. Alaricus autem in præfatione profitetur ſe volumen illud non ex ſolo Theodoſiano codice, ſed ex varijs libris collegiſſe, & in legum collectione, atque interpretatione epiſcoporũ præcipuè opera vſum fuiſſe.*

¶Poſt latam ſententiã intra quod tempus quiſque appellare debeat.

CAP. XXII.

1 PRopter ſuperfluam appellatorum licentiam, ne in retractandis, vel reuocãdis ſententijs liberum habere arbitrium videantur, & tempora appellationis, & pœnæ conſtitutæ ſunt: vt quicunque apud iudicẽ, qui cauſam eius audiuit, appellare, & ad alium iudicem appellare † voluerit, intrà quinque dies appellet, & his ipſis quinque diebus ad iudicem, ad quem prouocauerit, ſine aliqua diſſimulatione perueniat: & ipſe dies, quo accepit literas, in his quinque diebus ſpecialiter computetur. Quòd ſi longius iter ſit, exceptis his quinque diebus, ſpacium dierum, quo iter[b] agi poſſit, computetur.

CAP. XXIII.

2 HAbita dinumeratione xx. millium diurnorũ per ſingulos dies, computetur.

¶ *Caput hoc abeſt à vetuſtioribus Gratiani codicibus, & ab originali, & Iuone, & Pannormia. In vno autem Gratiani valde emendato eſt in margine ſuperioris capitis tanquam gloſſa quædam.*

Item ibidem titul. 34.

¶A quo appellatur, ad quem appellatum fuerit, dimiſſorię literę dirigantur.

CAP. XXIIII.

3 ABeo, à quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, dimiſſoriæ literæ dirigantur, quę vulgò Apoſtoli appellantur, quarum † poſtulatio, & acceptio intra quinque[c] dies ex officio finienda † eſt. § ¶Iſta iã ſuperius ſub titulo de cautionibus, & pœnis appellationũ interpretata ſunt. § ¶Qui intrà ſtatuta[d] tempora dimiſſorias non poſtulauerit, vel acceperit, vel reddiderit: præſcriptione ab agendo ſubmouetur, & pœnam appellationis ferre cogitur.

Item ibidem tit. 35. c. 2.

¶De his, qui cauſa dilationis appellant.

CAP. XXV.

4 QVicunque[e] non confidentia iuſtæ cauſę, ſed cauſa afferendæ more, ne contra eum ſententia proferatur, appellauerit; vel ſi de facto ſuo confeſſus, ne addicatur †, appellare voluerit: huiuſmodi appellationes non recipiuntur.

Item ibidem tit. 36. c. 1.

¶Cum poſſeſſor appellat, dum euẽtus cauſæ dubius eſt, poſſeſſionis fructus ſequeſtrentur.

CAP. XXVI.

5 QVoties poſt auditam cauſam iudici poſſeſſor appellat, fructus poſſeſſionis, de qua agitur, dum ſecundę audientiæ euentus dubius eſt, meritò ſequeſtrantur[f]. Nã ſi petitor appellauerit, hoc ab eo poſtulari nõ põt: q͂a nõ põt ſequeſtrari qđ non habet. 6 Si propter prædia vrbana, vel mãcipia appelletur, pẽſiones eorum, vel mercedes, vecturæ etiam, ſi de naui agatur, deponi ſolent.

Item ibidem tit. 37. c. 1.

¶ Iniuſtè appellans omnino puniendus eſt.

CAP. XXVII.

7 OMnino a puniẽdus ẽ, vt quoties iniuſta appellatio pronuntiatur, ſumptus[g], quos dum ſequeretur aduerſarius, impendit, reddere cogatᷣ non ſimplos, ſed quadruplos[h].

dia vrbana, id eſt, domus vel mancipia, vel iumenta fuerit appellatum, penſiones, mercedes & vecturæ debent ſequeſtrari: quod intelligi debet. & ſi propter nauem naulum fuerit acquiſitum, quod datur nautis ꝓpter aliqua in naue ferenda.

f ¶ *Sequeſtrantur.*] hoc non tenet hodie, vt infra 16. quæſtio. 4. volumus. infra eadem, appellatione pendente. & extra de ſequeſtra. ad hoc. Vel tenet in caſu qui eſt ff. de app. Imperatores. ſcilicet quando poſſeſſor dilapidat fructus, vt ibi dicitur. hoc expreſsè patet de ſequeſt. capitu. pen. & fin. "Vel dic, quòd ſi appellatur ab executore, quòd tunc ſequeſtrantur fructus, ſed non res ipſa, vt C. quorum appel. non recip. ab executore.

4 Ex interpretatione. Iuo par. 1. c. 281. Pan. l. 4. c. 129.

" Appellõ ab executore facit fructus ſequeſtrari.

† antea legebatur, abijciatur, vel obijciatur.

OMnino.] C a s v s. Si aliquem iniuſtè appellaſſe pronuntiatum fuerit, aduerſario condemnabitur in expenſis, non tantùm in ſimplum, ſed in quadruplum.

g ¶*Sumptus.*] "ſecundum canones punitur in expenſis, vt hic, & ext. e. reprehenſibilis. ſecundum leges punitur in ciuili cauſa. in 50. libris argenti. C. quo. ap. non reci. ab executore. in criminali infamis eſt, & litem perdit, vt C. de ap. à proconſu-lib. niſi primus iudex admiſiſſet appellationem, quia tunc arbitrio iudicis punietur. C. de ap. cos. §. nec temerè.

5 Ex interpretatione. Iuo par. 5. c. 284. Pann. l. 4. c. 130.

" Appellantis iniuſtè punitio.

6 Ex Paulo ibidem.

h ¶*Quadruplos.*] hodie ſimplos, vt C. de fruc. & li. expen. non ignoret. & l. terminato. Vel fortè duplos, vt 3. quæſtione 4. libellum. Dic vt ext. de dol. finem.

PRÆMISSIS.] C a s v s. Repetit ſupra dicta Gra. vt corrigat, & ad hoc inducit ſequens authenticum, anteriorum legum.

7 Iuo p. 5. c. 285. Pan. l. 4. c. 131. Ex Paulo.

a ¶Omnino puniendus.] *In ſententijs Pauli legitur,* omnimodo probandum eſt, &c. *Sed quia eſt initium capituli, & de huiuſmodi punitione multa ſunt à doctoribus adnotata, non eſt mutatum. Tantummodo ductus orationis eſt emendatus, addita particula,* vt.

Præmiſſis auctoritatibus intra quinque dies poſt datam ſententiam cuique appellare permittitur. Quod poſtea Iuſtinianus in conſtitutionibus ſuis corrigens intra decem dies appellationis remedium cuique dandum decreuit, dicens.

Ante- Impe-

ANteriorum.] C A S V S. In lege veteri cauebatur, vt qui propriam cauſam per ſe agit, intra biduũ appellet: qui verò per procuratorem, intra tertiam diem. Sed quidam legum ignari propter hoc decipiebantur, putantes ſibi licere ſemper poſſe intra triduum appellare, & ſic à cauſa cadebant. quare hoc corrigit Imperator, & ſtatuit, quòd cuilibet liceat appellare à ſententia intra decem dies in quacunque cauſa, & à quocunque iudice, excepto pręfecto prætorio.

1 Nouella 23. apud Iulianum anteceſſorem.

Imperat. Iuſtinianus Auguſtus.[1]

¶ Intra decem dies remedium appellationis conceditur.

C A P. XXVIII.

ANteriorum [a] legum acerbitati plurima remedia imponentes, & maximè hæc circa appellationes facientes, & in præſenti ad huiuſmodi beneficium peruenire duximus eſſe neceſſarium. Antiquitate etenim cautum erat, vt ſi quis per ſe litem exercuerit, & fuerit condemnatus, intrà duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet: ſinautem per procuratorẽ cauſa ventilata ſit, & in triduum proximum eam extendi. Ex rerum autem experientia inuenimus hoc ſatis eſſe damnoſum: Plures enim homines ignaros legum ſubtilitatis, & putantes in triduum eſſe prouocationes porrigẽdas, in promptum periculum incidiſſe, & biduo tranſacto cauſas perdidiſſe. Vnde neceſſarium duximus huiuſmodi rei competenter mederi: Et ſancimus omnes appellationes, ſiue per ſe, ſiue per procuratores, ſeu per defenſores, vel curatores, & tutores ventilentur, poſſe intrà decem dierum [b] ſpatium à recitatione [c] ſententiæ enumerandum, iudicibus ab his, quorum intereſt, offerri, ſiue magni, ſiue minores ſint, excepta videlicet ſublimiſſima prætoriana præfectura, vt liceat homini intrà id ſpatium pleniſſimè deliberare, ſiue appellandum ei ſit, ſiue quieſcendum, ne timore inſtante opus appellatorium frequentetur, ſed ſit omnibus inſpectionis copia, quæ & indiſcuſſos hominum calores poteſt refrænare.

a ¶ *Anteriorum.*] in auth. de ap. & intra quę tempora debeat app. col. 4. in prin.

b ¶ *Dierum.*] ſed nunquid ille dies in quo appellatur, computabitur inter illos decem dies? Non videtur: quia dies illa in qua promiſſio aliqua fit, non computatur cum illo tempore, niſi excipiatur, vt ff. ſi quis caut. l. 1. ſed contra dies in quo fit diuortium, computatur inter ſexagita dies, qui dantur accuſatori à tempore diuortij, vt ff. de adul. pater. §. 1. Item licet dicat intra decem dies, tamen decimus dies comprehenditur intra illud tempus, vt ff. de ſuc. edi. l. 1. §. quod dicimus. & ff. de ver. ſi. ſi quis ſic dixerit. [a] imo idem videretur, ſi diceret ante decem dies, quòd adhuc in decimo die poſſet appellare, vt ff. de ver. ob. l. eum qui. §. qui ita. & facit ad hoc ſ. e. propter. Reſp. quòd ſi tantum ſupereſt de die, quòd poteſt deliberare condemnatus, tunc illa dies computatur pro vno die. Ioan. Ego credo quòd ſemper computetur, & ita ſeruatur de facto. B.

[a] Appellõis dies cõputatur in decẽdio, quod datur ad appellandum.

c ¶ *A recitatione.*] [a] nunquid hoc tempus vtile eſt, ſicut fuit tempus bidui? quod videtur, aliter. n. videret eſſe diminutum beneficium antiqui iuris, maximè cum lex noua nihil exprimat. de hoc ergo veteri iuri ſtandum eſt. C. de ap. præcipimus. in fin. & quod non mutatur, quare ſtare prohibetur, vt C. de teſt. ſancimus. quare ergo dicit hic, à recitatione ſnīæ, cum ſecundum legem antiq̃ à tempore ſententiæ computentur [a] hi decẽ dies, vt ſ. e. biduum? Dic ergo, q̃ quantum ad ſui initium vtile eſt, ſed cõtinuum q̃tum ad ſui progreſſum, q̃a tẽpus hoc computabitur à tẽpore ſcientiæ, vt C. quo. & quan. iu. ab eo. & ff. de ædil. edi. cum ſex. & ſ. e. c. biduum. Cum enim illi decem dies dentur ad deliberandum, an velint ſtare ſnīæ, vel non: qualiter poſſet ignorans deliberare? Currit ergo hoc tẽpus à tempore ſcientiæ, & ẽt à tempore quo p̃t agere. ſ. ea. biduũ. §. palam. ver. ſi aduerſus. ext. de ap. ex ratione. H. tamen dicit hoc tempus eſſe cõtinuum: ſed poſtea dicit reſtituendũ eum qui agere non potuit.

[a] Appellõis tp̃s an ſit vtile an continuum.

a Sic ẽt not. ext. de app. ſuper eo. §. vl. & d exce. pia. in gl. ſic dicas. Arc.

AD HOC SANCIMVS. Casvs. Aliquis ad principẽ appellauit: ſed propter occupationes principis nõ potuit cauſam p̃ſequi intra tempus conceſſum appellantib. à lege. dicitur hic, q̃ nõ cadit à cauſa p̃p hoc: ſed cauſa tractabitur cũ placuerit Imp̃atori. Nullus. n. p̃t compellere principẽ, vt de cã cognoſcat, vel vt partes conuocet aut proceres.

¶ Ad hæc ſancimus, ſi quando lis [d] ſperatur inferri in noſtrum conſiſtorium, ſi fortè contigerit Imperatoriam maieſtatem occupatam publicis cauſis ex mundanis prouiſionib. non poſſe conuocare patres quatenus cauſa agitetur, non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium [e] eſt litigantium, ſi culmen Imperatorium occupetur? vel quis tantæ eſt auctoritatis, vt nolentem principem poſſit ad conuocandos patres, cæteroſque proceres coarctare? Sed ſi quid [f] tale euenerit, cauſa intacta p̃maneat, donec Imperator [g] ſua ſponte motus, & cõuocari proceres iuſſerit, & litẽ inferri patiatur, & oĩa ſecundum morem procedere.

¶ Illud etiam in tertio capitulo diſponendum eſt, quod antiquitas bene ſtatuit, nouitas autem neglexit. Cum enim veneranda vetuſtatis auctoritas 2 ita magiſtratus digeſſerit, vt alij maiores, alij medij, alij minores ſint, & appellationes à minoribus iudicibus non ſolũ ad maximos iudices remitterentur, ſed ad ſpectabilium iudicum tribunal, quatenus & ipſi ſacro auditorio adhibito litem exercerent, nouitas autem hoc dereliquerit: euenit, vt ſuper minimis cauſis [h] maximi noſtri iudices inquietentur, & homines propter minimas cauſas magnis fatigentur diſpendijs, vt forſitan totius litis æſtimatio ad ſumptus [i] iudiciales non ſufficeret. Ideoque ſancimus, ſi quando ex Ægyptiaco tractu, vel adiuncta ei vtraque Lybia prouocatio

d ¶ *Lis.*] ext. e. ex rõne.

e ¶ *Vitium eſt.*] ar. q̃d per me non ſtat, mihi non eſt imputãdum. 43. diſt. Epheſijs. C. de cond. inſer. l. vlt.

f ¶ *Sed ſi quid.*] vnde ſic non poteſt terminus præfigi, vt die tali ſit appellãs reuerſurus, vt ext. de ap. ex inſinuatione.

g ¶ *Imperator.*] [a] idem eſt ſi alius iudex impediatur ad quem appellat: 1 Auth. vt ſp̃õ. larg. §. hoc quoque. col. 9. hoc verum eſt in cauſa appellationis, in principali enim cauſa ſecus eſt. quia ibi perit lis triennio. C. de iudic. properandum. Item quod dixi eſt verum, ſi ipſe appellans impediatur [b] per cauſam neceſſariam: puta per vim fluminis, vel ſimile. extra de app. ex ratione. ſi autem alter impediret eũ, hoc ei noceret: ſed poſſet agere contra impedientem. ff. de dol. l. arbitrio. §. ſi dolo. Sed ſi ille non eſſet ſoluendo, tunc ei reſtituitur. ff. de eo per quem factum erit, ex hoc edicto. ar. contra ext. de in integ. reſti. ex literis. ibi enim non dat̃ actio cõtra decipientem, ſed reſtituitur contra ſententiam. ſed hoc fuit quia impediens non poterat ſoluere quod petebatur. Ioan. Hodie ſecundum canones non perit inſtantia iudicij, ſi propter impedimentũ cauſa intra triennium terminari non potuit, vt ext. de iudic. venerabilis. B.

[a] Appellãti impedito qũo ſuccurritur.

b ſ. p principẽ, vel per iudicẽ. & ſic intelligitur iſta decr. ex rõne, & p̃batur eo. ti. ex inſinuatiõe. ſecundùm Io. de Fan.

2 Concor. l. ſemp. ff. de iur. im. & l. teſtamenta. C. de teſta.

ILLVD ETIAM. Casvs. Iudicum quidam maximi ſunt, & dicuntur illuſtres: quidam minores, & appellantur clariſſimi, quidã medij, & ſpectabiles nũcupantur. Appellabant homines aliter quàm antiquitus ſeruabatur. Nam pro minimis cauſis ad maximos iudices appellabant, ita vt totius litis æſtimatio vix ad ſumptus iudiciales ſufficeret. ideo ſtatuitur hic, vt in Ægypto & in vtraque Lybia vſque ad decem libras auri non appelletur ad vrbem regiam, ſed ad præfectum auguſtalem, q̃i cognoſcat de cauſa, appellatione remota. In Aſia verò & Ponto vſque ad prædictam quantitatem appelletur ad ſpectabiles, qui de cã cognoſcant ſine appellationis remedio. In oriente verò vſque ad prædictam quantitatem appelletur ad comitem orientis, virum ſcilicet ſpectabilem.

h ¶ *Cauſis.*] quod fieri non debet, vt in auth. vt omnes obed. iud. §. hoc conſiderantes. col. 5.

i ¶ *Ad ſumptus.*] i. ad victualia, quæ dantur iudicibus, vt ext. de vi. & hon. cle. cum ab omni.

a ¶ *Ad*

a ¶*Ad decem librarum.*] nota decem libras auri minimum quid dici.

b ¶*Auri.*]hic vocat minimam ſummam vſque ad x. libr. auri: alibi vſque ad 20.marcas: alibi vſque ad duos aureos. ff. de dol.ſi oleum.alibi quinquaginta ſolid.C.de defen.ciui.l.1.

“ Appellãs ſecũdò, multis in caſib⁹ nõ auditur.

c ¶*Poſt diffinitiuam ſententiam.*] “no. caſus in quibus ſecundò non auditur appellans.C.de epi.aud.Aut. ſi quis litigantium. C. de aſſer. tol. l. 1. C. de ap. iubemus. & l.in offerẽdis.in auth. de ſanctiſ. epi. §. ſi quis verò col.9.[a]

a Dicit L. q̧ iſta l.j.corrigitur p aut. de def.ci.de hoc ẽt not. extr. de appel.Arc.

d ¶*Sacri cognitoris.*] i.principis.

ILLO VIDELICET. Casvs. Statuitur hic, vt à minori iudice ad maiorem appelletur.vnde à ſpectabilib. ad ſpectabiles nõ eſt appellandũ in quacunque quantitate: ſed ad illuſtriſſimam pręfecturam, qui ſimul cum quæſtore cognoſcant: ita tamen quòd à ducibus, vel à ſpectabilibus qui priuati ſunt ,i. ſine adminiſtratione,ad ſpectabiles non appelletur: licet habeant adminiſtrationem,& videãtur maiores non habentib. ſed vbi delegatur cauſa pſidialis alij minori iudici non ſpectabili, ad ſpectabilem appelletur. Vbi verò cauſa à principe delegatur illuſtri vel ſpectabili q hẽt ducatum, vel ſpectabili q eſt ſub ducatu,& ſi nõ eſt dux, in regiam vrbem ad cõpetentem iudicem appelletur. Sic mihi Bar. videtur caſus ponendus ſine piudicio hoĩs prudentioris, & prudens lector, ſi ei videbitur,caſum in melius reformabit.

e ¶*Quæ vnà cum.*] ſ. pfectura illuſtriſſima.

f ¶*Vtroque.*]ſc.prætoris & quæſtoris. quæſtor.n.qui præfuit ſcrinijs Imperatoris , audiuit cauſas appellationis.

†qui] Orig.

“Appellare non licet à maiori ad minorem.

g ¶*Subminiſtrante.*] id eſt, cognoſcente.

h ¶*Ita tamen.*]“ſenſus eſt, non eſt appellandum à iudicib. qui ſunt illuſtres,ad ſpectabiles qui ſunt minores, nec à ſpectabilib.ad alios ſpectabiles, cum ſint pares,ſed à præſidibus qui ſunt minores, appellandum eſt ad ſpectabiles.

i ¶*Priuati.*]quando delegatur eis cauſæ: ſed pendente iudicio fiunt ſpectabiles,vt C.de app.præcipimus.in ſi.“& ſic non ſemper conſideratur principium accepti iudicij. ſic 3. q. 7. §. tria.in ſi.ſic ff.de pig.act.l.ſi rem.§.ſi.ar.contra ext. de proba. c.poſt ceſſionem.de elec.dudum.

“ Iudicij principium non ſemper cõſideratur.

k ¶*Non gradatim.*]C.de ap.præcipimus.

l ¶*Sed à præſidibus.*]qui ſunt clariſſimi & minores.

m ¶*Datis.*]non tamen delegatis.

ſperatur vſque ad decem [a] librarum auri [b] quantitatem:nõ in hanc regiam vrbem eam venire, ſed ad præfectum Auguſtalem, qui audiat, & cauſam dirimat vice ſacri cognitoris, nulla ei penitus poſt diffinitiuam [c] ſententiam appellatione porrigenda. Similíque modo quoties in Aſiana diœceſi, vel Pontica tale aliquid emerſerit vſque ad prædictam quantitatem decem librarum auri appellationes ad viros ſpectabiles,comites fortè,vel procõſules,vel prætores, vel moderatores,quibus ſpecialiter eaſdem lites peragendas deputauimus,remittantur: quatenus & hi ad ſimilitudinem præfecti Auguſtalis, vice ſacri cognitoris [d] intercedant,& cauſas ſine ſpe quidem appellationis, Dei tamen, & legum timore perferant decidendas: Orientalem autem tractum cauſas appellatione ſuſpẽſas, & vſque ad decem librarum auri quantitatem limitatas,ad virum ſpectabilem comitem orientis mittere, ſimili modo audientiam,& finem eis impoſiturum: Illo videlicet obſeruando, vt viri ſpectabiles duces,vel alij ſpectabiles iudices non ad alios eadem ſpectabilitate decoratos iudices ſuas tranſmittant appellationes in litibus, quantæcunque ſint quantitatis (cum non oporteat ad compares iudices appellationes referri, ſed à minori iudicio in maius tribunal aſcendere) ſed ad Illuſtriſſimam præfecturam illorum appellationes, cuiuſcunque ſint quãtitatis(vt dictum eſt) dirigantur,quæ† vnà cum [e] viro excelſo pro tpe Quæſtore eas dirimat, vtroque [f] officio ſubminiſtrãte [g], id eſt tam ex ſacris ſcrinijs more ſolito, quàm præfectorio. Ita tamen [h] hæc ſancimus, vt nec à ducibus,vel alijs ſpctabilibus iudicibus(quibus fortè, & ſi priuati [i] ſint, imperialis maieſtas cauſas iniunxerit) appellatio ad memoratos ſpectabiles iudices currat, ne cauſa non gradatim [k] procedere, ſed perperam videatur: ſed à præſidibus [l] quidẽ prouinciarum, & iudicibus à nobis datis [m],ſi non ſint ſpectabiles iudices, intrà memoratam quantitatem referetur.[n] Si autem vel illuſtres ſint dati à nobis iudices, (quibus apices dignitatum ſuper ſpectabilitatem ſunt) vel duces, qui omnimodo ſpectabilitate ſunt decorati,vel hi,qui à principe delegati ſunt, ſpectabilem habeant dignitatem, eorum appellationes ſub quacunque [o] quantitate in hanc regiam vrbem ad competẽtes [p] antiquo more iudices referuntur: omnibus alijs, quæ in appellationibus [q] ſtatuta ſunt, vel ab antiqua proſapia,vel ab auctoritate anteriorum conſtitutionum,vel à noſtra humanitate, intactis, illibatiſque cuſtodiendis.

Item libro 49.digeſt. tit. quando appellandum ſit, lege 1. §. biduum.

¶Quando appellandum ſit primò, vel ſecundò.

CAP. XXIX.

BIduum,vel triduum appellationis ex die ſententiæ latæ computandum erit. ¶Quid ergo, ſi ſententia fuerit ſub conditione [r] dicta, vtrũ ex die ſententiæ latæ tempus computamus ad appellandũ, an verò ex die, quo conditio ſententiæ extitit?† Sanè quidẽ non eſt [s] ſub conditione ſentẽtia [t] dicenda. Sed ſi fuerit dicta, quid fiet? Et eſt vtile ſtatim [u] tempora ad appellandum computari debere.

† al.extiterit.

n ¶*Referetur.*]appellatio ad iudices ſpectabiles.

o ¶*Sub quacunque.*] hoc verum eſt cum appellatur à ſpectabilib.ſed ſi à clariſſimis,tunc non appellatur ad vrbem,niſi ſit ſupra decem lib.auri,vt ſ.

p ¶*Ad competentes.*]per hoc no.appellationem ad aliũ fieri q̃ ad delegantem, contra id ff. quis & à quo ap.l.2.& ext.de of.dele. ſuper qõnum.ſic j.eod. placuit, vt presbyteri.

q ¶*Quæ in appellationibus.*]i.ad principẽ. vt C.de excuſ.tu. quinquaginta.ff.quando ap.ſit.l. 1.§.ſi quis.

B*Iduum.*]Casvs. Dicitur hic, ꝙ biduũ, vel triduum computandum ſit à tpe latæ ſnĩæ ad appellandũ: ſed vbi ſnĩa lata eſt ſub conditione, q̃ tñ ſic ferri nõ debet, ſimiliter à die ſnĩæ & non exiſtentis condõnis eſt appellandum intra biduum vel triduum. qđ ſeruãdum eſt non ſolùm in ſnĩa, ſed etiã extra ſnĩam, vt puta cum quis ad tutelam,vel ad alia munera nominatur. hoc ẽt intelligas,vt hoc tp̃s computetur à tpe ſnĩę,ſi potuit copiam iudicis habere,vel illius à quo appellauit, vel ad quem appellauit.

r ¶*Sub conditione.*]de futuro: tunc ſuſpendit ſnĩa. ff.ſi cer.pet. reſpiciendũ.conditio aũt de pñti, vel præterito non ſuſpẽdit ſnĩam.ff. ſi cer. pe.cũ ad pñs.& l.ſeq. “ tñ ſnĩa excõicationis lata ſub cõdõne tenet.[b] 63.diſt. Salonitanæ.extra de ſen. exc. à nobis. 1.& ext.de ap.pterea.2. ff.de ver. ſi. cedere diẽ.

“ Excõicatio lata ſub condõe tẽt.

b Nõ tñ niſi in euentum condõis, vt in l. hic all. cedere. de hoc no. ſ. e. qu.5. q̃to.& j. e. in gl. in alijs.Arc.

ſ ¶*Non eſt.*] prohibet quid fieri, quod tamen factum tenet.ſic 45. di. de Iudæis. ff.de interd. & rele. relegatorum. §. ad tempus.

t ¶*Sententia.*]diffinitiua, ſed interlocutoria ſic,vt j. 17. q.4.ſi quis ſuadente.& ext. de app. præterea. 2.quę eſt huic legi contraria.

u ¶*Statim.*]in alijs pſcriptionibus non niſi à tempore conditionis exiſtentis currit præſcriptio. ff. quand. act. de pecu. eſt annalis. l. 1. §.annus.& C. de præſcrip.30.an. cum notiſſimi.§.aliud.“Sed obijcit, hæc ſententia non continet in ſe abſolutionem vel condemnationem, ergo nulla eſt,vt C.de ſenten.& interl. præſes ergo. nec ab ea appellari eſt neceſſe.vt infra ead.§. diffinitiua. verſicu. eſt autem quando. Reſpond.licet modò nulla ſit,ſperatur tamen & timetur,quòd ſit valitura. [c] nam in conditionalibus obligationibus ſpes eſt debitum iri,vt ff. de verborum ſignifi. cedere diem. inſti.de ver.ob.§ ex cõditionali. vnde licet appellatio non inueniat quid extinguat.[d] tamen conditione exiſtente retro fingitur extitiſſe:vt ff.de ſol.ſub conditione debitor.& effectus ſnĩæ retrotrahit quando que.vt ff.de ijs qui no.infa.furti.

“ Sententia abſolutionẽ aũt cõdẽnationẽ cõtinere dẽt.

c Concord. tex.in l. 1.§. biduũ. ff. q̃ ſen.ſi.ap. re.

d Nã per appellationẽ extinguitur pnunciatũ. ff.a d Turp. l.1.§.vlt.

a ¶Non

a ¶[N]on profertur.] vt in electionibus,& præſentationibus, vt extr.de ap.conſtitutis.& ca.reprehenſibilis. & extr.de offic. deleg. ſuper eo. & eſt hic argu. quòd à tempore electionis vſque ad decem dies poteſt appellari.

b ¶*Excuſatio.*] no.quòd quinquaginta dies dantur ad excuſandum ſe illi,qui vocatur ad munus ciuitatis: ſimiliter ad munus tutelæ, ſed ſi excuſatio non fuerit admiſſa,tūc poterit appellare, vt inſt.de exc.tu.§.qui autem.ff. quand.app.ſit.l. 1.§. ſi quis tutor. C. de excuſ. tuto.l. quinquaginta. nec tenetur nūc appellare cum nominat tutor, ſed tunc cū excuſatio eius non admittitur,vt ibidem, dicitur.Sed cū aliquis eligitur ad dignitatē aliq̄, ſtatim tenetur appellare ante, q̄ ſe excuſet, vt ff. quand. ap.ſit.l. 1. §. ſi quis tutor. niſi eligatur,vt ſit defenſor ciuitatis, ibi non habet locum appellatio,vt in Auth. de defen.ci.§. itē illud.coll.3.

† al. præceptum.

" iudex vſq; ad quā horam expectare debet.

c ¶*Suprema hora.*] " videtur, ꝙ iudices vſque ad ſupremam horā tenētur expectare partem aduerſam, ſicut totus dies quo pecunia debetur, cedit arbitrio ſoluentis. [a] inſtit. de verb. ob. §. 2. & dicit lex: Audient iudices veſpere,manc,& meridie, vt in Aut.de iud.§.ſedebūt. col. 6. & qui ante calēdas promiſit, idem eſt acſi in calendis promiſiſſet,vt ff.de ver.ob. q ante.arg.contra.ff.de ori.iu.l.2. §.& q̄a magiſtratib.vbi dicitur,ꝙ incongruum eſt, ꝙ iudices veſpere præſideant. ſed diſtingue vt dicitur extr. de off. iud.de le.conſuluit.

a Hoc eſt vero in cōtrac.ſed i iudicijs ſecus, vt colligitur extr. de offi. del.c. cōſuluit. iuxta fi. extr.vt lit. n cōt.c. 1.& đ dol.prout.

d ¶*An imputetur.*] propter hoc verbum dicūt quidam, " ꝙ non poſſit appellari, niſi in pſentia iudicis: q̄a ſi eo abſente pōt appellari, ergo nō refert ſiue ſubtrahat ſe iudex, ſiue non, & eſt ar. pro eis. ext.c.cum ſit Romana. Sed contra eo. ſuggeſtū.extra de alie. iu.mutan. c.1.C.quo.& quan.iu.ab eo.& C. de iud.l.vlti.[b]

" Appellandū eſt iudice præſente.

e ¶*Appellauit.*] id eſt, appellare voluit.

f ¶*Libellos daret.*] ipſe iudex, ſ.dimiſſorios.vel intellige de libellis appellationis,quos appellans vult dare iudici.

g ¶*Quòd eum.*] facto enim ſicut voce quis appellat, vt ext. de appel.dilecti.[c]

b Et ff. qñ ap. ſit.l.1.& ið dicebat Go.ꝙ appellatio emiſſa in abſentia iudicis bñ excuſat ſi ñ ſit fraudulēter. hoc ipſe not. ī pđi. c. ſuggeſtū.A.

ET PALAM. Casvs. Illa cauſa dicitur propria alicuius, cuius damnum, vel emolumētum principaliter ad eum ſpectat. ſed ſi ſententia cōtra abſentē lata ſit,non currit ei tēpus niſi à tempore ſcientiæ, niſi per procuratorem fuiſſet defenſus:quia tunc difficilè audiretur.

c Cōc. tex.ī l.j.§. libelli. & ibi Bar.ff. de ap.

h ¶*Palam eſt eam.*] poteſt enim damnum pertinere ad aliquem,& fieri non ſuo nomine.12.q.2.§.q manumittitur. 14. q.2.ſuper prudentia.

i ¶*Scit.*] ſimile ext.de ap.ſup eo.ver.ſi.C.quo.& quā.iu. ab eo.

k ¶*Difficile.*] "id eſt, non:nam alibi ponitur hęc dictio,difficile,pro vix.47.diſt .quantumlibet.

" Difficile dupliciter ſumitur.

¶Quod in ſententijs receptū† eſt, vt vel altera die, vel tertia prouocetur, hoc ēt in cæteris obſeruandū eſt, ex quibus ſententia quidē non profertur [a], appellari tamen oportere, & poſſe ſuprà relatum eſt,

vt A *cum quis ad tutelam, vel ad alia ciuilia munera nominatur, & eius excuſatio* [b] *non admittitur.*

¶ Dies autem iſtos, in quibus appellandum eſt, ad aliquid vtiles eſſe oratio diui Marci voluit,ſi fortè eius à quo prouocatur,copia non fuerit,vt ei libelli dētur. Ait enim,is dies ſeruabitur, quo primò facultas adeundi erit. Quare ſi fortè ſtatim poſt dictam ſententiam copiam ſui non fecerit is, qui pronuntiauit (vt fieri aſſolet) dicendum eſt nihil nocere appellatori. Nam vbi primùm copiam eius habuerit, prouocare poterit. Ergo ſi ſtatim ſe ſubduxit, ſimili modo ſubueniendum eſt. Quid igitur, ſi conditio horę effecit, vt ſe reciperet? Si fortè dicta ſit ſententia iam ſuprema [c] hora, vtique non videbitur ſe ſubtraxiſſe. ¶Adeundi autem facultatem ſemper accipimus, ſi in publico ſui copiam fecit. Ceterùm, ſi non fecerit, an imputetur [d] alicui, quòd ad domum eius non venerit, quòdque in hortos non acceſſerit, & vlterius quòd ad villam ſuburbanam? Magiſque eſt, vt non debeat imputari. Quare ſi in publico eius adeundi facultas non fuit, melius dicetur facultatem non fuiſſe adeundi. ¶Si quis, ipſius quidem, à quo appellauit [e], adeundi facultatem nō habuerit, *vt* B *ei libellos daret* [f], eius autem, quem appellauit, habeat copiam, videndum eſt vt † ei præſcribi poſſit, quòd eum [g] nō adierit. Et hoc iure vtimur, vt ſi alterutrius ad eundi fuerit copia, præſcriptio locum habeat. In propria cauſa biduum accipitur. Propriā cauſam ab aliena quemadmodum diſcernimus? Et palam eſt eam [h] propriam eſſe cauſam, cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet. *& infrà.* ¶ Si aduerſus abſentem fuerit pronuntiatū, biduū vel triduū, ex quo quis ſcit [i], computandum eſt, nō ex quo pronūtiatū eſt. Quod autem dicitur abſentem poſſe prouocare, ex quo ſcit, ſic accipitur†, ſi non in cauſa per procuratorem defenſus eſt. Nam ſi ille non prouocauit, difficile [k] eſt, vt hic audiatur [l]. ¶ 1 Si quem† in inſulam deportandum [m] adnotauerit [n] præſes prouinciæ, & Imperatori c ſcripſerit, vt deportetur, videamus, quando ſit prouocandum, vtrum cum Imperator reſcripſerit† vt deportetur, an cum ei ſcribitur. Et putem tunc eſſe appellandum, cum recipi eum præſes iubet ſententia D prolata. Imperatori ſcribendum, vt deportetur. Cęterùm verendum eſt, ne ſero ſit, vt tunc prouocetur, cum Imperator inſulam ei aſſignauerit. Comprobata enim ſententia præſidis, tunc ſolet inſulam aſſignare. ¶ Rurſus illud verendum eſt, ſi mendacijs apud principem onerauit eum, quem deportandum laborabat, intercludi illi viam prouocandi. Quid ergo eſt? Rectè dicetur humanitate ſuggerente, vt & hoc, & illo

l ¶*Audiatur.*] No.cum aliquis eſt abſens peſt lit. conte.aut abeſt ex iuſta cā,aut ex iniuſta. Ex iuſta tripliciter pōt abeſſe, quia aut abeſt ex cā neceſſaria & ꝓbabili, aut ex cā neceſſaria tantū, aut ex probabili, tantùm " Si abeſt ex cā neceſſaria. & ꝓbabili, vt ex cā reipub.tunc ſi eſt ltimè defenſus reſtituit ad appellādū,[d] vt ff.de in inte.reſt.l.vlt.ſi verò nullo modo eſt defenſus vel fuit minus legitimè, ad totam cauſam reſtituitur,vt C.ex qui. cau.ma.l.1.& C.de ꝓc. quia. Si abeſt ex cā probabili tantùm,vt ex cā peregrinationis vel ſtudiorum, tunc ſi eſt legitimè defenſus, ad nihilū reſtituitur: & ita loq̄tur hæc lex. ff. ex qui. cau.ma.l.nec nō. Si autem nō eſt legitimè defenſus, tunc ſi conſtituit procuratorem, vel potuit conſtituere, ad nihilum reſtituitur,niſi ille procurator quē reliquerat, mortuus ſit, vel fortè ſoluendo nō ſit,vt ff.ex qui. cau.ma. ſed & ſi.§.1.decr. tñ dicit indiſtinctè retractādum qđ factum eſt, ſi probat iuſta cā abſentiæ,vt ext. de ſent. & re iu.cum Bertoldus. nec diſtinguit an potuerit conſtituere procuratorem,an non, vel an abfuerit, ex probabili cā, an nō. & eſt ar. ad hoc. C.quo.& quā.iu.l.ab e. ibi.n. videtur ꝙ non ſit opus reſtitutione, ſed ꝙ de iure cōi poſſit appellare,ſi abeſt ex cā neceſſaria tm̄, vt cum qs ſit deportatus pp ſuū delictū, tunc ſi potuit conſtituere procuratorem, non ſubuenit ei, vt ff. de mi. Papinianus ait. ſed ſi abeſt ex iniuſta cā,nunq̄ auditur appellans, nec ſubuenit ei,quia contumax non auditur appellās,vt 24. q.3.de illicita.& ỹ. c. §. ſunt quorū. niſi veniat iudice adhuc ſedēte ꝓ tribunali,vt ff.de in integ.reſt.diuus.ſed ſi eſt abſens ante lit.conte.tūc vel excōicatur, vel ſit miſſio in poſ. vt diſtinguitur ext.vt lit.non conteſ.tuæ. & c.qm̄ frequenter.

" Abſenti vtrum ſubuenitur.

† al. an

d Sed nō ad totā cām.& ita intelligitur.ff. ex q. cau. ma.is q. vbi đt ī integrū. aliàs eſſet cōtra. ff.e.ſed & ſi. §.vlt.Arc.

† al. accipimus.

1 In prin. eiuſdem l.j.

† al.qu idem

† al. ſcripſerit

SI QVEM IN INSVLAM. Casvs. Si pſes iuſſit aliquē deportandum,reſcripſit Imperatori, & Imperator reſcripſit vt deportetur,quęritur qn̄ appellandum ſit:& certè dicitur quòd vtroque tempore appellandum eſt, ſ.cum præſes præcipit eū recipi inter condemnatos,& cum reſcribit Impatori: nec appellat aduerſus principem,ſed aduerſus calliditatem iudicis: quia fortè eum mendacijs apud principem onerauit. ſed ſi cū Imperatori ſcriberetur, oſtenſum fuit exemplum literarum litiganti,ſi tunc non appellauit, conſenſiſſe videtur, nec poſtea auditur appellans.

m ¶*Deportandum.*] præſes.n.deportare non pt,vt ff.de le.3.l. 1.§.deportatus.Sed relegare pt.ff. de iniu.rup. teſt.l.ſi quis. §. eius qui.& §.ſeq.& ff.de interd.& rel.l.relegatorum.

n ¶*Adnotauerit.*] i.iudicauerit. "quòd metropolitanus poteſt cognoſcere de cauſa criminali epiſcopi, & talē ferre ſenten-

" Metropolitanus đ cauſa criminali epi cognoſcere poteſt

tentiam,iudico te eſſe deponendum, ſicut hic præſes iudicat deportandum.

“ appellans à grauamine, iuſtè appellat.

a ¶*Aduerſus.*]“Ergo qui appellat à grauamine, iuſtè appellat,licet remota ſit appellatio in reſcripto: quia non aduerſus literas principis, ſed aduerſus malitiam iudicis appellat. ſic ext. de of. iud.del.c. ſanè.in fi.ff.de cuſt.reo. l. diuus.C.de rela.l.2.

ILLVD QVOQVE. Hæc eſt vltima lex iſtius tit.

1 l.vlt.e.tit.

b ¶*Imperatori.*]conſulendo ipſum, vel referendo. H.& tunc litigatoribus edi debet cõſultatio, vt C. de rela.l. 2.ext.de ap.intimaſti.

“ appellare aut iudicẽ recuſare,nõ ſemp licet.

ITEM POENITENTES. Hęc eſt 5. pars huius q. in qua dicit,quid ſit in hac quæſt. tenendum: & dicit, quòd tales qui ſacerdotes eſſe non poſſunt,nec eos accuſare,nec in eos teſtificari poſſunt: redarguere tamen poſſunt occultè & pacificè: & hæc probat per tria exempla & v. auct. ſanctorum patrum. Ioan. de Fant.

Casvs. Probatum eſt ſ̄. in multis ca. quòd criminoſi accuſare non poſſunt. Idem dicit Gratia. de pœnitentibus & bigamis. & ita colligitur, quòd qui non ſunt ſacerdotes nec dici poſſunt,in ſacerdotes accuſationem,vel teſtificationẽ proferre non poſſunt. Et hæc probantur duobus capitu. ſeq.

tui præferendum? Sed etſi diſtat cathedrarum gratia, vna tamen eſt martyrum gloria. *Item infrà.* ¶Cum Petrus à Paulo poſteriore corrigitur, & pacis atque vnitatis vinculo cuſtodito† ad martyrium promouetur †[a], quantò[b] facilius, & fortius, quod per vniuerſæ eccleſiæ ſtatuta firmatum eſt, vel vnius epiſcopi auctoritati, vel vnius prouinciæ concilio præferendum eſt?

Idem tractatu 30. in Ioannem, in fin.

¶Non in honore, ſed in veritate filius æquatur, vel præponitur patri.

CAP. XXXVI.

QVæritur[c] pater de malo filio, aut queritur filius de duro patre: Seruamus honorificentiam, quæ debetur patri à filio, quæ deficit à filio. Non æquamus[d] filium patri in honore,ſed præponimus, ſi bonam cauſam habet: filium[e] æquamus patri in veritate: & ſic tribuimus honorem debitum,vt non perdat æqualitas† meritum.

Item Ambroſius ſermone 66. de natali Petri & Pauli.

¶Aequales fuerunt meritis (licet gradu differentes) Petrus & Paulus.

CAP. XXXVII.

BEati Petrus & Paulus eminent inter vniuerſos Apoſtolos, & peculiari quadam prærogatiua præcellunt: verùm inter ipſos, quis cui præponatur, incertum eſt. Puto enim illos æquales eſſe meritis, qui æquales ſunt paſſione, & ſimili eos fidei deuotione vixiſſe,quos ſimul videmus ad martyrij gloriam perueniſſe. ¶Non enim ſine cauſa factum putemus,quòd vna die, vno in loco,vnius tyranni tolerauere ſententiam. † Vna die paſſi ſunt, vt ad Chriſtum pariter peruenirent, vno in loco,ne alteri Roma deeſſet, ſub vno perſecutore,vt æqualis crudelitas vtrumque conſtringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, perſecutor decretus eſt pro virtute[f]. Et in quo tandem loco ijdem martyrium pertulerunt? in Vrbe Roma, quę principatum, & caput obtinet nationum, ſcilicet vt vbi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret ſanctitatis,& vbi gentilium principes habitabant, illic eccleſiarum principes morarentur.

c ſ. ex iſto c. & ſeq.

† al. vno loco,& ſub eodem perſecutore paſſi ſunt.

¶Sermo vnde hoc caput ſumptum eſt, inter ſermones B. Ambroſij eſt 66. inter ſermones B. Auguſtini de ſanctis vigeſimus ſeptimus,& apud Maximum Taurinenſem,quintus in feſto eodem: qui num. 54. eſt.

5 *Item pęnitentes,[g] bigami,ſacerdotes accuſare non poſſunt. Vnde generaliter colligitur, quòd quicunque ſacerdotes non ſunt, vel eſſe ſacerdotes non poſſunt,in ſacerdotes accuſationem, vel teſtificationem proferre non poſſunt.*

Vnde Fabianus ait epiſtola ſecunda ad epiſcopos Orientales.

¶Qui ſacerdotes eſſe non poſſunt, ſacerdotes accuſare non valent.

CAP. XXXVIII.

[1] IPſi Apoſtoli, & eorum ſucceſſores olim ſtatuerunt,vt ſacerdotes Domini non accuſent, nec in eos teſtificentur, qui ſui ordinis[h] non ſunt, nec eſſe[i] poſſunt.

1 Anſ. l. 3. c. 47. Polyc. l. 5. tit. 1. Mutata eſt verborũ ſeries.

g ¶*Item pœnitentes.*] ſolemniter. ĩ. 6. q. 1. qui crimen.

IPſi Apoſtoli.] Casvs. Quæſitum fuit à Fabiano Papa qui repellantur ab accuſatione, & teſtimonio ſacerdotum. Et reſpondet quòd illi remoueantur,qui non ſunt ſacerdotes, nec eſſe poſſunt, intellige ratione criminis, vel irregularitatis.

h ¶Ordinis.] in criminali. ſed in ciuili poſſunt omnes. ext. de teſtib. tam literis.

i ¶Nec eſſe.] Ex his duobus ca.[c] colligitur, quòd hæc tria, accuſatio,teſtimonium,& ordo, pari paſſu ambulant,vt quicunque non admittitur ad vnum, nec ad reliquum. Sed obijcitur quicunque ſemel in peccato mortali fuerit, non admittitur ad ordines, vt 25. diſt. primum. ergo nec ad teſtimonium. Itẽ ſi crimen ciuiliter fuerit probatum,non admittitur ad ordines, vt diſ. 24. qn̄. ext. de accu. ſuper his. ergo nec ad teſtimonium. "& ſecundum hoc nullus inuenitur teſtis, cum nemo ſine crimine viuat. 25. di. §. nomine autẽ. Tu dicas quòd regula quæ hic traditur, locum habet cum criminaliter agitur. Si enim ciuiliter agitur: aut crimen eſt occultũ quod obijcitur teſti, aut manifeſtum. ſi occultum, pręſumo eum inde egiſſe pœnitentiam: quia occultum in meliorem partem interpretamur. ext. de ſortil. c. ex tuarum. & ext. de re. iur. eſtote. Si autem manifeſtum, probabit ſe egiſſe pœnitentiam per ſacerdotem: quod facere poteſt,vt extr. de ſi. nemo. 50. diſt. in capite. 2. q. 1. ſi peccauerit. in fi. niſi tale ſit crimen, qđ ẽt poſt pnĩam irroget infamiam, vt cum aliquis conuictus eſt de piurio,vt 3. q. 7. §. porrò. Si aũt criminaliter agitur: ſiue ſit occultũ, ſiue manifeſtũ: ſiue inde egerit pnĩam, ſiue non, repello eum,vt 6. q. 1. qui crimen.[d] Vel diſtingue ſicut notaui ſuper illo c. qui crimen. Io. & ext. de teſt. teſtimonium. vbi diffinitur breuiter. B. circa hanc materiam conſueuit quæri. "ſi quis vinum non poteſt bibere, an poſſit promoueri: cũ ipſum miniſtrantem oporteat cõmunicare. de conſe. di. 1. epiſcopus Deo. & diſt. 2. peracta? Dic ꝙ nõ. Nec etiam accuſare poteſt[e] ille qui caſu mẽbrum amiſit. 55. di. c. vlt. tamẽ inferiorem, vel parẽ poteſt accuſare: quia poteſt remanere in executione illius ordinis. di. 55. præcepta. nã qui eſt intra 30. annos, poteſt accuſare ſacerdotes. Item clericus bigamus nõ poteſt accuſare clericũ cõiugatum qui vnicam & virginem habuit vxorẽ: quia clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali. 32. diſ. ſi qui verò. Hug. dicit ꝙ ſacerdos depoſitus aliũ poteſt accuſare. Sed hoc non placet: nam ex quo eſt de crimine cõdemnatus, ſtatim eſt delictũ eius notorium. ext. de coha. cle. veſtra. "Item nec ille admittitur ad accuſationem, cui crimen eſt in modum

“ Teſtis an ſit repellendus pp crimen ſibi obiectum.

d Vide qđ no. 3. q. 7. q. fine. in fi.

“ Sacerdos non efficiat q vinũ bibere non põt.

e Hic adde qđ no. ſ. eo. in ſumma. ver. tales.

“ Accuſare non põt de crimine conuictus i modum exceptionis.

dum exceptionis probatum, per quòd eſt repulſus à teſtimonio, licet non ſit infamis.arg. ext. de ele. ſuper eo. & 2. q. 1. prohibentur, grauata eſt tamen eius opinio ſicut illius qui ancillam oppreſſit. C. de adult. & ſi libidine. Nam inhoneſtum eſt tales ad ordines admitti. vt dicit lex de his qui ſupponuntur fuſtibus ab ædilibus, [a] licet non ſint infames.ff. de dec. co. niſi ſit neceſſitas.ff.de mu. & ho. l. vt gradatim.& hoc ideo, quia opinio eius in nullo vacillare debet, vt 33. diſt. laici.& no. ſ. c. q. 1. in primis. in fi.Io. & probatur hodie tota hæc diſt.in decre.de teſtibus. ca. teſtimonium.Quid iuris ſit de ordinando, notaui ſupra 25.diſt.primū.B.

1 Poly.ibid. Bur. l. 3. c. 172. Iuo p. 5. c. 290. Pann. l.4.c. 186. Anſ. l. 3. c. 41.ſ. ea.ſacerdotes.

a i. à cuſtodibus ædiū ab incēdio de nocte. ff. d of. pfe. vi. l. 1. & 2.

TEſtes.]C ASVS. Idem quærebatur in hoc c. quod quęſitum fuit in ſuperiori. & reſpondetur quòd teſtes debent eſſe ſine omni macula & ſuſpicione: quia ſacerdotes criminari non poſſunt, nec in eos teſtificari, q ad eundem honorem prouehi non poſſunt. & ſic intelligitur §. ſequens.

2 ſ.c.nullus laicus.

a ¶Suſpicione.] Repellitur teſtis propter ſuſpicionem, [b] vt ſ. ead. accuſ. in prin. Ar. contra de conſecr. diſt. 2. non prohibeat. ADDITIO. Dic quòd aſſumptio corporis non nocet niſi ſumenti: ſed accuſatio alij nocet.

b Odij, vel inimicitiæ, vel criminis occulti, ſecundum H. ad idē 3.q. 5. quaſi per tot. ibi vid. Arc.

Matth.15.

b ¶Sic & illud.]ſ. ca. nullus laicus.

Ioan.18. Ioan.8.

c ¶Non poſſunt.]qualiter hoc intelligitur, habetur ĵ. 4. quæſtio. 1.c.1.

ECCE Casvs. ſ. probatum eſt quòd ſubditi non poſſunt accuſare prælatos: & reſponſum eſt contrarijs auctoritatibus. Nunc ècontra oſtendit, quòd ſubditi poſſunt accuſare prælatos:& hoc probatur exemplo Domini & Petri. Nam Dominus permiſit Iudęos contra ſe teſtificari: & ita per conſequens eū accuſare potuerunt. Nam cui permittitur teſtificatio, & accuſatio. Sed ad hoc dupliciter reſpondetur. Prima reſponſio, eſt quòd licet Chriſtus ſit pa-

†al. illo

Item Damaſus Papa ad Stephanum Archiepiſcopum, ep.3.ca.3.

¶Sacerdotes accuſare, vel in eos teſtificari non valent,qui ad ſacerdotium prohibentur eligi.

CAP. XXXIX.

[1] TEſtes A abſque vlla infamia,aut ſuſpicione[a], vel manifeſta macula, & verę fidei plenitudine B inſtructi eſſe debent, & tales, quales ad ſacerdotium eligere iubet diuina auctoritas. ¶Quoniam ſacerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari non poſſunt,nec in eos teſtificari, qui ad eundem non debent, nec poſſunt prouehi honorem.

A ¶Teſtes.] *Damaſi verba hæc ſunt,* Accuſatores autem epiſcoporum,& teſtes,ſuper quibus rogitaſtis, abſque vlla infamia aut ſuſpicione,&c.*ſicque referuntur à Burchardo & Iuone:Pannormia autem habet vt Gratianus.*

B ¶Plenitudine.] *In epiſtola ipſa legitur,* pleniter. *Burchardus verò, & Iuo habent,* vera fide pleniter.

Sic [b] & illud Silueſtri intelligitur [[2] Laicus non accuſet clericū, &c.]ideſt,qui in inferiori gradu conſtituti ad ſuperiorem aſcendere non poſſunt[c], in ſuperioribus agentes accuſare non debent. ¶ Ecce oſtenſum eſt,quid reſpondeatur auctoritatibus,& argumentis,quibus ſubditi ab accuſatione prælatorum videbantur repellendi. Nunc demonſtrandum eſt,quibus rationibus probentur recipiendi,& quid contra reſpondeatur à prælatis.Chriſtus, qui erat paſtor paſtorum,ouibus ſuis,de quibus ait[Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael, &c.]inter opprobria, & verbera, quæ ab eis patiebatur, ait [Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo,&c.]Item. [Quis ex vobis arguet me de peccato?]At quicunque ad teſtificandum in aliquem,uel ad arguendum admittuntur,ad eundem accuſandum admitti poſſunt. Cum ergo oues,vt aduerſus paſtorē ſuum teſtimonium ferant,& vt ipſum(ſi poſſunt)reprehendant,admittantur,patet quòd ſubditi poſſunt accuſare prælatos ſuos. ¶ His ita reſpondetur. Chriſtus, quamuis eſſet paſtor ſuarum ouium,quas verbo et exemplo paſcebat, tamen quantum ad officiorum diſtributionē (ex qua hodie in eccleſia alij præſunt alijs, vnde quidam prælati, quidam ſubditi vocantur)in populo ſuo†paſtorale officium non gerebat. Myſtica.n. & viſibili vnctione nec in regem [d], nec in ſacerdotem vnctus erat: quæ ſolæ duæ perſonæ in populo illo prælaturæ nomen ſibi vendicabant. ¶ Non ergo ex hac auctoritate ſubditi probantur admittendi in accuſatione prælatorum, ſed tantùm oſtenditur, quòd auditores eos reprehendere poſſunt,& in eos teſtificari,qui cū officia eccleſiaſtica non habeant, verbo tamen & exemplo quoſcunque valent, lucrari Deo ſatagunt. Reſpondetur & aliter. Aliud eſt,qđ de rigore cogimur ſeruare diſciplinæ,aliud, quod admittitur ex perfectionis conſideratione.Chriſtus ad ſe arguendum Iudæos admiſit perfectione humilitatis,non ſeueritate iuris. Si enim legis rigore eſſent admiſſi,hac auctoritate criminoſi,& infames in accuſatione religioſorum eſſent recipiēdi, cum eſſent ſceleratiſſimi,qui de Chriſto necē tractantes innocentem condemnare volebant. Hoc ergo exemplo prælati non cogūtur recipere ſubditos in accuſatione ſui,ſed permittuntur. ¶ Item Paulus Petrum reprehendit, qui princeps Apoſtolorum erat. Vnde datur intelligi,quòd ſubditi poſſunt reprehendere prælatos ſuos,ſi reprehenſibiles fuerint. Sed hoc facilè refellitur,ſi vnde ſit reprehenſus aduertitur. Petrus cogebat gentes iudaizare,& à veritate Euangelij recedere, cum Iudæis gregem faciens, & à cibis gentilium latēter ſe ſubtrahens. Par autem in ſe eſt, à fide exorbitare,& alios exemplo,vel verbo à fide deijcere. Ergo hoc exemplo non probantur prælati accuſandi à ſubditis, niſi fortè à fide exorbitauerint,vel alios exorbitare coegerint. ¶Item cum Petrus intraſſet ad Cornelium,conqueſti fratres ſunt, qui erant in Iudæa, & reprehenderunt eum, quòd ad gentilem diuertiſſet. Ecce, quòd prælati iure poſſunt reprehendi a ſubditis.Sed huic oppoſitioni B. Gregorius reſpondit dicens Theotiſtæ patriciæ,lib.9.ep.39.

¶ Petrus à fidelibus interrogatus cur ad gentes intraſſet,non ex poteſtate reſpondit, ſed humiliter rationem reddidit.

CAP. XL.

PEtrus poteſtatem regni†acceperat:& tamen idē Apoſtolorum primus querimoniæ contra eum à fidelibus factæ, cur ad gentes intraſſet, non ex poteſtate officij (qua poſſet dicere, oues paſtorem ſuum non accuſent, nec reprehendant:)ſed ex ratione † diuinæ virtutis, qua gentiles acceperant Spiritum ſanctum, reſpondit. [e]

¶Operæpretium fuerit ad ipſum B. Gregorium adire: copiosè enim exponit, quæ hic à Gratiano conciſè referuntur.

2 Cum ergo Petrus potuit ex officio repellere querelas, ſed noluit: non hoc exemplo prælati coguntur ſuſcipere reprehenſionem ſubditorū. Ex hac etiam humilitatis diſpenſatione intelligitur illud *Leonis quarti Ludouico Auguſto dictum.*

ſtor ouium:non tamen ſecundū legem veterem & nouam in regem vel ſacerdotē inunctus erat:quæ vnctio prælaturam confert. vel dicas quòd Dominus hoc fecit ex humilitate, & non de rigore iuris. Paulus ſimiliter reprehendit Petrum, qui maior erat eo. Sed reſpondetur ꝙ non fuit mirum: quia cogebat gentes iudaizare,& à fide recedere: in quo caſu bene accuſantur prælati à ſubditis. Item Petrus fuit reprehenſus à fratribus:quia intrauit in domū Cornelij gentilis. Sed huic obiectioni reſpondetur in ſequenti ca. Gal.2.

d ¶ *Nec in regem.*] imo nec regnum eius erat de hoc mundo. 23.q.3.§.1.

PEtrus.]C ASVS. Iudæi reprehendebant Petrum, qui intrauit domum Cornelij Gentilis. ſed dicit Greg.quòd Petrus bene poterat ſuos repellere ſubditos ex poteſtate ſui officij: ſed reſpondit ſe hoc feciſſe auctoritate diuinæ virtutis. Act.11.

e ¶ *Reſpondit.*]Dicens, eandem Deus dedit gratiam eis ſicut nobis qui credimus in Ieſum.

CVM ERGO. Casvs. Concludit Gratianus ex ſupradicto cap. dicens, quòd non coguntur prælati exemplo Petri recipere ſubditorum accuſationem, niſi faciant hoc ex humilitate, ſicut fecit Petrus, non coactus:ſed volens: & ita intelligitur ſequens capitu. Act.11. †al. regēdi.

NOs,ſi.]C ASVS. Quidam conquerebantur de Leone Papa apud Ludouicum de iniuria eis facta: Papa committit ſe imperiali iuriſdictioni: & rogat Ludouicum Imperatorem, vt tales nuntios mittat ad hæc inquirenda, qui Deum timeant: & qui vicem imperialis gloriæ ſic examinent & diffiniāt, vt nulla poſſit in poſterum dubitatio remanere,etiam ſi maiora opponantur ei quàm ea quæ dicta ſunt. † al. ſed ex auctoritate.

a ¶*Alie-*

¶*Apud*

a ¶*Aliena.*]Hic Papa ſe ſubijcit aliorum iudicio: quòd facere poteſt[a], vt ff. de iur.om. iu.eſt receptum.non tamen eum poſſunt deponere. 9.qu.3. nemo. ſecundum H. poſſunt: quia & ſe ipſum poteſt deponere, vt 21. diſt. nunc autem.

a Concord. Alc. de Im. in l.eſt receptũ.ff.de iu. om.iu.in gl. a.vbi đt idẽ eſſe in rege Frãcorũ,nõ recognoſcẽte ſupiorẽ, q̃ p̃t eſſe iudex ĩ ꝓpria cã, q̃ intelligẽ verũ quoad ſibi ſubditos,ñ quoad alios, vt patet in ca. nouit. & ibi Ho. & Ioã. And.ext.de iud.

b ¶*Examuſsim.*]ideſt, regulariter, vel indubitanter, vel perfectè: quia amuſſis eſt inſtrumentum plumbeũ cũ quo rectificantur parietes, vel plumbantur.

ITEM CVM BALAAM.Hæc eſt ſexta pars huius quæſtio. in qua probat quod probatum erat quòd ſubditi poſſunt prælatos reprehendere, & etiam accuſare, ſi ad eundem ordinem venire poſſunt, non autem debent eos de occultis, vel penè occultis diffamare,& hoc probat per vij.exempla.& per x.auctoritates ſanctorum patrum.Io. de Fant.

1 Iuo par.5. c.22.

CASVS. Adhuc probat Gratian. quinque exemplis, quòd ſubditi poſſunt accuſare prælatos, ſcilicet exemplo Balaam: qui fuit ab aſina reprehenſus: & exẽplo Dauid qui fuit à Nathan propheta reprehenſus: & exemplo iniquorum presbyterorum qui fuerunt à Daniele reprehenſi,& exẽplo Damaſi & Symmachi, qui fuerunt à ſuis ſubditis reprehenſi & accuſati. Sed ſingulis obiectionibus ſingulas ponit ſolutiones p ordinem reſpondendo.

Num. 22.

c ¶*Ariolus.*] Ariolus dicitur qui circa aras idolis preces nefarias effundit: & fructum ſibi in triſtitia affert. 26. q. 3.igitur genus.

d ¶ *Trahenda.*] 22. quæſtione 2.ſi quis per vetus.

e ¶*Sanguinis.*]23. q. vltim.his à quibus.& c. legi.& ca. occidit.& extra, ne clerici.vel monachi. ſententiam ſanguinis.

S*I quis.*]CASVS.Quidam redarguebant Greg.quòd multa faciebat contra rationẽ. Dicit Grego. vt veniant ad Apoſtolicam ſedem,& ibi cognoſcatur, vt iſta inter eos feratur ſententia.

f ¶ *Si quis.*] “ quia actor forum rei ſequi

“Forum rei ſequi debet actor.

¶*Apud Iuonem huius capitis hæc eſt inſcriptio.*Quòd in præſentia legatorum Imperatoris Leo Papa cauſam ſuam examinari voluerit, idem Nicolaus Imperatori.

¶Imperiali iudicio Apoſtolicus ſe emendare promittit, ſi quid erga ſubditos iniuſtè commiſit.

CAP. XLI.

[1] NOs,ſi incompetenter aliquid egimus, & in ſubditis iuſtæ legis tramitem non conſeruauimus, veſtro,ac miſſorum veſtrorum cuncta volumus emendare iudicio:quoniam ſi nos, qui aliena[a] debemus corrigere peccata, peiora committimus, certè non veritatis diſcipuli,ſed(quod dolentes dicimus) erimus præ cęteris erroris magiſtri. Inde magnitudinis veſtræ magnoperè clementiam imploramus, vt tales ad hęc, quæ diximus, perquirenda miſſos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, & cuncta(quẽ admodum ſi veſtra præſens fuiſſet imperialis gloria) diligenter exquirant: & non tantùm hæc ſola, quæ ſuperius diximus, quærimus, vt examuſſim[b] exagitent,ſed ſiue minora, ſiue etiam maiora illis ſint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine, quatenus in poſterum nihil ſit, quod ex eis indiſcuſſum, vel indiffinitum remaneat.

6 *Item, cum Balaam ariolus*[c] *iret ad maledicendum populum, Angelus Domini, aſinę, cui inſidebat, in via ſe oppoſuit, euaginatoq́; gladio eam ab itinere compeſcuit,quã dum ille verberibus affligeret, in vocem prorupit,& prophetæ veſaniam redarguit.Si ergo animal mutum angelica virtute, prophetæ inſipientiam reprehendit, multò magis ſubditi poſſunt accuſare prælatos ſuos.*

¶*His ita reſpondetur.Verum eſt, q̃ per aſinam ſubditi ſignificantur, & per Balaam,prælati:non tamen hoc exẽplo probantur prælati accuſandi à ſubditis:ſed ſubditis tantùm forma datur humiliter renitendi prælatis:ſi fortè eos ad malum cogere voluerint. Balaam nanque aſinam vrgens,vt ad maledicendũ populo Dei eum veheret,ſignificat eos, qui verberibus, & cruciatibus à ſubditis exigunt,vt eis in malo fautores, & coadiutores exiſtant.Sed quia Angelus, quilibet videlicet prædicator, euaginato gladio,apertè ſcilicet prædicato timore,et horrore futuræ vindictæ,à conſenſu alienę malitię illos reuocat,licet eis in huiuſmodi vocẽ conqueſtionis prorumpere, & pręlatis ſuis dicere,cur nos verberibus affligitis?cur nobis iniuſtè iraſcimini? nunquid vobis inobedientes aliquando fuimus?niſi nunc,cum ad malum cogimur?videte illum, qui prohibet ab incepto. Non ergo hinc prælati probantur accuſandi à ſubditis.*

debet.extra de fo. competent. cum ſit generale.& C. de iuriſdi. omnium iudi.l. iuris ordinem.

¶ *Item cum Dauid adulterium, & homicidium commiſiſſet, miſſus eſt à Deo Nathan propheta,vt eum redargueret. Ecce, q̃ prælati ſunt arguendi, & reprehendendi à ſubditis.*¶*Sed notandum eſt,quòd duæ ſunt perſonæ, quibus mundus iſte regitur, regalis videlicet,& ſacerdotalis. Sicut reges præſunt in cauſis ſeculi,ita ſacerdotes in cauſis Dei,Regum eſt corporalem irrogare pœnam,ſacerdotum ſpiritualem inferre vindictam.Dauid ergo etſi ex regali vnctione ſacerdotibus, & prophetis præerat in cauſis ſeculi, tamen ſuberat eis in cauſis Dei. Vnde reges à prophetis,& à ſacerdotibus vngebantur, & eorum oblatione peccata regum expiabantur.*¶*Sicut ergo Ozias à Domino lepra percuſſus eſt,quia ſacerdotum officia vſurpare voluit,ſic ſacerdotibus, & prophetis regum vſurpare officia non licuit. Nathan ergo propheta cum regem redarguit, ſuum eſt executus officium,in quo erat rege ſuperior,non vſurpauit regis officium,in quo erat rege inferior:monuit eum, vt per pœnitẽtiã peccata ſua expiaret:non tulit in eum ſententiam, qua tanquam adulter,& homicida morti addiceretur.* ¶[2] *Sic & beatus Ambroſius Theodoſium,& beatus Innocentius Imperatorem Arcadium excommunicauit, & ab eccleſiæ ingreſſu prohibuit.*¶*Sicut enim non ſine cauſa iudex gladium portat, ita non ſine cauſa claues eccleſiæ ſacerdotes accipiunt. Ille portat gladium ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: iſti habent claues ad excluſionem excommunicandorum* †, *& reconciliationem pœnitentium: Hoc ergo exemplo ſubditi probantur reprehendendi à prælatis, non prælati à ſubditis.*¶*Itẽ, Daniel nulla legitima poteſtate functus iudices à populo conſtitutos de falſo teſtimonio conuicit, & conuictos dãnauit.Conſtat ergo, quòd nullam poteſtatem habentes poſſunt redarguere dignitatibus ſublimatos.*¶*His ita reſpõdetur.Miracula(& maximè veteris teſtamenti) ſunt admiranda, non in exemplũ noſtræ actionis trahenda.*[d] *Multa enim concedabantur tunc, quæ nunc penitus prohibentur. Tunc enim Samuel Agag pinguiſſimum regem Amalech in fruſta diuidendo conſcidit;nunc nulli eccleſiaſticorum iudicium ſanguinis*[e] *agitare licet.Tunc Phinees Iudæum coeuntem cum Madianita interfecit, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam:hodie ſacerdotibus in perniciem ſui officij verteretur.Exemplo ergo Danielis non ſolùm accuſandi,vel redarguendi,ſed etiam iudicandi poteſtatem ſubditi ſibi in prælatos vendicarent,ſi illud in argumentum noſtræ actionis liceret aſſumi, quòd nulla vnquam auctoritate permittitur.Magis ergo ex hoc facto datur intelligi, quòd in nouiſſimis temporibus ſuſcitaret Deus ſpiritum pueri iunioris. illius videlicet,de quo per prophetam dicitur[Puer natus eſt nobis] & iterum,[Ecce puer meus]qui iudices iniquitatis, ſcribas ſcilicet,& phariſæos falſis criminibus Suſannam, ideſt eccleſiam accuſantes,& ream adulterij pronuntiantes,eo quòd Chriſtum ſequeretur,conuinceret,& cõdemnaret.*¶*Item Hieronymus* A *refert in libro virorum illuſtrium quòd Damaſus Papa a ſubditis de adulterio accuſatus cum quadraginta* † *duobus epiſcopis ſe purgauit,*¶ [3] *Item Symmachus Papa in Romana ſynodo dignitate ſua expoliatus prius ſtatui ſuo reddi decernitur, vt tunc veniret ad cauſam,& ſi ita rectè uideretur, accuſantiũ propoſitionibus reſponderet. Digna res viſa eſt maximo numero ſacerdotũ,quæ mereretur effectum: & cum poſtmodum ordinaretur,quomodo eſſet accuſandus,præfatus Papa, vt cauſam diceret,occurrebat,ſed ab æmulis eſt impeditus.*

2.Reg.12.

2.Reg.6.

2.Paral.26.

2 Theodor. hiſt. eccl. l. 5.c. 17.Nicep. l.13.c. 34.

Rom.13.

1.Petr.2.

†al.excõicatorum.

Dan.13.

1.Reg.15.

Num. 25.

Eſa.9.& 42

†al.44.

3 initio 4.ſynodi ſub Symmacho

A ¶Hieronymus.] *In catalogo B.Hieronymi, aut alijs ipſius libris nihil tale legitur:in vetuſtis tamen Pontificalibus in vita Damaſi hoc refertur.*

Item Gregorius ait de ſe ipſo.

¶ Redarguendi ſe licentiam beatus Gregorius alijs præſtat.

CAP. XLII.

4 SI quis[f] ſuper his nos arguere voluerit, vel extra auctoritatem nos facere contenderit, veniat ad ſedem Apoſtolicam, quòd † omnia eccleſiaſtica negotia, de quibus quæſtio habetur, confluere iuſſa ſunt:

4 Polyc.l.1. tit. 18.Anſ. l.2.c.20.

† quò.

nem.vel quia cauſa fidei eſt, quę in eccleſia eſt tractanda, vt 23.q.v lt.conuenior.& ſupra eadem quæſtio.2. præceptum.vigeſima tertia,quæſtio.1.quoties.

a ¶*Confeſſionem.*]id eſt,ſcripturam.

EX HIS.CASVS.Concludit Gratia.ex ſupradictis,prælatos poſſe à ſuis ſubditis accuſari, cum iſti tres Apoſtolici fuerint à ſuis ſubditis accuſati. Sed reſpondet, quòd iſti Apoſtolici exemplo Domini non coegerunt alios prælatos recipere ſubditos in accuſationem ſuam: ſed permiſerunt hoc fieri ex humilitate.

b ¶*Prælatos.*]" Et dabuntur eis expenſæ ab epiſcopo, quem accuſant ſi egent, vt extra de accuſ.c. ex parte. nã & dantur ſeruo agenti cauſam libertatis. C. de ordin. cog.l. vlti. ſimiliter ei qui egit de inofficioſo teſtamento,& obtinuit, ſi aduerſarius appellet. ff. de inoff. teſta.l. ſi inſtituta.§.penultimo.

" accuſatus qñque dat expenſas accuſatori.

PAulus.]CASVS. Paulus Dyaclinæ ciuitatis epiſcopus.fuit accuſatus à ſubditis de lapſu carnis: deinde cõuictus depoſitus fuit epiſcoporũ iudicio: & ſubſtitutus fuit ei poſtea Nemeſion: quod an fuerit factum voluntate, vel neceſſitate, ſequenti capitulo declaratur.

1Burc.l.1.c. 182.Iuo p.5. c.398.

† al.Doclea tinæ.

LAtor.]CASVS.Paulus epiſcopus depoſitus fuit. & Nemeſion fuit ei ſubſtitutus: quẽ Paulus more pdonis epiſcopatum ingreſſus ab eccleſia proiecit,& ad necem ferè perduxit,res eccleſiæ auferendo,de quibus omnibus Nemeſion conqueſtus eſt Papæ. Papa mandat Ioanni epiſcopo, vt ſi dictus Paulus res eccleſiæ abſtulit: eum reddere compellat.Si verò ipſi Ioanni conſtiterit eum tantùm res proprias abſtuliſſe: licet grauiter deliquerit(ne addatur afflictis afflictio)eas pmittatur habere: ita tamen quòd ſi damnum eccleſiæ intulit, reſarcire modis omnibus compellatur: & ſi de cętero ad epiſcopatum aſpirare tentauerit, in monaſterium ad agendam pœnitentiam perennem detrudatur.

† al.Docleatinæ

2Burc.l.3.c. 182. Iuo p. 5.c.298.

† al.Docleatinę

sunt: vt ibi ante confeſſionẽ [a] ſancti Petri mecum iuſtè decertet, quatenus inibi vnus ex nobis ſentẽtiam ſuſcipiat ſuã.

¶*Eſt Gregorij quarti in epiſtola citata ſup.ead.q.6.c.decreto noſtro.& diſt.19.nulli fas. in qua epiſtola cũ multa dixiſſet de priuilegijs,& primatu Romanæ eccleſiæ, iſta adiũgit.*

Ex his omnibus colligitur, quòd ſubditi poſſunt reprehendere,& accuſare prælatos [b] ſuos. Sed ſicut de Chriſto dictum eſt, quando Iudęis dixit,[Si malè locutus ſum, &c.] ita de iſtis intelligendum eſt, quòd ſuo exemplo prælatis dederunt facultatem recipiendi ſubditos in accuſationem ſui,ſed non coegerunt. Item.

¶De eodem.

CAP. XLIII.

[1] P*Aulus Dyaclinæ † ciuitatis epiſcopus accuſatur à ſubditis de lapſu carnis,conuincitur,deponitur, alius loco eius ſubſtituitur.* ¶ *Hoc an ex diſpenſatione accuſati, an ex rigore iuris ſit factum, ex regeſto Gregorij ad Ioannem Epiſcopũ primæ Iuſtinianæ,lib.10. epiſt. 35. poteſt deprehendi,vbi ait.*

¶*Verba ſunt Gratiani,qui proponit ſummam ſequentis capituli,quod ſępe facere ſolitum eſſe multis locis eſt notatum.*

¶ Paulus Dyaclinæ † ciuitatis epiſcopus ſubditorum accuſatione conuictus deponitur.

CAP. XLIIII.

[2] LAtor Nemeſion ad nos veniens indicauit,quòd Paulus Dyaclinæ † ciuitatis epiſcopus inter alia mala in corporali [c] crimine lapſus à ſuis clericis accuſatus,& conuictus, epiſcopali ſentẽtia depoſitus eſt;poſteà cum auxilio ſecularium veniens,epiſcopatum more prædonis ingreſſus eſt: ablatiſque rebus eccleſiæ dilectiſſimum Nemeſion [d] latorem præſentium ſibi ſubſtitutum, ab eo epiſcopatu proiecit,& ad ſummam iniuriam, ac necem penè perduxit. Fra-

c ¶*In corporali*].ſcilicet adulterio,vel inceſtu,vr 30.q.1.nõ debet." ſecus ſi de ſimplici fornicatione,pro qua hodie nõ deponitur,vt 82.diſt.pretbyter. & 34. diſt.fraternitatis. niſi de rigore factum fuerit,81. diſt.ſi quis epiſcopus.& c. presbyter aut diaconus. [a]

d ¶*Nemeſion.*] Nota quòd Papa non vocat eum fratrem,

" fornicatio ſimplex nõ eſt digna depoſitione.

a Adde ad hoc tex.in l. ſi adulteriũ. cũ ibi no.p Bar.ff.ad ad.

licet eſſet epiſcopus.hodie aliud eſſet.ext.de cri.fal. q̃ graui.

e ¶*Excuſatione ceſſante.*]iuſta tamẽ exceptio, vel excuſatio admittitur.ext.de of.deleg.ex parte.2.

f ¶*Reddere.*] Cum de mero iure deberet iſte in exilium relegari centum miliaribus à ciuitate remotus.C.de epiſ.& cle. quicunq;. Item cadere debuiſſet à iure ſuo [b]. C.vnde vi, ſi qs in tantam.16.qu.6.placuit. ſed melius eſt vt eum ſua auferre ſinat eccleſia, quàm in perniciem eccleſiæ amplius incandeſcat, vt j. 17.q. vlt. §.vlt.

b Quòd iſte nõ fuit punitus, de miſericordia factũ eſt, put no. L. & Io. 16.q. 1.placuit.

ternitas itaque veſtra hęc omnia curet addiſcere,& quæcũque eccleſię abſtulit,omni mora, vel excuſatione ceſſante [e] reddere [f] compellat. Si verò nihil eccleſiæ, ſed proprium [g] ſe dixerit abſtuliſſe (quamuis graue,& iniquum fuerit,vt nõ à vobis [h], vel à metropolitano eius hoc petierit, ſed temerario auſu agere præſumpſerit) verumtamen ſi quid propriũ tulit, [i] ſub fraternitatis veſtrę debet examine conſtare, ſi verum eſt. Sed & illud diligenter quærendum eſt,ſi quid malè de rebus dilapidauit eccleſiæ,vt ex eo quod nunc abſtulit, illud reformare, ac ſatiſfacere modis omnibus compellatur.

¶*In hoc capite non referuntur ipſa omnino verba Gregorij(quod à Burchardo & Iuone fit) ſententia tamen ſatis expreſſa eſt.*

Hoc edicto† [k] *non in accuſatores, vel depoſitores vlciſcitur, ſed in depoſitum vlterius proſequitur, vt ſi vltra ad epiſcopatum aſpirare tentauerit, modis omnibus repellatur, & ad agendam pœnitentiam perennem in monaſterium detrudatur. Quem ergo Gregorius ad epiſcopatum aſpirantem omnibus modis repellit, quem graui pœnitentiæ ſubijcit,patet non ſua diſpenſatione* [l]*, ſed canonum cenſura à ſubditis eſſe accuſatum, & conuictum. Et vt iam non exemplis,ſed legibus agamus,videndum eſt, quid Gregorius ſcribat Innocentio* A*, & reliquis epiſcopis Sardiniæ,lib.7.indict.2.epiſt.8.ita dicens.*

A¶Innocentio.]*In originali impreſſo eſt,* Vincentio,atque quampluri mis epiſcopis. *In vetuſto autem exemplari Vaticano exprimuntur nomina epiſcoporum, ad quos hæc epiſtola ſcribitur hoc ordine.* Vincentio,Innocentio,Mariniano,Libertino,Agathoni, & Victori epiſcopis Sardiniæ.

¶Quòd ſubditi prælatos ſuos accuſare poſſunt.

CAP. XLV.

M*Etropolitanum* [m] *veſtrũ*

g ¶*Proprium.*]Hic videtur quòd ſpoliator poſſit ſpoliato referre quæſtionem proprietatis.extr. de cau.poſ. ca. cum eccleſia. [c] & ſeq. quod non eſt verum, vt extr.de reſtit. ſpo.itẽ cum quis.& ca. in literis. ſed diſpenſatiuè cũ ipſo actum eſt,vt patet in gl.præcedenti.

c Iſta decr.ã probat hoc ſimpliciter: qa ibi vtrũque ius fuit deductũ in iudiciũ. Ar.

h ¶*Vt non à vobis.*]Loquitur primati: quia apud metropolitanũ prius eſt conueniendus, vt j. c.proxi. & 9. quę. 3.nullus primas.& c.conqueſtus.

i ¶*Tulit.*]Arg contra. 16. qu.6.placuit. & ca. de lapſis. vbi dicitur, q̃ monaſterio traduntur res depoſiti. ſed illud verum eſt quando detruditur in monaſterium, ſed hic non fuit depoſitus.

† al.dicto

HOC EDICTO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradicto c.lator. quod cũ accuſatores epiſcopi, vel depoſitores nõ puniuntur, ſed contra depoſitum proceditur vt amplius ad epiſcopatum non aſpiret: apparet q̃ ſubditi admiſſi ſunt cõtra ſuum prælatum, nõ ex diſpenſatione,ſed ex cenſura canonum. Et q̃ admitti poſſunt,probat per ſequentia cap.

k¶*Hoc edicto.*] Verba ſunt Gra.vſq; ad illum locum,vt ſi vltra.& à loco illo ad locũ illũ,quẽ ergo, ſunt verba Greg. exinde ſunt verba Gra.

l ¶*Diſpenſatione.*] id eſt, voluntate.

M*Etropolitanum.*] CASVS.Præcepit Greg.Inno.& alijs epiſcopis Sardiniæ, vt in cauſis ſuum metropolitanum nõ deferant,niſi velint agere contra eũ: in quo caſu ad Apoſtolicum recurrant.

d Add Alc. de Im.in l.ſi videtur. §. hoc iudiciũ co.4.ff.ſi qs iusdi. ñ ob.

m ¶*Metropolitanum.*]Ex cõtẽptu [d]:aliàs omiſſo eo pñt adire Papam,vt s̃.e.q.6.c.2.& 3.Item intellige iſtud qñ epi inter ſe litigant.nam ſi eps litigat contra clericũ,tunc corã arbitris eſt litigandum.11.q.1.ſi clericus. Ex cõtẽptu ergo intellige fieri,qñ ſine cã declinat eius iuriſdõ,ſicut dico," q̃ ſine cã nõ põt quis declinare iuriſdictionem epi etiam per querelam fa-

" Iuriſdõ epi ſine cã ñ pt declinari.

ctam

a Hoc indiſtinctè reprobatur, cum etiam legatus adeatur. ex. de off. le. c. 1. & ita habet conſuetudo, ſecundum Gof. quæ eſt optima legum interpres, ext. de cõſue. cũ dilectus. Arc.

† al. iudiciũ requiratis.

ctam Papæ [a], vt plenè dixi in conſtitu. vt debitus. extra de appell. arg. non eſſe appellandum omiſſo medio. ſed hic non loquitur de appellatione.

a ¶*In aliquo.*] Epiſcoporum enim eſt iudex ordinarius primo loco metropolitanus. 10. q. 3. quia cognouimus. 11. q. 1. ſi clericus aduerſus.

S*Icut.*] CASVS. Clementius patriarcha fuerat de quibuſdam criminibus accuſatus: quare Papa delegat cauſam epiſcopis concilij Bizacij, & præcipit illis, vt cum omni ſolicitudine ac viuacitate quæ dicta ſunt inueſtigentur, & ſi vera fuerint, canonicè puniantur, & ſi quis in hoc fauore perſonæ, gratia vel quolibet blandimento negligens fuerit, apud Deum iſtorum criminum particeps reputabitur.

b ¶*Perlata.*] à ſubditis, & ſic facit ad propoſitum Gratiani [b], aliter hoc capitu. nihil facit ad propoſitum Gratia. niſi velis dicere eo ipſo quòd dedit alijs licentiam iudicandi, ergo & accuſandi.

† al. in eis.

b Cum iſti cognoſcere debeant ex delegatione Papæ. L. idẽ ſentit. hic H. & Ioã. de Fan.

c ¶*Hortamur.*] Nota quòd per verbum, hortamur, & monemus, mandatur iuriſdictio. ſic ſupra eadem, quæſtione prima, notum ff. de offi. præſid. ſæpè. "videtur tamen quòd prouinciale concilium ordinario iure cognoſcat de primate, ſiue de metropolitano ſuo. nam cum cõcilium iudicet de Papa in his in quib. ipſe poteſt iudicari: ergo concilium metropolitani poteſt iudicare de ipſo. Ad hoc infra eadem. l. ſi quis. argum. contra. decimaſeptima diſtinc. multis. nam ibi appellatur à concilio ad metropolitanum: ergo cum concilium ſit minus metropolitano, non poteſt ipſum iudicare. 21. diſtinctione. inferior. Sed poteſt dici, quòd quantum ad ſua negotia eſt minor metropolitanus concilio: quantum ad aliorum negotia eſt maior. Sed in c. multis. non appellat à concilio, ſed à quadam cõgregatione epiſcoporum ad metropolitanum: ſed adhuc obſtat 21. diſt. nunc autẽ. Sed poteſt dici, quòd poteſt iudicare de ipſo: non tamen eũ condemnare poteſt. Sed quòd poſſit iudicari à concilio, bene facit. 9. q. 3. ſaluo. & c. ſi autem. & 63. diſt. Salonitanæ. Sed eſt arg. contra. ſ. c. prox. Ioan.

" Cõcilium prouinciale an poſſit de archiepiſcopo cognoſcere.

1 Gelaſ. epiſ. p Lucaniã, & Brutiũ, & Siciliam cõſtitutis, epiſ. 1. c. 30.

HAEC SI QVIS. CASVS. Dicit Gratia. quòd quæ ſupra dicta ſunt, ꝙ ſubditi poſſunt accuſare prælatos, generalia ſunt, & non ſpecialia: & ſi quis dicat ea eſſe ſpecialia, audiat quid dicit Gelaſius de omnibus clericis generaliter cuiuſque ordinis.

in aliquo [a] poſtponere nõ præſumatis, excepto ſi (quod non optamus) contra eundem habere vos aliquid cauſæ contingat, vt ob hoc ſedis Apoſtolicę iudicium petere † debeatis.

Item vniuerſis epiſcopis concilij Bizacij, lib. 10. epiſt. 37.

¶Vitam prælatorum ſubditi nulla diſſimulatione negligant.

CAP. XLVI.

SIcut (inquit) laudabile, diſcretumque eſt reuerentiã, & honorem debitum exhibere prioribus, ita rectitudinis, & Dei timoris eſt, ſi qua inter † eos correctione indigẽt, nulla diſſimulatione poſtponere, ne totum (quod abſit) corpus incipiat morbus inuadere, ſi lãguor non fuerit curatus in capite. Quædam B enim ad nos de Clementio primate veſtro perlata [b] ſunt, quæ quoniam ita grauia ſunt, vt tranſire indiſcuſſa vllo modo non debeãt, fraternitatẽ veſtrã hortamur [c], vt cum omni ſolicitudine, ac viuacitate mẽtis indagare multis modis debeatis illata, & ſi ſunt, vt audita ſunt, vltione canonica reſecentur. ¶Admonemus autem, vt non cuiuſquam perſonæ gratia, non fauor, non quodlibet blãdimentum quẽquam veſtrum, vel ad diſcutiẽdum, quæ nobis nuntiata ſunt, molliat, vel à veritate excutiat: ſed ſacerdotaliter ad inueſtigandam vos propter Deum veritatem accingite. Nam ſi quis in hoc piger, aut negligẽs eſſe præſumpſerit, dictis criminibus apud Deum ſe nouerit eſſe participem, cuius zelo ad perſcrutandas ſubtiliter nefandi cauſas facinoris non mouetur.

B ¶Quædam.] *Et hic ſummatim referuntur verba B. Gregorij. Quare pauca tantùm quædam ſunt addita, quæ neceßaria videbantur.*

Hæc ſi quis ſpecialia, & ex his generalem regulam colligi non oportere contendit, audiat quid Gelaſius C. A XXVIII. [1] dicat omnibus clericis cuiuſcunque ordinis, ita ſcribens.

A ¶C. XXVIII.] *Hic citatur numerus capitum, vt eſt in codice canonũ, de quo in præfatione dictum eſt.*

Q*Vapropter.*] CASVS. Hoc cap. continuatur illi cap. 12. q. 2. quatuor. vbi dicitur, quòd de redditibus eccleſiæ quatuor debent fieri portiones: prima epiſcopo: ſecunda clericis: tertia fabricæ: quarta pauperibus eſt aſſignanda. Dicitur ergo in hoc ca. quòd ſi quis clericus viderit prælatum ſuum in iſtis quartis diſtribuendis peccantem & excedẽtem, ſtatim debet Romano Pontifici nuntiare, & probare ꝙ nuntiat, vt puniatur excedens: quod ſi non fecerit deponatur.

¶Clerici exceſſus ſui epiſcopi auribus deferant Romani Pontificis.

CAP. XLVII.

QVapropter [d] nec clericorum quiſpiam ſe apoſtolicæ † offenſæ futurum confidat immunem, ſi in his, quæ ſalubriter ſequenda Apoſtolica deprompſit † auctoritas, ſiue epiſcopum, ſiue presbyterum, ſiue diaconum viderit excedẽtem, non protinus [e] ad aures † Romani Pontificis [f] deferre [g] curauerit, probationibus duntaxat competenter exhibitis, vt tranſgreſſionis vltio fiat, & cæteris interdictio [h] delinquẽdi. Sin † verò [i], modis omnibus erit vnuſquiſque pontificum ordinis, & honoris ſui eliſor, ſi cuiquam clericorum, vel eccleſię totius auditui hæc putauerit ſupprimenda [k].

† al. huius.

† al. prompſimus.

† al. noſtras.

d ¶*Quapropter.*] Videtur hic ſpecialis caſus, in quo quilibet poſſit accuſare ſuum epiſcopum, & hoc ca. continuatur illi 12. q. 2. quatuor.

e ¶*Protinus.*] Nonne neceſſaria eſt admonitio? certè ſic. Ideo expone protinus, id eſt, poſt tertiam admonitionem [c], vt ſ. ead. q. j. ſi peccauerit. ſic extra de ſimo. licet.

c Idẽ ſentit hic H. & L.

† al. ſui verò modis omnibus erit vnuſquiſque pontificum ordinis, & honoris eliſor.

f ¶*Pontificis.*] vel alterius ſuperioris. Io. ADDITIO. Idẽ ſentit Hug. in ſuo caſu huius c.

g ¶*Deferre.*] id eſt, denuntiare. "Hic habes quòd aliquis cogitur accuſare, vt 1. q. 1. quiſquis. & 5. q. 5. c. 1. extra qui fil. ſint leg. cap. cauſam. & 24. q. 3. tam ſacerdotes [d]. arg. contra ext. de accu. licet. in fi. & 5. q. 2. ſi primates. & 3. q. 4. clericus. & C. vt nemo inuit. agere. l. vna. Sol. ad denuntiationem quilibet tenetur, de qua hic loquitur. nõ autem ad accuſationẽ, vt in contrarijs.

" Accuſare quis q̃nque cogitur.

2 Iuo p. 3. c. 151. Anſe. l. 7. c. 161. Poly. l. 3. ti. 12. & l. 4. tit. 18.

Idem.

¶De eodem.

CAP. XLVIII.

2 SI quid in eccleſia damni, aut in his, quæ ſunt præceptionis noſtrę auctoritate B prohibita, pontificem veſtrum videritis admittere, mox noſtris auribus relatione [l] ſignate, vt quid fieri debeat, cenſeamus.

B ¶Auctoritate.] *Ab eſt iſta dictio à pleriſque vetuſtis exemplaribus, & ab alijs collectoribus, qui etiam Gelaſium citant.*

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 21.

¶Clerici, aut laici ſine examinatione ad epiſcoporum accuſationem non admittantur.

CAP. XLIX.

3 CLericos, aut lai-

h ¶*Interdictio.*] fortè ſpeciale eſt in dilapidatione. vt qlibet teneatur denuntiare.

d Ad idẽ C. de ing. & ma. diffamari. C. de priua. car. l. j. cir. fi. Et eſt ſpãle in dilapidatione vt quilibet clericus teneatur denuntiare: & eſt ratio, quia i ſimul debẽt adminiſtrare, aliàs ſecus. Sed contra quo ad hoc. j. c. prox. ibi, aut in his quæ ſunt, &c. vnde dico, ꝙ quilibet clericus tenetur denuntiare crimen ſui prælati ſecundum L.

i ¶*Sin verò.*] id eſt, ſi non fecerit quod dictũ eſt de quatuor portionib. 12. q. 2. quatuor.

k ¶*Supprimenda.*] j. 5. q. 5. ſi primates. contra. ſed illud de crimine iniuriarum, de quo poteſt epiſcopus componere cũ clericis ſuis, ſiue inter partes.

S*I quid.*] CASVS. Pręcipit Papa qbuſdã clericis, vt ſi viderint põtificẽ ſuũ damnificãtem res eccleſiæ, vel facere contra prohibitionem, denuntient ſibi, vt puniatur.

l ¶*Relatione.*] ex hoc patet ꝙ loquitur in denũtiatione, &c. ſicut c. ſuperius. Ioan.

C*Lericos.*] CASVS. Videtur in hoc c. dici, ꝙ clerici & laici qui proni ſunt, & faciles ad accuſandum alios, nõ debẽt

3 Anſel. l. 3. c. 115.

admitti ad accuſandum epiſcopos,vel clericos, niſi prius eorum opinio,& vita diſcutiatur.Beneuen. tamen intellexit aliter,hoc modo ſcilicet,ꝙ clerici,vel laici non admittantur,exceptis criminibus,niſi accuſati ſint de crimine infamati. Sed prima poſitio magis conſonat literæ,& verior videtur.

a ¶*Aut laicos.*] accuſantes epiſcopos; aut clericos decernim⁹ nō eſſe recipiēdos paſſim, & ſine probatione. Io.

b ¶*Eorum.*]i.laicorū, vel clericorum,ſi ſunt ignoti,vt ſ.ea.quærendum.vel eorum, i. epiſcoporum qui accuſantur: "quia ſi vita eorū antea bona fuit, laici in nullo poſſunt eos accuſare,vt ſ.e. q. 1. in primis,in fi. & extra de teſt.veniens.ſi verò mali,& laici & quilibet criminoſi admittuntur [a], niſi inimici & conſpiratores. extr. de ſi.licet Hely.& de ſen.& re iu. cum I. & A. Et ex hoc loco Baz. fundauit ſuā opinionem, vt dixi in ſumma: ſed intelligas loqui in illis cauſis, in quibus laici poſſunt accuſare clericos.

" Laici an poſſint clericos accuſant.

1 In cap. Hadriani.c.24.

a Hoc intelli ge in exceptis criminibus. Io. de Fan.

2 Caius in epiſt.ad Felicem, c.2. Sixtus 3.epiſcopis orientа.c.2. Lib.7. capi. c.438.

cos [a] accuſantes epiſcopos,aut clericos paſſim c, & ſine probatione, ad accuſationem non recipiendos decernimus, niſi prius eorum [b] diſcutiatur exiſtimationis D opinio.

c ¶Paſſim.] ἀπολῶς, καὶ ἀδοκιμάστος: quæ Dionyſius vertit temerè, atque indifferenter,*poſſuntque etiam coniungi cum ſequenti membro.Id verò copioſè exponitur in concilio Conſtant.1.c.6.*

D ¶Exiſtimationis opinio.] ἡ ὑπόληψις, *id eſt, exiſtimatio.*

Item ex ſynodo Romana. [1]

¶Quælibet perſona epiſcopos, aut alios accuſans, monſtranda documentis inferat.

CAP. L.

2 SI quis epiſcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici apud epiſcopos (quia alibi [c] non oportet) à qualibet perſona fuerint accuſati,quicunque fuerit ille, ſiue ſublimis vir honoris, ſiue vllius alteri⁹ dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis [d] arripuerit,nouerit docenda E probationibus [e], monſtrāda documentis ſe debere inferre.

E ¶Docenda.]*Sic apud Sixtum tertium, & in capitulari: apud Caium verò, & Hadrianum paulò aliter, quemadmodum & alijs locis huius capitis nonnullæ, ſed non magni ponderis,ſunt varietates.*

Item Damaſus Papa, Stephano Archiepiſcopo,epiſt.3.c.3.

¶Sacerdotes non accuſent, qui ad eundem ordinem prouehi non poſſent.

CAP. LI.

3 SAcerdotes(vt antiqua tradit auctoritas) criminari non poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundem non debent, nec poſſunt prouehi honorem.

Item Iginus Papa,epiſt.1. [4]

¶Niſi irreprehēſibiles in maiorum accuſatione non recipiantur.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Dicitur hic ꝙ ſi quis accuſauerit epiſcopum,vel diaconum, vel alterius ordinis clericum,de quo vix aliquis commendatur accuſator, cum ex odio fieri præſumatur, ſciat ſe debere talia crimina inferre, quæ probationibus & documētis valeat plenariè demonſtrare.

c ¶*Quia alibi.*]arg.ꝙ ſolus epiſcopus habet merum imperium in ſua diœceſi, vt 11.q.1. de perſona.5.q.6.delatori."hoc enim eſt merum imperium,ſcilicet cognoſcere de criminibus. ff. de off. eius cui man. eſt iuriſ. [b] l. 1. ff. de off.præſi. illicitas.§. qui vniuerſas. & C. de prob. ſciant.

" Imperij meri eſt de criminib.cognoſcere.

b Sub. & iō in generali commiſſione nō tranſferuntur, vt in illa l. hic all. & ff. de pi.obligatione.& legi.& not. ext. de off.le. ꝙ trāſlationem. Arch.

d ¶*Illaudabilis intentionis.*] Accuſationem vocat illaudabilem intentionem: quia cauſæ materiam criminibus creare noſcuntur. C.de iud. properandum. & præſumitur ſemper, ꝙ inuidiæ cauſa fiat accuſatio, vt 6.q.1.ſi omnia. & quia vix ſine culpa experiri poteſt: ideo clerici ab ea abſtinere debent, vt de pœ. diſt. 5.qualitas.ſ.e.q.6.decreto. Vel dic illaudabilem quo ad vulgi opinionem. Nam præſumitur aliàs quis bono zelo accuſare, vt extr.de do.& contu.veritatis. in parte deciſa. "Ex charitate enim debet prouenire accuſatio.ext.de accu. ſi quis epiſcopus.& qui accuſat,publicæ ſalutis cuſtodiam gerit,vt C.de famoſis libel.l.vna.

3 ſ.ea.c. teſtes.ver. ſacerdotes. Pol.1.5.ti.1. Burch.1.1.c. 172. Iuo p. 5.c.290.

4 Item Lucius Papa epiſt. vnica.

"Accuſatio ex charitate debet prouenire.

e ¶*Probationibus.*]ſic C.de proba.ſciant.Ioan.

CRiminationes.] CASVS. Dicitur ꝙ ſi aliqui ſint ignoti,qui velint alios accuſare,ꝙ non ſunt admittendi, niſi prius coram iudice ſe probent irreprehenſibiles eſſe, & omni ſuſpicione carere.Si intelligas c.de notis,dicitur,ꝙ non ſunt admittendi ad accuſationem ſacerdotum niſi probent coram iudice,&c.quod probatur eo ipſo ꝙ contrarium non probatur.

CAP. LII.

5 CRiminationes maiorū natu per alios [f] nō fiāt, niſi per ipſos, qui crimina intendunt: ſi tamen ipſi digni, & irreprehenſibiles apparuerint,& actis [g] publicis docuerint omni ſe ſuſpicione carere, & inimicitia,atque irreprehēſibilem fidem habere, ac conuerſationem ducere.

Colligitur itaque ex his omnibus, quòd ſubditi in accuſatione prælatorum ſunt admittendi. Nunc videndum eſt, an monachi in accuſatione epiſcoporum ſint audiendi. Hadrianus Papa in capitulis,c.31. videtur eos ab accuſatione remouere ita dicens. [6]

¶Monachi ſacerdotes accuſare,vel in eos teſtificari non poſſunt.

CAP. LIII.

7 PLacuit [h] eorum accuſandi ſacerdotes & teſtificandi in eos vocem obſtruere, quos non A humanis,ſed diuinis voci bus mortuos eſſe [i] ſcimus: quia vocem funeſtam [k] interdici † potius, quàm audiri oportet.

A ¶Non humanis.] *In epiſtola Stephani eſt,*quos humanis, & diuinis vocibos damnatos,vel mortuos eſſe cognoſcimus, *In epiſtola autē Melchiadis eſt,quemadmodum hic reſtitutum eſt ex vetuſtis exemplaribus Gratiani,& capitulo Hadriani: ſed ſubiungitur.* Quoniam infidelis homo mortuus eſt in corpore viuente: *& fortaſſe ſignificatur locus Math.*8.Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos: *aut locus Pauli.1.Timot.* 5. viuens mortua eſt. *Quamobrem quod propriè pertinet ad homines infames, maximiſque flagitijs obnoxios(vt eſt infra, 3.q. 5.c.canonica) non bene videtur hic referri ad monachos: ſed minimè id malitioſè factum eſt, cum Gratianus monachus eſſet.*

8 *Item in concilio Chalcedonen.c.4. præcipitur,vt eccleſiaſticas actiones monachi attrectare non præſumant. Itē Pelagius 11. epiſcopis Italiæ.*

¶Monachi in accuſatione non ſunt audiendi.

CAP. LIIII.

9 NVllus monachus talia vnquam arripiat, nec

f ¶*Per alios.*] i.procuratores.ſ.3.q.9.abſens.

g ¶*Et actis.*]i.actionibus [c], vel literis epiſcoporum ſuorum, vt 19.q.1. duæ. & hoc ſi ſunt ignoti.& eſt ſi.ſ.3. q.5. canonica. vel tantum valet eis teſtimonium populi,quantum examinatio,vt 24. diſt. c.1. Ioan.

5 Iuo par.6. c.326.

c Vnde dicit L. acta publica,vocat eoiū bona opera publica, per q̄ manifeſtè docetur, ꝙ iſtis carent, & illa habent. Arch.

COLLIGITVR. CASVS. Grat. ex ſupradictis infert,ꝙ ſubditi bene poſſunt accuſare ꝓlatos. Sed poſtea quærit an monachi poſſūt accuſare ep̄os, & videtur ꝙ remoueantur. & hoc probat per ſeq. c.

6 Item Stephanus epi. 2. & Melciad. epiſt. vnica.capit. 1.7.c 322.ſ. 3.q. 4. hi q.

PLacuit.] CASVS. Hoc c. intelligitur de monachis ſecundū Gra. Sic ergo pone caſum.Quæſitum fuit ab Hadriano,an monachi vocem accuſandi epiſcopos, vel contra eos teſtificādi habeant. Et reſpondet ꝙ non, quia mortui ſunt nō humanis actibus,quia loquūtur vt alij homines, vel quia interſunt contractib., vt emptionis vel venditionis,ſed diuinis .i. accuſationibus epiſcoporum, quæ Dei timore fieri debent: in concilio etiam Chalcedonē. præcipitur vt nō præſumant eccleſiaſticas actiones attrectare. Quidam tn̄ intelligūt hoc ca.de criminoſis q̄ mortui ſunt nō humanis vocibus, i.malitijs, ſed diuinis,i.bonis operibus: vel humanis, q̄a vocem habent, vt alij homines. & ſecundum hoc non facit ad propoſitum Gratiani.

7 Anſ.l.3.c. 88.Iuo par. 16.ca. 332. Pan.l.5. ca. 45.C.l.pen. qui acc.non poſſ.

†al. intercidi.

h ¶*Placuit.*] Hoc ca. idem Hadrianus [d] intelligit de infamibus, vt ſ.3.qō.4.hi qui.& ſ. 3.q.5.canonica. Vel intellige cū Grat. de monachis, ſcilicet criminoſis: nam certum eſt ꝙ monachi accuſare poſſunt, vt ext.de accu. c.ex parte,& ſ.ea. cum paſtoris.

8 16.q.1.q verè.

d idē ſentit hic L. ſed ñ videtur bona litera,cū nullum iſtorum ca. hic all. ſit Hadriani,vt patet ex ipſorum ſupraſcriptione. Arch.

9 Anſel.l.3. c.63.Polyc. l.4.tit. 34.

i *Mortuos eſſe.*] quantum ad ciuiles actus, & etiam ad diuinos:quia non poſſunt baptizare,ſepelire,prædicare,pœnitentiam dare,vt 16.q.1.c.1.& c.qui verè.

k ¶*Quia funeſtā.*]quia ſemper debent flere.18. q.1.placuit.

NVllus.] CASVS. Dicitur hic,ꝙ nullus monachus præſumat aliquem accuſare, vel perturbare ſecularia negotia,vel eccleſiaſtica,quia in talibus mortua eſt vox eorum.

a ¶Nec

a ¶*Nec ſecularia.*] id eſt, tutelam, & procurationem.
b ¶*Aut eccleſiaſtica.*] id eſt baptizare, quòd olim non licebat eis. 26. q. 1. placuit.

SED ALIVD. Casvs. Soluit Grat. & dicit, ꝙ monachi non admittuntur ad accuſandum epiſcopos ex præſumptione temeritatis, ſed neceſſitate charitatis bene admittuntur, vnde præcipitur, vt cubicularij epiſcopi ſint clerici religioſi, vel monachi, vt de eius vita teſtimoniū dicere poſſint. & ꝙ poſſint admitti ēt monachi, probat per ſequentia c. & primi c. caſus eſt planus.

1 5. ea. cauſa paſtoris.

ITEM ILLVD. Hæc eſt 7. pars quæſt. in qua probat, "quòd vnuſquiſq; tenetur obuiare peccantibus, & eos corrigere in quantum poterit ſalua pace, aliàs tenetur ipſe. & ad hoc probandum adducit 6. aucto. Ioan. de Fant.

" Malos nō corrigere, an ſit pc̄m.

ſecularia a, aut eccleſiaſtica b negotia perturbare pręſumat: quia mortua in talibus vox eſt eorum.

Sed aliud eſt, quod ex præſumptione aſſumitur temeritatis: aliud, quod ex neceſſitate geritur charitatis. Monachi enim ex præſumptione epiſcopos accuſare non poſſunt, ex charitate poſſunt. 1 *Vnde & in canonibus præcipitur, vt cubicularij epiſcopi ſint, vel religioſi clerici, vel electi monachi, vt de eius vita teſtimonium dicere poſſint.*

7 ¶*Item illud Eleutherij Papæ in epiſtola ad Galliæ prouincias, omnibus generaliter dicitur.*

¶Conſentire conuincitur, qui cum poſſit, peruerſis negligit obuiare.

CAP. LV.

N *Egligere.*] c *& Cum poſſis.*] videtur de prælatis tantùm loqui.

2 5. diſt. 83. ca. error & diſt. 86. c. facientis.

¶Poſt reſtitutionem induciæ præſtandæ ſunt.

CAP. VI.

[2] Prius ergo oportet omnia illis expoliatis legibus redintegrari, & eccleſias, quę eis ſublatæ ſunt, cum omni priuilegio ſibi † reſtitui: & poſtmodum non ſub anguſti temporis ſpatio, ſed tantum temporis ſpatium eis indulgeatur, quantum expoliati, vel expulſi eſſe videntur, antequam ad ſynodum conuocentur.

Item Felix Papa II. in reſcripto ad epiſcopos Aegypti, cap. 8.

¶De eodem.

CAP. VII.

[3] Tandiu in ſede propria pacificè, & poteſtatiuè cuncta diſponens reſideat, quandiu expulſus, vel expoliatus ſuis carere viſus eſt rebus.

Item Felix Papa primus, epiſt. 2. ad epiſcopos Galliæ.

¶Ante reſtitutionem aliquis ad cauſam vocari non debet.

CAP. VIII.

[4] Si epiſcopus ſuis fuerit, aut eccleſiæ ſibi commiſſæ rebus expoliatus, aut (quod abſit, quod alienum ab omnibus eſſe debet fidelibus) à ſede propria eiectus, aut in detẽtione [b] aliqua à ſuis ouibus fuerit ſequeſtratus: tunc A canonicè ante in priſtinum ſtatum reſtituatur cum omni priuilegio ſui honoris, & ſua omnia, quæ inſidijs inimicorum ſuorum ei ablata fuerant, legibus redintegrentur. ¶Non enim conuocari [c] poterit, vel præiudicari [d], niſi ipſe pro ſua neceſſitate (minimè tamen iudicãdus) aduenire ſpõte [e] elegerit. Nullatenus ergo à quoquã reſpondere cogatur, antequàm integerrimè omnia, quæ per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat, poteſtati eius ab honorabili concilio legali ordine redintegrentur. [5] Præſul verò cum omni honore ſtatui priſtino reddatur: & ipſe diſpoſitis, ordinatiſque liberè, ac ſecurè diu [f] ſuis rebus, tunc regulariter intra quatuor, vel quinque, vel ſex [g], aut ſeptem menſes, iuxta quod poſſibilitas ei fuerit, & non ante conuocatus [h] ad tempus in concilio legitimo, & canonico veniat ad cauſam: etſi ita iuſtè [i] videtur, accuſantium propoſitionibus reſpondeat.

A ¶Tunc canonicè.] *In originali ſic legitur,* tunc canonicè (antequã in priſtino ſtatu reſtituatur cum omni priuilegio ſui honoris, & ſua omnia, quę inſidijs inimicorum ſuorum ei ablata fuerũt, legibus redintegretur) nec conuocari, nec iudicari poterit, niſi ipſe, &c. *Nec multò ſecus habent Iuo, & Panormia, niſi quòd loco,* antequàm, *legunt vt Gratianus,* ante.

2 *Quòd ſi malè viuendo facultates eccleſiæ diſperſit epiſcopus, ab eius patrimonio, quouſque de dilapidatione rerum eccleſiaſticarum cognoſcatur, ſubmouendus eſt, exemplo tutorum, & curatorum, qui dum fuerint ſuſpecti, à tutela, vel cura remouentur, donec de ſuſpecto cognoſcatur.*

Vnde Pelagius Papa Petro presbytero.

¶Ab adminiſtratione remoueantur, qui res eccleſiæ malè viuendo diſpergunt.

CAP. IX.

QVIA

Si epiſcopus.] Casus. Aliquis epiſcopus erat ſpoliatus reb. ſuis, vel eccleſiæ, vel erat de eccleſia eiect⁹. Quæſitum fuit à Felice Papa, vtrum poſſit compelli venire ad ſynodum, & reſpondere obiectis ante reſtitutionem. Et reſpondetur, quòd non, niſi ſuo ſtatui, & honori primò fuerit reſtitutus, nec vocari poterit niſi ſpõte venerit pro ſuis negotijs: minimè tamen iudicandus, cum propter hoc non venerit: poſt reſtitutionem verò gaudebit inducijs, prout iudices viderint expedire.

b ¶Detentione.] ſi detines me ne poſſim intrare poſſeſſionem, cõpetit mihi interdictum vnde vi. ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. mi. l. 1. §. ſiue autem. & 92. diſt. ſi quis. & in conſtit. extra de reſt. ſpol. ſæpè.

c ¶Conuocari.] Sed nunquid veniet allegare priuilegiũ [a], vt extr. de app. cum parati. & c. ſi duobus? Reſp. non: cum conſtet eum eſſe ſpoliatum. ſic ff. de pec. eo tempore. "Scias ergo, ꝙ vbi euidens eſt citationem nõ tenere, reus non tenetur venire etiam ad allegandũ ſuum priuilegium. Scias ergo, quòd quandoque citatio non valet, quia intra anguſta tempora fit, vt 5. quęſt. 2. ca. vltimo, quandoq; non valet: quia non exprimitur cauſa quare fiat citatio, vt 5. q. 2. c. vlt. quandoq; non valet: quia nimis matura tur peremptorium, vt ext. de dila. dilecti. quãdoque non valet citatio ratione temporis, vt ſi fiat tempore feriato, vt 15. quæſt. 4. c. 1. & 2. ff. de fer. l. 1. quandoque non valet ratione loci, vt ſi citatur extra prouinciam [b] vltra duas dietas, vt ext. de reſc. nonnulli. vel ſi citatur ad locum periculoſum, vel inhoneſtum, vt ext. de appell. ex parte. ff. de arb. ſi cum dies. §. ſi arbiter. quandoque non tenet ratione iudicis, vt ſi euidens eſt ipſum non eſſe iudicem qui citat, vt extra de off. iu. deleg. ex literis. & ext. de appel. ſi duobus. Item non valet ſi reſcriptum Apoſtolicum non inſeritur, vt extr. de dilat. præterea. & extra de off. iud. deleg. cum in iure. Item ſi euidẽs eſt iudicem eſſe inimicum [c], vt 3. q. 5. quia. Item non valet ſi ille qui citatus eſt, ſpoliatus eſt, vt hic. Item non valet, ſi ad querelam liberti citatur patronus. 4. quæſt. 3. liberti. & generaliter vbicunque euidenti exceptione reus ſe tueri poteſt. ff. de iudic. non videtur. Sed ſi dubium eſt, an citatio teneat, tũc tenetur venire ad allegandum ſuum priuilegium, vt extra de appel. ſi duobus. & c. cum parati. ff. de iud. ſi quis ex aliena. Inuenio tamen, quòd citatio quandoque nulla eſt, & tamen niſi defendatur citatus procceditur contra ipſum, vt ff. iudic. ſol. ſi reus. Item inuenio, quòd citatio eſt iniuſta ex perſona agentis, cum agẽs agit calumnioſè: & tamen niſi citatus venerit ad iudicium, punitur, vt extra de acc. veniens. & arg. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi exim. l. pen. Ioan. Tutius tamen eſt, quòd citatus vadat allegaturus priuilegium ſuum, vel appellaturus, ſi eũ grauauerit, niſi quãdo conſtat eum non eſſe ſuum iudicem. B.

d ¶Vel præiudicari.] id eſt, præiudicium fieri.

e ¶Sponte.] hic aſſignãt quidam aliquem poſſe iuri ſuo renuntiare. 7. q. 1. quàm periculoſum. & C. de epiſc. & cler. ſi quis in conſcribendo. Certè contrarium innuitur ex illo verbo minimè, nec hoc refert niſi ad illud verbum, conuocari.

f ¶Diu.] Dicitur diu, quòd eſt vſque ad quatuor menſes. ſic 63. diſ. lectis. ſic hæc dictio, mox, ampliatur 30. qõ. 2. c. 1.

g ¶Vel quinque, vel ſex.] arg. "inducias eſſe arbitrarias. ext. de app. cum ſit Romana. & ff. de iudic. nonnunquam. Sed arg. cõtra in auth. de nupt. §. ſed hoc quidem. 28. diſt. de his. in fi. & j. ea. q. 3. c. 1. [d]

h ¶Ante conuocatus.] ꝙ poſſibilitas ei ſit.

i ¶Si iuſtè.] id eſt, ſi iuſtum crimen ei obijcitur.

QVOD SI MALE. Hæc eſt 2. pars q. in qua probatur, quòd dilapidator remouebitur ex ſola ſuſpicione. Sed hoc hodie correctum eſt per decre. extra de ſimo. licet Helу. & de off. dele. venerabili. quia primò probari debet, & ea probata datur illi coadiutor vſque ad finem litis. Io. de Fant.

Casus. Supra dictum eſt generaliter expulſos eſſe reſtituendos, nec aliter cogi poſſunt reſpondere. Modò excipit Gratianus caſum, in quo non videtur reſtituendus ante cauſę cognitionem, puta ſi ſuſpectus eſt de dilapidatione: exemplo tutorum, & curatorum. & hoc probatur ſeq. cap.

Quia ea.] Casus. Clerici quidam accuſabant Maximilianũ de dilapidatione: quare Pelagius cõmiſit cauſam

1 Et Ioan. j. epiſt. 1. ꝫ. ea. c. quanto.

2 Iuo p. 5. c. 249. Anſ. l. 3. c. 44. Pan. l. 4 c. 50.

† al. ſuo.

a Vt 23. q. 8. conuenior. vbi de hoc. 11. q. 1. nullus eps.

" Citatio in multis caſibus non valet, nec adſtringit citatum.

3 Poly. ibid. Anſel. l. 3. c. 53. Pan. l. 4. c. 52.

4 Anſ. l. 3. c. 84. Iuo p. 5. c. 248. Pan. l. 4. c. 44.

b De hoc no. 1. q. 7. nemine. extr. de ap. ex parte tua. quæ gl. ibi poſita fuit Ioan. & Vin. & Tan.

c Nam tunc ab ea poteſt recedi quod dic, vt le. & not. 2. qõ. 6. quoties epiſcopus. Arc.

5 Pann. l. 4. c. 48.

" Induciæ ſunt arbitrariæ.

d Dic vt no. in prædi. ca. cum ſit ext. de off. dele. querenti. extra de proc. c. dilectus. Arch.

ſam Petro presbytero,cui præcipit,vt eum ab adminiſtratione rerum eccleſiæ remoueat, donec de cauſa cognoſcatur: quia ſi remaneret in adminiſtratione,non poſſet de facili veritas cognoſci,cum multa per pecuniam fiant.

a ¶*Quia ea.*] ideo fortè remouetur ſuſpectus ab adminiſtratione,quia fortè timor eſt ne corrumpat iudices: & ideo nec debitores ei ſoluentes liberantur. ff. de ſol. quod ſi fortè.

b ¶*Donec cauſa.*] in crimine dilapidationis ſpeciale eſt, quòd ſequeſtratur poſſeſſio à poſſeſſore antequã ſit conuictus,contra id 16.q.4.volumus. nã & poſt appellationem ſequeſtratur ab eo poſſeſſio. ff. de ap. Imperatores. & 2.q.6.quoties.2.quã cito ergo aliquis accuſatur,ſtatim [a] ab eo remouenda eſt adminiſtratio, vt hic, & C.de ſuſpec.tut.l.eum.& ſine accuſatore poteſt remoueri, ſi iudici liqueat ex apertiſſimis argumentis eum ſuſpectum.ff.de ſuſp.tut.l.3.§.præterea. "Suſpectũ autem dicimus illum, qui moribus talis eſt, vt ſuſpectus dici debeat, vt ff.de ſuſpe.tut. ſuſpectum. Nec audiretur talis, licet vellet ſatiſdare quòd bene adminiſtraret,vt inſtit. de ſuſp. tut. §. nouiſſimè. Hodie tamen videtur, quòd non eſt remouendus ab adminiſtratione,niſi probetur ſuſpicio, vt extra de ſim. licet Hely.& de offic.deleg.venerabili. dic vt ibi. "Item ad accuſationem quilibet admittitur, vt in authen.de non alien. aut permut.in fi. C.de ſuſpect. tut. l.eum. & l.pietatis. & abſens poteſt condemnari, vt C.de pœ.ne diu.nec enim aliquo debet gaudere priuilegio, qui ſuos contubernales afflixit, vt C. vbi de ratioc. agi opor. l.2. tamen probabilius videtur, quòd ſoli illi admittantur quorum intereſt, vt 16. quæſt. 7. filijs.& ſupra 2.quæſt.7.quapropter.vel ſaltem ſoli clerici, vt 12.quæſt.2.non liceat. nam in popularibus actionibus non admittuntur infames,vt ff.de pop. ac.populari. Item nec ad accuſationem talium iudex ſtatim remouebit accuſatum ab adminiſtratione, ſed ſummatim cognoſcet an calumnioſè accuſetur,an non.argumen.ff.de præto.ſtip.l.1.§.vlt. & ſi qui ſciuerint ſuſpectum, & paſſi ſunt eum per aliquod tempus eſſe in adminiſtratione,non videtur, quòd tales poſſint dicere eum ſuſpectum,vt ff.de priuil.cred.ſi creditores.& argum. extra de his quæ fiunt à maio.par.capitu. ex ore. & argumen. de acc.nulli. Credo verum ſi ſcientes & negligentes,ſed ſciẽtes & quærentes probationes,bene audirentur poſtea. 2.q.7. plerunque. "Qui autem criminaliter conuictus eſt, remouetur ab ordine. ſi verò ciuiliter tantùm, ab adminiſtratione,extra de ſimon.per tuas.in fi.& regulares prælati ex modicis cauſis remouentur ab adminiſtratione, vt in eadem decr. per tuas. in fi. Item ſi ideo quis remouetur,quia doloſè adminiſtrauit, infamis eſt factus. ſed ſi propter negligentiam remoueretur,non fit infamis [b], vt C.de ſuſpect. tut. l.vltim. Hoc autem ſcias, quòd quandoque adminiſtrat quis temporalia, quandoque ſpiritualia: & ſecundum hoc remouetur ab iſtorum & illorum adminiſtratione. 12.quæſt.2.Vulteranæ.vnde licet quis ſit remotus ab adminiſtratione temporalium propter ſuſpicionem, adhuc tamen remanet prælatus quo ad obediendum ſibi, vt 8.quæſt. 4. nonne. & 15. quæſt.vlt. cap.vlt.

a Imo præcedere dẽt ſuſpicio, de qua prius ſummariè conſtare debet, vt Panor.in c.veritatis. de do. & cõtu.

" Suſpectus quis eſt.

1 Iuo p.6. c.335.Pan. l.4. cap.98. Anſel. l. 3. c.55.

" Suſpectus an poſſit ab omnibus accuſari.

" Clericus de crimine conuictus, qualiter punitur.

b Dicas, quòd ſi iudex exprimit in ſẽtentia,quòd pp fraudẽ eum remouet,infamis eſt: ſed ſi pp ſegnitiẽ, non. ff. de ſuſpe. tu. l.3.§.qui ob animi ſegnitiẽ.inſti. eo.tit. §.ſuſpectus. Arch.

ea [a],quæ de fraudibus Maximiliani A flebili ad aures noſtras ſupplicum relatione venerũt, non facilè ſecundum veritatẽ agnoſci poterunt,niſi facultas eccleſiæ, quã in vſus ſuos malè conuertendo diſperſit, ab eius poteſtate, donec cauſa [b] cognoſcatur,ſeponatur: idcirco nos eum & à ſupradictę eccleſiæ patrimonio volumus interim ſubmoueri, & in veſtro, diſcuſſionis ipſius tẽpore, moderamine detineri.

A ¶Maximiliani.] *In vulgatis ſequebatur*,presbyteri,*quæ vox inducta eſt: quia in nullo vetuſto codice Gratian.ex ijs, qui collati ſunt, habetur. Gratianus autem caput hoc de epo, non de presbytero accepit.*

QVAESTIO III.

I ps QVòd verò [c] *poſt vocationem veniẽti ad iudicium, induciæ negãdæ nõ ſint, Felix Papa ſecundus in epiſtola ad Fratres Aegypti,cap.8.teſtatur dicens.*

¶Venienti ad iudicium, induciæ non negentur.

CAP. I.

I CVm accuſatus ad iudicium venerit, ſi voluerit,& neceſſe fuerit A, induciæ ei petenti à patribus conſtitutæ abſque impedimento concedantur, & iudices à ſe electi [d] ſibi tribuantur.

A ¶Et neceſſe fuerit.] *Hæc addita ſunt ex epiſtola ipſa, Iuone, & Panormia,habenturque infra ead.c.induciæ.2.*

Item ex eadem epiſtola ad fratres Aegypti, c.20.

¶Quot menſium induciæ epiſcopis præſtandæ ſint.

CAP. II.

2 DE inducijs † verò epiſcoporum [e], ſuper quibus conſuluiſtis,diuerſas à patribus regulas inuenimus inſtitutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum † machinamenta, & ſuas præparandas reſponſiones [f],& teſtes cõfirmandos [g],& conſilia epiſcoporum,atq; amicorum [h] quærenda annum, & † ſex mandauerunt menſes [i] concedi: Quidam [k] autem annum, in quo plurimi concordant. Minus verò quàm ſex [l] mẽſes,non reperi: quia & laicis hæc indulta ſunt, quantò magis Domini ſacerdotibus? *& infrà.*

2 Anſ.l.3. cap.118.& 119.Poly.l. 5.tit.3. Burch.l.1.cap. 180. Iuo p. 4.c.296.

† al.iudicijs

† antea legebatur,impetitorum.

c Hæc eſt vera ſnia,ſecundum P. ad hoc ſ.c. q.8.accuſatores.vnde iſtud, fortè, nõ eſt nota dubitationis. Arch.

† aut ſex] Orig.

QVòd *verò.*] Hæc q.diuiditur in tres partes,in quarum prima probat per tres auctoritates, quòd induciæ ſunt dandæ poſt vocationem ad ſynodum. Secunda ibi, *Spatium verò*. Tertia ibi, *Offeratur*. Ioan. de Fant.

CAſus. Hic ponitur 3.quæſt. in qua quæritur, an poſt vocationẽ facta reſtitutione ſint induciæ concedendæ. Et reſpondetur quòd ſic, & hoc probatur p c.ſeq.& agitur de præparatorijs inducijs tã in criminali cauſa, vt in ſeq. c.quàm in ciuili,vt in c.ſeq. in §.ſpatium.

c ¶*Quòd verò.*] hæc q.loquitur de inducijs præparatorijs.

C*Vm accuſatus.*] CASVS. Quæſitum fuit à Felice Papa, an accuſato ſint pparatoriæ induciæ denegandæ,cum ad ſynodum venerit? Et reſpondetur quòd non, ſi ipſe eas poſtulauerit,& iudices quos elegerit, tribuantur ſibi.

d ¶*A ſe electi.*] ſ.cauſa pro.i.q.6. à iudicib. contra. ſed iſtud fortè obtinet in crimine [c], aliàs contra. ff. de iud. obſeruãdum.Quid iuris ſit de hoc, quære. 11.q.1.c.3.& 4.

D*E inducijs.*] CASVS. Duo epiſcopi Aegyptiorũ quæſierunt à Fælice Papa qualiter induciæ præparatoriæ,& quales eſſent epiſcopis concedendæ. & reſpondet quòd quidam concedunt annum & dimidium,quidam tantùm annum,alij verò ſex menſes.& ſi hę conceduntur laicis, multò fortius ſunt ſacerdotibus concedendæ. Non enim ſub anguſto tempore ſunt eis induciæ cõcedendæ, ſed ſub longo,vt poſſint ſe præparare ad ſuos teſtes producendos,& ad quærenda amicorum conſilia,vt reſiſtere inſidiatoribus valeant.

e ¶*Epiſcoporum.*] eædem ſunt presbyterorum, & diaconorum,& ſubdiaconorum. 15.q.7.ſi autem.

f ¶*Reſponſiones.*] id eſt,exceptiones, quas probare tenẽtur. ff.de proba.in exceptionibus.

g ¶*Confirmandos.*] id eſt,comprobando eos honeſtos:quod fortè poſt publicationem poteſt facere.non quòd eos debeat inſtruere quid dicant,quia hoc eſſet ſubornare. vel põt confirmare illorum teſtimonium qui ſunt probati criminoſi,adducendo alias præſumptiones pro dictis illorum: quia & ſi debilitentur dicta talium,nõ tamen ex toto euacuant, vt ext. de prob.licet.& ext.de ſim.per tuas.& c.licet Hely.in fi.

h ¶*Atque amicorum.*] non facilè tamen inuenitur, quòd ob hoc ſit danda dilatio.argu.ad id ff.de vſu.ſciendum. ſic in aduocato.ff.ex quib.cau.maio. ait prætor. in fi. & l.ab hoſtibus.in fi.extra vt lit.non conteſt. cap.1. "aliàs prætextu abſentiæ aduocati non poteſt quis petere inducias. extra de do. & contu.prout.

" Induciæ non dantur ob aduocati abſentiã.

i ¶*Annum & ſex menſes.*] cõtra in auth.vt cler.apud prop. epiſc.§.ſi tamen.coll.6.

k *Quidam autem annum,in quo plurimi.*] ergo illud eſt potius tenendum,vt 16.diſtin.Iſidorus. 19.diſtin. in canonicis. Sed obijcitur: reo dantur trinæ induciæ.ff.de fer. l.vlt. ergo cauſa prorogatur vltra triennium, quod eſſe non debet, vt C.de iud.properandum.Sol.hic primò dabit annum, ſed poſtea minus dabitur: vel hodie ſunt arbitrariæ. ſ.ead.quæſt.2. ſi epiſcopus.

l ¶*Sex.*] in auth.de ſanct.epiſc.§.3.coll.9.

a ¶*Commu-*

a ſ.compro uinciales, q omnes cõiter cauſæ intereſſe debent j. e. q. 6. ſi qs epiſcoporum.

1 Pan. l. 4. c. 102.

a ¶*Communicatores.*] id eſt, epiſcopos [a].

IN*duciæ.*] Casvs. Dicitur in hoc cap. quòd magnæ induciæ dandæ ſunt ne inordinatè aliquid fiat: quia multa fiunt per obreptionem.

b ¶*Induciæ.*] ergo tam actori quàm reo dandæ ſunt induciæ. 15. q. 7. ſi autem. ff. de fer. l. vlt. niſi in caſu, vt infra ead. §. iudicantes.

c ¶*Per ſubreptionẽ.*] ſic. 98. diſtin. transmarinos.

IN*duciæ.*] SPATIVM. Hæc eſt ſecunda pars quæſtio. Ioan. de Fan. & hic tractat de inducijs præparatorijs in cauſa ciuili, & etiam in criminali, quæ pares videntur. B. Casvs. Hic tractat de inducijs præparatorijs in cauſa ciuili, & etiam in criminali, quę pares videntur ſecundum leges.

2 Burch. l. 16. cap. 30. Iuo. p. 6. ca. 317. Pan. l. 4. cap. 103. Anſel. l. 3. c. 56.

d ¶*Inuenitur.*] in l. j.

HAC RATIONE. Casvs. Quæſitum fuit ab Imperatore ſub quanto ſpatio induciæ præparatoriæ deberẽt dari. Et reſpondet dicens, quòd ſi inſtrumẽta, vel teſtes petuntur in ea prouincia vbi lis eſt, dantur tres mẽſes. ſi ex cõuicinis prouincijs, ſex menſes. ſi ex tranſmarina, dãtur nouem menſes. nec has inducias putent iudices ſemper pro ſuo arbitrio tribuendas: ſed tunc demum cum neceſſitas exegerit: nec facilè amplius quàm ſemel, ne cauſa protrahendæ litis dilatio tribuatur.

3 Anſ. l. 2. c. 76. Iuo p. 5. cap. 287. Pan. l. 4. c. 101. Leg. 1. §. quod hac ratione.

† al. epis.

¶ 1 Induciæ namque non ſub anguſto tempore, ſed ſub longo ſpatio concedendę ſunt, vt accuſati ſe præparare, & vniverſos communicatores [a] in prouincijs poſitos conuenire, & teſtes præparare, atque contra inſidiatores ſe pleniter armare valeant.

Item Eleutherius Papa in epiſtola ad Galliæ prouincias.

¶De inducijs præſtandis.

CAP. III.

j [2] INduciæ [b] non modicę ad inquirendũ dandæ ſunt, ne aliquid præproperè agi à quacunque parte videatur: qa per ſubreptionem [c] multa proueniunt.

Item Damaſus Papa, epiſt. 3. ad Stephanum Archiepiſcopum.

De eodem.

PALEA. CAP. IIII.

ij [3] INduciæ accuſatis in criminalibus cauſis † ſex menſium, vel eo amplius, ſi neceſſe fuerit, concedendæ ſunt.

2 *Spatium verò dilationum, ſicut in 3. lib. Codicis, tit. 11. de dilationibus inuenitur* [d], *hac ratione moderandum eſt, vt ſi ex ea* [e] *prouincia, vbi lis agitur, vel perſona* [f], *vel inſtrumenta poſcentur, non amplius quàm tres menſes indulgeantur. Si verò ex continentibus* [g] *prouincijs, ſex menſes cuſtodiri iuſtitiæ eſt. In tranſmarina autem dilatione nouẽ menſes comportari oportebit. Iudicantes* A *autem hac ratione non ſibi conceſſum intelligãt dandæ dilationis arbitrium: ſed eandem dilationem (ſi rerum vrgentiſſima ratio flagitauerit, & neceſſitas deſideratæ inſtructionis exegerit* [h] *) non facilè amplius* [i] *quàm ſemel* [k], *nec vlla trahendi* [l] *arte ſciant eſſe tribuendã.*

¶[4] *Ei autem* [m] *dilatio penitus eſt deneganda* [n], *qui reſcriptum ad extraordinarium iudicẽ deportauerit* † [o]. *Illi autem qui in iudicium vocatur, danda eſt ad probanda † precũ mendacia, vel proferenda aliqua inſtrumenta, vel teſtes: quoniam inſtructus eſſe non potuit, qui præter ſpem ad alienum iudicium trahitur.*

4 Ibid. lege 5. ſed mutata eſt verborũ ſeries.

† al. reportauerit.

† improbanda] Orig.

¶[5] *Cum verò ad appellationem, conſultationemúe à principe reſcriptũ fuerit: ſiue ſit primo iudicio petita dilatio, & ea tributa nõ ſit, ſiue nec petita quidem, eam dari cuiquam nõ licebit* [p] *eadem ratione, qua ne in iudicijs* [q] *quidem cognitionum imperialium dilatio tribui ſolet.*

5 Lege 5. mutatis quibuſdam vocibus.

¶[6] *A iudice* [r] *procedente dilationẽ non conuenit poſtulari, etiã ſi vtraque parte præſente tribuatur* [ſ], *cum non aliàs, niſi cauſa cognita, indulgeri queat: & cognitio cauſæ* [t] *non interpellatione plenaria, ſed conſiderãte* † [u] *magis iudice legitimè colligatur, vt ſi fortè dilationis petitio fuerit improbata, ſuſcepta quæſtio p ſentẽtiã iudicis dirimatur*] *Conſtitutione* [x] *ſeptima ĩ collatione ſeptima.*

6 Lege 4.

† al. conſidente

e ¶*Vt ſi ex ea.*] hoc non eſt principium legis: quia lex incipit, quoniam plerunque.

f ¶*Perſona.*] id eſt, teſtis, vel aduocatus.

g ¶*Ex continentibus.*] id eſt, quæ modico freto diſtant, vt ff. de verb. ſign. notionem. §. 1.

h ¶*Exegerit.*] vſque in finem litis.

i ¶*Amplius.*] " in cauſis pecuniarijs non datur amplius dilatio quàm ſemel, niſi inopinatum quid emergat: ſed in criminalibus dantur actori duæ [b], reo tres, vt ff. de ſeru. l. vlt. ſed in crimine adulterij nulla datur dilatio. ff. de adult. in crimine. licet ſit arg. contra. 33. q. 2. ſiue de coniugij fœdere.

" Dilationes in cauſis dandæ.

b Hoc ideo quia nõ eſt ſic procedẽdum in criminibus ſicut in ciuilib. arg. ff. đ quæſt. l. 1. §. diuus. C. de req. re. l. 2.

k ¶*Quàm ſemel.*] hic habes ꝙ tantùm ſemel danda eſt dilatio. & ſic eſt contra. ext. de teſti. in cauſis. & c. ſignificauerunt. C. de iud. auth. iubemus. " vbi habes ꝙ ad teſtes inducẽdos tres dilationes ſunt concedendæ. Sol. licet plures productiones non poſſint dari: tñ ſub vna dilatione poſſunt mille fieri [c] productiones. Alij intelligunt ꝙ de iure tres poſſunt dari dilationes ad teſtes producendos: & dicunt hanc legẽ loqui de dilationibus q̃ indulgentur à iudice: ſed auth. & decr. de dilationibus q̃ conceduntur à iure cõi. H. Dominus meus notauit ſuper legem illam de ferijs, ꝙ in pecuniarijs cauſis vna dilatio danda eſt tantùm: ſed ſi impedimentũ interueniat, dabitur alia cũ cauſæ cognitione. & ita pp multa impedimenta multæ induciæ dantur. & auth. de teſtib. §. quia verò. collat. 7. non eſt contraria: qa vna dilatione multæ poſſunt fieri productiones. Vel ſi dicas introductionẽ, i. dilationẽ, dic ꝙ vltra primam non habebit ſine cauſæ cognitione ſecundam, vel tertiam. Multi tamen dicunt, ꝙ auth. corrigit. l. vlt. de fer. Ioã. ſed certè quod dicit H. non ſeruatur de facto: quia plures dilationes dantur: & plures quàm tres productiones fiunt. B.

" Teſtes multi ſub vna dilatione poſſunt produci.

c Tangit ſententiam illorũ, qui dicunt, ꝙ in qualibet iſtarum dilationum pñt produci teſtes', quos quis voluerit, refrænata tñ multitudine. Arch.

l ¶*Trahendi.*] id eſt, differendi.

EI AVTEM. Casvs. Aliquis impetrauit literas ab Imperatore ad iudicem extraordinarium: poſtea petebat inducias. Quæſitum fuit ab Imperatore an debeant ei dari? Et reſpondet ꝙ non. Ei verò qui ad iudiciũ vocatur, dandæ ſunt ad probanda mendacia precum, & ad proferẽdos teſtes & inſtrumenta, quib. inſtructus eſſe nõ potuit, qui præter ſpem ad iudicẽ trahitur alienum.

m ¶*Ei autem.*] hoc eſt C. de dilat. ſi quando.

n ¶*Deneganda.*] niſi fortè caſus inopinatus emergat. ff. de iu. interdũ. & de fer. oratione.

n ¶*Deneganda.*] " hic habes, ꝙ ſi petit actor inducias ad inducẽdos teſtes, ꝙ non dabuntur ei: quidam hoc volunt intelligere de inducijs deliberatorijs, ſed litera eis contradicit: quia loquitur de præparatorijs. In hoc autem oneratur actor, qui petit reſcriptum ad extraordinarium iudicem. Itẽ & in alio oneratur, vt j. ead. quod fieri. tamẽ ſi reus excipiat, & actor replicet, bene dicerem tunc actori dandas inducias: quia in tali replicatione non potuit eſſe inſtructus. Itẽ tertium ſpeciale hic eſt in eo, qui impetrat reſcriptum ad extraordinarium iudicem, ꝙ ſi ille iudex nollet procedere, tunc ordinarius vtitur ſua iuriſdictione, vt ext. de off. ord. ſignificauit. Sed illud in ſpeciali caſu propter periculum animæ. vnde contrarium tenet in alijs.

" Actori denegãtur induciæ.

o ¶*Deportauerit.*] hic adiunge illam conſtitutionem, quod fieri non debet.

CVM VERO. Casvs. Quidquid Beneuentanus dicat, ego Bart. Brix. ſic credo caſum eſſe ponendum: & ſic intellexi per Hug. dominum meum. Cauſa appellationis commiſſa fuit iudici, qui plenè de cauſa cognouit, renunciatum fuit in cauſa. Cum autem iudex de ſententia ferenda dubitaret, conſuluit Imperatorem ſuper hoc. Imperator reſcribit qualiter eſſet ſententia differenda. Quærebatur vtrũ induciæ ſint dandæ iterum. Et reſpondetur ꝙ non: ſiue in primo iudicio datæ ſunt dilationes, ſiue non: quia & ſi princeps vellet ferre ſententiam, nulla daretur dilatio. Et ſecundũ hoc dic ad conſultationem, ſ. appellationis. Idem etiã credo eſſe & ſi in principali cauſa eodem modo eſſet relatio facta.

p ¶*Non licebit.*] actori, ſed reo, vt s. l. proxi.

q ¶*In iudicijs.*] id eſt, ſententijs. & hoc intellige cum primò plenè fuit cognitum de cauſa coram Imperatore, & non reſtabat niſi ferre ſententiam. aliàs iniquitatem continet lex iſta. nam iudex appellationis bene tenetur dare inducias.

A IVDICE. Casvs. Dicitur in hac lege, quòd induciæ peti non debent à iudice procedente, etiam ſi vtraque parte præſente tribui petantur: cum dari debeant induciæ à iudice ſedente pro tribunali, & etiam cum cauſę cognitione, vt ſi dilationis petitio fuerit improbata, per ſententiam iudicis dirimatur.

r ¶*A iudice procedente.*] in via.

ſ ¶*Tribuatur.*] id eſt, tribui petatur.

t ¶*Cauſæ.*] id eſt, dandæ dilationis.

u *Conſidente.*] Arg. quòd ea quæ cauſæ cognitionem requirunt, debent iudice ſedente pro tribunali fieri, vt 2. q. 3. præuaricator. & q. 6. biduum.

x ¶*Conſtitutione.*] Hæc eſt C. de lit. conteſt.

LIBEL-

LIBELLVM. Casvs. Hæc auth. locum habet ante litẽ conteſtatam. Dicitur hic, quòd actor non debet per iudicem porrigere libellum reo, niſi prius ipſi reo præſtiterit cautionem, vel eius procuratori, vel ipſi apparitori, quòd litem conteſtabitur intra duos menſes: & ſi hoc nõ fecerit, omne damnum ei contingens ex hoc ei reſtituet.

1 C. de lit. cont. auth. libellum.

¶[1 *Libellum* a *verò nõ aliàs actor dirigat, niſi prius & in ipſum, quem dicit obnoxium, & in negotij executorem* b *exponat cautionem* 2, *ſe vel intra duos menſes litem conteſtaturum, vel omne damnum ei, qui conuenitur, contingens reſtituturum* c *in duplum*] *In collat. 4. conſti. 6.*

2 Concor. cum hoc §. tex. 1 auth. offerat. cũ ibi not. C. de lit. conteſt. Actor libellum offerẽs duplicẽ cautione pſtare debet.

3 [3 *Offeratur ei, qui vocatur ad iudicium libellus, & exinde præbitis ſportulis* d, *data fideiuſſione* e *xx. dierum gaudeat inducijs, quibus deliberet, cedátne, an contendat: atq; iudici ne alium ſociari* † f *petat, an recuſet eum, niſi ille* g *ſit is, quem ipſe alio recuſato* h *iam petierit. Denique præſens interrogetur, an hoc tempus litis tranſierit: quod nõ modò* † *ex ipſius reſponſione: ſed etiam ex libelli ſubſcriptione manifeſtetur, quam in initio facere debet. Litis ergo conteſtatio contra hoc indultum* † *habita pro nihilo eſt* † i.] *Ibidem.*

3 C. de lit. conte. auth. offeratur. Iulianus anteceſſor nouel. 53. c. 3.
† al. aſſociari.
† al. mox.
† priuilegium] Ori.
† al. ducenda eſt] Ori.

[¶ 4 *Quod fieri* k *non debet, niſi actor ſatiſdederit, certam promittens quãtitatem ſe daturum, ſi litem non exequatur, aut exequẽs non vincat cauſam. Si igitur poſt tẽpus à ſe conſtitutum intra decẽ dies reo præſente non occurrat: dimittatur reus exacto* l *eo, quod promiſſum eſt: & ſi quid circa litem plus impendiſſe cum taxatione iudicis iurauerit* m.] 5 *Exceptio* B *fori dilatoria eſt, atque ideo in initio litis debet opponi, & probari. Peremptorias autem exceptiones, vt ſunt præſcriptiones longi temporis, ſufficit in initio litis conteſtari.*

4 C. de dila. auth. qđ fieri.
5 Ex C. de exce. l. vlt. & l. 8. j. e. q. 6. c. ſi quis epiſcoporũ.

A ¶Iudicantes autem.] *In codice Iuſtiniani legitur,* Quod ita conſtitutum iudicantes ſentire debebũt, vt in hac ratione, &c.

B ¶Exceptio fori.] *Poſtrema hæc pars abeſt à pleriſque vetuſtis exemplaribus. In vno autem eſt in margine cum hoc titulo,* gloſſa Ioannis. *Eadem autem verba leguntur infra ead. quæſt. 6. c. ſi quis epiſcoporum. §. exceptio. & ibi ſunt in omnibus antiquis codicibus.*

a ¶*Libellum.*] libellus porrigendus eſt iudici ordinario, & delegato, vt extra de lib. obl. ignarus, & extra vt lit. non conteſt. c. 1. & etiam coram arbitro: quia arbitria ſe habent ad inſtar iudiciorum. ff. de arbit. l. 1. licet ſit arg. contra. C. de epiſc. & cler. auth. generaliter. in fi. libellus iſte tradendus eſt iudici: & iudex eum porriget reo, vt C. quo. & quando iud. auth. qui ſemel. nec tenetur reus hunc libellum recipere niſi actor præſtiterit duplicem cautionem: vnam quidem quòd intra duos menſes litem cõteſtabitur: vel quòd reſtituet reo omne damnum in duplum, vt hic dicit. Item aliam præſtabit, quòd per ſe, vel per legitimum procuratorem cauſam aget vſque in finem: & ſi conuictus fuerit iniuſtè litem mouiſſe, præſtabit decimam partem rei petitæ in libello. Si autẽ cautionẽ iſtam dare non poteſt, ſuper hoc præſtabit iuratoriam cautionem. hoc totum habes C. de epiſc. & cler. auth. generaliter. Ioan. iſta hodie de conſuetudine non ſeruantur. B.

b ¶*Executorem.*] id eſt, iudicem, vel officialẽ. & expone, & pro vel: & habes hãc Auth. de executorib. §. ſancimus. colla. 7.

c ¶*Reſtituturum in duplum.*] ita tamen vt cautio non excedat xxxvj. aureos, vt in auth. de exec. in prin. collat. 7.

OFFERATVR. Casvs. Hæc auth. loquitur de inducijs deliberatorijs. Quæſitũ fuit à Iuſtiniano qualiter ſit procedendum in cauſa, cum induciæ deliberatoriæ poſtulãtur. Et reſpondet quòd prius dari debet libellus reo: deinde præbitis ſportulis & data fideiuſſione habeat inducias xx. dierũ, in quibus deliberet an cedat vel contendat, vel recuſet iudicem ſuſpectum, niſi ille ſit quem petijt alio iam recuſato: vel petat alium ſociari ſuſpecto iudici: & cum reus ad iudicium venerit interrogetur, an xx. dies tranſierint: quod ex eius reſponſione & libelli ſubſcriptione dignoſci poterit, quã reus facit cum recipit libellum: aliter autem litis conteſtatio facta pro nulla habetur.

" Sportulæ iudicib. debitæ.

d ¶*Sportulis.*] " In iudicibus delegatis expreſſum eſt de ſportulis, ſcilicet quòd habebunt duos aureos in principio, & duos in fine cauſæ. in authen. collat. 6. de iud. §. ne autem. In ordinarijs non inuenimus niſi in clericis, qui præſtant quatuor ſiliquas. C. de epiſc. & cler. auth. ſed hodie. debet autem vtraq; pars ſoluere officialibus pro labore. 14. q. 5. non ſanè. de hoc dic vt extra de vita & hone. cler. cum ab omni.

" Fideiubere debenti an ſufficiat dare pignora.

e ¶*Fideiuſſione.*] iudicio ſiſti, cum ſit poſſeſſor rerum immobilium. ff. qui ſatiſd. cog. ſciendum. non autem iudicatum ſolui: quam cautionem nemo præſtat conuentus ſuo nomine, Inſti. de ſatiſd. §. ſed hodie. " Sed nunquid ſufficit dare pignora? non videtur, cum ſit prætoria hæc ſatiſdatio, vt videtur ff. de præto. ſtip. prætoriæ. Sed non eſt verum, licet enim nõ teneatur dare pignora, poteſt tamen ſi vult. ff. de coll. bo. l. 1. §. iubet. verſ. an pignoribus. imo expreſsè dicitur ibi de ſola fideiuſſione. in auth. de exhib. re. §. ſancimus. coll. 5. cum tamen hęc authen. indiſtinctè dicit dari debere fideiuſſorem, credo quòd ſiue ſit poſſeſſor rei mobilis, ſiue immobilis, quòd dabit fideiuſſorem. Ioan. Dom. H. & alij doct. legum dicunt, quòd auth. non corrigit legem, ſed diſtinguit. B. Item hic habes, quòd licet quis dedit fideiuſſorem ſtandi iuri, quòd adhuc poteſt recuſare iudicem, ſicut appellare poteſt, licet iurauerit ſtare iuri, vt extra de app. ad hæc. 2. & j. Sed quid eſt quod dicit quòd vſq; ad xx. dies debet iudex recuſari. " cum exceptio talis ſit dilatoria: & ſic vſque ad lit. conteſt. poteſt opponi, vt extra de ſent. & re iud. cum inter? Sol. quidquid ab illis cantetur, ego credo quòd proponenda eſt hæc exceptio vſq; ad xx. dies tantùm. nec dicitur ideo dilatoria, quòd vſque ad litem conteſt. poſſit objici: ſed ideo, quia ſemper ante lit. conteſt. eſt objicienda. ſi enim poſſet quandocunque objici vſque ad litem conteſt. quare diceret lex, quòd ſi iudex abſens eſt qui eſt recuſandus, debet reus proteſtari coram alijs ꝙ habet iudicem ſuſpectum, vt C. de iud. cũ ſpecialis? vnde dico, quòd ſi quis omittit exceptionem de ſuſpecto iudice, & proponat alias exceptiones, amodo non poteſt reuerti ad iſtam. arg. optimum. ff. de iud. ſed & ſi ſuſceperit. Item cum multas fortè recepit ſententias pro ſe a, qualiter poſſet ipſum amodo recuſare? argu. ad hoc extra de off. deleg. inſinuante. j. ead. q. 6. §. exceptio. Ioan. quia ſi probo aliquid corã iudice, ſcilicet aduerſarium meum eſſe excommunicatũ, videor approbare iudicem, nec de cætero potero recuſare eum. & ita ſemel Tancr. reſpondit in ſcholis. B.

" Exceptio iudicis recuſatoria eſt dilatoria.

a In hoc pũcto ſic diſtinguas: aut reus ꝓuocauit actorẽ ꝑ interlocutoriam: & tũc non põt iudicem recuſare: Aut fuit ꝓuocatus ab actore: & tunc ſic. arg. ff. de condi. fur. & ideo. in pri. Arch.

f ¶*Sociari.*] quando ordinarius recuſatur.

g ¶*Niſi ſit ille.*] 32. quæſt. 5. horrendus. ſimil. ff. de neg. geſt. Pomponius. Ioan.

h ¶*Alio recuſato petijt.*] ſi quis ergo petijt iudicem aliquẽ, illum non poteſt amodò recuſare, vt hic, & extra de off. deleg. ſuper quæſtionum. imo ſi procurator alicuius petijt iudices, dominus non poteſt illos recuſare, vt extra de cauſa poſſeſſ. cum olim. tamen appellare poteſt ab eo, vt not. ſ. 2. quæſt. 6. à iudicibus.

i ¶*Pro nihilo eſt.*] quantum ad hoc b quin poſſit adhuc recuſari: quaſi lis non ſit conteſt. vt in authen. de exhib. reis. §. illud. col. 5. Reuera tamen tenet litis conteſt. ſic facta, vt ibi perpenditur.

b Adde qđ le. & no. 17. q. 4. vxor.

QVOD FIERI. Casvs. Hæc authen. continuatur e quod dicitur ſ. ead. ei autem dilatio. vbi dicitur, quòd quis quandoque trahitur ad extraordinarium iudicem. Dicitur ergo hic, quòd hoc fieri non debet, niſi actor prius ſatiſdederit certam promittens quantitatem, ſi nõ exequatur cauſam, & exequens non vincat: & ſi poſt tempus ſtatutum à iudice intra decem dies reo præſente non occurrat, dimittatur reus exacto eo quod promiſſum eſt. Et ſi quid circa litem plus impenderit, cum taxatione iudicis iuramento præſtito exigatur.

k ¶*Quod fieri.*] ſcilicet vt reus teneatur reſpondere coram ordinario iudice per reſcriptum ad eum impetratum.

l ¶*Exacto.*] id eſt, reus exiget ab actore. quod tamen nunquam vidi. Hic not. duo ſpecialia, vt certa quantitas promittatur, & tamen plus exigatur, & quòd expectatur actor poſt terminum vſque ad decem dies. tamen coram ordinario iudice expectaretur per annum, & per tres menſes ſecundum quoſdam, vt C. quomodo & quando iud. authen. qui ſemel. ſed verius eſt quòd hic loquitur, cum abſoluitur à iudicio illius iudicis: & loquitur lex iſta cum quis trahitur extra prouinciam per reſcriptum principis, vt in auth. coll. 5. de exhib. reis. in princ. ſed illa auth. qui ſemel. loquitur cum penitus abſoluitur.

m ¶*Iurauerit.*] Nota quoties petitur intereſſe ex delicto alicuius, illud declaratur per iuramentum, vt hic, & 2. quæſt. 1. in primis c C. vnde vi. ſi quando. C. de fide inſtrumen. l. vltim. ſed ſi petatur intereſſe ex contractu, illud probabitur debito modo. ff. de minor. ſi in emptionem. & ff. de præto. ſtipul. l. vlt. ff. de eden. l. argentarius. §. vlt. Inſtitu. de verb. oblig. §. vltimo.

c Ver. glorioſus. vbi de hoc.

Quòd

QVAESTIO IIII.

QVòd verò [a] infames [1], & non legitimè coniuncti, ad accuſationem admitti non debeant, & qui generaliter ab accuſatione remouendi ſint, multorũ auctoritatibus claret. *Ait enim Iginus Papa, epiſt. 2.*

¶Infames eos, qui ſunt bonę famę, accuſare non poſſunt.

CAP. I.

2 ALieni erroris ſocietatẽ † ſectantem, vel à ſui propoſiti tramite recedẽtem, aut Apoſtolicæ ſedis iuſſionibus inobedientem ſuſcipere non poſſumus: nec impetere rectè credẽtes, vel ſanctorum patrum iuſſionibus obtemperantes permittimus †: quia inter fideles, & infideles magna debet eſſe diſcretio.

Item Anacletus Papa, in prima decretali.

¶Qui legem ſuam ſponte tranſgreditur, ante ſuam reuerſionem rectè agentes accuſare non poteſt.

CAP. II.

3 BEatus prædeceſſor noſter Clemens vir Apoſtolicus, & ſpiritu Dei plenus, vnà cum reliquis ſanctis collegis ſuis ſtatuit dicens. Accuſandi, vel teſtificandi licentia denegetur his, qui Chriſtianæ religionis, & nominis dignitatem, & ſuæ legis, vel ſui propoſiti normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Tranſgreſſores enim ſponte legis ſuæ, eiuſque violatores, & recedentes, apoſtatæ nominantur. Omnis enim apoſtata refutandus eſt ante reuerſionẽ ſuam, nõ in accuſatione rectè agentium, aut teſtimonio ſuſcipiendus eſt.

Item Pius Papa, epiſt. 1.

¶A ſuo propoſito diſcedentes ſunt infames.

CAP. III.

4 SI quis † verò à ſuo propoſito retrorſum exorbitauerit, & iuſſum Apoſtolicæ ſedis libẽter tranſgreſſus fuerit, infamis [b] efficitur. Reprobari ergo oportet eorum redargutiones, qui in recta fide ſuſpecti ſunt. Fides aũt, & conuerſatio primùm ſcrutanda eſt, & deinde †, qui irreprehenſibiles apparuerint, ſunt recipiendi, & non prius.

Item Calixtus Papa ad Epiſcopos Galliæ, epiſt. 2. c. 4.

¶Inceſtuoſi & non legitimè coniuncti, ſacerdotes & legitimè coniunctos accuſare non poſſunt.

CAP. IIII.

5 COnſanguineorum coniunctiones, nec legitimæ ſunt, nec manere poſſunt: ſed ſunt repellendæ. *& infrà capite 5.* ¶Quiſquis ergo non legitimè coniũctus, vel abſq; dotali [c] titulo, ac benedictione ſacerdotis conſtat copulatus, ſacerdotes, vel legitimè coniunctos criminari, vel in eos teſtificari minimè poteſt: quõniam omnis inceſti macula pollutus, infamis eſt, & accuſare ſupradictos non permittitur. Non ſolùm ergo hi reijciendi ſunt, & infames efficiũtur, ſed etiam omnes eis conſentientes [d]. ¶Similiter de raptoribus, vel eis, qui ſeniores impetunt, fieri cenſemus. Hos ergo leges ſeculi interficiunt, ſed nos miſericordia præeunte ſub infamiæ [e] nota ad pœnitentiam recipimus.

Item in eadem epiſtola.

¶Qui non ſunt recipiendi in accuſatione.

CAP. V.

6 COnſpiratores [f] in nullius accuſatione ſunt recipiendi, nec eorum vel anathematizatorũ vox vllum nocere, vel accuſare † poteſt.

Item Stephanus Papa, epiſt. 2.

De eodem.

CAP. VI.

7 NVllus anathematizatorum † ſuſcipiatur, nec à quoquam credantur [g], quæ ab eis dicuntur, vel conſcribũtur. Eos † dico anathematizatos eſſe, quos epiſcopi ſuis ſcriptis [h] anathematizauerunt, aut eorum [i] ſtatuta anathematizant [k].

Item Fabianus Papa, epiſt. 1. ad eccleſiæ miniſtros.

¶Anathematizati, fideles accuſare non poſſunt.

QVòd verò.] CASVS. Hæc eſt qõ quarta, qua quæritur an infames, vel non legitimè coniuncti poſſint admitti ad accuſationem epiſcoporum, & etiam aliorum. Sed quòd remoueri debeant, multorum auctoritatibus probatur.

1 ſ. 2. q. 7. c. alieni. ex Dionyſio. Iulius in reſcrip. ad Orient. c. 15.

a ¶*Quòd verò.*] maximè: nam etiam poſt admittuntur, vt 5. q. 1. qui crimen.

ALieni.] Caſum iſtũ habuiſti ſupra 2. quæſt. 7. alieni. & ibi videbis plenariè.

2 Poly. l. 1. tit. 17. Anſ. l. 2. c. 16. & l. 1. c. 9. Pan. l. 4. c. 70. & 38.

† al. ſocium à ſui propoſiti. al. ſocietate maculatum, vel à ſui.

† al. permittimur] Ori.

BEatus.] CASVS. Quæſitum fuit ab Anacleto vtrum apoſtata ſit recipiendus ad accuſandum, vel teſtificandum. Et reſpondet quòd nõ, imo omnis apoſtata refutandus eſt ante reuerſionem: quia hoc ſtatuit Clemens cum ſuis ſanctis collegis.

SI quis.] CASVS. Dicitur hic quòd omnis apoſtata infamis efficitur, nec recipitur ad accuſandum. Secundò dicitur quòd primò fides & conuerſatio eſt perſcrutanda: & ſi irreprehenſibiles apparuerint, admittentur ad accuſandum.

3 Anſ. l. 3. c. 9. Pan. l. 4. c. 60.

b ¶*Infamis.*] " Dic quòd infamis non admittitur ad accuſationem, niſi ſuam, vel ſuorum proſequatur iniuriam, vt 4. quæſt. 6. omnibus. ſupra 2. quęſt. 1. prohibentur. niſi in criminibus exceptis, vt 6. quæſt. 1. §. verum. nec in his prout not. ſupra 2. quæſt. 1. in primis. in fi. & quæſt. 7. in ſumma.

" Infamis an poſſit accuſare.

COnſanguineorum. CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd illi qui inceſtuosè iunguntur, & qui ſine dotali titulo, & ſine benedictione ſacerdotis, id eſt, occultè iunguntur, non recipiuntur in accuſationem, vel teſtificationem ſacerdotum, vel legitimè coniunctorum, quia infames ſunt: & non ſolùm iſti repelluntur, ſed etiam omnes eis conſentientes. & hoc in prima parte. In ſecunda parte dicitur quòd raptores, & qui impetunt ſeniores ſuos, repelluntur ab accuſatione, cũ ſint infames iure canonum: & leges ſeculi eos interficiunt. Secunda pars incip. ibi, *Similiter.*

4 Anſ. l. 3. c. 4.

† al. Si quis à ſuo vero propoſito.

† al. denuo

c ¶*Dotali titulo.*] " Secundum quoſdam dos adeo requiritur in matrimonio, vt ſine ea matrimonium non teneat. argu. ad hoc 30. quæſt. 5. nullum: ſed verius eſt ꝙ teneat. C. de nup. imperialis. §. his autem. tamen præſumitur non eſſe matrimonium, vt 30. q. 5. aliter.

" Matrimoniũ ſine dote tenet.

5 Burc. l. 7. c. 1. Iuo p. 9. c. 23.

d ¶*Conſentientes.*] approbando, defendẽdo, patrocinium præſtando: quo caſu non minus peccat quàm faciens. 2. quæſt. 1. notũ. imo magis peccat. 24. quæſt. 3. qui aliorum.

e ¶*Sub infamiæ.*] j. 27. quæſt. 1. ſi quis rapuerit. C. de rap. virg. l. vna. ſi. j. 33. quæſt. 2. quicunque.

ADDITIO. Ad idẽ j. ca. q. vlt. ſi quis ſecundum Hug.

e ¶*Sub infamiæ.*] qualiter ſit hoc intelligendum, dixi ſ. 2. quæſt. 3. §. hinc colligitur [a]. j. 4. quæſt. 1. §. diffinimꝰ. Item patet hic quòd ſecundum canones ipſum factum infamat. j. ead. quæſt. 5. conſtituimus.

a Dic ſecũdum Go. ꝙ iſte §. ver. quãquam. & hoc c. j. e. q. hi qui. loquuntur de infamia per ſniam irrogata: & hoc ipſe no. ext. de ſim. ex diligenti.

COnſpiratores.] CASVS. Dicitur hic, quòd conſpiratores & anathematizati non poſſunt aliquem accuſare.

f ¶*Conſpiratores.*] 11. q. 1. conſpirationũ. & c. coniurationum. nec ad denunciationẽ admittuntur. extra de accu. cum oporteat. & de ſim. licet.

6 Iuo p. 6. c. 346.

NVllus.] CASVS. Anathematizatꝰ non recipitur in accuſationẽ. Et dicitur anathematizatus, quẽ epiſcopus ſuis literis anathematizat: vel qui incidit in canonem latæ ſententiæ. Caſus ſeq. c. planus eſt.

† al. lædere

7 Pan. l. 4. c. 71.

† al. anathema] Orig.

g ¶*Credantur.*] arg. cõtra. 23. q. 8. vt pridẽ.

h ¶*Scriptis.*] id eſt, ꝑ ſcripta nuntiat vitandos. " & ſic aliquis põt abſentem excommunicare ꝑ ſcripturam, vt ſ. 2. q. 5. quanto. & arg. ff. de teſta. ſeruus.

† al. eos quoque dico] Orig.

" Excómunicari põt abſens per ſcripturam.

i ¶*Aut eorum.*] ſic de ſent. excom. nuper.

k ¶*Anathematizant.*] vbi eſt canon latæ ſententiæ.

Clericus.

CLericus.] CASVS. Quæſitum fuit an clericus, qui ſuum epiſcopum per calumniam accuſauit, vel inſidiator ei extitit, repellatur ab accuſatione? Et dicitur ꝙ ſic: quia infamis effectus eſt: & depoſitus tradi debet curiæ ſeruiturus.

a ¶ *Accuſauerit.*] calumnioſè, ne ſit contra. ſ̃. 2. quæſt. 7. quapropter.

1 Anſ. l.3. c.16. Polyc. l.5. tit.1.

b ¶ *Curiæ tradi.*] nō ſtatim, ſed tunc cum eſt incorrigibilis [a], vt extra de iud. cum non ab homine. 11. q.1. ſi quis ſacerdotum.

a Ex toto, ita ꝙ p eccleſiam iam non poteſt corrigi, ſecū dum Hug. đ hoc not. extra de iud. ad fi. in glo. vlt.

HI qui.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ qui ſuos epiſcopos iniuſtè perſequuntur, & per calumniam à ſuis ſedibus remouere conantur, non poſſunt ſuos epiſcopos accuſare, vel in eos teſtificari: quia infames sũt & exilio digni iudicã tur, licet à morte prohibeantur, dicente Domino: Nolo mortem peccatoris, &c. Hoc autem verbum, *quos non humanis*, &c. ſ̃. 2. quæſt. 7. fuit expoſitũ in c. placuit eorum.

2 Ex iſto tex. poteſt inferri conſtitutiones ad præterita trahi. con cor. tex. in l. sãcimus. C. de ſacroſã. eccl. tex. eſt ſin. in cap. aqua. de cō ſec. eccl. vel alt.

c ¶ *Hi qui.*] & ſi à morte corporali.

d ¶ *Et exilio.*] "Ergo iudex eccleſiaſticus poteſt in exilium mittere, vt 50. diſtinct. accedens. 63. diſtin. in ſynodo. ĩ. prox. quæſt. cap.3. in fi. vel ponitur exilium pro carcere monaſterij, vt 2. q.1. in primis.

"Iudex eccleſiæ pōt in exilium mittere.

3 Anſ. l.3. c.79.

DEtractores.] CASVS. Dicitur hic, quòd illi qui detrahunt alijs, & qui inter alios diſcordias ponunt, remouendi ſunt ab accuſatione, & teſtimonio epiſcoporum.

Ezech.33.

e ¶ *Detractores.*] infra 6. quæſt. 1. deteriores.

f ¶ *Inimicorum.*] id eſt, inimicitiarum.

NVlli.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ nullus infamis, vel ſacrilegus poteſt religioſum, vel Chriſtianum accuſare, vel contra eum teſtificari, quamuis Chriſtianus ille ſit vilis, vel ſeruilis perſona.

4 ſ̃. 2. q.7. c. placuit.

g ¶ *Humilis.*] Ergo videtur, quòd ſi infamis vult agere ciuiliter, quòd non audiatur [b]: ſed intellige vel pro, id eſt, vel loquitur de excommunicato.

b Quod falſum eſt, vt 4. q.6 omnibus.

h ¶ *Seruiliſque.*] ergo loquitur de criminali cauſa: quia ſeruus in cauſa ciuili ſe defendere non poteſt, ſed in criminali poteſt, vt ff. de accuſ. ſeruos. & l. eos. §. ſeruos.

NOTANDVM VERO. CASVS. Supra in c. conſpiratores. & c. nullus. & c. ſequenti facta fuit mentio de anathemate. ideo Gra. ponit hic hunc §. vt aſſignet differẽtiam inter excommunicationem, & anathema. & ad hoc inducit ſequens cap.

CAP. VII.

1 OMnes, quos ſanctorum patrũ ſtatuta tam præteritis, quàm futuris temporibus anathematizant, ſubmouemus 2, & ab omni accuſatione fidelium alienamus.

Item Stephanus Papa, epiſt. 2. cap. 8.

¶ Clericus, qui epiſcopum accuſauerit, infamis efficitur.

CAP. VIII.

CLericus verò, qui epiſcopum ſuum accuſauerit [a], aut ei inſidiator extiterit, non eſt recipiendus: quia infamis effectus eſt, & à gradu debet recedere, ac curiæ tradi [b] ſeruiturus.

Item Alexander Papa, epiſtola prima, c. 1.

¶ Infames, & exules fiant, qui epiſcopos proſequuntur.

CAP. IX.

3 HI qui [c] epiſcopos ſuos A perſe quuntur, & amouere nitũtur iniuſtè contra Apoſtolicam auctoritatẽ, etſi à morte prohibentur, dicente Domino [Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat] perpetua tamen notantur infamia, & exilio [d] digni iudicantur finitimo: de quibus à temporibus Apoſtolorum, & infrà iſta tenemus, atque decreta habemus 4, quibus eorum accuſandi epiſcopos, vel teſtificandi in eos vocem obſtruimus, quos non humanis, ſed diuinis actibus mortuos eſſe ſcimus.

A ¶ Suos.] *Vox iſta abeſt à pleriſque manuſcriptis & originali: ſed ob gloſſam non eſt ſublata.*

Item Zepherinus Papa, epiſt. 1. ad epiſcopos Sicilien.

¶ Detractores, & inimicorum auctores epiſcopos non accuſent.

CAP. X.

5 DEtractores [e] (qui diuina auctoritate eradicandi ſunt) & auctores † inimicorum [f] ab epiſcopali ſubmouemus accuſatione, vel teſtimonio.

5 Anſ. l.3. c.35. Iuo p. 5. c.245.

† al. Actores

Item Eutychianus Papa I. epiſt. 2. ad epiſcopos Siciliæ.

¶ Infamis, vel ſacrilegus religioſum Chriſtianum accuſare non poteſt.

CAP. XI.

6 NVlli vnquam infami, atque ſacrilego de quocunque negotio liceat aduerſus religioſum Chriſtianum, (quamuis humilis [g], ſeruiliſque [h] perſona ſit) teſtimonium dicere, nec de qualibet re, actione, vel inſcriptione Chriſtianum impetere.

6 Anſ. l.3. c.25. Burc. l.16. ca.11. Iuo par. 6. c. 333. Pan. l. 4. c.92.

Notandum verò quòd aliud ſit excommunicatio, & aliud anathematizatio.

Vnde Ioannes Papa viij. ſcribit cuidam epiſcopo.

¶ Aliud eſt excommunicatio, aliud anathematizatio.

CAP. XII.

7 ENgeltrudam vxorem Boſonis noueris non ſolùm excommunicatione, quæ à fraterna ſocietate ſeparat, ſed etiam anathemate [i], quod ab ipſo Chriſti corpore (quod eſt eccleſia) recidit crebrò percuſſam eſſe.

7 11. q.3. nemo epo rum. Iuo p. 14. c.51.

¶ *Epiſtola hæc Ioannis VIII. non eſt inuenta. Verùm Nicolaus primus in concilio à ſe Romæ habito, de metenſi ſynodo penitus abolenda, cap. vlt. narrat hanc Engeltrudam bis à ſe fuiſſe anathemathe percuſſam. Cuius mulieris flagitia, ob quæ iuſtiſſimè hanc pœnam tulit, refert Regino libro ſecundo chronicorum. Potuit autem tempore Ioannis octaui viuere hæc fœmina, quoniam Hadrianus ſecundus, qui inter Nicolaum primum, & Ioan. VIII. interceſſit, quintum ſui Pontificatus annum nō impleuit.*

ENgeltrudam.] CASVS. Ad ſuggeſtionem Engeltrudæ vxoris Boſonis Lotharius dimiſit Thebergam & ſuperduxit Engeltrudam, propter quod Ioã. Papa remouit eam non ſolùm à fraterna ſocietate, id eſt, à communione ſacramentorum, quæ minor excommunicatio dicitur: ſed etiam à corpore Chriſti, id eſt, à communione fidelium, quæ anathema, id eſt, maior excõmunicatio dicitur.

i ¶ *Anathemate.*] "anathema eſt maior excõmunicatio. 11. q.3. nemo epõrum. Et eſt hic differẽtia inter maiorem & minorem excommunicationem [c], vt 11. q.3. audi. 5. q.2. præſenti. 17. q.4. quiſquis. Eſt etiã hic arg. ꝙ ſæpius quis pōt excõicari. 11. q.3. c. excellentiſſimus. & c. omnis. 12. q.2. de viro. 87. diſ. eos qui. ext. de poſtu. præl. ad hæc [d]. in parte deciſa. & confirmatus poteſt amplius confirmari. 11. q.3. quod præ deceſſor. & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: vt 47. diſt. c. pen. ſed contra 24. q.1. c.1. Item nihil ad nos de his qui foris ſunt. 2. q.1. multi. & vltra excõmunicationem eccleſia non poteſt quid facere. ext. de iud. cũ nō ab homine. Item qui mortuus eſt, interfici non poteſt, ſed anathema eſt æternæ mortis damnatio. 11. q.3. nemo epõrum. Item qui eſt extra eccleſiam, nō pōt eſſe magis extra, vt 11. q.3. omnis. Item arg. contra. ff. de verb. oblig. qui bis. "Item Meldendus dixit: qui ſemel eſt excommunicatus, nō pōt amplius excõicari: ſed denuntiari pōt excommunicatus, & ſic intelligit omnia iura, vbi quis ſę pius videtur excommunicari. Sed obijcitur ei ꝙ ſecũdum hoc excommunicatus erit melioris conditionis quàm non excommunicatus. Inſtat in Iudæo: quia licet Iudæus

"anathema

c De his excommunicationibus, ſ. maiori & minori, plenè no. extra de ſent. excõ. ſi quem. & 11. q.3. ſi inimicus. Arch.

d Idem tenet glo. opt. & ibi Cy. & Pe. in l.2. C. qñ tut. vel cur. glo. in l. aut dãnum. §. ſeruos. ff. de pœn.

« Excõmunicatus excommunicari non pōt.

Iudæus non poſſit excommunicari, non tamen eſt melioris conditionis quàm Chriſtianus. "Ego credo quòd excommunicatio duos habet effectus: vnum eijciendi extra eccleſiam: & alium detinendi extra. Et licet excommunicatio nõ poſſit conſequi primum effectum in excommunicato, tamen conſequitur ſecundũ.

" Excõmunicationis duo ſunt effectus.

Item nunquid tot erũt abſolutiones, quot fuerunt excommunicationes [a]? & videtur quòd vna abſolutione omnes excommunicationes tollantur, vt arg. ff. de excep. l. pluribus. & l. ſi ex pluribus. vel qđ ſaltem vltima confirmet omnes præcedentes, vt ff. com. præd. eſt receptum.

a Adde no. per Bart. in l. de pupillo. §. ſi pluribus. ff. de ope. no. nũ. Bal. in l. fi. C. de nup.

Vnde datur intelligi, quòd anathematizati intelligendi ſunt non ſimpliciter à fraterna ſocietate, ſed etiam à corpore Chriſti (quod eſt eccleſia) omnino ſeparati.

VNDE. Casvs. Concludit Gratianus ex ſupradictis, quòd anathematizati intelliguntur in ſuperioribus c. non ſolùm qui excommunicati ſunt minori excommunicatione, ſed etiam maiori.

1 Anſ. l. 3. c. 55. Poly. l. 5. tit. 1. Bur. l. j. ca. 171. Iuo p. 5. ca. 289. Pann. l. 4. c. 85.

QVAESTIO V.

Qvòd verò [a] teſtes de domo accuſatorum producendi non ſint, & quod vox inimicorum non ſit audienda, multorum auctoritatibus probatur.

Ait enim Calixtus Papa, epiſt. 2. ad epiſcopos Galliæ.

¶Conſanguinei, & familiares aduerſus extraneos teſtimoniũ non dicant.

CAP. I.

1 Conſanguinei [a] accuſatoris † aduerſus extraneos teſtimonium nõ dicant,

Qvòd verò.] In hac quæſtione probatur, quòd inimici, conſanguinei, crimino ſi, gratioſi, ſerui, liberti, familiares non poſſunt eſſe teſtes, nec accuſatores, nec iudices: & hoc probatur per 14. auctorita. Ioan. de Fan. & non diuiditur.

2 Cum iſto text. iuncta ſua gl. concor. Alc. de Im. in l. qui iuriſdictioni. vel 2. fallit. ff. de iur. om. iud. per l. quin etiã. de arb. Pro declaratione tamẽ huius c. dic ꝙ in criminali nõ poteſt eſſe iudex pater in cã filiorum & aliorum, de quib. hic ſi opponatˀ et abſque aliqua excuſatione facta ratione ſuſpicionis alleganđ, probatur per tex. in l. lex Corne. in pri. de iniu. Sed in ciuili cauſa poteſt eſſe iudex etiam ordinarius, dummodo non recuſetur, per tex. in l. in priuatis. ff. de iud. ſed de hoc vid ple nè in l. aper tiſſimi & ibi doct. maximè Sal. C. de iudi.

Casvs. Hic intitulatur quinta quæſtio, qua quæritur an teſtes de domo accuſatorum, & inimici ſint audiendi. Et probatur per ſequentia cap. quòd non, niſi in cauſa matrimoniali, vt 35. quæſt. 6. c. 1.

a ¶Quòd verò.] Domeſtici ſunt libertus, colonus, aſcriptitius. C. de his qui ad eccle. confug. l. vlt. §. ſanè. item mercenarius. ff. de pœ. reſpiciendum. §. furta. item omnes qui ſunt de familia alicuius, ſiue ſint liberi, ſiue non, domeſtici intelligũtur. ff. de ædil. edic. ædiles. §. familiæ. Largè tamen dicuntur familiares omnes qui habitant cum aliquo: vt extra de teſt. in literis [b]. extra de offi. deleg. inſinuante. vnde cum vxor dicatur de familia, vt ff. ad Sylla. l. 1. §. ſi vir. domeſtica eſt. & argumen. C. de re mil. quicunque. lib. 12. & vxor dicitur domeſtica. 47. diſtin. §. neceſſe. argumen. contra. C. de quæſt. l. 3. Item domeſtici ſunt in eiuſdem poteſtate, vt Inſtitu. de teſt. in teſtibus. Item propinqui. C. de emend. ſer. l. 1. Hoc etiam notandum, quòd amicus non poteſt eſſe teſtis, vt infra proxi. cauſa. quæſt. 3. §. item teſtiũ fides. nec cui imperari poteſt ratione patriæ, vel dominicæ poteſtatis, vt 4. quæſt. 3. §. item in criminali. Item inimicus capitalis nunquam admittitur. ſed ſi eſt inimicus alia de cauſa, admittitur. ſed tempore diſputationis diſquiretur, an ſit ei credendum. in authen. de teſtib. §. ſi verò odioſus. colla. 7. Item conſanguinei omnes ſecundum Alanum poſſunt admitti, ſi tales appareant qui veritatem gratiæ præponant. 4. quæſt. 3. §. eos teſtes. Sed hoc non credo verum [c], cum etiam iudex propter hoc poſſit recuſari. extra de appel. poſtremò. extra de off. iud. deleg. cauſam quæ. Sed in cauſa matrimonij admittuntur conſanguinei. 35. q. 6. c. 1. & 2. & argu. ff. de prob. etiam matris. extra qui matr. accu. poſſ. videtur. quod verum eſt vbi agitur de conſanguinitate probanda, vel improbanda. aliàs repellerentur quaſi ſuſpecti, vt extra de teſt. ſuper eo. Ioan. Sed certè malè dixit Io. quoniam parentes bene admittuntur ſuper fœdere matrimonij, vt in illa decre. ſuper eo. & in decr. videtur. in fin. & ita ſeruatur de facto. B.

† accuſatores] Orig.

b Vbi de hoc. Vide quod dixi 54. diſt. qui ex famulis. in prin.

c Ad hoc facit qđ not. 3. 29. di. c. 2.

Conſanguinei.] Casvs. Dicitur in hoc cap. quòd conſanguinei accuſatorum, vel familiares eorum vel de domo ſua prodeuntes contra extraneos teſtificari non poſſunt: ſi tamen partes conſenſerint. conſanguinei inter ſe teſtificentur, & non in alios.

b ¶Nec familiares.] ff. de verb. ſig. pronunciatio. §. 1. & l. ſeq. & ff. de fur. ſi libertas. extra de teſt. in literis.

c ¶Prodeuntes.] tempore iudicij: quia ex hoc ſuſpectus eſſet iudex. ff. ad leg. Iul. de ambi. l. 1. in fi. ſimiliter qui prodijt de domo iudicis, non poteſt eſſe teſtis alterius, vt 4. quæſt. 4. cap. vltim.

d ¶Parentes.] j. 4. quæſt. 3. §. parentes. contra. Sed illud intellige de remotis parentibus: iſtud de vicinis. Vel illud de collateralibus, iſtud de deſcendentibus, vel aſcendentibus [d]. contra "collateralẽ enim nõ cogitur quis teſtificari vſque ad quartum gradum, vt 4. quæſt. 3. §. lege Iulia. & hoc intelligunt quidam in criminalibus cauſis tantùm. Sed in ciuilibus (vt dicunt) licitè admittitur contra fratrẽ frater, & pro ipſo: quia nulla lege eſt prohibitum: & edictum de teſtibus eſt prohibitorium, vt ff. de teſtib. l. 1. Item quia in priuatis iudicijs filius poteſt habere patrem iudicem, vt infra ea. quæſt. 7. §. cognitores. & ff. đ iud. l. in priuatis. Ioan. ego hoc non credo: quia propter conſanguinitatem aliquis recuſatur, vt extra de app. poſtremò. poteſt tamen dici, quòd collaterales admittantur poſt tertium gradum, ea ratione: quia vſque ad gradum illum non coguntur inter ſe dicere teſtimonium. Dominus Hug. dicebat, quòd filius poteſt habere patrem iudicem, niſi recuſetur: quia recuſari poteſt, vt d. c. poſtremò. B. Sed quid ſi teſtis eſt conſanguineus illius, pro quo inducitur, & illius contra quem inducitur? Satis videtur quòd tunc par affectionis cauſa ſuſpicionem fraudis excludit. ff. de rit. nupt. non ſolùm. §. 1. Vel videtur quòd in ciuili cauſa admittuntur conſanguinei ſiue propinqui, ſiue remoti in teſtimonium: licet non poſſint eſſe iudices. minor enim cauſa repellit iudicem quàm teſtem, vt dicitur j. ead. accuſatores. hoc ideo, quia facilius haberentur mille iudices quàm vnus teſtis. ad hoc facit extra de appell. poſtremò.

d H. exponit hic parentes, i. cõſanguinei: nam ſcđm eũ hic vulgariter loquitur cap. "Teſtificari cõtra collaterales nemò cogitur.

nec familiares [b], vel de domo prodeuntes [c]: ſed ſi voluerint, & inuicem conſenſerint, inter ſe parentes [d] tantummodo teſtificentur, & non in alios.

Item Anacletus Papa, epiſt. 3. c. 5.

¶Nuper inimici, accuſatores, vel teſtes eſſe non poſſunt.

CAP. II.

3 Accuſatores, & teſtes eſſe non poſſunt, qui ante heſternum [e] diem, aut nudiuſtertius inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, vel læſi ſe vlciſci velint. Inoffenſus igitur accuſatorum, & teſtium affectus quærendus eſt, & non ſuſpectus.

3 Ambroſiꝰ Syagrio, epiſto. 64. Anſ. l. 3. cap. 13. Bur. l. 1. ca. 152. Iuo p. 5. cap. 239. Pan. l. 4. ca. 84.

Item Symmachus Papa in quinta ſynodo Romana ſub ipſo habita.

Accuſatores.] Casvs. Quæſitum fuit ab Anacleto, vtrũ illi qui ante heſternum diem, vel nudiuſtertius fuerunt inimici, ſint in teſtimonium admittendi? Et reſpondetur ꝙ non: ne læſi ſe velint vlciſci: quare quærendi ſunt teſtes inoffenſi, & non ſuſpecti. Et dic: ante heſternum diem generaliter pro præterito tempore ponitur: nudiuſtertius pro die tertia, id eſt, nunc eſt tertia dies.

e ¶Heſternum.] argu. "quòd repellitur accuſator, & teſtis æquè per præteritas ſicut per præſentes inimicitias, ſic 6. q. 1. qui crimen. & hoc in memoriam prioris offenſæ, vt ff. de decurio. l. vltim. ff. de quæſtionib. l. vnius. §. ſeruus. Et eſt hic argumen. ex recentia temporis aliquid præſumendum eſſe, vt 31. quæſt. 1. ſi quis viuente. 50. diſtinct. ſi qua fœmina. Sed nunquid quælibet inimicitiæ repellant? Videtur quòd tantùm criminales, & capitales, vt extra de ſimon. per tuas. in fine [e], & Inſtit. de excu. tut. §. inimicitiæ. & ff. de arbitr. licet. nam non quilibet amicus repellitur, ſed ſolùm ille qui maxima familiaritate coniunctus eſt. ff. de verb. ſign. latè §. amicos. Item lex dicit, quòd propter leues inimicitias non extinguitur legatum, ſed propter graues, vt ff. de adimen. leg. l. 3. in fin. Econtra videtur, quòd inimicitiæ non ſolùm capitales, ſed etiam aliæ repellant: quia ab accuſatione repellitur quis propter ciuilem controuerſiam. extra de reſtit. ſpol. item cum quis. nec etiam tales inimici admittuntur ad purgandum, vt extra de purg. cano. cum in iuuentute. in fi. Tu dicas, quòd ſemper inimicus repellitur, niſi ſint leues & modicæ inimicitiæ. arg. extra de ſim. licet Hely. & hoc relinquitur inquiſitioni iudicis quales inimicitiæ repellunt, vt in authen. de teſti. §. ſi verò dicat. col. 8. & 4. q. 3. §. ſi quis teſtib. De tali inimico dicit lex quòd non ſemper repellitur quis propter inimicitias: ſed iudex æſtimabit an ei credi debeat, vel non. ff. de quæſt. l. 1. §. quæſtionem. in fi. Et eſt ſimile. ff. de excu. tut. propter litem. Ioan.

" Inimicitiæ repellũt ab accuſando & teſtificando.

e Vbi đ hoc & ext. de accu. cũ oporteat. & ext. vt lit. ñ cõt. accedẽs. in gl. ſed nonne. Arch.

Accuſa-

ACcuſatoribus.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima par. dicitur, quòd ſynodus prohibuit vt accuſatorib. inimicis, vel qui cum inimicis morantur, vel de domo inimici prodeūtib. vel ſuſpectis nō credatur volentib. accuſare: & ſi quis prohibita infringere tentauerit, ſi eſt clericus deponatur: ſi monachus vel laicus excommunicetur. In ſecunda par. dicitur, quòd qui pontificib. illatas ſecretas vel manifeſtas inſidias ad eccleſiaſticam notitiam pertulerit, puniendo & condemnando ea, quæ huiuſmodi ſententia complectitur, potiatur honore. Illi verò qui aduerſus eos moliuntur, & deponantur, & rebus ablatis perpetuo tradantur exilio.

« Filius matrem qñq; poteſt exhæredare.

a ¶*Inimicis.*] C. de inoff. teſt. liberi. "vbi filius exhæredare poteſt matrem, ſi copulauerit amicitias cū ſuis inimicis, vt extra de accuſa. cum oporteat. extra de app. ex inſinuatione.

« Admonitio qñq; eſt neceſſaria, qñque non.

b ¶*Pertulerit.*] "admonitione præmiſſa ſi in modum denunciationis agitur: aliàs eſſet proditor criminis. 2. q. 1. ſi peccauerit. ſi autem in modum accuſationis, non eſt neceſſaria admonitio. extra de ſimo. licet Hely. Et habes hic, quòd remuneratur accuſator. ſic 79. diſtinct. ſi quis Papa.

1 ſ. 2. q. 7. c. quærēdū. Polyc. ibid. Anſ. l. 3. c. 16.

SVſpectos.] Casvs. hic enumerantur ſeptem genera perſonarum, quas Apoſtoli & Papa ſtatuerunt eſſe remouendas ab accuſatione [a], & teſtimonio deferendo. quia teſtes eſſe non poſſunt.

a Concor. tex. in l. 1. & 2. & per tot. tit. ff. & C. de accu.

c ¶*Litigantes.*] id eſt, litigioſos: qui ſecundum Apoſtolum non promouentur. 46. diſt. §. primo.

DE *accuſationibus.* Casvs. Epiſcopi Galliarum quæſiuerunt ab Euſebio Papa qui accuſatores nō admittuntur contra clericos. Qui reſpondit dicens quòd illi nō admittuntur à tempore Apoſtolorum in ciuitate Romana, quos leges ſeculi non admittunt: nec eos admitti

2 Anſ. l. 3. c. 26.

¶De eodem.

CAP. III.

ACcuſatoribus verò inimicis, vel de inimici domo prodeuntibus, vel qui cum inimicis[a] immorantur, aut ſuſpecti ſunt, non credatur, ne irati nocere cupiant, ne læſi vlciſci ſe velint. *& infrà.* ¶Si q̄s hæc, quæ hodie in hac ſancta ſynodo prohibita ſunt, infringere præſumpſerit, aut voluntariè tranſgredi tentauerit, ſi clericus eſt, gradu proprio penitus careat: ſi verò monachus, aut laicus fuerit, communione priuetur: & ſi non emendauerit vitium, anathemate feriatur. Secretas verò inſidias, vel manifeſtas pontificibus à quibuſcunque illatas, vel ea, quæ huius ſanctæ ſynodi ſententia cō plectitur, ſi q̄s ad eccleſiæ pertulerit[b] notitiam, potiatur honore: & hi, qui aduerſa eis moliuntur (ſicut à ſanctis patribus dudum ſtatutum eſt, & hodie ſynodali, & Apoſtolica auctoritate firmatur) penitus abijciantur, & exilio (ſuis omnibus ſublatis) perpetuo tradantur.

Item Pontianus ſancta, & vniuerſalis eccleſiæ epiſcopus, epiſt. 2. omnibus Chriſtianis.

¶Qui non poſſunt eſſe accuſatores, vel teſtes.

CAP. IIII.

1 SVſpectos, aut inimicos, aut facilè litigantes[c], & eos, qui non ſunt bonæ conuerſationis, aut quorum vita eſt accuſabilis, & qui rectam non tenent, & docent fidem, accuſatores eſſe, & teſtes, & anteceſſores noſtri Apoſtoli A prohibuerunt, & nos eorum auctoritate ſubmouemus, atque futuris temporibus excludimus.

A ¶Apoſtoli.] *Sic eſt emendatum ex vaticanis codicibus. Antea enim legebatur.* Apoſtolici. *originale autem impreſſum ſic habet,* & anteceſſores noſtri Apoſtolica repulerunt auctoritate, & nos ſubmouemus, atque futuris, &c.

Item Euſebius epiſcopis Galliarum, epiſt. 1.

¶Ab accuſationibus clericorum repellantur, quos leges ſeculi non admittunt.

CAP. V.

2 DE accuſationibus clericorum, ſuper quibus mādaſtis, ſcitote à tempore Apoſtolorum in hac ſancta Vrbe ſeruatum eſſe, accuſatores, & accuſationes, quas exterarum[d] conſuetudinum leges non aſciſcunt, à clericorū accuſatiōe ſubmotas. *& infrà.* ¶3 Idcirco, & nos ſequentes patrum veſtigia pro ſaluatione ſeruorum Dei, quaſcunq; ad accuſationem perſonas leges publicæ[e] non admittunt, his impugnandi alterū, & nos licentiam ſubmouemus, & nullæ accuſationes à iudicibus audiantur eccleſiaſticis, quæ legibus ſeculi prohibentur.

Item Pelagius Papa II. epiſcopus Italiæ.

¶Alienigenæ, & quos diuinæ voces mortuos appellant, epiſcopos accuſare non poſſunt.

CAP. VI

4 CAnonica ſanctorum patrum ſtatuta (ne columnæ ſanctæ eccleſiæ vacillent) ſequentes, ac roborantes, omnes infames, cunctoſque ſuſpectos, vel inimicos, & eos, qui non ſunt eorum gentis, vel quorum fides[f], vita, & libertas neſcitur, & non qui ſunt bonæ conuerſationis, vel quorum vita eſt accuſabilis, ab omni accuſatione ep̄orum funditus ſubmouemus. Similiter & omnes, quos diuinæ leges mortuos[g] appellant, ſubmouendos eſſe ab eadem accuſatione, & publicæ pœnitentiæ ſubmittendos iudicamus.

Item ex ſynodo Romana habita ſub Hadriano Papa. 5

¶*Caput hoc, &c. Neminem, ſ. ead. quæſt. 6. quæ citantur ex ſynodo Romana, extant in capitulis Hadriani. ea autem expreſſius etiam appellantur ſynodi nomine, infra 5. quæſt. 3. in principio.*

¶A clericis repelluntur accuſationes, quas leges ſeculi non aſciſcunt.

CAP. VII.

6 ACcuſationes, & accuſatores, atq; eorum † negotia[h], quæ ſeculares non aſciſcunt leges, diuina, ac ſynodica funditus[i] à clericis repelli auctoritate cenſemus: quia indignum eſt ſuperiores[k] pati ab inferioribus, quæ inferiores ab eis pati deſpiciunt.

Item Stephanus Romanæ eccleſiæ Epiſcopus omnibus epiſcopis, epiſt. 2. de accuſationibus ſacerdotum, c. 3. 7

¶Nec

mus, veſtigia patrum ſequentes: dicit Euſebius, nec iudices tales recipiant.

d ¶*Exterarum.*] id eſt, Romanorum. Sed quare vocat eos exteros, cum eccleſia eos approbet, vt 10. diſtin. per totum? Reſp. quia Gallis loquitur, qui leges illas non tenēt. Si 12. q. 2. cum deuotiſſimam. vbi Papa Reginæ Francorum Lombardam non Romanā legem inducit. Alia litera, exterarum cōſuetudinem.

3 ſ. q. 1. nos ſequentes.

e ¶*Publicæ.*] id eſt, ſeculares[b].

b Sub. quia præ cæteris de publicis iudicijs tractant, ſecundum Hug. & Lau.

C*Anonica.*] Casvs. Hic enumerantur 8. genera hominum, qui omnino remouentur ab accuſatione epiſcoporum, infames, &c. ita ꝙ iſta tria, fides, vita, & libertas, pro vno genere ponantur.

f ¶*Gentis vel eorum fides.*] de ignotis[c] loquitur, qui non promouentur. 24. diſt. per totum. aliàs iniquum eſſet quod hic dicitur, ꝙ Theotonicus non poſſet teſtificari contra Gallicum.

4 Anſ. l. 3. c. 59.

c Su. prorſus in quorum vita & libertas neſcitur nec fides, ſecundum Hug. & Lau.

g ¶*Mortuos.*] in peccatis, vt 2. q. 7. placuit. Ioan.

A*Ccuſatores.*] Casvs. Dicitur hic, ꝙ lex diuina repellit omnes accuſationes & accuſatores, & eorum negotia, id eſt teſtimonia, quæ ſeculares leges non admittunt, & generaliter omnes laici repelluntur, cū ſint inferiores, & à clericis nolunt accuſari.

h ¶*Negotia.*] id eſt, teſtimonia.

5 In c. Hadriani, c. 11. Cōcor. Damaſus. epi. ad Stepha.

i ¶*Funditus.*] Regulariter contra clericos nō admittuntur laici. ſ. 2. quæſt. 7. laicos. & c. ſicut.

k ¶*Superiores.*] id eſt clericos.

Accuſa-

6 Anſ. l. 3. c. 20. tea] Orig.

7 Conc. Teleſphorus ep. vnic. c. 4. Iulius in reſcr. ad orièt. c. 5.

ACcuſatores.] Casvs. dicitur hic, ꝙ oēs remouet Stephanus ab accuſatione, quos leges ſeculi repellunt, & Apoſtolici prohibuerunt. & hoc in prima par. In ſecunda par. quæ incipit ibi *Nullus*. dicitur ꝙ nullus alienigena ſit epiſcoporũ accuſator vel iudex: & hoc probatur auctoritate veter. teſt. Itē nullus ſeruus, nullus libertus, & nulla ſuſpecta vel infamis perſona accuſet noſtros.

¶Nec ſeruus, nec libertus, nec infamis epiſcopos accuſare præſumant.

1 Poly.ibid. Anſ.l.3.c.18 Iuo part. 5. c.257.& p.6 c.327.

a ¶*Vt iudices*.] à dictis ergo malorum poſſumus argumētari. 37. diſtinct. ſi quid veri.

b ¶*Aut libertus*.] qui non poteſt ordinari, niſi pleno iure ſit emancipatus. 54. diſtin. quicunque. ergo nec teſtari, nec accuſare, vt 2. quæſt. 7. ipſi Apoſtoli. & c. teſtes.

2 Add ꝙ natus in extraneo territorio ꝓpriè dr alienigena. l.5. C. de eman.lib. Gen.19.

† veſtrorũ] Orig.

COnſtituimus.] Casvs. In hoc c. enumerātur xv. genera hominum, qui ab accuſatione, vel teſtimonio repelluntur, quia infames ſunt, & vox eorũ eſt funeſta ĩ talib. Seq. c. patet, in quo enumerantur 8. genera hominum, qui ab accuſatione, vel teſtimonio repelluntur.

3 Et in cap. Hadr. c.67.

4 Poly.ibid. Anſ.l.3.c.19

" Malefici qui ſunt.

c ¶*Malefici*.] "qui faciunt ne viri poſſint cognoſcere vxores ſuas, vel qui volunt futura ſcire. & hoc eſt crimen publicum. C. de pag. & ſa. & temp. eo. l. 2. & vl.

d ¶*Vel falſum*.] ext. de or. cog. cum dilectus contra. Sed ibi non fuit lata ſententia contra teſtem [a], ſed cō contra reum. ſi verò cō tra teſtem, ſecus eſſet. contra teſtem enim poteſt ferri, vt C. de teſt. nullum in ſi.

a Quod no. 5. q.6. c. presbyteri.

† al. ſacrilegos.

5 3.2.q.8. quiſquis.

e ¶*Similesque*.] alij addunt ỹ.6.q.1. §. quicunque. & c. infames.

f ¶*Quia infames*.] hęc non referas ad omnia ſupradicta, quia ſuſpecti & domeſtici nō ſūt infames. Et ita eſt arg. ꝙ verbum ſequens in priuilegijs non refertur ad omnia ſupradicta. ſi. de conſe. diſt. 2. cum omne [b]. ſi. ff. de in rem verſo. ſi pro parte. §. idem. ff. de le. 1. l. talis ſcriptura. §. vlt. & l. ſi ſeruus plurium. §. vlt. Arg. contra ext. de. do. cum dilecti.

6 Poly.ibid. Anſ.l.3. ca. 21.

b Ver. quāquam. vbi ď hoc.

Additio. Dic vt legitur & no. ext. de ap. ſecundò requiritis. & c. inquiſitioni. Arch.

g SImiliter.] ¶ *Aut gratioſi*.] i. adulatores. 46. di. clericus. 1.

g ¶*Aut gratioſi*.] vt ỹ. ca. accuſatores. C. de tranſa. præſes.

7 Anſ.l.3. c. 62.

† inſidus] Orig.

CAP. VIII.

ij [1] ACcuſatores, & accuſationes, quas ſeculi leges non recipiunt, & anteceſſores noſtri prohibuerunt, & nos ſubmouemus. Nullus enim alienigena, 2 aut accuſator fiat eorum, aut iudex. Vnde & de Loth ſcriptum eſt [Ingreſſus es, vt aduena, nunquid vt iudices [a]? Accuſator autem noſtrorum † nullus ſit ſeruus, aut libertus [b], nullaque ſuſpecta perſona, aut infamis.

5 *Item Euſebius Papa, epiſtol. 3. ad epiſcopos Thuſciæ.* [3]

¶Infames, qui ad ſortilegos, & diuinos concurrunt, nec accuſatores, nec teſtes eſſe poſſunt.

CAP. IX.

4 COnſtituimus iterum, firmantes cana patrũ ſtatuta, cum omnibus, qui nobiſcum ſunt epiſcopis, ſicut dudum decretum reperimus, vt homicidæ, malefici [c], fures, ſacrilegi, raptores, adulteri, inceſti, venefici, ſuſpecti, crimnoſi, domeſtici, periuri, & qui raptum fecerunt, vel falſum [d] teſtimonium dixerunt, ſeu qui ad ſortilegos †, diuinoſque cō currerunt 5, ſimilesque [e] eorum nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium ſint admittēdi, quia infames [f] ſunt, & iuſtè repellendi, quia funeſta eſt vox eorum.

Item Iulius Papa in reſcripto ad orientales, c. 33.

¶ Suſpecti, aut gratioſi ad accuſationem non admittantur.

CAP. X.

6 SImiliter in iam præfixa ſynodo eſt decretum, ne ſuſpecti, aut infames, aut criminoſi, aut gratioſi [g] vel calũniatores, vel affines [h], aut ſcelerati, aut facilè litigantes ſuſcipiantur accuſatores, ſed tales, qui oĩ careant ſuſpicione.

Item Felix Papa. II. epiſt. 1. c. 14.

¶ Qui inimicitijs ſtudet, vel facilè litigat, nec accuſator, nec teſtis eſſe poteſt.

CAP. XI.

7 NVllus ſeruus, nullus libertus, nullus infidelis †, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitijs ſtudet, nullus qui frequenter litigat, & ad

h ¶*Vel affines*.] ỹ. c. q. 9. abſens. ſimile ff. de iniur. l. lex. Cornelia. in princ. tamen inter ſe bene admittentur affines: quia affinis poteſt accuſare affinem. C. de abol. l. vlt.

NVllus. Casvs. In hoc c. enumerantur 9. genera perſonarum, quæ ab accuſatione epiſcoporum repelluntur.

accuſandum, vel detrahendũ eſt facilis, nulla infamis perſona, vel omnes, quos ad accuſanda crimina publica leges publicæ non admittunt, permittantur epiſcopos accuſare.

Item Calixtus Papa, epiſtol. 2. ad epiſcopos Galliæ.

¶Familiares, ſuſpecti, de domo prodeuntes non recipiantur in accuſatione.

CAP. XII.

iij [8] ACcuſatores, vel teſtes ſuſpecti non recipiantur, nec familiares, vel de domo prodeuntes, nec etiã conſanguinei accuſatoris aduerſus extraneos teſtimoniũ dicant: quia propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis [i] affectio veritatē impedire ſolet. Amor carnalis, & timor [k], atque auaritia plerunq; ſenſus hæbetant humanos, & peruertunt opiniones, vt quęſtum pietatem putent, & pecuniam, quaſi mercedem prudentiæ.

Item Pelagius † Papa ſecundus, epi. 1. c. 4.

¶Qui inimici, vel ſuſpecti ſunt, & qui odio quoslibet inſequuntur, ab accuſatione remoueantur.

CAP. XIII.

9 OMnes, qui aduerſus patres armantur [l], vt patrum inuaſores, & mactatores, infames eſſe cenſemus & *infrà*. ¶Horum ergo vitiorum auctores, vel patratores, non ſunt in accuſatione pontificũ recipiendi, ſed penitus repellendi: quoniam iubent canonica decreta patrum, vt accuſatio, vel teſtimonium eorum qui odio quoslibet perſequuntur, vel inimici, aut ſuſpecti ha bētur, nullo modo recipiātur.

[*Item Paſchalis Papa.* 10]

¶De eodem.

PALEA. C. XIIII.

NVlli epiſcoporum ab accuſatione ſua repellere liceat, quos A, antequam ab eis impeteretur, à ſua communi familiaritate neglexerit ſeparare.

¶*In vno peruetuſto exemplari Gratiani, à quo pleræque Paleæ abſunt, caput hoc habetur, non hic, ſed ſupra, 2. quæſt. poſt cap. Beati Petrus & Paul°. vbi ẽt citatur ex Paſchali* II.

A ¶Quos antequam.] *In eodem codice legitur*, quos & antequam ab eis impeterentur, à ſua communi familiaritate neglexerunt ſeparare. *In alijs verò nonnullis, in qui*

ACcuſatores.] Casvs. Quæſitum fuit à Calixto, vtrum poſſint accuſare vel teſtificari ſuſpecti, vel familiares, vel de domo prodeuntes: vel vtrum conſanguinei eius ad teſtimonium admittātur. Et reſp. ꝙ non: qa propinquitatis, vel familiaritatis, vel donationis affectio veritatē impedire ſolet. Et carnalis amor & timor & auaritia ſenſus hoīum conſueuit hæbetare.

8 Poly.ibid. Anſ.l.3. ca. 57. Burch.l. 1.c.171. Iuo p.5. ca.289. ſ ea. conſanguinei.

i ¶*Ac dominationis*.] dñs enim aduerſarij nō poteſt eſſe iudex. extr. de off. del. cauſam. imo propter dominum tota familia declinat iuriſdictionem alicuius, vt C. ſi quacun. præd. pot. l. 1. Scias "tamē ꝙ minor cauſa repellit aliquem à iudicio q̃ à teſtimonio. nam iudex recuſatur ſi aduocat° partis aduerſæ eſt cōmenſalis iudicis, vt extr. de ap. ex inſinuatione [c]. ſimiliter ſi iudex eſt ſuffraganeus aduerſarij, vel de terra aduerſarij, vt ext. vt lite non conte. accedens. 2. Item ſi quandoq; appellaſti ab eo, vt ext. de ap. ad hoc.

"iudex facilius repellitur q̃ teſtis.

c Hoc eſt falſum, vt ibi no. & probatur extr. de of. iud. c. 1. 1 Tim.6.

k ¶*Timor*.] 11. q. 3. quatuor. Ioan.

† antea legebatur, Gelaſius.

OMnes.] Casvs. Statuit Gelaſi° in hoc cap. quòd omnes illi qui aduerſus patres carnales vel ſpirituales armantur eos calumniando, ſint infames, nec recipiantur in accuſatione epiſcoporum. Nec illi admittuntur, qui ex odio, vel ex amicitia vel mala ſuſpicione ad accuſationem prodeunt.

9 Proclus ad Domnũ in act. 14. concil. Chal. Anſ.l.3.c.6.

l ¶*Armantur*.] cōuitiando vel infamando [d], vt 6. quæſt. 1. ſacerdotes. Ioan.

10 ext. de accuſ. ca. nulli.

d Su. vel verberādo, percutiendo, vel calumnioſè, accuſando ſecūdũ Hug.

QVOD VERO. Casvs. Reddit Grat. hic rationem quare inimici ab accuſatione repelluntur, ſcilicet quia ipſorum calliditate innocens opprimi ſolet. Idem eſt de inimico iudice & ſuſpecto, à quo nullus eſt condemnandus, quamuis crimina ſint manifeſta, & ſi condemnatus fuerit, debet reſtitui, ſicut factum fuit de Anaſtaſio, qui ab inimico patriar-

co patriarcha depoſitus fuit. Et quòd inimicus iudex eſſe non debeat probatur ſeq.c.

QVòd ſuſpecti.] Casvs. Ignatius Conſtantinopolitanus patriarcha à quibuſdam ſuffraganeis ſibi ſuſpectis & inimicis fuit depoſitus auctoritate & fauore Michaelis Imperatoris eius inimici. Sed Nicolaus Papa hoc redarguens dicit ipſum Ignatium ab inimicis nõ debuiſſe iudicari. Et hoc ꝓbat duabus rationibus & duobus exemplis, & tribus auctoritatib. Prima ratio eſt circa principium, vbi dicitur, *Nam quid gratius*. Secunda ratio eſt circa finem, vbi dicitur, *Nam quodammodo*. Primum exemplum incipit ibi, *Veniamus*, Secundum ibi, *Hinc ſanctus*. Prima auctoritas eſt ibi, *Quod prouide*. Secunda ibi, *Veniat*. Tertia ibi, *Et reuera*. Sequens. §. per ſe patet.

† al. Anaſtaſius.

1 Concord. tex. in l. qui accuſare. licet gl. videatur diſſentire cum ibi. no. per doc. C. de accuſ.

† al. Quia.

a ¶ *Quòd ſuſpecti.*] ꝙ non ſit quis condemnandus ab inimicis vel ſuſpectis, probatur duabus rationibus. vna eſt in princip. capit. altera in fi. Item duobus exẽplis, ſcilicet Chalcedonenſis ſynodi, & Ioan. Chryſoſtomi, & tribus auctoritatibus Conſtãtinopolitan. ſynodi, & Gelaſij Papæ, & Iuſtiniani Imperatoris.

2 Iuo par. 5. c. 55.

b ¶ *Exemplis.*] à quibus licet argumentari. 10. diſt. de quibus. C. de ædifi. priua. an in totum. & 10. diſt. ſi in adiutorium.

c ¶ *Nam quid.*] prima ratio.

3 Actio. 24. in fi.

d ¶ *Ad impetendum.*] id eſt, ad puniendum, vel iudicandum.

e ¶ *Quòd prouidè.*] prima auctoritas.

f ¶ *Dignoſcitur.*] hoc neſcio vbi ſit.

g ¶ *Veniamus.*] primum exemplum.

h ¶ *Canonicè.*] Fortè ideo dicit, canonicè, quia tribus edictis citatus erat, vñ debuiſſet [a] miſiſſe reſponſalem. Vel dic ꝙ ſufficit iſti proteſtari ſuſpicionẽ, & quidquid poſt illam proteſtationem fit, nõ tenet, ſicut ſi poſt appellationem eſſet factum. extr. de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſer. cum ſicut. in fin.

a ꝺ hoc no. ſ. e. q. 2. eps.

4 In commonitorio ad Fauſtum.

bus hæc Palea habetur hoc loco, legitur quos, antequam ab eis ſe impetendos cognoſcerẽt, à ſua, &c. *In decretalibus autem non multò ſecus* antequam ſe ab eis impetendum cognoſceret, à ſua, &c.

Quòd verò inimici ab accuſatione prohibeantur, inde eſt, quia eorũ calliditate, innocentia frequenter opprimi ſolet. Sed cum Athanaſius † ſuæ cathedræ reddi præcipitur, quia de inimicitia ſui Patriarchæ conqueſtus eſt, patet quòd etſi manifeſta crimina alicuius ſint, non tamen condemnandus eſt accuſatione inimici. [1]

Vnde Nicolaus Papa ſcribit Michaeli Imperatori in epiſtola, quæ incipit [*Propoſueramus.*]

¶ Qui inimici ſunt, iudices eſſe non poſſunt.

CAP. XV.

QVòd † ſuſpecti [a], & inimici iudices eſſe nõ debeant, & ipſa ratio dictat, & plurimis probatur exemplis [b]. ¶ Nam quid [c] gratius, & amabilius dare quis inimico poteſt, quàm ſi ei ad impetendum [d] commiſerit, quem lædere fortè voluerit? 2 Quod prouidè [e] Conſtantinopolitana ſynodus canonum ſuorũ ſexto A dignoſcitur [f] prohibere capitulo. *& infrà.* ¶ Veniamus [g] ergo & ad ſanctam Chalcedonenſem ſynodum, & q̃d nobis de Athanaſio Parænorum epiſcopo referat, audiamus. Is enim antiſtes tertiò euocatus ad ſynodum, quia non occurrit, à Patriarcha ſuo canonicè [h] condemnatus extiterat: ſed ſolùm [i], quia cum vocaretur ad ſynodum, quòd inimicus ſuus eſſet ipſe, qui iudicabat [k], clamauit, à ſancta Chalcedonenſi ſynodo 3 ad cauſas illatas ſibi, examinandas reſeruatur: & niſi denuò conuincatur, recipere eccleſiam propriã iudicatur. Quòd ſi Athanaſius à patriarcha ſuo depoſitus, quia de inimicitia ipſius conqueſtus eſt, iteratò ad iudicium renouandum dirigitur, & ſi B manifeſta [l] ſibi officiant crimina, tamen ſuæ reddi eccleſiæ præcipitur, quãtò magis Ignatius, qui non à patriarcha, ſed ipſe potius exiſtens patriarcha, minimè debuit eccleſia propria (inimicis, & ſuſpectis iudicibus decernentibus) expoliari? *& paulò poſt.* ¶ 4 Veniat [m] & facundiſſimus noſter Papa Gelaſius, hæreticorum expugnator fortiſſimus, & quod de Conſtantinopolitanis epiſcopis more ſolito tunc ægrotantibus [n] dixit, etiam nunc nobis ediſſerat. [Quæro, inquit, tamen ab his iudicium, quod prætendunt, vbinam poſſit agitari? an apud ipſos? vt ijdem inimici ſint & teſtes [o] & iudices? Sed tali iudicio, nec humana debent committi negotia.] Quòd ſi iudicio [p] vbi ijdem ſunt inimici qui iudices, nec humana debent committi negotia, quantò minus diuina, id eſt eccleſiaſtica? Qui ſapiens eſt, intelligat. ¶ 5 Et re vera hinc Iuſtinianus [q] Imperator pius legibus ſuis promulgaſſe dignoſcitur dicens. [Liceat ei, qui ſuſpectum iudicem putat, antequam lis inchoëtur [r], eum recuſare, vt ad alium recurratur. Nam quodammodo [ſ] naturale eſt ſuſpectorum iudicum inſidias declinare, & inimicorum iudiciũ ſemper velle refugere. Hinc [t] S. Athanaſius inimicorum ſæpè declinauit inſidias: Hinc S. Ioannes os aureum concilij cõtra ſe congregati renuit intrare [u] collegium.

A ¶ Sexto.] *Hic canon eſt ſextus cõcilij Cõſtantinopolitani primi apud Græcos, qui in concilijs in quatuor volumina coniectis (nam ab alijs editionibus abeſt) tomo primo bis affertur, primùm in concilio ipſo Cõſtantinopolitano, deinde in libello ſynodicarum conſtitutionum. De quo capitulo, & alijs canonibus huius concilij ſ. diſt. 22. eſt notatum, & j. 4. quæſt. 1. cap. quod autem, aliquid dicetur.*

B ¶ Et ſi manifeſta.] *Vera lectio eſt,* & niſi manifeſta ſibi officiant crimina, ſuæ reddi eccleſiæ præcipitur, *eſtque idem, quod antea retulerat ex ipſo concilio,* & niſi denuo conuincatur, recipere eccleſiam propriam iudicatur. *Verùm nõ eſt emendatum ob gloſſam, & quia Gratianus in verbis ſequentibus manifeſtò oſtendit, falſa lectione ſe vſum eſſe: qui etiam, quod hic dicitur de inimicitia iudicis, ad accuſatoris inimicitiam tranſtulit. Nec verò (quod ex tota illa actione 14. facilè conſtat) Athanaſius in ea cauſa erat actor, qui reſtitutionem peteret (quippe cum, licet in concilio Antiocheno depoſitus, poſtea tamen per Dioſcorum epiſcopatum recuperaſſet, tuncque poſſideret) ſed Sauinianus, qui poſt Athanaſij depoſitionem in eius locum à metropolitano, & cõprouincialib. epiſcopis ſuffectus, ab eodẽ Dioſcoro eiectꝰ fue*

imo licet non proteſtetur, tamen ſi poſtea ꝓbat ſuſpicionem, caſſatur quod fit contra eũ, vt ext. vt lit. non conte. accedens. 1.

i ¶ *Sed ſolum.*] ergo cum ordinarius recuſatur, non eſt neceſſe probare cauſam recuſationis, ſicut nec cauſa appellationis aſſignatur tunc, licet hoc hodie corrigatur, vt ext. de ap. vt debitus. & ca. cum ſpeciali.

k ¶ *Iudicabat.*] arg. " ordinariũ iudicem recuſari poſſe, vt ſ. 2. q. 6. placuit, vt presbyteri. C. de iu. om. iud. nemo. & extr. de for. compet. ſi quis. quod negant quidam, & dicunt aſſociandum epiſcopum, vt ſ. quæſtio. 3. offeratur. in Auth. vt diff. iud. §. ſi verò. col. 9. C. de iud. apertiſſimi.

" iudex ordinarius recuſari pôt.

5 C. de iud. l. apertiſſimi.

l ¶ *Et ſi manifeſta.*] arg. ꝙ notorium crimen non obeſt petenti reſtitutionem [b]. ad idẽ extr. de reſt. ſpo. item cum quis. & quòd in notorio crimine etiam iudex excuſatur. argu. contra extr. de ap. propoſuit.

b Ad hoc facit q̃d not. In. ext. ꝺ exceſ. pl. inter. in priu.

m ¶ *Veniat.*] hæc eſt ſecunda auctoritas.

n ¶ *Tunc ægrotantibus.*] id eſt debilibus in fide.

o ¶ *Et teſtes.*] propter hoc inducit Grat. capitulum.

p ¶ *Quòd ſi iudicio.*] verba Nicolai.

q ¶ *Hinc Iuſtinianus.*] tertia auctoritas.

r ¶ *Inchoetur.*] non tamen ſemper ante litis conte. vt dixi. ſ. e. q. 3. offeratur, vſque ad triduum autem cogitur alios eligere. C. de iud. l. vltim. Sed tamen illa lex loquitur, quando eliguntur iudices ad cauſam principalẽ audiendam. vnde ſecus videtur, ſi eligantur ad probandam cauſam recuſationis. Quid autem iuris ſit de ſuſpecto iudice, dixi in conſtitutione illa extra de appel. vt debitus. & ca. cum ſpeciali.

ſ ¶ *Nam quodammodo.*] alia ratio.

t ¶ *Hinc ſanctus.*] hoc eſt ſecundum exemplum.

u ¶ *Intrare.*] miſit tamen excuſatorem fortè, vel ideo non venit, quia citatio nõ tenuit.

Extra.

EXtra prouinciam.] hæc eſt ſexta quæſtio, in qua probat magiſter, quòd vnuſquiſque debet à iudice proprio iudicari, niſi ex cauſa fuerit appellatū. probat etiam, quòd epiſcopus non debet deponi niſi à ſolo Papa. Et diuiditur in tres par. in quarum prima probat per 9. auctori.

rat, ideoque reſtitui ſibi epiſcopatum petebat. In ipſo autem concilio Chalcedonenſi ſtatutum fuit, vt (quando Athanaſius diceret ſe ad concilium Antiochenum ter vocatum ideo non veniſſe, quòd Dominus eo tempore patriarcha Antiochenus ſibi inimicus eſſet) Sauinianus quidem maneret in epiſcopatu, interim verò cauſa Athanaſij apud Maximum tunc Antochiæ patriarcham ageretur: atque intra octo menſes cognoſceretur, an Athanaſius crimen depoſitione dignum commiſiſſet, ac, niſi commiſiſſe conſtaret, ſuus illi epiſcopatus redderetur. Ex quo toto facto Nicolaus partem illam accepit, quę ad rem ſuam optimè faciebat.

Patet ergo quòd, etſi manifeſta ſint crimina alicuius, tamen accuſatione inimici condēnandus non eſt.

QVAESTIO. VI.

I ps EXtra prouinciā[a] *autem reus nullatenus eſt producendus.*

Vnde Fabianus Papa ſcribit Hilario Epiſcopo epiſt. 3. cap. 4.

¶ Vbi crimen admittitur, ibi cauſa ventiletur.

quòd vnuſquiſque debet à ſuo iudice iudicari. Secunda ibi, *Aliquando*. Tertia ibi, *Aliàs autem*. Ioan. de Fan.

CASVS. hic intitulatur ſexta quęſtio, qua quæritur, an reus ſit extra prouinciam producendus, vt coram ſuo iudice non conueniatur, ſed coram alio. Et certum eſt, quòd non, vt probatur per ſequentia, niſi in caſibus, qui notantur in ſumma huius quæſtionis.

a ¶ *Extra prouinciam.*] " regulariter quilibet coram iudice eſt conueniendus. vt j. ead. pulſatus. & 11. quæſt. 1. experientiæ. alioquin pœnam patiatur[a] actor. 11. quæſt. 1. inolita. & capit. placuit. & C. de iuriſ.om. iud.l.in criminali. Sed fallit ratione poſſeſſionis. extra de fo. comp. ſanè. & C. vbi de poſſ. agi oportet. l. 1. & C. de prędi. minorum. ſi prędium. Item ratione contractus. ff. de iud. hæres. extra de foro compet. Romana. §. contrahentes. lib. 6. Item ratione criminis conuenitur quis vel vbi deliquit, vel vbi inuenitur, vel vbi domicilium[b] habet. C. vbi de crimine agi oportet. l. 1. vel cum eſt quæſtio de fide. 24. quæſtio 1. quoties. Trahitur etiam propter loci opportunitatem ad aliam prouinciam. 34. quæſtion. 2. ſiue. Item propter appellationem. Item propter iuſſionem Papæ, vt j. ead. quæſtion. vnaquæque. & cap. peregrina. vt patet in verſibus hic notatis: *Contractus, crimen, reus, & res, religioque. Vir, ratio ſimilis, vel prouocat, atque recuſat, Excellit, iuſtus, vel ſi conſentit vterque. Contractus*, ff. de iudic. hæres abſens. *Crimē*, vt hic & C. vbi de crimine agi oportet. l. 1. *Reus*: quia actor debet forum rei ſequi, vt infra ead. neminem. *Et res*. argument. extra de foro compet. ſanè. *Religioque*, vt cauſa iuriſpatronatus & decimarum. extra de iud. quanto. & cap. decernimus. Vir, quia vxor forum viri ſequitur. ff. de iuriſdict. omn. iud. l. penul. Ratio ſimilis, in mutua reconuentione extra de mut. pet. ex literis. Vel prouocat. j. c. peregrina iudicia. Atque recuſat, extra de foro compet. ſi quis contra clericum excellit: quia epiſcopus non deponitur niſi à Papa. infra e. quamuis. Iuſſus. infra eod. vnaquæque prouincia. & c. vltra prouinciarum. Vel ſi conſentit vterque. ff. de iuriſd. om. iud. eſt receptum & 2. quæſtio. 7. nos ſi. Item in feudo, extra de iud. cæterùm. item ſi ſecularis iudex eſt negligens. extra de foro comp. licet. Item in ſcholaribus. vt in conſtitutione Friderici. C. ne fil. pro patre. Authen. habita. de hoc inuenies per Azo. in ſumma.

" Forum ſortitur qs multis modis.

a 11. q. 1. ſi quis cleric⁹. & c. placuit. & c. quicūq;

b Vñ ſi clericus duorū epōrū delinquat, & iniuriam faciat clerico alterius epi, ſub quo domicilium non habet extra illum epatū: tamen ſub eo reſpondere tenetur, quia ratione clericat⁹ ſortitur forum eius. C. de epiſc. & cler. auth. clericus. & ſic etiam no. Inn. ext. de priu. ex ore.

IBi ſemper.] CASVS. Quæſiuit Hilarius epiſcopus vbi cauſa criminalis debet agi, & qualem pœnam calumniator patiatur. Et reſpondet Papa, quòd cauſa ſemper debet agi vbi crimen committitur, & calumniator debet pœna talionis puniri.

b ¶ *Ibi ſemer.*] " vel vbi domicilium habet, vel vbi reperitur. C. vbi de cri. agi oportet. l. 1. ſed ſi grauius eſt crimen, remittitur puniendus ad iudicem vbi deliquit: ſi eſt leuius, ibi poteſt puniri, vt in Aut. vt nulli vi. in. §. ſi verò cognoſcat. coll. 9. & §. ſed illud. & de re mi. deſertorem. in princ. Nec admitto illud, quod quidam dicunt, quòd ſemper primò cognoſcat iudex ex prouincia, de qua reus eſt, an crimen commiſerit: & poſtmodum remittat eum ad iudicem vbi deliquit: quia iudex vbi deliquit, cognoſcet & puniet crimen. ff. de accu. l. vlt. poteſt tamen ſi vult tranſmittere eum puniendum cum literis ſuis ad ſuæ prouinciæ iudicem. quod tamen non facit niſi ex cauſa. ff. de cuſt. & exhib. reo. non dubium. ſicut Pilatus

" Criminoſus vbi debet puniri.

CAP. I.

1 IBi † ſemper[b] cauſa[c] agatur, vbi crimen admittitur; & qui non probauerit quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur.

Idem eadem epiſt. c. 2.[2]

¶ Accuſatus non niſi in foro ſuo audiatur.

CAP. II.

3 SI quis epiſcoporum ſuper certis accuſetur criminibus, ab omnibus[d] audiatur, qui ſunt in prouincia ſua epiſcopis: quia non oportet accuſatum alibi, quàm in foro ſuo audiri.

Exceptio[e] fori dilatoria eſt, atque ideo in initio litis debet opponi, & probari. Peremptorias autem exceptiones (ut ſunt præſcriptione longi temporis) ſufficit in initio litis conteſtari.

Idem Fabianus ibidem.[4]

remiſit Chriſtū ad Herodem. Sed nunquid idem in clerico, vt ſi clericus Mutinen. delinquat in diœceſi Bonon. ſit iudicandus & deponendus à Bonon. epō? Reſp. vt extr. de fo. comp. poſtulaſti. & c. 1. & ff. de cuſt. & exhi. re. de militib. & ff. de acc. l. vlt.

c ¶ *Cauſa.*] " Sedquid ſi metropolitanus, vel alter eps deliquit in alterius dięceſi, nunquid ab illo poteſt puniri? arg. ꝙ non 9. q. 3. ſi autem. & in Auth. de def. ciu. §. non habēte. coll. 3. 21. di. inferior. & ca. nolite. ext. de ſent. exc. à nobis. ff. de arb. l. 3. in fin. Sed contra. C. vbi de cri. agi. opor. auth. qua in prouincia. & reatus oēm huiuſmodi honorem excludit, vt C. vbi ſena. vel clariſ. l. 1. in fi. & 16. q. 3. placuit. in fi.[c] Item pone, ꝙ ſic tulerit eps ſniam: Qui hoc fecit, ſit excommunicatus. dicit Hu. etiam ſi archiepiſcopus hoc fecit in diœceſi epiſcopi eſt excōmunicatus non ab homine, ſed à canone: quia ſententia ſequitur factum iam damnatum. 24. q. 1. c. 1. 2. & 3. Sed contra extra de ſent. excom. à nobis. 1. Laurentius dicit, ꝙ archiepiſcopus non ſit de foro illius, cum ipſe ſit iudex ordinarius totius prouinciæ. 9. q. 3. c. 2. 85. diſ. quoniam. vnde eum non poteſt excommunicare, ſed alium quemlibet epm poteſt excommunicare, non tamen deponere. Ioan. Ego credo H. bene dicere, qa propter crimē efficitur archieps ſubiectus epiſcopi propter rationes ſuperius allegatas. B. ff. de offi. præ. l. 3. de hoc per B. extra de ſent. excom. à nobis. 1. Ioan.

1 š. 2. q. 3. q non probauerit. & q. 8. qui crimen. & j. e. c ſi.

† reuera ibi] Orig.

2 & Cypria. l. 1. epiſt. 3.

" Metropolitanus delinquens in aliena diœceſi, an poſſit ibi puniri.

3 Pol. l. 5. ti. 1. Anſ. l. 3. c. 77. Burc. l. 1. ca. 147. Iuo p. 5. c. 260.

c Huic parti cōtrariæ ſtādū eſt ſcd̄m H. & Ber. vt not. extr. de rapt. ca. 1. & idē ibi not. Gof. arg. ff. de of. præſi. l. 3. & idem ſētit hic Io. de Fan.

4 Capit. l. 7. c. 367.

SI quis epiſcoporum.] CASVS. Quæſitum fuit ſi epiſcopus accuſatur ſuper aliquibus criminibus, coram quibus debet accuſari. Et reſpondet Papa, quòd coram epiſcopis eiuſdem prouinciæ, & non alibi. Sequens autem §. patet.

d ¶ *Ab omnibus.*] ad minus à xxij. vt j. ead. quæſt. 8. ſuggero. 15. quæſt. 7. Felix.

e ¶ *Exceptio.*] " exceptionum alia eſt dilatoria, alia peremptoria, alia media, ſiue miſta. Dilatoriarū alia declinatoria iudicij, alia dilatoria ſolutionis. Declinatoria iudicij in principio litis eſt proponenda, & probanda, vt extra de ſenten. & re iud. inter monaſterium. & C. de excep. l. vlt. Niſi exceptio illa de nouo ad notitiam eius peruenerit, vt extra de procur. in noſtra. & extr. de exce. paſtoralis. vel niſi de nouo competere cęperit, vt extra de off. delega. inſinuante. & ff. de arbit. non diſtinguemus. §. cum quidam. & de tali loquitur hic. Dilatoria ſolutionis debet ante lit. conteſta. obijci, ſed probari debet, poſtquam actor fundauerit ſuam intentionem. C. de excep. ſi quidem. & C. de proba. exceptionem[d]. Peremptoria dicitur, quæ poteſt opponi & probari quandocunque, dum tamen ante ſententiam, vt C. ſen. reſcin. non poſſ. peremptorias. C. de exce. præſcriptionem. Media dicitur exceptio, quæ in hoc habet ſimilitudinem cum peremptoria, quòd poſt lit. cōteſt. poteſt obijci. ſed in hoc habet diſſimilitudinem cum dilatoria, quia poteſt quandocunque ante ſententiam obijci, vt extra qui matr. accuſ. poſſ. c. per tuas. ſed in hoc habet ſimilitudinem cum dilatoria, quia ante lit. conteſt. poteſt obijci, vt ext. de exc. exceptionem. Sunt adhuc aliæ exceptiones anomalæ, quæ etiam poſt ſententiā obijciuntur, vt exceptio Velleiani, & Macedoniani, & armatæ militiæ, de quibus agitur. ff. ad Maced. tametſi non. & C. de iu. & fact. ig. l. 1.

" exceptiones ſūt multiplices, & varijs temporibus opponendæ.

d Quod ergo dicit, quę annua ſunt ad agendū, ꝑpetua ſunt ad excipiendum, vt ff. de dol. exce. purè. §. vlt. C. de exce. licet. ſic eſt exaudiēdū. ſc. ſi exceptiones congruo tp̄e ꝓponātur, ſecūdū Gof. q ita no. in ꝓd. dec. extr. de exce. paſtoralis. in fi.

1 Pol. l. 1. ti. 7. Iuo p. 6. c. 323. Pan. l. 4 c. 123.

PVlſatus.] CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ ſi quis coram ſuo iudice fuerit vocatus, debet coram eodem reſpondere. ſed quoram alieno iudice vocatus non reſpondeat niſi velit, ſed ſuum priuilegium allegabit. Appellanti verò debent induciæ dari ad ſuam appellationem proſequendam.

a ¶ *Si voluerit.*] non tamen à contrario ſenſu argumenteris, vt 11. quæſt. 1. placuit. & j. ea. neminem [a]. ſed hic loquitur de eo qui habuit conſenſum ſui epiſcopi. vt 11. quæſt. 1. clericum. & cap. nullus. extra de for. comp. ſignificauit.

a Et c. non liceat. 6. q. 3. deniq;. Arc.

2 in Cod. Theod. lib. 9. ti. 1. l. x.

b ¶ *Taceat.*] ſed hoc fortè cum habet conſenſum ſui epiſcopi, vt 11. q. 1. clericum. Nec obſt. j. c. non licet. extr. de fo. comp. ſi diligenti. & 6. q. 3. denique.

3 Anſ. l. 3. c. 47. Pan. l. 4. c. 33.

† al. prouinciæ.

HOC AVTEM. CASVS. Iſte reſpicit illud c. ibi, vbi dicitur, ꝙ ſemper cauſa agitur, vbi crimen committitur. Sed dicit Gratianus, hoc verum eſt, cũ alibi de crimine liquere non poteſt. & hoc allegando dicit, vel niſi ad maiorem iudicem recurratur per appellationem, vel per recuſationẽ primi iudicis.

† al. tamen.

4 Et Iulius in reſcr. ad orient. c. 3.

VLtra.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd vltra ſuam prouinciam reus trahi nõ debet, vel accuſari, niſi ad Papam fuerit appellatum.

5 Pol. ibid. Anſ. l. 2. cap. 82. Burch l. 1. c. 176. & 144. Iuo p. 5. c. 4. & 257 Pan. l. 4. ca. 125.

ACcuſatus.] CASVS. Quidam epiſcopus accuſatus fuit & condemnatus à ꝓuincialibus epiſcopis. Ille volebat appellare, & retractare iudicium, quæritur an poſſit? Et reſpondet quòd ſic: & donec iudicium eius pendet, alius non ſubſtituatur: quoniam licet epiſcopi comprouinciales poſſint cauſam criminalem epiſcopi examinare, non tamen poſſunt diffinire inconſulto Papa.

† al. à comprouincialibus.

† al diffiniri

6 Anſ. l. 2. c. 61. Burc. l. 1. c. 179. Iuo p. 5. c. 295.

c ¶ *Loco.*] 8. quæſt. 4. nonne.

d ¶ *Non tamen diffinire.*] ſuſpendere, & excommunicare poteſt metropolitanus. 12. diſtinct. de his. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. & 18. diſt. propter. Item abſoluere poteſt ſecundũ

¶ De eodem.

CAP. III.

1 PVlſatus ante ſuum iudicem cauſam dicat, & ante non ſuum iudicem pulſatus, ſi voluerit [a], taceat [b]. Pulſatis verò, quoties appellauerint, induciæ dentur.

Hoc autem quod de loco dictum eſt, tunc intelligendum eſt, cum veritas cauſæ non niſi in loco admiſſi criminis deprehendi poteſt, aut niſi altera pars iudicium maioris perſonæ interpellauerit, ſiue declinando iudicium, ſiue releuando ſententiam.

Vnde Stephanus ſanctæ & Apoſtolicæ, atque vniuerſalis eccleſiæ Romanæ Epiſcopus ſcribit omnibus epiſcopis, epiſt. 2. c. 7. [2]

¶ Intra prouinciam, & à comprouincialibus tantùm cauſa eſt audienda.

CAP. IIII.

3 VLtra prouinciarum † terminos accuſandi licentia non progrediatur: ſed omnis accuſatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur, niſi tantùm † ad Apoſtolicam ſedem fuerit appellatum.

Item Sixtus Papa ij. epiſto. 1. ad Gratum Epiſcopum. [4]

¶ A comprouincialibus accuſatus, vel iudicatus, Apoſtolicam ſedem appellet.

CAP. V.

5 ACcuſatus, vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua cauſa epiſcopus licenter appellet, & adeat Apoſtolicæ ſedis Pontificem, qui aut per ſe, aut per vicarios ſuos eiuſdem retractari negotium procuret. Et dum iterato iudicio Pontifex cauſam ſuam agit, nullus alius in eius loco [c] ponatur, aut ordinetur epiſcopus: quoniam quanquam comprouincialibus † epiſcopis accuſati cauſam pontificis ſcrutari liceat, non tamen diffinire † [d] inconſulto Romano Pontifice permiſſum eſt.

Item [1] Damaſus Papa Stephano Archiepiſcopo, epiſt. 3. c. 2.

¶ De eodem.

CAP. VI.

6 DIſcutere epiſcopos, & ſummas eccleſiaſticorum negotiorum cauſas, metropolitano vnà cum omnibus ſuis comprouincialibus (ita vt nemo ex eis deſit, & omnes in ſingulorũ cõcordẽt negotijs) licet: ſed diffinire eorũ, atque eccleſiaſticarum ſummas querelas cauſarum, vel dãnare epiſcopos abſque huius ſanctæ ſedis auctoritate minimè licet, quã omnes appellare, ſi neceſſe fuerit, & eius ſulciri auxilio oportet.

¶ Caput hoc in aliquot vetuſtis exẽplaribus non habetur, neq; in ipſum adeſt gloſſa.

Item Eleutherius Papa ſcribens ad Galliæ prouincias, c. 2.

¶ Comprouinciales, & metropolitani epiſcoporum cauſam audire, ſed diffinire non poſſunt.

CAP. VII.

7 QVamuis liceat apud cõprouinciales †, & metropolitanos, atque primates epiſcoporum ventilare accuſationes, & criminationes, non tamen licet diffinire [a] ſine huius ſanctæ ſedis auctoritate: ſicut ab Apoſtolis, * eorumque ſucceſſoribus multorum conſenſu epiſcoporum iam diffinitum eſt. Nec in eorũ eccleſijs alij aut præponantur, aut ordinentur, antequam hic eorum iuſtè terminentur negotia. Reliquorum verò clericorum cauſas apud prouinciales, & metropolitanos, ac primates & ventilare, & iuſtè finire licet.

a ¶ Diffinire.] *In epiſtola ipſa ſequitur*, ſecus quàm prædictum eſt: reliquorum verò, &c. *Superius verò hæc prædicta fuerant*, finitiua epiſcoporum tantùm iudicia huc deferantur, vt huius ſanctæ ſedis auctoritate finiantur, ſicuti ab Apoſtolis, &c. *vſque ad uerbum*, Reliquorum.

Item Leo Epiſcopus vrbis Romæ Anaſtaſio Epiſcopo Theſſalonicenſi epi. 82. al. 84. c. 1.

¶ Ante Apoſtolicam cenſuram in cauſis epiſcoporum non eſt diffinitiua ferenda ſententia.

CAP. VIII.

MVltũ ſtupeo, frater chariſſime, ſed & plurimum doleo, quòd in eum, de quo nihil amplius indicaueras †, quã ꝙ euocatus adeſſe differret, & excuſationẽ infirmitatis [e] obtenderet, tam attrociter, & tã vehementer potueris commoueri, præſertim cum etſi tale aliquid mereretur, expectãdum tibi fuerat, quid ad tua conſulta reſcriberem. *& infra.* ¶ Sed etiam ſi quid graue intolerandumque geſſiſſet, noſtra expectanda erat cenſura, vt nihil prius ipſe decerneres, quàm quid nobis placeret, agnoſceres. Vices enim noſtras ita tuæ credidimus charitati, vt in partem ſis vocatus ſolicitudinis, non in plenitudinem

pleroſque [b], ſi eſt innocens. C. vbi ſena. vel clariſ. l. 3. Ioann. Ego contrarium credo, vt hic. & 5. q. 4. cap. 1. & 2. B. Sed obijcitur. 6. queſt. 3. denique. & 21. quæſt. 5. ſi quis à proprio. vbi dicitur, quòd primas, vel concilium deponit epiſcopum. Sed illud fuit de licentia Papæ; Vel loquitur ſecundũm ea tẽpora, quãdo cauſæ epiſcoporum non deferebantur ad ſedem Apoſtolicam. 19. diſt. ſi Romanorum.

b Vt B. & H. & idem no. 12. diſt. ca. 2.

QVamuis.] CASVS. Quæſitũ fuit à Papa, vtrũ comprouinciales epiſcopi, vel archiepiſcopi, vel primates poſſent diffinire cauſas criminales epiſcoporum. & reſpondetur, ꝙ non, ſine auctoritate ſpeciali Papæ, licet poſſint eas examinare. Sic ſtatutum fuit à tempore Apoſtolorum, & eorum ſucceſſoribus: & donec Papa cauſas eorum diffiniat, alij loco eorum non ponantur. Cauſas verò aliorum clericorum, & diffinire, & ventilare poſſint.

7 Iuo p. 6. c. 316. Pan. l. 4. cap. 134. & 136.

† al. prouinciales.

MVltum.] CASVS. Anaſtaſius metropolitanus Theſſalonicen. citauit quendam ſuum ſuffraganeum, vt veniret aduerſario reſponſurus, ille verò non venit, infirmitatis cauſam prætendens. cõſuluit Anaſtaſius Papa quid de eo faciendum eſſet: ſed tamẽ pẽdente conſultatione ipſum depoſuit, eo ſolo, quòd vocatus non venit. Leo ergo commẽdat eum in benefactis, ſed in hoc facto vehementer eum redarguit duabus rationibus. Vna eſt quia pendente conſultatione nil debuit feciſſe, ſed expectaſſe quid Papa reſpõdiſſet. Alia eſt quia & ſi peccatum commiſiſſet propter quod deponi deberet, à ſolo Papa erat deponendus.

† al. indicaueris.

e ¶ *Infirmitatis.*] hæc eſt iuſta cauſa abſentiæ, vt extr. de procu. querelam. quid de hoc iuris ſit, dicã 5. q. 3. c. 1.

DVdum.] CASVS. Orientales epiſcopi in duobus delinquebant, ſ. in congregandis concilijs vniuerſalibus & deponendis epiſcopis abſq; licentia

centia Papæ. Sed docet Iulius Papa, ꝙ hoc facere non debent quia concilium & omnes maiores cauſæ ſolo Romano Pontifi. reſeruantur: qui vice Petri apoſtoli omnibus principatur, & caput eſt omnium aliorum.

a ¶[*Voluerunt.*] ſic ergo concilia dederunt primatū Romanæ eccleſiæ: quod verū eſt ſecundariò: "ſed ipſe Chriſtus principaliter, vt 21. di. quamuis. 17. di. §. hinc etiam. & 9. q. 3. aliorum.

" Chriſtus eccleſiæ Romanæ primatū dedit.

ALIQVANDO. Hęc eſt 2. pars q. in qua dicitur, ꝙ quandoque pro bono pacis, & pro vitando ſcandalo ſuſtinet Papa epiſcoporū depoſitiones, dum tamen aliàs cauſa ſubſit, pro qua poſſent deponi à Papa. & hoc probatur per cap. ſeq. Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſ. in multis c. ꝙ ſolus Papa debet epiſcopos deponere, alioq̃n qđ factū erit irritabitur: tūc oſtendit Gra. ꝙ multoties Romana eccleſia ab alijs depoſitos, & alios loco eorum ſubſtitutos pro bono pacis tolerauit. quod probatur ſe. c.

HAec quippe.] CASVS. Dolen. eccleſia dixit ſe eſſe archiepiſcopalem, & omnes epiſcopos Britanniæ ſuos eſſe ſuffraganeos. huius partem fouebat Salomon Rex Britonum. Sed Turonen. ècōtra dicebat, ſ. omnes epiſcopos Britanniæ ad ſe ſpectare: cuius partem Carolus tuebatur. Contingit ꝙ Dolenſis ad fauorē, & metū regis Salomonis quoſdā ep̄os depoſuit, & alios loco corū ſubrogauit. Turo. verò conqueſtus eſt de hoc Papæ, & ſuper hoc priuilegia oſtendebat, per quæ docebat præfatos ep̄os ſibi fore ſubiectos. Pręcipit igitur Papa Salomoni, vt oēs epiſcopos ſui regni non differat mittere ad Turon. archiep̄m, maximè cum videatur ad eū ſpectare quatenus corā ipſo appareat, an ipſi ep̄i quo ad delicta, & ſi non quo ad ordinē ſint canonice deſtituti, & alij eis legitimè ſubſtituti. quòd ſi hoc non vult, mittat Romā duos de expulſis, & duos de ſubrogatis cū legato eccleſię ſuæ, vt ibi veritas ſuper hoc negotio cognoſcatur: qōne tñ de ſede metropolitana reſeruata, donec inter Salomonē & Carolū pax reformetur. verū ſi de hoc ipſo velint cognoſci, mittāt Romā quatenus Apoſtolico libramine, quæ ſit archiepiſcopalis eccleſia innoteſcat, vt deinceps nulla poſſit dubitatio remanere.

b ¶[*Suffraganei.*] i. pro ſuffraganeis ſunt habendi: q̄a ille fuit in poſſeſſione, & ita erit vſq; ad ſnīam 16. q. 4. volumus. " Et ita non eſt hic ar. interlocurorià nō obeſſe. Vel dic, ꝙ ideo nō obeſt, quia non agebatur de hoc. ſed de hoc ſolū an ep̄i eſſent iuſtè deiecti [a], an crimen ab ipſis cōmiſſum eſſet deiectione dignū. ar. ad hoc. ĩ. e. c. ibi, nihil. n. quęro, &c. & ꝙ interlocutoria nō obſit, habes ff. de his q̃ ſui vel alieni iuris ſunt. l. pen. [b] &

† Præfatis.] Orig.

1 Capit. l. 6. c. 287.

† in vulgatis legebatur. conſciētiam.

† al. eiuſque iuſta ſententia.

† aliàs, Romanum.

2 Regino lib. 2. Chro.

" ſnīa interlocutoria vtrum obſit.

a Ad hoc Dom. de S. Gemin. c. ſi Papa. in fi. đ priuil. in 6.

b Si iudex p̄nuntiat iſtū debere præſtare alimēta filio, huic non fit iō p̄iudicium q̄n poſſit cognoſcere an filius ſit. Arc.

poteſtatis. Vnde, ſicut multum nos ea, quæ à te piè ſunt curata, lætificant, ita nimirum ea, quæ perperam ſunt geſta, contriſtant.

Item Iulius Papa orientalibus epiſcopis. epiſt. 1.

¶Præter ſententiam Romani Pontificis, nec concilia celebrari, nec epiſcopum damnari oportet.

CAP. IX.

DVdum à ſanctis Apoſtolis ſucceſſoribuſque eorum in antiquis † decretum fuerat ſtatutis, quæ hactenus ſancta, & vniuerſalis Apoſtolica tenet eccleſia 1, non oportere præter ſententiam † Romani Pontificis concilia celebrari, nec epiſcopum damnari, quoniam ſanctam Romanā eccleſiam primatem omnium eccleſiarum eſſe voluerunt [a]: Et ſicut beatus Petrus Apoſtolus primus fuit omnium Apoſtolorum, ita & hæc eccleſia ſuo nomine conſecrata (Domino inſtituente) prima, & caput ſit cæterarum: & ad eā, quaſi ad matrem, atque apicē omnes maiores eccleſiæ cauſæ, & iudicia epiſcoporum recurrant, & iuxta † eius ſententiam terminum ſumant: nec extra Romanam † quidquam ex his debere decerni Pontificem.

2 *Aliquando in conſulto Romano Pontifice plerique epiſcoporum dānati inueniuntur, & alij in eorum locum ſubrogati, quorum damnationem, & ſubrogationem pro bono pacis ex diſpenſatione toleraſſe legitur eccleſia.*

Unde Ioannes Papa Salomoni tertio & vltimo Regi Britonum. [2]

¶Quorundam epiſcoporum depoſitionem extra conſcientiam Romani Pontificis factam pro pace tolerauit eccleſia.

ext. de ord. co. cū dilectus. Non. n. quidquid iudex profert, eſt habendū pro ſnīa. vt C. de ſen. & interlo. om. iud. ex ſtipulatione. & C. cōminationes & epiſtolas. l. 1. tñ per interlocuroriam bene aliquid determinatur, & tranſit in rē iudicatam, ſicut diffinitiua ſnīa, vt ext. de ele. cū dilectus. in fi. & ext. de teſt. ſignificauerunt. ſi. ext. de ſen. & re iu. cū inter. & q̄n que ius facit, vt ff. quod me. cau. metū. §. ſed qđ prætor. ſic ergo ſemper eſt conſiderandum ad quid [c] agatur, & an iudex incidenter, vel tacitè, vel expreſsè, vel diffiniendo, vel interloquēdo aliquid dicat, vt extr. de pręſum. afferte. ext. de teſt. veniens. C. de his q̃ no. infa. interlocutio. & 2. q. 3. §. notandum. 2. & 22. q. 2. quæritur.

c ¶[*His amotis.*] Sed quare nocet ſnīa pro deſtitutis lata ipſis ſubſtitutis, cū res inter alios acta alijs non pręiudicet? vt ext. de fi. inſtru. inter dilectos. & eſt contra illud qđ eſt ff. de adul. denuntiaſſe. & ext. de adul. ſignificaſti? ſed hoc eſt propter cauſæ cohærentiam. ſic 7. q. 1. præſentiū. & 81. diſt. tantis. in fin. & 45. diſtin. diſciplina. nam ſi pronuntiatum eſt Petrum eſſe virū Marię, per cōſequens probatum eſt Martinū non eſſe. ext. de ſpon. ex parte. vides. n. ꝙ cauſæ eligentium, & electi ſunt connexæ. " quia lata ſētentia contra electores præiudicat electo, licet abſenti, vt ext. de ele. dudum. 1. in fi. niſi appelletur ab altero illorū, vt ext. de of. iu. del. ſuper eo. aliud videtur eſſe inter præſentantē & pręſentatum. Nā tūc ſententia lata contra vnum non nocet alteri abſenti, vt extr. de ele. quærelam. hoc iō eſt, quia illorum cauſæ ita ſibi non cohærent. Vel dic, ꝙ nunquam ſententia præiudicat alij, niſi præſens fuerit, ar. 54. di. ſi ſeruus.

d ¶[*Subrogati.*] arg. ſi aliqua duo ſunt connexa, prohibito vno prohibitum eſt & reliquum. ſic 31. diſtinction. ſi laicus. 26. diſtinction. deinde. 34. diſtinction. ſi quis viduam. & 8. diſtinct. quo iure. prima, queſtion. 3. ſi quis obiecerit. ext. de hær. fraternitatis [d]. ſic èconuerſo aliquid permittitur ratione connexionis, vt 81. diſ. cum omnibus.

e ¶[*Dixerunt.*] ſupple, nec ego dico.

f ¶[*De expulſis.*] " ſed qualiter poterit cauſa per procuratorē criminaliter tractari? fortè quia ſic placuit Papæ, vel hic ciuiliter agebatur. non. n. aliud agebatur hic, niſi an eſſent ſecūdū ordinem iuris depoſiti: & licet fuerit ciuilis, tamen neceſſarij erant xij. ep̄i [e]. ſic 23. di. illud, 24. diſt. quorundam. quia licet non fuerit cauſa criminalis, tamen fuit de crimine [f], vnde neceſſaria eſt ſubſcriptio, vt ext. de accu. ſuper his. Vel dic ꝙ in cauſa criminali vnus cōſocius procurat cauſam aliorū, vt ext. de dol. & contu. cū dilecti. & 2. q. 5. ſtatuit. Itē hic habes, ꝙ ſen-

c Ad qd gl ſing. Iaſ. in l. 2. §. 1. col. 2. ſol. ma.

" Snīa lata contra electores p̄iudicat electo.

d Arg 44. di. in princ. vbi de hoc no. ſ. e. q. 3. §. 1. & 1. q. 1. ſicut Chriſt⁹ Arc.

" p̄curator q̄nque cām criminalem p̄t tractare.

e De hoc no. ĩ. eo. q. 8. in ſum.

f Nam licet talis cā eſſet ciuilis, ſpectabat tñ ad depoſitionē & condemnationē epiſcoporū, ſi in ea cōſtaret ꝙ legitimè eſſent cōuicti de crimine, ſcđm H.

CAP. X.

HAc quippe eſt ordinatio Dei patris tui, & hæc eſt lex eccleſiæ matris tuæ, videlicet, vt omnes epiſcopos regni tui ad Turonenſem archiepiſcopum mittere non detrectes, ipſiuſque iudicium poſtulare non dedigneris. Ipſe enim eſt metropolitanus, & omnes epiſcopi tui regni, ſuffraganei [b] eius ſunt: ſicut conſcriptiones pręceſſorū meorum euidenter oſtendunt: qui prædeceſſores tuos, quia illos ab ipſius cura ſubtraxerant, fortè inuectione corripere ſtuduerunt, quamuis nec noſtra ſcripta ſuper hac re miſſa deeſſe videantut. Cumque corā deſignato Turonicæ eccleſiæ præſule, & integro numero collegarum, id eſt duodecim epiſcoporum celebrato conuētu fuerint eiecti epiſcopi regulariter examinati, apparueritque ꝙ canonicè fuerint eiecti, ipſis in ſua deiectione manentibus, qui in locis eorum conſecrati ſunt, potuerunt vtique epiſcopatus honore potiri. Quòd ſi epiſcopi eiecti inſontes fuerint declarati, his amotis [c], qui illis ſubrogati [d] ſunt, eccleſias ſuas ipſi recipiant. Nam cum anteceſſores mei præſules eiectionem eorum epiſcoporum, qui ab eccleſijs ſuis expulſi ſunt, nec admiſerunt, nec approbauerunt, nec ipſos, qui eis ſubrogati A poſt ſunt, viuētibus illis legitimos epiſcopos dixerunt [e]. Sanè, ſi ad Turonenſē fortè archiep̄m mittere prefatos epiſcopos dedignaris, ſtude duos epiſcopos de expulſis [f], & duos

de ſubrogatis vnà cum eccleſiæ tuæ legato ad Apoſtolicā beati Petri ſedem tranſmittere: vbi digna examinatione præmiſſâ, qui legitimi epiſcopi ſunt, appareant, & ſuas eccleſias irregulariter non amittant: Nihil enim queo aliud in preſenti negotio diffinire. Quia verò, magna quis ſit metropolitanus apud Britannos contentio eſt, licet nullius memoria teneat vos in veſtra regione vllam habuiſſe metropolitanam eccleſiam, tamen ſi libet (poſtquam Deus omnipotens pacem inter vos, & dilectum filium noſtrum Carolum regem glorioſum conſtituerit) facilè hoc poteritis aduertere. Quòd ſi adeo contentioſè creditis agere, ad noſtrū Apoſtolatum deſtinare contēdite, quatenus noſtro libramine, quæ fuerit apud vos antiquitus archiepiſcopalis eccleſia, luce clarius innoteſcat: & deinceps omni ambiguitate reciſa, quam ſequi epiſcopi veſtri debeant [a] incunctanter [b] agnoſcant. Neque enim eccleſias Dei per diſcordias regum, diuiſionis aliqua pati damna neceſſe eſt, cum (quantum ex ſe eſt) pacem, quam prædicāt, ſeruare ſtudeant inuicem & in omnes.

A ¶ Subrogati poſt ſunt.] *Sic reſtitutum eſt ex aliquot vetuſtis, & valde emendatis codicibus. Antea legebatur*, ſubrogari poſſunt.

3 *Aliàs autem irrita erit epiſcoporum ſententia, & à ſynodo retractanda.*

Vnde Felix Papa I. epiſtol. prima ad Paternum. [1]

¶ Damnatio iniuſta irrita eſt, & à ſynodo retractanda.

CAP. XI.

2 IRritā [c] eſſe cenſemus, & A iniuſtā epiſcoporum dānationem, & idcirco à ſynodo retractandam, ita vt oppreſſis ab omnibus, in cunctis ſubueniatur cauſis.

A ¶ Et iniuſtam.] *Sic in originali, & antecedit vox*, aliter: *ſed in decretis Iulij, & in concilio Carthaginenſi quarto (vnde citatur* ꝭ. 11. q. 3. c. *irritam.) & in capitulis Hadriani, & apud Anſelmum eſt*, irritam eſſe iniuſtam epiſcoporū damnationē, &c. *quæ lectio videtur magis conuenire cum rubrica huius capitis.*

Quòd autem metropolitanum ſuū contemnere, & aliorum iudicium alicui expetere non liceat, Sixtus Papa III. teſtatur in epi. ad orientales epiſcopos, c. 3. dicens. [3]

¶ Peregrina iudicia ſunt ſubmouenda.

CAP. XII.

4 PEregrina iudicia (ſalua in omnibus Apoſtolica auctoritate) generali ſanctione prohibemus: quia indignū eſt, vt ab extraneis † [d] iudicentur, qui comprouinciales, & à ſe electos [e] debent habere iudices, niſi fuerit appellatum.

Item Anacletus Papa, epiſ. 1. c. 3.

¶ De eodem.

CAP. XIII.

LEges eccleſiæ Apoſtolica firmamus auctoritate, & peregrina iudicia ſubmouemus. Vnde & Dominus mentionem faciens Loth, per Moyſem [f] loquitur dicens [Ingreſſus es quidem (inquiunt) vt aduena, nunquid vt iudices?]

Item Innocentius Papa ad Victricium Rothomagenſem Epiſcopū, epiſt. 2. c. 3. [5]

¶ Nulli liceat aliarum prouinciarū iudicium expetere.

CAP. XIIII.

6 NOn liceat cuiquam (ſine præiudicio [g] tamen Romanæ eccleſiæ, cui A in omnib. cauſis reuerentia, & auctoritas debetur) relictis his ſacerdotibus, qui in eadem prouincia Dei eccleſias nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias, vel aliarum prouinciarum epiſcoporum iudicia expetere † [h], vel pati. Quòd ſi

---

tentia lata à non ſuo iudice rata poteſt haberi. De hoc not. 9. q. 2. nullus. & 2. q. 6. ſi quando.

a ¶ *Debeant.*] arg. pro obſequijs tempore litis non præſtandis, vt 2. q. 6. quoties. & 11. q. 1. quia. Arg. contra 33. q. 2. ſeculares. 35. q. 6. multorum. ff. de op. li. operis. Sed hoc ideo hic fuit quia epiſcopi pro liberis ſe gerebant: aliàs illi debent obedire, qui eſſet in poſſeſſione. 8. q. 4. nonne. ext. vt li. pen. à memoria. Nec obſt. C. de agr. & cenſi. litibus. lib. 11. vbi dicitur, quòd ſi eſt contentio inter colonum, & dominū de fructibus, quòd fructus ſequeſtrantur. Sed illud obtinet cùm dominus eſt ſuſpectus. “ Dicas ergo quòd poſſeſſor ſemper vtitur fructibus lite pendente, vt 16. q. 4. volumus. niſi in caſu, vt ext. de iu. pa. ex literis. quod intellige verum niſi de hoc ipſo queſtio ſit, an poſſideat vel nō, vt ext. de in inte. reſt. cum veniſſent. in fi. ext. de conſt. cum M. in fi. & ff. de aq. quo. & æſti. l. pe. vnde ſi poſt motam controuerſiam canonici eligant, non ideo ſtatim caſſatur electio donec conſtet de iniuſta electione, vt ext. de in int. reſt. c. 2. in fi. & ext. de cau. poſ. & proprie. cum eccleſia. Idem dicerem de patrono, licet non debeat poſt motam controuerſiam præſentare vel eligere.

“ Poſſeſſor lite pendente fructibus vtitur.

b ¶ *Incunctanter.*] id eſt, decætero. & ſic planum eſt.

ADDITIO. Dicit H. quòd ſenſus eſt vt interim ei non denegent debitam reuerentiam, & poſteà incunctanter obediant ei, qui p ſentētiam eis fuerat aſſignatus. Archid.

ALIAS AVTEM. Hæc eſt 3. pars queſtionis, in qua probat qđ probatum fuit in prima parte, ſ. quòd vnuſquiſq; debeat à ſuo iudice iudicari. Ioan. de Fan. & ſic continuatur. Dictum eſt ſ. in §. aliquando, quòd pro bono pacis Papa tolerauit depoſitiones epiſcoporum ab alijs factas. Nunc verò dicit Gratianus, quòd aliàs niſi pro bono pacis toleraſſet, irrita eſſet depoſitio, vt in ſequen. cap. dicitur.

1 Et ī decretis Iulij, ca. 26. Cap. Hadria. c. 58.

IRritam eſſe.] CASVS. Quidam epiſcopi depoſiti fuerunt ſine auctoritate Papæ, & ideo dicit Felix Papa irritam eſſe eorum damnationem, & à ſynodo retractandam, vt oppreſſis omnibus ſubueniatur plenariè.

2 11. q. 3. c. irritam. ex Carth. 4. ca. 28. Anſ. l. 3. c. 69.

c ¶ *Irritam.*] factam ſine auctoritate Romani Pontificis.

QVOD AVTEM. CASVS. Dictū fuit ſ. in c. hæc quippe. quòd ſuffraganei debent ire ad iudicium ſui metropolitani, ſcilicet ad Turonenſem. & ideo Gratianus vult modò oſtendere, quòd ſuffraganei iudicium ſui archiepiſcopi declinare non debent, & ad alium iudicem ire. Et hoc probat per ſequentia capitula.

PEregrina iudicia.] CASVS. Quæſitum fuit à Sixto vtrum valeant illæ ſententiæ quæ à iudicibus extraneis proferuntur. Et reſpondet quòd non, niſi fuerit appellatum, vel Papa propria voluntate cauſam delegauerit: quia indignū eſt, vt qui comprouinciales electos debent habere iudices, ab alienis iudicentur.

d ¶ *Ab extraneis.*] Arg. iudicem ad quem appellatur, non eſſe ordinarium [a]. 6. q. 3. ſcitote. & ſic archiepiſcopus eſt extraneus, vt ibi videtur, & extra de off. iud. ord. paſtoralis. H. Sed potius eſt hic argu. contra, quia dicitur hic, quòd oportet habere iudices cōprouinciales, & archiepiſcopus eſt comprouincialis. Illa ergo exceptio, niſi ad principiū refertur, ſcilicet ad peregrina. & fuit intellectus Grat. quòd ſi quis recuſaret metropolitanum, ad comprouinciales iudices recurreret, nō ad peregrinos, niſi appellaretur. & hoc eſt quod dicit, & cum cauſa extra prouinciam commiſſa fuerit. ꝭ. e. non liceat. [b]

3 Et inter decreta Higini c. 4. in epi. 2. Felicis inter decreta Iulij c. 16. in cap. Hadri. c. 19. in adiectis cap.

4 Pol. l. 5. ti. 1. Anſ. l. 3. c. 77. Burch. l. 1. c. 147. Iuo p. 5. c. 260. & p. 6. c. 331.

† al. externis

a id eſt, extraneum, & cecus eſt q de hoc dubitat, cum hoc ſit certiſſimum ſecundum Hu.

e ¶ *Electos.*] cum ordinarij ſint ſuſpecti. 2. q. 6. placuit. vel loquitur in cauſa criminali presbyteri, vel diaconi, vt 15. quæſt. 7. ſi autem.

Geneſ. 19.

b Iſtam gl. ſignant. H. & L. ſuper ver. ꝭ. e. niſi fuerit appellatum & melius & clariur ponitur ibi. A.

LEges eccleſiæ.] CASVS. Anacletus in hoc capitulo confirmans cōſtitutiones eccleſiæ dicit, quòd alienigena iudex eſſe non debet. Et hoc probat exemplo Loth, cui dictum fuit à Sodomitis, Ingreſſus, &c.

5 Et Marcellus epi. 1. in codice can. inter decre. Innocentij.

f ¶ *Per Moyſem.*] quia ipſe Moyſes loquens p ſpiritum Domini introduxit in Geneſi Sodomitas ita loquentes.

6 Capit. l. 6. c. 287. Anſ. l. 2. c. 52. & 3. c. 79

NOn liceat cuiquam.] CASVS. Quæſitum fuit vtrum epiſcopo liceat agere, vel reſpondere ſub iudice non ſuo. Et reſpondet quòd non, ſalua tamen in omnibus Romanæ eccleſiæ reuerentia: quod ſi facere præſumpſerit, deponatur.

† al. experiri.

g ¶ *Præiudicio.*] Hoc ideo dicit, quia ſpretis omnibus ordinarijs ad eum poteſt appellari. argumen. ſupra 1. quæſt. 7. c. 1. 2. & 3. nam ipſe eſt ordinarius omnium. extra de ele. cum nobis olim.

h ¶ *Expetere.*] “ hic patet quòd clericus ſine conſenſu ſui epiſcopi non pōt conſentire in alium iudicem. nam ſic poſſet euacuari

“ Cleric9 an poſſit foro renuntiare.

euacuari iuriſdictio epiſcoporum, ſi omnes conſentirent in alium iudicem. ad idem facit 2. q. 6. placuit. 2. & in auth. de ſan. epi. §. œconomus. coll. 9. Arg. contra. ſ. c. pulſatus. Sed ext. de fo. compe. ſi diligenti. expeditum eſt, ꝙ non poteſt per pactum renunciare foro. De hac materia no. 11. q. 1. inolita Ioan. Quod dicit Io. ꝙ expeditum eſt, in illa dec. ext. de fo. compe. ſi diligenti, non eſt verum [a], quia illa decre. loquitur, ꝙ clericus non poteſt conſentire in laicum. ſed hodie nec in clericum cõſentire poteſt, niſi de conſenſu ſui epiſcopi, vt extr. de foro comp. ſignificaſti. B.

a imo eſt verũ, vt patet ver. cum ergo. Arg.

† al. cuius.

REVERENTIA. Casvs. Quia ſ. in ca. non liceat. mentionem fecit de reuerentia Papæ: ideo Grat. dicit quæ ſit illa reuerentia, ſcilicet cum appellatur ad eum, vel cũ ab eo iudices extranei conceduntur.

1 ſ. ea. peregrina.

VNaquæque.] Casvs. dicitur hic ꝙ quælibet prouincia proprios debet habere iudices, ad quos comprouinciales recurrãt, niſi ſedes Apoſtolica aliter decreuerit.

NEminem.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas part. In j. parte dicitur, quòd nullus debet trahi extra ſuam prouinciam, vel comitatum, ita quòd actor ſemper forũ rei ſequatur, niſi fuerit appellatum ad maiorem iudicem, vel niſi ad iuſſionem maioris iudicis datus fuerit iudex. In 2. parte dicitur, ꝙ in qualibet prouincia ſynodus cauſas audire debet, & terminare intra ſuæ prouinciæ terminos, & omnis accuſatio fiat intra prouinciam, ſicut in Nicæno concilio continetur. Secunda pars incipit ibi, *Illa quæ ſunt*.

2 Anſ. l. 3. c. 80.

† al. externos.

3 In cap. Hadrian. c. 5. 8. 10. Felix 1. epiſt. 2.

4 Iuo par. 5. c. 248. & p. 6 c. 331.

a ¶ *Neminem.*] Eſt autem hoc ideo ſtatutũ, quia alibi non poſſunt habere teſtes, vel amicos, vt 33. q. 2. ſiue. 2. q. 2. præceptũ. & in auth. vt omnes obed. iud. §. 3. col. 5. " Vnde dico, ꝙ ſi aliquis impetrat reſcriptum ad iudicem alterius prouinciæ, non ſufficit quòd vltra duas dietas non trahat aduerſarium, vt dicit illa conſtitutio, ext. de reſcr. nonnulli. Sed etiam requiritur quòd extra prouinciam [b] eum nõ trahat, niſi in literis fiat mentio de prouincia. Cum enim de iure extra prouinciam nemo ſit trahendus. vt hic dicitur, ergo niſi reſcriptum principis de eo faciat mentionem, non poteſt auctoritate reſcripti trahi extra prouinciam, licet minus ſit ſpatium ad quod trahitur, quàm duæ dietæ. eſt tamen arg. contra ext. de of. iud. ord. ſignificauit. Ioan.

5 ſ. c. vltra.

6 j. 5. q. 4. c. duodecim. §. item Hadrianus.

" Reſcripto non poteſt quis trahi extra ſuam prouĩciam.

b Intellige vulgarem, vt dixi 7. q. 1. factus.

quis præſumpſerit, & ab officio cleri ſubmotus, & iniuriarum reus ab omnibus iudicetur.

A Cui.] *In epiſtola & Marcelli & Innocentij legitur*, ſine præiudicio tamen Romanæ eccleſiæ, cui † in omnibus cauſiis debet reuerentia cuſtodiri: *quamuis à poſtrema conciliorum in quatuor tomis editione abſint illæ duæ voces*, ſine præiudicio: *quemadmodum, & paulò inferius iſtæ*, vel aliarum prouinciarum epiſcoporum iudicia expetere, vel pati: *quæ tamen habentur in alijs locis indicatis.*

Reuerentia autem, quę Apoſtolicæ debetur Eccleſiæ, & eius auctoritas intelligenda eſt, cum vel ad ipſam appellatum fuerit, vel ab ea iudices electi conceduntur.[1] *Vnde Sixtus Papa cum diceret* [*Comprouinciales & à ſe electos debent habere indices*] *ſtatim ſubiungit,* [*niſi fuerit appellatum.*]

Item Anacletus Papa epiſt. 1. c. 3,

¶ Abſque Apoſtolicæ ſedis decreto extraneos iudices adire non poſſumus.

C A P. XV.

2 VNaquęque prouincia tam iuxta eccleſiæ, q̃ iuxta ſeculi leges, ſuos debet iuſtos, & non iniquos habere iudices, & nõ extraneos †, niſi Apoſtolicæ ſedis huius decreuerit auctoritas.

Item ex Romana ſynodo.[3]

¶ Niſi per appellationem, alterius prouinciæ iudices adire non oportet.

C A P. XVI.

4 NEminẽ [a] exhiberi de prouincia ad prouinciam, vel ad comitatum oportet, niſi ad relationem iudicis, ad quem A fuerit appellatum, ita vt actor rei forum ſequatur *Et infrà* ¶ 5 Illa B, quæ ſunt per vnamquamq; prouinciã, ipſius prouinciæ ſynodus diſpenſet, ſicut in Nicæno conſtat decretum eſſe concilio. ¶ 6 Vltrà prouinciæ terminos accuſandi licentia non progrediatur. ¶ Omnis accuſatio intrà prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur, niſi C prælatus ſit, qui accuſatur.

A ¶ Ad quem fuerit appellatum.] *Hæc ſunt addita ex Hadriano, epiſtola ſynodica Felicis, & Iuone.*

B ¶ Illa quæ.] *Hinc vſque ad finem in capitulis tantùm Hadriani ſunt inuenta.*

C ¶ Niſi prelatus ſit, qui accuſatur.] *Verba hæc neque in capitulis Hadriani, neque in antiquioribus Gratiani exemplaribus leguntur, in alijs verò, loco ipſorum, ſunt hęc*, niſi ad ſedem Apoſtolicam fuerit appellatum.

Item Sixtus.

¶ De eodem.

C A P. XVII.

7 SI quis clericus ſuper quibuſlibet criminibus accuſatus fuerit, in prouincia in qua conſiſtit ille, qui accuſatur, ſuas exerceat † actiones: nec exiſtimet † eum accuſator ſuus alibi, aut longius ad iudicium pertrahendum †.

7 Eleutherius ad Galliæ prouin. Felix j. epi. 1. in decretis Iulij, ca. 25. In c. Hadriani, ca. 7. Iuo p. 6. cap. 318. & 329

† al. exerat.

† al. æſtimet

† al. protrahendum.

¶ *Caput hoc, quod citatur ex Sixto, in nulla epiſtola Pontificum huius nominis eſt inuentum. In aliquot vetuſtis exemplaribus eſt tantum,* Itẽ. *vt videatur citari eadem ſynodus Romana, quæ in ſuperiori capite, id eſt quæ continetur in capitulis Hadriani. Iuo autem par. 6. c. 318. citat. ex Eleutherio: c. autem 329. citat ex Felice primo.*

Item ex decreto Hadriani Papæ.[8]

¶ Vbi crimen admittitur, ibi cauſa ventiletur.

C A P. XVIII.

9 QVi crimen obijcit, ſciat † ſe probaturum. Reuera ibi cauſa agatur, vbi crimen admittitur.

8 In cap. Hadria. c. 52. & ſ. e. c. ibi ſp. ex Fabiano.

9 Burc. l. 16. c. 3. Iuo p. 6. c. 324. Pan. l. 4. c. 75.

† al ſcribat.

QVAESTIO VII.

1 ps. QVòd iudex [b] *eſſe non poßit, quem cum reo par, aut maior macula inficiat, multis auctoritatibus probatur.*

Dicit enim ſancta Romana ſynodus.

¶ Infames, iudices eſſe non poſſunt.

C A P. I.

10 INfamis [c] perſona, nec procurator [d] eſſe poteſt, nec cognitor.

10 in capit. Hadr. c. 5. & in 2. epiſt. Felicis. Anſ. l. 3 c. 7. Pol. l. 5. tit. 1. Iuo p. 5 c. 148. & p. 6 c. 331. Pan. l. 4. c. 78. Ex l. cum prætor. ff. de iudi.

Certè tamen non nocet contra. ſed illi conſtitutioni, nonnulli. ſtatur. Iſta opinio hodie non habet locum, imo contrariũ obſeruat Romana curia.

SI quis clericus.] Casvs. Dicitur hic, quòd de quocunque crimine quis accuſatur, tantùm in ſua prouincia reſpõdeat, nec accuſator eum ad aliam prouinciam trahere nitatur. Sequens c. planum eſt, & per ſe patet.

QVòd iudex.] In hac 7. q. quæritur, vtrum criminoſus poſſit eſſe iudex, & inde ſumpta occaſione ponit tres ordines infamium vſque ad illam legem, arceantur. Diuidas ergo quęſtionem in tres par. In 1. par. ponitur quod dictum eſt. Secunda ibi, *Arcentur*. Tertia ibi, *Qui ſine.* Io. de Fan.

Casvs. Hic intitulatur 7. q. qua quæritur an iudex eſſe poſſit qui pari delicto cum reo, vel maiori inficitur, & quòd non poſſit iudicare, multis auctoritatibus probatur. Conſueuit tamen dici, ꝙ donec iudex toleratur, quòd iudicare poteſt ex officio ſuo: ſed non de iure mero, vt infrà ea. §. vltim. Mihi videtur, quòd repelli debeat, ſi crimen fuerit contra eum probatum in modum exceptionis, ſicut contigint de teſte, qui repellitur probato crimine in modum exceptionis, & ſicut de electo ad dignitatem contingit, cum ei obijcitur aliquid, vt repellatur ab electione. Sequẽs capitulum planum eſt.

b ¶ *Quòd iudex.*] Hic quæritur an criminoſi, vel infames poſſint eſſe iudices. Et quidem ſi non tolerantur ab eccleſia, non poſſunt: ſi tolerantur, bene poſſunt, & tenet eorum ſententia [c], ipſi tamen peccant iudicando [d]. Vel diſtingue an aliquis ſit infamis per ſententiam, vel ipſo facto, vt tunc non poſſit; an aliàs, vt tunc poſſit. Illud tamen certum eſt, quòd ſi infamia obijcitur alicui, qui eſt electus in iudicem, quòd propter hoc bene remouetur, licet hucuſque fuerit toleratus, vt extra de reſcriptis, ſciſcitatus. & extr. de exceſ. prælat. inter dilectos. & ff. ad leg. Iul. de vi priuata. l. 1. criminoſi ergo poſſunt iudicare ex officio, ſed non ex vitæ merito. 15. quæſtio. vltim. c. vlt.

c de hac materia tractatur plenè in l Barbarius Philippus. & ibi p Bar. & alios. ff. d of. præto.

d Vt j. c. §. fi. in fi. de pœ di. 6. c. 1. 40. diſt. c. vlt.

c INfamis.] per ſententiam.

d ¶ Nec procurator.] i. aduocatus, vt j. prox. §. " Vel intellige

" infamis an poſſit eſſe procurator.

Tria ſunt [a], *quibus aliqui impediuntur, vt iudices non fiant.* [*Natura, vt ſurdus, & mutus, & qui perpetuò* [b] *furioſus eſt, & impubes: quia iudicio carent. Lege, qui ſenatu amotus* [c] † *eſt. Moribus* [d], *fæminæ, & ſerui: non quia non habeant iudicium* [e], *ſed quia receptum eſt, vt ciuilibus officijs non fungantur.*

¶ *Prior pars huius c. vſ. ad verſ.* cognitor. *habetur in epiſ. 2. Felicis I. in qua refert ſynodum à ſe habitam, quod in principio epiſtolæ commemorat his verbis,* Nos verò ad ſupplementum veſtrum fratres, & coepiſcopos noſtros vocauimus amplius quàm ſeptuaginta: Cũ quibus hæc quæ ſubtus habentur inſerta regulariter tractanda decreuimus. *Eadem pars habetur in capitulis Hadriani, quæ (vt ſuperius ead. q. 5. ca. accuſationes. adnotatum eſt) nomine Romanæ ſynodi interdum citantur. Reliqua verò huius capitis videntur eſſe Gratiani: ſumpta tamen ferè ad verbum ex l. cum prætor. verſ. quidam enim. ff. de iudic. quemadmodum & in ſeq. cap. multa colliguntur ex varijs legibus digeſtorum, & Codicis. Quamobrem in antiquioribus codicibus omnia hæc vſque ad cap. qui ſine peccato. coniunctè habentur.*

Verumtamen [f]. *ſi ſeruus, dum putaretur* [g] *liber, ex delegatione ſententiam dixit, quamuis poſtea in ſeruitutem depulſus ſit, ſententia ab eo dicta, rei iudicatæ firmitatem tenet.*

In digeſtis, tit. de poſtulando. [1]

1 lib. 3. tit. 1.

CAP. II.

INfames non poſſunt eſſe, ꝓcuratores, vel patroni cauſarum. Sunt autem tres ordines eorum, qui poſtulare [h] ꝓhibentur. ¶ 2 Eſt autem poſtulare, deſiderium ſuum, vel amici ſui in iure apud eum, qui iuriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere. ¶ Nam, vt pręmiſimus, non poſtulãtium tres ordines ſunt. Quidã prohibentur omnino [i] poſtulare, vel propter ætatẽ, vt minores decem & ſeptẽ annis, vel propter caſum, vt ſurdus, qui prorſus non audit [k]. Alij prohibentur, ne pro alijs poſtulẽt, vel propter ſexum, vt fæminæ: vel propter caſum [l], vt vtroque lumine orbati 3: vel propter notam turpitudinis, vt ij, ꝗ corpore ſuo muliebria paſſi ſunt, niſi fortè vi prædonum [m], vel hoſtium ſtuprati probentur. Similiter qui capitali crimine, vel calũnię † cauſa publico iudicio ſunt damnati, vel qui operas ſuas locauerunt, vt cum beſtijs depugnarent in arena [n], pro alijs poſtulare prohibentur. His ꝑſonis prò ſe allegare permittitur, pro alijs poſtulare prohibetur, niſi fortè tutelam impuberum, vel curam adoleſcentium non affectatam, ſed neceſſariam adminiſtrent. Pro his enim quorum curam gerunt, eis poſtulare conceditur. Alij enim [o] omnes, qui vt infames [p] notantur, niſi pro ſe, & pro certis perſonis, poſtulare non poſſunt, niſi in integrum reſtitutionem acceperint. ¶ 4 Permittitur [q] autem eis poſtulare pro parente, pro patrono, patronaúe, liberis, parentibuſque patroni, patronęque: pro liberis etiam ſuis fratribus, & ſororibus, vxore, ſocero, ſocru, genero, nuru, vitrico, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioſo, furioſa, fatuo, fatua, muto, ſurdo, prodigo, & adoleſcente.

¶ 5 Item pro ijs, quibus propter infirmitatẽ curatores dari ſolent, & qui negotijs ſuis aliquo perpetuo morbo ſupereſſe non poſſunt. ¶ 6 Omnes autem, qui non ſponte, ſed neceſſario funguntur officio [r], ſine offenſa edicti poſtulare poſſunt, etiam ſi ij ſint, quibus nõ niſi pro ſe ipſis poſtulare permittitur. ¶ 7 Affinitates verò non eas accipere debemus, quæ quondam [ſ] fuerunt, ſed præſentes. Nurus & generi appellatione, & ſoceri, & ſocrus & vlteriores, quibus [pro] prępoſitio [t] ſolet accedere, continentur.

3 Concord. tex. in l. 1. §. ſecundo loco. ff. d poſt.

† al. calumniæ publici iudicij.

4 Ex l. 2. & 3. eod.

5 Ex l. 4. & 5

6 Ex l. 6.

7 Ex l. 3. eo.

---

lige de procuratore vero, vt infamis non poſſit eſſe procurator [a] ſecundum canones, vt j. 5. quæſt. quarta. quia epiſcopus: nec obſtat inſtitu. de exce. §. vltim. quia loquitur hic de infami per ſententiam: ibi de tali qui eſt aliàs infamis; ſi tamen iudex toleratur in officio, eius tenet ſententia. 8. quæſtio. 4. nõ ne. Sed infamis poteſt eſſe arbiter, vt j. ead. §. tria. Verſi. cognitores.

a De hoc ẽt not. ext. de Iur. cal. imperatorum. infamis arbiter eſſe pt.

TRIA SVNT. CASVS. Dicitur in hoc §. quòd tribus de cauſis repellitur aliquis ne iudex fiat, ſcilicet natura, lege, & moribus. Natura impeditur ſurdus, mutus, & perpetuò furioſus & impubes. Lege, vt ille qui remouetur à ſenatu propter ſuam turpitudinem. Moribus, vt mulier & ſeruus: non ideo quia iudicare non poſſunt: ſed quia moribus obtentum eſt ne ciuilibus fungantur officijs. ſed ſi delegatur cauſa ſeruo, qui putatur liber, eius tenet ſententia.

† mot[a]] Ori.

a ¶ *Tria ſunt.*] hoc eſt ſumptum à lege. ff. de iud. cum prætor. §. non autem omnes.

b *Et qui perpetuo.*] ſecus ſi ad tempus. ff. de iud. cum furioſus.

c ¶ † *Amotus.*] imo & ſi eius electio fuerit caſſata propter eius vitiũ, vt extra de elect. cap. ſuper.

d ¶ *Moribus.*] id eſt, conſuetudine. imo etiam lege, ſiue canone 33. q. 5. mulierem. Nec obſtat 15. q. 3. §. 1. dic vt ibi dixi.

e ¶ *Iudicium.*] id eſt, diſcretionem.

f ¶ *Verumtamen.*] §. & verba Gratian.

g ¶ *Dum putaretur.*] " ecce quantum communis opinio operetur vt extra de iure pa. cõſultationibus. ext. qui fi. ſint le. cum inter. & 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis. C. de teſta. l. 1. arg. contra extr. qui fi. ſint le. per tuas. & s. 24. diſt. cap. vlt. 29. q. 2. ſi quis ingenuus. & diſt. 8. veritate. & ff. de iud. l. 2. in princi. Sed nunquid idem eſt ſi excommunicatus ferat ſententiã, qui publicè habetur pro non excommunicato? non. ext. de ſen. & re iu. ad probandũ. Et eſt rõ quare aliud ſit in ſeruo: quia ſeruus in multis caſibus habet perſonam ſtãdi in iudicio, vt 12. q. 2. §. qui manumittitur. ſed excommunicatus in nullo. Vel dic (quod verius credo) quòd nec ſententia ſerui teneret, niſi confirmata eſſet à principe. Ioan.

" Opinio cõis multũ operatur.

2 Ex l. 1 ff. d poſtul. verbis alio modo aptatis.

INfames.] CASVS. In hac lege hoc ordine proceditur. Primò dicitur, quòd infames non poſſunt eſſe procuratores, vel aduocati. Secundò quid ſit poſtulare. Poſtulare eſt, ſcilicet, deſiderium ſuum, vel amici ſui in iudicio exponere. Tertiò ponit tres ordines hominum qui aduocare non poſſunt. In primo ordine ponuntur illi, qui nec pro ſe, nec pro alijs poſſunt aduocare, vt minores xvij. annis. & illi qui nihil audiunt. In ſecundo vero ordine ponuntur illi qui poſſunt pro ſe poſtulare: ſed pro alijs non, niſi pro pupillis, vel adultis, quorum tutelam vel curam gerunt, in quo ordine ſunt quinque genera hominum, ſeu perſonarum, ſcilicet mulieres, & vtroque lumine orbati, & illi qui ſponte muliebria paſſi ſunt, vt Sodomitæ, vel qui de capitali crimine aut de calunnia ſunt damnati, & ij qui locauerũt operas ſuas, vt cum beſtijs, ſeu feris pugnarẽt in arena. In tertiò autẽ ordine ponuntur alij infames, qui pro ſe, & quibuſdam certis perſonis poſſunt aduocare, quæ infra continentur, & hoc ꝓpter quinque cauſas, ſcilicet propter reuerentiam, vt in parente & patrono: propter conſanguinitatem: propter affinitatem: propter miſericordiam miſerabilium perſonarum: propter tutelam, vel curam eis iniunctam. Secunda pars eſt ibi, *Eſt autem.* Tertia ibi, *Nam ut præmiſimus.*

h ¶ *Poſtulare.*] " poſtulare eſt pro tribunali petere, & non alibi. ff. de dam. infec. dies. §. hoc autem.

" Poſtulare quid eſt.

i ¶ *Omnino.*] etiam pro ſe.

k ¶ *Non audit.*] nullus enim adeo ſurdus eſt quin aliquid audiat, vt C. qui teſta. fac. poſſ. diſcretis.

l ¶ *Vel propter caſum.* ff. de iud. cæcus j. 15. q. 1. §. vlt.

m ¶ *Prædonum.*] tunc enim non eſt imputandum, vt ff. de adult. vim paſſam. 32. q. 5. ille.

n ¶ *In arena.*] niſi cauſa virtutis hoc faciant. ff. eod. l. 2. §. quod ſi.

o ¶ *Alij enim.*] " not. quòd omnes qui maiori infamia ſunt notati, non niſi pro ſe & pro ijs quorum ſunt tutores, poſſunt poſtulare, & illi ſunt de ſecundo ordine. Sed minori infamia notati poſſunt ꝓ ſe & ꝓ quibuſdã certis ꝑſonis aduocare, & illi ſũt de tertio ordine poſtulantiũ, ſ. de minori.

" Infames qñq; poſtulare pñt.

p ¶ *Infames.*] minori infamia.

q ¶ *Permittitur.*] vt ſunt illi de ſecundo ordine.

r ¶ *Officio.*] vt tutores, & curatores.

ſ ¶ *Quæ quondam.*] ergo vno coniugum defuncto ſoluitur affinitas. Inſtit. de nup. §. affinitatis. Sed contra. 35. quæſt. 10. cap. 1. [b] Sed potes dicere, quòd quo ad impedimentum matrimonij non deletur, ſed quo ad alia, aut quo ad beneficia huius edicti.

b Ver. porrò. vbi de hoc.

t ¶ *Præpoſitio.*] ſcilicet patribus iſtorũ, vel viris iſtarũ, & dici

tur pro

tur proſocer, id eſt pater ſoceri. progener, id eſt maritus neptis. nam gener filij mei eſt mihi progener.

ARCENTVR. Hæc eſt 2. pars q. in qua ponit 12. articulos legales vſque ad c. *qui ſine.* Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ illi qui paciſcuntur de certa parte litis cum eo cuius cauſam defendunt, repelluntur ab aduocando.

a ¶ *Partis.*] de parte litis non licet paciſci, vt ff. de pact. ſumptus. ſed ſuper certa re licet. arg. C. de ſententiã paſſis, ſi debitor [a]. licet M. dixerit, quòd licet de aliquota re paciſci ſine graui detrimento partis: vt hic, tamen vltra centum aureos non licet paciſci, vt ff. de varijs & extraordina. cognitionib. l. 1. §. in honorarijs.

1 titu.6.l.5.

a Secũdùm Azo. Ioan. Ber. & L.

2 L.6.cod.e.

2 ¶ Arcentur etiam à profeſſione aduocatorum (*ſicut in 2. libro Cod. tit. de poſtulando inuenitur* 1) qui ſub nomine honorariorum ex ipſis negotijs, quæ tuenda ſuſceperint, emolumẽtum ſibi certæ partis [a], cum graui damno litigatoris, & deprædatione poſcentes inueniunt. ¶ 2 Item ſi quis adeò procax fuerit, vt non ratione, ſed probris putet eſſe certandum, opinionis ſuæ imminutionem patiatur. ¶ Præterea nõ licet aduocato vllum contractum [b] inire, vllam pactionem conferre cum eo litigatore, quem in propriam recepit fidem, nec ex induſtria [c] iurgium protrahere. ¶ Apud vrbem [d] Romam etiam honoratis [e], qui hoc putauerint eligendum [f], eouſque liceat orare, quouſque maluerint [g], videlicet, vt non ad turpe [h] compendium, ſtipemque deformem hæc arripiatur occaſio. Nam ſi lucro pecuniaque [i] capiantur, veluti degeneres inter viliſſimos numerabũtur. ¶ 3 Si verò [k] in vno auditorio duo tantùm præ cæteris fuerint, vel plures, quorum fama ſit hilarior, in iudicantis officio ſit, vt par [l] cauſidicorum diſtributio fiat, & exæquetur partibus auxilium ſingulorum.

PRÆTEREA. CASVS. Tria prohibet Imperator, vt aduocatus rationibus pugnet, nõ probris: alioquin erit infamis, vt nullum pactum ineat cum eo, quẽ in propria cura ſuſceperit, poſt lit. cõteſt. quod intelligit H. ſi antea fecit pactũ. alioquin ſecus. & vt iurgia ex induſtria nõ protrahat.

b ¶ *Contractum.*] ex poſtfacto, ab initio tamen poteſt. 11. q. 3. nõ licet. " ſed ſi non fecit pactum, poſtea ei dabitur pro modo litis, & facundia aduocati, & pro cõſuetudine regionis, vt ff. de var. & extraordinar. cogni. l. 1. §. in honorarijs. Vel loquitur de tali qui ſpõte ſe vinci ſuſtinet in aliqua exceptione, vt ſic aſſerat ſe nõ poſſe fouere cauſam niſi augmentetur ſalarium, quod fieri non debet, argumento medici, vt ff. de var. & extraord. cognit. medicus.

" Aduocato qualiter ſit ſatiſfactio.

3 L.7. Cod. eod.

c ¶ *Ex induſtria.*] quod ſi fecerit, cum iudex puniat in duab. libris auri [b]. C. de iud. properandum. § illo proculdubio.

b Sic erit in medico. ff. d var. & extra. cogn. medicus.

APVD VRBEM. CASVS. Quæſitum fuit vtrum honorati qui Romæ ſunt, id eſt, qui honorem habent ſine adminiſtratione, poſſint aduocare. Et reſp. quòd ſic, quamdiu volunt, dummodo tamen turpi lucro pecuniæ, vel alterius rei non corrumpantur.

d ¶ *Apud vrbem.*] de eadem lege eſt.

e ¶ *Etiam honoratis.*] etiam melioribus.

f ¶ *Eligendum.*] vt ſunt aduocati.

g ¶ *Maluerint.*] id eſt, quouſq; tale officium voluerint exercere. vnde non eſt hic argumentum, quòd aduocati tamdiu audiantur, quamdiu volunt allegare [c]: " quia iudex poteſt aduocatos remouere cum voluerit, vt ff. de ijs quæ in teſt. delen. l. 3. in fin. & C. de iu. auth. iubemus.

c Adde ꝙ non debent eſſe verboſi in allegando. l. Neſennius. cũ ibi no. ff. de nego. geſt.

h ¶ *Non ad turpe.*] id eſt, ad modicum, & vile. Et eſt arg. " ꝙ bona dona danda ſunt doctoribus, vt ff. de admin. tut. cum plures. & ff. de ori. iu. l. 2. §. vlt.

"Aduocato qñque ſilentium imponendum eſt.

" doctorib⁹ bona dona danda ſunt.

i ¶ *Pecuniaque.*] modica.

SI VERO. CASVS. Dicitur in hac lege, quòd ſi duo, vel plures in aliquo auditorio prætoris meliores fuerint aduocati, & alter litigatorum velit habere partem bonorum aduocatorum, officio iudicis fiat æqualis diſtributio cauſidicorum: & ſi quis aduocatus monitus noluerit obedire ſine iuſta excuſatione, careat ipſe officio aduocandi ſine ſpe aliqua reſtituendi.

k ¶ *Si verò.*] C. eod. prouidendum.

l ¶ *Vt par.*] illud olim obtinuit cum ſalaria dabantur de publico: hodie vtraque pars ſibi debet prouidere, vt C. de iud. l. properandum. §. illo. Tamen pueris, & debilibus, & pauperibus prætor dabit aduocatum [d], vt ff. de poſtul. l. 1. §. ait prætor.

d De hoc le. & not. extr. de of. iu. c. 1.

m ¶ *Foro.*] ff. de pœn. l. moris. §. 1.

SI QVIS AVTEM. CASVS. Quæſitum fuit ab Imperatore, ſi alter litigatorũ ſubtraxerit aduerſario copiam aduocatorum corrumpẽdo eos ne ipſum iuuarent, quam pœnam pati deberet. Et reſpondet, ꝙ puniri debet extra ordinem, & oſtẽdit ſe inĩquam litem fouere.

¶ Si quis verò monitus à iudice, ea excuſatione, q̃ nequeat comprobari, cuicunque parti patrocinium denegauerit, careat foro [m], ſciat etiam nunquam ſibi ad agẽdum copiam poſſe reſtitui. ¶ Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit ſeparatim tractaſſe cũ plurimis, & aduerſario ſuo tali fraude ſubtraxiſſe paris defenſionis copiam: oſtendet proculdubio iniquam [n] à ſe litem foueri, & auctoritatem iudiciariam à ſe eluſam experietur. ¶ 4 Item, quamuis [o] illi, qui cauſam fiſci egiſſent, prohibeantur aduerſus fiſcum patrocinium præſtare: tamen hodie [p] etiam aduerſus fiſcum patrociniũ poſſunt exhibere priuatis 5: dum eam cauſam [q] declinent ſuſcipere, quam tractauerant, dum fiſci aduocati fuerunt. ¶ 6 Item, ſi contra patrem [r] pupilli cauſam egiſti: tutor [ſ], vel curator datus eandẽ cauſam defendere non prohiberis. ¶ Cognitores [t] verò ex officio intelliguntur, non ex arbitrio [u]. Nihil enim refert, A is qui arbitrium ſuſcipit, an ſit integræ famæ, an ignominioſus. ¶ Filius [x] etiam in re patris arbiter eſſe poteſt. Nam & iudicem [y] eum eſſe poſſe pleriſq;

n ¶ *Iniquam.*] ſic ext. de teſt. c. intimauit. & ext. de teſt. cog. peruenit.

QVAMVIS. CASVS. Quidam fuerunt aduocati fiſci, poſtea volebant præſtare patrocinium priuatis contra fiſcum. Quæſitum fuit an poſſint. Et reſpond. quòd ſic hodie, licet olim fuiſſet ſecus: dummodo declinent cauſam illam, in qua fuerunt aduocati pro fiſco.

4 Ex l. 2. C. de aduoca. fiſc.

o ¶ *Quamuis.*] verba Gratiani.

p ¶ *Tamen hodie.*] verba legis.

q ¶ *Cauſam.*] niſi ſuã, vel parentum ſuorum, vel pupillorum ſuorũ iniuriam proſequatur. ff. eo. l. pen. §. vlt.

5 Concord. tex. in l. 1. & ibi Cy. C. de aduo. fiſ. no. in l. pe. & ſi. ff. de poſtu.

6 l. hi, qui fiſci. ff. de poſtul. Ex l. Pedius. ff. de re. arb. ibid. le. 5.

SI CONTRA. Caſum ſic pone. Ego quondam fui aduocatus contra patrem Petri. pẽdente cauſa mortuus eſt pater Petri, cui Petro datus ſum tutor legitimus, datiuus, vel teſtamentarius. Quæritur vtrum poſſem defendere eandẽ cauſam Petri pupilli mei? Et reſpondet, ꝙ ſic, quamuis olim ego fui contra patrem eius.

r ¶ *Si contra patrem.*] malè ponit literam, quæ eſt ff. eo. l. vlt.

ſ ¶ *Tutor.*] Arg. quòd ratione officij licet quod aliàs non liceret, vt 94. diſt. præcipimus. & C. de admini. tut. cum quidam. Item arg. ꝙ ſi iudex ſucceſſit appellanti, ꝙ põt propriam ſententiam impugnare. ff. de iudic. l. Iulianus ait. " Item arg. quòd ſi iudex à quo appellatur, efficitur illius iuriſdictionis cuius eſt ad quem appellatur, quòd poſſit cognoſcere, vt 11. q. 3. ſi epiſcopus. 2. quia iam videtur alia perſona. ff. quan. ap. ſit. l. 1. §. ſed & ſi præſes. Arg. contra. ff. de iuriſd. omn. iud. prætor. Ioan. Sol. conſueuit dici, quòd debet cauſam alicui delegare, vt ff. de iu. om. iud. prætor. Vnde gloſſatur ibi, poteſt, id eſt, debet, alioquin poſſet recuſari. B.

" Iudex an poſſit qñq; propriã ſententiam impugnare.

COGNITORES VERO. CASVS. Hæc ſunt verba Gratiani, & reſpiciunt ad finem primi c. huius quęſt. vbi dictum eſt, quòd infamis perſona non poteſt eſſe cognitor, id eſt, iudex. Sed ne aliquis idem intelligeret de arbitro, dicit ꝙ arbiter poteſt eſſe infamis. Filius (vt lex dicit) poteſt eſſe arbiter de re patris.

t ¶ *Cognitores.*] Exponit primum c. huius quęſt.

u ¶ *Non ex arbitrio.*] ff. de arb. Pædius.

x ¶ *Filius.*] ff. de arb. quin etiam.

y ¶ *Et iudicem.*] Sed contra. ff. de iuriſdict. om. iudic. qui iuriſdictioni. vbi dicitur, quòd iudex nec ſibi, nec liberis ſuis ius dicere poteſt. Sed illud intelligas in criminali cauſa: ſecus in ciuili; " ſed tamen in criminali cauſa [e] poteſt vſq; ad litis conteſta. dicere ius ſuis, vt ff. de offic. præſi. l. ſenatus. tamen delegatus iudex non poteſt eſſe filius in cauſa patris, vt extra de appel. poſtremo.

" iudex an poſſit ſuis ius dicere.

e Sub. vt colligitur à cõtrario ſenſu ff. de iud. in priuatis. Ar.

SI QVIS VERO. CASVS. Dicitur hic, ꝙ iudex

non

non poteſt compellere partes in ſe compromittere de illo negotio,de quo ipſe eſt iudex,& ſi ſententiam dixerit,pœnæ perſecutio non dabitur. Item dicitur hic, quòd ſeruus arbiter eſſe non poteſt: ſed libertinus ſic.

a ¶*Si quis verò.*] verba huius legis ſunt ff. de arbitr.ſed & ſi. §.ſi quis.

b ¶*Iudex.*] Quidā ita intelligunt,vt hæc duo prohibeantur hic,ſcilicet vt ordinarius vel iudex alter nō poſſit eſſe arbiter de ea re, de qua iudex fuit. Item & hic prohibetur ne iubeat cōpromitti in ſe. Quare autē ordinarius non poteſt eſſe arbiter, triplex aſſignatur ratio. Vna,quia ſecundū hoc ordinarius ſemper procuraret,vt eligeretur in arbitrū,ne ab ipſo poſſet appellari.Alia ratio eſt,quia ordinarius debet cogere arbitrum vt procedat: & debet ſuā ſententiā mandare executioni. extr. de fo.cōpet. ſi quis contra.ff.de arbit.l.3. Sed hoc non poſſet eſſe, cum idem eſſet ordinarius & arbiter [a]. Tertia ratio eſt, qa arbitria ſunt ad modum ordinariæ iuriſdictionis. & ſic ſequeretur, quòd aliquid eſſet ſimile ſibiipſi: ſicut nō ſimul poſſūt concurrere iura naturalia, & iura adoptionis, vt inſti. de adopt. §. 3. Ioan. " Ego credo tamē quòd ordinarius poſſit eſſe arbiter, vt not.2.q.6. à iudicibus.nunquam.n. præciſè inuenies,quòd ordinarius non poſſit eſſe arbiter.Sed vbique dicitur ꝙ non poteſt cogere partes vt in ſe compromittant: vnde licitè compromittitur in eum volentibus partibus, vt ff. de tut.& cur.l.4.

1 Ex e.l. Pædius.l.decuriones.C.ex quib. cauſis inf.irrog. — L.12. C.eo. — L.16. C.eo. — L.6. C.eod. — L.16. C.eo. — a Et hoc plenè probatur extr. de arb. ex par. Arc. — 2 L.20.C.e. — L.15. C.eo. — " Ordinarius an poſſit eſſe arbiter. — 3 ſ.q.5.nullus ſeruus. ſed non eiſdem verbis. — Matth.7.

placet. ¶Si quis verò [a] iudex [b] ſit, arbitrium recipere eius rei, de qua iudex eſt, & in ſe compromitti iubere prohibetur lege Iulia: & ſi ſententiam dixerit, non eſt danda pœnæ perſecutio: ſeruus arbiter eſſe non valet, libertinus poteſt.¶ 1 Porrò infamia [c] multipliciter irrogatur.¶Aliquando enim contrahitur genere delicti declarati per ſententiam: veluti cum iudex pronuntiat,iniuriam feciſti,hæreditatem expilaſti,calumniatus es. Aliquando genere pœnæ [d]: ſicut [e] illi, qui damnantur [f] in opus publicū, qui priſtinum quidem ſtatum [g] obtinent, ſed damno infamiæ etiam poſt impletum tempus ſubijciuntur. Aliquando genere pœnæ, & delicti declarati [h] per ſentētiam [i], veluti dum fuſtibus cæſo per præconem dicitur ἐσυκοφάντησας, id eſt calūniatus es. 2 Aliquando ipſo genere facti, vt exercētes improbum fœnus, & illicitè exigentes vſuras vſurarum,& mulier, quæ intrà tempus [k], quo moris eſt lugere maritum,contrahit matrimonium: & qui ſciēs eam vxorem duxerit.

Idem [3] teſtatur Felix Papa, & iiſdem verbis. ¶*Item in Euangelio, qui trabem geſtat in oculo, probatur non poſſe educere feſtucam de oculo fratris ſui.* ¶*Item Dauid in libro pſalmorum.*[*Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas,& aſſumis teſtamentum meū? &c.*] ¶*Item Gregorius:* [4] *Cuius vita deſpicitur, reſtat, vt eius prædicatio contemnatur* [l].

¶*Caput hoc (quemadmodum in ſuperiori notatione ſignificatum eſt) in vetuſtioribus exemplaribus non eſt ſeiunctum à ſuperiori,& eſt collectio variarum legum facta à Gratiano. Sed quoniam pleraque verba ſunt ipſorummet auctorum, & in vulgatis eſt diſtinctum caput, ideò iiſdem characteribus impreſſum eſt, quibus cætera auctorum capita.*

A ¶Nihil enim refert.] *Verba legis, ex quibus hunc, & verſiculum,* ſeruus arbiter, *Gratianus accepit, ſunt hæc.* Pædius libro nono,& Pōponius libro 33.ſcribunt, parui referre, ingenuus quis, an libertinus ſit, integræ famæ quis ſit arbiter,an ignominioſus. In ſeruum Labeo compromitti non poſſe, libro vndecimo ſcribit,& eſt verum.

Idem in moralibus,lib.14.in Iob, cap.15.

¶ Qui aliorum vitia puniunt, ſua prius corrigere ſtudeant.

CAP. III.

3 [5] QVi ſine peccato eſt veſtrûm, primus in illā lapidem mittat.] Ad aliena quippe puniēda peccata ibāt, & ſua reliquerant. Reuocan-

Pſalm. 49. — 4 Homil. 12. in Euang. — " Actiones quatuor ex cōtractu infamant. — 5 Ioan. 8.

PORRO. Casvs. Quia dictum erat ſ.in c.infamis. ꝙ infamis perſona non poteſt eſſe procurator, vel cognitor: vel quia in multis locis fecerat Grat. mentionem de infamibus: ideo ſupponit hunc §.in quo oſtendit, quòd infamia quatuor modis irrogatur. Aliquando enim irrogatur infamia ex genere delicti per ſententiam iudicis declarati,vt cum pronuntiat, iniuriam feciſti, &c. Aliquando ex genere pœnæ, vt cum aliquis in opus publicum condemnatur: qui remanet infamis etiam finito tempore. Aliquando etiam genere pœnæ & delicti declarati per ſententiam, vt cum dicitur ei, Sycophantes, ideſt calumniator es tu. Aliquando irrogatur ipſo iure, vel ipſo facto: quod idem eſt, vt contingit cum aliquis exercet improbum fœnus: vel cū mulier nubit intra tempus luctus: vel qui ſciens eam accipit in vxorem. Hug.tamen dicit quòd ſecundus modus non differt à tertio niſi in hoc quòd in tertio genere crimen fuit publicè per ſententiam declaratum: quod non fuit in ſecundo genere.

c ¶ *Audierunt.*] “ plures poſſunt notari caſus vbi fertur teſtimonium de auditu. Vnus hic. Alius cum probatur volũtas obmuteſcentis, vt 26. q. 6. qui recedũt. & c. his qui. Alius in matrimonio, vt 35. q. 6. de parentela. Alius in probatione periurij, 22. q. 5. c. hoc videtur. Alius in memoria facti operis, vt ff. de proba. ſi arbiter. Alius extra de teſti. præterea. & extra eo. tit. cum cauſam. Sed certè non concedo, ꝙ alicubi ſit teſtimoniũ de auditu, niſi vbi teſtificatur quis ꝙ ſic audiuit recitari à maioribus, vt dicitur extra de teſti. quoties. & hoc tantùm contingit in matrimonio, & in memoria facti operis; licet hodie circa matrimonium illud ex parte ſit immutatum. extra de teſti. licet. 2. niſi quis velit dicere ibi ideo eſſe teſtimoniũ de auditu, quia melius in talibus comprehendimus per auditũ quàm per viſum. Vnde ſi duo intereſſent contractui, quorum vnus eſſet ſurdus, & alter cæcus, vnus audiret verba contractus, alter videret numerare pecuniam, per illos fortè non probaretur contractus, quia ſingulares. extra de elect. cum dilecti. Sunt tamen hic alia duo ſpecialia, ſ. ꝙ valet confeſſio extra ius, ſicut & alibi. extra de exceſ. præla. quàm ſit graue. & in alio caſu quando quis confitetur ſe debere pecuniam cauſa adiecta, vt C. de nõ nu. pec. generaliter. & in caſu qui habetur de ſecunda cautione quam mulier poſt bienniũ emiſit. C. ad Velleia. ſi mulier.“ & generaliter dicunt quidam valere confeſſionem factam extra ius, vbi teſtes interſunt rogati.“ Item aliud ſpeciale eſt hic, ꝙ non valent teſtes niſi ſint rogati, & idem requiritur in teſtamentis, & in codicillis[c]. C. de teſti. auth. rogati. & in matrimonio, vt videt. 39. q. 5. noſtrates. & in diuortio. ff. de diuor. l. nullum. aliàs non requiritur ꝙ teſtis ſit rogatus, vt j. prox. cauſa. q. 3. ad fi. Io. conſueuit generaliter dici, & eſt verum, ꝙ confeſſio extra iudicium non præiudicat, niſi cauſa adijciatur, vt cõfiteor me tibi debere centum ex cauſa mutui, vt C. de non nu. pec. l. generaliter. B. & ſcias ꝙ omnes iſti teſtes rogati dicuntur intereſſe, quia rogati ſunt audire, licet ad aliud venerint, vt ff. de teſtam. hæredes palam. auth. tamen generaliter videtur dicere quòd teſtes debeant eſſe rogati, vt C. dę teſt. auth. rogati. ſed hoc verum eſt cum contractus eſt in ſcriptis.

“ Confeſſio extra ius qñque valet.

“ Teſtes an debeãt eſſe rogati.

c Hoc eſt falſum, vt C. de codic. l. vlt. §. fin.

SI DEBITVM. CASVS. Debebam alicui pecuniã per ſcripturam: tempore procedente in præſentia teſtium pecuniam ſibi ſolui, vel confeſſus fuit ſibi eſſe ſolutam; quæſitũ fuit ab Imperatore an ſolutionem illam, vel confeſſionẽ poſſum probare per teſtes qui interfuerunt? Et reſpondet ꝙ ſic, ſi ad hoc fuerunt vocati, alioquin non. Idem eſt in eo caſu, quando debitor confitetur ſe debere pecuniam creditori, ſcilicet vt teſtes ad hoc probandum non valeant, ſi ad hoc non fuerunt vocati.

d ¶*Pro memoria.*] tres hic ponit caſus, ꝙ teſtes rogati poſſunt teſtificari vel pro ſolutione quam voluit facere creditori debitor, vel pro ſolutione ei facta, vel pro cõfeſſione creditoris.

e ¶ *Confeſſione.*] Imo magis eſt pro debitore cõfeſſio creditoris quã ſi ſit ei redditum inſtrumentum[d]. C. dę ſol. pecuniæ.

d Super hoc videas ꝙ le. & not. s. 76. diſt. c. hunc numerum. Arch.

SIMVL. Hęc eſt tertia pars, in qua probat quòd teſtes debent ſe cõcordare, & nil falſi admiſcere. & hoc probat per tres auctor. Io. de Fan.

2 Anſel. l. 3. c. 58.

CASVS. Supra in cap. teſtes. dictum eſt, quòd teſtes debent ferre teſtimonium de ijs quæ viderũt. Dicit hic Gratianus, quòd ſimul videre debent: & ſi diuerſis temporibus viderunt, non valet eorum teſtimonium.

NIhilominus quoque.] CASVS. Quæſitum fuit à Leone qualiter puniẽdi ſunt teſtes qui falſum teſtimonium dicunt? Et reſpondet ꝙ puniendi ſunt ſicut accuſatores qui calumniantur, nec voces eorum ſunt audiendæ tanquam plurium, qui diuerſis temporibus aliquid vidiſſe teſtantur.

f ¶*Puniendi.*] in criminali punitur teſtis capitali pœna. 33. q. 5. hæc imago. hoc ſecundũ leges veteres, ſecũdum canones infamis eſt. 6. q. 1. quicunque. 22. q. 5. ſi quis. ſed ſecũdum legem accuſatur de crimine falſi. ff. ad l. Cornel. de falſ. eos qui. Non obſt. ff. de ijs qui not. infa. Lucius. extra de ord. cog. cum dilectus. quia ibi non eſt ſententia lata contra teſtem.

g ¶*Quos temporum.*] ſimile 4. q. 3. in teſtib. C. de cod. l. vlt. §. vlt. ſi. C. de teſtam. ſi vnus.

h ¶*Simul.*] Quidam dicunt hoc tenere in ijs quę non niſi ſemel cõmittuntur, vt homicidium alicuius. ſed ſi ſæpius aliquid poteſt committi, ibi non nocet temporum diuerſitas. ſed eis obijcitur de Suſanna, 2. q. 6. §. item Daniel. ſed illi reſpondent, ꝙ ideo fuerunt illi teſtes reprobati, quia dixerunt ꝙ in eadem hora & in diuerſis locis commiſſum eſſet adulterium, ſed non poterat committi in eadem hora & in diuerſis locis, & hoc dicunt propter expreſſam ſimilitudinem, & non propter identitatem: nam reuera aliud eſt adulterium quod hodie fit, aliud quod cras, ſed eſt ſimile illi, quod non concedo, cũ ſinguli ſint in ſuis dictis ſingulares. Si tamen aliquem † actum continuum viderent aliqui, licet diuerſis horis, videtur ꝙ teſtimonium teneret, vt ſi ſucceſſiuè in vno foramine viderunt aliquos fornicari[e]. Vel ſi aliqui volunt teſtificari ꝙ aliquis excommunicatus celebrauit, & vnus audiuit finem miſſæ, alter principium, hoc caſu concedo eos bene teſtificari de vna re propter continuationem actus, ſicut propter continuationem poſſeſſionis vna dicitur præſcriptio, licet facta ſit à diuerſis perſonis. 16. q. 3. §. poteſt[f]. ver. ꝙ ſi ab eo. ſicut etiam vnus dicitur proconſulatus, licet diuerſæ perſonæ ipſum exercuerint, vt ff. de off. procon. meminiſſe. Item quid ſi conueniant in tempore, ſed diſcordant in officijs? vnus dicit de miſſa, alter dicit de veſperis. Eadem eſt quæſtio ſi vis probare ſolutionem decimæ, & vnus dicit frumentum ſolutum, & alter dicit fabam. Et reſp. ꝙ non valet teſtimonium: quia omnes ſunt in ſuo teſtimonio ſingulares, vt extra dę elect. cum dilectus. diem fortè non tenetur teſtis exprimere, ſed menſem, vt ſ. 2. q. 8. libellorum.

† al. eundẽ

e Vide latè de hac q. Ia. But. in l. fin. C. de teſtib. Cin. & Petr. in l. teſtium. eo. tit.

f Melius §. pſcriptionũ. verſ. quod ſi ab eo. Arch.

PVra.] CASVS. Quæſitum fuit ab Ambr. ſi teſtis admiſcet vero aliquid falſitatis, an eius teſtimonium valet? Et rñdet, ꝙ nõ: quia pura & ſimplex eſt teſtimonij ſeries intimãda.

i ¶*Pura.*] id eſt, ſine dolo.

k ¶*Simplex.*] qualiter hoc intelligitur, dixi 4. q. 3. in teſtib.

a ¶*Aliquid.*]

a ¶*Aliquid.*] arg. vtile per inutile vitiari, vt 12. q. 2. ſi quos de ſeruis. ſ. diſt. 37. ſi quid veri. [a] Sed contra, ff. de excu. tu. qui teſtamento. ſ. diſt. 9. ſi ad ſcripturas. Sol. " vtile per inutile vitiatur, vbi in iure inuenitur expreſſum, aliàs non. argu. 15. q. 3. §. cum autem.

a Et ſ. 1. qu. 1. rõne. vbi videas. & c. dñs. vbi vidẽ arg. pro, &c.

" vtile p inutile qñque vitiatur.

b ¶*Adijcit.*] vel ſubtrahit, vt 5. qu. vlt. presbyteri. extra de verb. ſig. forus. §. vlt. arg. 11. q. 3. quiſquis metu. 25. q. 2. præſcriptione. 22. q. 2. cum humilitatis. C. de teſtib. teſtium.

c ¶*Addendum.*] quia non præiudicaret hoc alicui, ſi de hoc non iuraſſet. vt ext. de teſtib. c. de teſtibus.

ABſens.] Casvs. Dicitur hic, quòd abſens non poteſt accuſare, vel accuſari per procuratorem, nec teſtis affinis recipitur.

d ¶*Nec affinis.*] ſ. ca. q. 5. ſimiliter. [b]

1 Pol. l. 5. ti. j. Iuo p. 5. c. 248. & p. 6. c. 331.

b Adde an & qñ admittantur. Bar. not. in l. qui teſtõ. ff. de auct. tu.

2 Add tex. i l. polla. C. de his quib. vt ind.

NISI. Casvs. Excipit Grat. vnum caſum in quo abſens poteſt accuſare per procuratorem, vt illuſtris perſona in crimine iniuriarum.

e ¶*Per procuratorẽ.*] de hoc dixi ſ. 2. q. 6. ſi quando.

f ¶*Reo.*] hæc rubrica eſt falſa, quia non intelligitur de libello accuſationis, ſed de libello atteſtationum.

CHartæ.] Casvs. Quidam accuſatus fuit, vel conuentus coram Sindua magiſtro militum Domini Papæ. In abſentia autem rei ſunt teſtes recepti: reus ſtatim cum ſciuit, appellauit ad Papam. Sindua verò miſit atteſtationes Papæ per Lucidium accuſatorẽ, vel actorem: quas cum audiuit à Lucidio fuiſſe receptas abſente reo dixit eſſe inualidas.

g ¶*Abſente.*] ſupra 2. qu. 1. in primis. extra de teſt. in nomine Domini. & c. de cętero.

HOrtamur.] Casvs. Pelagius cõmiſit quandam cauſam Decorato patricio. hortatur ergo vt ſicut conſueuit, ita purè procedat ſuper hoc negotio, & faciat à teſtibus qui veritatem illius cauſæ nouerunt, omnem formidinem amputari, vt pręſtito ſacramento dicant teſtimonium veritatis, & omnibus patefactis cauſam decidat.

h ¶*Amputari.*] hic eſt arg. " ꝙ iudex præſtabit conductũ & ſecuritatem teſtib. ext. vt lit. non contc. accedens. & de electio. bonæ memoriæ. ext. de ap. ex parte. 33. qu. 2. ſiue.

" Teſtibus eſt pręſtãda ſecuritas.

i ¶*Præſentari.*] ſic ſ. ca. teſtes.

k ¶*Nouerunt.*] Teſtis enim pro vtraq; parte teſtabitur. 14. q. 5. non ſane. & iurabit, ꝙ nihil falſitatis dicet. 2. q. 4. nullam.

NEceſſe.] Casvs. Hinc marus quęſiuit à Nicolao, vtrum reo abſente ſit accuſator audiẽdus? Et rñdet, ꝙ non: ſed vterq; debet eſſe præſens, & quãtæcunq; auctoritatis ſit aliqs, ſic dẽt in iudicio audiri, vt alteri parti nullum ꝑiudicium fiat.

eſt. Plerunque teſtis, dum aliquid [a] ad ſeriem geſtorum ex ſuo adijcit, [b] totam teſtimonij fidem partis mendacio decolorat. Nihil igitur, vel quod bonum videtur, addendũ [c] eſt.

A ¶Simplex.] *Integer locus B. Ambroſij eſt*, Pura, & ſimplex mandati forma ſeruanda, vel teſtimonij ſeries intimanda eſt.

Item Felix Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſtola 2.

¶Abſens per alium nec accuſare, nec accuſari poteſt.

CAP. XVIII.

1 ABſens per alium accuſari, aut accuſare 2 non poteſt, nec affinis [d] teſtis admittitur.

4 ¶*Niſi in crimine iniuriarum, in quo illuſtris perſona etiam per procuratorem* [e] *intendere, & excipere poteſt, ſeruatis cęteris ſolemnitatibus, vt Cod. tit. de iniurijs. l. vlt.*

Item Pelagius Papa Sindulæ A *magiſtro militum.*

A ¶Sindulæ.] *Iuo p. 8. ca. 67. refert aliud quoddam caput epiſtolæ à Pelagio ad Sindulam magiſtrum militiæ ſcriptæ.*

¶Reo [f] abſente libellus accuſationis fruſtra offertur.

CAP. XIX.

CHartæ, quas dedit nobis Lucidius, ſi illo tempore aduerſarius ipſius illic pręſens fuiſſet, validæ erant. Sed quia aduerſario abſente [g] geſta, quę nobis recenſuit, facta leguntur, talia leges non recipiunt.

Idem Decorato patricio.

¶Teſtes corporaliter præſtito iuramento teſtimonium dicant.

CAP. XX.

HOrtamur, vt ſub timore Domini conſuetam conſcientiæ veſtræ ſinceritatem in hoc quoq; negotio conſeruantes, omnem perſonis, quæ veritatem cauſæ iſtius ſcire poſſunt, faciatis amputari [h] formidinem, & veſtris præſentari [i] conſpectibus, tactis ſacroſanctis euangelijs, prębito etiã legaliter ſacramento, quæ in veritate rerum nouerunt, [k] 3 profeſſione ſuæ teſtificationis aperiant, vt patefactis omnibus, quę ſecundum leges, & iuſtitiam cenſenda ſunt cognoſcatis, & competentem † legibus, & veritati terminũ detis.

Item Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum Archiepiſcopo.

¶Accuſator, & accuſatus ſimul debent adeſſe.

CAP. XXI.

NEceſſe eſt ſecundum ſacrarum ſcripturarum documenta, ac ſecundum iuſtitiæ tramitem & accuſatum & accuſatorem ſimul adeſſe, & vnam partem, quantacunq; [l] & qualicunque prædita ſit auctoritate, ſic prorſus audiri, vt alteri parti nullum præiudicium [m] irrogetur.

QVAESTIO X.

QVòd [n] verò deficientes A *in primo capitulo non ſint admittendi ad ſequentia, ex cõcilio Carthaginenſi ſeptimo confirmatur, in quo ſic c. 3.* [4] *ſtatutum legitur.*

A ¶Deficientes.] *In vulgatis codicibus legebatur*, teſtes deficientes: *ſed expuncta eſt vox*, teſtes, *quæ abeſt à pleriſque vetuſtis codicibus. Quæ enim in hac quæſtione afferuntur, non ad teſtes, ſed ad accuſatores pertinent. Et ſuperius initio cauſæ in propoſitione huius quæſtionis decimæ nulla eſt mentio teſtium.*

¶Qui in primo capitulo deficit, ad cætera non admittatur.

CAP. I.

5 PLacuit, vt quotieſcunque clericis ab accuſatoribus

l *Quantacunque.*] Parilitas enim ſeruanda eſt in iudicijs. C. de prox. ſacro. ſci. in ſacris. lib. 12. ff. de arb. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ar. contra ext. de dol. & contu. ex literis. [c] & eſt ſimile 1. q. 1. teneamus. ſ. di. 9. ego. in ſententia & in iudicio nulli eſt deferendum, ſed in ſedendo, & in ſimilib. ſic 2. q. 8. quiſquis.

c Loquiť in pœnis inferẽdis, in qb. deferť. 50. di. cõtumaces. extra dẽ of. del. paſtoralis. quod dic vt no. ex tra de trãſ. c. vlt. in glo. pen. Arch.

m ¶*Præiudicium.*] ſic 11. q. 3. ſi quis verò. C. de ſtat. & imagi. l. 4.

QVòd verò teſtes.] Casvs. Hic intitulatur decima quæſtio, qua quæritur an deficientes in primo cap. ſint admittendi ad ſequentia capitula? Et reſpondetur quòd non. Vnde quidam dicunt, vt Bene. ꝙ qui deficit in maiori, vel minori, non ad mittitur ad ſequentia: quia præſumitur calũniator, vt j. e. c. 1. niſi in criminibus exceptis, in quibus quilibet admittitur ad accuſandum. Alij verò dicunt, quòd non admittitur ad accuſandum poſtea ad leuiora, ſed ad grauiora ſic. Sed primum c. huius quæſtionis indiſtinctè loquitur, vnde verius dicitur quod dicunt primi.

3 iſte tex. ſolet allegari, ꝙ notarius vel teſtis ñ debet apponere in actu ſuo, niſi quę vidit & nouit. Iſtã opi. tenet Petr. de Anch. in c. fraternitatis. extra, de teſti. & Ale. de Im. in l. ſi ex falſis. co. vltim. C. de tranſ.

† al. conuenientem.

n ¶*Quòd verò.*] " vbi quis ſimul de pluribus criminibus accuſat, ſi in vno deficiat, bene admittitur ad alia, vt ſ. 2. q. 1. in primis, [d] dum modo non ſit calumniator, vt 2. qu. 3. Paulum. nam & condemnatus proſequitur crimen, de quo inſcripſerat pendente accuſatione, vt j. ead. qu. proxi. negãda. 2. & ff. de publ. iud. l. is qui. §. illud. Sed capitula hic poſita loquuntur, vbi quis de calumnia conuictus vult accuſare aliquem, & deceptus fuit. ſecus ſi in promiſſione aliqua deceptus fuit, vt 2. quæſtio. 3. Paulum. H. & alij diſtinguunt vtrum defecerit in minori, vel maiori: ſi in minori, admittitur ad ſequentia, aliàs non. vt 2. q. 1. in primis. In ciuilibus autem cauſis conuictus de calũnia, bene ad ſequentia admittitur, vt C. de inoff. teſt. l. cum qui. inſti. de excu. tut. §. qui autem. extra de appel. conſtitutus. 2. Quidam dicunt, quòd ſi quis accuſauit de pluribus criminibus ſimul, & conteſtatus eſt litem ſuper omnibus, licet in vno deficiat, bene tamen admittitur ad ſequentia tanquam iam incepta. Sed ſi tantùm ſuper vno eſt litem conteſtatus, & deficit in illo, non admittitur ad ſequentia, quaſi ſuſpectus. ff. de accu. ſi cui. 6. q. 1. quicunque. Tu diſtingue an ſit calumniatus, vel non, vt dixi: tamen ſi quis primò egit criminaliter, ſiue obtinuerit ſiue ſuccubuerit, poteſt poſtea agere ciuiliter. C. quando ciuilis actio criminal. præiudicet. l. prima.

" Accuſator deficiens in vno, an admittatur ad alia.

d Verſ. ꝙ ſi fortè. pôt. n. qs dẽ plurib. cõdẽnari ſimul, vel abſolui. 2. q. 6. ſi quis ex pluribus.

4 Et Afric. c. 97.

5 Rab. in pęni. c. 1. Bur. l. 2. ca. 198. Iuo part. 6. c. 271. Pan. l. 4. c. 64.

PLacuit.] Casvs. Quęſitum fuit in Carthaginenſi concilio, ſi accuſatores cum obijciunt plura crimina, & in primo deficiunt, an ſint admittendi ad ſequentia? Et reſpondet quod

multa crimina objciuntur, & vnum ex his, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cętera iam non admittantur.[a]

Probatur illud idem auctoritate Arelatenſis concilij ſecundi, in quo ſic c.24.diffinitum eſt. [1]

¶Qui falſa fratribus objciunt, vſq; ad exitum non communicent.

CAP. II.

EOs, qui falſa fratribus capitula † obieciſſe[b] conuicti fuerint, placuit vſque ad exitum non communicare, (ſicut magna ſynodus 2 ante conſtituit) niſi digna ſatisfactione pœnituerint. †

Item Felix Papa in ſecunda decretali, epiſcopis Galliæ.

¶Qui quod objcit, probare non valet, de cętero ad arguendum non admittitur, niſi propriam cauſam ciuilem duntaxat aſſerere voluerit.

CAP. III.

3 SI accuſatorum perſonę in iudicio epiſcoporum culpabiles[c] apparuerint, ad arguendum epiſcopos A de cætero non admittantur, niſi proprias cauſas aſſerere (non tamen[d] criminales, vel eccleſiaſticas[e]) voluerint.

A ¶Epiſcopos de cętero.] *voces iſtæ abſunt ab omnibus vetuſtis codicibus, & cęteris locis indicatis. Auctor tamen caſus eos habuit, & ponderauit.*

1 Capit.l.6. cap.241. & Arelatenſe 1.c.14.

† al. capitalia.

2 Arelat. 1. c.14.

† aliàs, pri⁹ pęnituerit.

Cum ergo qui falſa fratrib. objciunt, vſque ad exitum vitæ à communione prohibeantur, cum illi, qui in epiſcoporum iudicio culpabiles inueniuntur, ad arguendum de cætero admitti prohibeantur, apparet, ꝙ in primo capitulo deficientes, tanquam falſorum obiectores ad ſequentia procedere non valent. [4]

QVAESTIO XI.

1 ps AB accuſato[f] *verò accuſationem in accuſatorem verti multorum auctoritatib. prohibetur.*

Ait enim Stephanus Papa, epiſt. 2.cap.7. [5]

¶Accuſati, niſi prius ſe purgauerint, alios accuſare non poſſunt.

CAP. I.

j 6 NEganda[g] eſt accuſatis[h] licentia criminandi,[i] priuſquàm ſe crimine, quo premuntur, exuerint: quia non eſt credendum contra alios eorum confeſſioni, qui criminibus implicati ſunt, niſi ſe prius probauerint innocentes: quoniam periculoſa eſt, & admitti non debet rei[k] aduerſus quemcunque[l] profeſſio.

Lib.9.Codicis titu.1.l.19. [7]

Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus, A A A.

¶De eodem. C. II.

ij 8 NEganda eſt accuſatis

---

quòd non. Sequens §. patet, ſed ſequens cap. non probat bene quod dicitur in §.& c.præcedenti.

¶ Quidam ſic ponunt caſum. Accuſo te ſuper plurib. criminib. ſimul, & eodem libello, & litem ſuper his omnib. conteſtor: licet in vno deficiam, tamen admittor ad ſequentia, licet iam ſim infamis, & hoc eſt ideo: quia tempore li.conte. fui bonæ famæ, vt ff. de pub.iud. is qui. & 2. q. 1. in primis. ibi, an grauiora, &c. Si autem te primùm accuſo de vno crimine, & deficio, non admittor poſtea ad alia. Io. Sed certè mirum videtur de iſtis opinionibus. nam ſi litem conteſtatus eſt accuſator ſuper pluribus criminib. publicatis atteſtationib. poſtea non admittitur ad probandum aliud, ſed ſi ſuper vno tantùm litem conteſtatus eſt, & non probauit, videtur calumniari, & ita non admittitur poſtea ad ſequentia, vt hęc capitula dicunt, quæ in hoc caſu intelliguntur. B.

a ¶*Non admittãtur.*] ſed videtur, quòd huiuſmodi exceptio non poſſit objci poſt litem conte. vt ff. de adult. ſi maritus. §. præſcriptiones. maximè cum exceptio, ſcilicet tu es calumniatus, ſit dilatoria: quia tantùm declinatoria eſt iudicij. ſ. q. 6.§.1. quod ex hoc patet: nam ab alio adhuc accuſari poteſt. Reſpondet quidam ſpeciale eſſe in adulterio, vt etiam peremptoria ibi aliquis non poſſit objcere poſt lit. conteſt. ſcilicet hanc, tu per quinquennium tacuiſti, vt C. de adult. adulter. ſicut & ſpeciale eſt in illa exceptione, ext. qui ma. ac. poſ. cum in tua. Alij dicunt, ꝙ hæc exceptio, tu es calumniatus: bene poteſt objci poſt litem conte. Sed melius dic, ꝙ hic lis non fuit conteſtata, niſi ſuper eo, in quo defecit. Vnde cum vult procedere ad alia ſuper quibus lis non eſt conteſtata, iuſtè admittitur huiuſmodi exceptio contra illum. Vel dic, quòd illa exceptio de nouo cœpit competere, vnde poteſt ea vti poſt litem conteſtatam. vt extra. de off. dele. inſinuante.

3 ĵ.4.q.6.ſi accuſatorũ. In cap. Hadria.c.4. Capit.l.5.c. 241. Anſ.l. 3.c.86. Iuo p.6.c.418.

EOs.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quòd ſi qui conuincantur falſa crimina aliquib. obieciſſe, debent excommunicari vſq; ad mortem, niſi ante reſipiſcant.

b ¶*Obieciſſe.*] calumnioſè ſubaudi.

SI accuſatorum.] CASVS. Quidam reperti ſunt culpabiles in accuſatione eporum, quæritur vtrum iſti ſint de cætero admittendi ad accuſandum? Et reſpondetur, ꝙ non, niſi in ꝓprijs cauſis ciuilibus: in criminalib. tamen, vel eccleſiaſticis non admittuntur. Dicit hoc contra epiſcopos. ſed cõtra alios bene agent proprias cauſas criminales, vel eccleſiaſticas.

c ¶*Culpabiles.*] ideſt, calumnioſæ ſubaudi.

d ¶*Non tamen.*] ſuam iniuriam non proſequendo, ſed publico iudicio accuſando, vel ſpeciale eſt in calumniatore epiſcopi, ne ſit contra. 4.q.6. omnibus. & ſ. 2.q. 1. prohibentur.

e ¶*Eccleſiaſticas.*] hoc ideo dicit, qa cauſa eccleſiaſtica non eſt agenda niſi per hominem bonæ opinionis. 5.q.3. quia.[a]

a De hoc no. ſ. eo.q.7. cap.1.

Cum ergo. CASVS. Cõcludit Grat. ex illo c. eos. & ex illo, ſi accuſatorẽ. qđ deficientes in primis, non admittunt ad ſeq.

AB accuſato.] Hæc q. diuiditur in tres partes: in prima quarum probat per tria c. ꝙ accuſatus accuſare non poteſt de minori, vel pari, prius quàm probauerit ſe innocentem: poteſt tamen libellum iudici porrigere. Secunda ibi, *Aliquando*. Tertia ibi, *Cauſa verò*. Io. de Fan.

CASVS. Ponitur hic 11. q. qua quæritur an accuſatus poſſit vertere accuſationem ſuam in accuſantem. & certum eſt, quòd non in aliquo crimine, ſi nomen accuſati iam receptum ſit inter reos. vt ff. de adult. ſi maritus. §. præſcriptiones. ſi nõ eſt receptum, non poteſt illum accuſare niſi de maiori crimine, vel niſi ſuam iniuriam proſequatur. ſi verò in modum exceptionis crimen objcit, vt repellat accuſatorem ab accuſando, ſemper prius auditur excipiens de quocunque crimine, vt C. de adul. quoniam Alexandrum. & 32. q. 6. nihil iniquius.

4 Cõcor. l. q crimẽ. & ibi Cy. C. q ac. nõ poſ. gl. in l. fi. C. de ac.

5 In Cod. Theod. l.9. tit.1. leg.12.

f ¶*Ab accuſato.*] " Si accuſatus crimen ꝓponit contra ſuum accuſatorem pendẽte accuſatione, aut proponit in modum accuſationis, aut in modum exceptiõis. Si in modũ accuſationis, aut nomen accuſati eſt receptum inter reos, aut non, hoc eſt dicere ſi lis eſt conteſt. aut non. Si non, poteſt[b] eum accuſare de maiori crimine, & audietur prius, vt ĵ.e. prius. & ĵ.c.2. Si eſt receptum, non poteſt, ſed pendente accuſatione poteſt contra eum inſcriptionem deponere, & poſt ſententiam eam conſummare, vt ĵ. ea. cap. 2. & ff. de pub.iud. l. is qui. Si autem ſuam. iniuriam proſequitur, tunc & ante & poſt damnationem poteſt ipſum incipere accuſare ff. de accuſat. qui iudicio. 4.q.6. omnibus. ſi verò in modum exceptionis proponitur crimen, prius ſemper audiť excipiens, vt C. de adult. qm̃ Alexandrũ. & 32.q. 6. nihil iniquius. C. de lib. cau. ſi filium. & extra de ord. cogni. cum dilectus.[c]

" Accuſat⁹ an pendẽte accuſatiõe poſſit ſuum accuſatorẽ reaccuſare.

6 Burc. l.1. c.164. Anſ. l.3. cap.74. Iuo p.5. ca. 274. Pan. l. 4.c.67.

b ff. đ adul. l. ſi maritus. §. præſcriptiones.

7 tit. q acc. non poſ. l. neganda.

8 ĵ. non eſt credẽdum.

c đ hac materia no. C. qui ac. non poſ. l.1.

NEganda.] CASVS. Ben. ſic ponit caſum hunc. Quidam accuſatus volebat ſuum accuſatorem reaccuſare de pari, vel minori crimine ante litem conte. vel poſt lit. conte. de maiori. Quæſitum eſt à Stephano an poſſit? Et reſpondet quòd non, quia non eſt credendũ accuſatis contra alios, niſi prius probauerint ſe innocentes.

g ¶*Neganda.*] nota in criminibus non habere locum reconuentionem, vt hic, & ĵ.c. prius. vt no. ſ.q.8.c.1.

h ¶*Accuſatis.*] inter reos receptis, vt ff. de adul. ſi maritus. §. præſcriptiones.

i ¶*Criminandi.*] etiam ſi ſuam iniuriam proſequatur, ſecundum R.[d] quia non relatione criminum, ſed innocentia reus purgabitur, vt ff. de publ. iud. l. is qui. ſed hoc non eſt verum, vt infra c. prox.

d Sub. & H. q ẽt idẽ ſentit, & eadẽ rõne, & idẽ vř ſentire Inn. vt dixi ſ.c.q. 8.c.1.

k ¶*Rei.*] id eſt, accuſati.

l ¶ *Quemcunque.*] ergo eoipſo, ꝙ quis accuſatur, perdit legitima iura, vt ff. de mu. & hon. reus. 81. diſtin. tantis. extra de accuſ. Deus omnipotens.

NEganda.] CASVS. Quæſitum fuit ab Imperatore vtrum accuſatus poſſit ſuum accuſatorem reaccuſare de pari,

vel

vel minori crimine? Reſpondetur, quòd non, prius quàm ſe crimine quo accuſatur exuerit: niſi proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam. poteſt tamen deponere inſcriptionem apud iudicem pendente accuſatione. Sequens c. planum eſt, quod habet eundem caſum cum primo c. huius quæſtionis.

(qui non ſuas [a] ſuorumq; iniurias perſequuntur †) licentia criminandi in pari, vel minori, priuſquàm ſe crimine, quo premuntur, exuerint, ſecundum ſcita veterum iuris conditorum: ita tamen, vt & ipſi inſcriptiones contra eos etiam pendente accuſatione deponere poſſint.

Item ex decreto Hadriani Papæ, cap. 33. [1]

¶ De eodem.

CAP. III.

2 NOn eſt credendum contra alios eorum confeſſioni, qui criminibus implicantur, niſi ſe prius probauerint innocentes: quia periculoſa eſt, & admitti non debet rei aduerſus quemcunque profeſſio. †

Hoc autem intelligendum eſt in pari, vel minori crimine. Cęterùm ſi de maiori crimine eum accuſare voluerit (veluti, ſi accuſatus de fornicatione, de periurio, de homicidio, vel ſimonia, vel quolibet alio huiuſmodi crimine accuſatorem ſuum impetere voluerit) his auctoritatib. non prohibetur.

¶ *Aliquando enim criminalis quæſtio præiudicat ciuili.* A *Aliquando criminali. Vnde in lib. 3. Codicis tit.* [3] *de ordine iudiciorum l. 4. legitur.*

¶ *Ciuili quæſtione † intermiſſa ſępè fit,* [b] *vt de crimine iudicetur, quod, vtpotè maius, minori meritò præfertur.*

† al. exequũtur.

« Condemnatus de crimine, an poſſit accuſare.

1 In ca. Hadria. c. 33.

2 Anſel. l. 3. c. 92. ſ. c. neganda. 1.

† al. confeſſio.

3 Tit. 8. l. 4.

† diſceptatione] Ori.

a ¶ *Suas.*] ſed tunc non permittitur, niſi ponas illum primum, qui accuſat, ſimiliter proſequi ſuam iniuriam: alioquin concederetur poſteriori, ꝙ aufertur primo. « condemnatus autem non poteſt niſi ſuam iniuriam proſequatur. ff. de accuſation. qui iudicio. cum iam ſit infamis. ff. de publ. iud. l. infamem. & hoc ſi poſt condemnationem accuſationem inchoat in extraneum, non in ſuum accuſatorem. ſi enim in ſuum accuſatorem, poteſt. ſi non, perdit ex illo crimine ciuitatem, vel libertatem, vt ff. de publ. iudi. l. is qui. & hoc ideo, quia parcitur illi qui prouocatus vult ſe vlciſci. ff. de bon. lib. qui cum maior. §. ſi libertus. ſecundum canones autem cum quis eſt damnatus de crimine: amodo non poteſt accuſare nec ſuum nec extraneum accuſatorem, vt vndecima, quæſtio. prima. qui crimen. niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur. quarta, quæſtione ſexta. omnibus.

NOn eſt credendũ.] HOC AVTEM. Casvs. Exponit hic Gratian. in quo caſu intelliguntur ſupradicta c. cum lege inſerta, ſcilicet de pari vel minori crimine. ſed ſi de maiori crimine ante litem conte. velit accuſatorem reaccuſare, poteſt. verbi gratia, accuſat aliquis de fornicatione alium, poteſt accuſatus reaccuſare illum de periurio, vel homicidio, vel ſimonia.

ALIQVANDO. Casvs. Supra in l. neganda. dictum eſt, ꝙ pſecutio ſuæ iniurię, vel ſuorum pręiudicat alijs criminibus, vel præfertur. Nunc vberius de ſimili præiudicio proſequitur Gra. & dicit, quòd criminalis quæſtio quandoque præiudicat ciuili: & quandoque ciuilis criminali, & de vtroque ponit exemplum.

CIVILI. Casvs. Petebam ab aliquo hęreditatem ex teſtamento, in quo continebatur, quòd ego eram inſtitutus hæres. ſed cum demonſtraui teſtamentum, aduerſarius dixit illud eſſe falſum. quæſitum eſt ab Imperatore, quæ quæſtio præcedere debet? reſpondet, quòd de crimine falſi prius eſt cognoſcendum tanquam de maiori.

b ¶ *Sæpe fit.*] nã q̃nque aliter fit. ext. de reſt. ſpol. itẽ cũ qs. C. de dona. inter vir. & vxor. ſi maritus. poſſet tñ illud intelligi, cum crimen in modũ exceptionis objicit, vel directè fuit propoſitum, ſed accepta pagina inſcriptionis, vt C. de fal. ſatis.

PRius.] Casvs. Ego Bartho. Brix. ſic audiui ab Hugolino caſum hunc. Tu accuſabas me de furto, ego te de homicidio reaccuſabam. quærebatur ab Imperatore, quæ quæſtio præcedere deberet. & certè quæſtio homicidij præcedere debet, vtpote maior, & poſtea ex euentu cauſæ apparebit vtrum ille qui primò accuſabat de furto, poſſit aduerſarium reaccuſare.

« Ordo ſeruandus in pluribus quæſtionibus.

c ¶ *Prius.*] Not. « ſi duæ ſunt quæſtiones principales, & ambæ ſint ciuiles, quæ prius proponitur, prius eſt determinanda, licet ſint inæquales, dummodo ſe non contingant, & directè proponantur, vt extra de ordin. cognit. cum dilectus. ff. de iud. qui prior. Si ſint criminales & inæquales, & directè proponuntur, maior præponitur. ſed ſi altera eſt criminalis, [a] & altera ciuilis, de criminali prius agitur. Si verò non ſunt ambę principales, ſed vna incidit alteri, de incidenti prius cognoſcitur. Incidit autem quandoque criminalis criminali, quandoque ciuilis ciuili, quandoque criminalis ciuili, quandoque ciuilis criminali. Criminalis incidit criminali, vt ſi accuſanti de adulterio objicio lenocinium. & ponit aliud exẽplum in hac lege, prius. Ciuilis ciuili, vt ſi petenti hæreditatem objicitur quęſtio ſtatus. Criminalis ciuili, vt ſi agenti per aliquod inſtrumentum objicitur quæſtio excipiendo de falſitate. Ciuilis criminali, vt ſi accuſanti objicitur quæſtio ſtatus.

a de hac materia no. extra de ord. cogn. c. tuã.

A ¶ Aliquando criminali.] *Antea legebatur, aliquando ciuilis criminali, expuncta eſt dictio, ciuilis, auctoritate veterum codicum. Nam hic tantùm agitur, quando cauſa criminalis ciuili, aut criminali præiudicat. In ſequenti autem c. §.* aliquando ciuilis, *exponitur, quando ciuilis, & ciuili, & criminali præferatur.*

Item libro nono Codicis, tit. Qui acc. non poſſunt, l. 1. [4]

CAP. IIII.

PRius [c] eſt, vt criminibus, quæ tibi, vt grauiora ab aduerſario tuo objiciuntur, cędis atque vulnerum reſpondeas: & tũc ex euentu cauſę [d] iudex æſtimabit, an tibi permittendum ſit eundem accuſare, tãetſi prior inſcriptionem depoſuiſti.

2 *Aliquando ciuilis præiudicat ciuili, aliquando criminali. Sicut enim in ſeptimo libro Codicis, titul.* [5] *de ordine cognitionem l. ſi de hęreditate, legitur.*

¶ [*Si de hæreditate, & libertate controuerſia eſt, prius agi cauſa libertatis debet.*] *Item lege ſequenti.*

¶ [6] [*Si crimen aliquod inferatur ei,* A *qui ingenuus eſſe dicitur, ante liberalis cauſa ſuo ordine agi debet, cognitionem ſuam præſide præbente: quoniam neceſſe eſt ante ſciri, ſi delictum probatum fuerit, vtrum vt in liberum, an vt in ſeruum* [e] *conſtitui oporteat iudicium.*] *Item.*

4 Tit. 1.

5 tit. 19. l. 2.

6 ibid. l. 3.

d ¶ *Cauſæ.*] quia ſi proſequaris iniuriam tam, bene potes, aliàs non. hoc non placet. quare enim diceretur, quòd ex euentu cauſæ poſſet: nam etiam ſi eſſet condemnatus, bene admitteretur ad accuſandum volens proſequi iniuriam ſuam, vt ff. de accuſa. qui iudicio. multò magis ergo ſi fuerit abſolutus, licet non proſequatur iniuriam ſuam. Vel aliter ex euentu ſi condemnatus es, non permittitur tibi. ſi abſolutus es, bene permittitur. ſed ſecundum hoc obſtat. ff. de publ. iud. l. is qui. vbi dicitur, quòd inchoatas accuſationes bene poteſt poſtea perficere, vt ſuprà eo. neganda. 2. Sed dic inchoatas contra alios, non contra accuſatorem. Vel pone caſum ſi cœpit te aliquis accuſare, quòd ſibi eius ſeruum ſurripuiſti tali die, tu objicies ei, quòd ille ſeruum illum interfecit anteriori die, & tunc ex euentu cauſę patebit an poſſit te accuſare, vel non.

ALIQVANDO CIVILIS. Casvs. Supra oſtenſum eſt, ꝙ criminalis quæſtio quandoque præiudicat ciuili, & quandoque criminali. Nunc vult Gratianus oſtendere, ꝙ ciuilis quandoque præiudicat ciuili, & quandoque criminali. & exempla de vtroque ponit.

SI DE HAEREDITATE. Casvs. Aliquis petebat à me hæreditatem: obieci ſibi, ꝙ erat ſeruus meus: quæritur quæ quæſtio debeat præferri? Reſpondetur, quòd quæſtio libertatis.

SI CRIMEN. Casvs. Hęc lex & ſequens ſunt in Codice de ordine cognitionum lib. 7. Hugolinus caſum ſic intellexit. Accuſabam aliquem de crimine, alius dicebat eum ſeruum ſuum eſſe, quærebatur quæ cauſa præponi debeat? Et reſpondetur, quòd cauſa libertatis, quia primùm ſcire oportet vtrum ſit liber, vel ſeruus, vt cum crimen fuerit probatum, iudex puniat eum tanquam ſeruum. & hoc modo Beneuen. ponit caſum. Ponit etiam alio modo ſic. Accuſabã aliquem de crimine, ille replicauit contra me, quòd ego eram ſeruus ſuus, quæritur quæ cauſa prius agi debeat? & reſpondetur, quòd cauſa libertatis: quoniam ante ſcire oportet an ille qui accuſat, ſit liber, vel ſeruus.

e ¶ *In ſeruum.*] aliter enim punitur ſeruus, aliter liber, vt 22. q. 5. qui compulſus.

QVI CONFITETVR. Casvs. Petebam aliquem in ſeruum coram iudice, qui lite pendente volebat me de crimine accuſare, & bene confitebatur ſe pati controuerſiam ſeruitutis: quæritur vtrum danda ſit ei poteſtas accuſandi eum, qui ſe ſuum dominum dicit? Et reſpondet quòd non, niſi prius cauſa liberali terminata, & ſi liber fuerit pronuntiatus, poterit accuſare.

1 Ex l. 1. & 4. alio modò aptatis verbis.

a ¶ *Cauſa.*] verba ſunt Gratiani, ſumpta ex lege C. eo. ſi ſtatus controuerſiam. & l. cum ipſe.

2 Iuo p. 16. c. 61.

SI QVIS ENIM. Casvs. Aliquis familiaris, vel ſeruus accuſabat dominum ſuũ de aliquo crimine, de quo ſi conuinceretur dominus infamaretur, vel decapitaretur, vel perderet bona ſua. quęritur vtrum ſit audiendus. Et reſpondetur, ꝙ non, ſed ante lit. conte. debet decapitari: excepto crimine læſæ maieſtatis.

3 Iuo ibid. c. 62.

b ¶ *Si quis.*] C. qui ac cu. non poſ. l. pe. & l. iniquum.

c ¶ *Ex familiaribus.*] id eſt, nutricijs. [a] & ſic intellige ſi accuſat dominum de crimine propter quod infamari, vel interfici, vel proſcribi poteſt. ff. de bon. lib. in ſeruitutem. contra. Sed illud intelligitur cum de minoribus criminibus accuſabat, & ideo non ſic punitur. ſed hoc penitus cõtrarium eſt in familiaribus epiſcopi, extra de accuſa. nulli. ſed hoc ideo eſt, quia religioſos viros debet epiſcopus tantùm habere in familia, vt ſecũda, quęſtio. 7. cum paſtoris.

a id eſt, q à prima ętate ĩ domo fuerit. C. q acc. non poſ. iniquum Lau. Eps à ſuis familiarib. p̄t accuſari.

d ¶ *Fortunas.*] i. bona.

3 ¶ [1] [*Qui confitetur ſe pati controuerſiam ſtatus, fruſtra poſtulat ſibi dari poteſtatem accuſandi eum, qui ſe ſuum dominum eſſe fatetur.* ¶ *Cauſa* [a] *verò liberali terminata, ſi ſeruus pronuntiatus fuerit, dominum ſuum accuſare non poterit.*] Codicis libro 9. titu. 1. l. penultima. ¶ [2] [*Si quis* [b] *ex familiaribus,* [c] *vel ex ſeruis cuiuslibet domus, cuiuſcunque criminis delator, atque accuſator emerſerit, eius exiſtimationẽ, caput, atque fortunas* [d] *petiturus, cuius familiaritati, vel dominio inhæſerit, ante exhibitionem teſtium, atq; examinationem iudicij, in ipſa expoſitione criminum, atque accuſationis exordio, vltore gladio feriatur. Vocem. n. funeſtam intercidi oportet potius, quàm audiri. Maieſtatis autem crimen excipimus.*] *Similiter* [e] *l. vltima.* ¶ [3] [*Si liberti accuſatores* [f] *manumiſſorum, hęredumúe eſſe præſumpſerint, eodem quo ſerui ſupplicio tenebuntur, luituri pęnas ante prohibitæ delationis exordium.*

A ¶ Ei, qui ingenuus eſſe dicitur.] *In lege ipſa eſt*, quam ingenuam eſſe dicis. *Mulierem enim alloquitur. Quare paulò etiam inferius, vbi apud Gratianum legitur*, vtrum vt in liberum, & ingenuum, an vt in ſeruum, *in lege eſt*, vtrum vt in liberam, & ingenuã, an vt in ancillam. *Duas etiam, quas proximè recitat leges, Gratianus ſuo modo in ſummam redegit.*

CAVSA IIII.

Qvidam in excommunicatione [g] *conſtitutus epiſcopum accuſare diſponit, adoleſcentem infra decimum & quartum ætatis annum ad aſsertionem ſuæ cauſæ adducit: prohibitus ab accuſatione adoleſcentem accuſatorem, & ſe teſtem facit, adoleſcens perſonam accuſatoris, & teſtis gerere cupit: die ſtatuta ad iudicium electorum iudicum epiſcopus minimè occurrit: à communione ſuſpenditur: tandem renouato iudicio accuſator culpabilis in accuſatione inuenitur: demum ad aſſertionem propriæ cauſæ procedit.*

1 *Hic primùm quæritur, an in excommunicatione conſtitutus alium accuſare valeat.*

2 *Secundò, an infra decimum quartum annum in criminali cauſa teſtari quis poſſit.*

3 *Tertiò, an ab accuſatione prohibitus, perſonam teſtificantis poſſit aſſumere.*

4 *Quartò, an idem poſſit eſse accuſator, & teſtis.*

5 *Quintò, an die conſtituta non occurens à communione ſit remouendus.*

6 *Sextò, ſi in epiſcoporum iudicio accuſatoris perſona culpabilis inuenta fuerit, an ad aſſertionem propriæ cauſæ decętero ſit admittenda.*

QVAESTIO I.

4 *De prima quæſtione ſic ſtatutum legitur in primo & ſecundo capite concilij Carthaginenſis ſeptimi, cui interfuit Fauſtinus Romanæ eccleſiæ legatus.*

4 in Africa. c. 95. & 96.

¶ Ad accuſationem non admittatur, qui in excommunicatione perſeuerat.

CAP. I.

5 Diffinimus eum rectè ad accuſationem non

5 Iuo p. 14. c. 69. Pan. l. 4. c. 72.

SIMILITER ET SI LIBERTI. Casvs. Hæc lex eſt. eo. ti. cum ſupradicta. Dicitur enim hic, ꝙ ſi liberti volunt accuſare patronos ſuos, vel hæredes eorum, eodem ſupplicio ſunt puniendi quo ſerui puniuntur.

e ¶ *Similiter.*] hoc eſt verbum Gratiani, & I. C.

f ¶ *Liberti accuſatores.*] ꝙ hic dicitur, verum eſt de priuatorum libertis. ſecus eſt de libertis eccleſiæ. nam tales reuocantur in ſeruitutem. vt 12. q. 2. epiſcopus qui mancipium. & ca. octaua diſcuſſio.

Q*Vidam.*] Casvs. ſ. 3. quæſtio. 7. §. tria. dictum eſt. quòd quidam repelluntur ab accuſatione propter crimen, vel infamiam. Nunc ſupponit Gratianus quartam cauſam, qua quæritur, an propter excommunicationem repellatur quis ab accuſatione. Addit etiam in qua ætate admittitur quis vel non admittitur ad teſtimonium: qua occaſione interſerit legalem tractatum de teſtibus, & quærit an idem poſſit eſſe accuſator & teſtis, & de inducijs expectatorijs. Vnde thema proponit, de quo ſex elicit quęſtiones.

g ¶ *Quidam in excommunicatione.*] De prima quæſtione non eſt dubium, ſcilicet quòd excommunicatus non poteſt aliquem accuſare, ſed transfert ſe H. " ad quæſtionem illam, ſcilicet an excommunicatus poſt abſolutionem poſſit aliquem accuſare. Secundum Hug. excommunicatus etiam poſt abſolutionem non admittitur ad actus legitimos. argu. 46. diſtinct. accuſatores. Item quia nemo eſt excommunicandus niſi propter contumaciam. 11. q. 3. nemo. & cap. certum.

" Excõicat[9] an poſſit poſt abſolõné accuſar̃.

Præterea inobedientia grauiſſimum crimen eſt 8. qu. 1. ſciendum. & qui ſemel fuit criminoſus, repellitur, [b] 6. qu. 1. qui crimen. 25. di. ca. vlt. Item in veteri teſtamento puniebatur contumacia capite. 11. q. 3. abſit. ergo hodie repellitur à promotione. 54. diſt. multos. Item grauiſſima eſt pœna contumaciæ. 24. quæſt. 3. corripiantur. ergo grauiſſimum peccatum eſt. [c] 24. q. 1. non afferamus. imo eſt crimen idololatriæ inobedientia, vt 8. qu. 1. ſciendum. ergo maxima pœna puniendum. 14. q. 1. non afferamus. Sed hoc nõ credo, quia abſolutio tollit quod inducit excõmunicatio. 2. q. 3. §. notandam. extra de ele. quia diligentia. Ioan. Fab. diſtinguit, ſi eſt excommunicatus pro crimine & contumacia, tunc repellitur etiã poſt abſolutionem. ſecus ſi pro contumacia tantùm. Alij autem dicunt, aut crimen pro quo eſt excommunicatus, infamat, [d] aut non. & quod dicitur ꝙ inobedientia morte puniebatur, hoc intelligo vbi quis erat præuaricator legis, vel cum quis non obediuit iudici in ijs quæ ſpectãt ad vindictam malefactorum, vt 23. quæſt. 5. miles. quis enim diceret quòd talis contumax morte puniretur, qui nollet ſoluere pecuniam ad mandatum iudicis? Conueniri autem poteſt excommunicatus. extra de iud. intelleximus. & extra de ſent. excom. ſi verè. " Sed an poteſt reconuenire aliquem excommunicatus? Videtur quòd non, vt extra de hær. vergentis. & extra de ſenten. excommu. per tuas. [e] Videtur tamen quòd poſſit, quia qui aliàs non poteſt accuſare, ſi accuſatus fuerit, accuſat. ff. de bo. li. qui cum maior. §. ſi libertus. Item quæritur an poſſit excipere? videtur quòd ſic, quia ex quo permittitur ei reſpondere ergo & omnia conſequentia, vt extra de offi. iud. deleg. præterea. ff. de iur. om. iud. l. 2. Econtra videtur quòd non, quia tunc cogeretur iurare. ſed non poteſt tangere ſacramenta, cum ea non poſſit ingredi. [f] ſi. s. diſtin. 5. ad eius verò. vel cui prohibentur alia ſacramenta, & illud, vt 95. diſt. illud. Item quæritur an compenſare poſſit? Videtur, quòd ſic: quia licet quis non poſſit petere, poteſt tamen compenſare, vt in naturali debito. ff. de compen. l. etiam. Sed contra, per exceptionem repelleretur ſi ageret, ergo non poſſet compenſare. ff. de compen. quæcunque. Sed hæc quæſtio eſt ſoluta extra de excep. cum inter.

b Sed cõtra 84. di. honoratus. vbi hr̃ ꝙ prima cõtumacia nõ punitur. dic vt ibi not. in l. j. gloſ. arg. hic, &c.

c Concor. l. oẽ delictũ. ĩ prin. & ver. cõtumacia. ff. de re mili. & p Bart. & ibi eſt bona gl. in l. ſi filius. j. ff. de int. act. q̃ ad hoc alleg. p ſing. Im. ĩ l. pe. §. ad crimẽ. col. 24. ff. de pu. iu.

d ſub. & tũc tenetur op. H. ar. 5. q. 4. ĩ loco. ſed in quodã ſub, niſi fuerit ĩ integrũ reſtitut[9]. 2. q. 3. §. vlt.

" Excõicat[9] an p̄t reconuenire, & excipere, & compẽſare.

e in ver. ĩ alijs euitari, & hoc verũ eſt extra de exce. cũ inter. ſi. Arc.

f Hoc ſanè intellige, ꝙ dic vt not. j. q. j. q ſtudet. & 23. qu. 4. vir cum propria. Arch.

D*E prima.*] Casvs. Hic intitulatur prima q. qua quæritur an excommunicatus poſſit alium accuſare. Et dicendum eſt indiſtinctè quòd non poteſt, ſiue iuſtè ſiue iniuſtè ſit excommunicatus, dummodo excommunicatio teneat, vt infrà cap. 1. & 2. nec poteſt etiam alium ciuiliter conuenire, vt ſuprà 3. quæſt. 4. nulli.

D*iffinimus.*] Casvs. In hoc cap. ponuntur ſex genera perſonarum, quæ repelluntur ab accuſatione, inter quas excommunicati ponuntur, qui accuſare non poſſunt in excommunicatione perſeuerantes.

a ¶ *Adhuc.*]

a ¶[*Adhuc*.] ergo poſtea reſtituitur ad accuſationem, vt 6.q.1.illi.& cap.omnes.2. 32.q.5. præceptum. in fi. quod eſt contra H. ſed ſecundum eum vacat hic ar. à contrario ſenſu.
b ¶[*Hiſtriones*.] j. de conſec. diſt. 2. pro dilectione.
c ¶[*Pagani*.] 2.q.7. pagani.

admitti, qui poſtquam excommunicatus fuerit, in ipſa adhuc [a] excommunicatione conſtitutus, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, accuſare voluerit.

¶ 1 Omnes etiam infamiæ maculis aſperſi, ideſt hiſtriones, [b] ac turpitudinibus ſubiectæ perſonæ, hæretici etiam, ſiue pagani, 2 [c] ſiue Iudæi ab A accuſatione prohibentur.

A ¶[Ab accuſatione prohibentur.] *A concilio abſunt hæc verba, ſubintelliguntur enim illa ex principio capitis*, ad accuſationem non admittantur.

Item Nicolaus Papa in epiſtola ad Michaelem Imperatorem, cuius initium eſt [*Propoſueramus*.]

¶ Hæretici probantur, qui ſchiſmate, vel excommunicatione ab eccleſia ſunt ſeparati.

CAP. II.

3 QVòd autem hi, qui à iam fato fratre, & comminiſtro noſtro Ignatio depoſiti, excommunicati, vel anathematizati fuerant, nullam aduerſus eum damnationem intorquere potuerint ex prolato A ſecundæ vniuerſalis [d] ſynodi capitulo declaratur, cũ dicitur. [Si verò eccleſiaſticũ [e] fuerit crimen, quod epiſcopo illatum extiterit, tunc probari oportet accuſantium perſonas, v primò quidem hæreticis non liceat accuſationes contra orthodoxos epiſcopos pro eccleſiaſticis negotijs facere.] Sed ne hos [f] hæreticos [g] eſſe denegetis, audite ſequentia. [Hæreticos autem (inquiunt) dicimus tam eos, qui olim B ab eccleſia [h] proiecti ſunt, quàm qui poſt hęc à nobis anathematizati ſunt] Porrò, ſi adhuc nec ſic creditis, audite, quod ſubditur. [Præter hos autem (aiunt) & eos, qui fidem quidem ſanam ſimulant confiteri, ſchiſmaticos C etiam, & eos, qui ſeorſum à communicantibus nobis epiſcopis collectas faciunt. Deinde verò, & ſi quidam ab eccleſia ſuper cauſis quibuſdam reprehenſi fuerũt, & proiecti, aut excommunicati, ſiue ex clero, ſiue ex laicali [i] ordine, nec his licere accuſare epiſcopum, antequã proprio crimine primitus exuantur. Similiter autem & eos, qui ſub accuſatione priori conſiſtunt, non ante eſſe acceptabiles in accuſatione epiſcopi, aut aliorum clericorum, quàm innoxios ſemetipſos illatorum ſibi oſtenderint criminum [Quid autem periculi regulæ huius immineat contemptoribus, non ignoratis.]

QVòd autem.] CASVS. Ignatius patriarcha Cõſtantinop. anathematizauit quoſdam ſubditos ſuos, qui eundem Ignatium poſtea accuſauerunt, ad quorum accuſationem depoſitus fuit. Sed Nicolaus probat quòd anathematizati eum accuſare non potuerunt. Et hoc oſtendit auctoritate cõcilij Conſtantinopolitani, in quo ſtatuitur, ꝙ hæretici, à ſacramentis eiecti, anathematizati, ſchiſmatici, & illi qui ab alijs accuſantur, non poſſunt epiſcopos accuſare. Et not. ꝙ quandoque ponuntur verba ſynodi, quandoque verba Nicolai, vt per te videbis.

1 Iuo p.16. ca.64. C.2. eiuſdem 7. Cart. & ca. 90. Afr.

a Concord. tex. in l.j. C. de ſum. tri. auth. Gazaros. C. de hære.

3 Anſ.l.1.c. 71. Iuo p.14. c.70.

d ¶[*Vniuerſalis*.] ſ. Cõſtantinopolitanæ, vt ſ. diſt. 16. ſancta. & 23.q. 4. ipſa pietas.

e ¶[*Si verò eccleſiaſticum*.] vt ſimonia, hæreſis, vſura. 11. qu.1. ſi quis cum clerico. imo omne crimen eſt eccleſiaſticum, [a] vt ext. de iud. nouit.

a Idem no. ext. d of. or. c.1. in gl. canones, &c. & ext. d fo. com. cũ ſit.

f ¶[*Sed ne hoc*.] verba Nicolai.

g ¶[*Hæreticos*.] verba ſynodi.

h ¶[*Ab eccleſia*.] ſ. excommunicati. Not. ꝙ omnis excommunicatus dicitur hæreticus, vt j. 23.q.4. ipſa pietas.

i ¶[*Laicali*.] laici verò abſoluti poſſunt clericos accuſare: ſed intellige de clericis depoſitis, quibus quandoque laica communio conceditur, vt 11. q.3. Thietgandum.

SEcunda autem.] Hic ĩtitulatur 2. q. & 3. Hæc q. diuiditur in quatuor partes, in quarum prima determinat magiſter q. ſ. ſecundam & tertiam, & hoc per ca. ſeq. in prima parte cuius determinatur 3.q. ſ. quòd nullus poteſt eſſe accuſator, & teſtis. In ſecunda parte determinatur 2. q. ſ. quòd minor 14. annorum non poſſit eſſe teſtis. Secunda ibi, *Item in criminali*. Tertia ibi, *Item lege Iulia*. Quarta ibi, *Item qui falſo*. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 2. & 3. quæſt. ſecunda q. eſt, an intra annos 14. poſſit aliquis teſtificari. Et reſpondetur ꝙ non, vt j. e. l. Iulia. poſt 14. poteſt in cauſa ciuili teſtificari, vt j. eo. cap. 1. arg. In criminali verò non admittitur niſi habeat 20. an. vt j. e. §. in teſtimonium. Tertia q. eſt, an ille qui repellitur ab accuſatione, repellatur à teſtimonio. Et reſpondetur quòd ſic, vt inf. cap. 1. fallit tamen in caſibus notatis in ſumma huius quæſt.

A ¶[Ex prolato.] *Nicolaus hic citat canonem qui apud Græcos eſt ſextus concilij primi Conſtantinopolitani, cuius canonis priorem partem paulò ſuperius in eadem epiſtola recitarat, & ſignificatur ſ. 3.q. 5.c. fi. Eo autem loco Nicolaus de iſto capitulo hęc verba addiderat.* Quod tamen non apud nos inuenitur, ſed apud vos haberi prohibetur. *Nam non modò hic canon, neque in verſione Dionyſii, neque in priſca habetur, ſed de omnibus illius concilij canonibus hęc ſcribit B. Gregorius ad Eulogium lib. 6. epiſt. 31.* Romana autem eccleſia eoſdem canones, vel geſta ſynodi illius hactenus non habet, nec accipit. In hoc autem eandem ſynodum accepit, quod eſt per eam contra Macedonium definitum.

B ¶[Olim ab eccleſia.] *Statuitur in hac parte canonis, perinde pro hæreticis habendos eſſe Macedonianos, & Eudoxianos, qui in iſto primo Conſtantinopolitano concilio damnabantur, atque habendi erant Paulianiſtæ, & Ariani, quos olim Nicęna ſynodus à catholica eccleſia abſciderat. Quamobrem non de quolibet excommunicato hæc ſententia pronuntiatur, quod putauit auctor gloſſæ.*

C ¶[Schiſmaticos etiam.] *Ita in epiſtola Nicolai, & apud Iuonem. Gracè autem eſt*, πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοὺς τὴν πίστιν μὲν τὴν ὑγιῆ προσποιουμένους ἱμολογῶν, ἀποσχήσαντας δὲ, καὶ ἀντισυνάγοντας τοῖς κανονικοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις. *id eſt*, Præterea verò & illos, qui fidem quidem ſanam ſimulant confiteri, ſchiſina autem faciunt, & aduerſus regulares noſtros epiſcopos conuentum habent: *vt nihil mirandum ſit, iſtos etiam pro hæreticis cenſeri, quemadmodum & Balſamon interpretatur. Simulant enim illam tueri fidem, quam oppugnant.*

QVAEST. II. & III.

1 ps SEcunda autem, [k] & tertia quęſtio [l] eodem concilio Carthaginenſi ſeptimo, vno eodẽque capitulo quarto terminantur. 4 *Illud verò eſt huiuſmodi.*

k ¶[*Secunda autem*.] hic quæritur, an ante 14. ann. aliquis ſit admittendus ad teſtimonium. Et quidem in ciuili cauſa poſt 14. annos admittitur, vt inf. e. c. 1. ſed in criminali non ante 20. annos, vt j. ea. in §. in teſtimonium. Ioan. Hoc tamen ſcias, ꝙ puella poſt 12. an. in ciuili cauſa recipitur ad teſtimonium, quia tunc tutela eſt finita, vt inſt. quib. mo. tu. fin. circa medium. præterea tunc nubere poteſt puella, vt extra de deſpon. impu. c. vlt. tunc etiam poteſt intrare religionem, vt 20. qu. 2. puella. Item poſt illam ætatem teſtamentum facere poteſt, vt ff. qui teſt. fa. poſ. qua ætate. Io. Et agere cauſam matrimonij, vt extra de procurator. tuæ. B.

l ¶[*Tertia quæſtio*.] tertia qu. eſt, " an omnis qui repellitur ab accuſatione, repellatur à teſtimonio? Et dicendum eſt, quòd ſic. ſed non in omnib. caſibus in quibus quis repellitur ab accuſatione, repellitur à teſtimonio. Nam in priuatis delictis non poteſt accuſare ille, cuius non intereſt, tamen bene poteſt teſtificari ibi. Similiter qui admittitur ad accuſationem, admittur & ad teſtimonium: ſed non vbicunq; quis accuſat, poteſt teſtificari, vt extra de teſti. de cætero. Fallit tamen prędicta regula in muliere: nam ſecundum legem mulier in paucis caſibus admittitur ad accuſationem, ſed in multis admittitur ad teſtimonium, non tamen in teſtamentis, vt 15. quæſt. 3. de crimine. [b] Item hæc regula, qui non admittitur ad accuſationem, nec ad teſtimonium, intelligenda eſt de teſtimonio in criminalib. cauſis. Sed in ciuilib. cauſis bene admittuntur teſtes, ſicut illi qui ſunt irregulares, non ratione criminis, vt mutilati, bigami, vel aliàs irregulares, qui in criminalibus non teſtificantuur contra clericos, ſed in ciuilibus bene. extra de teſti. tam literis.

" Accuſare prohibitus an à teſtimonio repellatur.

b Iſta cõcor. reſpicit primũ dictũ, ſꝫ illud ãn dictũ admittitur ad teſtimoniũ. Arc.

4 & in Afr. c.98. c.l.7. c.101.

T*Eſtes.*] Casvs. Hic tria genera hominum à teſtimonio repelluntur, ſ. illi qui ab accuſatione repelluntur, & quos accuſator de domo ſua produxerit, & impuberes.

a ¶[*Accuſationem.*] niſi in caſu, vt 15.q.3.de crimine.

“ Impuberes teſtificari non pñt.

b ¶[*Ad teſtimonium autem.*] “ intra 14. annos impubes non recipitur ad teſtimonium, vt hic, & inſt. de teſt. §.teſtes.tum qa talis ętas plena eſt periurijs, vt extra de deli. pue.c.1.& quia nec iurare cogitur, 22.qu.5. pueri.& c. paruuli.& c. honeſtum. Nec obſtat. j.c. §. in teſtimonium. quia illud loquitur in criminalib. cauſis. Sed obijcitur, melius elicitur veritas à pueris, q̃ à ſeniorib. ſecundũ Salomonem. Item impubes ferula cæditur pro veritate dicenda. ff. ad Syl.l. 1. §. impubes. & ab impubere ſumitur initium quæſtionis, ſicut à timido, vt ff. de quæ. vnius. in princ.& impubes non iurat. ff. de li.cau.l.vl. in fi. Reſpon. ideo non iurat, quia non poteſt peierare, vt ff. de iureiu. l. qui iuraſſe. & quia hæc ętas neſcit quid agat. C.de fal.mo.l.1.& obtinent prædicta in contrarium allegata in exceptis criminibus & in nece occiſi domini, & in crimine læſæ maieſtatis. argum.6.q.1.§.ſi quis cum.

1 Rabanus in pęnit. c.1. Burc. l. 16. c.20. Iuo p. 6.c.364.Pã. l.4.c.83.

† al. Matiſcenſi.

2 Extra de teſti. cap. 1. Bur.l. 16. c. 35.

¶Qui ab accuſatione repelluntur, aut ad annum 14. nondum peruenerint, teſtes eſſe non poſſunt.

CAP. I.

1 TEſtes autem ad teſtimonium non admittendos eſſe cenſemus, qui nec ad accuſationem [a] admitti pręcepti ſunt, vel etiam, quos ipſe accuſator de domo ſua produxerit. Ad teſtimonium autem [b] infrà annos quatuordecim ętatis ſuæ non admittantur.

[*Item ex concilio Matiçenſi, † cap. 6.*]

¶De eodem.

PALEA. C. II.

2 PLacuit ſancto conuentui, vt teſtes ad teſtimonium dicendum pretio non conducantur, & vt quique optimi, & fideliores in teſtimonium aſſumantur: vt is, contra quem teſtimonium † ferre debent, nullam eis poſſit afferre † calumniam, & vt nullus teſtimonium dicat, niſi ieiunus.

† al.teſtimoniare.
† al.inferre infamiam.

2 *Item in criminali [c] cauſa.*

¶[*Produci teſtis non poteſt, qui ante in eum reum teſtimonium dixit.*] *ſicut in 22. lib.ff. tit. de teſtib. lege 23.* [3] *inuenitur.*

3 ti.5.l.produci.

Item titulo eod.l. ob carmen. §.ſi teſtes.

CAP. III.

SI teſtes omnes eiuſdem honeſtatis, & exiſtimationis ſint, & negotij qualitas, ac iudicis motus cum his concurrat, ſequenda ſunt omnino † teſtimonia. Si verò ex his quidam eorum [d] † aliud dixerunt

† al. omnia.
† abeſt ab Orig.

IN CRIMINALI. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua ponit quatuor leges, in quibus probatur quæ ſint attendenda in teſtibus, & hoc vſque ad l. illam, Item.l. Iulia. Ioan.de Fan.

Casvs. Hæc ſunt verba Gratiani, quæ autem ſequuntur, ſunt verba legis.

c ¶[*In criminali.*] Hoc verbum non eſt in lege. ff. de teſtib. produci. Quidam ſic intelligunt legem iſtam, “ ꝙ ſi aliquis teſtis inductus eſt ſemel cõtra aliquem, amodò ille teſtis nec in illa cauſa, nec in alia poteſt eſſe teſtis contra illum. videtur enim eſſe ſuſpectus, & eum odio habere qui toties vult contra ipſum teſtificari, & hoc intelligunt in criminali cauſa. ſic & Gratianus intelligit, & eſt arg.ad hoc extra de app. ad hæc ſi in vna. Sed tu dicas, quandiu atteſtationes clauſæ ſunt, ẽt in eadem cauſa, & iidem alijq́; teſtes denuo poſſunt induci, [a] vt ext.de teſti.cum cauſam.in fi.& C. de teſti.l.vl.ſed poſt publicatas atteſtationes non poſſunt induci, vel ijdem vel alij ſuper eadem cauſa, & in eodem articulo, niſi id quod ego primò probaui in modum exceptionis, modò velim probare directè, vt ext.e.c.veniens. 2.tunc autem ante publicationem teſtium poſſum eundem iterum teſtem inducere, ſi fortè primò non habuit omnia in memoria, vt in auth.e. ti.§.quoniam verò multi.ff.de quæ.repeti. Item idem teſtis poteſt redire, & errorem ſuum corrigere, vt ext.de teſti.cog.pręterea & 35.q. 6.de parentela, ibi, diſcordaſſe. Item ſi teſtis aliquid obſcurè dixit, [b] poteſt ab eo etiam poſt publicationem queri interpretatio, vt ff.de teſt.hæredes.§.1.licet ſit ar. contra de prob.in præſentia. ſed ibi fortè ex cauſa omiſit iudex interrogare teſtem in fauorem religionis. Alij exponunt reum teſtimoniũ, id eſt, malum teſtimonium & falſum. argum.ad hoc extra de ele.ſuper eo.& 2.q.1.prohibentur. De hoc autem non eſt dubium quin in alia cauſa idem teſtis poſſit induci denuo contra eundem, vt ext.de teſti.c.fraternitatis.

“Teſtis q ſemel contra aliquem depoſuit, an iterũ contra eundẽ teſtificari poſſit.
a Hoc ẽ pp timorem ſubornationis.Arch.

b Videas ꝙ no.j. e.in teſtib. in gl. j.

PRODVCI. Casvs. iſte dupliciter poni conſueuit. Vno modo ſic. Aliquis contra aliquem reum, id eſt, falſum teſtimonium dixit: poſtea in alia cauſa producebatur contra eum, quærebatur an recipi debeat? Et reſpondetur, ꝙ non. Alio modo ſic. Aliquis fuit inductus in teſtimonium contra aliquem in aliqua cauſa, modò quæritur, an poſſit in alia cauſa induci contra eum? Et reſpondetur, ꝙ non, cum videatur ex odio toties teſtificari contra eum, & fortè prima poſitio verior eſt.

SI *teſtes.*] Casvs. Inducti fuerunt teſtes in cauſa aliqua, quęrebatur quorum teſtimonia iudex deberet ſequi.& reſpondet Iuriſconſultus, ſi omnes ſint bonæ famæ, & ſine ſuſpicione, iudex debet ſequi dicta omnium, ſi omnes concordant, & dicunt naturæ negotij competentia. Si autem diſcordant, licet in pari numero, tamen iudex debet ſequi eos qui veriſimiliora, & aptiora negotio dicunt: & q ſunt ſine omni ſuſpicione, licet ſint pauciores alijs: quia non eſt ſemper ad multitudinem recurrendum, ſed ad eos qui ſyncera teſtimonia dicunt. Et poteſt hoc intelligi de teſtib. vnius partis tantùm, & de teſtib. vtriuſque partis. Et qdquid hic dicatur per Ben.vel alios, ego Barth. Brix. hunc caſum verum eſſe credo.

d ¶[*Eorum.*] “ circa cõtrarietatem teſtium plenè diſtinguas, vt ſi vnus teſtis contradicat ſibi expreſsè, teſtimonium eius non valet, vt 3. quæſt. 9. pura. 23.quæſt. 7. quod autem.ext.de app. ſollicitudinem.C.de lib.cau. cum precum. niſi hoc fecerit corrigendo ſe, & incontinenti. extra de teſti. cog.præterea. Idem videtur ſi quis teſtis proparte inueniatur falſus, quòd tunc in nullo valet teſtimonium eius, vt ſ. diſt. 9. ſi ad ſcripturas. j. ead.item qui falſo. Si verò vnus teſtis contradicit pluribus, talis contrarietas non obſtat, quia teſtimonium vnius nec iuſtificat nec condemnat, vt 33. q. 2. admonere. [c] niſi contradicat pluribus teſtibus cum quibus ipſe ſcriptus eſt in aliquo inſtrumento.ff.quemad. teſt.ape.l. 1.in fi. Si verò plures teſtes cõtradicunt pluribus, diſtinguunt quidam, quia aut contradicunt teſtibus ex eadem parte productis, aut ex aduerſa. Si ex eadem parte productis contradicant, nullius teſtimonium valet, vt 3. q. 9. nihilominus. & videtur hoc expreſſum ext.de prob. licet. ſicut cum diuerſæ ſcripturæ ex eadem parte producuntur, quæ ſibi contrariæ ſunt. ex illis nulla valet, vt C.de fid.inſtr. ſcripturæ.& extra de fid.inſtr. imputari. Sed ſi contradicunt teſtibus aduerſæ partis, tunc pręualet teſtimonium plurium teſtimonio paucorum, niſi illi pauciores meliores ſint, vel magis veriſimiliter loquantur, vt hic dicitur. Hanc diſtinctionem non approbo, licet.n. teſtes vnius partis ſibi contradicant, non dico, ꝙ in hoc caſu teſtimonia omnium ſuccumbaut, licet ita ſit in inſtrumentis, quia inſtrumenta ſua poteſt quis præuidere, an ſibi contradicant. vnde imputet ſibi ſi contraria inſtrumenta exhibet: ſed in teſtib. neſcit quid dicturi ſint. Dicas ergo, ꝙ ſi teſtes contradicãt teſtibus, ſiue ex eadem, ſiue ex altera parte pruductis, primò concordabit iudex contrarietatem illam ſi poteſt, vt extr. de teſt. cum tu fili. j. de pęn.diſt. 1.periculoſè.extra de verb.ſign.nihil obſtat. 11.quæſt.3. anteceſſor. Idem poteſt dici de contrarijs inſtrumentis, vt extra de conſue. cum dilectus. niſi manifeſta ſit contrarietas, vt 3.quæſt.9.nihilominus. 35.quæſtio.6.de parentela. vbi ergo teſtes contrarij ſunt, nec poſſunt concordari, ſemper teſtimonium plurium præualebit, niſi ex altera parte ſit tanta dignitas, vt meritò debeat præiudicare numero, vt extra eodem, in noſtra. vel niſi pauciores veriſimiliora loquantur: vt hic, vel niſi per pauciores teſtes plura probentur, quàm per plures. verbi gratia. Plures teſtes probant me poſſediſſe rem aliquam per 40.annos: pauciores probant eandem rem te poſſediſſe per 40.annos, & præterea probant titulum poſſidendi: tunc dicerem præualere teſtimonium paucorum. vt extra de proba.licet.& hæc vera ſunt vbi teſtes de eodem tempore inducti ſunt. Si verò teſtes alterius partis inducuntur contra teſtes alterius partis, vt ſi mei teſtes probaſſent me contraxiſſe cum aliquo in aliquo loco, & tu induceres teſtes ad probandum, quòd ego non fuiſſem tunc temporis in illo loco, hic poſſet videri, quòd ſecundis teſtibus potius

“Teſtiũ de poſitiones cõtrariæ an fidẽ faciãt.

c Ext. đ teſ. c. veniẽs. 1. & c. licet. 1. đ hoc 3.qu. 4.ĩ pri. Arc.

tius

tius eſſet credendum quàm primis, vt extra eod. ex tenore. & c. ſeries. extra de excep. denique. Sed hoc non credo, imo credo in tali caſu, quòd ſi ſecundi debent reprobare dicta priorum, quòd etiam plures debeant eſſe teſtes, & longè melioris famæ, vt C. de contrahen. ſtip. optimam. hoc ideo, quia præſumitur magis ſubornatio poſt publicatas atteſtationes, quàm ante. “ ſi autem teſtes ex omni parte ſunt pares, & in numero & in dignitate: tunc fertur ſententia pro reo: vt extra de proba. ex literis. extra de fid. inſtr. inter dilectos. in fi. Ioan. niſi in matrimonio, & in cauſa liberali, & pro teſtamento, & in dote, vt extra de ſenten. & re iud. cap. vlt. B. Si autem neuter poſſidet, ſed vterque rem ab aliquo extraneo petit, tunc ſi teſtes vtriuſque partis ſunt pares, res diuidatur ſi poteſt, vt extra de præſump. afferte. Si eſt res indiuidua, poteſt iudex gratificari & dare cui vult. extra de paro. cap. 1. vel res ſorte diuidatur, vt 26. quæſtio. 2. cap. ſors. Si verò teſtes contradicant inſtrumento, aut contradicunt inſtrumento proprio, aut extraneo. Si proprio, ſcilicet in quo ſunt ſcripti, præualent teſtes inſtrumento. extra de probationibus. tertio. extra de condi. appo. per tuas. ff. quemadmodum teſt. ape. l. prima. in Authen. de fide inſtrumen. §. ſi verò. colla. 6. “ Si verò contradicant alij inſtrumento, in quo non ſunt ſcripti, dixerunt quidam, quòd ſemper præiudicat viua vox mortuæ, vt in Authen. de fide inſtrumen. §. ſi verò. colla. 6. Alij dicunt, quòd ſi factum eſt remotum ab hominum memoria, potius creditur inſtrumentis, quàm teſtibus. ſed ſi factum eſt recens, potius creditur teſtibus quàm inſtrumentis, tum ideo quia memoria hominum quandoque non habetur vltra annum, vt ff. de probatio. ſi arbiter. tum ideo quia teſtes conſueuerunt fidem ſuam variare ex tractu temporis. ff. de car. edict. l. 3. §. duæ. ff. de dam. infect. l. qui bona. §. vlt. “ Ego credo quòd contra quodlibet inſtrumentum admittuntur teſtes, quantumcunque ſit publicum, vt extra de præſcrip. ad audientiam. C. de proba. cum precibus. non tamen concedo, quòd teſtimonium duorum, vel trium præualeat inſtrumento. nam cum inſtrumentum obtineat vicem duorum teſtium, & præterea tabellio æquipolleat, vel maior eſt vno teſte, oportet quòd ad minus per quatuor teſtes reprobetur inſtrumentum, vt extra de fid. inſtrum. cum Ioannes. fallit tamen hoc in duobus caſibus, vbi videtur, quòd contra inſtrumentum non admittuntur teſtes, [a] ſicut contra inuentarium publicè confectum non admittuntur teſtes, vt C. arbitrium tut. l. vlt. & in confeſſione quæ fit à muliere in inſtrumento, in quo confitetur ſe recepiſſe pecuniam pro interceſſione, vt C. ad Velleia. antiqua. Quædam tamen ſunt quæ melius probantur per inſtrumentum, quàm per teſtes, vt ſententia lata, & arbitrium & commiſſio facta iudicibus. 97. diſtin. nobiliſſimus. extra de offic. delega. cum in iure.

a ¶ *In pari.*] i. quòd tot ſunt ex vna parte, quot ex alia. Vel dic impari, vt ſit vna pars, quod plus valet.

b ¶ *Ad multitudinem.*] argumen. pro paucitate contra multitudinem, [b] vt 31. diſt. Nicæna. 24. q. 1. odi. ff. de pact. maiorem. nam maior pars eſt quæ maiori nititur ratione, vt 40. diſt. multi. in fi.

IN TESTIBVS. Casvs. Dicitur hic, quòd in teſtib. quatuor ſunt conſideranda, ſ. fides, dignitas, mores, & grauitas. & ideo ſi qui eorum in dictis ſuis vacillant nõ valẽt.

† al. impari] Orig.

† aliàs, credendum eſt qd naturæ.

“ Snia pro reo ferenda eſt data paritate pbationũ, in fi. in 4. caſib.

† teſtimonijs] Orig.

“ Teſtes ſi cõtradicũt inſtro, quid iuris.

“ teſtes cõtra quodlibet inſtrũm admitti poſ ſunt.

a Hoc ẽ pp nimiã ipſi ſolẽnitatẽ, ſcdm Gofr.

b Ad hoc fa. quod le. & no. 23. di. tales. Arc.

(licet in pari [a] † numero,) credendum quidem eſt, ſed quod naturæ † negotij conuenit, & quod inimicitiæ, aut gratiæ ſuſpicione caret: confirmabitque iudex motum animi ſui ex argumentis, & teſtimonijs, quæ rei aptiora, & vero proximiora eſſe compererit. Non enim ad multitudinem [b] reſpici oportet, ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem, & teſtimonia quibus potius lux veritatis aſſiſtit. *Item l. 2. ff. eo.*

¶ In teſtibus † fides, dignitas, [c] mores, grauitas examinanda [d] eſt: & ideo teſtes, qui aduerſus fidem teſtationis ſuæ vacillant, [e] audiendi non ſunt. *Item l. 3.* ¶ Teſtium fides diligenter examinanda eſt: ideoque in perſona eorum exploranda [f] erunt in primis conditio cuiuſque, vtrum quis decurio, [g] an plebeius ſit, & an honeſtę, & inculpatæ vitæ, an verò quis notatus, & reprehenſibilis, an locuples, [h] vel egens ſit, [i] vt lucri cauſa quid facilè admittat, vel an ei inimicus [k] ſit, aduerſus quem teſtimonium fert, vel amicus ei pro quo teſtimonium dat. Nam ſi careat ſuſpicione teſtimonium, vel propter perſonam, à qua fertur, quòd honeſta ſit, vel propter cauſam, quòd neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ cauſa fiat, admittendum eſt. *Item eadem lege paulò inferius. 3.*

¶ Lege Iulia [l] de vi cauetur, ne hac lege in reum teſtimonium dicere liceat ei, qui ſe ab eo, [m] parenteúe eius liberauerit, [n] quiúe impubes erit, quique iudicio publico [o] damnatus erit, qui eorum in integrum reſtitutus non erit, quiúe in vinculis, [p] cuſtodiauè [q] publica erit, quiúe ad beſtias, vt depugnet, ſe locauerit, quæúe palam quæſtum faciat, feceritúe, [r] quiúe ob teſtimonium dicendum, vel non dicẽdũ pecuniã accepiſſe iudica-

c ¶ *Dignitas.*] videtur ergo, quòd ſemper præualet teſtimonium eorum qui ſunt in dignitate conſtituti, [c] vt hic, & 97. diſtin. nobiliſſimus. & 40. diſtin. cap. 1. & 11. quæſt. 3. abſit. & ff. de fid. inſtru. l. vlt. Sed contra, non eſt quærendum quis vel qualis dicat, ſed quid dicat, vt 19. diſtin. ſecundum. & 3. quęſt. 9. cap. vlt. & 2. quæſt. 7. quæritur. & 6. quæſt. 2. placuit. Solu. ſemper præſumitur pro multitudine contra dignitatem, [d] niſi ex altera parte tanta ſit dignitas, vt meritò poſſit præponderare, vt extra eo. in noſtra. ſed in electione etiam pręiudicat numerus dignitati. extra de ele. dudum. 1. [e] ſed hoc iõ, quia inter multos pręſumendum eſt aliquos eſſe idoneos, vt 61. di. nullus.

d ¶ *Examinanda.*] i. inquirenda.

e ¶ *Vacillant.*] dubitando talis tenetur crimine falſi. ff. de fal. eos qui. & eſt ſi. 3. q. 9. pura. & ff. de quæſtio. de minore. in fi. & l. ex libero. in princ. & extra de accu. ſuper. extra vt eccle. benefi. vt noſtrum.

TESTIVM. Casvs. Dicitur, in hac lege, quòd nouem ſunt in quibus iudex debet teſtem examinare, & demum ſi teſtis careat ſuſpicione, vel propter perſonam à qua profertur vel propter cauſam: quia gratia, vel lucro vel odio non corrumperetur, recipiendus eſt. Perſonam ſuſpectam, ſecundum ſe. cauſam, quæ in rebus & perſonis conſiſtit ſecundum Iſid.

f ¶ *Exploranda.*] à iudice, vt 2. q. 7. quærendum. 30. q. 5. iudicantem.

g ¶ *Quis decurio.*] arg. quòd teſtimonium nobilis præualet. arg. 41. diſ. non cogantur. ſimiliter electio, vt in aut. de defen. ci. §. 1. col. 3. & argumen. extra de ap. conſtitutus.

h ¶ *Locuples.*] in Salomone legitur: “ Diuitias & paupertates ne dederis mihi, ne repletus mendax fiam: & ne pauper periurem nomen Domini. ſic 2. quæſt. 1. prohibentur. ſi tamen aliàs caret ſuſpicione, bene admittitur, vt inſt. de ſuſpec. tuto. §. vlt.

i ¶ *Sit.*] ſupple talis vt. &c.

k ¶ *Inimicus.*] capitalis, vt extra de ſimo. per tuas. & de hoc notaui ſ. 3. q. 5. c. 2.

l ¶ *Lege iulia.*] hic incipit tertia pars huius quæſtionis, quæ protenditur vſque ad l. infrà eo. qui falſo. in qua ponuntur certæ perſonæ, quæ non coguntur dicere teſtimonium inuitæ, & quædam quæ accuſare non poſſunt. Ioan. de Fan.

Casvs. Hic continentur ſeptem genera perſonarum, quę à teſtimonio repelluntur, quæ in ipſa litera ſi volueris numerabis.

m ¶ *Ab eo.*] ſcilicet reo.

n ¶ *Liberauerit.*] 12. q. 2. epiſcopus qui mancipium.

o ¶ *Publico.*] ſecundum canonem, idem eſt de priuato. extra eo. ſuper eo. [f]

p ¶ *In vinculis.*] pro crimine, quòd per ſententiam infamaret, vt C. de infa. l. 1. extra de accu. ſuper his. aliàs nomine vinculorum priuata vincula intelliguntur. ff. de ver. ſig. vinculorum. Hic patet, quòd ſecundum leges repellitur crimino ſus, etiam ſi nondum in eum ſit lata ſententia. & in fi. idem innui tur vbi dicit, iudicatus, &c.

q ¶ *Cuſtodiauè.*] donec ſit purgatus.

r ¶ *Feceritúe.*] & ſufficit ſi quandoque fecit, vt ff. de rit. nup. palam.

c Adde ad hoc glo. in §. ſcimus. in glo. in verb. dignitatem. in authẽ. de teſt. coll. 7. & l. 3. ff. eo. tit.

d Dignitatẽ hoc falſum ſcdm Hoſt. Pann. Fel. ĩ c. in noſtra. de teſtib.

e Dic vt no. eo. ti. eccleſiæ. 2. & leg. e. tit. in cõci lio Grę. ſi quãdo. Arc.

“ Diues aut pauper fieri nemo appetat.

f Hoc tñ intellige ſm dec. e. ti. teſtimonium. Io. de Fan.

LEGE IVLIA. Casvs. hic nouem ſpecies hominum continentur, contra quos quis inuitus teſtificari non compellitur, ſcilicet contra ſocerum, &c. vt ibi dicitur.

a ¶*Ne inuito.*] volens ergo admittitur, vt s. prox. q. c. 1.

NE LIBERTO. Casvs. Repete ſemper per ſingulos gradus hæc verba cum hoc datiuo, liberto. Itē hac lege cauetur, ne denuntietur liberto ipſius, ſ. patroni accuſati, vel liberto liberorum eius. ſ. rei accuſati, vel liberto viri eius, ſc. vxoris, quę accuſatur dicere teſtimonium contra eum, vel liberto vxoris eius. ſ. viri qui accuſatur, dicere teſtimonium contra eam. & ita ſuppleas ſemper in ſupradictis omnib. Item cauetur hac lege ne denuntietur liberto patroni dicere teſtimonium aduerſus patronā accuſatam, vel ècontra. Item cauetur hac lege ne denuntietur liberto patroni dicere teſtimonium ad verſus conlibertos ſuos. idem dices de liberto patronæ. Hæc autem varijs modis exponuntur pro varietate doctorum. & hanc legem intelligunt doctores in cauſa criminali tantùm, excepto eo, “ꝙ libertus contra patronum non admittatur in cauſa ciuili. Sed Huguitio & Orthophagienſis intelligunt eā in ciuili & in criminali. Quæ ſequuntur, plana ſunt vſq; ibi, *Inuiti.*

† aliàs, quæ in propiori.

† Et] Orig.

1 Ibi. ex l. 5. † i legibus, quibus excipitur, &c.] Orig.

“ Libertus cōtra patronum nō teſtificatur.

2 l. iuiti. 2.] mutata eſt enim verbo rum ſeries.

tus, vel conuictus erit, *Item l.* 4. ¶ Lege Iulia publicorum iudiciorum cauetur, ne inuito[a] denuntietur, vt teſtimonium litis dicat aduerſus ſocerum, generum, vitricum, priuignum, ſobrinum, ſobrinam, ſobrinoúe natum, eoſúe, qui priore † gradu ſint. ¶ Item, ne liberto ipſius,[b] liberorumúe eius,[c] parētum viri, vxoriſúe. ¶ Item, † vt nec patroni,[d] patronęúe aduerſus libertos, neq; liberti aduerſus patronum cogantur teſtimonium dicere. ¶ 1 Cum† autem excipitur, ne gener, aut ſocer inuitus teſtimonium dicere cogatur, generi appellatione ſponſum filiæ quoque contineri placet. ¶ Itē ſoceri, ſponſæ patrem. *Item l.* 6. ¶ Idonei non videntur eſſe teſtes, quib. imperari[e] poteſt, vt teſtes fiāt. *Item l.* 7. ¶ Serui[f] reſponſo tūc credendum eſt, cum alia[g] probatio[h] ad eruendam veritatē non eſt. *Item l.* 8. ¶ Inuiti teſtimonium dicere non coguntur ſenes,[i] valetudinarij, vel milites, vel illi, qui cum magiſtratu reip. cauſa abſunt, vel quib. venire non licet.[k] *Item l.* 19. 2 ¶ Publicani[l] etiam teſtimonium nō dicunt inuiti. ¶ Item is, qui non detractandi[m] teſtimonij cauſa aberit. ¶ Item is, qui exercitui præbenda †[n] conduxerit. Sed nec pupillis teſtimonium denuntiari poteſt. *Item l.* 20. ¶ In teſtimoniū accuſator citare non debet eum, qui in iudicio publico reus[o] erit, aut qui minor viginti annis erit. *Item l.* 21. ¶ Ob carmen famoſum[p] damnatus, inteſtabilis fit. *Item.* ¶ Si res exigat, non tantùm priuati, ſed etiam magiſtratus,[q] ſi in præſenti ſint, teſtimonium dicant. 3 Prætor quoque teſtimonium dare debet in iudicio adulterij cauſa. Si autem ea rei conditio[r] ſit, vt arenarium[s] teſtem, vel ſimilem perſonam admittere cogamur, ſine tormentis[t] teſtimonio eius credendum non eſt. *Item l.* 24.

¶ Teſtes eos, quos accuſator de domo produxit, interrogari non placuit. *Item l.* 25.

¶ Patroni[u] quoque in cauſa, cui patrocinium[x] præſtiterunt, teſtimonium non dicant, quod & in executorib.[y] negotiorum obſeruādum eſt. *Item l.* 16. 4 ¶ Qui falsò, † vel variè[z] teſtimonia dixerunt, vel vtrique parti prodiderūt,[a] ne, ei non creditur ſine tormentis.

† qui quid exercitui præbendū cōduxerit] Orig.

3 Ibid. ſed paulò aliter.

† al. falſa, vel varia] Orig.

l ¶*Publicani.*] id eſt, telonarij.

m ¶*Non detractandi.*] i. euitandi, vt ille qui eſt in aliena prouincia, vt extra de fideiuſſo. conſtitutus. & C. de fid. inſtru. iudices. nam ad tales eſt mittendum. Vel intellige quando iam per xv. dies fuerunt coram iudice. tunc enim licitè recedunt, vt C. de teſti. ſi quādo.

n ¶*Præbenda conduxerit.*] vehenda.

IN TESTIMONIVM. Casvs. Ego accuſabam aliquem & contra ipſum inducebam condemnatum in publico iudicio ad teſtimonium. querebatur an poſſum? Et reſpondetur quòd non: neque minorem. 20. an. poſſum contra eum inducere. In ſeq. lege dicitur, ꝙ condemnatus in famoſo crimine eſt inteſtabilis, i. nec teſtis eſſe poteſt, nec facere teſtamentum.

o ¶*Reus.*] i. accuſatus. ſi. 81. diſt. tantis.

p ¶*Ob carmen famoſum.*] ff. de iniur. lex Cornelia. nec ipſe poteſt eſſe teſtis, nec teſtamentum facere. nec alter pro ipſo eſt teſtis in teſtamento. ff. qui teſt. fa. poſ. cum lege.

SI RES. Casvs. Dicitur in hac lege, ꝙ ſi res exegerit: non ſolùm priuati, ſed etiam magiſtratus poſſunt teſtificari. Prętor etiam in cauſa adulterij teſtificari poteſt. Si autem ea ſit conditio cauſæ, vt turpis perſona ſit inducenda in teſtem, vt puta in excepto crimine.

b ¶*Ipſius.*] accuſati.

c ¶*Eius.*] ſ. accuſati; vel liberto ſupple parentum rei. hic vult dicere, quod libertus alicuius non poteſt ferre teſtimonium contra ipſum, nec libertus filiorum ſuorum, nec libertus parentum ſuorum, nec libertus vxoris ſuæ. Et repete hanc dictionem liberto, cum quolibet genitiuo.

d ¶*Ne patroni.*] genitiui caſus, & eſt ſenſus: Ne denuntietur liberto patroni eius, vel liberto, ſcilicet accuſati vel rei, vel liberto, ſcilicet patronæ eius, ſcilicet rei, vt dicat teſtimonium aduerſus eum, ſcilicet reum, id eſt, vnus libertus aduerſus conlibertum ſuum eiuſdem patroni non cogitur teſtari, vel melius patronum, vel patronam hic vocat eum, qui eſt patronus alicuius liberti, & tamen idem eſt alterius libertus, & ſic eſt patronus & libertus.

e ¶*Imperari.*] fallit hoc in matrimonio, vt ext. qui mat. acc. poſſunt. videtur. in fi. ergo vxor non erit teſtis pro marito, quia ei ſubiecta eſt. 33. q. v. mulierem.

f ¶*Serui.*] ff. de prob. cum probatio.

g ¶*Cum alia.*] ſi. 14. q. 2. c. vlt. C. de hær. l. vlt. ſic propter defectum admittuntur minus boni, vt 55. diſt. c. 1.

h ¶*Probatio.*] plena. “nam præſumptio aliqua debet præcedere. non enim à tormentis eſt incipiēdum, vt ext. de re. iu. cum in contemplatione, & intellige cum de ſuo facto interrogatur ſeruus, vt j. e. ſerui. & illud dicitur reſponſum, nō teſtimonium, nec creditur ei tunc ſine tormentis, vt 5. q. 5. illi q.

“ pſumptio præcedat tormenta.

INVITI. Casvs. hic ponuntur nouem ſpecies hominū, qui ad teſtimonium dicendum compelli non debent, inter quos eſt ille qui abeſt non cauſa detractandi teſtimonij, & qui conducit annonam exercitui, & etiam pupillus, qui teſtis eſſe non poteſt.

i ¶*Senes.*] maiores lxx. ann. ff. de excu. tu. l. 2. in prin. ſed ad domum eorum eſt mittendum. extra eo. ſi qui teſtium.

k ¶*Non licet.*] propter turpitudinem: quibus interdictum eſt certo loco.

q ¶*Magiſtratus.*] qualiter iudex poſſit eſſe teſtis, dixi, ſuprà 2. quæſt. 6. ſtatuendum.[a]

a Aliàs inci pit, ſtatutū.

r ¶*Conditio.*] ſcilicet in exceptis criminibus.

s ¶*Arenarium.*] qui pugnauit in arena, vel in loco tali.

t ¶*Sine tormentis.*] 5. q. 5. illi qui.

TESTES. Casvs. Tria genera perſonarum enumerantur hic, quæ à teſtimonio repelluntur: ſcilicet domeſtici, aduocati, & iudices in cauſis in quibus fuerunt aduocati, & iudices. Vel intellige executores ſecundum quoſdam, id eſt, apparitores. Sed partibus volentibus teſtes admitti poſſunt, vt in auth. de teſti. §. quoniam verò. Quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ad legem. Hermaphroditus.

u ¶*Patroni.*] qui non poſſunt ſimul eſſe teſtes iuris, & facti, vt C. de aſſeſ. l. nemo. poſſunt tamen teſtificari de tranſactione facta pro cauſa ſua. ext. de tranſa. ex literis.[b]

x ¶*Patrocinium.*] De hoc dixi 2. q. 6. ſtatuendum.

y ¶*In executoribus.*] id eſt, prcuratoribus, & curatoribus.

y ¶*In executoribus.*] Sed nonne executor iudicis poteſt eſſe teſtis? quare enim deſtinaretur à iudice, ſi non crederetur dicto ſuo? nam & nuntio creditur,[c] vt extra de app. cum parati. ff. de rebus eor. qui ſub tu. l. magis. §. illud. & 65. diſt. c. pe. in fi. nec de illorum actibus dubitandum eſt, qui ad officium tale admittunť, vt 94. diſt. valde. ff. de off. pſ. pręt. l. 1. qualiter enim probaret quis ſe non citatum, vt extra de elect. bonæ? Reſpondeo? creditur eis donec probetur contrarium, ſaltem per ſuum iuramentum. ar. 82. diſt. propoſuiſti. ff. de cu. & exhi. re. l. diuus.

b Adde ad hanc gl. qđ not. Bar. in l. deferre. §. iidē decreuerunt. ff. de iur. fiſ. cIdē no. 82. diſt. ꝓpoſui ſti. in gl. ex hoc. Arch.

QVI FALSO. Hæc eſt 4. pars quæſt. in qua ponit quaſdam leges, quibus probatur quales teſtes faciunt fidem, & quales non. Ioan. de Fan.

z ¶*Variè.*] Si extra vt eccle. bene. vt noſtrum. ext. de conceſ. præ. poſt electionem.

a ¶*Prodiderunt.*] dicta.

HERMA-

Hermaphroditus an poſſit eē teſtis in teſtaméto, & vtrum poſſit ordinàri.

HERMAPHRODITVS. " Quæſitum fuit vtrum hermaphroditus, id eſt, qui habet ſexum maris & fęminæ, poſſit eſſe teſtis in teſtamento? & reſpondetur quòd ſi magis appetit ea quæ viri ſunt, poteſt: aliàs non. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt vſque ibi, *In teſtibus.*

à iudicibus competenter puniantur. *Item l.17.* ¶ Pater & filius, qui in poteſtate eius eſt, item duo fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes vtrique in eodem teſtamento, vel eodem negotio fieri poſſunt: quoniam nihil nocet ex vna domo plures teſtes alieno negotio adhiberi[1]. *Item l.15.* ¶ 1 Hermaphroditus an ad teſtimonium † [a] adhiberi poſſit, qualitas incaleſcentis ſexus oſtendit. *Item l. 9.* ¶ Teſtis idoneus pater filio,[b] aut filius patri non eſt. *Item l.10.* ¶ Nullus idoneus teſtis in re ſua [c] intelligitur. *Item l.11.* ¶ Ad fidem [d] rei geſtæ faciendam etiam non rogatus teſtis intelligitur. † *Item l.12.* ¶ Vbi numerus teſtium non adijcitur: etiam duo [e] ſufficient. Pluralis enim locutio duorum numero contenta eſt. *Item l.3.* ¶ 2 In teſtibus conſiderandum eſt, qui ſimpliciter [f] viſi ſunt dicere, vtrum vnum, eundemque, & præmeditatum ſermonem attulerint, an ad ea, quæ interrogantur, ex tempore [g] veriſimilia reſponderint. [h] *Item paulò inferius.* ¶ Sæpè [i] ſine publicis monumentis cuiuſq; rei veritas deprehenditur, aliàs numerus teſtium, aliàs dignitas, & auctoritas, aliàs veluti conſentiens fama [k] confirmat rei, de qua quæritur, fidem. Non ergo ad vnam probationis [l] ſpeciem cognitionem ſtatim iudex alligare debet, ſed ex ſententia animi ſui exiſtimare, † quid aut credat, aut parum ſibi probatum opinetur. *Item paulò inferius.* ¶ Alia [m] eſt auctoritas præſentium teſtium, alia [n] teſtimoniorum, quæ recitari ſolent. *Item Codicis lib.4. tit.[3] de teſtibus.l.1.* ¶ Soli 4 teſtes ad ingenuitatis probationem non ſufficiunt, niſi inſtrumentis, [o] & argumentis adiuuentur. *Item l. 2.* ¶ Etiam iure ciuili domeſtici [p] teſtimonij fides improbatur. *Item l.3.* ¶ Sola [q] atteſtatione [r] † prolatam, nec alijs legitimis adminiculis cauſam approbatam nullius eſſe momenti certum eſt. *Item l.4.* ¶ Eos teſtes

a ¶ *Ad teſtimonium.*] ſcilicet in teſtamento, vbi mulier non poteſt eſſe teſtis ſecundum legem, vt inſti. de teſta. §. teſtes. in iudicio autem eſſe poteſt. 15. q.3. de crimine. Sed quid ſi in omnibus eſt parilitas? Item nunquid talis poteſt ordinari? Item an contrahet cum viro, an cū muliere: & ſi prius cum viro contraxit, an poſſit eo mortuo cum muliere contrahere? Ioan. ſed certè in omnibus his reſpici debet ſexus qui magis incaleſcit, de monſtro poſſunt fieri monſtruoſę quæſtiones. Hug.

1 l. repetundarum.
† teſtamentum] orig.

b ¶ *Filio.*] ff. de prob. etiam contra. " vbi dicitur quòd mater poteſt teſtificari pro filio: ſed illud intellige quòd poteſt pro ętate, vel etiam pro cognatione filij teſtificari. Item pater teſtificatur pro filio in cauſa religionis. 20. quæſt.3. præſens.

" Mr̄ & pr̄ qn̄que pro filio teſtificari pn̄t.
† al. admittitur.
2 l. teſtiū. §. tu magis. ſ3 paulò aliter.

b ¶ *Filio.*] ſiue emancipato, vel non. in caſtrenſi autem peculio ſi filius ante miſſionem[a] teſtamentum fecerit, pater poteſt teſtis ei adhiberi. ff. de teſt. qui teſtamento. ſed poſtquam miſſus eſt, non. inſti. de teſta. §. in teſtibus.

a Quia tūc teſtatur iure militari, & ex priuilegio, tunc pr̄ pōt eſſe teſtis. ſed poſt miſſioné teſtatur iure cōi, & non poteſt pater eſſe teſtis. Arc.

c ¶ *Sua.*] ſcilicet propria. item nec in communi: quia quod commune eſt, vtriuſque eſt. ff. de ritu nup. illud. niſi indirectè, vt in teſtamento: vbi quilibet legatariorum teſtis eſt. inſt. de teſta. §. legatarijs.

c ¶ *Sua.*] contra. j. 14. qu.2. ſuper. ſed illa non eſt ſua, vt 12. quæſt.2. §. qui manumittitur. " Res enim ſua eſt cuius commodum vel emolumentum ſpectat ad aliquem ſuo nomine, vt 2. quæſt.6. biduum. in ver. palam. Sed contra. ff. finium reg. l. pe. vbi venditor poteſt eſſe teſtis pro emptore.

" Res ſua q̄ dicitur.

d ¶ *Ad finem.*] niſi in caſibus notatis s̄. 3. quæſt. 9. ſi debitum.

e ¶ *Duo.*] Si. de conſec. diſt. 1. hoc quoque. ſi. ff. de man. teſt. libertas. §. vlt. arg. contra ff. de opt. leg. l. 1.

IN TESTIBVS. CASVS. In teſtibus iudex debet conſiderare vtrum ſine fraude teſtimonium dicant: vel vtrum videatur meditatus ſermo quem proferunt: & vtrum ex tempore veriſimilia reſpondeant: ſcilicet quia dixerunt de nocte, & non eſt veriſimile quòd factum ſit de nocte, vel ex tempore, id eſt, ſtatim reſpondeant, id eſt, ſine deliberatione: quibus tanta fides non adhibetur.

f ¶ *Simpliciter.*] id eſt, ſine adiectione cauſæ. vel ſimpliciter. id eſt, non obſcurè, vt 3. quæſt. 9. pura. ſic s̄. diſt. 4. erit. 23. diſt. quia epiſcopus. " nam obſcurus teſtis eſt ſuſpectus, vt ff. de iur. fiſ. non intelligitur. & obſcure dictum pro non dicto habetur, vt ext. de prob. in præſentia. ff. de interrog. act. de ætate. argumen. extra de accuſ. cum dilecti. & obſcurè ſcriptum pro non ſcripto habetur, vt ff. de ijs quæ pro non ſcrip. ha. l. 2.

" Teſtis obſcurus eſt ſuſpectus.

g ¶ *Ex tempore.*] " Ergo videtur quòd teſtes ſunt interrogandi de tempore, vt extra eo. tit. cum cauſam. 3. quæſt. 9. nihilominus. ſed non eſt verum, vt ff. de prob. ſi arbiter. 2. q. vlt. libellorum. niſi teſtes eſſent ſuſpecti. tunc enim poſſet quæri de qualitate temporis, & veſtium: & quocunque modo poſſet iudex inueſtigare veritatem, vt C. de eden. is apud quem. 30. q.5. iudicantem. Vel ex tempore, i. ex mora: quia prius cogitabit qualiter reſpondeat, vt 50. diſt. ponderet. nam teſtimonium repentinum non valet, vt 5. q.5. §. ſed aliud.

" Teſtes an ſint de tp̄e interrogandi.

h ¶ *Reſponderint.*] ſponte. non enim de hoc ſunt interrogandi, vt dixi. Io. ſed certè de tempore in quo res dicitur facta, bene interrogantur, vt extra eo. cum cauſam. ſed de qualitate temporis non, niſi ſint ſuſpecti. B.

SAEPE. CASVS. Quærebatur vtrum veritas in cauſis ſine inſtrumentis poſſit deprehendi. Et reſpondetur quòd ſic quatuor modis: ſcilicet numero teſtium, dignitate, auctoritate, & fama perpetua.

i ¶ *Sæpe.*] Iudici enim facienda eſt fides, vt 2. q. 7. plerique. & C. de cond. ob turp. cau. l. 1.

k ¶ *Fama.*] ergo per famam aliquid probatur, vt ſuprà 2. qu. 5. ſi mala fama. matrimonium enim probatur per famam. extra de præſump. illud. 32. q.4. dicat. Argumen. contra. 35. quæſt. 6. ſi duo. extra de eo qui cogn. conſan. vxo. ſuæ. ſuper eo. " Verum eſt quòd fama per ſe nihil probat: ſed ſi adeſſet teſtimonium vnius cum fama, per illud probare poteſt. argumen. extra de prob. ſicut. C. de rebus cre. in bonæ. & ſi iudex dubitat de fama, quærat à vicinis. ff. de magi. conue. l. 1. §. ſi præſes. & magis valet fama quàm vnus teſtis, vt extra de conſan. & af. ſuper eo. poteſt autem fama probari per duos teſtes, vt extra eodem, tam literis. [b]

† al. æſtimare.
3 Tit. 20.
4 Cōcord. Alc. de Im. in l. bene. ff. ſi cer. pe.
" Fama p̄ ſe nihil p̄bat.
† teſtatiōe] Orig.

b Certè hoc ibi non dr̄: nec credo verū. l. Fan. ſed ſnia gl. approbat i Spec. de no. cri. verſ. ſed qualiter. A.

l ¶ *Vnam probationis.*] extra de ſenten. & re iud. cauſam.

ALIA. CASVS. Aliqui teſtificabantur per ſcripturam ſine iuramento: vel ſine cauſa & circunſtantijs, cum de hoc eſſent interrogati, quærebatur vtrum eis eſſet fides adhibenda. & reſpondetur quòd non: quia alia eſt fides teſtium, quæ valet: alia teſtimoniorum, quæ non valet.

m ¶ *Alia.*] Hoc eſt expoſitum ſuprà cauſa proxim. quæſt. 9. c. teſtes.

n ¶ *Alia.*] extra de cohab. cle. tua.

SOLI. CASVS. Quærebatur vtrum ſolummodo teſtes ſufficiant ad probationem ingenuitatis: & reſpondetur quòd non: imo etiam inſtrumenta ſufficiunt, & expone, ſoli, id eſt, ſolo modo, vel præpone negationem, non ſoli, &c. & verba quæ poſuit ibi Gra. niſi inſtrumentis, &c. non ſunt de lege codicis. Vnde Gratianus non intellexit illam, vt intelligunt eam doctores legum.

o ¶ *Inſtrumentis.*] verba ſunt Grat. & malè intelligit: hoc enim vult lex dicere, quòd non tantùm per inſtrumenta, ſed etiam per teſtes poteſt probari libertas.

p ¶ *Domeſtici.*] fallit C. de rep. l. conſenſu. circa fi. ext. de teſti. veniens. 2. in fi. ext. qui ma. acc. poſ. videtur.

SOLAM. CASVS. Quidam ſine iuramento, vel ſine iudice teſtificati ſunt, vel non allegauerunt cauſam dicti ſui: cum de hoc eſſent interrogati, quærebatur vtrum eorum teſtimonium valeret. Et reſpondet Imperator quòd non. Quæ ſequuntur plana ſunt vſque ibi, *Qui intendit.*

q ¶ *Sola.*] id eſt, ſine adiectione cauſæ.

q ¶ *Sola.*] aliter ponitur s̄. diſt. 8. ſi ſolus.

r ¶ *Atteſtatione.*] " Cauſa à teſte inquirenda eſt, vt extra eo. cum cauſam. ſi tamen non fuerit quæſita, & teſtis de cauſa nihil dixerit, non ideo minus valet teſtimonium: quia dixit omnia quæ nouit: licet non cauſam omnium. argum. ad hoc. ff. de no. ope. nun. de pupillo. §. qui opus. Arg. extra de ſen. & re iud. ſicut. [c]

" Teſtis an teneatur dicere cauſam ſuę depoſitionis.
c Arg. cōtra 22. q. 3. c. 1. ver. ſ3 fortè vbi de hoc.

a ¶ *Iudi-*

a ¶*Iudiciariæ.*] i.iudici. No. quòd ſufficit ſi iudici ſit probatum, vt extra de reſcr. inter. ſ̄. ea. ſæpe.

b ¶*Nec volentes.*] contra ſ̄.3.q.5.c.1. ſed hic vocantur parentes aſcendentes & deſcendentes, non collaterales: prout ſumitur ff. de in ius voc. l.4. §.1.

QVI INTENDIT. Casvs. Quidam petebat ab aduerſario ſuo vt demonſtraret ſibi inſtrumenta ſua, per quæ ſuam intentionem fundaret. nunc quæritur vtrum ſit audiendus? & reſpōdetur quòd non: ſed ſuas debet habere probationes paratas.

1 L. nimis graue] mutata verborum ſerie.

c ¶ *Aduerſarium.*] Actor non poteſt petere vt reus exhibeat ſibi inſtrumenta ſua, vt 6. q. vlt. cap. vlt. extra de proba. ex epiſtolæ. " niſi reus ſit eis vſurus, vt extra de fid. inſtru. contingit. Item cum inſtrumenta ſint communia, vt C. de eden. procurator.

Paulò aliter.

" Reus in 2. caſib. tenetur edere inſtrumenta.

Paulò aliter.

SERVI. Casvs. Dicitur hic ꝙ reſponſo ſerui non eſt credendum neque pro domino, neque contra dominum: ſed de facto ſuo poteſt interrogari, cum per eum res ſunt depoſitæ, vel commodatæ alijs.

Paulò aliter.

d ¶*Serui.*] niſi in caſu, vt 12. qu. 2. §. in patronos.

2 Concord. tex. ī l. oib. C. de teſt. & in l. nullus. ff. eod.

3 Le. quoniā liberi.

e ¶ *Sed pro facto.*] quando per eum dicitur aliquid commodatum vel depoſitum, vt C. de quæſt. interrogari. ff. de ædil. edi. quæro. & ſic patet quòd viles perſonæ recipiuntur, vbi de ipſorum facto agitur. ſic extra de elect. per inquiſitionem. & extra de ſent. & re iud. cum I. & A.

IVRISIVRANDI. Casvs. Tria hic dicuntur: ſcilicet quòd teſtes prius iurent antequam teſtimonium dicant: & quòd potius fides honeſtioribus teſtibus adhibeatur quàm alijs: item quòd vni teſti non creditur, & ſi præſidiali honore præfulgeat. Sequens reſponſum planum eſt.

f ¶*Iuſiurandi.*] ſic 3.q.9. hortamur. niſi remittatur à parte, vt extra de teſt. tuis.

g ¶*Vnius.*] 11.qu.1. quicunque contra. ſed illud non tenet. ſed fallit hoc extra de teſt. co. peruenit. 1. Item vni creditur, vt C. de fal. ſi quis decurio. ff. de do. prælegata. Theopompus. " & generaliter creditur vni quo ad præſumptionem: ſed dictum vnius non iuſtificat, neque condemnat, vt 33.q.2. admonere.

" Teſti ſoli quandoque creditur.

h ¶*Omnibus in re propria.*] Argu. contra. C. de fideicom. l. vlt. Sed ibi impropriè ponitur iudex & teſtis.

LIBERI. Casvs. Dicitur hic quòd ſi aliquem accuſamus de crimine, liberos dēmus inducere teſtes contra eum, ſi ſocij non ſunt & criminis participes: ſed cauſa & ratio facti debet ab eis quæri. Vel hic vult dicere, ꝙ ipſi debent ſubijci tormentis ad veritatem eruendam: & quicunque teſtes poſtulauerit induci, eis ſumptus neceſſarios exhibebit: ſiue in cauſa criminali, ſiue in ciuili introducantur.

i *Si ſocii.*] ſed fallit ſ̄.79. diſt. ſi quis Papa. Item fallit in crimine læſæ maieſtatis. 15.q.3. nemini. & in crimine ſimoniæ. extra de ſimo. quamuis. Sed obſtat extra de teſtibus veniens 1. Solu. " ſocius criminis & muneris repellitur: ſed non criminis tantùm.

" ſocius in crimine nō ſemper repellitur à teſtimonio.

k ¶*Sed fides.*] id eſt, cauſa.

l ¶*Venturis.*] De hoc notaui quid iudici vel teſti dandum ſit. 11.q.3. non licet. videbatur ꝙ vtraque pars debet prouidere teſtibus, quia pro vtraque teſtantur. 14. q. 5. non ſane. ſed ſecus eſt, vt dicit G.

ad veritatem adiuuandam adhiberi oportet, qui omni gratiæ, & potentatui fidem religioni iudicarię[a] debitam poſſint præponere. *Item l. 5.*

¶Parentes, & liberi inuicē aduerſus ſe nec volentes[b] ad teſtimonium admittendi ſunt. *Item l. 6.*[1] ¶Qui intendit, ſuæ intentioni proprias debet afferre probationes, non petere aduerſarium[c] cogi ad exhibitionem eorum, per quos ſibi negotium fiat. *Item l. 7.* ¶Serui[d] neque pro domino, neque aduerſus dominum, ſed pro facto ſuo[e] interrogari poſſunt. *Item l. 8.* ¶ Iuſiurandi[f] religione teſtes prius, quàm perhibeant teſtimonium, coarctentur, B & honeſtioribus potius teſtibus fides habeatur. Vnius[g] verò teſtimonium nemo iudicum in quacunq; cauſa facilè patiatur admitti: imo vnius teſtis reſponſio omnino non audiatur, etiam ſi pręclarę curię honore ꝑfulgeat. *Item l. 9.* ¶Omnibus in re propria[h] dicendi teſtimonij facultatem iura ſubmouerunt.[2] *Item l. 10.*[3] ¶ Liberi teſtes ad cauſas poſtulantur alienas, ſi ſocij,[i] & participes criminis non dicantur, ſed fides[k] ab ijs notitiæ poſtuletur. Venturis[l] autem ad iudicium, per accuſatorem, vel ab ijs, per quos fuerant poſtulati ſumptus competentes miniſtrentur, etiam ſi in pecuniaria cauſa ab alterutra parte teſtes ꝓducendi ſint. *Item l. 11.*[4] ¶ Liberti aduerſus patronos ſponte prodire non audeant, ſed ne vocati quidem in iudicium venire cogantur. *Item l. 13.* ¶ Si quis teſtibus vſus fuerit, iidemque teſtes aduerſus eum in alia lite producantur,[m] non licebit ei perſonas eorum excipere, niſi oſtenderit inimicitias inter ſe, & illos poſteà emerſiſſe, ex quibus teſtes repelli leges præcipiunt, non adimenda ſcilicet ei licentia ex ipſis depoſitionibus teſtimonium eorum arguere.[n] Sed & ſi liquidis probationibus datione, vel promiſſione pecuniarum eos corruptos eſſe oſtenderit,[o] etiam eam allegationem integram ei ſeruari oportet.

4 L. libertorū aliquib. verbis prætermiſſis.

LIBERTI. Casvs. Dicitur hic quòd liberti contra patronos ſponte teſtificari non debent, nec debent ad hoc compelli: & ſi vocati fuerint, non debent cogi venire.

SI QVIS. Casvs. Induxi teſtes contra aliquem in aliqua cauſa, contra me ijdem inducebantur: volebam eos repellere. quærit̄ an poſſum? Et reſpondetur ꝙ non, niſi probem poſtea capitales inimicitias interueniſſe inter me & illos: arguere tamen potero eorum teſtimonia ex dictis eorum, ſi contradicant ſibi: vel ſi ꝓbauero eos corruptos promiſſione, vel etiam datione pecunię.

m ¶*Producantur.*] " Teſtem inductum pro me teneor recipere cōtra me, vt hic. Similiter illum qui fuit iudex ꝓ me, teneor recipere cōtra me, vt 3. qu. 8. cuius in agendo.[a] Item allegationem vel rationē pro me inductam, recipiam contra me. ſ̄. 19. di. ſi Romanorum. Similiter inſtrumentum. ext. de cen. cum olim. Item iuramentum. C. de reb. cre. generaliter. Arg. contra iſta 2. q. 7. ſi hęreticus. 37. diſt. ſi quid veri. Sol. iſta ſunt ſpecialia fauore fidei.

" Quod approbo non reprobo.

a Concord. tex. in l. Pōponius. ff. de neg. geſt.

n ¶*Arguere.*] Sed hoc nō poteſt fieri niſi per alios teſtes: ergo viſis atteſtationibus poſſunt induci alij teſtes: quòd eſt contra id extra eo. fraternitatis. Conſueuit reſponderi, ꝙ directè non poſſunt induci teſtes contra teſtes: ſed indirectè, vel probando corruptionem, vt extra eo. ſeries. extra de proba. licet. Vel probando teſtes aut perſonas fuiſſe in alio loco tunc temporis. extra eo. ex tenore. Sed contra. hæc eſt cauſa quare non admittantur teſtes poſt publicationem, quia timetur ſubornatio; ſed ſubornari poſſunt, licet teſtes indirectè inducantur. Item ſi teſtes aduerſarij volunt ꝓbare de alio tempore: ergo ego inducam teſtes ad probandū de eodem tempore. iniquum enim eſſet, ꝙ aliquid permitteretur impugnanti, & non permitteretur defendenti. ff. de reg. iur. non debet. cum dicta meorum teſtium poſſim confirmare, vt dixi ſ̄.3.qu.3. de inducijs. Ad hoc poteſt dici, ꝙ ſpeciale eſt in cauſa matrimonij, vt inducantur teſtes quandocunque, etiam poſt ſententiam: quia ibi non tranſit ſententia in rem iudicatam.[b] vt extra de ſent. & re iud. lator. & c. conſanguinei. Vel ideo mulier fuit admiſſa in illa decre. ex tenore. quia ignorauit de quo die teſtes vellent teſtari. ſed ſi quis ſcit de quo die velit quis probare: & ante publicationem non proteſtatur, quòd die illo non fuerat in loco tali, poſt publicationem eum non admitterem. & quod hic dicitur, quòd poteſt obijci in dicta, verum eſt oſtendendo eos eſſe contrarios ſibi.[c] Item inſtrumentum induci poteſt poſt publicationem, vt extra de fide inſtrumen. cum dilectus. Si quæritur quare viſo inſtrumento induci poſſunt teſtes, vt C. de contrah. ſtip. optimam. & non viſis atteſtationibus? Reſpon. ideo, quia ſi vnus vult improbare inſtrumentum per teſtes, reliquus poteſt per teſtes inſtrumento fidem facere: quod non eſt in teſtibus. Io. Ego credo ꝙ publicatis atteſtationib. ſuper nouo articulo (ſicut dicit T.) poſſunt induci teſtes: licet legiſtæ dicant contrarium. & hoc non ſolùm eſt in cauſa mr̄imonij, ſed ēt in alia cauſa, vt ext. de fid. inſtr. cum Ioannes. & ext. de teſti. ex tenore. & c. veniens. 2. In cauſa appellationis inducuntur teſtes ſuper nouis articulis pendentib. ex veteribus. ext. c. fraternitatis. Legiſtæ ſecundum opi. Io. inducunt ſuper nouis, & ſuper veteribus articulis. C. de ap. l. eos. B.

b Dic qđ de hoc dixi 2. q. 6. in prin. in addit. ſed contra ext. &c. Arc.

c Hęc ſnīa vera eſt, & hr̄ ex text. cum dicit, ex ipſis depoſitionib⁹. &c. non dicit, alienis depoſitionibus, ſed ipſis. Arch.

o ¶*Oſtenderit.*] vel etiam infamiam poſtea contractam, vt

extra

extra de teſti.cog.præterea.ſimile ſ. diſt. 19. ſi Romanorum. extra de accu.nulli.

SED OBIICITVR. Casvs. Dictum eſt ſ. in c. teſtes autem. quod intra 14. annum non poſſunt aliqui teſtificari. ſed contra hoc obijcit Gratia. de puero triginta dierum. Nam cum de fornicatione accuſaretur beatus Bricius, & diceretur filiũ genuiſſe triginta dierum: in medio populi profeſſus eſt ille puer Bricium ſuum patrem nõ eſſe. Sed ſoluitur hoc, quòd miracula diuina non ſunt trahenda ad conſequentiam, nec in exemplum actionis humanæ.

¶In hoc capite varias leges Digeſtorum, & Codicis ita refert Gratianus, vt interdum eadem prorſus afferat uerba, interdum uerò mutet, ac tranſponat, & in ſummam redigat. Ac plura quidem ſunt ex originali emendata, niſi, vbi Gratianus de induſtria mutauerat.

A ¶Per quos.] *In vulgatis legebatur*, per quæ. *Emendatum verò eſt ex manuſcriptis, & lege ipſa, in qua agitur de exhibitione teſtium, non autem de editione inſtrumentorum.*

B ¶Coarctentur.] *Sic in aliquot manuſcriptis, quę lectio cum his verbis legis*, arctari præcipimus, *magis conuenit, quàm vox*, coercentur, *quæ erat in impreſſis.*

1 *Sed obijcitur illud beati Bricij, qui voce pueri triginta dies ab ortu habentis innocens probatus eſt. Sed miracula diuina ſunt admiranda, non in exemplum humanæ actionis trahenda.*

DE quarta verò.] Hęc queſtio diuiditur in tres partes: in quarum prima probat duabus auctoritatib. quòd nullus debet eſſe accuſator & iudex & teſtis. Secunda ibi, *Inſcriptio*. Tertia ibi, *De domo*. Ioan. de Fant.

1 Sulpicius Seuer. l. 3. vitę S. Mar.

Casvs. Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quæritur " an idem poſſit eſſe accuſator & teſtis. Et reſpondetur quòd non, vt j. ca. 1. & 2. niſi forte in cauſa matrimonij: vbi dicũt quidam, quòd idem poteſt eſſe accuſator & teſtis. arg. 35. q. 6. ca. 1. & 2. & in ſumma vbi notauit Hug. & Ioan. hoc dicit.

" Teſtis & accuſator an poſſit quis ſimul eſſe.

a ¶*De quarta verò.*] Hic quæritur, an aliquis ſimul poſſit eſſe teſtis, & accuſator? Et eſt dicendum quod non, vt j. ead. c. 1. & 2. q. 1. multi. nec enim ſimul debet quis fungi pluribus officijs, vt 16. q. 1. presbyteros. & 79. diſt. ſingula. In matrimonio eſt ſpeciale vt idẽ ſit accuſator & teſtis, vt not. 35. q. 6. c. 1. tamen impropriè dicitur in matrimonio accuſatio. nam miſta dicitur inter ciuilem & criminalem, vt extra de proc. tuæ. In denuntiatione autem idem eſt denuntiator & teſtis, vt extra de teſti. in omni negotio. & extra de ſim. licet. ſed ex quo ſemel quis apparuit inter accuſatores, amodò non poteſt eſſe teſtis, vt extra de accu. cum P. Manconella.

2 Anſ. l. 3. c. 75. Burc. l. 16. c. 15. Iuo p. 6. c. 321. Pann. l. 4. c. 81.

3 Concord. text. i l. fi. ff. quod me. cau. & l. pe. ff. de arb. & l. qui iuriſdictioi. ff. de iu. om. iud.

QVAESTIO IIII.

1 ps DE quarta verò [a] *queſtione Fabianus Papa, epiſtola ſecunda ad epiſcopos orientales conſtituit dicens.*

¶Accuſator & teſtis, vel iudex aliquis ſimul eſſe non poteſt.

CAP. I.

2 NVllus Vnquam præſumat accuſator [b] ſimul eſſe & iudex 3 vel teſtis: quoniã in omni iudicio quatuor [c] perſonas neceſſe eſt ſemper adeſſe, id eſt iudices electos, accuſatores idoneos, A defenſores congruos, atque teſtes legitimos. Iudices B autem debent vti æquitate, [d] teſtes veritate, accuſatores intentione ad amplificandam cauſam, defenſores extenuatione ad minuendam [e] cauſam.

A ¶Idoneos,] *Apud Fabianum, & Burchardum, & Iuonem hic locus ita habet*, iudices electos, & accuſatores, ac defenſores, atque teſtes. *Verùm, quia voces illę*, idoneos, congruos, legitimos, *ſunt in omnib. vetuſtis codicibus Gratiani, & Pannormiæ, nihil eſt mutatum.*

B ¶Iudices autem.] *Hæc neque in epiſtola ſunt, neque apud alios collectores, niſi in Pannormia.*

Item Damaſus Papa, epiſt. 3. cap. 7.

¶Quilibet in cauſa duas perſonas gerere non valet.

CAP. II.

ij4 NVllus introducatur perſonaliter, [f] ſed accuſatores, & accuſati æqua audiantur ratione, iuxta quod geſtorum ordo exigit. Accuſatores verò, & iudices non ijdẽ ſint, ſed per ſe accuſatores, per ſe iudices, per ſe teſtes, per ſe accuſati, vnuſquiſque in ſuo ordinabiliter ordine. ¶Nam inſcriptio [g] primò ſemper fiat, [h] vt talionem calumniator recipiat, quia ante inſcriptionem nemo debet iudicari, vel damnari, cum & ſeculi leges hæc eadem retineant.

2 *Vt Codice*, [i] *libro nono, titulo de accuſationib. & inſcriptionib. l. 7. & Codice, eodem libro de adulterijs. l. 6. & titulo de Abigeis l. vnica.*

¶Aliquando etiam ſine inſcriptione accuſatio fieri poteſt. [*Ea. n. quæ per officiales* † [k] *præſidib. denuntian*

NVllus.] Casvs. Dicitur in hoc ca. quod nullus debet ſimul accuſator eſſe & teſtis vel iudex: quoniam in omni iudicio quatuor debent eſſe diuerſitates perſonarum: ſ. accuſatores, rei, iudices, & teſtes, & oſtenditur quòd ſit officium cuiuslibet eorum: quod in litera patet.

b ¶*Accuſator.*] niſi in cauſa matrimonij, vt 35. q. 6. c. 1.

c ¶*Quatuor.*] extra de verb. ſig. forus. contra. Sed dic quod quatuor ſunt perſonæ, id eſt, quatuor genera perſonarum. vel dic quod appellat ibi tres teſtes, id eſt, tria genera probationum, ſ. inſtrumentorum, teſtium, & famæ. [a] Sed obijcit de crimine notorio, vt extra de elect. venerabilem. §. nos igitur. & vbi quis confitetur aliquid, & vbi iudex ex officio procedit. in his enim non eſt accuſator. Sed loquitur hic cum ordinario iure proceditur: ſ. in forma iudicij.

a Id eſt, argumétorũ, ſiue confeſſionũ, vt ibi no. Tanc. & Ber. & ſi cñ ob. quod no. ſ. e. q. 1. ſæpe, i gl. 1. Arch.

d ¶*Aequitate.*] C. de iud. placuit. 45. diſt. omnis qui.

e ¶*Ad minuendam.*] non tamen vt falsò inducat aliquod ius. Sed nunquid tenetur aduerſario dicere iura quæ pro ipſo faciunt? non: tamen in corporali bello licitum eſt decipere hoſtem, vt 22. quæſt. 2. vtilem. & 23. q. 2. dominus.

NVllus.] Casvs. Dicitur hic, quòd iudex in iudicio non debet vti acceptione perſonarum inter accuſatorem & reum: ſed ęqualiter audiat vtrunque. & quod per ſe debet eſſe accuſator, per ſe reus, per ſe iudex, per ſe teſtis, & vnuſquiſque debet eſſe in ſuo officio.

f ¶*Perſonaliter.*] " i. cum acceptione perſonæ, vt 3. q. 9. c. vlti. quia honor vnius perſonæ non debet obeſſe alij, vt C. de dig. l. 3. li. 12. 11. quæſt. 3. ſi quis verò. C. de ſta. & ima. l. 4. iudex tamen magis dignum poteſt honorare, vt 2. quæſt. 7. quæritur. & q. 8. quiſquis. non tamen ſedebit cum iudice cũ agitur in cauſa, vt C. de off. ci. iud. l. 1.

" Perſonarũ acceptio non d3 eſſe in iudicio.

INSCRIPTIO. Hæc eſt ſecunda pars huius quæſtionis, in qua ponit Grat. quatuor caſus, in quibus non eſt inſcribi neceſſe. Io. de Fant.

4 Pol. l. 5. ti. 1. Bur. l. 16. c. 31. Pann. l. 4. cap. 80. Iuo p. 6. ca. 337.

Casvs. Dicit Gratianus quòd inſcriptio ſemper in accuſatione debet fieri, vt accuſator obliget ſe ad pęnam talionis, vt probatur nono libro Codicis de accuſationibus, &c. Hug. tamen videtur velle, quod omnia ſupradicta verba ſint de præcedenti capitulo, vſq; ibi, *Vt Codice*. poſtea ſunt verba Gratia. Idem videtur velle Beneuen. in caſibus ſuis: ſed ego hẽo. §. ibi, *Inſcriptio, &c.*

g ¶*Inſcriptio.*] Et ſi non fuerit facta, nihil valet quod actum eſt. 2. q. 1. in primis. ibi, quod ſi forte hæc ſolemniter. Sed an obligabit ſe accuſans ad talionem? ar. quòd ſic, extra de acc. ſuper his. C. de fid. inſtru. l. 2. contra. C. de aduo. diuer. iud. l. 1. Dico quòd ſic, licet quidam legiſtæ ſecus dicant. [b]

†Officium] Orig.

b Add an & qñ debét ſe inſcribere, not. Cyn. & do. i l. q crimen. C. qui ac. non poſ.

h ¶*Semper fiat.*] Niſi in caſibus notatis. 2. q. 7. in ſumma.

i ¶*Vt codice.*] Iſtud vt, reſpicit verba ſequentia.

ALIQVANDO. Casvs. Dictum eſt ſ. in §. Gratiani, vel in c. ſecundum, quod ſupra not. quòd in accuſatione eſt inſcriptio facienda ſemper. Nũc autem ponit Gratianus quatuor ſpeciales caſus, in quibus inſcriptio non exigitur. Primus eſt quando per officiales nuntiantur præſidibus aliorum delicta. Secundus quando vir vult accuſare vxorem ſuam de adulterio iure mariti intra ſexaginta dies vtiles computandos à tempore diuortij. Tertius eſt quando quis de abigeatu accuſatur. Quartus eſt in crimine iniuriarum. In alijs verò criminibus ſemper debent fieri inſcriptiones, quæ crimen & tempus deſignent, vl alterutram partium legum auctoritas terrere poſſit. Sed in quibuſdam malè dicit Gratianus, hic, vt dicit Hug. in ſumma, & vt Io. notauit in hoc loco.

k ¶*Per officiales.*] Hoc exemplum non valet: quia ibi non fit accuſatio. " loquitur enim in notorio crimine iſta lex, quod ſolùm officiati denuntiant. ſi enim denuntiat officialis aliud crimen, ei non creditur: niſi probet legitimè, vt C. de accu. ea quæ. C. de curio. l. curioſi. lib. 12.

" Officiales ſolùm notoria denũtiare debent.

Additio. In hac lege non dicitur quòd inſcribant: ſed dicitur quòd ſi non probant, puniuntur vt calumniatores, ſecundum Lauren.

a ¶*Sexaginta*

a ¶*Sexaginta dies.*] A tempore diuortij computandos, vt ff. de adult.l.is cuius ope.§.penult. ſed iure extranei poteſt eam accuſare poſt hos dies etiam : dum tamen cauſa non exceſſerit quinquennium.ff.eod.tit.mariti.ſed ad thori ſeparationem etiam poſt ſeptennium poteſt, vt 33. quæſt. 2. admonere. " Conſiſtit autem ius mariti in hoc, quòd ex ſuſpicione violenta facit vxorem ream : & ꝙ præfertur alijs accuſatoribus : & quòd non inſcribit : & quòd non punitur quaſi calumniator, ſecundum quoſdam: niſi euidens ſit calumnia, vt C. de adulter. iure mariti. ff. eod. is cuius. Iure tamen nouo tenetur[a] vir inſcribere, vt in authen. vt lic.mat. & auiæ. §. cauſas.collat.9. & extra de procur.tuæ. ſecundum canones non videtur, quòd ſuſtineat pœnam talionis, vt 33.queſtio. 5. hæc imago. Sed hoc eſt verum, cum agitur ad thori ſeparationem: ſed ſi agatur ad pœnam legalem, vt extra de procu.tuæ.

" Maritus duplici iure pôt vxorem accuſare.

1 Ea quidẽ. C.de accuſ. & inſcri.

a Imo & lex antiqua d̄t ꝙ ſolemnia accuſatiõis implere d3. ff. de adult. miles.§.qdã ſecũdùm L.

b ¶*Quam ex ſuſpicione.*] 32.q.1.c.1.& 2.

c ¶*Abacti.*] i. cum quis gregem abigit, vel partem gregis.

d ¶*Inſcriptionibus.*] id eſt, cum agitur criminaliter.

e ¶*Obſeruatione.*] i. cum agitur ciuiliter.

f ¶*Si quis.*] C. de acc. ſi quis ſe.

g ¶*Non ad ſtationarios.*] id eſt, non pedaneos iudices.

h ¶*Aut libellos.*] Cũ criminaliter.

i ¶*Aut querelas.*] Cũ ciuiliter.

tur, & citra ſolemnia accuſationum poſſe perpendi incognitum non eſt.] ¶[1] *Item Codice de adulterijs l. 6. Si maritus iure mariti, hoc eſt intra ſexaginta dies*[a] *vtiles adulterium vxoris ſuæ accuſare voluerit, quam ex ſuſpicione*[b] *ſola ream facere valet, non continetur vinculo inſcriptionis. Item C. de Abigeis. l. vnica* [*Abacti*[c] *animalis accuſatio non ſolùm cum inſcriptionibus,*[d] *ſed etiã ſine ea obſeruatione*[e] *proponitur.*] ¶*Item C. de accuſ. l. 8.* [*Si quis*[f] *ſe iniuriam ab aliquo paſſum putauerit, & querelam deferre voluerit, non ad ſtationarios*[g] *decurrat, ſed præſidialem adeat poteſtatem, aut libellos*[h] *offerens, aut querelas*[i] *ſuas apud acta deponens.*] ¶*In* A *alijs*[k] *autem criminalibus cauſis dignum eſt, vt inſcriptiones præponantur, quæ magnitudinem videlicet criminis, tempuſque deſignent, vt alterutram partem digna legum terrere poſſit auctoritas.* B

A ¶In alijs autem.] *Lex 16. C. de accuſ. ſic habet,* in cauſis criminalibus, *cætera verò eodem planè modo at que à Gratiano inferuntur.*

B ¶Auctoritas.] *In vulgatis hic repetebatur verſiculus.* Inſcriptio, *ex capitulo Damaſi : ſed abeſt à vetuſtioribus codicibus, & fruſtra repetitur.*

De domo etiam iudicis accuſator, vel teſtis produci nan debet, ne in cauſam ſuſpicionis incidat iudex.

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imper. epiſtola, cuius initium eſt [*propoſueramus.*]

¶Suſpicionis incidet in crimen iudex, de cuius domo, vel accuſator, vel teſtis producitur.

k ¶*In alijs.*] Malè exemplificat magiſter vbi non cogitur quis inſcribere. ſed veros caſus poſui ſ. 2.q.3. notandum.& q.vlt.in ſumma.

DE DOMO. CASVS. Iſte §. reſpicit illa duo c. ſupra poſita, nullus.& nullus. vbi dictum eſt ꝙ non debet eſſe idem accuſator & teſtis & iudex. Nunc verò dicit, quòd de domo iudicis non debet produci actor vel teſtis, ne iudex habeatur ſuſpectus.

C*Ontra ritum.*] CASVS. Coram Imperatore accuſabatur quidam de domo imperiali: & producebatur accuſator & teſtis cui poterat imperari. ſed Nicolaus reprehendit hoc, dicens hoc eſſe contra legem : & ex hoc iudices ſuſpecti fiunt.

l ¶*Leges.*] Extra de offi.iud.dele.cauſam. 2.ff.de iuriſd.omn. iud.qui iuriſdictioni.

m ¶*De imperialibus ædibus.*] id eſt, de domo cuiuslibet iudicis. [b] De hoc dixi 3.q.5. accuſatores.iudex tamen ſuos domeſticos cogitur recipere contra ſe, vt C.de aſſeſſ.ſi poſt.

b Gñaliter ſeruãdũ eſt, ꝙ nullus ſit iudex in oĩ cauſa, vbi qs de domo ſua ẽ actor, reus, vel teſtis : quia vr̃ eſſe ſuſpectus, ſi hoc contingat, delegetur cauſa, ſcd̃m Hu. & Lau. " citatio de iure debet eſſe trina.

D*E quinta verò.*] CASVS. Hic intitulatur quinta quæſtio, qua quæritur an ſit excommunicandus accuſatus ſi die ſtatuta non veniat ad cauſam. Et certum eſt, quòd ſic. ſi ex contumacia abeſt. & agitur hic de inducijs citatorijs ſiue expectatorijs.

n ¶*De quinta.*] " De iure ter eſt citandus quilibet, vt 24. q.3.de illicita.ſi tamen ad primam citationem non venerit, delinquit: quia ſpernit mandatum iudicis, & punitur.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.l.2.ff.ſi quis ius dic.non obtem.l.vnica.& præſtabit ſumptus litis de illa factos, vt de iud.ſancimus. Et agitur hic de inducijs citatorijs ſiue expectatorijs, quæ dantur epiſcopis: & eædem dantur presbyteris & diaconibus, vt 15.q.7. ſi autem.& dictum eſt de his ſ.3.quæſt. 2.in ſumma.

Q*Viſquis.*] CASVS. Statutum fuit in concilio Carthaginenſi vt epiſcopi apud primatem ꝓuinciæ accuſentur. Et ſi epiſcopus qui accuſabatur, vocatus ad cauſam, die ſtatuta, hoc eſt intra menſem computandum à die receptionis literarum non venerit, debet excommunicari : & ſi poſtea venerit alllegatur' cãs quare non venerit, dabitur ei ſpatium alterius menſis: ſed remanebit excommunicatus donec probet iuſtũ impedimentum : ita ꝙ nec ſuis nec alienis cõmunicet interim. ſi nõ venerit finito ſecundo menſe, condemnabitur. Si verò accuſator die ſtatuta non venerit, excommunicetur, reo vel epiſcopo præſente communioni reconciliato. Si tamẽ poſtea iuſtum impedimentum probauerit, abſoluatur : & cauſam agere permittatur : & expone poſt ſecũdum menſem, i. poſt principium ſecundi menſis. Vel ſic : Epiſcopus accuſatus, ſi intra tempus vnius menſis à tempore receptionis literarum non venerit, excommunicatur. ſi allegat iuſtum impedimentum, datur alius menſis: ſed remanebit excõmunicatus quouſque probabit iuſtum impedimentum: & ſi non venerit ſecundo menſe, damnabitur. ſi verò accuſator non venit die ſtatuto, excommunicãdus eſt. ſed ſi iuſtam ꝓbat abſentiam, abſoluetur, & poſtmodũ aget. Iſte eſt caſus ſecundũ Hug. & ſecundum eum exponitur poſt menſem ſecundum, id eſt, poſt principium ſecundi menſis.

CAP. III.

C*Ontra ritum eccleſiaſticum contraque venerandas leges*[l] *producitur accuſator de imperialibus ædibus,*[m] *& cui imperari poteſt, ad falſum dicendum teſtimonium adhibetur. Fiunt ſuſpecti iudices, & mercenarij, & lupi cuſtodes, qui videbantur eſſe paſtores.*

¶*Caput hoc emendatum eſt ex ipſo originali Romæ impreſſo.*

QVAESTIO V.

D*E quinta*[2] [n] *verò quæſtione in cõcilio Carthaginenſi tertio, capitulo ſeptimo ſic inuenitur deſinitum.*

2 Et Felix epiſto. 2.ad epiſcopos Galliç.

¶Non eſt à communione ſuſpendendus, qui die ſtatuta ad cauſam venire non potuit.

CAP. I.

3 Q*Viſquis epiſcoporum accuſatur, ad primatẽ prouinciæ ipſius cauſam deferat accuſator. Nec à communione ſuſpendatur, cui crimẽ intenditur, niſi ad cauſam ſuã dicendam,* A *electorum iudicũ, die ſtatuta, literis euocatus minime occurrerit:*[o] *hoc eſt intra ſpatiũ menſis*[p] *ex ea*[q] *die,*

3 Anſ.l.3.c. 142. Bur.l. 1.c.160. Iuo p.5.ca.270. Pann.l.4.c. 106.

ALIVS. CASVS. Aliquis vult accuſare epiſcopum, vadit ad primatem, vocatur epiſcopus : eligit iudices epiſcopus: deinde vocatur ab eis, vt ſit tali die coram eis : & ſi tunc non venerit, ſuſpendatur. Si autem miſerit nuntium qui alleget iuſtam cauſam abſentiæ, vel aliam iuſtam excuſationem, datur ei alius menſis: & ſi in fine ſecundi menſis non venerit, tunc excommunicatur. & ſecundum hoc expone poſt ſecundum menſem, id eſt, poſt finem ſecundi menſis.& ſic non obſtat.j̃. cau.proxi.q.3.ſi ægrotans. quia ibi datur tertius menſis ad cõuincendam malitiam.ext.de dolo & contu. cum olim.

o ¶*Occurrerit.*] Sed pone ꝙ iudex ita dixerit, ſi non veneris die illa, ſis excommunicatus :[c] & ille non venit, quia non poteſt venire, nunquid erit excommunicatus? Videtur ꝙ nõ, nam auditur hic cauſa abſentiæ, & probata cauſa[d] non abſoluitur, nec enim extat conditio : quia non dicetut non veniſſe, ex quo caſu non venit, vt ff.de cond.& dem.l.2.nec propoſuit iudex excommunicare ipſum in omni caſu, ſed in caſu contumaciç tantùm.arg.ad hoc ff.de ſol.ſi ſeruus decem.in fi. & cum non ſit contumax, pœnam contumaciç non patitur, ſi non venit, vt ff.de re iud.contumacia.Io.Sol.excommunicatus eſt, ſed abſoluitur ſine expenſis: quia excommunicatio tenet, niſi in duob' caſibus, vt ext.de ſent.excom.per tuas.B.

c No.hic L. ꝙ talis citatus non eſt excõica. ar. ext. de pig. ſignificãte. ff.de ſolu. ſi ſeruus.Arc.

d Qualiter aũt ꝓbet impedimentũ, & caſus fortuitus, vide An. & B.ĩ l. q̃ſitũ. & per Io.d̄ Im.plenius. ff.d̄ re iudi. hr̃ ẽt ꝑ Bar.ĩ l.cõtumacia. §. fi. ff.d̄ re iu.& C. d̄ nauf.l. ſi qs. ꝑ Spe. tit.d̄ dil.§.j. ver. ĩ ſum.ꝑ Cy. & Bal.ĩ l.fi. C. de fi. inſtr.& ẽt ꝑ eundẽ Bal.ĩ l.q accuſar̃. C. d̄ edẽ. & An.ĩ l.fi.de ſer. facit ẽt ꝙ no.Bar.in l. ſi qs ex argentarijs.§. pe. ff.d̄ edẽ.

p ¶*Menſis.*] vel triũ menſiũ, vt j̃.ꝓx.q.3.c.1.& q.2.c.2.cõtra.

q ¶*Ex ea.*] Nota ꝙ computandum eſt ſemper tempus à receptione literarum, vt hic, & 16.q.3.placuit. 2.ext. de app.ſuper eo.2.& C.de excuſ.tut.l. quinquaginta. nec computabitur dies in quo recepit literas, vt ff.ſi quis caut.l.1.

2 ¶*Alterum.*]

qua cum literas accepiſſe conſtiterit. 1 Quòd ſi aliquas veras neceſſitatis cauſas probauerit, quibus eum occurrere non potuiſſe manifeſtum ſit, cauſæ ſuæ dicendæ intra alterum [a] menſem integram habeat facultatem. Verùm tandiu poſt menſem ſecundum non communicet, [b] donec purgetur. Sin autem nec ad concilium vniuerſale B occurrere voluerit, vt vel ibi cauſa eius terminetur, ipſe in ſe damnationis ſuæ ſententiam [c] dixiſſe iudicetur. Tempore ſanè quo non communicat, nec C in ſua eccleſia, vel parochia communicet. [d] Accuſator autem eius, ſi nunquam diebus cauſæ dicendę defuerit, à communione non remoueatur. Si verò aliquando defuerit ſubtrahens ſe, reſtituto in communionem epiſcopo, remoueatur à communione accuſator; 2 [e] ita tamen, vt nec ipſi adimatur [f] facultas cauſæ peragendæ, ſi ſe ad diem occurrere non noluiſſe, † ſed non potuiſſe probauerit. [g]

A ¶ Electorum iudicum.] *Iſtæ duæ voces abſunt ab editione Colonienſi conciliorũ in quatuor tomis.*

B ¶ Vniuerſale.] *In concilio ipſo additur,* anniuerſarium. *quod in Africano concilio, c. 62. oſtenditur de vniuerſali concilio Africæ eſſe intelligendum.*

C ¶ Nec in ſua eccleſia.] *Sic in cæteris conciliorum editionibus, & codice canonum, & apud cęteros collectores. Sed in editione quatuor tomorum, eſt,* nec in ſua plebe communicet. *Græcè, cap. 19. legitur,* μὴ δὲ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ, μὴ δὲ ἐν παροικίᾳ κοινωνήσῃ, *id eſt,* neque in propria eccleſia, neque in parochia communicabit.

QVAESTIO VI.

Sexta verò quæſtio eodem ſeptimo capitulo concilij Carthaginenſis tertij terminatur, in quo ſequitur.

¶ In ciuili, & proprio duntaxat negotio ad arguendum admittitur, qui in epiſcopi accuſatione culpabilis inuenitur.

a ¶ *Alterum.*] ſed obijcitur, aut primus menſis fuit peremptorius: aut non, ſi non: quare excommunicatur: contra illud 24.q.3. de illicita? Si fuit, quare datur ei alius menſis poſtea? Item qualiter fuit hic miſſum peremptorium prima vice: contra illud extra de dila. c. dilecti? Si vis tenere caſum Hug. dic quòd hic ex cauſa fuit primò miſſum peremptorium, vt extra de in integ. reſt. tum ex literis. in fi. & ff. de iud. nõnunquam. & ſequens peremptorium datur ad conuincendam malitiam. ſic j.5. q.3. c.1. Secundum alium caſum non eſt primus menſis peremptorius. ſecundum hoc dic ꝙ non punitur hic ſententia excommunicationis, ſed ſuſpenſionis, vel alia. nam bene punitur quis in citatione non peremptoria, vt 5. q.2. præſenti. C. de iud. ſancimus. ff. ſi quis in ius voc. non ier. l. 2.

b ¶ *Non communicet.*] in ſacramentis.

c ¶ *Damnationis ſuæ ſententiam.*] cum lis eſt conteſtata, vt dixi 3.q.9. decernimus. vel legitur de ſententia excommunicationis.

d ¶ *Communicet.*] argum. « ꝙ qui eſt ſuſpenſus in vna eccleſia, & in altera: quia cũ ſit tantùm vna eccleſia, non poteſt eſſe partim intra, & partim extra eccleſiam, vt 24.q. 1. loquitur. & 6. q.1. ſi quis presbyter. arg. contra. 58. diſt. ſi quis alterius.

e ¶ *Accuſator.*] « ſed quare cogitur iſte accuſare, contra illam regulam C. vt nemo inuitus agere, vel accuſare compellatur? Item nõne primò accuſator eſſet admonendus, vt C. qui accu. non poſ. qui crimen? Fortè hoc eſt ſpeciale in epiſcopo, ſicut aliud. j. cau. prox. quæſt.2. c.3. & hoc obtinet cum ex accuſatione orta eſt infamia contra epiſcopum, & ideo cogitur accuſator procedere, vt j. prox. q. 1. quidam. & q. vlt. Epiphanium. Vel hic inſcriptum fuit: & ideo cogebatur procedere, vt extra de accuſ. licet. in fin. Si autem nec accuſator, nec accuſatus venit: tunc neuter eſt puniendus. a ff. ſi quis in ius voca. non ier. l. 2. §. vltim. Item habes hic: quòd ſi accuſator non probat iuſtam cauſam abſentiæ, amodo non auditur de illo crimine, vt extra de accu. licet. C. qui acc. non poſ. l. 3. Idem fortè vbi de crimine agitur etiam ciuiliter. ff. de iure fiſ. l. 2. §. ſenatus. Idẽ vbi accuſatur inſtrumentum falſum, vt extra de fide inſtru. accepimus. & c. contingit. Idem vbi accuſatur matrimonium, vt extra qui mat. accu. poſ. ca. per tuas. Idem vbi præfigitur terminus ad inducendos teſtes, vt extra de proba. licet. Idem vbi præfigitur terminus ad exceptiones proponendas, vt extra de exce. paſtoralis. Idem vbi impetitur ſtatus alicuius, vt C. de inge. ma. diffamari. Secus autem in ciuilibus negotijs, vbi per triennium expectatur, vt C. de iud. properandum.

1 j.5.q.3. ſi ægrotans.

« Suſpẽſus i vna eccleſia, eſt i oib. ſuſpenſus.

2 Cõcor. cũ hoc text. & ſua glo. l. in eum. & ibi Bar. ff. de ac cuſ.

† al. voluiſſe.

« Accuſare cogitur aliquis qñq;.

a Idem ſi actor venit & nõ reus, vel ècõuerſo: iudex tñ fuit impeditus, & nõ potuit adeſſe cãæ: ,put no. ext. de do. & cõ. venerabilis: & l.6. e. ti. c. uctor. & eſt q.B.Brix.

C A P. I.

3 ILlud verò placuit, vt cum agere cœperit in epiſcoporum iudicio, ſi fuerit accuſatoris perſona culpabilis, ad arguendum † non admittatur, [h] niſi proprias cauſas, non tamen eccleſiaſticas, vel D criminales aſſerere † voluerit.

D ¶ Vel criminales.] *Abeſt hoc à concilio, & cęteris collectoribus, ſed retentum eſt ob caſum, & repetitur in c. ſi accuſatorum.*

Item ex concilio Carthaginenſi 7. cap. 2. prope finem.

¶ Propriam cauſam agere valet, cui accuſare non licet.

C A P. II.

4 OMnibus, [i] quibus accuſatio denegatur, in cauſis proprijs accuſandi licentia non eſt deneganda.

Item Felix Papa omnibus epiſcopis per Galliæ prouincias conſtitutis, epiſt. 2.

¶ In accuſatione epiſcoporum deficiens ciuiliter tantùm experiri poterit.

C A P. III.

5 SI accuſatorum perſonę in iudicio epiſcoporum culpabiles apparuerint, ad arguẽdum non admittantur, niſi proprias cauſas aſſerere, non tamen criminales, vel eccleſiaſticas voluerint.

Item Hadrianus Papa in capitulis, cap. 5.

¶ De eodem. C. IIII.

QVòd ſi accuſatorum perſonæ in iudicio epiſcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, niſi proprias cauſas habuerint, non tamen criminales, vel eccleſiaſticas.

C A V S A V.

IN infamiam cuiuſdã epiſcopi chartula accuſationis occultè conſcribitur: tandem accuſator procedit in publicum. Epiſcopus autem ſemel

f ¶ *Adimatur.*] vt C. qui accuſ. non poſſ. ſi ea. & l. qui crimen.

g ¶ *Probauerit.*] ſuum ſacramentum ſufficit in hoc caſu, vt 12.q.1. ca.1. C. de reb. cred. in bonæ. 100. diſt. optatum. extra de procu. ex inſinuatione. non enim requiritur quòd plenè probetur cauſa abſentiæ. vt extra de ſenten. & re iud. ca. cum Bertholdus. [b] arg. contra extra de in integ. reſt. c. ex literis. [c]

Sexta verò.] C A S V S. Hic ponit ſextam quæſtio, qua quæritur an illi qui in accuſatione epiſcoporum culpabiles inueniuntur, poſſint de cætero admitti ad ſui, vel ſuorum cauſę proſecutionem. Et reſpondet ꝙ ſic, ſi ſuam velint proſequi iniuriam, vel ſuorum ciuiliter, & nõ criminaliter: nec in cauſis eccleſiaſticis. Caſum verò illorum c. illud. &, ſi accuſatorum. inuenies s̃. 3.q.10. c. ſi accuſatorum. Aliud. ca. planum eſt.

h *ILlud.*] ¶ *Non admittatur.*] iſtud eſt expoſitum s̃. 3. q. 10. ſi accuſatorũ. & c. 1. & 2.

h ¶ *Non admittatur.*] Quidam dicunt quòd in nullo crimine admittatur contra epiſcopum.

i *OMnibus.*] « Excipiuntur excõmunicati, vt s̃. ead. q. 1. c. 1. Item ſerui & impuberes, vt s̃. 3. q. 7. §. tria. in prin. & minores, vt C. de autho. præſt. l. clarum. & in caſu quem habes ext. qui ma. acc. poſ. cum in tua. Item fallit in vſurario, vt extra de vſu. quia fruſtra. Item fallit in liberis & parentib. vt 2.q.1. prohibentur. Item in muliere, vt 32.q.1. §. hoc in mulieribus.

IN infamiam.] C A S V S. Supra dictum eſt de ijs qui manifeſtè accuſant. Nunc ſupponit quintam cauſam in qua tractat de ijs qui occultè accuſant, ſcilicet per libellum famoſum, quem clanculò ſcribunt in alicuius infamiam. Interſerit etiam Gratianus de iudicijs: & qualiter quis ſit vocandus ad cauſam: & an cauſa criminalis poſſit per procuratorem experiri ſiue expediri: & quomodo epiſcoporum iudicium debeat ventilari: & quomodo illi qui aliorum crimina

3 Anſ. l. 3. c.121. Bur. ibid. Iuo ibid. Pann. ibid.

† al. ad accuſandum, vel agendum.

† al. dicere.

b Adde no. in l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de pc. & l. pen. §. ad crimẽ. de pub. iud. c Vbi de hoc & 86. diſtin. tanta.

4 Iuo p.16. c.64.

5 3.q. 10. c. ſi. Iuo p. 7. c.418.

« Accuſare prohibẽtur aliqui.

crimina detegunt,culpandi ſunt, vel laudandi. In fine repetit de pœna calumniatorum. Vt autem hæc & alia faciat, præmittit thema, de quo ſex elicit quæſtiones.

D*E prima queſtione.*] C A S V S. Hic intitulatur prima quæſtio,qua quæritur qua pœna debeat puniri qui famoſum libellum in alterius iniuriam ſcribit. Et reſpondet, ſi apparet & non probauerit quod conſcripſit,ſecundum canones verberatur,vt infra eadem. capit. primo. ſecundum leges decapitatur, vt infra ead. ſi quis famoſum. ſi verò non apparet,debet moneri vt appareat. Si verò celauerit ſe, excommunicari debet,vt infra ead. quidem.

† al. excipiat.

a ¶*De prima.*] “ hic quæritur qua pœna punitur qui famoſum libellum,vel falſum compoſuit occultè, & probare non vult quod ſcripſit, & diſtinguitur, aut certum eſt quis compoſuit, aut non. Si certum eſt,aut eſt conuictus,aut ſponte confeſſus. Si conuictus ſecundum leges decapitatur, vt ꝫ. ea. ſi quis.& fit inteſtabilis. ſupra cauſa proxima, quæſtione tertia,§. ob carmen. ſecundum canones verò ſubijcitur verberibus, vt infra eadē, capitulo primo. [a] Si verò ſponte confitetur, cum non poteſt probare, mitius cum eo agitur, vt infra eadem. capit. 2. in fin. Si non eſt certum, debet admoneri vt prodeat in publicum, & probet quod ſcripſit: quod ſi non fecerit, primò priuabitur ſacramentis, poſtea excommunicabitur: & eſt hoc cum innocens aliquis infamatur,ſecus ſi reus fuerit qui accuſatur, quia expedit peccata nocentium eſſe nota. ff. de iniurijs.lege, eum qui. in principio.Ioannes.

“ Libellū famoſum cōponēs, qua actione punitur.

a Vbi no. H. ꝙ iſtud ſit verum, niſi fortè ſit talis perſona, quæ attingi non debet, puta epus.

literis euocatus,cauſæ ſuæ die ſtatuta adeſſe non valens,per procuratorem iudici ſe præſentauit:abſque ſynodali audientia damnatur. Demum *iudicio per appellationem renouato, de accuſatoris inimicitia epiſcopus conqueritur: tandem in ipſa probatione deficit accuſator.*

1 *Primò quæritur,qua pęna ſit feriendus,qui famoſum libellum clanculò ſcribens,probare negligit quæ literis mandauit.*

2 *Secundò, quoties ſit vocandus ad cauſam,antequam ſententiam damnationis accipiat.*†

3 *Tertiò, an per procuratorem cauſam ſuam agere valeat, qui per ſe ipſum cauſæ ſuæ adeſſe non poteſt.*

4 *Quartò, an abſque ſynodali audientia ſit damnandus.*

5 *Quintò,an ideo aliquis habendus ſit inimicus, quia crimen alterius indicat.*

6 *Sextò, qua pęna ſit plectendus, qui,quod intulit,probare non valet.*

QVAESTIO I.

D*E prima [a] quæſtione Hadrianus Papa ſcribit in capitulis, capitulo quadrageſimo, aliàs quinquageſimo,dicens.*

¶Flagelletur,qui ſcripta in alterius famam neglexerit probare.

CAP. I.

1 Capit.l.7. c.361. Anſ. l.3.cap. 88. Iuo p.4.ca. 156.& par. 16.c.235.

1 QVi in alterius famam publicè E [b] ſcripturam, aut verba contumelioſa confinxerit, & repertus ſcripta nō probauerit, flagelletur: [c] & qui [d] ea prius inuenerit, rumpat,ſi non vult auctoris facti cauſam incurrere. [e]

E ¶Publicè.] *Hadrianus,Capitulare Caroli, & Iuo habent*, in publico.

Item Gregorius lib. 5. epiſt. 30. ſiue cap.130.

¶ De eodem.

CAP. II.

2 Iuo p. 6. c.81.

2 QVidam maligni ſpiritus conſilio repletus, contra Caſtorium Notarium, ac reſponſalem noſtrum nocturno ſilentio in publico A ciuitatis loco conteſtationem

Q*Vi in alterius.*] C A S V S. Quæſitum fuit ab Hadriano quam pœnam debet ille pati,qui libellum ſcribit famoſum, vel alia turpia in alterius iniuriam. Et reſpondet,ſi apparet, & non probat, debet verberibus flagellari,& quicunque talem ſcripturam inuenerit,rumpat ſi non vult pœnam auctoris incurrere.

b ¶*Publicè.*] id eſt,in publico loco.

c ¶*Flagelletur.*] ſecundum leges capite punitur.ꝫ.ea.ſi quis. Nota pœnas corporales infligi ſecundum canones, vt ſ̄. 45. diſtinct.cum beatus.

d ¶*Et qui.*] ſic C.de furtis,ciuile.

e ¶*Incurrere.*] poteſt tamen probare crimen, ſi vult. ff. de iniur.eum qui.Ioan.

Q*Vidam.*] C A S V S. Gregorius nitebatur quandam ſedare diſcordiam per quendam notarium ſuum nomine Caſtorium. Sed quidam maligni ſpiritus ſcripſit libellum in iniuriam Caſtorij, & eum nocte poſuit in loco publico ciuitatis,in quo cōtinebatur, & Papę ſignificabatur, ꝙ Caſtorius nolebat cōtrouerſiam terminare.Dicit Greg. ꝙ ſi ille non vult exire, ſit à corpore Chriſti remotus. Si verò adhuc latere præſumpſerit, anathema ſit. ſi verò vult exire, & quod dixit probare, vel publicè confiteri errorem ſuum, non ſit ſuſpenſus à corpore Chriſti, vel anathematizatus. Seq.c.patet.

poſuit in eius crimine loquentem,mihique etiam de facienda pace callidè contradicentem. B Et quia quiſquis veraciter loquitur,ſemet,pſum innoteſcere non debet formidare: oportet, vt publicè exeat, & quæcunque in conteſtatione ſua loqui præſumpſit, oſtendat. Quòd ſi non exierit, [f] neque publicè [g] confeſſus fuerit, quiſquis ille ſit, qui hoc agere præſumpſit, vel conſenſum in tantæ iniquitatis conſilio præbuit,ex Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſpiritu definimus,vt ſancti eius corporis, ac ſanguinis participatione priuatus ſit.Si verò, quia latet, & quoniam neſcitur,teneri ad diſciplinam † [h] non valet,ſi tanti mali conſcius, etiam prohibitus,corpus, ac ſanguinem Domini percipere præſumit, † anathematis vltione percuſſus C ſit, vt fallax, ac peſtifer à ſanctæ eccleſiæ corpore ſit diuiſus, *& infrà.* ¶ Sin autem in eadem ciuitate,egreſſus ad publicū potuerit [i] docere, quæ dixit,vel certè ſciens ſe non poſſe,quæ ſcripſit,oſtendere, errorem [k] ſuum fuerit apertè confeſſus: Dominici corporis, ac ſanguinis participatione non ſit priuatus, neque à corpore ſanctę eccleſiæ alienus exiſtat.

† à diſciplina] Orig.

† aliàs,præſumpſerit.

A ¶Publico.] *Hęc vox abeſt à manuſcriptis, & originali, & Iuone: ſed ob caſum eſt retenta, & in aliquot vetuſtis eſt gl.interlinearis.*

B ¶Contradicentem.] *Quæ ſequuntur vſque ad verſiculum*, Quòd ſi, *addita ſunt ex ipſa epiſtola, & referuntur etiam ab Iuone.*

C ¶Percuſſus ſit.] *Antea legebatur*, percutiatur: *ſed cum ea,quæ antecedunt, ipſo facto ligent, quia ad occultum delictum referuntur,emēdatum hoc eſt, quemadmodum alia multa,ex epiſtola ipſa. Apud Iuonem verò legitur*, anathematis vltione percuſſus,vt fallax,&c.

Item in concilio Eliberitano, cap. 52.

f ¶*Non exierit.*] nōne debuit admonitio præcedere excommunicationem. vt 12.q.2. indignè? ſed fortè hic præceſſit, & quia illud tempus hic non adijcitur vſque ad quod tempus teneatur exire, ſtatim tenetur exire:quod ſi non fecerit, ex quo eſt in mora, ſtatim incidit in excommunicationem: arg.2. q.7. quapropter.1.q.1. conſtat. ff. de manum. teſt. libertas. Sed videtur ꝙ quandiu poteſt exire, non ſit excommunicatus. ff. de verb. obl. ita ſtipulatus. §. j. Petrus Hiſpanus dixit expectandum vſque ad quadraginta dies. extra de purg.cano.ca.vlt. “ Hæc tamen veritas eſt, ꝙ conditio affirmatiua aliter exponitur quàm negatiua. cū. n.dicitur, ſi intraueris capitoliū, exponitur ſic, i. ſi cum primū potes ītrare, intres, vt ff. de condi. & dem.cōditio.ſed cōditio negatiua ſic exponitur, ſi non intraueris,i. cum primùm deſinis poſſe intrare, vt ff. de verb.ob. ita ſtipulatus. §.1.niſi in caſu hic poſito,& in caſu libertatis, vt ff. de manu. teſ. libertas.§.1.

“ Conditio affirmatiua & negatiua diuerſimodè exponūtur.

g ¶*Publicè.*] cōtra ꝫ. de pę. diſt. 1.§. his auctoritatib.vbi pęnitenti dr̄, nō tibi dico vt te ꝓdas.ſed iſtud ē ꝓ deteſtatiōe criminis. Vel ibi loq̄t đ occulto crimine, [b] ſꝫ hic de manifeſto,lꝫ pſona ſit ignota.

b qđ no.50. di.de pœnitentib. Quidā dnt, qđ hic dr̄ ſpāle & in fauorē infamati, & odium infamātis ſtatuitur. Vel illud de pœna, hoc de accuſatiōe. Arch.

h ¶*Ad diſciplinam.*] id eſt, correctionem.

i ¶*Potuerit.*] ſed nonne reus hunc accuſatorē poſſet remouere,qa eum non p̄monuit, vel (quod verius eſt) qa ei ſuſpectus eſt.6.q.1.q crimen?ſed fortè de innocentia ſui cōfidebat. ſed certè licet iſte ſit infamis ipſo facto & p ſniām.tū in odiū ſuum,& in fauorē rei admittit̄ ad accuſationem,vt ſic clareat de innocentia rei,& vt accuſator non ꝓbans puniat̄ de calūnia. “ Et ſic eſt ſpeciale,ꝙ aliqs crimínoſus admittit̄ ad accuſationem,licet non proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam.

“ Criminoſus qn̄q; pt̄ accuſare.

k ¶*Errorem*] ſ̄.diſt.8.conſuetudo.ſ̄.2.q.3.§.notandum.

Si qui.]

SI qui.] SI QVIS. CASVS. Quæſitum fuit ab Imperatore quid fieri debet de libello famoſo, quem quis in aliquo loco reperit? & reſpondet ꝙ qui eum inuenit, ſtatim deſtruere ſtebet, & nulli ipſum manifeſtare. Si verò non deſtruxit, ſed alij eum doloſe reuelauerit, decapitari debet, ſicut auctor ipſius libelli, ne talis libellus lædat opinionem eius contra quem factus eſt.

1 Cap. li.6. c.243. Pol. l.3. tit.21. Anſ. l.3. ca. 89. Iuo p.3. c.251. & 4. c.154. Bur. l.3. c.199.

a ¶Capitali.] ſi capitale fuit crimen conſcriptum, aliàs non, vt ſ. cauſa proxi. q.3. §. ob carmen.

Vocatio autem.] CASVS. Hic ponitur ſecunda quæſtio, qua quæritur quoties aliquis ſit vocandus ad cauſam, & certum eſt ꝙ ſemel, ſecundò & tertiò, vel vno pro omnibus peremptorio, vt 24. qu. 3. de illicita. & quidquid de citationibus dicatur ſ. c.1. & 2. hodie induciæ citatoriæ arbitrio iudicis relinquuntur, vt ſ. ead. quæſtio.3. ſi ægrotans.

Vocatio.] CASVS. Quæſitum fuit à Damaſo qualiter debeat ad cauſam vocari qui accuſatur? Et reſpondet quòd debet citari per ſcripturam ꝑ ſpatium congruum & canonicum: aliàs etiam ſi ad ſynodum venerit propter alia negotia non citatus, nullo modo compellitur ſuis inſidiatorib. reſpondere, niſi velit.

2 Pol. l.5. ti.1. Anſ. l.3. c.50. Bur. l.1. ca.156. Iuo p.5. ca.266.

b ¶Vocatio.] ſi ter citetur quis, licet non dicatur peremptoriè, tamē ſufficit hoc, vt peremptoriè ſit citatus, vt C. quo. & quan. iu. l. conſentaneum. & l. tres denuntiationes. & l. ceſſante. " illud tamen apponere debet iudex, ꝙ peremptoriè citet. & debet comminari parti ſi non venerit, ꝙ procedet. ff. de iud. in peremptorio. & vel in prima, vel ſecunda, vel tertia citatione poteſt citare peremptoriè, vt ext. de in integr. reſti. tum ex literis, in fin. & ff. de iudi. nonnunquam. dummodo non maturetur peremptorium nimis, vt ext. de dil. dilecti.

" iudex citâs pemptoriè hoc dēt exprimere.

c ¶Venerit.] " ſi aliquis inuenitur Romæ pro ſua neceſſitate, vel ex cauſa legationis, vel appellationis, nō cogitur ibidem reſpondere, ſed poteſt domum reuocare, vt ff. de iud. l.2. §. ea quoque. ff quib. ex cau. in poſſ. ea. l. ad cognitionem. & in auth. de ſan. epiſ. §. ſi verò epiſcopi. colla.9. ſecus eſt ſi ſit ibi ex voluntate, vt in auth. ea. §. ſi quis epiſcopus, aut clericus. C. de epiſ. & cler. omnes. §. in hac. Nam Roma communis patria eſt, vt ff. ad muni. Roma. nam cum epiſcopi faciunt concilia, bene tenetur ibi quilibet reſpondere. extra. de libel. obla. c.1. nam illuc quilibet generali citatione citatur, vt diſtin.18. per totum. Quare ergo dicit hic, ꝙ non teneantur reſpondere coram ſynodo? Dic ꝙ appellat hic ſynodum aliquem conuentum epiſcoporum, qui propter neceſſitatem aliquam fit, non tamen ſynodi cauſa conueniunt. Vel dic ꝙ ſpeciale eſt in accuſatione vt accuſatus non teneatur reſpondere coram ſynodo, niſi habeat inducias. ſecus in ciuilibus cauſis.

" Exceptio reuocandi domum.

¶Anathematizentur, qui famoſos libellos in eccleſia ponunt.

CAP. III.

1 SI qui inuenti fuerint famoſos libellos in eccleſia ponere, anathematizentur.

Item Codice lib.9. titulo de famoſis libellis, lege vnica. Impp. Valentinianus, & Valens A A.

[*¶Si quis famoſum libellum domi, ſiue in publico, vel quocunque loco ignarus reperierit, aut corrumpat prius, quàm alter inueniat, aut nulli confiteatur inuentum: Sin verò non ſtatim eaſdem chartulas, vel corruperit, vel igne conſumpſerit, ſed vim earum manifeſtauerit, ſciat ſe quaſi auctorem huiuſmodi delicti capitali* [a] *ſententiæ ſubiugandum.*] & infra. [*Huiuſmodi autem libellus alterius opinionem non lædat.*]

QVAESTIO. II.

Vocatio autem eius, qui impetitur, non ſemel, ſed bis, & tertiò per congruum ſpatium rationabilibus ſcriptis fieri debet.

Vnde Damaſus Papa Stephano Archiepiſcopo epiſt.3. ſcribit dicens.

¶Vocatio ad ſynodum eius, qui impetitur, & in ſcriptis, & per ſpatium fiat congruum.

CAP. I.

2 VOcatio [b] ad ſynodum iuxta decreta patrum canonica eius, qui impetitur, rationabilibus A ſcriptis per ſpatium fieri debet congruū, atque canonicum: quia, niſi canonicè vocatus fuerit ſuo tempore, & canonica ordinatione, licet venerit [c] ad conuentum quacunque neceſſitate, niſi ſponte voluerit, nullatenus ſuis reſpondebit inſidiatoribus.

A ¶Rationabilibus ſcriptis.] *In epiſtola Damaſi loco horum verborum legitur*, tam ſua præſentia, quàm & ſcriptis, atque apocriſarijs: *verùm Anſelmus, Burchardus, auctor Polycarpi, & Iuo cum vulgata lectione conueniunt.*

Item Sylueſter Papa.

¶Quibus temporum ſpatijs reus vocetur ad cauſam.

CAP. II.

3 PRæſenti [d] decreto cenſemus, vt in primis paternaliter † vocentur, & per ſeptem dies expectentur, nullius eccleſiaſticæ rei interdicta licentia. Huic verò expectationi iterum addātur [e] ſeptem dies, interdicta eccleſiam intrandi licentia, & omnia diuina officia audiendi. Poſt verò addantur duo dies, quibus à pace, & communione [f] ſanctę eccleſię ſint ſuſpenſi. Deinde verò iterum alijs duobos diebus ſub eadem expectatione deportentur. A Quibus vno die ſuper addito, omni expectatione veluti iam deſperata, reus mox anathematis gladio feriatur.

3 Polyc. l.5. tit.3. Anſ. l.3. c.120.

† al. perſonaliter.

A ¶Deportentur.] *Antea legebatur*, expectentur. *Emendatum eſt ex Polycarpo, Anſelmo, & vetuſtis Gratiani exemplaribus, in quorum nonnullis hæc eſt gloſa interlinearis*, ideſt expectentur.

Item Damaſus Papa ad epiſcopos Italiæ, epiſt.6.

¶Nullius accuſatio per ſcripta ſuſcipiatur.

CAP. III.

4 RElatum eſt ad ſedem Apoſtolicam, vos accuſationes fratrum per ſcripta [g] ſuſcipere abſque legitimo accuſatore. Quod deinceps in omni terrarum orbe fieri Apoſtolica auctoritate prohibemus, & quod nuper factū eſt, abſque vlla retardatione corrigere † curamus: nec vnquam prius per ſcripta eorum, qui accuſantur, cauſam diſcutere liceat, quàm per querelantium inſtitutionem † vocati

4 Anſ. l.3. c.48. Pol. l.5. tit.1.

† corrigi rogam[s]] Ori.

† al. inſtitutiones.

PRæſenti.] CASVS. Quidam dicunt, quòd hoc cap. loquitur de inducijs citatorijs inferiorum ordinum. vel laicorum, qui ſunt in eadem ciuitate, vel in locis ꝓpinquis. Eſt ergo caſus. Sylueſter Papa ſtatuit in hoc c. ꝙ illi qui accuſantur, citari debeant & expectari primò per vij. dies ſine aliqua pœna, poſteà per alios vij. ita vt eccleſiam non ingrediantur ad officia diuina audienda, poſteà per duos, pace & communione eccleſiæ eis interdicta, poſteà per alios duos dies ſub eadem pœna, deinde expectentur per vnum diem, quo elapſo anathematizentur. hodie tamen quidquid hic dicatur, induciæ iudicis arbitrio relinquuntur.

d ¶*Præſenti.*] vel intelligitur hoc c. de raptoribus rerum eccleſiaſticarum, propter odium eorum; vel de clericis in eadem ciuitate conſtitutis, [a] quibus minores dantur induciæ quàm remotis, vt infra ead. quæſt.3. ſi ægrotans. vel de laicis, vel ſunt paternales adiectiones, vel per quas quis expectatur etiam poſtquam canonicè, & per tempus legitimum citatus non venerit, vel non tenet per illud. ſ.24. qu.3. de illicita.

a hāc ſniām teneas ſm Lau. & Io. Nā illud intelligitur in cā ciuili: hēt ergo tales iducias. 19. dierū anteq̄ cōdenētur, ſecundū Io.

e ¶*Addantur.*] ſimile C. de iud. auth. iubemus. extra de dolo & contu. cum olim.

f ¶*Communione.*] ſed nonne eſt eadem hæc pœna cum prima? nam cui interdicitur eccleſia, interdicta ſunt ſacramenta eccleſiæ, vt 12. qu.2. de viro. & 33. quæſt.2. latorem. Item non poteſt intelligi de communione fidelium, quia de illa loquitur in fin. Sed dic quòd loquitur de communione fratrum, id eſt quòd non communicabit alijs fratribus vel in choro, vel in menſa, vel in dormitorio.

Relatum.] CASVS. Quidam iudices eccleſiaſtici accuſationes & teſtes recipiebant in cauſa criminali per epiſtolas, quod dicit Damaſus non eſſe faciendum in futuro, & quod nuper factum eſt, debeat emendari. Nam accuſatus legitimè citatus accuſatorem & teſtes debet habere præſentes, & locum defendendi, ad abluenda crimina, nec iudex ex iracundia damnat delinquentem.

g ¶*Scripta.*] ſic ſ.2. q.8. per ſcripta.

a ¶*Teſtimo-*

« Teſtimonium p lras pt exhiberi.

a ¶*Teſtimonium.*] iudiciale. « nam per literas poteſt aliquis perhibere alij teſtimonium famæ ſuæ, vt 71. diſt. extraneo.& c. hortamur. & de conſecr. diſtin.1. iubemus. Sed iudiciale non.

b ¶*Ira.*] quia tempore iræ non diſcernit homo quod iuſtũ eſt, vt 11.q. 3. illa.

S*I primates.*] C a s v s. Quidam accuſabant epiſcopos proſequendo ſuam iniuriam, vel ſuorum: quærit Anaſtaſius à Felice, qualiter in hoc negotio ſit procedendum? & reſpondet, quòd ipſi debent ad concordiam reuocari per tranſactionem, ſi fieri poteſt: alioquin debent legitimè citari, & eis primates debent quidqd obijcitur ſignificare, vt parati venire poſſint ad reſpondendum. Si verò deiecti fuerint vi, vel timore, aut ſuis rebus expoliati, accuſatoribus reſpondere non debent, niſi prius reſtituantur.

1 11.q.3.c. eorum qui.

† Teſtimonia] Orig.

2 3.q.9. qui accuſare.

« Iudex an poſſit inter partes componere.

c ¶*Pacificare.*] « poteſt ergo iudex componere iter partes, vt 90. diſt. ſtudendum.& 23. q.vlt. ſi quis membrorum.& q.4. ſi illic.ff.de no.ope. nun.l.1. §. poteſt. & eſt ſimile. ff. de vſu. equiſſimum. Sed hoc verum eſt in crimine, quod non inducit depoſitionem: quia in alijs licet cõponatur, poteſt iudex ex officio ſuo de crimine inquirere, vt ext.de col. dete. c.1. & 2.& C. de abo.l. 2. Similiter in denuntiatione non admittitur compoſitio, vt ſ.2. q.7 quapropter. a Vel intelligitur cum non accuſatur de iniuria facta eccleſiæ, ſed perſonæ.23. q.4. ſi is qui.& ſic non obſt.2.q.7.quapropter. Vel melius ibi loquitur in denuntiatione, ad quam quilibet tenetur. De hoc nota.ſ.2.q.3.§.notandum.2.in fin.

† al. quoq;. † al. cuiquã ſubrepat.]

3 Burc.l.1. c.221. Iuo p.5. c.335. a In hoc cõ tradicit, qa vr nemine eſſe cogendũ ad accuſandum, L. ſed hoc locum habet in ſolẽni accuſatiõe, ad q nemo cõpellitur niſi caſualiter. ſ.e.q. 1.c.2. & j.e. qu.6. Epiphaniũ. Arch.

canonicè ad ſynodum veniãt, & præſens per præſentem agnoſcat veraciter, & intelligat, quæ ei obijciũtur. *& infrà.*

¶ 1 Leges enim ſeculi accuſatores præſentes exigunt, & non per ſcripta abſentes. Vnde canonica Patrum conſtituta non ſemel, ſed ſæpiſſimè clamant, nec accuſationes, nec teſtimonium, †[a] vllum per ſcripta poſſe proferre, nec de alijs negotijs quicunque teſtimonium dicant, niſi de his, quæ ſub præſentia eorum acta eſſe noſcuntur. 2 Similiter, & qui alium accuſare elegerit, præſens per ſe, & non per alium accuſet, inſcriptione videlicet præmiſſa. Neq; vllus vnquam iudicetur, antequã legitimos accuſatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Curandum namque † eſt, ne ira [b] quenquam ſubripiat, † faciatque citius omne, quod non licet.

Item Felix Papa ſecundus Athanaſio, & omnibus orientalibus epiſcopis, epiſt. 1.c.3.

¶ Vi, aut timore eiecti, aut ſuis rebus expoliati ad ſynodum non vocentur.

C A P. IIII.

3 SI primates, accuſatores epiſcoporum cũ eis pacificare[c] familiariter minimè potuerint, tunc tempore legitimo eos ad ſynodum canonicè conuocatam, non intra anguſta tempora canonicè conuocent, & non prius, quàm eis per ſcripta ſignificent, quid eis [d] opponitur, vt ad reſponſionem præparati adueniant. Nam ſi aut vi, aut timore eiecti, aut ſuis rebus expoliati fuerint, nec canonicè vocari ad ſynodum poſſunt, nec reſpondere ęmulis debent, antequàm canonicè reſtituantur, & ſua eis omnia legaliter reddantur.

His auctoritatibus euidentiſſimè datur intelligi, quòd niſi quis canonicè vocatus fuerit, etiam ſi aliqua occaſione ad ſynodum veniat, ſuis nullatenus cogitur reſpondere inſidiatoribus. Canonica autem vocatio eſt, quando ſeruato dierum interſtitio, ſecundum auctoritatem beati Silueſtri, cauſæ ſuæ literis adeſſe iubetur, quibus, quid ei obijciatur, auctoritate Felicis Papæ ſignificari oportet.

d ¶*Quid eis.*] ſic 3.q.9. indicas. extra de dila. præterea. extra de app. ſignificantibus.

H I S. C a s v s. Concludit Grat. ex ſupradictis c. dicens, quòd niſi quis canonicè fuerit vocatus, etſi propter alia negotia ad ſynodum venerit, non tenetur reſpondere. Quæ autem ſit canonica vocatio, dictum eſt ſ. in c. præſenti. quod eſt Silueſtri.& per c. Felicis dicitur, quòd accuſato debet ſignificari quod ei obijcitur ab accuſatore.

Q*Vòd autem.*] C a s v s. Hæc eſt quæſtio tertia, in qua quæritur, an aliquis poſſit per procuratorẽ cauſam ſuam agere. Et certum eſt, ꝙ non in cauſa criminali, vt j. ea. in criminalibus. niſi in quatuor caſib. vt in crimine iniuriarum, in quo illuſtris perſona agit per procuratorem, vt 3.qu.9.§. niſi.& in crimine ſuſpecti tutoris, vt ff. de proc. non ſolùm. §. vlti. Item ad allegandum cauſas abſentiæ, vt j. c.1 & 2. Item in minoribus criminibus, vt not. Io. in hoc loco, vt ff. an per alium cau. ap.l.1. quia in leuibus criminibus non fit inſcriptio, vt ff. de accu. leuia. In ciuili poteſt, niſi in caſibus aliquibus, vt in actione populari, in qua actor non agit per procuratorem, vt ff. de procu. licet.& in cauſa ſtatus, vt C. de aſſer. tol.l.1. Quidam etiam coguntur dare procuratorem, vt epiſcopi & ſacerdotes, vt j. e. quia epiſcopus.& illuſtres perſonæ, vt C. de procu.l. pen. De hoc plenius inuenies. ſ.2.q.6. ſi quando. in apparatu.

e ¶*Quòd autem.*] In cauſa iniuriarum datur procurator. Item in crimine ſuſpecti, vt ff. de procu. non ſolùm.§. vlt.& in minoribus criminibus. ff. an per alium cauſæ ap.l.1. quia in leuibus criminibus non fit inſcriptio. ff. de acc. leuia.& ad allegandum cauſas abſentiæ: in ciuili dari poteſt procurator. « ſed in actione populari non poteſt ꝓcurator dari. ff. de procur. licet.& in cauſa ſtatus, vt Cod. de aſſer. tol. l. prima. quidam etiam coguntur dare procuratorem, vt epiſcopi, [b] vt j. quia epiſcopus.& illuſtres perſonæ, vt C. de procu.l. vlt. De hoc plenius inuenies. ſuprà 2. quæſt. 6. ſi quando.

« ꝓcurator in cã populari non poteſt dari.

b Hoc ẽ falſum, vt patet extra de iu.cal.c. vlt Arc.

S*I ægrotans.*] C a s v s. Quæſitum fuit ab Hadriano, an epiſcopus accuſatus debeat excommunicari, quia citatus non venit? & reſpondet ꝙ non, niſi per contumaciam die ſtatuta venire contemnat, & hoc eſt intra ſpatium duorum, vel trium menſium, vel eo amplius, prout cauſa dictauerit, & tunc niſi fuerit impeditus, debet excommunicari: ſed ſi ægritudinem, vel aliud graue impedimentum habuit, mittat legatum ad ſynodum, qui abſentem accuſatum excuſet. Iſte caſus planus eſt, & bonus, & ſic ponendo caſum videbis continuationem literę, quam per expoſitionem caſus perpendes. Vel pone caſum ſicut litera ſonat. Statuit Hadrianus in ſynodo, vt ſi epiſcopus accuſatus ęger fuerit, vel aliud impedimentum habuerit, mittat legatum qui eum excuſet. Sed ſi die ſtatuta, hoc eſt intra ſpatium duorũ, vel trium menſium, vel eo amplius prout cauſa dictauerit, citatus per contumaciam non venerit, debet excommunicari: niſi aliena, id eſt, grauis cum neceſſitas præoccupauerit.

QVAESTIO III.

Q*Vòd autem* [e] *per procuratorem ſuum, cauſam agere valeat, qui impeditus cauſæ ſuæ adeſſe non valet, auctoritate Romanæ ſynodi, quæ tẽpore Hadriani Papæ celebrata eſt, probari videtur, in qua cap. 5. ſic ſtatutum legitur.*

¶ Pro ſe legatum ad ſynodum mittat, quem grauis neceſſitas præmit.

C A P. I.

4 SI ægrotans fuerit epiſcopus, aut aliqua eũ grauis neceſſitas detinuerit, pro ſe legatum [f] ad ſynodum mittat, nec à communione ſuſpẽ-

4 in ca. Hadrian. c. 5. & Felix. 1. epiſt.2. Pol. l.5. titu. 1. Bur. l. 1. ca. 51. Iuo p.5. c.161. Pan. l.4. c.19.

f ¶*Legatum.*] « ſed nunquid tenetur infirmus, vel abſens ex iuſta cauſa, ex neceſſitate procuratorem mittere reſponſurum nomine abſentis? non videtur, extra de procu. querelam. nam ſi contra abſentem feratur ſententia, & ipſe poſtmodum probet iuſtam cauſam abſentiæ, retractatur ſententia, licet non miſerit procuratorem, vt extra de ſenten. & re iud. cum Bertholdus.& 7.q.2. præſentium. imo & ſi ſub pœna promiſiſſet aliquis ſtare iudicio ad certam diem, ſi probaret iuſtam cauſam abſentiæ, ſubuenitur ei, vt ff. de arbi. ſi cum dies.§. ſi quis ex litigatoribus. Nam ęgritudo iudicis, vel partis prorogat diem. ff. de re iud. quæſitum. imo etiam ſi probabili cauſa abſit, non proceditur contra eum, vt extra de off. del. conſultationibus. Item ſecundum hoc non eſſet melior conditio illius, qui abeſt ex iuſta cauſa, quàm illius qui abeſt ex iniuſta cauſa: qnia qui non vult intereſſe, ſufficit ei ſi mittat procuratorem, vt ff. de procur. l. 1.& generaliter traditur pro regula, quotieſcunque quis abeſt ex neceſſitate, non ex voluntate, ſubuenitur ei, ſiue habeat procuratorem, ſiue non, vt ff. ex quibus cau. ma. ſed etſi. §. vlt. Item ſufficere debet talis

« ꝓcuratorẽ nõ tenetur mittere hñs iuſtam cãm abſentiæ.

datur, cui crimen intenditur, niſi [a] ad cauſam ſuam dicendam, electorum iudicum die ſtatuta literis euocatus minimè occurrerit, hoc eſt (niſi aliena † [b] præoccupauerit neceſſitas) infra duorum, vel trium menſium ſpatium, & eo amplius, prout cauſa dictauerit.

† alia] Orig.

Codicis lib.9.tit.de accuſa. & inſcrip.l.3. Imper. Alexander Augu.

¶ [*Reos capitalium criminum abſentes etiam per procuratorem defendi* [c] *leges publicorum iudiciorum permittunt.*] *Ecce, quòd epiſcopus impeditus, & cauſæ ſuæ adeſſe non valens, legatum pro ſe iubetur ad ſynodum mittere. Sed legatus iſte non ad cauſam agendam, ſed ad neceſſitatem ſynodo exponendam mittitur, qua impeditus epiſcopus ſynodo præſentiam ſuam exhibere non valuit. Cauſam autem (maximè criminalẽ) nulli niſi per ſe agere licet.*

Vnde Hadrianus Papa in capitulis, capit.38. ait.

¶ Criminaliter accuſans, vel accuſatus per ſe experiatur.

CAP. II.

[1] IN criminalib. [d] cauſis nec accuſator, niſi per ſe, aliquem accuſare poteſt, nec accuſatus per aliam perſonam ſe defendere permittitur.

1 Anſ.l.3.c.88. Pan.l.4.c.56.

Item Anacletus Papa.

¶ *Hoc capitulum, quod ex Anacleto citatur, habetur in concilio Eugenij Papæ ſecundi, tempore Ludouici, ac Lotharij Imperatorum habito. c.19. Quod etiam à Leone quarto eſt repetitum. Ex quo canone Lotharius libr.2.legum Longobard. tit.de aduocatis, & Vicedominis, octauum capitulare compoſuit.*

¶ In omnib. cauſis, præterquàm in criminalib. epiſcopi, & ſacerdotes pro ſe aduocatum habeant.

CAP. III.

QVia epiſcopus [e], vniuerſique ſacerdotes ad ſolã laudem Dei, bonorumq; operum actiones conſtituuntur, debet vnuſquiſq; eorum tam pro eccleſiaſticis, quàm etiam pro ſuis actionibus (excepto publico [f] videlicet crimine) habere aduocatum [g] non malæ famæ ſuſpectum, ſed bonæ opinionis, & laudabilis artis inuentum: ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdant.

QVAESTIO. IIII.

QVòd autem abſque ſynodali audientia damnari non debeat, auctoritate Iulij Papæ probatur, qui epiſtola prima ait. [2]

talis qui alleget cauſam abſentiæ, vt 65.diſt.ſi quis. E contra probatur, quòd non ſufficit mittere procuratorem qui alleget cauſam abſentiæ, niſi alleget cauſam cauſæ, vt 18.diſt.epiſcopus. nam ſicut quis poteſt mittere nuncium, ſic & procuratorem, vt ext.de appe.conſtitutus. nec excuſatur quis per iuſtam abſentiã quin fiat miſſio in poſſeſſionem bonorum ſuorũ, ſi non ſit qui defendat eum, vt extr. de eo qui mit.in poſſeſſio. capit. vlt. nec exuli ſubuenitur ſi non reliquit procuratorem, vt ff.de mino. Papinianus. nec ei qui appellationis cauſam proſequitur, vt ff. eum qui appel.in prouincia debere defendi. l.1.& 2. nec ſubuenitur abſenti cauſa reipublicæ, vt C.de in integ. reſtit.ignorare. Ad hoc dicunt quidam, quòd actor ſemper tenetur mittere ſuum procuratorem, ſiue poſſit, ſiue non poſſit venire, per id quod legitur. ff. de diuer. & temp.præſcri. l.1. reus autem non tenetur. Melius poteſt dici, quòd ſiue ſit reus, ſiue ſit actor, ſi habet iuſtam cauſam abſentiæ, non tenetur mittere, niſi ſub hac forma ſit citat', vt veniat, vel procuratorem mittat, vt probatur extra de dolo & contuma. cum dilecti. in fin. alioquin ſufficeret talem mittere qui alleget cauſam abſentiæ. 18. diſtinct. placuit. & ext. de ſent. & re iud. tenor. tamen ſi diutino impedimento quis eſt detentus, ſi tale ſit negotiũ, quod poſſit expediri [a] per procuratorem, ita vt plenè iudex poſſit inſtrui per procuratorem ſicut per dominum, bene tenetur mittere procuratorem talem ſufficientur inſtructũ. Et ego credo, ꝙ decret.querelam, tales cauſas appellat graues, quæ ita intricatæ ſunt & inuolutæ, quòd non de facili per procuratorem poſſunt expediri: ſed tamen non nego quin ſemper poſſit actor mitti in poſſeſſionem rerum abſentis ex quacunque cauſa reus abeſt, vbi actio eſt temporẽ peritura. Io.

4.q.5.c.vnico.

a Vel dic ꝓ vt ĩ ipſa decre.qrelam. not. Go. ꝙ cã grauis in qua ꝓcurator interuenire nõ pt̃ ẽ cã ſtatus cũ quis vẽdicatur ĩ ſeruũ. C.de aſ.tol. l.1.in pr.54. diſ.frequẽs. ſecus ſi quis clamat in libertatẽ. 2.q.6.ſi quando. Arch.

a ¶ [*Niſi.*] id eſt, ſi non.

b ¶ [*Aliena.*] vel quia vocatur à Rege, vt 18.di.ſi eps. tamen canon alia tria excipit, ætatem, & ęgritudinem & grauiorem neceſſitatem, vt 18.diſt.placuit. Item ſi ad teſtimonium dicendum, vel ad municipales neceſſitates vocetur. ff. ſi quis cau.l.2.in prin. Item ſi occupatio propriorum negotiorum eum vrgeat, vt ff.de re iud.contumacia.

REOS. CASVS. Dicitur ꝙ ſi quis de capitali crimine accuſatur, poteſt ſe excuſare per procuratorem qui impedimentum alleget abſentis.

c ¶ [*Defendi.*] ſcilicet ad excuſationes proponendas, & etiã ad exceptiones obijciendas, vt ext.de accuſ.veniens. & c. ſuper his. Melius eſt enim qualẽcunque procuratorem admitti quàm abſentem, &c. ff.de proc.ſeruum.§.publicè C.de proc. exigendi. licet M.dicat per legẽ iſtam, quòd poſt lit.conteſt. poteſt interuenire procurator ad defendendum in crimine.

ECCE. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, ꝙ in cauſa criminali poteſt quis procuratorem mittere ſi eſt impeditus, non vt cauſam agat principalem, ſed vt excuſet abſentem. Cauſam enim criminalem nullus per procuratorem agere poteſt, ſed per ſeipſum, vt ĩ.c.1.

IN criminalibus.] CASVS. Hadrianus fuit interrogatus, an per procuratorem quis accuſare poſſit, vel reſpondere in cauſa criminali, & reſpondet dicens, ꝙ non: ſed in propria perſona ſit accuſator, & etiam accuſatus.

d ¶ [*In criminalibus.*] niſi in caſib.not.2.q.6. ſi quando.

QVia epiſcopus.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd vnuſquiſque epiſcopus, vel ſacerdos in ciuili cauſa ꝓpria, vel eccleſiaſtica debet habere procuratorem bonæ famæ, & vitę laudabilis. in cauſa verò criminali non niſi per ſe agat, vel reſpõdeat.

e ¶ [*Quia epiſcopus.*] ſed quid ſi ita pauper eſt ſacerdos, quòd non poſſit conſtituere procuratorem? Tunc per ſe litigabit, ſicut illuſtres pauperes, vt in auth. de illuſtri. & qui ſuper illuſtres ſunt. colla.5. " Ideo autem iubentur ſacerdotes conſtituere procuratores: quia non expedit ſeruos Dei litigioſos eſſe vt extra de ſyndico, capit. vno. & 2. qu. 7. ſicut. & ne cogantur recedere à diuinis obſequijs, vt C.de epiſco.& cler.omnes. tum etiam quia cãæ materiam criminib. creare noſcunt̃, vt C.de iud.properandũ.in prin. habebit ergo quælibet eccleſia œconomum, vt 89.di. quia. & 9.q.3. cum ſcimus. 16.q.7. quoniam in quibuſdam. & conſtituet̃ auctoritate ep̃i. C.de epiſc.& cleri.oẽs. §. hoc nihilominus. " Sed quid ſi canonici aliqui contra ep̃m volunt agere, tunc à ſuperiore [b] dandus eſt procurator ad litem, ſicut cum pupillus agit contra tutorem. C. de in lit.dando tut.vel cur.l.2.& vlt. Sed ſecundum iura noſtra canonici per ſe ſine epiſcopo conſtituent procuratorem. Ioan. ſed certè procuratorem ad agendum contra alium ab epiſcopo non poſſunt conſtituere ſine auctoritate ep̃i, nec eſſe in iudicio, vt ext. de iud.cãm. & ext.de proc. c.1.B. Item hẽs hic, ꝙ ꝓcurator non põt eſſe infamis, vt dixi 3.q.7.c.1. Item hẽs hic, ꝙ eps & ſacerdos ſp debent litigare ꝑ procuratores. Et ſic patet, ꝙ ante litis conteſtõnẽ & poſt, p̃t clericus ſcd̃m iura noſtra conſtituere ꝓcuratorem, & ꝑ ipſum iurare de calũnia, vt ꝓbat̃ ext.de iur.calũ. cũ cauſam. niſi velis exponere ibi procuratorẽ, i. œconomum. vt ext.de iur.calum.in pertractandis. Et lex dicit, ꝙ vbi conuenitur monaſterium, vel eccleſiaſtica pſona, poſſunt conſtituere procuratorẽ, vt in auth. de ſanctiſs.ep̃is.§.ſi verò ep̃i. colla.9. Alij verò cõparant prælatos tutorib. & dicunt, ꝙ ſicut tutor vel curator nõ põt ante lit.conteſt. conſtituere procuratorem, vt C.de procu.neque. ſic neq; prælatus: quod non concedo. " Nulla eſt.n.comparatio inter tutores, & p̃latos, qa tutor eſt tpalis, p̃latus eſt perpetuus. tutor nõ vtit̃ bonis pupilli, ſicut p̃latus bonis eccleſiæ. tutela eſt onus, ſed p̃latura eſt honor. p̃latus hẽt liberã & gñalẽ adminiſtrõnẽ ĩ bonis eccleſiæ, & dare p̃t bona aliqua, ſi hoc hẽat cõſuetudo eccleſiæ; ſed tutor nõ. ext.de do.c.cęterũ.

"ſacerdotes iubẽtur litigare ꝑ procuratores.

" Canonici contra ep̃m agẽtes ꝓcuratorẽ conſtituere poſſunt.

b ſc. ordinario tm̃ non delegato, qa hoc miſti eſt impij ſcd̃m Inn.& H.qđ dic, vt not. extr.de ꝓc. petitio. Arch.

2 Et in cap. Hadr. c. 3. capit. l.6. c. 287.

" Prælati ñ ſũt tutorib. comparãdi.

f ¶ [*Publico.*] " publicum vocat hic crimen, de quo ſolemniter & publicè poteſt quis accuſari. idem enim eſt in priuatis criminibus, vt C.de iniur.l.vlti. quia nec in illis interuenit procurator, vt s̃.e.in criminalibus.

" Crimẽ publicũ quod dicitur.

g ¶ [*Aduocatum.*] id eſt, procuratorem.

QVòd autem abſque.] CASVS. Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quæritur an epiſcopus ſit damnandus, ſine ſynodali auctoritate. Sed hæc quæſtio tractata fuit ſupra tertia, quæſtio octaua.

ſed hoc ſolùm adijcitur hic, quòd Romanus Pontifex poteſt epiſcopum ſine concilio damnare, vt infrà ea.§.quod verò.

N *Vllus epiſcopus.*] Casvs. Quæſitum fuit à Iulio vtrum epiſcopus ſit condemnandus abſque ſynodo epiſcoporum? Et reſpondet, quòd non: quæ debet cõgregari ſuo tempore, & auctoritate Papæ ſpeciali. ſed ſi aliter præſumptum fuerit, vanum erit.

† al. quibuſuis.
† al. ideſt.

a ¶*Auctoritate.*] generali. audiri enim poteſt cauſa epiſcopi: ſed non poteſt terminari ſine ſpeciali mandato Apoſtolicæ ſedis, licet abſolui poſſet, vt 3. q. 6. quamuis. & cap. dudum. tamen hoc non credo, vt dixi 3. quæſtione 6. accuſatus. Et argum. infrà cap. proxi. in fin.

D *Vodecim iudices.*] Casvs. Dicitur hic, quòd ſi neceſſe fuerit, epiſcopus accuſatus duodecim habeat iudices à ſe electos, qui crimen examinabunt epiſcopi: ſed Papa ſententiam dabit, ſi neceſſe fuerit, quod eſt ſi metropolitanus non eligit, vel ſuſpectos eligit.

1 3.q.8.c.1. Pol.l.5.ti.4. Anſ.l.3.ca.45. Iuo p.5. c.245.

b ¶*Ipſi.*] infrà. 9. q. 3. cuncta. & c. ipſi. & cap. ſaluo.

† al. vocato.

QVOD VERO. Casvs. Dictum eſt ſ. in ca. nullus. quod epiſcopus condemnari non debet niſi in ſynodo congregata, quod intelligi debet abſq; præiudicio Romanę ſedis. Nam Romanus Pontifex quoslibet poteſt abſoluere & condemnare abſq; ſynodo congregata, quod duabus auctoritatibus probat Grat. ſcilicet Gelaſij, & Hadriani, & ſequenti §. dicitur, quod in ſynodo vbi epiſcopus accuſatur, non debet aliquis facere ſtrepitum, vel tumultum, vel alquid ſimile.

† eſt initium cauſæ 9.

c ¶*Sicut in Nicęno.*] ſuprà. 3. quæſt. 6. neminem. [a]

a Sic ſcripſit H. Al. & L. ad idē 9. q. 2. nō initiati. ſecūdm H. 2 ſ. 3. qu. 6. neminem.

I *N loco benedictionis.*] Casvs. Dicitur in hoc cap. quòd in ſynodo vbi epiſcopus accuſatur, vel cauſæ difficiles tractantur, nullus debet facere ſtrepitum, vel tumul-

¶Niſi in legitima ſynodo epiſcopus iudicari, vel audiri non debet.

CAP. I.

NVllus epiſcopus, niſi in legitima ſynodo, & ſuo tempore Apoſtolica auctoritate [a] conuocata ſuper quibuſdam † criminationibus pulſatus audiatur, vel † iudicetur, vel damnetur. Sin aliter pręſumptum à quibuſdam fuerit, in vanum deducatur, quod egerint, nec inter ſtatuta A eccleſiaſtica vllo modo reputetur.

A ¶Statuta.] *Abeſt hæc dictio ab originali, & cæteris locis indicatis.*

Item Zepherinus Vrbis Romæ Archiepiſcopus, epiſt. 1. epiſcopis Siciliæ.

¶Epiſcopus accuſatus à duodecim audiatur, cauſæ verò finis ad ſedem Apoſtolicam deferatur.

CAP. II.

1 DVodecim iudices quilibet epiſcopus accuſatus, ſi neceſſe fuerit, eligat, à quibus eius cauſa iuſtè iudicetur: nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel iudicetur, quàm ipſi [b] per ſe eligantur, & regulariter vocatus† ad ſuorum primò conuentum epiſcoporum, per eos eius cauſa iuſtè audiatur, & rationabiliter diſcernatur. Finis verò eius cauſæ ad ſedem Apoſtolicam deferatur, vt ibidem terminetur: nec antea finiatur (ſicut ab Apoſtolis, vel ſucceſſoribus eorum olim ſtatutum eſt) quàm eius auctoritate fulciatur.

Quòd verò abſque ſynodali audientia epiſcopus damnari prohibetur, ſine præiudicio Romanæ ſedis oportet intelligi, quæ ſua auctoritate, quoſque valet damnare, vel damnatos abſoluere. Vnde Gelaſius Papa [Ipſi ſunt canones] infrà cauſa nona, [Sententia† excommunicationis notatus.] ¶Item Hadrianus, cap. 8. [Saluo Romanæ eccleſiæ in omnibus primatu, manifeſtum eſt, quòd illa, quæ ſunt per vnamquamque prouinciam, ipſius prouinciæ ſynodus diſpenſet: ſicut in Nicæno [c] [2] conſtat decretum eſſe concilio.] Cum verò accuſatus ad concilium venerit, quicquid conſidentium conſultationibus agitur, aut ab accuſantium parte proponitur, non contentioſis vocibus, ſed mitiſſima verborum relatione proferatur.

Vnde in Toletano concilio 11. c. 1. legitur.

¶In cognitione cauſarum contentioſi locum non habeant.

CAP. III.

3 IN loco benedictionis [d] conſidentes Domini ſacerdotes nullis debent aut in diſcretis vocibus, perſtrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari†, nullis etiam vanis fabulis, vel riſibus agi, & (quod deterius eſt) obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere. [Si quis enim, vt Apoſtolus ait, putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio.] cultum enim ſuum iuſtitia perdit, quando ſilentia iudicij obſtrepentium turba† confundit, dicente propheta [Erit cultus iuſtitiæ ſilentium.] Debet ergo quidquid aut conſultationibus† cõſidentium agitur, aut ab† accuſantium parte proponitur, ſic mitiſſima [e] verborum relatione proferri, vt nec contentioſis vocibus ſenſus audientium turbent, nec iudicij† vigorem de tumultu eneruent. Quicunq; ergo in conuentu concilij hæc, quæ præmiſſa ſunt, violanda crediderit, & contra hæc interdicta aut tumultu [f], aut contumelijs, vel riſib. concilium conturbauerit, iuxta diuinæ legis edictum, quo præcipitur, [Eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgium,] & cum omni dedecore de conſeſſione † abſtractus à communi cœtu ſecedat, & trium dierum excommunicationis [g] ſententiam perferat.

3 Anſ. i pri. Iuo par. 4. c. 245.
† al. perturbare.
Iac. 1.
† al. turbo. al. qñ ſilẽtiũ perit, & iudicium obſtrẽpẽtiũ turba confundit. Eſa. 32.
† al. collationibus.
† al. à cauſantium.
† al. iudicũ.
Prouer. 22.
† in vulgatis legebatur, cõſeſſione.

QVAESTIO V.

N*Vnc autem [h] quæritur, an ſit aliquis iudicandus maleuolus, quia crimẽ alterius indicat. De hoc ſcribit B. Auguſtinus ſerm. 3. de communi vita clericorum, ſeu regula tertia dicens.* [4]

4 idem epiſ. 109.

tum, nec contentioſis vocibus acclamare, & hoc probatur auctoritate Apoſtoli, & Eſaiæ prophetæ, ſed omnia debent humiliter proferri ne cõtẽtioſis vocibus ſenſus turbetur auditorum, & vigor iudiciarius eneruetur ꝓpter tumultum. & ſi quis fecerit ſtrepitum, vel tumultum, eijciatur velut irriſor auctoritate Salomonis dicẽtis: Eijce deriſorem, &c. & ſententiam excommunicationis per triduum patietur.

d ¶*In loco benedictionis.*] id eſt, ſynodi.

e ¶*Mitiſſima.*] vt C. de obſeq. patrono præ. l. ſi manumiſſori. & ſ. 3. q. 7. ſi quis adeo. lex punit talẽ vltimo ſupplicio, vt C. de his qui ad eccl. confug. denuntiamus.

f ¶*Tumultu.*] ſic præſumitur de iniuſta electione illius, qui per clamorem eſt electus. ext. de elect. Oſius. 8. q. 1. ſi ergo. Et eſt ſimile de conſec. diſt. 3. irreligioſa.

g ¶*Excommunicationis.*] à conſortio fratrum [b]. ſic ſ. diſt. 45. neminem.

b Sub. ſed ñ ſacrorũ, vt dixi ſ. ca. q. 2. præſenti. ibi videas. Arc.

N*Vnc autẽ.*] Hic intitulatur quinta quęſtio qua quæritur, an aliqs ſit maleuolus iudicandus, quia indicat crimen alterius. Et certè ſi bono zelo hoc faciat pręmiſſa admonitione, non debet maleuolus iudicari, vt 2. qu. 1. ſi peccauerit. dum tñ indicet tali, qui poſſit prodeſſe, & non obeſſe, & vt 22. q. 5. hoc videtur. Item ſi crimen, qđ proponitur, vult ꝓbare: ſi ex charitate hoc facit, auditur, vt j. c. 1. Si ex odio hoc facit, repellitur, vt ſ. 2. q. 7. ſi qui ſunt.

h ¶*Nunc autem.*] "Si bono zelo quis indicat crimẽ illi qui pt ꝓdeſſe, & non obeſſe, non eſt maleuolus. 22. q. 5. hoc videtur. & ſi p̄monuerit eum quem accuſat. 2. q. 1. ſi peccauerit. Vel ſi crimen ꝓpoſitũ vult probare [c]. 2. q. 8. qui crimen. ſ. e. q. 1. c. 2. Sed ſi crimen tantùm proponeret, & non proſequeretur, puniendus eſſet tanquam proditor, vt 46. diſt. accuſatores.

"Crimen indicans non ſemper dicitur maleuolus.

c in hoc capitulo ſi facit ex charitate auditur. j. e. cap. 1. Si ex odio hoc facit, repellit. 2. q. 7. ſi qui ſunt. Arch.

Non

NOn vos.] Casvs. Quidam ſe putabant peccare, cum in dicabant crimen alterius, ſed Aug. dicit, ꝙ non peccãt: ſi hoc bona fide faciunt, immo magis delinquunt ſi tacent permittendo perire quos corrigere poſſunt. Et hoc probatur ſimilitudine morbi corporalis, vel alterius.

narum, q̃ repelluntur ab accuſatione epõrum, ſ. in fide catholica ſuſpecti, inimici, & illi qui ſponte aliorũ crimina conſitentur publicè, ſ. detractores, quos ſi cõtingat recipi in excepto crimine in accuſationem, vel teſtimonium contra eos, quia tales quãuis veritatẽ ſciant, nõ eſt eis tñ ſponte confitẽtib. credẽdũ, ſed eliciẽda eſt ab eis veritas ꝑ tormenta à iudice eccleſiaſtico, ſ. archiepõ cũ reliquis epiſcopis, vt de ſuis latebris veritas eruatur. Sequens c. planum eſt.

a Non vos.] hoc c. loquitur de denuntiatione, & de ſecreta correctione. Et eſt argu. hic, ꝙ quilibet ad denuntiationem tenetur [a].

a Arg. 23. q. 5. nõ putes. vbi de hoc, arg. ad hoc 8. 1. q. 1. quiſquis. 2. q. 7. ſicut. & ca. qua ꝑpter. 24. q. 3. iam ſacerdotes.

b Indicatis.] illis qui poſſunt prodeſſe.

c Tacendo.] j. 8. q. 1. quid aũt cõtra. ſed hic de ſecreta correctione loqt̃, ibi de manifeſta.

NOn omnis.] Casvs. Vincẽtius hæreticus compellebatur flagellis ad fidem quã ſuſceperat retinẽdam, de quo Vincentius cõquerebat̃. Auguſtinus verò dicit, ꝙ cogi poteſt: quia erratib. & malis nõ eſt parcendum, ſed corrigendi ſunt, & quia correctores ſunt meliores quàm alij: & hoc probat quinq; exẽplis, ſ. amici, & diſpenſatoris, medici, Dei, & paſtoris. Primum exẽplum eſt in principio. Scd̃m eſt ibi, Vtilius. Tertiũ ibi, Et qui phreneticum. Quartum ibi, Quis poteſt nos. Quintum ibi, Noueris aliquando.

† eum debes manifeſtare, ne &c. Orig.

d Tollitur.] non ob. 86. di. paſce. quia illud de eo qui ad mortem eſurit. ſic 11. q. 3. quoniã multos. Et eſt hic argu. ꝙ excõicato non eſt danda eleemoſyna. De hoc dixi 42. diſtin. quieſcamus.

1 23. q. 4. nimium. §. nõ omnis. Prouer. 27.
2 Concord. tex. in l. latę culpę. §. amicos. cum ibi no. ff. d ver. ſign. facit l. verborum. c. tit.

e Patriarchas.] Iacob & filios eius, qui ꝑ famem coacti iuerunt in Aegyptum.

3 j. 33. q. 4. nimiũ. Pan. c. ſi vir. de adult.

f Flagello.] not. " voluntatem potius ſpectãdam, quàm factum, vt 23. q. 1. paratus. diſt. 5. ad eius verò. & qualitas facti ex pſona facientis pręſumitur. 11. q. 3. abſit. & 33. qu. 4. ea vindicta.

" Voluntas potius quã factũ attendi debet.

NOn oſculatur.] Casvs. Probat hic Ambroſ. ꝙ ſi ex charitate delinquentes corrigãtur. bonum eſt. Et hoc probat exemplo patris, & auctoritate Salomonis, dicentis Dulciora ſunt, &c.

Gen. 42.

2 Cor. 12.

g Amariſſimè.] id eſt, amarè.

EX HIS. Casvs. Concludit Gratia. ex ſupradictis c. ꝙ melius eſt aliorum crimina ex charitate indicare, q̃ celare. Sed Euſebius videt̃ dicere cõtrariũ, q̃ ſponte aliorũ crimina cõfitẽtes repellit ab accuſatiõe epõrũ. Et ad hoc ĩducit ſequẽtia. ca.

ILli qui.] Casvs. In hoc c. continentur tria genera perſo-

¶ Magis nocet, qui crimen celat, quàm qui amicabiliter indicat.

C A P. I.

NOn vos [a] iudicetis eſſe maleuolos, quando crimen alterius indicatis [b]. Magis quippe innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo [c] perire permittitis. Si. n. frater tuus vulnus habet ĩ corpore, quod velit occultari, dum timet ſecari, nonne crudeliter à te ſiletur, ac miſericorditer indicatur? quantò ergo potius debes † manifeſtare crimen, ne deterius putreſcat in corde?

Idem ad Vincentium Donatiſtã, & Rogatiſtam, epiſt. 48.

¶ Nec qui parcit eſt amicus, nec, qui verberat, inimicus.

C A P. II.

[1] NOn omnis, qui parcit, amicus eſt, [2] nec omnis, qui verberat, inimicus. Meliora ſunt vulnera amici, quàm voluntaria oſcula inimici. Melius eſt cum ſeueritate diligere, quàm lenitate decipere. ¶ Vtilius eſurienti panis tollitur [d], ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligebat, quàm eſurienti panis frangitur, vt iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat [3]. Et qui phreneticum ligat, & qui lethargicum excitat, ambobus moleſtus ambos amat. ¶ Quis nos poteſt amplius amare, quàm Deus? Et tamen nos non ſolum docere ſuauiter, verùm etiam ſalubriter terrere non ceſſat. Fomentis lenibus, quibus conſolatur, ſæpè etiam mordaciſſimum medicamentum tribulationis adiungẽs, exercet fame Patriarchas [e] etiam pios, & religioſos, populum contumacem pęnis grauioribus agitat, non aufert ab Apoſtolo ſtimulum carnis tertiò rogatus, vt virtutem in infirmitate perficiat. & *infrà.* ¶ Noueris A aliquando furem auertendis pecoribus pabulum ſpargere, & aliquando paſtorem flagello [f] ad gregem pecora errãtia reuocare.

A ¶ Noueris.] *Apud B. Auguſtinum legitur*, & noueris, *pendetque hæc pars ex ſuperiore periodi parte.* & putas nullam vim adhibendam eſſe homini, &c.

Item ex ſermone 84. Ambroſij, qui ſic incipit. [Amarior fortaſſe.]

¶ Non odio habetur, ſed diligitur, qui caſtigatur, & corripitur.

C A P. III.

NOn oſculatur ſemper pater filium, ſed & aliquando caſtigat. Ergo, quando caſtigatur, qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim & amor plagas ſuas, quæ dulciores ſunt, cum amariſſimè † [g] inferuntur. Dulcior enim eſt religioſa caſtigatio, quàm blanda remiſſio. Vnde ait propheta. [Dulciora ſunt vulnera amici, quàm voluntaria oſcula inimici.]

Ex his verbis datur intelligi, ꝙ magis confert vtilitati fraternæ, qui crimen accuſando, vel indicando perſequitur, quàm qui celando fouere nititur. Euſebius autem Papa contrà ſtatuere videtur, dum aliorum crimina ſponte confitẽtes in epiſcoporum accuſatione recipi prohibet dicens epiſtol. 1. ad epiſcopos Galliæ.

¶ Ad accuſationem non admittantur aliorum crimina ſponte confitentes.

C A P. IIII.

[4] ILli, qui aut in fide catholica, aut inimicitia ſuſpecti ſunt, ad pulſationem epiſcoporum non admittantur: quia veritatem profeſſionis infidelitas, & inimicitia impedire ſolet. Nec illi credendi ſunt, aut admittendi, qui aliorũ ſponte crimina [h] confitentur. Et ideo replicãda eſt [i] ſolicitè veritas, quàm ſponte prolata in illis vox habere nõ poteſt. Hanc diuerſis cruciatibus è latebris ſuis religioſus † [k] tortor exigere [l] debet,

h Sponte crimina.] ideſt, detractores. 3. q. 4. detractores. & 46. di. accuſatores. Vel aliter, i. ſine diſcretione.

i Et ideo replicanda eſt.] i. ſæpius quærẽda cõtra oẽs ſupradictos, ſecundum quoſdã, qđ non placet, ſed contra cõfitentes tantũ, quia inimici & infideles nũquam admittuntur.

k Religioſus.] ſed qualiter exercet religioſus vir cauſam ſanguinis. cõtra illud. 23. qu. 8. his à quibus? " Sed dic ꝙ eccleſiaſtic⁹ iudex põt virga punire, vt 23. q. 5. c. 1. & hoc non eſt iudiciũ ſanguinis; ſed hic facit quæſtiones in cauſa ciuili, quod fieri licet in defectum probationum. ff. de quæſt. diuus. & ẽt in eccleſiaſtica criminali. 2. q. 1. in primis. in fi. " Quidam etiam ex hoc loco dicunt viles contra clericos generaliter admitti cũ tormentis: ſed falſum eſt, quia tantùm in exceptis criminibus admittuntur viles, vt s. 4. q. 3. §. ſi autem ea conditio.

" iudex eccleſiaſticus poteſt virga punire.

† al. amari⁹

Prouer. 27.

" Teſtes viles poſſunt torqueri.

k Religioſus.] iſtud obtinet in exceptis criminib. in crimine læſæ maieſtatis, vbi accuſator torquetur, vt 6. qu. 1. §. verum. C. ad leg. Iuliam maieſt. nullus. in fi. ſed in ciuili cauſa nunquã torquetur aliquis, niſi in defectum probationum, vt in authentic. de teſtibus. §. ſancimus. colla. 7. Vel dic quòd prima pars loquitur de accuſatore, ſecunda de teſte. viles enim teſtes benè torquentur in exceptis criminibus, vt 4. q. 3. ſi autem ea. & etiã in ciuilib. negotijs in defectum probationum, vt dixi.

4 Anſ. l. 3. c. 25.

l Exigere.] non per ſe, ſed per alios, vt 86. diſtinct. non liceat. per clericos autem, non per laicos. extra de ſententia excommunica. vniuerſitatis. habes ergo hic, quòd prælatus poteſt ſubditos corporaliter punire, vt quadrageſimaquinta diſtin. cum beatus.

† rigoroſus] Orig.

a *Vt dū.*] hoc non refert ad oīa prædicta, ſed tantùm ad illos qui ſponte confitentur. inimicus .n. non poteſt eſſe teſtis in aliquo crimine. extra de ſimon. licet Hely. poteſt tamen dici, quòd inimicus torqueri quandoque poteſt, & æſtimabit iudex an adhibebit ei fidem, vel non, vt ff. de quæſtio. l. prima §. quæſtioni. in fin. " Sed vtrum clerici debeant ſubijci verberibus pro teſtimonio dicendo dubitatur; quod videtur ᵃ, vt hic, & infrà eadem, quæſtione proxima, quia. & capit. presbyteri. & quadrageſima quinta diſtinctione. cum beatus. Dicunt tamen quidam minores clericos poſſe torqueri, ſed non maiores. Alij dicunt omnes ſuſpectos poſſe torqueri. nam & liberi vacillantes torquentur, vt extra de accuſatio. ᵇ ſuper his. ff. de quæſtionib. de minore. & eccleſia virgis poteſt aliquos corrigere, vigeſimaquarta, quæſtio. quinta. capit. primo. hoc certum eſt, quòd minores clerici indiſtinctè pro quolibet crimine verberibus ſubijciuntur, vt trigeſimaquinta diſtinctione. ante. Sed maiores non, niſi pro enormibus, vt diſtinctio. quadrageſimaquinta. in ſumma. tamen licet clerici torqueantur pro delicto, non tamen pro teſtimonio dicendo ſecūdum pleroſque, qui dicunt non tenere iſtam legem. infrà eadem, quæſtione ſexta. presbyteri. Vel dic ꝙ clerici ſuſpecti poſſunt torqueri non à laico, sed ab epiſcopo.

"Clerici an poſſint pro teſtimonio torqueri.

a Dicit H. notandū eſſe, ꝙ clerici ſponte aliorum crimina confitentes indifferenter ſubijciuntur verberib. ſi res exigat tales recipi i teſtimoniū, vt in hoc c. illi q. & ita ipſe no. 45. di. in ſumma. Ar.

b Al. de pœnit.

Qvi ambulat fraudulenter.] SED ALIVD EST. Casvs. Soluit modò Gratianus dictam obiectionem dicens, quod accuſare aliquē ex charitate ad hoc vt corrigatur à iudice. officium eſt pietatis, & ad bonos pertinet, ſed falsò accuſare, vel falſa crimina alicui obijcere, officium eſt impiorum, & ad malos pertinet. Et hanc ſolutionem probat ſex auctoritatibus, quarum quinque ſunt de prouerbijs Salomonis. b ¶*Repentinus.*] Qua le ergo erit reſponſum teſtis? nam ſi citò reſpondet, videtur mendax, ſi in mora, videtur dubius, vt 50. diſtin. ponderet ᶜ.

c Vel dic, ꝙ hic repetit qōem vt demōſtret, ꝙ i calūniatorē ꝑt eſſe pœnę cōmutatio, ſcd̄m L.

vt dum ᵃ pœnis corpora ſubijciuntur, quæ geſta ſunt, fideliter, & veraciter exquirantur.

Item in prouerbijs, ca. 11.

¶De eodem.

CAP. V.

Qvi ambulat fraudulenter, reuelat arcana, qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum. *Item infrà cap. 25.* Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò, ne poſteà emendare non poſſis cum de honeſtaueris amicum tuū.

Sed aliud eſt ex charitate aliorum crimina deferre, vt quos ſecreta admonitione corrigere non poſſumus, conuictos iudicis ſententia corripiat: atque aliud, inſidiando falſa obijcere, vel inſultando vera facilè exprobrare. Illud verò charitatis, hoc autem impietatis eſt officium. Vnde in eiſdem prouerbijs, c. 12. dicitur. [*Verba impiorum inſidiantur ſanguini: os iuſtorum liberabit eos*] & infrà [*qui quod nouit, loquitur, iudex* A *iuſtitiæ eſt: qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus.*] *Item:* ¶*Labium veritatis firmum erit in ꝑpetuū: qui autem teſtis eſt repentinus* ᵇ, *concinnat linguam mendacij.*] *Item ca p. 13.* ¶[*Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam: qui autem inconſiderate* † *loquitur, ſentiet mala*] & infrà. [*Verbum mendax iuſtus deteſtabitur: impius autem confundit, & confundetur*] *Item Auguſtinus in Pſal. 37.* [1]] *Si aliquando* B *humana infirmitate pedes noſtri in aliquod peccatum mouentur, inſurgūt linguæ iniquiſſimorum inimicorum, cum fuiſſet miſerendum: irrident impij, vnde dolent pij.*]

† inconſideratus eſt ad loquēdum] vulg.

1 in ver. qa dixi.

A ¶Iudex.] *Sic in biblijs etiam Compluti, & Antuerpiæ impreſſis. Sed in nonnullis manuſcriptis habetur*, index: *græcè autem* ἐπιδεικνυμένῳ πίστιν ἀναγγέλλει δίκαιος, ὁ δὲ μάρτυς τῶν ἀδίκων δόλιος, *id eſt*, clarum teſtimonium dat iuſtus, teſtis autem iniuſtorum doloſus.

B ¶*Si aliquando.*] *Hic verſiculus videtur ſumptus partim ex verbis B. Auguſtini, partim ex gloſſa marginali, & interlineari in eundem locum ex eod. B. Auguſtino, & Caſſiodoro.*

QVAESTIO. VI.

ps 1

Qvi autē ᶜ, *quod intulit, probare non valet puniendus eſt. Vnde Hadrianus Papa ait in capitulis, cap. 41.* [2]

¶*Puniatur, qui alijs falſa intulerit.*

CAP. I.

[3] Omnis, qui alijs falſa intulerit, puniatur ᵈ, & pro falſitate ferat infamiam.

Item Gregorius Papa.

¶De eodem.

CAP. II.

Qvi *calumniam illatam non probat, pœnam debet incurre re, quam ſi probaſſet, reus vtique ſuſtineret.*

¶*Hic Gratianus partem ſequentis capituli, quaſi quandam per ſe ſententiam, quod non raro ſolet, proponit.*

Item in regeſto.

¶Qua pœna feriatur, qui crimen illatum non probat.

CAP. III.

[4] Qvia iuxtà canonicas patrum ſententias, qui calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus vtique ſuſtineret, ac per hoc, quia ſubdiaconus crimen diacono probare non potuit, quoniam impoſitionem manus ᵉ (qua carere potuiſſet) non habuit, non ſolùm A ſacerdotio ᶠ, ſed officio caruit, tanquam † reuera infamis meruit verberibus caſtigari ᵍ. Nam cui cum tribus teſtibus, veluti ʰ laico crimen quodlibet approbatur, non eſt mirum, quod obiecit dum probare non ſufficit, ſi corporali infamiæ, quemadmodum laicus, ex iuris ſimilitudine ſubiugatur. Quod enim eſſet diacono gradum amittere, hoc fuit ſubdiacono famæ plenitudine caruiſſe.

† aliàs, & tāquam.

Qvi autem.] Hæc quæſtio diuiditur in tres partes, in prima quarum probatur, quòd qui calumniatur, tenetur ad pœnam talionis, & hoc probat per tres auctoritates. Secunda ibi, *Presbyteri.* Tertia ibi, *Epiphanium.* Io. de Fan.

Casvs. Hic intitulatur ſexta queſtio, qua queritur qua pœna ſit puniendus qui deficit in probatione criminis. quod obiecit. Sed quæſtio tractata eſt ſ. 2. quæſt. 3. Sed Gratianus eam repetit, vt addat quædam c. de hac materia loquentia, & vt addat de commutatione & recompenſatione pœnæ, vt qui nō poteſt pati pœnam legitimam, patiatur aliā loco eius. Prima duo c. ſequentia per ſe patēt. c ¶*Qui autem.*] Hæc quæſtio expedita eſt 2. q. 3. d ¶*Omnis.*] ¶*Puniatur.*] ſi conuictus fuerit de calumnia, vt 2. q. 3. §. notandum. 2.

2 capit. l. 2. c. 277.

3 Anſ. l. 3. c. 92.

Qvia.] Casvs. Quidā ſubdiaconus crimen cuidam diacono obiecit, ſed defecit in probatione. Quæſitum fuit à Grego. qualiter debeat puniri? & reſpondet ꝙ pœna talionis puniri non poteſt, cum ſit diaconus, ſed careat promotione ſacerdotij, quā habere poterat, & executione officij qđ hēt & tāq̄ reuera infamis verberibus caſtiget velut laic⁹ cōuictus de crimine, & illud verbū velut laico, in apparatu exponitur multipliciter, ſed certè ꝑ caſum poſitum debes literā ītelligere. e ¶*Manus.*] ꝑſbytero enim, & diacono tantū manus imponit, vt 20. diſ. ꝑſbyter. & c. diaconus. Sed cōtra. 49. di. c. 1. vbi & clerico iubet man⁹ imponi; ſed illud de manu bn̄dictionis, hoc đ manu cōſecrōis. Vel dic ꝙ tꝑe Gregorij, ſubdiaconat⁹ ñ erat ſacer ordo 31. di. c. 1. f ¶*Sacerdotio.*] qđ habiturus erat. ar. " ꝙ qs dicit ꝑdere qđ nūq̄ habuit. 30. q. 1. puellæ. 17. di. cōcilia. 23. q 4. Guiliſari⁹. 27. q. 2. §. ex hisᵈ. g ¶*Caſtigari.*] hic vna pena cōmutatur ī aliā pœnam corporalem, ſic. 12. q. 2. §. libertus. & 68. diſ. presbyter. 14. q. vlt. c. 1. ſi. ff. de accuſa. hos. §. omnibus. in fin.

4 Ioā. diac. lib. 4. vitę B. Greg. c. 31.

" Perdit qs qđ nūquam habuit.

d Et 23. q. 3. c. quorūdā. vbi de hoc in fi.

h ¶*Veluti.*] hic vult dicere, ꝙ ſubdiaconus conuincitur veluti laicus quantum ad hoc, ſcilicet ꝙ ſicut cauſa laici ab epiſcopo vno audiri pōt, ſic cauſa ſubdiaconi, vt 15. q. 8. Felix. ſecus

ſecus eſt in diacono. Quidam etiam referunt hoc ad qualitatem teſtium, vt ſicut bigami admittuntur contra laicum, ſic contra ſubdiaconũ, quia poſſunt ex diſpenſatione fieri ſubdiaconi, vt 34. di. lector. ſed ead. ratione homicida admittitꝰ contra ſacerdotem, cum ſecum diſpenſari poſſit à Papa [a].

a De hoc ar tic. not. ext. de homi. ſicut dignũ. §. vlt. Archi.

PRESBYTERI. CASVS. Quæſitum fuit ab imperatore an presbyteri cum ferunt teſtimonium ſint verberib. ſubijciendi? Et reſpondet ꝙ non propter prærogatiuam ſacerdotij, hac tñ conditione, vt falſa non dicant. cęteri verò clerici ꝓut leges ꝑcipiunt, audiãtur, ſed ſi presbyteri falſitatẽ dixerint, licentiã hẽant litigatores de falſo eos redarguere, & quãtò in maiori honore sũt poſiti, tãtò maiori pęna debent affici, ſi ĩ crĩne reperiantꝰ falſitatis: & illđ verbũ, & leges ꝑcipiũt, id eſt, fortè in quib. caſib. laici torquentur, & ipſi torqueantur.

a ¶ *Presbyteri.*] bonæ opinionis, ſecundũ H. ſecꝰ ſi ſuſpecti ſunt, vt 5. e. q. 5. illi. ſed hoc non placet [b]. minores ergo clerici poſſunt coram epo torqueri nõ † à laico; vel nõ credo tenere quod hic dicitur.

† al. eum.

b Vñ gñaliter intelligas lĩam vt ſonat, ſecundùm B. Iſid.

† alias, abeſt hæc negatio.

† al. ſub

b ¶ *Leges.*] circa laicos infames.

c ¶ *Qui ſuo.*] id eſt propter ſuum honorem.

PRESBYTERI. CASVS. Quæſitum fuit à Iuſtiniano, qua pœna debent puniri presbyteri & diaconi, ſi de falſo teſtimonio conuincantꝰ? Et rñdet, ſi in ciuili cã falſum dixerĩt teſtimoniũ, ſeparati à miniſterio duntaxat ꝑ tres annos detrundantꝰ in monaſteriũ. Sed in criminali primũ degradentꝰ, deinde pœnis legitimis ſubijciantꝰ. Cæteri verò clerici ſine delectu cauſæ legales pęnas patiantur.

† al. ſi in occulto inueniantur crimine.

1 Concord. tex. l. omne. §. q manus. ff. de re mil. & l. ꝑsbyteris. C đ epi. & cl. Crimẽ falſi qua pęna punitur.

2 C. e. ti. aut. ſequenti, Presbyteri. Nouel. 123. §. reuerendiſſimis.

d ¶ *Presbyteri.*] qualiter ſtatuit hic imperator aliqd de reb. eccleſiaſticis, cõtra id 96. di. bñ qdẽ. niſi hoc fecerit auct. Apoſtolica, 97. di. eccleſiæ. & c. victor, Sđ hic inſtruit iudicẽ eccleſiaſticum quid facere dẽat. ſic ĩ. c. de latori.

¶ In regeſto B. Gregorij hæc non ſunt inuenta, ſed habentur omnia in vita ipſius à Io. diacono ſcripta lib. 4. cap. 31. Is enim poſtquam citauit epiſtolam 66. libri noui Anthemio ſubdiacono ſcriptam, inde iſta colligit, Idcirco Gregorius nõ probantem quod obiecerat ſubdiaconum officio iubet priuari, quia iuxtà canonicas patrum ſententias, qui calumniam, &c. *vſque ad finem. Sicut autem caput hoc ex Io. diacono ſumptum eſt, ita in Decretalibus caput primum tit. de calumniat. ex ipſa Gregorij ad Anthemium epiſtola eſt acceptum.*

A ¶ Solum.] *Vox iſta abeſt ab originali, ſed ob gloſſam non eſt inducta.*

Codice libro primo titu. de epiſcopis, & clericis l. 8. Imperator Theodoſius. 2. ¶ Presbyteri [a] citra iniuriam quæſtionis teſtimonium dicãt, ita tamen, vt falſa non ſimulent. Cæteri verò clerici, qui eorum † deinde gradum, vel ordinẽ ſequuntur, ſi ad teſtimonium dicendum petiti fuerint, prout leges [b] præcipiũt, audiantur: vt ſalua tamen ſit litigatoribus falſi actio, ſi fortè presbyteri, qui ſuo † [c] nomine ſuperioris loci teſtimonium dicere citra aliquam corporalem iniuriam ſunt præcepti, hoc ipſo, quòd nihil metuant, vera ſuppreſſerint. Multò magis enim pœna digni ſunt, quibus quàmplurimum honoris per noſtram iuſſionem delatum eſt, ſi occultè † inueniantur in crimine [1]. ¶ Item conſtitutione tertia, collat. nona.

¶ [2] Presbyteri [d], ſeu diaconi, ſi falſum teſtimonium dixerint, ſi quidem in re pecuniaria, diuino miniſterio duntaxat per tres annos ſeparati, monaſterio tradantur: Si in criminali, clericatus honore nudati legitimis pœnis [e] ſubijciantur. Cæteri verò clerici communi A *iure ab officio eccleſiaſtico pulſi, ſine delectu cauſæ legitimè coërceantur.*

A ¶ Communi.] *Hæc omnia verba,* communi iure ab officio eccleſiaſtico pulſi, *abſunt à manuſcriptis, ſunt tamen in tralatione, quæ habetur in codice. Nec verò Gratianus ipſa omnino verba aut veteris interpretationis, aut Iuliani, aut Irnerij retulit. Quare operæpretium fuerit nouellam ipſam græcam & vulgatas interpretationes conſulere: extant enim aliquæ varietates non contemnendæ.*

e ¶ *Legitimis pœnis.*] quæ ſunt. ff. de fal. l. 1. §. vlti. vbi dicitur quòd pro crimine falſi, ſi eſt liber, deportatur, & omnia eius bona publicantur: ſi eſt ſeruus, patiatur vltimum ſupplicium. Vel intellige de pœnis canonicis, prout dicitur diſtin. 50. ſi epiſcopus. Vel dic cum iudex ex officio ſuo punit teſtem, ſecundum ſuum arbitrium punit eum, vt C. de teſtibus, nullum. ſecus ſi directè accuſatur teſtis [e], vt 50. di. ſi epiſcopus. & ff. de fal. l. 1. §. vlt.

e Et videas, qđ not. 2. q. 3. in sũma. ĩ fi. & qđ le. & not. 23. q. 5. Rex dẽt. & 33. qu. 5. hæc imago. in fi. Archi.

EPiphanium.] Hæc eſt 3. pars quæſt. in qua vult probare qualiter ſunt puniendi qui non probant quod obijciũt. & ad hoc ponit. 2. c. Io. de Fan.

CASVS. Quidam abſentes libellum accuſationis, vt Epiphanium infamarent miſerunt epiſcopo ſuo, ſcilicet Ianuario, qui cum libello accuſationis prædictum Epiphanium ad Papam miſit. tunc Papa examinata cauſa, & cognita innocentia Epiphanij, eum abſoluit, & mandat epiſcopo, vt illos accuſatores excommunicaret, niſi venirent & probarent crimen quod obiecerant. ita poſuit Hugo caſum. Beneuen. verò ſic ponit caſum, Epiphanius presbyter dicebatur rem cum quibuſdam mulieribus habuiſſe: quod ſcelus quidam ſermone tacito nomine ſuo ſignificauit Domino Papæ Greg. quo audito præcepit Gregor. Sabino defenſori, vt mulieres illas qua presbyter Epiphanius dicebatur cognouiſſe, & alios qui eiuſdem rei veritatem ſciunt, Romam adducat: quo facto & omnibus in præſentia Papæ poſitis, cum nullum crimen in Epiphanio inueniret, remiſit eum ad Ianuarium epiſcopum, corã quo ſi ille, qui talem epiſtolam emiſit, non apparuerit paratus quod obiecit probare, à communione remoueatur. Sed primus caſus mihi magis placet. Quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ad finem, quantum ad caſus poſitionem.

Item Gregorius Ianuario Epiſcopo lib. 3. epiſt. 24.

¶ Ad ſanctę communionis miniſterium † non accedat, qui crimen illatum non probat.

† al. myſterium

CAP. IIII.

3 EPiphanium [f] A presbyterum quorundam ſacerdotum † literis [g] criminaliter accuſatum [h], cuius nos, vt valuimus, diſcutientes [i] cauſam, nihilq́ue in eo obiectorũ reperiẽtes, vt ad locum ſuum reuerterecꝰ, abſoluimus [k]. Criminis ergo eius auctores te volumus perſcrutari: & niſi qui eaſdem tranſmiſit epiſtolas paratus [l] fuerit hoc, quod obiecit, canonicis, atque diſtrictiſſimis probationibus edocere, nullatenus ad ſanctæ miniſterium † communionis accedat.

† al. Sardorum.

† al. myſterium

A ¶ Epiphanium.] *In epiſtola hæc antecedunt.* Præterea noſti latorem præſentium Epiphanium presbyterum quorundam, &c.

Item ex decreto Hadriani Papæ, cap. 49.

¶ Qua pœna delator ſit feriendus.

CAP. V.

3 DElatori [m] autẽ lingua [n] capuletur, aut conuicto caput amputetur. ¶ Delatores autem ſunt, qui inuidia produnt alios.

¶ Habetur inter capitula Hadriani c. 49. allatum, quantum conijcere licet. ex legibus ſecularibus. Nam in codice Theod. lib. 10. tit. 10. l. 2. ferè idem, in libro autem 7. capit. 360. prorſus idem habetur.

[*Item ex concilio Eliberitano.*] [4]

¶ De eodem.

f ¶ *Epiphanium.*] de eo agitur extra de teſti. quoniam.

g ¶ *Literis.*] ſed qualiter hoc fecerit, cum non ſit admittenda accuſatio per literas, vt ſecunda, quæſtio. octaua, per ſcripta. & tertia, q̃ſtione nona, abſente? ſed hic non plenè examinauit cauſam.

3 in cap. Hadria. ca. 49. Capit. l. 7. c. 360. Anſ. l. 3. c. 88.

h ¶ *Accuſatum.*] id eſt, infamatum.

i ¶ *Diſcutientes.*] de plano, non in forma iudicij. extra de accuſationibus. olim.

4 Cap. l. 6 c. 244.

k ¶ *Abſoluimus.*] ab obſeruatione iudicij, vnde poſteà admittitur accuſatio.

l ¶ *Paratus.*] nonne potuit accuſator pœnitere, & dicere ſe erraſſe, vt ſuprà eadem. quæſtione prima, quidam, " & ante litem conteſtatam poteſt deſiſtere accuſator, vt extra de accuſat. licet [d]. in fin? ſed iſtud eſt ſpeciale in accuſatione epiſcopi, vel cum orta eſt infamia, vt dixi ſ. 4. q. 5. quiſquis.

" accuſator an & qñ ꝑt deſiſtere.

d Qđ cõiter not. oẽs do. in iſta decr. licet. ſolutionem, quę primò ſequitur, vnde de ea non cures. Arch.

m ¶ *DElatori.*] confeſſo.

n ¶ *Lingua.*] ſed qualiter dat Papa iura de pœna ſanguinis contra illud 23. quæſtio. 8. his à quibus? ſed hic docet quid facere debeat iudex ſecularis. ſic 27. queſt. 1. ſi quis rapuerit. Io. de Fant.

DVo fornicatores.] Casvs. Suprà in 2. & 4. cauſis in multis capitulis docuit Gra. ꝙ criminoſi, & infames repelluntur ab accuſatione & teſtimonio: ſed quia quædam ſunt crimina excepta, in quibus criminoſi, vel infames admittuntur, ideo annectit hanc cauſam, vt oſtendat, ꝙ in crimine excepto criminoſi & infames admittuntur. Oſtendit etiam, quòd ſimplici aſſertioni epiſcopi non creditur, cum vult alium accuſare, & ꝙ epiſcopus accuſatus ad alium archiepiſcopum ire non debet, vt hæc & alia faciat, proponit thema, de quo quinque elicit quæſtiones. Sunt autem crimina excepta (vt dicit H. crimen læſæ maieſtatis, crimen perduellionis, &, quod eſt ſpecies criminis læſæ maieſtatis, crimen hæreſeos, crimen ſimoniæ, crimen ſacrilegij, crimen fraudati cenſus, vel annonæ. Inter hæc eſt crimen ſimoniæ, quod magis in eccleſia frequentatur.

1 Bur.l.6.c.27. Iuo p.10 c.156.

2 in regula Iſid.c.17.

QVod autem.] Hæc quæſtio diuiditur in quatuor partes. In prima probatur per 16. auctoritates ſanctorum, ꝙ infames, excommunicati, & inimici nõ poſſunt alios accuſare. Secunda ibi, *Cum itaque*. Tertia ibi, *Quicunque*. Quarta ibi, *Verum*. Io. de Fan.

Casvs. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur an criminoſi & infames repellantur ab accuſatione? Et certum eſt ꝙ ſic, vt 2. q. 1. in primis. niſi in crimine excepto, vt 89. diſtinct. ſi quis Papa. & 15. q. 3. ſanè. & procedit hoc ordine Gra. in hac quæſtione, Primò probat, ꝙ criminoſi & infames non debent admitti ad accuſandum, vſque ad §. ſed licet. Poſteà dicit, ꝙ in crimine excepto, & in crimine ſimoniæ bene admittuntur teſtes iſti & ſimiles.

3 Anſ.l.3.c.116. Burc.l.15.c.5. Iuo p.6.ca.367. & p.16.c.6. † clerum] Orig.

† al. arceat.

a ¶*Quòd autem.*] in ſimonia quilibet auditur accuſans contra laicum, etiam meretrix,

PALEA. CAP. VI.

[1] DElator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit proſcriptus, vel interfectus, placuit non a niſi in fine accipere communionem. Si leuior cauſa fuerit, infra quinquennium accipere poterit communionem. Si cathecumenus fuerit, poſt quinquennij tempora admittatur ad baptiſmũ.

a ¶Non niſi.] *In concilio ipſo, & capitularibus legitur*, nec in fine: *quod in multis eiuſdem concilij decretis repetitur. Quomodo autem hic, & apud Burchardum, atq; Iuonem legitur, cõuenit canoni 13. Nicæni concilij, in quo ſic ſtatutum eſt.* De his, qui ad exitum veniunt, etiã nunc lex antiqua regularisq; ſeruabitur, ita, vt ſi quis egreditur è corpore, vltimo & neceſſario viatico minimè priuetur. *Hanc controuerſiam copioſè explicat Inn. 1. epiſt. 3. c. 2. Exuperio epiſcopo Toloſano.*

Item ex octaua ſynodo.[2]

¶Qui innocentẽ falſo crimine maculauerit, ſacerdotis arbitrio pœna diuturna purgetur.

CAP. VII.

SI quis falſum dixerit, vel perſonam innocentis falſo crimine maculauerit, iuxta ſacerdotis arbitrium diuturna pœnitentia expurgetur.

¶*Capiti huic in vulgatis erat præpoſitum nomen paleæ, quod ſublatũ eſt auctoritate omnium vetuſtiorum exemplariũ, quotquot collata ſunt. Extat autem in regula monachorũ. B. Iſidori. c. 17.*

Item ex concilio Agathẽſi. c. 32.

¶A communione coerceatur vel ſecularis, vel laicus, qui eccleſiam, vel clericum per calumiam fatigauerit.

CAP. VIII.

[3] SI quis verò ſecularium per calumniam eccleſiã, aut clericum † fatigare tentauerit, & conuictus fuerit, ab eccleſiæ liminibus, & à catholicorum communione, niſi dignè pœnituerit, coërceatur †.

CAVSA VI.

DVo fornicatores, & infamia notati, quendam religioſum epiſcopũ de ſimonia accuſare nituntur: reus alterius prouinciæ archiepiſcopi iudicium expetit: tandem in probatione deficit accuſator: reus cogitur ad ſuæ innocentiæ aſſertionem.

1 *Hic primùm quæritur, an crimine irretiti, vel infamia notati ad huiuſmodi † accuſationem ſint admittendi.*

2 *Secundò, ſi epiſcopus in eos accuſationem vertere voluerit, an ſimplici aſſertioni ſuæ ſit fides habenda.*

3 *Tertiò, ſi liceat ſibi expetere iudicium archiepiſcopi alterius prouinciæ.*

4 *Quartò, cuius iudicium ſibi ſit expetendum, ſi circa ſuam ſententiam epiſcopos ſuæ prouinciæ diſcordare contigerit.*

5 *Quintò, ſi in probatione deficit accuſator, an reus ſit cogendus ad probationem ſuæ innocentiæ.*

QVAESTIO I.

1 ps QVòd[a] *autem crimine irretiti alios accuſare non poſſunt, Anacletus Papa teſtatur, epiſt. 2. epiſcopis Italiæ dicens.*

¶A criminoſis ſacerdos accuſari non permittitur.

CAP. I.

SI ſacerdos ſine crimine eligi præcipitur[b], nullatenus ab hominibus criminibus irretitis accuſari, aut calumniari permittitur, nec ab alijs, quàm ab ijs, qui ſine crimine ſunt, & iuxta a electionem ſacerdotes ordinari poſſunt, & tales per omnia inueniuntur, quales ſacerdotes eligi iubentur.

a ¶Iuxta electionem.] *Sic in omnibus collatis manuſcriptis codicib. præterquàm in vno in quo eſt*, iuxta electione, *In vulgatis erat*, iuxta electionem canonicam, *In epiſtola autem ipſa ſic legitur*, & iuxta electionem, ſi neceſſitas fuerit, aut ipſi volendo Domino ſeruire elegerint, ſacerdoteſque ſine crimine fieri, & ordinari poſſint, & tales per omnia fuerint, quales eligi ſacerdotes iubentur.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 21.

¶Infames, & qui culpis exigentib. ad ſacerdotium prouehi non poſſunt, ſacerdotes non accuſent.

CAP. II.

j [1] OMnes verò ĩfames eẽ dicim[c], quos leges [c] ſeculi

vt 89. diſt. ſi quis Papa. & ext. de ſimo. tanta. & hoc ideo, quia omnia crimina nulla reputantur reſpectu iſtius, vt 1. q. vlti. patet. ſecus ſi accuſatus ſit clericus, & bonæ famæ, vt 2. q. 1. in primis. in fi. imo eadem eſt diſtinctio in laico. an prius fuerit bonæ famæ, an non, vt ff. ad leg. Iul. maieſt. famoſi. " Licet autem in exceptis criminib. admittantur criminoſi, non tamen ſine tormẽto, vt 4. q. 3. ſi ea. Si ergo clericus eſt bonæ famæ nullo crimine ſuſpectus, non auditur contra ipſum, vt ext. de teſti. veniens. Si eſt malæ, quilibet admittitur ad accuſandum & teſtificandum, vt extr. de ſi. per tuas. Quidam tñ dicunt, ꝙ licet viles admittantur ad accuſationem, non tamen ad teſtimoniũ, quia tota vis negotij pendet ex teſtimonio, ſed non in accuſatione. Vel dic, vt dixi 2. q. 1. ĩ primis. ĩ fi.

† al. huius.

" Criminoſi in exceptis criminib. teſtificari poſſunt.

SI ſacerdos.] Casvs. Quæſitũ eſt ab Anacleto, an criminoſi poſſint accuſare ſacerdotes? & reſpondet, quòd non, quia cum ab Apoſtolo præcipiatͬ ſacerdotem ſine crimine eligi, nunquã dẽt à criminoſis accuſari, ſed ab illis tantùm, qui poſſunt ad ſacerdotiũ promoueri.

b ¶*Præcipitur.*] ab Apoſtolo[a], vt 25. diſt. primũ. ſi tale eſt crimẽ qđ eſt accuſatione, & dãnatione digniſſimũ, vt 81. diſt. Apoſtolus.

a Et ſic patet pceptũ eſſe Apoſtoli ordinãdũ eſſe ſine crimine, ſcdm Hu. & Laur.

OMnes.] Casvs. Dicit Hadrianus Papa, ꝙ omnes dicuntur eſſe infames, quos leges ſeculi infames appellant, & iſti tales & alij qui ſuis culpis non poſſunt ad ſacerdotiũ promoueri, repelluntur ab accuſatione: quia ſicut maior à minori iudicari non poteſt, ita nec accuſari.

h ¶*Leges.*] Sed & alios dicimus infames ſecundum canones, qui non ſunt infames ſecũdum leges, vt bigamos, & corpore vitiatos; ſicut nec omnes dicimus infames ſecundum canones qui ſecundum leges ſũt ĩfames, vt mulier, q̃ nubit intra tp̃s luctus. Io. Sed certè bigami & corpe vitiati nõ ſũt ĩfames, & ſi ſint irregulares, cũ non deliquerint

4 Pol.l.5.tit.1.

liquerint, B. Dicunt tamen quidam, ꝙ infamia, quæ eſt irrogata per ſententiam, vel quæ contrahitur ipſo facto, vt cum aliqua deprehenditur in adulterio, vel cum aliquis contrahit binas nuptias: de qua agitur ff. de his qui nota. infam. " quid ergo. infamia hæc non purgatur per quantamcunque pœnitentiam [a], vt 2.q. 3. §. hinc colligitur. niſi reſtitutus ſit ab illo q poteſt reſtituere, vt à principe, vel à ſenatu, vt 2.q.3. §. notandum. 2. in fi. ff. de poſtu. l. 1. §. de qua. Alia eſt infamia facti, de qua agitur ĵ. ea. ſunt plurimi. & melius dicitur infamatio quę inducit purgationem. & illa abolетur purgatione præſtita, vt 15. quæſtio. 5. de crimine. Eſt etiam quędam infamia canonica, quæ irrogatur ex quolibet peccato mortali, vt hic, & 32. q. 5. pręceptum. in fi. & aboletur per pęnitentiam, vt ĵ. c. illi qui. tamen (vt dicunt quidam) talis non admitteretur ad accuſationem, vel promotionem: quia nõ ſufficit, quòd modò non ſit infamis: ſed ꝙ nunquam fuerit infamis. ĵ. c. qui crimen [b]. Item infamia contracta ex ſententia excommunicationis tollitur per abſolutionem, vt 3.q.1.c.1. ſicut finito tẽpore relegationis tollitur infamia orta ex ſententia. ff. ad munici. ordine.

a Infamia an poſſit p pœnitentiã purgari.

a Quia pœnitẽtia, &c. vt not. 15.q. 5. pſbyter. ĩ gl. quia pœnitẽtia, &c.

infames appellant, & omnes, qui culpis exigentibus ad ſacerdotium non poſſunt prouehi. Indignum eſt enim, vt illi eos accuſent, qui eſſe non poſſunt, quod ipſi ſunt: quoniam ſicut maiores à minoribus [a] non iudicantur, ita nec criminari poſſunt.

Item Fabianus Papa, epiſt. 2. epiſcopis orientalibus.

¶Infames ſunt, qui regnum Dei conſequi non valent.

CAP. III.

ILli, qui [b] illa peccata perpetrant, de quibus Apoſtolus ait [Quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur] valdè cauendi ſunt, & ad emendationem, ſi voluntariè noluerint, compellendi [c]: quia infamiæ maculis ſunt aſperſi, & in baratrum delabuntur, niſi eis [d] ſacerdotali auctoritate ſubuẽtum fuerit. ¶Similiter, & illi, de quibus ipſe ait § Cũ huiuſcemodi [e] hominibus nec cibum ſumere: § quia infamia ſunt notati, antequàm ſacerdotali auctoritate ſanentur, & in gremio ſanctæ matris eccleſiæ redintegrentur: quia, qui extra nos ſunt, nobiſcum communicare non poſſunt.

Gal. 5.

b Hoc determinatur extra de tem. ord. c. vlt.

1. Cor. 5.

Item Fabianus, epiſt. 1.

¶Ante ſatisfactionem excommunicati ad accuſationem non admittantur.

CAP. IIII.

2 [1] OMnes illi ſunt ab accuſatione repellendi, quos Apoſtolus commemorat, dicens § Cum eis nec cibum ſumere, § & ante ſatisfactionem [f] eccleſiæ non ſunt ſuſcipiendi.

1 Anſ. l. 3. c. 1.

1. Cor. 5.

a ¶*A minoribus.*] Honeſtate morum, id eſt, criminoſis, ne ſit contra 2.q. 7. præſumunt. & c. lator.

ILli qui.] Casus. Hoc cap. diuiditur in duas partes. Prima loquitur de peccatoribus non excommunicatis. Secunda de anathematizatis. In prima ergo parte dicitur, ꝙ illi qui mortalia peccata committunt, non debent recipi ad accuſandum: quia infames ſunt, & in barathrum dilabuntur: niſi eis à ſacerdotibus eſt ſubuentum: vnde ſunt ad pœnitentiam compellendi. In ſecunda parte dicitur, quòd anathematizati repelluntur ſimiliter ab accuſatione: quia infames ſunt: nec poſſunt communicare nobiſcum, niſi abſoluantur. Secunda pars incipit ibi, *Similiter*. Sequens capitulum patet.

b ¶*Illi qui.*] Secundum quoſdam prima pars loquitur de criminoſis non excommunicatis. ſecunda de excommunicatis. Secundum alios loquitur prima pars de occultis: ſecunda de manifeſtis criminoſis.

c ¶*Compellendi.*] Arg. exiſtentem in mortali peccato cogendum eſſe ad pœnitentiam. 22.q. 1. prædicandum. 24.q. 3. tam ſacerdos. Arg. contra 2.q.1. multi.

d ¶*Niſi eis.*] Arg. tolli infamiam per ſatisfactionem eccleſiæ, vt 22.q.5. præceptum. 35.q. 6. ſi duo. Argu. contra 3.q.4. cõſanguineorum. & c. ij, qui. ĵ. e. quicunq;. & 22.q.5. paruuli. " Sed dic ꝙ canonica infamia per pœnitentiam tollitur: ſed non illa quæ irrogatur ipſo facto, vel per ſententiam. Ioã. de ipſo occulto crimine tollitur per pęnitẽtiã [c], ſed non de manifeſto, vt ext. de temp. ordi. c. vlt. & pen.

c Infamia canõica tollitur pœnitentia.

c De hoc not. 5. c. c. 1. ibi videas.

e ¶*Huiuſcemodi.*] ſcilicet excommunicatis.

f OMnes.] ¶*Ante ſatisfactionem.*] vel iuramentum. extra de ſen. exc. per tuas.

Item Clemens Papa Iacobo Hieroſolymorum A *Epiſcopo, epiſto. 1.*

A ¶Hieroſolymorum.] *Antea erat* metropolitano. *Emendatum eſt ex plerisque manuſcriptis codicibus. Nam & Clemens in epiſtola ſic ipſum Iacobum vocat.*

¶Sacerdotes non niſi à coæqualibus accuſari debent.

CAP. V.

2 BEatus petrus homicidas, & adulteros, & cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coæquales non erant, ab epiſcoporum † vexatione, & accuſatione dicente † [g] Domino prohibebat, & non niſi à coæqualibus aliquid eis inferri debere docebat. *& paulò poſt.* ¶Infames etiam omnes, & quos primates, & leges ſeculi non ſuſcipiunt, ſed & laicos ab eorum accuſatione, & vexatione ſemper repelli debere rogabat [h], & cunctos illis ſubditos eſſe præcipiebat: cunctorum ſacerdotum vitam ſuperiorem, ſanctioremque, ac diſcretam à ſecularibus, & laicis hominibus eſſe, & ſpirituales quoſq; atque ſacerdotes ſuper carnales, ac laicos ſemper conſtituendos docebat, quoniam pro minimo [i] nobis eſſe debet, vt à talibus [k] arguamur, & iudicemur, vel ab humano [l] die. Maiores verò à minoribus nec accuſari, nec iudicari vllatenus poſſe dicebat: quoniam non ſolùm hoc diuinas, ſed & leges ſeculi inhibere docebat.

2 Anſ. ibid. Ioan. 8.

† eorum] Orig.

† docente] Orig.

BEatus.] Casus. Iacobus eps Hieroſolimitanus qſiuit à Clemente, qui ſint repellẽdi ab accuſatione epiſcoporum? Et reſpondet quòd quatuor genera hominum ab eorum accuſatione debent repelli, ſicut docuit beatus Petrus, ſcilicet criminoſi & irregulares, ſcilicet qui ad eundem ordinem non poſſet promoueri: & infames, & laici omnes, qui debent ſacerdotibus ſubeſſe: quia non debẽt maiores à minoribus iudicari, vel accuſari. Ab humano die, id eſt, carnali ſenſu.

g ¶*Dicente.*] cum dixit, Qui ſine peccato, &c. 3.q.7. qui ſine.

h ¶*Rogabat.*] id eſt, præcipiebat. ſic. 11.q. 3. rogo.

i ¶*Quoniam pro minimo.*] ſic continua: quoniam & ſi boni ſumus.

k ¶*Vt à talibus.*] ſcilicet illis, qui ſemper parati ſunt rephẽdere: de quib. ait 11.q.3. ſenti. ſed aliorũ rephenſiones attendendæ ſunt: qui licet mali nõ ſint, tñ ideo reprehendunt, quia eos malos eſſe credunt, vt 11. qu. 3. non ſunt. 12.q.1. nolo.

1. Cor. 4.

l ¶*Ab humano die*] i. qui tm̃ humana [d] nõ diuina quærunt. 8. qu. 1. ſunt in eccleſia.

d Humana cũ dies appellatur humana ꝓpe ritas. Arch.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 68.

¶Qui criminoſus fuerit, ſacerdotes accuſare non poteſt.

CAP. VI.

3 QVi crimen [m] intendit,

3 Anſ. l. 3. c. 88.

QVi crimen.] Casus. Quæſitum fuit ab Hadriano qui repellantur ab accuſatione, & teſtimonio? Et reſpõdet ꝙ ſi à tempore baptiſmi fuit criminoſus, repellitur ab accuſatione: quia vox malorum non eſt admittẽda. Infames aũt oẽs à teſtimonio repellunt: & ꝙ nõ hñt filios & vxorem fideles. Habentes, i. ſi habuerint, habeant tales.

† ſuffragatores.] Orig.

communicetur epiſcopis, vt magis caueat [a] epiſcopus, ne dicat in quenquam, quod alijs documentis conuincere non poteſt.

B ¶Communicare.] *Sic in Carthaginenſi 7.c.5. cui ad verbum reſpondet hoc caput. In Africano autem, hic ſequitur*, ſecretè tamen † interdicat ei cõmunionem, donec obtemperet, *quemadmodum & apud Burchardum. Sequentia autem verba*, Quandiu, &c. *ſunt initium capitis centeſimi.*

QVAESTIO. III.

IVdicium [b] verò archiepiſcopi alterius ꝓuīciæ alicui expetere nõ licet. Vnde Gregorius ait reſponſ. 9. ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopũ.

¶Alterius parochianum alicui iudicare non licet.

CAP. I.

SCriptum eſt in lege [Per alienam meſſem tranſiens, falcem mittere [c] non debet, ſed manu ſpicas conterere, & manducare.] Falcem ergo iudicij mittere non potes in eam ſegetem, quæ alteri videtur eſſe commiſſa: ſed per effectum † boni operis frumẽta Dominica vitiorum ſuorũ paleis expolia, & in eccleſiæ corpus monendo [d], & perſuadendo, quaſi mandendo, conuerte.

Item Pelagius Papa ij. epiſto. 1. omnibus epiſcopis.

¶Quot ciuitates vnaquæque prouincia habeat.

CAP. II.

[1] SCitote certam prouinciã eſſe, quæ habet decẽ, aut vndecim ciuitates, & vnum regem, & totidem minores poteſtates ſub ſe, & vnum metropolitanum †, aliosq; ſuffraganeos † x. vel xj. epiſcopos [e] iudices: ad quorum iudiciũ omnes: [f] cauſę epõrum, & reliquorum ſacerdotum, ac ciuitatũ referantur, vt ab his omnib. iuſtè, conſona voce diſcernantur †, niſi ad maiorem auctoritatem fuerit ab ijs, qui iudicãdi ſunt, appellatum. Vnde nõ oportet vt degradetur, vel dehonoretur vnaquæque prouincia: ſed apud ſemetipſam habeat iudices, ſacerdotes, & epiſcopos, ſingulos videlicet ſecundum [g] ordines ſuos: & quicunque cauſam habuerit, à ſuis iudicibus iudicet, & nõ ab alienis: id eſt à ſuæ iuſtis iudicibus prouinciæ, & non ab extraneis [h] †, niſi (vt iam eſt prælibatum,) à iudicãdis † fuerit appellatum.

Item Nicolaus Papa.

¶Non aliorum, ſed primatis ſui iudicio quiſque ſe ſubijciat epiſcopus.

CAP. III.

DEnique Suffredus, ſi tale in ſe crimẽ nouerat, quo rectè poſſet epiſcopatu priuari, vel infirmitate [i] ſe ſentiebat forſitan prægrauari, qua impeditus nullis poſſet proximis ſua prælatione prodeſſe: primatis ſui debuerat, & nõ aliorum diœceſeos antiſtitum pręſtolari iudicium. Quòd ſi quęlibet ambiguitas, vel aliqua fortaſſe ſuper eius examinatione, vel epiſcopatus abrenuntiatione oborta fuiſſet cõtentio, ex more ad Apoſtolicam ſedem referri conuenerat, & noſtra in his omnib. debuerant cuncti decreta penitus expectare. Quod quia omiſſum A hactenus dolemus, dilectiſſimam mihi gloriam veſtram vehementer efflagito, vt iam dictus Suffredus epiſcopus proprio reſtituatur [k] epiſcopio: & ſi q̃d reprehenſione dignum geſſit, poſteà vel correctione, vel digna animaduerſione definietur.

g ¶Secundum ordines.] " ergo medio prætermiſſo non eſt ad ſuperiorem eundum, vt 2.q.6.c. anteriorum. verſi. illo videlicet. & c. decreto. & q.7. metropolitanum. Et ſic eſt arg. ꝙ omiſſo archidiacono non itur ad epm, vt extra de offi. arch. c.1.& 18.q.2. cognouimus. & arg. cõtra ext. de præb. referẽte.

ADDITIO. Vbi de hoc, & ext. de appel. dilecti. dic vt ibi Arc. de hoc etiam habes 25. diſt. perlectis.

h ¶Ab extraneis.] ergo metropolitanus eſt extraneus iudex. non eſt ergo iudex prouinciæ. Quid iuris ſit de hoc, q̃re 9.q.3. c. 2. Io.

DEnique.] CASVS. Suffredus eps ſentiens ſe crimino ſum, vel ita infirmitate grauatũ, ꝙ nõ poterat pro deſſe ſubiectis, adiuit primatẽ non ſuũ, ſed epos alterius ꝓuinciẹ, & corã eis volebat epatui renũtiare. Illi autẽ epi, vel primas crimen eius examinauerunt, & renũtiationem receperũt. Qđ qa malè actum eſt, nec debuit fieri ſine auctoritate Papæ: ideo Papa cuidam cõmittit, vt Suffredum reſtituat, & ſi poſteà quid fuerit corrigendũ, ab eo diffiniatur: vel ita reſtituatur, & poſteà de cauſa cognoſcatur.

i ¶Vel infirmitate.] vel malitia plebis, vel defectu ſciẽtiæ, vel irregularitate, vt extra de renũ. niſi cum pridem.

k ¶Reſtituatur.] ſed nonne debuit perdere locũ ſuum: quia ſpontaneè reſpondebat corã extraneo iudice. 11. q.1. placuit. & 3.q.6. nõ liceat? Sed dic, ꝙ Papa pepcit ei. " Et ẽ hic ar. de illicita renuntiatione, ꝙ non teneat ſi fiat ignorãte ꝑlato ſuo, vel ſi fiat ĩ manu alterius. 17.q.2. Gõſaldus. ext. de renũ. admonet. ff. de off. præſi. legatus. Sed contra: quia ẽt tacitè quis renũtiat iuri ſuo. ext. đ ijs, q̃ fi. à ma. pr. c. ex ore. & 7.q.1. eos. & ext. de renun. qđ in dubijs. & 32.q.1. de bñficio. 7. qu. 1. q̃ periculoſum. Dico, ꝙ ipſe non põt repetere, quia renũtiatio tenet quantũ ad ipſum: ſed eccleſia poteſt eum repetere [b], vt 7.q.1. non oportet. & c. eos. Vel dic, ꝙ renuntiare põt ijs, q̃ ſpectant ad onus: ſed nõ ijs, quę ſpectant ad honorem. non enim ſubditus poteſt abdicare à ſe iuriſdictionem ſui epiſcopi. ext. de fo. comp. ſi diligenti. Io.

EST TAMEN. CASVS. ſ. in c. ſcriptũ. dictum eſt, ꝙ aliquis non debet mittere manũ in meſſem alienam: ſed quia caſus eſt in quo poteſt quis alienum iudicare parochianum, ideo Grat. ponit iſtum §. vt illum oſtendat caſum.

" Appellandum nõ eſt omiſſo medio.

† al. decernantur.

† al. externis.

† al. iudicatis.

" renunciatio illicita an teneat.

b Dic hoc eſſe verũ in ꝑlaturis & bñficijs iam quæſitis, ſed ſecus i. acquirendis, vt in præ. decr. ex ore. ſecundũ Gof.

PLacuit.] CASVS. Statutum fuit in concil. vt nullus epiſcopus doleat, ſi eius parochianus excommunicetur ab alio epiſcopo propter prædam quam fecit in ſuo epiſcopatu.

a Exempti delinquentes in diœceſi epi an poſſint ab eo puniri.

a ¶Parochianum.] "ſed nonne epiſcopus poteſt punire exemptos, qui delinquunt in ſua diœceſi? Videtur ꝙ ſic, per cap. iſtud & ſ. 3. q. 6. c. 1. & ext. de hær. ad abolendam. in fi. vbi dicitur, quòd nullum priuilegium iuuat. & extr. de priuil. tuarum. in fi. Itē negligentiam talium poteſt ſupplere, vt ext. de ſuppl. neglig. præla. ſicut. extra de priuileg. patentibus. Item quia ratione delicti perditur priuilegium. 11. q. 3. priuilegium. Item quia reatus omnem honorem excludit, vt C. vbi ſe. vel clar. l. j. Item qua in prouincia quis deliquit, illic iuri ſubiaceat: nullo ſe excuſaturus priuilegio. C. vbi de crim. agi oport. auth. qua in prouincia. non enim prætextu priuilegij conceſſi, flagitiorum creſcet auctoritas, vt C. de priui. ſcho. l. 2. lib. 12. ad idē in authent. de manda. princi. §. quòd ſi delinquentes inueneris. col la. 3. vbi dicitur: non permittas nocentes ali quibus vti priuilegijs. Econtra probatur, ꝙ non poſſunt puniri, vt extra de priuileg. ſanè. & capit. cum capella. 16. quæſtio. 1. frater noſter. & expreſsè dicitur extra de ſuppl. neglig. prælato. ſicut. ſi enim tales poſſunt puniri ſicut & alij, inutile eſſet eorum priuilegium. Item proconſul non poteſt ſe intromittere de cauſis fiſcalibus, ſic nec epiſcopi de iſtis, qui quodammodo fiſcales facti ſunt per priuilegium ff. de offic. proconſ. ſi in aliqua. §. 1. Solut. quidam dicunt, quòd pro occulto delicto à ſolo Romano Pontifice poſſunt puniri: ſed pro notorio poſſunt puniri ab epiſcopo loci, per id, quod legitur extra de priuileg. tuarum. Melius dicas, quòd ſi priuilegiatus delinquit circa rem non exemptā, vt in contractu, vel in maleficio, occidendo hominem, vel adulterando cum aliqua, tale delictum poteſt punire epiſcopus loci: quia & ſi ſit perſona exempta: tamen res in quam delinquitur, non eſt exempta. Si verò deliquit circa rem exemptam, puta malè gerendo ſe in officio ſuo, vel alienando res eccleſiæ ſuæ: in his à ſolo Papa punitur. vbi ergo factum exempti præiudicium affert non exemptis, bene epiſcopus loci punit in his in quibus delinquens cōtingit ſuam iuriſdictionem: ſecus ſi non afferat alicui præiudicium. & hæc diſtinct. probatur extra de priuileg. cum capella. Et dicit, quòd cum delictum eorum publicum eſt, poteſt puniri ab epiſcopo, vt ſupra dictum eſt, & vt dicit decret. patentib. & c. tuarum. extra de priuil.

A ¶Omiſſum.] *Locus hic emendatus eſt ex pleriſque vetuſtis Gratiani codicibus.*

Eſt tamen caſus, in quo epiſcopus alterius parochianum excommunicare valet.

Vnde in concilio apud Compendium, c. 5.

¶Quando epiſcopus alterius parochianum excommunicare valet.

CAP. IIII.

1 Bur. l. 1. c. 22. Iuo p. 14 c. 82.

[1] PLacuit pro communi vtilitate, & inſtante neceſſitate, vt nullus epiſcoporum grauiter ferat, ſi eius parochianum [a] pro deprędationis cauſa alter epiſcopus excommunicauerit.

[*Item ex concilio Meldenſi, c. 2.*]

¶De eodem.

PALEA.

CAP. V.

2 Ext. d rap. c. 1. Burr. l. 71. cap. 45. Iuo p. 14. c. 109.

† al. rapinas.

[2] DE illis autem, qui intra parochiam beneficium, aut hæreditatem habent, & alterius epiſcopi parochiani ſunt, & de loco ad locum iter faciunt, & rapinam † [b], & deprædationes [c] peragunt: placuit, vt excommunicentur [d], nec ante ex parochia exeant, quàm quæ perpetrarunt dignè emendent. Quorum excommunicatio ſeniori eorum, & proprio epiſcopo ſignificanda eſt, ne eos recipiat, † ante quàm illuc redeant, vbi rapinam fecerunt, & ibi omnia pleniter emendent.

† al. recipiens.

b DEi ills.] ¶Rapinam.] quo ad res mobiles.

c ¶Deprædationes.] quo ad res ſe mouentes, vt animalia.

d ¶Excommunicentur.] ſcilicet ab ipſius loci epiſcopo, vel in cuius iuriſdictione deliquerunt. Arch.

PORRÒ.] CASVS. Hic intitulatur 4. quæſt. ſcilicet cuius iudicium ſit expetendum, ſi comprouinciales iudices inter ſe diſcordant in cauſa vel ſententia epiſcopi. Et certè conſueuit diſtingui, vtrùm ſint iudices delegati, vel ordinarij, vel arbitri. & hæc diſtinctio cō ſueuit notari. 2. quæſt. 6. §. diffinitiua. verſic. item ſi plures. & in pluribus alijs locis, legibus ſcilicet & decretis, & decretalib.

e ¶Porrò.] Hęc quęſt. expedita eſt 2. qu. 6. §. diffinitiua. verſi. item ſi plures.

QVAESTIO IIII.

PORRÒ [e] *cuius iudicium ſibi expetendum ſit, ſi iudices electi inter ſe diſcordare cœperint, in concilio Antiocheno, c. 14. ſic inuenitur diffinitum.*

¶A quo ſit ferenda ſententia, quando comprouinciales epiſcopi diſcordant.

CAP. I.

3 Burr. l. 1. c. 150. Iuo p. 5. c. 263.

† al. de aliquibus cauſis criminalibus.

[3] SI quis [f] epiſcopus criminaliter † in iudicio epiſcoporum fuerit accuſatus, contingat autem epiſcopos prouinciæ [g], qui conuenerint, diuerſas habere ſententias [h], & alios quidem innocētem eum pronuntiare [i], alios reum, propter huiuſmodi controuerſiam amputandam, placuit ſanctæ ſynodo, metropolitanum A epiſcopum alterius prouinciæ vicinæ aduocari [k] [4], & aliquantos cum eo epiſcopos alios: qui pariter reſidentes, quæcunque fuerint, dirimant quæſtiones propter hoc, vt firmum ſit iudicium, quod ab vnius prouinciæ epiſcopis fuerit promulgatum.

SI quis.] CASVS. Epiſcopi xij. examinabant cauſam criminalem epiſcopi. Sex dicebant eum abſoluendum: alij dicebāt eum condemnandum, & ſic dicebant eum remittēdum ad Papam, diuerſas ſententias inter ſe, id eſt, opiniones habentes. Quæſitum fuit in Laodicenſi concil. quid ſit in tanta diſcordia faciendum. Et reſponſum fuit, quòd archiepiſcopus vicinæ prouinciæ cum aliquot epiſcopis vocari debet: qui pariter reſidentes dirimant quæſtionem, vt eum abſoluant, vel iudicent condemnandum, & vt negotium ad Apoſt. ſedem tranſmittatur. Idem eſt caſus c. ſeq. ſed in eo non fit mentio de epiſcopis vicinæ prouinciæ. Et intelliguntur iſta duo cap. de iudicibus ordinarijs ſecundum Ben.

4 Facit ad hūc tex. l. 1. & ibi glo. & doc. ff. d va. & extr. cog.

f ¶Si quis.] iſtud c, videtur continere iniquitatem, tum ex eo, ꝙ non ſtatur hic iudicio maioris partis. [a] tum ex eo, ꝙ alienus iudex iudicat non ſuum ſubditum, ſed expone prout hic notaui. Io.

a Contra id ff. de re iud. duo.

g ¶Epiſcopos prouinciæ.] in pari numero.

h ¶Sententias.] id eſt opiniones, quibuſdam ſcilicet volentibus eum abſoluere, quibuſdam volentibus reſeruare ſententiam Papæ.

i ¶Pronuntiare.] non ſententiando, ſed opinionem ſuam recitando, & ideo ſic expone: ne ſit contra. ff. de re iudica. duo. & l. inter pares. & ſecunda, quæſt. ſexta, item ſi plures. vbi dicitur, quòd ſi diſcordant delegati, ad delegantem eſt recurrendum.

k ¶Aduocari.] per Papæ reſcriptum, i. Papa committtat metropolitanis, & epiſcopis vicinæ prouinciæ negotium illud. ſic exponitur ſecundum illos qui de iudicibus à Papa delegatis hoc intelligunt. vel etiam de epiſcopis ipſis qui ſui iudices ſunt, intelligas: & ſecundum hoc eſt ſpeciale, ꝙ par pari poteſt cauſam delegare. "Nam quandoque in defectum iudicis ordinarij par in parem habet imperium, vt 65. diſt. c. vlt. ſic 2. q. 6. placuit. 2. vel fortè hoc fit de conſenſu partiū. ar. 11. q. 1. iudices. eſt etiam hic aliud ſpeciale, quòd ſi diſcordant iudices, non obtinet ſententia plurimorum. ſic C. de appel. iubemus. in fin. & extra de reſcri. paſtoralis. alias ſecus. 65. di. ſanè. Vel fortè hoc tenet cum pares ſunt hinc inde iudices: ſed contrarium eſt 21. diſt. c. ſubmittitur. vbi dicitur, quòd

" Par pari pōt cauſam delegare.

ꝙ ad maiorem iudicē eſt eundum: ſed hoc fit (vt dixi) de conſenſu partiū. Vel dic, ꝙ oīa iſta ſpecialia ſunt in cauſa epi, vbi omnes debent concordare in ſententia, vt ĵ. c. 4. Io. NISI EADEM. CASVS. Dictum eſt ſ̄. ꝙ archiepiſcopus vicinæ prouinciȩ debet vocari: ſed dicit Gra. hoc eſſe verum, niſi eadē prouincia primatē habeat, ad quem recurrēdum eſt, vt ſeq. c. patet.

SI inter epiſcopos.] CASVS. Hoc c. loquitur in cauſa ciuili: & eſt caſus talis. Controuerſia mota eſt inter duos epos eiuſdem prouinciæ de rebus ſpiritualibus, vel alijs negotijs: quæſitum eſt quis debeat negotium terminare? Et reſpon. ꝙ metropolitanus eorum cum quibuſdam epiſcopis debet negotium terminare: & ſi alterutra partium non pareat ſententiæ, deferatur cauſa per appellationem ad primatē: vt per eum negotium diffiniatur: cuius ſententiæ nullus valebit contradicere.

1 in c. ſyno. græc. c. 13.

a ¶[Negotijs.] no. ꝓ ciuilib. negotijs poſſe celebrari ſynodum, vt ſ̄. diſt. 18. propter.

b ¶[Tunc primas.] arg. ꝙ maiora negotia prouinciæ non licet facere metropolitano ſine auctoritate primatis. ſic 66. diſt. de perſona. & 99. diſt. c. 1. & 16. q. 6. placuit. ſed illud intellige ſi appellatur ad ipſum, vt 18. diſt. c. 1. & 9. q. 3. conqueſtus.

c ¶[Contradicere.] ecce caſus vbi non audiē ſecundò appellans, vt dixi 2. q. 6. anteriorū.[a]

a Hūc intellectū nō ſequtur hic H. q exponit, valeat cōtradicere. ſub. niſi ꝑ appellationem. ĵ. c. qđ bene. & idē ſentit L. dicēs textū hr̄e locū, niſi ad maiorē iudicem fuerit appellatū. & idē ēt tenet Petrus. Arch.

SI metropolitanus.] SED SI OMNIVM. CASVS. Dictū eſt ſ̄. in præcedentibus c. quòd ſi prouinciales non concordauerint, recurrendum eſt ad archiepiſcopum vicinæ prouinciæ. Nunc oſtēdit Gratianus, quòd ſi concorditer ſententiā ferant condemnationis, manebit ſententia firma.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Hoc ca. de delegatis iudicibus loquitur, vt dicunt Ben. & H. & dicit etiam H. quòd prima duo cap. poſſunt ſimiliter de de-

2 Pol. l. 5. ti. 4. Bur. l. 1. c. 57. Iuo p. 5. c. 167. Pan. l. 4. c. 22.

¶*Caput hoc in multis etiam vetuſtis Gratiani exemplaribus citatur ex concilio Laodiceno. In vno tamē perantiquo eſt ex concilio Antiocheno, in quo etiam extat, & eſt antiqua verſio.*

A ¶[Metropolitanum.] *Græcum exemplar hic valdè diſſentit ab hac verſione. Nam ex his verbis colligitur concilium vnius prouinciæ, in quo neceſſe eſt adeſſe proprium metropolitanum, poſſe aduocare vicinæ prouinciæ metropolitanum, cum aliquot epiſcopis. Quod Martinus etiam Bracharenſis in ſequenti capite, quod ex concilio Antiocheno accepit, confirmat. Græcè verò locus ita habet:*

ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸν τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπον ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας μετακαλεῖσθαι ἑτέρους τινὰς τοὺς ἐπικρινοῦντας, καὶ τὴν ἀμφισβήτησιν διαλύοντας, τὸ βεβαιῶσαι σὺν τοῖς τῆς ἐπαρχίας τὸ παριστάμενον.

Quod Dionyſius, quemadmodum etiam eſt in codice canonum, ſic vertit, Sanctæ ſynodo placuit, vt metropolitanus epiſcopus à vicina prouincia iudices alios conuocet, qui controuerſiam tollant, vt per eos ſimul, & per comprouinciales epiſcopos, quod iuſtum viſum fuerit, approbetur. *Ac ſanè, quòd metropolitanus ad alterius metropolitani vocationem deberet venire, atq; in eodem concilio duo metropolitani futuri eſſent, vix videtur conuenire.*

Item ex concilio Martini Papæ, [id eſt, epiſcopi Bracharēſis, c. 13.[1]

¶Quando iudices electi de ſententia inter ſe diſcordes extiterint, de vicina prouincia archiepiſcopus aduocetur.

CAP. II.

SI quis epiſcopus in aliquibus cauſationibus iudicatur, & viderit ipſos epiſcopos, qui in prouincia ſua ſunt, inter ſe iudicio diſcrepare, & alij videantur eum, qui iudicatur, iuſtificare, alij cōdemnare, ꝓ definitiōe huius diſſenſionis, hoc placuit ſancto concilio, vt de prouincia vicina alter metropolitanus conuocetur epiſcopus, vt per eum confirmetur, quod ſecundum rectū placuerit canonem.

Niſi eadem prouincia primatem habuerit, ad quem negotia, quȩ per metropolitanum terminari non valent, referenda ſint.

Vnde Bonifacius Papa, epiſcopis A *Galliȩ.*

A ¶[Epiſcopis.] *Sic eſt emendatum ex aliquot vetuſtis codicibus, Burchardo, Iuone, & Polycarpo: Antea erat*, populis. *Simillima verò huic capiti leguntur Nouella 123. c. 34. apud Iulianum anteceſſorem.*

¶Primati deferantur negotia, quæ metropolitanus explicare non valet.

CAP. III.

2 SI inter epiſcopos eiuſdē concilij dubitatio emerſerit de eccleſiaſtico iure, vel de alijs negotijs[a], primùm metropolitanus eorum cum alijs in concilio cōſiderans rem dijudicet, & ſi non acquieſcat vtraque pars iudicatis, tunc Primas[b] regionis inter ipſos audiat, & quod eccleſiaſticis canonibus, & legib. veſtris conſentaneum ſit, hoc definiat, & nulla pars calculo eius valeat contradicere.[c]

[Item Alexander Papa.]

¶De eodem.

PALEA. CAP. IIII.

3 SI metrpolitanus à quocūque cōprouinciali epo A in cā propria appellatus eum audire diſtulerit, in proxima ſynodo negotij ſui habeat licentiam exercendi, & quidquid per† iuſtitiam à comprouincialibus ſuis fuerit ſtatutum, debet cuſtodiri.

A ¶[Epiſcopo.] *Burchardus, & Iuo addunt*, bis fuerit in cauſa, &c.

Sed ſi omnium comprouincialium concordi ſententia fuerit damnatus, manebit erga eum immobilis cenſura.

Vnde in antiocheno concilio, cap. 15. legitur.

¶Epiſcopus, qui ab epiſcopis ſuæ prouinciæ conſonam ſententiā reportauerit, ab alijs iudicari non poterit.

CAP. V.

SI quis epiſcopus criminaliter accuſatus, ab omnib.[d], qui ſunt intrà prouinciam, epiſcopis, acceperit † vnam, conſonamq; ſententiam, ab alijs vlterius iudicari non poterit: ſed manere circa eum oportet tanquam conuenientem, quæ ab omnibus prolata eſt, firmam, ratamq; ſententiam.

Subintelligendum verò eſt, niſi ad iudicem maioris auctoritatis fuerit prouocatum. Tunc enim per appellationem ſoluta ſententia firmitatem non obtinet.

Vnde Nicolaus Papa ait in epiſtola ad Carolum regem, cuius initium [Nūquam dolorem generat.]

¶Semel definitum retractari non licet, niſi vbi maior auctoritas fuerit.

CAP. VI.

4 QVod bene ſemel definitum eſt[e], & interpoſitis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione (niſi fortaſſis, vbi fuerit maior[f] auctoritas) retractari.

Item ex concilio Sardicenſi, c. 4.[5]

¶In renouatione iudicij, beati Petri memoria eſt habenda.

CAP. VII.

6 OSius epiſcopus[g] dixit. Quòd ſi aliquis

legatis iudicibus intelligi: poſſunt etiam intelligi de ijs qui bene habent priuilegium deponēdi epiſcopos ſuos Eſt ergo caſus huius capit. Aliquis epiſcopus accuſatus fuit, & depoſitus concorditer ab epiſcopis prouinciæ. Dicitur hic, quòd de cætero ab alijs iudicari non poteſt: ſed ſententia firma permanebit, niſi appelletur, vt infrà. c. prox. cuius caſus planus eſt.

d ¶[Ab omnibus.] per hoc videtur, quòd ſpeciale ſit in epiſcopo, vt ab omnib. debeat abſolui, vel condemnari.

3 Bur. l. 1. c. 59. Iuo p. 5. c. 167.

QVòd bene.] CASVS. Quæſitum fuit à Nicolao, vtrum ſententia ſemel bene lata iuramentis etiam interpoſitis poſſit retractari. Et reſpondetur, ꝙ non, niſi ad maiorem fuerit appellatum.

† al. ꝓpter.

e ¶[Definitum eſt.] à iudice per ſententiam, vel etiam à quocunque. Et intellige de iuramento quod iudex parti defert, non quod pars defert parti: "qa illud non poteſt retractari, vt C. de reb. cred. generaliter. & ff. de iureiu. admonendi. Item argum. quòd qui iurat ſtare, vel parere ſententiæ vel mandato alicuius, ꝙ poteſt appellare. ff. rem rat. hab. l. 3. §. falſus. ff. iudic. ſol. cum apud. ext. de ap. ad hęc. 2. & c. præterea. & cap. quæſtioni.

" iuramētū an poſſit retractari.

† al. excepe-rit.

f ¶[Maior.] extr. de iureiu. veniens.

OSius epiſcopus.] CASVS. Oſius in concilio Sardicenſi ſurrexit dicens: ſi aliquis epiſcopus fuit condemnatus, ſi putat ſe bonam cauſam habere, appellet ad Papam, & hoc ſignificetur Papæ, vel ab his epiſcopis, qui eum examinauerunt, vel ab epiſcopis vicinæ prouinciæ, & ſi placuerit ei, renouetur iudicium, aut ſententia confirmetur. Reſponderunt omnes, placet. Caſus tamen non facit mentionem de appellatione condemnati & dicit Hug. *Adiudicatus.* id eſt, malè iudicatus.

4 Burc. l. 9. c. 49.

5 Nic. ēpis, qui in Conuicinum cō uēnerunt.

g ¶[Oſius epiſcopus.] ar. aliā eſſe cauſam appella-

6 Anſ. l. 2. c. 77.

pellationis à principali. argu. contra.3 1.q.2.Lotharius.& nouaui.2.q.6.ſi epiſcopus.& §. poſt ſecundam.

" Iudex à quo reſcribered; iudici ad quem.

a ¶Vel ab his. " ille enim iudex, qui tulit ſententiam, ſi non deferat appellationi, reſcribet ei ad quem appellatur opinionem ſuam, & quare non deferat appellationi, vt ff.de app. rec.vel non.l.ſciendū.

Qvòd autē.] Casvs. Hęc eſt qn̄ta quæſtio, qua quæritur, an deficiente accuſatore reus ſit cogendus ad purgationem: & quidem ſi propter hoc laborat in famia, cogitur ad purgationem: aliàs non, vt ſ.2.q.5.presbyter.& c.ſi mala fama. Eadē quæſtio tractatur ſuprà 2. quæſt. 5. vbi de hac materia ſatis dicitur. Et nota, quòd ſequentia duo capitula intelliguntur de illis qui non ſunt de crimine infamati, & ideo nō coguntur ad purgationem.

1 Adde q. hic agitur, an aduocatus primæ cāæ teatur ꝑ eodem ſalario defendere i cā ap. d quo dic vt p gl. in l. ita demum. C. de proc.

2 paulò aliter i græco.

b ¶Quòd autē.] Reus non eſt cogendus ad purgationem niſi laboret infamia, vt ĩ.ead. q. autem.& 2.q.5.presbyter. vbi plenè de hoc inuenies.Io.de Fant.

3 ſeu c.125.

Qvòd autem.] Casvs. Maximus dum accuſaretur à quibuſdā ſupplicauit Gre. vt mitteret aliquem Cardinalem, vel Legatum ad eum, vt coram eo probaret ſe innocētem. Reſpōdet Greg. vtcunque eſſet excuſabile, ſi ratio vlla cogeret reum oſtendere ſe innocentem: ſed quia hoc onus accuſatoribus incumbit, ideo mādat ei, vt ad eū veniat ſine mora, fortè ſe defenſurus. Sequens §.

† qua pſente.] Orig.

c ¶Qua.] id eſt, per quam [d]. ſic ſ.4.q.3.qui intēdit. & extra de præſump.cum in iuuentute.

a Vel dic, id eſt, coram qua, i deſt. i pñtia eius, ſcdm Laur.

episcopus adiudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere, vt iterū iudicium renouetur, ſi vobis placet, ſancti Petri Apoſtoli memoriā honoremus, vt ſcribatur vel ab his [a], qui examinauerunt, vel etiam ab alijs epiſcopis, qui in prouincia proxima morantur, Romano epiſcopo 1. Et, 2 ſi iudicauerit renouandum eſſe iudiciū, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem cauſam, vt ea non refricentur, quę acta ſunt, quæ decreuerit Romanus epiſcopus, confirmata erunt. Si hoc ergo omnibus placet, ſtatuatur: ſynodus reſpondit, Placet.

QVAESTIO V.

Qvòd autem [b] deficiente accuſatore non ſit reus cogēdus ad probationem, auctoritate Gregorij probatur, qui libro 5.epiſt. 25. [3] ſcribens Maximo, ait.

¶ Onus probationis reo non incumbit.

CAP. I.

Qvòd autem poſtulas, vt illuc perſonam dirigere debeamus, qua † [c] de his, quæ dicuntur, poſſit eſſe probatio, eſſet vtcunque excuſabile, ſi vnquam ratio ei, qui accuſatur, neceſſitatem probationis imponeret. At poſtquàm non tibi, ſed accuſantibus hoc onus incūbit, ad nos, ſicut præfati ſumus, dilatione ceſſante venire non deſinas.

Item accuſatus non negationem, ſed exceptionem probare debet. Cod. libro 4.tit.de probationib.l.actor. [4]

4 ti.19.l.23.

¶ De eodem.

CAP. II.

Accuſator † [d], quod aſſeuerat, probare ſe non poſſe profitendo, reum neceſſitate monſtrandi contrarium non adſtringit: cum per rerū naturam [e], factum negantis [f] probatio nulla ſit.

† Actor.] Ori.

Hoc autem ſeruandum eſt, quando reum publica fama non vexat. Tunc enim auctoritate eiuſdem Gregorij [5] propter ſcandalum remouendum, famam ſuam reum purgare oportet.

5 ſ.2.q.5.c. quāto, & c. q de cauſa.

CAVSA VII.

Qvidam epiſcopus longa ægritudine † grauatus alium ſibi ſubſtitui rogauit, cuius precibus ſummus Pontifex annuit, & quod rogauerat, ei conceſſit. Poſteà verò conualuit idem epiſcopus, & quod prius fecerat, cupit reſcindi; aduerſus eum, qui ſibi ſucceſſerat †, quæſtionem mouet, ſuamque cathedram tanquàm ſibi debitam repoſcit.

† al. inualetudine.

† al. acceſſerat.

1 Hic primùm quæritur, vtrum viuente epiſcopo alius poſſit in eadem eccleſia ordinari.

2 Secundò, an iſte valeat repoſcere cathedram, quam ſua interceſſione alter accepit.

Accuſator.] Casvs. Ad hoc vt lex faciat ad propoſitū Gratiani, debet hic eſſe accuſator, vt videtur dicere Beneu.licet in l.C.ſit actor.& ſecundū hoc ſic pones caſum. Quidam profitebatur coram iudice ſe non poſſe probare crimen quod obijciebat, ſed poſtulabat, vt reus cogeretur probare contrarium. Quæſitum fuit ab imperatore quid iuris eſſet. Et reſpondet, quòd per rerum naturam nulla eſt probatio illius, qui factum negat: vnde reus ad hoc cogi non debet. Etſi ſit ibi actor, idē eſt caſus, ſed intelligitur in cauſa ciuili. Sequens §.patet.

" Actore n̄ ꝓbantereus abſoluitur regulariter.

d ¶Accuſator.] ex hac lege duæ habentur regulæ. Vna, " quòd niſi actor probet quod intendit, reus abſoluitur [b]. Secunda eſt, q. negantis factum nulla eſt probatio. Prior regula recipit exceptiones. Nam ratione pręſumptionis transfertur probatio ad reum [c], vt extra vt eccleſ.benefic.vt noſtrum. & extr.de procur. ex inſinuatione.in fin. & ff. de don. inter vir.& vxo. quintus. Item cum actor intentionem ſuam fundauit iure communi, vt C.de prob.ſiue.28.diſt.quia ſunt culpæ.& 100.diſt. contra morem. Item cum reus ſponte aſſumit ſibi onus probandi, vt ff. de probat. circa. Item in communibus iudicijs vtriuſq; probatio auditur, vt extra de prob. ex literis. Item cum vterque contendit ſe poſſidere, extra de probat.licet. Item in crimine falſi vtriuſque teſtes audiuntur, vt C.de fal.vbi. Similiter in crimine læſæ maieſtatis, & in ſacramentis deſertis, & in proditione patriæ, & in crimine peculatus vtriuſque teſtes audiuntur, vt C. de abolitione. fallaciter.in fi. " Et de ſecunda regula notabis, quòd triplex eſt negatiua, facti, iuris, & formæ, ſiue qualitatis. Negatiua facti eſt, in qua negatur aliquid factū eſſe. hæc ſi non habet determinationem loci vel temporis, nunquam poteſt probari, vt ſi quis dicat ſe citatum non eſſe, vel ſe non contraxiſſe cum Berta, tales improbari poſſunt, ſed probari minimè. de tali loquitur hic: & hoc ideo, quia negationum non ſunt cauſæ. Si autem adijciatur tēpus, vel locus, tunc poteſt probari, ſi probatum fuerit de alio tempore, & de alio loco, vt extra de teſtib.ex tenore. & C.de contrahend.ſtipulatio.optimam. Idē dico de hac negatione, quòd capitulum nō fuit citatum, quod cum determinatione tēporis poteſt probari, licet contrarium innuatur extra de electio. bonæ. ſed illud non eſt ꝑpter vim negationis, ſed potius ſingularitatis. Quandoque tamē negatiua probatur ſine determinatione tēporis, vt extrà de probationibus, tertiò. Sed illa potius eſt præſumptiua probatio quàm violenta. Et ſic intelligitur quod eſt extra de teſtibus.tam literis. in fine. Item negatiua facti probatur cum habet implicitam affirmatiuam, vt extra de renuntiatio. ſuper hoc. Item negatiua iuris bene probatur, vt ff.de ꝓbationibus. ab ea parte. quia qui negat aliquid iuſtè factum, dicit illud iniuſtè factum: & quia præſumitur aliquid potius iuſtè quam iniuſtè factum: ideo illud tenetur probare. Negatiua formę ſiue qualitatis dicit iſta: Iſte non eſt idoneus, nō eſt legitimus, non eſt ſoluendo. & talis eſt probanda [d] ab eo qui eam proponit, vt extrà de præſumptionibus.dudum. & ff.de legatis ſecundo. lege, cum quidam. & lege, cum pater.§.rogo.& C.de inofficioſo teſtamento.omnimodo.

b Cōcor.l.q accuſare.C. de eden. & l.actor, q. aſſeuerat. C. de prob.

c Quāq; ècontra à reo.ſ. i Actorē trāſfertur ꝓbō. ff. de pro. ſi pactū. & l.ſi chirographū. & l. cū de indebito in prin.§. 1.

" Negatiua eſt triplex.

d ſc.ab eo q ea obijcit ſecundū B.qd dic, vt not. ext.de elec. bōę memoriæ magūti.

e ¶Per rerum naturam.] id eſt, per conſuetudinem cauſarum. Item iſte intellectus perpenditur per id quod legitur trigeſimaquinta, quæſtione quinta, capit.vltimo, in fine. ſic extra de fide inſtrumentorum.cap.inter dilectos. & ſic extrà de cauſa poſſeſſionis & proprietatis.cum eccleſia. & extra de fide inſtrumentorum.cap.ſecundo.

f ¶Negantis.] ſic extra de cauſa poſſeſſ.& propriet.cum eccleſia. & extra de probat. quoniam.

Qvidam epiſcopus.] Casvs. Suprà 6.q.3. c.denique. facta fuit mentio de renuntiatione epiſcopatus. Vnde Gratia. nactus occaſionem ſubijcit cauſam iſtā, in qua trctat de renuntiatione, & an prælato viuente alius ſit ei ſubſtituendus, & de mutatione ſedis, & quibuſdam alijs. quæ omnia, vt cōpetentius agat, thema proponit, duas inde eliciēs qſtiones. Eſt ergo caſus. Ad pces cuiuſdā ęgrotantis epi Papa loco eius aliū ſubſtituit: poſtea cūcōualuiſſet, volebat repetere cathedrā cui renūtiauerat.

QVòd ante viuente.] Hęc quæſt. diuiditur in ix. partes. In prima probatur xv. auctoritatibus, quòd nullus debet priuari iure ſuo ſine culpa ſua: nec etiam pro infirmitate, niſi ipſe renuntiauit, nec alius poteſt eligi altero non renuntiante, niſi de Papæ licentia ſpeciali. Secunda ibi, *Ne autem.* Tertia ibi, *Ecce quòd*, Quarta ibi, *Ambitionis.* Quinta ibi, *Quòd verò.* Sexta ibi, *Hoc nō ſolùm.* Septima ibi, *Ecce in quibus.* Octaua ibi, *Item cum aliquis.* Nona ibi, *Hoc etiam tunc obſeruandum.* Io. de Fan.

1 in concil. Aurelianēſi 5.c.12. Bur. l. 1.c. 186. Iuo p.5.ca. 302.

CASVS. Hic intitulatur 1.q. in qua quæritur, " an viuente epiſcopo alius poſſit loco eius ſubſtitui, & reſpondet, quòd non, niſi in caſibus ſcilicet niſi deponatur, vt 50.di. poſtquam. & niſi renūtiet, vt j. ead. q. qualiter. & niſi mutetur ſedes de licentia Papæ, vt j. ead. mutationes. & niſi per ambitionē tranſtulerit ſe ad aliā eccleſiam: quo caſu carebit vtraque, habita ſcilicet & ambita, vt j. e. ſi quis epiſcopus. ad inſtar inuaſoris, qui amittit rem inuaſam, & aliud tantundem, vt C. vnde vi. ſi quis in tantam, vel niſi intrauerit monaſterium, vel canonicam regulā de licentia Papæ, vt j. ea. hoc nequaquam. Probat ergo primò per cōcilium apud Aruerniā celebratum, quòd epiſcopo viuēte alius ſubſtitui non debet, niſi depoſitus ſit.

" epo viuente an poſſit alius ſubrogari.

2 Pol.l.2.ti. 17. Anſ.l.6. c.201. Bur.l. 1.c.188. Iuo p.5. c. 304.

3 Poly. l. 2. tit. 19.

a ¶ *Quòd autem viuente.*] Dicendum eſt, quòd non, niſi ſit depoſitus. 50. diſt. poſtquā. vel niſi renuntiauerit de licentia Papæ, vt j. e.c. mutationes. vel niſi per ambitionem ſe tranſtulerit ad aliam, quo caſu carebit habita, & ambita. j.e. ſi quis epiſcop9. ad inſtar inuaſoris, qui amittit rem inuaſam, & aliud tantundem, vt C. vnde vi, ſi quis in tantam. In ægrotante autem diſtinguunt quidam, ſi ægritudo eſt incurabilis, vt tunc alter ſubſtituatur, vel etiam ſi nimis ſenex eſt, ad inſtar iudicis. ff. de iud. ſi longius. C. de of. præf. ori. l. ſi quos. Sed hoc non admitto niſi in leproſo, qui à dignitate remouetur propter ſcandalum. ext. de cle. ęgr. tua. Hoc etiam ſcias, quòd epileptici, & alij diuturno morbo laborantes non promouentur, vt 33. diſt. communiter. & extr. de elect. cum inter. ſed promotum morbus non deijcit, vt hic, & j. c. 2. ſed datur ei coadiutor, vt j. c. 1. ſed ex diſpenſatione magna quandoque viuenti epiſcopo alter adiungitur, vt j. ead. non autem. & idem de quolibet clerico intelligas. ſed abbates facti inutiles remōuentur penitus. 18.q.2. ſi quis abbas. ſicut etiam fit in iudice. C. de off. præf. ori. ſi quos. cum etiam ex modicis cauſis remoueantur [a]. ext. de ſi. per tuas. vbi autem electus ſiue confirmatus ante ordinationem fit inhabilis, remouendus eſt, vt videtur ext. de ætat. & qual. c. 1. vitæ tamen neceſſaria recipiat. j. ead. quamuis.

a Dnt qdam iuris ordine ſeruato, vt ext. de acc. ad petitionē. ī fi. vbi đ hoc approbat Ho. licet Ber. ibi aliud innuere videatur p eū tit. c. qualiter. 2. in fi.

QVAESTIO I.

1 ps QVòd autem viuente [a] epiſcopo alius ſuperponi, aut ſuperordinari non poſſit, ex concilio apud Aruerniam A celebrato [1] definitum eſt, in quo legitur [*vt nullus viuente epiſcopo, alius ſuperponatur, aut ſuperordinetur epiſcopus, niſi forſitan in eius locum quē capitalis culpa deiecerit.*]

A ¶ Aruerniam.] *Burchardus etiā, & Iuo citant ex Aruernenſi. c. 13. extat autem in Aurelianenſi quinto, cap. 12.*

Item ex regeſto Gregorij Papæ, lib. 9. epiſtol. 41. ad Anatolium Conſtantinopolitanum diaconum.

¶ Pro moleſtia corporis ſuo honore non priuetur epiſcopus.

CAP. I.

2 SCripſit mihi tua dilectio, piiſſimum dominū noſtrum reuerendiſſimo fratri meo Ioanni primæ [b] Iuſtinianæ epiſcopo pro ægritudine capitis, quam patitur, præcipere ſuccedi: ne fortè, dum epiſcopi iura eadem ciuitas nō habet, (quod abſit) ab hoſtibus pereat 3. Et quidem nuſquam canones præcipiunt, vt pro ægritudine epiſcopo ſuccedatur: & omnino iniuſtum [c] eſt, vt ſi moleſtia corporis irruit, honore ſuo priuetur ægrotus. Atque ideo hoc per nos fieri nullatenus poteſt, ne peccatum in mea anima ex eius depoſitione veniat. Sed ſuggerendum eſt, vt ſi is, qui eſt in regimine, ægrotat, diſpenſator [d] illi requiratur talis, qui poſſit eius curam omnem [e] agere, & locum illius in regimine eccleſiæ (ipſo nō depoſito) ac in cuſtodia ciuitatis implere, vt nec omnipotens Deus offendatur, neque ciuitas inueniatur eſſe neglecta.

¶ *Caput hoc emendatum, & locupletatum eſt ex originali.*

Item libro 2. epiſt. 5. ad Candidū Epiſcopum.

¶ Flagellatis à Domino, afflictio addi non debet.

CAP. II.

4 CVm percuſſio corporalis imminet, vtrum pro purgatione [f], an pro vindicta contingat, Dei in hoc iudicium ignoratur: & ideò non debet à nobis addi flagellatis [g] afflictio [h] 5: ne nos culpæ (quod abſit) offenſa reſpiciat.

¶ *In decretalibus tit. de cler. ægro. c. 1. affertur initium tantummodo huius capitis, & ex ipſo quid agendū ſit, definitur.*

Idem Gregorius lib. 3. epiſt. 13. Maximiano A Epo Syracuſano.

A ¶ Maximiano.] *Sic eſt emendatū ex originali tam impreſſo, quàm manuſcripto. Nam antea erat,* Clemētino epiſcopo primati Bizanceno.

¶ Infirmitatis cauſa loco ſuo quis priuari non debet.

CAP. III.

PRæſentium latoris Adeodati querelam, qui ſe à ſui presbyteratus loco incongruè dicit expulſum, licet ſubditæ tibi textus petitionis explanet: tamen paulò latius iudicauimus, apertiusq; retexēdā. Aſſerit namq; à Quintiano fratre, & coëpiſcopo noſtro in loco ſuo p quibuſdā ſe ſuis ordinandis negotijs relaxatū,

SCripſit mihi tua dilectio.] CASVS. Ioannes primæ Iuſtinianæ eps tanta ægritudinæ capitis laborabat, q̧ epale officiū exercere nō poterat. Ne igitur ciuitas præfata dilaniaretᷣ ab hoſte. Anatolius diacon9 Cōſtantinopolitanus ſupplicauit Greg. vt alium ſubſtitueret epiſcopū. Gregorius verò ſcribēs ei dicit hoc nō eſſe faciendum. Iniuſtū eſt. n. vt quis pro ęgritudine ſua ſuo priuetur honore, ſed coadiutor ei detur, q vicē eius gerat, vt Deus n̄ offendatur, & ciuitas nō negligatur.

b ¶ *Primæ.*] i. Salonitanæ, qa ibi iuſtinian9 primò reſedit. Alij dicunt Rauennā, & non Salonitanam eſſe primam Iuſtiniani ſedē.

c ¶ *Et ideo iniuſtum.*] præeſſe. n. intelligitur, licet ſit infirmus, ſicut ſeruus ſeruire intelligitur licet ſit infirmus. ff. de ſta. liber. cū hæres.

4 Ext. đ cle. ægr. c. 1.

d ¶ *Diſpenſator.*] ſi. ff. de tutel. ſolet ē t. vbi dicitᷣ q̧ ſi tutor propter longam ægritudinē nō poteſt adeſſe, datur curator, qui potius dicitur adminiſtrator.

5 Concord. tex. ī l. ſi ſeruus. ff. đ eui. & ī auth. nauigia. cū gl. 2. C. de fur.

e ¶ *Curam omnem.*] i. res eius adminiſtrare. ſed q̄ ſpectant ad pōtificale officiū, vicini epi ſupplebūt. j. e. pontifices. Et eſt hic arg. " q̧ coadiutor & adminiſtratores vel viſitatores debeant habere liberā & generalē adminiſtrationē [b], vt j. e. q̄uis. & ext. de elec. cum nobis olim. in fi. & 21. q. 1. relatio. Sed quid ſi iſte nolit habere coadiutorē? Dico eū cogēdū per ſuperiorē. ex. de cenſ. Romana. verſ. ſi verò. li. 6. & ar. ff. de mi. l. ait. §. 1. multa. n. bona præſtantur inuitis, vt 45. diſt. & qui emēdat.

" coadiutor debet habere liberā adminiſtrōnē.

b Multò fortius hoc obtinere dȝ in vero p̄lato: qđ eſt verū, vt no. 5. q. 3. c. vlt. Arc.

CVm percuſſio.] CASVS. Calumnioſus clericus corporalē patiebatur pcuſſionē, cuius occaſione Cādidus epiſcopus de vrbe veteri ipſum beneficio eccleſiæ ſpoliauit. ſuper quo cum Greg. querela pulſaretᷣ, præcepit Candido, quatenus oīa ſibi reſtituat: quia ſi pro ægritudine eccleſia priuaretur, & Deus offenderetᷣ, & alij nō inuenirentᷣ, hoc exēplo deterriti, q vellēt eccleſię militare. Et iſte caſus colligitᷣ ex hoc cap. & ex dec. q̄ eſt ex. de cle. ęgr. cū pcuſſio.

f ¶ *Purgatione.*] id eſt, probatione. j. ead. aduerſitas.

g ¶ *Flagellatis.*] ſufficienter, " ſed nō ſufficiēter afflictis addi poteſt, vt 21. q. 5. ſi quis à proprio. & c. ſeq. & eſt arg. quòd poſt pęnitentiam non poteſt quis accuſari [c] de crimine: ſimiliter nec duplici damno debet quis puniri. ff. de iure. do. iure. & ff. de cond. ob cau. ſi peccuniam. §. vltim. ſimiliter pœna non debet verti in culpam, vt s. diſt. 5. baptizari. & c. ad eius verò.

" Afflictio qn̄que datur afflictis.

c Hoc arg. n̄ pcedit, 34. q. 2. admonere. Quod dic vt nota. extr. de acc. de his.

h ¶ *Afflictio.*] s. 3. q. 9. indicas. & extr. de iud. at ſi clerici. & s. diſt. 5. c. 1.

PRæſentium.] CASVS. Adeodatus prēsbyter accepit à Quintiano epiſcopo ſuo licentiam, vt ad certum tempus abeſſet ab eccleſia ſua pro quibuſdam ſuis negotijs ordinandis: ſed cum propter ęgritudinem ſtetiſſet vltra tempus præfixum ei: epiſcopus eius, ſcilicet Quintianus alium ſibi ſubſtituit. Gregorius autem cum ex hoc querelā ſuſcepiſſet, ſcribit Maximiano

ximiano epiſcopo Syrac. vt inquirat veritatem huius rei, & ſi inuenerit ꝙ ægritudinis cauſa per duos menſes abfuiſſet, reſtituat eum in loco ſuo: ſubſtitutum verò presbyterum, ſi nō per ſimoniam fuit ibi presbyter ordinatus, in alia quacunque vacante eccleſia inſtituat: ſi verò per ſimoniam degradetur.

ægritudiniſq; cauſa per duorum [a] menſium ſpatium ſuæ ſe eccleſię defuiſſe: Cuius rei occaſionem captantem prædictū fratrē noſtrū, alium loco eius illic presbyterū ordinaſſe. Hortamur itaq; fraternitatem tuā, vt cauſam eius ſolicitè perquiras, diſtrictèque diſcutias, & ſi manifeſtæ ægritudinis, ſicut dicitur, cauſa eccleſiæ ſuæ eum defuiſſe repereris, nullū ei ex ordinatione alterius presbyteri permittas præiudicium generari: ſed in locum ſuum ſine aliqua eum fac dubietate reſtitui. *& infrà.* ¶ Illud autem charitatem tuam ſpecialiter admonemus, vt ſi vera fuerit huius ſuggeſtio, atque in ſuum fuerit ordinem reſtitutus, de preſbytero, qui in loco eius, ordinatus eſt, ſubtiliter, diſtrictèque debeas eſſe ſolicitus. Et, ſi quidē ſine datione aliqua ad eundem ordinem peruenerit, vt in ſimoniacam hæreſim non potuiſſet incidere: in alia [b] quacunque vacante eccleſia eum volumus ordinari. Sin autem in eo quippiam (quod auertat Dominus) fuerit tale repertū, ipſo etiam presbyteratus priuetur ordine, quem non cauſa replendæ neceſſitatis eccleſię, ſed ſola comprobatur ambitione ſuſcepiſſe.

Item Nicolaus Papa Aluino † *Ianuenſi Archiepiſcopo.*

¶ Pro infirmitate, vel ægritudine Pontifices nō ſunt abijciendi. nec in eorum locum alij ſubſtituendi.

a ¶ [*Per duorum.*] idem fortè ſi per vnum, vt ǰ.ead. ſi quis in clero [a]. hic ſumit argumen. M. quòd ſi epiſcopus indeterminatè licētiauit clericum, non videtur eū licentiaſſe vltra duos menſes: ſed tamen hoc eſt referendum ad arbitrium boni viri, conſiderato negotio, arg. ff. de verb. ob. continuus. Ad hoc c. bene facit ff. de re mili. qui commeatus. nam ibi dicitur, ꝙ ſi aliquis abeſt vltra ſtatutum tempus, pro deſertore habetur. ſi. bonum argu. 21. q. 2. placuit. poteſt tamen per modicum tempus purgare moram. 88. diſtin. perlatum. “ Non enim feſtinabit iudex ad ſententiam, vbi quis iuſta cauſa abfuerit [b], vt ff. de dam. infe. ſi finita. § ſi fortè. licet etiā ad pręfixum terminum reus non veniat, ſed habebitur ratio viarum, temporis, & ægritudinis, & alterius impedimenti, vt ff. de va. mu. tempus. ff. quibus. ex cauſ. ma. ſi cui. §. 1. poteſt enim abſens iuſtam habere excuſationem, vt extr. vt lit. non cōte. quoniam frequenter. Lex dicit, ꝙ ſi quis per licentiam abeſt, ſi vſque ad quinquennium non reuertitur, punitur, vt C. de aduoc. di. iud. l. vlt. lo.

b ¶ [*In alia.*] Arg. “ ꝙ ſi concedo alicui eccleſiam, quę ab eo euincitur, teneor ei aliam cōcedere, vt ext. de præb. inter cætera. quia iuuari nos beneficijs nō decipi oportet, vt ff. cōmo. l. in cōmodato. §. pe. ǰ. c. omnis. & c. paſtoralis. & eſt cōtra id quod dicit lex, ꝙ donator non tenetur de euictione, vt C. de ædi. edic. ad res donatas. ſed hic nō dicitur epiſcopus donare: quia habet neceſſe concedere eccleſiam, & in neceſſitatib. nemo liberalis exiſtit. ff. de adim. le. rem legatam. Tamen de dolo poſſum agere contra donatorem, ſi mihi ſcienter det rem alienam, vt ff. de don. Ariſto. §. vlt. Item ſi quis per violentiam expellitur de eccleſia, non habet recurſum ad epiſcopum: ſicut nec emptor ad venditorem in hoc caſu, vt C. de act. emp. & ven. l. expulſos. Et no. ꝙ hoc c. ſemper conſueuit ad hoc induci [c], ꝙ ſpoliatus à iudice non poſſit petere reſtitutionem [d], vt 2. q. 1. notum. Iudex enim non dicitur facere violentiam, vt 23. q. 2. c. 1. ff. quod met. cauſ. l. 3. Semper enim pro ſuo facto præſumitur, niſi poſſit de dolo argui, vt 2. q. 6. hoc etiam. Ioan.

a de hoc plenè not. extr. vt li. nō cōt. qm̄. in gl. de abſētia, &c. & ǰ. e. §. eius ambitionis. Ar.

“ Abſens nō eſt feſtina ſn̄ia condēnandus.

b Adde ꝙ talis ſn̄ia non pſumitur ſolemnis. gl. in l. 2. ff. de in ius voc.

† al. Albino Vienenſi.

“ Eccleſia euicta an poſſit agi cōtra ep̄m qui illā cōtulit.

c Ad hoc fa. quia primò de cauſa cognoſcitur, vt ibi patet.

d Reſtitutionem. hoc verū ſi ritè & iuridicè ſit ſpoliat⁹, alias ſec⁹. Pan. c. cōquerentе de reſti. ſpol. & à iudice competenti habente poteſtatē licet iniuſtè faciat. Panor. c. cū cauſa. de of. del. debet ergo appellare, vel reſtitutionem in integrū verbis adūbratis petere, ceſſantib. remedijs contra priuatos proditis.

PONTIFICES.] CASVS. Aluinus archiepiſcopus duas fecit quæſtiones Papæ Nicolao. Prima fuit, vtrum propter ægritudinem pontifices ſint abijciendi à dignitate. Et reſp. ꝙ non, nec alij debent loco eorum ſubſtitui, niſi prius de hoc ſeculo migrauerint, & presbyteri eorum defectum ſupplere debent, & in quibus ſupplere non valent, ſuppleant vicini epiſcopi, qui debent cum cautela vocari, ne eccleſiæ præiudicium fiat. Secunda quæſtio fuit, vtrum epiſcopi greges ſuos dimittere poſſint, & reſpondet quòd non.

c ¶ [*Quæ licita ſunt.*] vt Miſſam canere, & prædicare, vt 95. diſtin. ecce.

d ¶ [*Sacerdotes.*] id eſt, archidiaconi, vel decani, qui vicarij ſunt epiſcopi, vt 25. diſt. perlectus.

e ¶ [*Non licet.*] in his quæ ſpectant ad officium epiſcopale, quod eſt 68. diſt. quamuis.

CAP. IIII.

1 PONTIFICES, qui aliqua occupantur infirmitate, vel ægritudine, abijciendi non ſunt, nec alios in loco eorum conſecrari oportet, niſi ex hac fuerint luce ſubtracti. Quòd ſi de miniſterio ſibi conceſſo cōqueruntur, quę licita ſunt [c], ſacerdotes [d] expleant. In his verò, quæ his præſumere non licet [e], vicinorum [f] vſque [g] ad recipiendam ſanitatem epiſcoporum auxilia ſubrogentur: & hoc cum cautelæ [h] ſtudio peragatur, ne per neceſſitatis occaſionem præſumptionis pullulet ambitio. Epiſcopos verò, qui Dominici gregis ſuſceperunt curam, atque ſolicitudinem, ab adminiſtratione eorum diſcedere non oportet, vt accepti talēti pulchritudo nō deleatur, ſed certamine † eorum ſalubriter augeatur, & triplicetur fructus †.

Item ex libr. 4. epiſto. 2. Cypriani epiſcopi & martyris ad Antonianum.

¶ Viuente epiſcopo alius ſibi ſuccedere non valet.

CAP. V.

2 FACTUS eſt Cornelius epiſcopus de Dei, & Chriſti eius iudicio, de clericorum penè omniū teſtimonio, de plebis, quæ tunc [i] affuit, ſuffragio, & de ſacerdotum antiquorum & bonorum virorū collegio, A,

f ¶ [*Vicinorum.*] ſic 65. diſt. ſi fortè.

g ¶ [*Vſque.*] ſic C. de cu. fur. cum alijs.

h ¶ [*Cum cautelæ.*] id eſt præſtabit cautionē de bonis eccleſiæ non vſurpandis. Ioan.

h ¶ [*Cum cautelæ.*] id eſt præſtabit cautionē quòd ex hoc ſibi nullum ius vendicabit. & argu. eſt quòd quis pro poſſeſſore habetur ex eo quòd fuit in poſſeſſione [e], niſi proteſtatio præceſſerit, vt hic, & s̃. 24. diſtinct. presbyteri. & extra de iu. pat. conſultationibus. argum. contra extra de reſtit. ſpolia. olim. 3. & 10. q. 3. quia. & extr. de offi. deleg. conſultationibus. Ioan.

FACTUS.] CASVS. Hæc v. c. loquuntur de Nouatiano Papa ſchiſmatico, eiuſq; cōplicibus. Eſt ergo caſus huius c. & ſequen. Defuncto Papa Fabiano, electus eſt Cornelius verè ab omnibus Cardinalibus, ſcilicet, xvj. habito ſuffragio plebis, & antiquorum ſacerdotum, & bonorum virorum conſenſu. poſtea Nouatianus electus eſt à paucis, qui ſic intruſus Cornelium moleſtando cœpit orbem peragrare, & catholicos deponere epiſcopos, & alios ſubſtituere. Scribit ergo Cyprianus martyr omnibus Chriſtianis, quòd ſolus Cornelius eſt verus Papa: ſed Nouatianus Papa, qui poſt illum Cornelium eſt electus, profanus eſt & malus: nec dicitur ſecundus, imo potius nullus. & hortatur Chriſtianos ne recipiant illum: quia licet nunc in initio ferueat, diu tamen durare non poteſt.

i ¶ [*Quæ tunc.*] “ Hic videtur quòd abſentes non ſunt vocandi ad electionem, vt 10. quæſt. 2. hoc ius. & extra de ſenten. & re iud. cum olim. maximè ſi ſint remoti, vt extra de ele. cum inter. imo & ſi in hortis ſunt, non videntur vocandi. vt 2. q. 6. §. biduum. ſufficit enim ad citationem pulſatio campanæ, vt extra de offic. cu. cap. 1. & 2. extra de elect. in cauſis. & extra de poſtul. præl. cap. penul. & antepen. & lex dicit illos ſolos vocandos qui ſunt in vrbe, vt C. de leg. l. vlt. lib. 10. Quod autem vocandi ſint abſentes, probatur 63. diſt. quanto. alioquin plus nocet contemptus vnius, quàm contradictio plurium, vt extra de elect. quòd ſicut. & cap. cum nobis olim. Nam remoti ſunt vocandi vbi tractatur publica vtilitas, vt C. de decur. curiales. 2. libro. 10. Solu. Semper vocandi ſunt vbi commodè vocari poſſunt, vt extra de elect. quòd ſicut. ſed ſi abſentes non poſſunt intereſſe, reliqui poſſunt eligere, vt ibidem dicitur. tamen ſi aliquis non poteſt intereſſe, ſi ſuo iuramento fidem de hoc fecerit, permittitur ei per procuratorem eligere, qui ſit de collegio, vt extra de elect. quia propter. extra prouinciam tamen non ſunt vocandi, vt ext. de ele. coram. quia poteſt abſens habere iuſtam excuſationē, vt extr. vt lit. non conte. quoniam

1 Iuo p. 5. c. 352.

e iſtā ſententiam vr̄ tenere Innoc. ext. de reſti. ſpol. ſæpe. in gl. ff. de iud. &c. in ſi. ver. Inn. plus vr̄, &c. Arc.

† al. certamen.

† abeſt à multis.

2 Pol. l. 7. ti. 4. Anſ. l. 16. c. 58. Iuo p. 5. c. 359.

“ Abſentes an ſint ad electionem vocandi.

frequenter. Hodie autem ſuper iſta vocatione ſufficit conſuetudo eccleſiarum, per decretalem, extra de elect. in Geneſi.

a ¶*Quo occupato.*] id eſt, canonicè ſumpto.

b ¶*Confirmato.*] Ergo electio Papæ eſt confirmanda[a].

a Hoc tamē non eſt verum, & ſpeciale eſt in eo, quia cū eligitur, confirmatur, & confirmādo eligitur, vt 23. diſtin. in nomine Domini.

c ¶*Ordinationem.*] Arg. ꝙ quæ ab intruſo fiunt, non tenent, vt 12. q. 2. alienationes 9. queſtio. 1. ordinationes.

Additio. Ad hoc no. extra de elect. nihil. in gl. in duobus caſib. extra de ſchiſm. c. 1. ibi videas.

d ¶*Sed nullus.*] Arg. ꝙ nullus eſt, q malus eſt. ſim. extra de tranſlat. inter corporalia. ſic 2. q. 7. nō omnes. & 19. diſt. ſecundū. Arg. contra. 1. q. 1. quod quidam.

Novatianus.]

e ¶*Diuiſa.*] 24 q. 1. loquitur.

f ¶*Humanam.*] id eſt, non ſpiritualem.

g ¶*Initia.*] Arg. contra nouitios magiſtros, qui primò feruent, & poſtea deficiunt. 23. q. 4. diſplicet. & c. non inuenit. & c. ſi eccleſia. imo à minimis eſt incipiendum, vt 48. diſt. ſicut.

Scire debes.] Casvs. Scribit Cyprianus ad Puppianū, ꝙ ſolus Cornelius eſt epiſcopus: & ei obedientes ſunt in eccleſia. Nouationi verò, qui cum ſacerdotibus Dei pacem non habent, & per obreptionem dignitatem arripiunt, non ſunt in eccleſia. quæ tantū vna eſt, nec poteſt eſſe diuiſa. *Cum epiſcopo non ſit*: ſcilicet in communione epiſcopi.

1 Anſel. l. 6. c. 59.

h ¶*In eccleſia.*] 6. q. 2. ſi tantum. cōtra. ſed ibi ſolutum eſt." hic dicitur eccleſia epiſcopus. alibi eſt idem quod eccleſiaſtici viri, vt ſ. 63. diſt. c. 1. alibi ponitur pro maiori parte, vt ſ. 51. diſt. Apoſtolica. qñque pro congregatione fidelium. j. de conſe. diſtin. 1. eccleſia. Et dicit per exempla varias ſignificationes, vt ext. de teſta. relatum. & ext. de verb. ſig. cum clerici. extra de vſu pal. c. 1.

" Eccleſia multipliciter dicitur.

† conetur.] Orig.

Quā periculoſum.] Casvs. Cornelius Papa volebat renūtiare papatui ꝓpter tribulationes, quas à Nouatiano ſuſtinebat: ſed Cyprianus dehortatur eum, & dicit hoc non eſſe ei faciendum: quia ſibi eſſet periculoſum, ſi in tanta tribulatione eccleſiam dimitteret: præterea ſi modò renūtiaret, de cætero repetere non poſſet. Et hoc probat exemplo Eſau, qui ius primogenituræ cui renuntiauit, repetere non potuit.

i ¶*Quàm periculoſum.*] Arg." ꝙ qui iuri ſuo renūtiat, illud repetere non poteſt. j. ea. eos. 23. q. 4. ſi illic. ff. de ſuc. edi. l. 1. §. qui ſemel. & C. de pac. poſtquam. j. c. hoc nequaquam. & ff. de ædil. edi. quæritur. §. ſi venditor. vbi dicitur, ꝙ remittentibus actiones ſuas nō eſt dandus regreſſus ad eas. 92. diſt. ſi quis epiſcopus. 18. q. vlti. dudum. & notaui 6. q 3. denique.

" iuri ſuo renuntians, illud repetere non pōt.

k ¶*In diuinis.*] tempore periculi, vt j. ca. ſuggeſtum.

l ¶*Primatus.*] ius ergo primogenituræ (vt dicunt) eſt dignitas talis: quia primogeniti præ alijs in feſtis ſacrificia offerebāt, & quòd ſedebant ad dexteram patris, & ꝙ cibos duplicatos recipiebant. Et dicit Gandulphus Eſau cōmiſiſſe ſimoniam." quia illud ius ſpirituale fuerat qđ vendidit[b]. ſed eſt cōtra eum. 1. q. 1. qui ſtudet. vbi dicit ꝙ Giezi fuit primus q cōmiſit ſimoniam. Sed nunquid peccauit Iacob emendo? Non, qa gratis hoc fuiſſet daturus: vel quia redemit id quod ſibi diuinitus erat debitum. extra de diuort. gaudemus.

" Ius primogenituræ an ſit ſpūale.

b Dicit Hu. hoc eſſe falſum, qa nullū ſpirituale vendidit: ſed quia in tali vēditione peccauerit: vt ex eo qđ le. & no. de pœ. diſ. 3. Iudas. Dicit L. ꝙ in eo ſolo peccauit, quia vilē cibū exarſit. 41. diſt. quiſquis. & idē Hug.

Denique.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In 1. parte oſtendit Cyprianus ſchiſmaticos graui pœna eſſe puniendos. Et hoc probat trib. exemplis, ſ. exemplo decem tribuum, quas Dominus captiuauit, & retruſit vltra montes Caſpios: quia ſegregato Roboā filio Salomonis, fecerūt ſibi regem Hieroboam filiū Nabath. & exemplo Abdo prophetæ, qui necatus eſt à leone, quia comedit panē & bibit aquā in terra decem tribuū contra Dñi prohibitionem. Et exemplo Samaritanorū, quos Dominus voluit dimitti & præteriri: quia ibi erant ſchiſmatici. In ij. parte dicit, ꝙ non prodeſt Nouatianis adorare vnum & eundem Deū, quem Cornelius adorat: qa Core & Dathan & Abyron adorabant eundem Deum cum Moyſe & Aaron, tamē ſunt percuſſi pp ſchiſma, qđ fecerunt, & thuribula eorum conflata in ſignum perpetuum affixa ſunt altarib. Secunda pars incipit ibi, *Quod verò.*

a ¶*Rege*

---

cum nemo ante ſe factus eſſet, cum Fabiani locus, id eſt, cum locus Petri, & gradus cathedræ ſacerdotalis vacaret: quo occupato[a] de Dei voluntate, atque omnium noſtrûm conſenſione firmato[b], quiſquis iā epiſcopus fieri voluerit, foris fiat neceſſe eſt: nec habeat eccleſiaſticam ordinationē[c], qui eccleſiæ non tenet vnitatem. Quiſquis ille fuerit, multum de ſe licet iactans, & ſibi plurimum vendicās, profanus eſt, alienus eſt foris eſt. Et cū poſt primū ſecundus eſſe non poſſit: quiſquis poſt vnū, qui ſolus eſſe debeat, factus eſt, non iam ſecundus ille, ſed nullus[d] eſt.

A ¶Collegio.] *Sic legitur in codicibus Cypriani impreſſis, & manuſcriptis, & Polycarpo. Ac ſimilis ferè locutio eſt in ſeq. capite, & 23. q. 8. ſi quis membrorum. Antea erat.* conſenſu.

Item in eadem epiſtola inferius.

¶Non eſt epiſcopus, qui in locum viuentis irrepſerit.

CAP. VI.

1 Novatianus A epiſcopus nō eſt, qui Cornelio epiſcopo in eccleſia à ſexdecim coëpiſcopis facto, adulter, atq; extraneus epiſcopus fieri à deſertoribus per ambitū nititur: & cum ſit à Chriſto vna eccleſia per totū mundum in multa membra diuiſa[e], item epiſcopatus vnus, epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus, ille poſt Dei traditionem poſt cōnexam, & vbique cōiunctam catholicæ eccleſiæ vnitatem, humanā[f] conatur† eccleſiam facere, & per plurimas ciuitates nouos Apoſtolos ſuos mittit, vt quædam recentia inſtitutionis ſuæ fundamenta conſtituat: cumque iāpridem per omnes prouincias, & per vrbes ſingulas ordinati ſint epiſcopi in ætate antiqui, in fide integri, in preſſura probati, in ꝑſecutione proſcripti: ille ſuper eos creare alios pſeudoëpiſcopos audet: quaſi poſſit, aut totum orbem noui conatus obſtinatione peragrare, aut eccleſiaſtici corporis compaginem, B diſcordiæ ſuæ ſeminatione reſcindere, neſciens ſchiſmaticos ſemper inter initia[g] feruere, incrementa verò habere non poſſe, nec augere, quod illicitè cœperint, ſed ſtatim cum praua ſua æmulatione deficere. *& infrà.* ¶Qui ergo nec vnitatem ſpiritus, nec coniunctionem pacis obſeruat, & ſe ab eccleſiæ vinculo, atque à ſacerdotum collegio ſeparat, epiſcopi nec poteſtatē poteſt habere, nec honorem, qui epiſcopatus nec vnitatem voluit tenere, nec pacem.

A ¶Nouatianus.] *Rectè aptatum eſt à collectoribus hoc initium, ne ſuperiora etiam afferenda eſſent. Nā apud Cyprianum ſic legitur poſt multa*: niſi ſi epiſcopus tibi videtur, qui epiſcopo in eccleſia, &c.

B ¶Corporis compaginem.] *Sic emendatum eſt ex aliquot vetuſtis, & Anſelmo, & ipſo originali: antea enim legebatur,* ordinis cōpaginem.

Idem ad Florentium Puppianum, eodem l. 4. epiſt. 9.

¶Non eſt in eccleſia, qui cum epiſcopo pacem non habet.

CAP. VII.

2 Scire debes epiſcopum in eccleſia[h] eſſe, & eccleſiam in epiſcopo, & ſi qui cum epiſcopo non ſit, in eccleſia non eſſe, & fruſtrà ſibi blandiri eos, qui pacem cum ſacerdotibus Dei non habentes obrepūt, & latentes† apud quoſdam communicare ſe credunt, quando eccleſia†, quæ catholica vna eſt, ſciſſa non ſit, neque diuiſa.

2 Iuo p. 5. c. 360.

† al. latēter.

† al. eccleſia catholica q̄ vna.

Idem ad Iubaianum.

¶Suo iure quis cedere non debet.

CAP. VIII.

Qvàm[i] periculoſum ſit in diuinis[k] rebus, vt quis cedat iure ſuo, & poteſtate, ſcriptura ſancta declarat: cum in Geneſi Eſau primatus[l] ſuos inde perdiderit: nec recipere id poſtmodum potuerit, quod ſemel ceſſit.

Gen. 25.

Idem lib. 1. epiſt. 6. ad Magnum.

¶Perditionem ſibi acquirunt, qui ab epiſcopis recedentes vnitatem eccleſiæ ſcindunt.

CAP. IX.

Denique quàm ſit inſeparabile vnitatis ſacramentum, & quàm ſine ſpe ſint, & perditionem ſibi maximam de indignatione Dei acquirant, qui ſchiſma faciunt, & relicto epiſcopo aliū ſibi foris pſeudo ëpiſcopum conſtituunt, declarat in libris regnorum ſcriptura diuina, vbi à tribu Iuda, & Beniamin decem tribus ſciſſæ

3. Reg. 12.

† abeſt ab orig.

4. Reg.17.

« regum filij debent eſſe reges.

a Ad huius dicti declarationem videas qõnem B. quæ incipit, Bonon. iurauerunt, &c.& eſt qõ dominicalis & j.eo. ſicut vir. & in gl. 2.& qđ le.& not.32. qõ. 4. recurrat. ver.quæ autem peperit.Ar.

3 Reg.13.

† al. diuina cenſura per cuſſus eſt.

Matth.10.

b Qđ leg.& not. extr.de ele. dudum.

1 j.24.q.1. c.didicimus §.qđ verò.

Num.16.

a ¶ *Rege ſuo.*] ſ. filio Salomonis." Et eſt hic arg.ꝙ filij regũ de iure debent eſſe reges.argu. contra. 8.q.1. Moyſes. & 93.diſt. legimus.

b ¶ *Quod ijdem qui.*] arg.ꝙ idem eſt populus qui fuit ante mille annos a.ſic 16. diſt.habeo.& ff.de iud.proponebatur. Sed cõtra,iſti fuerunt ante tempus Chriſti vltra Caſpios montes tranſlati. Sed dic,ꝙ adhuc multi ſeq̃bant eos in vitijs ſuis: vñ illi ijdem dicebãtur eſſe cũ eis. 1.q. 1. cito.

c ¶ *Adæquari.*] 24.q. 1.non afferamus. contra.vbi dicit ſchiſma eſſe grauius peccatum, ſed expone, grauius,id eſt, periculoſius.34.q. 4.nemo.

d ¶ *Memoriale.*] hæc quæ generant materiã mali, iubentur publicè exponi, vt alijs terror incutiatur,vt hic,& 19. q.3.mandamus. qñque iubentur deſtrui,ne refricent facti memoriã. 15.q.1.mulier. Ioan.

e ¶ *Schiſma.*] ita magnum vt iſti Nouatiani nouam fecerint eccleſiam.

NOn *furem.*] CASVS. Verno dux Britanniæ propter munera defendebat Gillãdum, qui ſedem Nanneticam vſurpauerat viuente prælato: vnde Leo monet ipſum ducem ne de cætero Gillandum defendat.

f ¶ *Non furem.*]i.nõ inuaſorem: furtum.n. non committitur in re immobili, vt inſtit. de vſuc.§.quod autem b.

SIcut.] CASVS. Hoc c.diuiditur in ij.partes. In j.parte notatur ſimilitudo inter matrimonium ſpirituale, & carnale: quia ſicut vir non debet vxorem ſuã dimittere, ita nec epiſcopus eccleſiam ſuam abſque ineuitabili neceſſitate, vel Apoſtolica mutatione, & ſicut vxori non licet dimittere virum,& adhærere alij,licet fuerit fornicatus, ſed aut ei reconciliari,aut innupta remanere: ſic eccleſia ſuum nõ debet dimittere epiſcopum:& ſi dimiſerit, aut ſibi reconcilietur, aut innupta ꝑmaneat. In ij. parte dicitur, ꝙ epiſcopus debet docere & amare eccleſiam ſuam,& ẽconuerſo eccleſia epiſcopum ſuũ.

ſunt, & relicto rege ſuo a † alterum ſibi foris conſtituerunt. [Et indignatus eſt, inquit, Dominus in omne ſemen Iſraël, & dimouit eos, & dedit eos in direptionem, donec abijceret eos à facie ſua: quia diſſipatus eſt Iſraël à domo Dauid, & cõſtituerunt ſibi regem Hieroboam filium Nabat.] Indignatum eſſe Dominum dicit, & eos in perditionem dediſſe, ꝙ ab vnitate diſſipati eſſent, atq; alterum ſibi regem conſtituiſſent. Et tanta indignatio Domini extitit aduerſus illos, qui ſchiſma fecerant, vt etiam cum homo Dei ad Hieroboam miſſus eſſet, qui ei peccata ſua exprobraret, atque vltionem futuram prædiceret, panem quoque apud illos edere, & aquã bibere vetaretur. Quod cum non cuſtodiſſet, & contra pręceptum Dei prandiſſet, ſtatim diuinæ cenſuræ maieſtate percuſſus eſt †, vt inde regrediens impetu, ac morſu leonis in itinere necaret. *& paucis interiectis.* ¶Satiat A adhuc in Euangelio ſuo Dominus, & maiorem intelligentiæ lucem manifeſtat, quòd ijdem, qui b ſe tunc à tribu Iuda, & Beniamin ſciderant, & Hieroſolymis derelictis Samariam ſeceſſerant, inter profanos, & gentiles cõputarentur. Nam, cum primũ diſcipulos ſuos in miniſterium ſalutis mitteret, mandauit, & dixit [In viam nationum ne ieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis.] Ad Iudæos prius mittens, gentiles adhuc præteriri iubet. Addendo autem & ciuitatem Samaritanorum debere omitti, vbi erant ſchiſmatici, oſtẽdit ſchiſmaticos gentilibus adæquari c. *& poſt pauca.* 1 ¶Quòd verò eundem, quem & nos Deum patrem, eundem filium Chriſtũ, eundem Spiritum ſanctũ noſſe dicuntur, nec hoc adiuuare tales poteſt. Nam & Core, & Dathan, & Abyron cum ſacerdote Aaron, & Moyſe eundem Deum nouerant: pari lege, & religione viuentes vnũ, & verum Deum, qui colendus, atque inuocandus fuerat, inuocabant: tamen quia loci ſui miniſterium tranſgreſſi cõtra Aaron ſacerdotem, qui ſacerdotium legitimum dignatione Dei, atque ordinatione perceperat, ſacrificandi ſibi licentiam vendicauerunt, diuinitus pcuſſi pœnas ſtatim pro illicitis conatibus repẽderunt: nec potuerunt rata eſſe, & proficere ſacrificia irreligioſè, & illicitè contra ius diuinæ diſpoſitionis oblata. Thuribula quoque ipſa, in quibus incenſum illicitè fuerat oblatum, ne in vſu de cætero eſſent ſacerdotibus, ſed potius indignationis, & vltionis diuinæ memoriam corrigendis poſteris exhiberent: iuſſu Domini conflata, atque igne purgata in laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari, ſecundum ꝙ loquit̃ ſcriptura diuina [2 Memoriale d, inquit, filijs Iſraël, vt non accedat quiſquam alienigena, qui non eſt ex ſemine Aaron, imponere incenſum ante Dominum, vt non ſit, ſicut Core.] Et tamen illi ſchiſma e non fecerant, nec foras egreſſi, contra Dei ſacerdotes impudenter, atque hoſtiliter rebellauerant. Quod nunc hi eccleſiam ſcindentes, & cõtra pacem, atq; vnitatem Chriſti rebelles, cathedram ſibi conſtituere, & primatum aſſumere, & baptizandi, atque offerendi licentiam vendicare conãtur.

A ¶Satiat adhuc.] *Antea legebatur*, Sed adhuc. *Emendatum eſt ex vetuſtis codicibus Cypriani, quos Romana editio hoc loco ſecuta eſt. Hoc verbo utitur etiam in libro de opere, & eleemoſynis ſic ſcribens*, deprecationes ſolas parum valere, niſi factorum, & operum acceſſione ſatientur. *ita enim habent vetuſti codices, & cætera editiones præter Romanam, in qua operarum culpa, eius verbi loco, poſitum eſt* adiuuentur.

Item Leo iiij. Vernoni Duci Britanniæ.

¶Non eſt defendendus, qui viuentis locum inuadit.

CAP. X.

NOn furem f, nec latronem, qualem Gillandum † eſſe ſentimus in Nannetica ſede, qui viuentis (quod non licuit) locum non timuit vſurpare pro cuiuſcunque muneris donis vltrà debes defenſare.

† al.Giſtardum.

Item Euariſtus Papa, epiſt. 2. omnibus Epiſcopis.

¶Non licet epiſcopo eccleſiam ſuam dimittere.

CAP. XI.

3 SIcut vir nõ debet adulterare g vxorem ſuam: ita nec epiſcopus eccleſiam ſuam, id eſt vt illam dimittat, ad quã ſacratus eſt, abſque ineuitabili neceſſitate, aut Apoſtolica, vel regulari mutatione, & alteri ſe ambitus cauſa coniungat. Et ſicut vxori non licet dimittere virum ſuum, vt alteri ſe, viuente eo, matrimonio ſociet, aut eum adulteret h, licet fornicatus i ſit vir eius, ſed iuxta Apoſtolum, aut viro ſuo reconciliari debet, aut manere innupta: ita eccleſiæ non licet dimittere epiſcopum ſuum, aut ab eo ſe ſegregare, vt alterũ, viuente eo, accipiat: ſed aut ipſum habeat, aut innupta maneat: ideſt alterũ epiſcopum, ſuo viuente, non accipiat, ne fornicationis, aut adulterij crimen incurrat. Si verò adulterata k fuerit, id eſt, ſi ſe alteri epiſcopo iunxerit, aut ſuper ſe

3 Pol.l.1.ti. 8.Bur.l.1.c. 76. Anſel.l. 6.c.102.Iuo p.5.c.182.

1. Cor.7.

Secunda pars incipit ibi, *Epiſcopum verò.*

g ¶ *Adulterare.*] id eſt, dimittere vt adulteretur cum alia.

h ¶ *Adulteret.*] i.dimittat fornicantem.

i ¶ *Fornicatus.*] "Vxor poteſt dimittere virum ob fornicationẽ ſicut vir vxorem: quia non ad imparia iudicantur. 32.q.1.ſi quis vxorem. ſed non põt eum dimittere, vt alij adhæreat.

k ¶ *Adulterata.*] " ergo eccleſia poteſt delinquere, & etiam vniuerſitas. argu.ff. de ori. iur.l.2.§.illud. & eſt cõtra illud.ff. de dol. ſi ex dolo. vbi dicitur, ꝙ municipes non poſſunt facere dolum: ſupple de facili. " Sed nunquid poteſt eccleſia, vel ciuitas excõmunicari? dico ꝙ non, vt 24.q.3.ſi habes. Sed maiores de eccleſia c poſſunt excõicari, vt ext.de ſi.veniẽs. & ff.de condi.& demõ. municipib. & 44. diſt. cõmeſſationes. Dico.n. ꝙ ſi eccleſia, vel ciuitas poſſet excõicari, ſequeretur abſurditas. nam omnib. illis mortuis, & alijs ſubſtitutis eſt eadem eccleſia: ergo ad huc eſſet excõicata, ſi priores canonici non petijſſent abſolutionẽ adhuc. de hoc not. 12. q.2. epiſcopus qui.2.

"fornicatio ſeparat coniuges.

" Vniuerſitas delinquere poteſt.

2 ibid.

"Excõicari nequit eccleſia vel ciuitas.

c Ad hoc fa. qđ le. & no. ſ.c. q. denique. & habes de hoc plures concor. extr. de iu.pat. quoniã quibuſdam.in gl.1. verſi. itẽ qd ſi. &c. & de cõſe. diſt. 1. de fabrica. Ar.

a ¶*Vt legatum Dei.*] Epiſcopus dicitur legatus Dei: & tamen eſt iudex ordinarius. vnde patet, ꝙ legatus Papæ eſt iudex ordinarius, vt proconſul.

ECCE. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis. & bene ſoluit dicens, ꝙ propter ægritudinem non debet alius epiſcopo ſubſtitui, niſi ipſe infirmus ſingulariter hoc poſtularet: & tunc licitè fieri poteſt, ſi hoc in ſcriptis poſtulauerit. Et hoc probatur per c. ſ. ead. ſcripſit. & ad hoc inducit exemplum de Aug. qui poſtulante Valerio ſenectute grauato, factus eſt eps, vt in eo. c. no. ſ. Sed in originali qđ ſequit poſtea planũ eſt.

1 Burc. l. 1. c. 189. Iuo p. 5. c. 305.

b ¶*Sed illud Gregorij.*] ſ. ead. c. ſcripſit.

c ¶*Si verò.*] Hoc habetur in originali vnde hoc extractum eſt.

d ¶*Petierit.*] Ergo nulli infirmo dandus eſt coadiutor, niſi hoc petat. j. ea. qualiter. & c. quamuis. & c. ſcripſit. arg. contra extr. de ecc. ædific. ad audientiam.

2 ſ. e. c. ſcripſit.

NOn autem.] CASVS. Paulinus ſignificauit Romano, ꝙ Valerio epiſcopo Hippon. eccleſiæ viuo & incolumi poſtulante, coepiſcopus factus eſt ei Aug. de cuius promotione & electione non ſolùm lætatus eſt, ſed etiam lætatur ꝙ Africana eccleſia talem meruit habere paſtorem.

3 L. 9. reg. epi. 41.

e ¶*Nouo more.*] Sed contra. in nullius perſona eſt omittendum, qđ ſtatutis generalibus cõtinetur. 61. diſtin. miramur. Sed illud non fit propter vtilitatem perſonæ, ſed eccleſiæ.

ADDITIO. Dicit Laur. ꝙ iſtud fuit ſpeciale ad eccleſiã Hipp. quod dicit litera.

f ¶*Vt non ſuccederet.*] " Sic ergo vterq; inſolidum eſt epiſcopus. ſ. 21. q. 1. relatio. & vterq; poteſt hominem per ſe ſoluere & ligare. ff. de adm. tut. ſi plures. ff. de exert. l. 1. §. ſi plures. & ff. de of. ꝓcon. l. 1. Sed nunqđ quẽ vnus ligat, poteſt alter abſoluere? & videtur ꝙ non: quia pares ſunt. vnde videtur ꝙ ſententia pro reo teneat. ff. de re. iud. inter pares. Item ſi ſimul ferant cõtrarias ſententias, cuius ſententia tenebit? Videtur ꝙ mutuò ſe impediant. ff. de vſufruct. quoties. & hæc fortè vera ſunt vbi ſimul adminiſtrant[a]. ſed hic fortè Valerius ceſſit adminiſtrationem Auguſtino: quia facilius expeditur adminiſtratio per vnum quàm per plures. ff. de adm. tut. l. 3. §. vlti. vel dic, ꝙ licet vterque habeat dominium & iuriſdictionem in ſolidum, tamẽ vnus ſine altero non poteſt iudicare, ad inſtar plurium iudicum, vt 2. q. 6. §. diffinitiua. verſi. ſi plures. extr. de of. deleg. quàuis. & c. cauſam. niſi aliter fuerit eis conceſſum à Papa: ſicut quandoq; fuit in duob. legatis Alemaniæ. ſed tñ ex hoc poſſet oriri diſcordia, vt quem vnus condemnaret, alter abſolueret. " item nunquid eodem modo poſſunt eſſe duo Apoſtolici? arg. ꝙ non. ſ. ea. factus. & Dominus tantùm vnum conſtituit. 24. q. 1. ita loquitur. & c. quicunque. quidam contra. imo videtur ꝙ diſpenſari nõ poteſt. 25. q. 1. ſunt quidam. præterea quia vna eſt eccleſia catholica, & vnum caput, & tamen plures Imperatores fuiſſe legimus. 21. diſt. nunc autem. ſed hoc non eſt ita, quia offenderet illa regula, Vnam ſanctã catholicam, &c. 23. diſt. qui epiſcopus. Itẽ nunquid Papa poteſt renũtiare? Vtique. nã Marcellus renuntiauit. 21. diſt. nũc autem. & Clemẽs Papa: ſed poſt Linum & Cletum iterũ recepit cathedram. 8. q. 1. ſi Petrus.

" Epiſcopi duo q̃nque pñt eſſe.

4 B. Auguſ. epiſto. 34. & 110.

a Alij dñt, ꝙ tenet ſententia pro reo, vt in l. ꝓdi. inter pares, niſi in caſib. quod dic vt no. ex tra de re iu. duob. Arch.

" Papę duo non poſſunt eſſe.

alterum epiſcopũ adduxerit, aut eſſe fecerit, vel deſiderauerit: per acerrimam pœnitentiam, aut ſuo reconcilietur epiſcopo, aut innupta permaneat. *& paulò poſt.* ¶ 1 Epiſcopum verò oportet opportunè, & importunè, atque ſine intermiſſione eccleſiam ſuam docere, eamque prudenter regere, & amare, vt à vitijs ſe abſtineat, & ſalutem cõſequi poſſit æternam. Et illa cum tanta reuerentia eius doctrinam debet ſuſcipere, eumque amare, & diligere vt legatum Dei[a], & præconem veritatis.

Ecce his auctoritatibus patenter oſtenditur, quòd epiſcopo viuente alius ſuperordinari non poteſt, nec etiam pro eius ęgritudine[2]. Sed illud Gregorij[b] intelligendum eſt, quando ille, qui ægrotat, alium ſibi ſubſtitui non rogat. Cæterùm, quando aliquis vel ſenectute, vel infirmitate grauatus ſuſceptum officium adminiſtrare non valet, ſi alium ſibi ſubſtitui petierit, rationabiliter fieri poteſt[3]. Vnde in eodem capitulo ſequitur [*Si* A *verò*[c] *idem Ioannes fortaſſe pro moleſtia ſuá petierit*[d], *vt ab epiſcopi honore debeat vacare, eo petitionem ſcripto dante, concedendum eſt: aliter autem facere pro omnipotentis Dei timore omnimodo non audemus.*] *Hinc etiam beatus Auguſtinus epiſcopo ſuo nondum defuncto, ſed ſenectute grauato cathedram epiſcopalem ſuſcepit.*

Vnde in epiſtola Paulini vnica ad Romanianum legitur.

A ¶ Si verò idem Ioannes.] *Hæc ſunt in regeſto B. Gregorij lib. 9. epiſt. 41. & ſequuntur poſt c. ſcripſit. ſupra eadem.*

¶Auguſtinus non tam ſucceſſit quàm acceſſit.

CAP. XII.

4 NOn autem tantùm hoc ſcribimus gratulandum, quòd epiſcopatum Auguſtinus acceperit, ſed quòd hanc Dei gratia curam meruerint Africanæ eccleſiæ, vt verba cœleſtia Auguſtini ore perciperent: qui ad maiorem Dominici muneris gratiam nouo more[e] prouectus, ita conſecratus eſt, vt non ſuccederet[f] in cathedra epiſcopo, ſed accederet.[g] Nã incolumi Valerio Hipponẽſis eccleſiæ epiſcopo, coëpiſcopus Auguſtinus eſt.

Hoc idem probatur auctoriate B. Gregorij, qui Ariminenſi epiſcopo dolore capitis laboranti, alterum ſubrogauit, ita ſcribens, in 7. lib. regeſti ſui indi. 2. epiſt. 49. ad Marinianum epiſcopum Rauennæ.

¶Epiſcopo grauato infirmitat alius ſubrogari poteſt.

CAP. XIII.

5 QValiter ordinati à nobis ſacerdotis, corporis, qua noſtis, impediente moleſtia, Ariminẽſis eccleſia paſtorali hactenus ſit regimine deſtituta, dudum fraternitas veſtra cognouit. Quem, dum habitatorum loci illius precibus permoti ſæpius hortaremur, vt ſi de eadem capitis, qua detinebatur, moleſtia melioratum ſe eſſe ſentiret, ad ſuam auxiliante Domino reuerteretur eccleſiam: datis inducijs in hoc quadriennio[h] expectatus eſt. Quẽ, dum monitu cleri, ciuiumq; illinc venientium, noſque precibus vrgentium † inſtãtius hortaremur, vt ſi valeret, cum eis auxiliante Domino remearet: data[i] in ſcriptis ſupplicatiõe nos petijt, vt quia ad eiuſdem eccleſiæ regimen, vel ſuſceptum officium pro eadem, qua detinetur, moleſtia aſſurgere nullatenus poſſet: eccleſiæ ipſi ordinare epiſcopum deberemus. Vnde, quia cunctarum eccleſiarum iniuncta nos ſolicitudinis cura cõſtringit, ne diutius gregi fidelium deſit cuſtodia paſtoralis, illorũ

g ¶*Accederet.*] Videtur tamen ꝙ Augu. in adminiſtratione fuit minor[b]. 40. diſtin. ante omnia. in fi. quia vt dicetur, in caſu neceſſitatis erit vnus epiſcopus vicarius alterius: ne ſit ibi monſtrum habens duo capita. extra de of. iu. ord. q̃m in pleriſque.

b Hoc aſſertiuè dicebat L. dicens qa ipſi Auguſtino datus eſt locus à Valerio.

HOC IDEM. CASVS. Supra, in §. ecce. in c. non autẽ. dictum eſt ꝙ vno epiſcopo poſtulante poteſt alius ſubſtitui. Nunc verò probat idẽ auctoritate Greg. qui Ariminẽ. epiſcopo rogante alium ſibi ſubſtituit.

5 Burc. l. 1. c. 189. Iuo p. 5. c. 305.

QValiter.] CASVS. Ariminenſis epiſcopus moleſtia capitis oppreſſus, Romam iuit, vt ibi liberaretur: quem cum G. ad preces Ariminenſium hortaretur, vt ſi ſe melioratum ſentiret, ad eccleſiam ſuã reuerteretur: ipſe ſupplicauit vt quadriennio expectaretur, & datæ ſunt ei induciæ quadriẽnij: ſed elapſo quadriennio cum non cõualeſceret, & Greg. ad preces clericorũ & ciuium ipſum inſtãtius hortaretur vt rediret, renuntians ſupplicauit Papæ, quatenus ibi aliũ ordinaret. Scripſit ergo Gregorius viſitatoribus illius eccleſiæ totam ſeriem rei geſtæ: & ſic admonuit clerũ & populum, vt dignũ eligerent, & præcepit eis vt illum examinent quem omnes elegerint, ſicut etiam ipſi poſtulauerunt: & ſi inuenerint eum dignum, mittant eum Romam cum decreto electionis ad ordinem ſuſcipiendum: & ibi incipit conſtitutio: Dudum veſtra fraternitas cognouit qualiter Ariminenſis eccleſia paſtorali hactenus ac ſacerdotali ſit regimine deſtituta, impediente moleſtia corporis. *Sacerdotes*, id eſt, epiſcopi ordinati à nobis.

† al. arguentium.

h ¶*Quadriennio.*] Quadriẽnium enim datur, vt poſſit abeſſe cauſa curationis: ſed annus datur ei tantùm ad experiendum ſi poſſit celebrare. ſ. 33. diſt. communiter. vel etiam xxx. dies, vt j. q. 2. c. vlti. potius debuiſſet iſte epiſcopus fugiſſe Romam pro ſanitate recuperanda ſicut communis filius, vt 23. di. communis. & eſt hic arg. ꝙ Romæ eſt ſanum morari. Ioan.

i ¶*Data.*] Ergo in ſcriptis facienda eſt renuntiatio: aliàs non tenet.

tenet.ſ.e.q.§.ecce. Ioã. quod falſum eſt, cum etiam ſolo facto poteſt aliquis renuntiare, vt extr.de app.ſolicitudinem. & extr. de ijs quæ fi.à ma.part.c.ex ore.& etiã ſolis verbis, vt C. de pac. poſtquam. B.

a ¶[*Compulſi.*] Abſolutè ponitur ille nominatiuus, & non habet verbum.

Additio. Aliàs cõpulſus, & tunc vnitur cum illa dictione, nobis.& tũc ſic, viſum eſt nobis compulſis precibus illorum,&c.ſecundum H. aliàs compulſi eſt genitui caſus ſecundum L.

a Heptateuchum, quid dicitur.

b ¶[*Heptateuchi.*] Heptateuchum ab hepta dicitur,quod eſt ſeptẽ: & teuchos,quod eſt volumen.vnde heptateuchum, id eſt, volumen ſeptem librorũ. ſ. diſt. 49. hinc etenim ſunt quinque libri Moyſi,& liber Ioſue, & liber Iudicũ: qui ibi cõtinent.

c ¶[*Decreti.*] in quibus teſtetur de examinatione & vita electi.61.diſ. Catinenſis.& c. epm.

QVamuis.] Casvs. Quidã epiſcopus tantam paſſionem capitis incurrit, ꝙ factus erat mentis alienatæ. Ne ergo grex illius eccleſiæ læderetur, ſcripſit Greg.Etherio epiſcopo,& dicit, quòd ex quo infirmitas eſt in cauſa,& non crimen: non poteſt ibi alius epiſcopus ſuperordinari, niſi eo ſponte renunciãte: & mandat ei vt vadat illuc,& ſi habeat lucida ĩteruualla, moneat eum vt renuntiet, & ſi renuntiauerit,alius loco eius ſubſtituatur:ita tamen,vt epiſcopo donec vixerit debiti ſumptus ex eadem eccleſia miniſtrentur. Si verò ad ſanam mentem non redierit,eligatur ibi alius: & committatur ei omnis cura eccleſiæ: ſed non conſecretur eo viuente: ſed eo mortuo conſecretur.

1 Burc.l.1. c.191. Iuo p.5.c.307.

d ¶[*Triſte.*] Data petitione tempore infirmitatis, non tempore furoris: nam tunc nõ teneret renuntiatio. 17. q.1.Gonſaldus.

e ¶[*Fateatur.*] Iſte ęquitate ſuadente, licet ius deficiat, cogitur renuntiare [a]: cum alijs in hoc profit, & ſibi non nocẽat.arg.ff.de aqua plu. arcẽ. in ſumma.§. idem

a Contra vt dicã ſ. ea.§. ecce quod. in verb.ſenectute.

precibus, huiuſque ex ſui impoſſibilitate renuntiatione cõpulſi [a], viſum nobis eſt eidem Ariminẽſi eccleſiæ debere epiſcopum ordinari: & datis ex more præceptis, clerum, plebemque eiuſdem eccleſiæ non deſtitimus admonere: quatenus ad eligendum ſibi Antiſtitem concordi prouiſione concurrant. Hortamur igitur, vt fraternitas veſtra eum, quem vno cõſenſu omnes elegerint, ſicut & ipſi à nobis popoſciſſe noſcũtur, ad ſe faciat euocari: quẽ cauta ex omnibus examinatione diſcutite, & ſi ea, ĩ eo, quæ in textu heptateuchi [b] A morte multata ſunt, minime Domino fuerint opitulante reperta,atque fidelium perſonarum relatione eius vobis quoque vita placuerit,ad nos eum cum decreti [c] pagina, veſtrę quoque addita teſtificationis epiſtola deſtinate: quatenus eidem à nobis eccleſiæ Dño diſponente cõſecretur antiſtes.

A ¶Heptateuchi.] *Apud B.Gregorium in hac epiſtola, & in multis alijs locis legitur,* Eptatici, *ſicut eſt etiam in Burchardo, & Iuo.& aliquot vetuſtis Gratiani exemplarib. Et de hac voce notatum eſt ſ. diſtin. 15.c.ſancta Romana.in verſi. Pentateuchum.*

Item ex eodem regeſto, lib. 11. epiſt.7.ad Etherium Epiſcopum.

¶ De eodem.

CAP. XIIII.

1 QVamuis triſte [d] nobis ſit valde,quod loquimur, atque fraterna nos compaſſio flere potius vrgeat, quã aliquid de auditis definire permittat: ſuſcepti tamen ſolicitudo regiminis cor noſtrũ inſtãti pulſat aculeo, magna nos eccleſijs cura proſpicere, & ne qua earum poſſit vtilitas deperire,quod fieri debeat, Deo auctore,diſponere. Peruenit igitur ad nos,quibuſdam referentibus, quendam epiſcopum ita paſſionem capitis incurriſſe,vt quod mente alienata agere ſoleat, gemitus & fletus audire ſit. Ne ergo languente paſtore grex (quod abſit) inſidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel eccleſiæ ipſius vtilitates depereant, cauta nos neceſſe eſt prouiſione tractare. Et ideo, quia viuentem epiſcopũ ab officio ſuo neceſſitas infirmitatis, non crimen abducit, alium loco eius (niſi recuſante eo) nulla ſinit ratio ordinari: ſed ſi interualla ægritudinis habere eſt ſolitus,ipſe data petitione non ſe vlterius ad hoc miniſterium intellectum habere,nec ad alia officia ſubuertẽte infirmitate poſſe fateatur [e] aſſurgere,& alium loco ſuo expetat ordinãdum. Quo facto, omniũ ſolenniter † electione, alter qui dignus fuerit epiſcopus ſolẽniter ordinetur: ſic tamen, vt quouſq; eundem epiſcopũ in hoc ſeculo vita tenuerit,ſumptus ei debiti de eadem eccleſia miniſtrẽtur [f].Enimuerò,ſi nullo tempore ad ſanæ redit mentis officium,perſona fidelis, ac vitæ probabilis eſt eligenda [g],quæ ad regimen eccleſiæ idonea poſſit exiſtere, atq; de animarum vtilitate cogitare, inquietos ſub diſciplinæ vinculo reſtringere, eccleſiaſticarum rerum curam gerere, & maturum, atque efficacem ſe in omnibus exhibere: qui etiã ſi epiſcopo,qui nunc ægrotat, ſuperſtes extiterit, loco eius debeat conſecrari.

† ſolemni.

2 *Ne autem huiuſcemodi paſſionibus ſacerdotibus ſubitò occupatis cœptum officium inexpletum remaneat, inſtitutum eſt,vt ſacerdos ſiue pſallens,ſiue ſacrificans alios ſecum habeat,qui ſi huiuſmodi caſus interueniat, inchoata miniſteria perficere valeant.*

Vnde in concil.Toletano 11.c.14.

¶ Quiſque ſacrificans ſacerdotem ſibi vicinum habeat, qui cœpta ſacramenta expleat, ſi ei aliqua neceſſitas ingruerit.

CAP. XV.

2 ILlud A diuini oraculi monentis ſinguli præcauẽtes, quo ſcribitur [Væ ſoli, quia cũ ceciderit,non habet ſubleuantem,] ſummoperè verendum nobis eſt,& cauendum, ne horis illis,atque temporibus,quibus Domino pſallitur, vel ſacrificatur, vnicuiq; diuinis ſingulariter officijs inſiſtenti perniciosa paſſio,vel corporis quęlibet inualetudo occurrat,quę aut corpus ſubitò ſubrui † faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro huiuſmodi ergo caſibus præcauẽtes,neceſſarium duximus inſtituere,vt vbi temporis, vel loci, ſiue cleri copia ſuffragatur, habeat q;ſquiſ† illic canens Deo, atque ſacrificans poſt ſe vicini ſolaminis adiutorem [h]: vt ſi aliquo caſu ille, qui officia impleturus accedit †, turbatus fuerit, vel ad terram eliſus [i] à tergo ſemper habeat qui eius vicem exequatur intrepidus.

2 De conſe. diſt. 1. vt illud. Burch.l.3.c.73. Iuo par.2.c.126. Eccl 4.

† aliàs, obrui.

† al. illc.

† al.accedet.

Varus. & ff. loc. ſi quis domum.

f ¶[*Miniſtrentur.*] ſed ꝓ crimine remoto nõ miniſtrantur ſumptus: quia malè meriti publica debent egeſtate laborare,vt ff.depo.bona fides.

Malè meriti debent egere.

g ¶[*Eligenda.*] Ar.contra.ſ.diſt.79.ſi quis Papa.& ext. de pac.accepimus.& extr. de conceſ. præb.& ec.non va.nulla.ſed oĩa illa continẽt ius cõe. Vel dic ꝙ ille fuit electus ſub tali cõditione, niſi ſuperſtes cõualuerit: & tunc eo cõualeſcente irritatur electio: eo mortuo,deinde confirmatur.ar.ſ. c.paſtoralis. 61.diſt.ſtudij.extr de ele.cũ terra. 85.diſt. Florẽtinum.& eſt ſi. C. de cu.fu. cum alijs. Quidam dicũt ꝙ modò tanquam adminiſtrator eligitur, ſed eo mortuo in epm.

NE AVTEM. Hæc eſt 2.pars q. in qua dicitur, ꝙ vbi fuerit copia ſacerdotum,ſemper debent eſſe duo: ita vt ſi vnus ceciderit, & alius ieiunus incipiat vbi alter dimiſit,& finiat.Io. de Fan.

Casvs.ſ.in c.quãuis. facta eſt mentio de mẽtis alienatione: Sed qa hęc alienatio in officio ſæpe cõtingit,ideo conſtitutũ eſt, vt vnuſqſq; presbyter alios ſecũ habeat,qui miniſteria inchoata pficere valeant.

ILlud diuini.] Casvs. Cõſtitutum fuit in cõcilio Toletano, vt vbi loci vel tpis vel cleri copia ſuffragatur, quilibet ſacerdos habeat coadiutorẽ ſecũ: quia ſi dũ officium celebratur, caſus inopinatus euenerit, qui corpus obrui faciat,mentẽ alienet, vel terrore confundat: eius vices exequatur.*Copia temporis.* idest oportunitas.Nam ſi guerra eſſet, non poſſet vel nõ auderet aliũ ſecum habere. *Loci*, vt ſi locus ſit diues. *Cleri*, quia fortè eſt ibi copia clericorum.

h ¶[*Adiutorem.*] ſ. 21. q.2.ſicut contra. Sed dicas talem coadiutorem vel ſocium,non prælatũ.Vel loquitur de eccleſijs cõuentualib. vel qñ ſufficiunt facultates.ſic 93.diſt. diaconi. 2.& de cõſe.di.1.c.hoc quoque. & c. eps Deo.

i ¶[*Eliſus.*] Per hoc dicunt quidam loqui de infirmo:

infirmo: quod falſum eſt: quia infirmus niſi conualuerit, non celebrabit. ǰ.e. quæſt.2. in literis.

Nihil contra.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas pars. In 1. par. dicitur, ꝙ ſolemnia Miſſarum ex quo ſunt incœpta, inexpleta remanere nõ debent, ſed perfici per eum qui incœpit, vel per alium, ſcilicet epiſcopum vel ſacerdotem, ſi caſus inopinatus contingat: quæ congruo ordine perfici debent. Nihil enim intereſt an per eum, an per aliũ compleantur. Nam cum omnes vnũ corpus ſimus in fide Chriſti, nihil contrariũ format, id eſt, inducit diuerſitas perſonam. In 2. par. dicitur, ꝙ nullus cantet Miſſam niſi ieiunus, & quòd nullus niſi propter impedimẽtum dimittat officium imperfectum: & qui contra præſumpſerit, excõmunicetur. Secunda pars ibi, *Nullus poſt cibum.*

1 Burc. l. 3. c. 70. Iuo p. 2. c. 124.

a ¶ *Soluantur.*] i. ne inexpleta remaneant.

b ¶ *Vel presbytero.*] " Presbyter ergo poteſt ſupplere Miſſam ab epiſcopo inchoatam. arg. hic, & 25. diſt. c. 1. vbi dicitur, ꝙ archipresbyter ſupplet defectũ abſentis epiſcopi in cantãdo. Sed cõtra ǰ. de cõſe. diſt. 2. c. vlt.[a] Sed dic ꝙ nouam Miſſam non põt incipere: ſed priorem poſſet conſumare. Incipiat ergo vnus vbi alius deſtitit, niſi ſit oratio Dominica cœpta: tunc eam alter reincipiat. Similiter vbi deficit in ſecreta: alter id in principio incipiat. Idem dic in baptiſmo, vt alter de nouo id reincipiat: quia hæc ſunt ſacramẽta vnitatis. De ordinatione idem credo. 24. diſt. quorũdam. Similiter iudex ĩcipiet, vbi alter terminauit. ff. de iud. edictum. Sed nũquid prãſus poteſt ſupplere, id quod alter inchoauit? non. Item vſque ad Nonam tantùm fit hæc ſuppletio. Sed Matutinis & Veſperis non expletis vſq; ad quod tempus poſſit fieri ſuppletio dubitatur. Sed dic quòd quandocunque expleri poſſunt ab alio. De ſacerdote quid dices, qui dũ venit ad conſecratio-

" Miſſa per vnũ inchoata, an poſſit per alterum terminari.

a Non obſtat. quia ibi loquitur cũ expleta fuit Miſſa ab epiſcopo, nec imminet neceſſitas. Ar.

2 Text. eſt ꝓ hoc in l. cũ Syllanianũ. C. ad Syl. & in l. 1. ff. de in ius voc.

Sed ſi B *hoc ſacrificanti frequenter acciderit, tunc omnimodo ab oblatione prohibeatur.*

A ¶ Illud.] *In concilijs impreſſis legitur*, Et illud. *In codice verò Lucenſi regio*, Væ illud. *In duobus autem Vaticanis*, vt illud: *& ſic eſt infra de conſe. diſt.* 1. c. vt illud. *& apud Burch. & Iuonem.*

B ¶ Sed ſi hoc.] *Hæc ſunt impreſſa alijs characteribus, quia non ſunt in concilio Toletano, neque in pleriſque vetuſtis Gratiani exemplaribus. In codice perantiquo ſunt gloſſæ ad verbum, vicem, & poſt verbum,* prohibeantur, *additur*, vt ǰ. ead. q. 2. cap. in literis tuis. *Apud Burchardum verò, & Iuonem, qui citant decreta Soteris Papæ, &* ǰ. *de conſe. loco citato, horum verborũ loco leguntur hęc*, & officium incœptum adimpleat.

Item ex concilio Toletano 7. c. 2.

¶ Si ſacerdos neceſſitate præoccupatus fuerit, cępta ſacramenta per alium expleantur.

CAP. XVI.

1 Nihil contra ordinis ſtatutum temeritatis auſu prę ſumatur: neque illa, quæ ſumma veneratione cenſentur, vel minimo præſumptionis actu c ſoluantur [a], cum ad hoc D tantùm fieri iuſſa ſunt, ne interrupta noſcantur, vel languoris prouentu robore ſalutis priuetur natura. Non ergo fragilitati ſolùm conſulitur humanę, ſed etiam ſacro E honori myſteriorum Dei prouida cauetur ſolicitudine. Cenſuimus ergo cõuenire, vt cum à ſacerdotibus Miſſarũ tempore ſancta myſteria conſecrantur, ſi ægritudine acciderit quilibet euẽtus, quo cœptum nequeat conſecrationis expleri myſterium, ſit liberum epiſcopo, vel presbytero [b] alteri conſecrationem exequi officij cœpti. Non enim aliud ad ſupplemẽtum initiatis myſterijs competit, quàm aut incipientis, aut ſubſequentis completa F benedictio ſacerdotis: q̃a nec perfecta videri poſſunt, niſi perfectionis ordine cõpleantur [c]. 2 Cum enim ſimus omnes vnũ in Chriſto, nihil contrarium perſonarum diuerſitas format: vbi efficaciã proſperitatis vnitas fidei repræſentat. Quod etiam conſultum cuncti ordinis clerici indiuiduũ G ſibi eſſe non ambigant: ſed, vt pręmiſſum eſt, præcedentibus libenter alij pro complemento ſuccedant. Ne tamen, quòd naturæ languoris cauſa conſulitur, in præſumptionis perniciem conuertatur, nullus poſt cibũ, potumq́ue quamlibet minimum [d] ſumptum Miſſas facere, † nullus abſque prouẽtu patentis moleſtiæ miniſter, vel ſacerdos, cum cœperit, imperfecta officia præſumat omnino relinquere. Si quis hæc temeratè præſumpſerit, excommunicationis ſententiam ſuſtinebit.

C ¶ Actu.] *Sic eſt emendatum ex codice regio: nam in impreſſis conciliorum codicibus, & apud Burchardum, & Iuonem eſt*, tactu.

D ¶ Cum ad hoc tantùm.] *Magna eſt hoc loco varietas. In codice regio legitur*, cum ad hoc tantùm quaqua fieri iuſſa ſunt interrupta noſcuntur, ne languoris, &c. *Apud Burchardum*, cum adhuc tantùm fieri iuſſa ſunt, nec interrupta noſcuntur, ne languoris, &c. *Apud Iuonem*, cum ad hoc. *&*, nec languoris. *cætera eodem modo.*

E ¶ Sed etiam ſacro.] *Hic quoque magna varietas. In codice regio plenior eſt oratio*, ſed etiam honori miſteriorum Dei prouidetur abundè, dum ab offenſionis caſu procuratur etiam caueri ſolicitè.

F ¶ Completa benedictio.] *Sic reſtitutum eſt ex codice regio, cũ quo aliquot editiones conueniunt: multaque etiam alia in hoc capite emendata.*

G ¶ Indiuiduum.] *In codice regio eſt*, indultum.

3 Ecce, quòd epiſcopo petente, precibus etiam populi, infirmitate grauato alius poſſit ſubrogari, patenter monſtratur. Senectute autem grauato, non ſucceſſor, ſed coadiutor dari debet, qui ei decedenti in locum regiminis ſuccedat.[3] *Sic Auguſtinus dicitur acceſſiſſe, non ſucceſſiſſe Hipponenſium epiſcopo.*

Hinc etiam Zacharias Papa ſcribit Bonifacio Mogũtino Archiepiſcopo.

¶ Senectute grauato coadiutor eſt dandus, qui morienti ſuccedat.

CAP. XVII.

Petiſti, vt cum noſtro conſulto pro ſuperueniente tibi ſenectute, atque corporis imbecillitate, ſi poteris inuenire alium in eadem ſede, in qua præes, pro tui perſona debeas collocare. Nos verò, adiutore Deo, conſilium præbemus tuæ ſanctitati, vt pro ſalute animarum rationabilium, fautore Chriſto ſedem, quam obtines, Moguntinæ eccleſiæ nequaquam relinquas. Sin verò Dominus dederit iuxta petitionem tuam hominem perfectum, qui poſſit ſolicitudinem habere, & curã pro ſalute animarũ, pro tui perſona

nem, memor eſt mortalis peccati? dico ꝙ perficere debet, licet peccet conficiendo. extra de cele. Miſſa. de homine. Item eſt hic ar." quòd duo imperfecta faciũt vnum perfectũ. ſic 4. q. 3. item in criminali. §. ſæpe. de pœ. diſt. 1. tres ſunt. C. de do. ſancimus. in fi. 16. q. 3. §. poteſt. Ar. contra. 23. diſt. quorundam. & C. qui nu. tute. l. 1.

† al. facere audeat.

" imperfecta duo faciunt vnum perfectum.

c ¶ *Compleantur.*] Ar. nihil credas actum, &c. ſi. 38. diſt. quæ ipſis. 23. diſt. quorundam. Item ex eo quod dicit, ordine, eſt ar. ꝙ ordo turbatus irritat factũ, vt 61. diſt. miramur. & 68. diſ. ſicut. quod verum eſt de ordine q̃ eſt de ſubſtantia rei.

ADDITIO. Vt extra de reſcri. cum dilecta. & de reſti. ſpol. Piſanis.

d ¶ *Minimum.*] " Prãſo non licet celebrare[b] Miſſam, vt hic, & de cõſecr. diſt. 2. liquidò. nec baptizare nec ſignare. de conſe. diſt. 5. vt ieiuni. & c. ſeq. ſed eſt fortè abrogatum id, quod eſt ǰ. de conſecra. diſtinct. 1. ſacramenta. vbi dicitur, quòd in cœna Domini pranſus poteſt celebrare. & intellige ſi eodẽ die pranſus eſt, vt dies à media nocte incipiat: & etiã ſi ante medium noctis comederet, & adhuc ſentiret eructationes: quia nondũ eſt cibus digeſtus: " quandiu ſentiet cibũ, abſtinebit. ǰ. de conſec. diſt. 2. tribus. medicinã fortè poteſt ſumere: q̃a illa non cõnumeratur inter alimenta, vt ff. de penu le. l. non omne. q̃d non credo: ſed nec aquam calidam poteſt ſumere, vt extra de cel. Miſſa. ex parte.

" Celebrare prãſo nõ licet.

b Quod no. 55. diſt. ꝙ à patrib. in gl. quod ſi.

3 ĩ. e. c. non autem.

" celebrare null' debet ante digeſtionem.

ECCE. Hæc eſt tertia pars huius q. in qua dicitur quòd propter ſenectutem, vel ſimplicitatem datur coadiutor: ꝙ probatur per duo c. Ioan. de Fan.

CASVS. ſ. in c. ſcripſit. & c. quamuis. dictum eſt, ꝙ infirmitate grauato, niſi voluerit, alius ſubrogari non debet: ſed ei coadiutor dabit. ſimiliter ſenectute grauato dabitur coadiutor. & hoc ꝓbatur per ſequens capitulum.

Petiſti vt cum.] CASVS. H. caſum iſtũ ſic ponit. Iſte archiepiſcopus

piſcopus tria petijt à Papa, ſcilicet, quòd ſibi coadiutorẽ adiungeret, & ꝙ eligeret ſibi ſucceſſorem, & ꝙ ordinaret eum epiſcopum in eadem eccleſia, vt ſic eſſet ſibi coepiſcopus in eadem eccleſia. Primum ſibi concedit: quia de iure non potuit denegare, cum eſſet ſenectute grauatus. Secundum licet eſſet contrarium eccleſiæ, concedit tamen ei ſpeciali priuilegio: ſcilicet vt in articulo mortis eligat eum ſibi ſucceſſorem. Tertium autem quod ſimiliter erat contra ius commune, ei ex toto denegat, ſcilicet vt ipſo viuente in eccleſia debeat ipſum ordinare epiſcopum. Beneuen. verò ſic ponit caſum. Bonifacius archiepiſcopus Moguntinus tria poſtulauit à Zacharia Papa, ſcilicet, vt coadiutorem ſibi habere liceret, cum eſſet ſenectute grauatus. Secundum, vt liceret ſibi ſucceſſorem eligere. Tertium, vt in vita ſua liceret ſibi illum conſecrare in epiſcopum. Sed Zacharias primũ & ſecundum ſibi conceſſit: tertium verò cõcedere noluit. Sed qa litera videtur aliquantulum diſcordare, tu aptabis eam ad caſum ſecundum, quod melius eſt. *Ordinabis*. id eſt, facies & conſtitues illum epiſcopum, ideſt, ſuperintendentem ijs quibus coadiutor debet intendere.

a ¶ *Præſentibus*.] 8. q. 1. cap. 2. contra. ſed iſtud eſt diſpenſatio. Et habes [a] hic, quòd licet Papa det aliquibus poteſtatem eligen di prælatum, tamen aliorum conſenſus eſt requirendus. ſic 21. diſtinction. in nouo. 8. q. 1. licet. & ff. de rit. nup. generali.

b ¶ *Miniſtret*.] & ita iſte epiſcopus erit vicarius huius archiepiſcopi, vt extra de off. iud. ord. quoniam in pleriſque.

Q*Via frater*.] CASVS. Ioan. eps Narnien. [†] eccleſiæ adeò ſimplex erat, quòd res eccleſiæ miniſtrare neſciebat. vnde petijt à Pelagio quendam presbiterum nomine Cõſtitutum in adiutorẽ. præcepit ergo Pelagius clero illius eccleſiæ, quatenus principaliter Ioanni epiſcopo, ſecundariò verò illi Conſtituto obedientiam prebeant competentem: ita vt in nullo eius diſpoſitionibus contradicant: & eis conſueta ſtipendia miniſtrentur: Et ſuſpenditur conſtructio vſque ibi, *Conſtituti presbyteri*.

c ¶ *Simplicitate*.] ſuprà diſtinction. 39. Petrus. contra. ſed illud de ordinando. tamen iſte affectare non debuit id, in quo ſciuit aut ſcire potuit infirmitatem ſuam alij damnoſam. ff. ad leg. Aq. idem iuris. in fin.

d ¶ *Conſtit ti*.] proprium nomen.

e ¶ *Primò*.] ſuprà diſtinct. 8. quæ contra. Vel aliter, huic obediunt in ſpiritualibus, coadiutori in temporalibus. 8. q. 1. ſi Petrus.

f ¶ *Obedientiam*.] Ar. quòd ſi epiſcopus præcipit alicui pro vtilitate eccleſiæ ire Romam: quòd illud tenetur facere. 16. quæſt. 1. vos autem [b].

g ¶ *Repetendis*.] Ergo qui adminiſtrat res eccleſiæ poteſt agere, & conueniri, vt extr. de re ſcr. edoceri.

ILLVD CASVS. Supra in capit. quamuis. & capitu. qualiter. dictum eſt, quòd epiſcopo viuente alter poteſt ſubſtitui. Sed qa duo capitul. ſuperius poſita videbantur contraria, ſcilicet, capit. factus eſt. & capitu. ſicut vir. in quibus videbatur dicere, quòd non poſſet fieri ſubſtitutio: ideo Grat. ea exponit, & dicit quòd illud capitu. factus. intelligitur de hæreticis, id eſt ſchiſmaticis, qui eccleſias vſurpant. ſed illud capitu. ſicut vir. intelligitur de illo qui cauſa ambitionis ſuam vult eccleſiam deſerere, & non cauſa religionis, vel regularis mutationis: quod probat per literam eiuſdem capit. quam Gratianus de illo cap. ſubtraxit.

h ¶ *Illud verò Cypriani*.] ſ. c. factus. & c. Nouatianus.

i ¶ *Euariſti*.] ſ. ca. ſicut vir.

AMBITIONIS. Hęc eſt 4. pars huius q. in qua probat per 15. auct. quòd nullus ſine licentia poſſit dimittere eccleſiam ſuam, & tranſire ad aliam: & ſi fecerit, reuocabitur. Hoc intelligo in epiſcopo, & ſupra. in alijs autem credo, quòd poſſint renuntiare ſi volunt. ſupra. c. quàm periculoſum. ext. de ſer. non ord. cõ libentius. aliàs videntur ſerui. quod falſum eſt. Io. de Fan.

CASVS. Dicit Gratia. quòd ſi quis tranſit cauſa ambitionis ad aliam eccleſiam, debet reuocari ad ſuam eccleſiam: & ſi redire contemnit, aliena carebit & propria. Et ad hoc inducit ſequentia c.

k ¶ *Ambitionis*.] Adhuc enumerat Gratianus cauſas propter quas fiunt mutationes: & quare clericus amittit eccleſiam ſuam. « Sunt autem quinque cauſæ mutationum, ſcilicet cauſa leuitatis, cupiditatis, neceſſitatis [c], vtilitatis, & humilitatis.

---

illum ordinabis epiſcopum, eritque in Euangelio tibi credito, & miniſterio Chriſti portando in omni loco requirẽs, & confortans eccleſiam Dei.

Item ad eundem, epiſtola vltima.

¶ Si eundem diuina voluerit clementia poſt tui diem tranſitus ſupereſſe, ſi eum aptum cognoueris, & in tua voluntate fuerit diffinitum, ea hora, qua te de præſenti ſeculo migraturum cognoueris, præſentibus [a] cunctis, tibi ſucceſſorem deſigna, vt huc veniat ordinandus. Hoc nulli concedi alij patimur, quod tibi charitate cogẽte largiri cenſuimus. *Item ibidẽ paulo ſuperius.* ¶ De eo autem, quòd † tibi ſucceſſorem cõſtituere dixiſti, vt te viuente in tuo loco eligatur epiſcopus, hoc nulla ratione concedi patimur: quia contra omnem eccleſiaſticam regulam, vel inſtituta patrum eſſe monſtratur: ſed volumus, vt tibi miniſtret [b] & ſit in Euangelium Chriſti adiutor. *& infrà.* ¶ Nimis enim reprehenſibile eſſe manifeſtum eſt, vt te viuente tibi alium ſubſtituamus; ſed hoc commonemus, vt quandiu te diuina iuſſerit clementia ſupereſſe, ſine intermiſſione orare nõ ceſſes, vt tibi Deus illum ſucceſſorem concedat, qui ei poſſit eſſe placabilis, & populum irreprehenſibiliter regere valeat.

¶ *Prior pars huius capituli vſq; ad ver.* Item ſi eundem, *ſumpta eſt ex epiſtola Zachariæ Papæ, cuius initium eſt*, ſacris liminibus: *quæ extat Romæ manuſcripta in bibliotheca Dominicana, quam etiam edidit frater Laurentius Surius in vita B. Bonifacij, ſed ex codice parum emendato. Reliqua habentur in epiſtola vltima in tomis conciliorum.*

Item Pelagius Papa clero Narnienſi †.

¶ Non ſucceſſor, ſed coadiutor viuenti epiſcopo datur.

CAP. XVIII.

QVia frater, & coëpiſcopus noſter Ioannes eccleſiaſticæ vtilitatis ſtudio ſuadẽte, & naturæ ſuæ ſimplicitate [c] laudabili conſideratione tractata, ob hoc, quòd ſe in gerenda patrimonij gubernandi cura, vel in diſciplina eccleſiaſtica conſeruanda minimè fatetur idoneum: Conſtituti [d] presbyteri ad hæc explenda ſibi expoſcit adhiberi perſonã: vt ea, quæ ſunt neceſſaria cõpetenti diſponente ſolicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel inutile permittatur. Ideoque præſenti vobis iuſſione præcipimus, vt ſeruata primo [e] in loco epiſcopo memorato reuerentia, quam vos conuenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quæ ad diuini cultus obſequium pertinent, vel quæ eccleſiaſticę vtilitatis peragere cura ſuaſerit, præbeatis obedientiam [f] Conſtituto cõpetentem, in nullo diſpoſitionibus eius ſpiritu contumaci reſultantes: † imo cõpetenti vigilantiæ veſtræ ſtudio, quæ pro eccleſiaſtica utilitate gerenda Conſtitutus monuerit, adimplentes: ut his ita diſpoſitis, & conſueta uobis ſtipendia miniſtrentur, & quæcunque in præfatæ eccleſiæ patrimonio, uel de rebus ad eam pertinentibus repetendis [g] ſũt neceſſaria, compleantur.

2 *Illud verò Cypriani* [h], *de hæreticis intelligendum eſt, qui catholicorum eccleſias ſibi vſurpare contendunt.*

¶ 3 *Illud verò Euariſti* [i] *Papæ tunc intelligendum eſt, quando nec ineuitabilis neceſsitas, (perſecutorum videlicet) nec Apoſtolica, aut regularis mutatio, ſed ambitio ſola epiſcopum de eccleſia ad eccleſiam tranſire cogit.* ¶ *Vnde cum in principio ſui capituli diceret.* [*Epiſcopus non debet dimittere eccleſiã ſuam,*] *ſubſequenter adiunxit*] *Abſque ineuitabili neceſsitate, aut Apoſtolica, vel regulari mutatione, & alteri ſe ambitus cauſa conungere.*

4 *Ambitionis* [k] *enim cauſa, quicunque eccleſiæ ſuę mediocritate de*

---

† al. quem.

a Certè id qđ ſequtur, ex. tex. non habet, cum dicit tãtum præſentibus cunctis, &c. & nihil dicit de cõſenſu, vel ſic conti nebatur in forma gratiæ. Archid.

† al. Nauarienſi, al. Narinenſi.

b Ar. 24. q. j. c. vlti. in pr. vbi de hoc.

† reſiſtentes

2 ſ. c. factus. & c. Nouatianus.

3 ſ. co. ſicut vir.

« Clericus eccleſiã mutat quinque cauſis.

c Quod eſt cum pp perſecutionem recedit. L.

humilititatis. Cum cauſa neceſſitatis tranſit, neceſſitate ceſſante recuperat eccleſiam, vt ꝟ.eo.paſtoralis. Cum cauſa cupiditatis tranſit, tunc vtraque caret, vt ꝟ.e.c.eos.& ſi quis epiſcopus. ſed tamen eccleſia poteſt eum repetere, vt ꝟ.e.c.1.& cogitur tunc redire, vt ꝟ.e.ſi qui verò.In cauſa leuitatis eſt vis aliquãta.H.dicit quod idem ſit in cauſa leuitatis,qđ in cauſa ambitionis, ꝗ ſcilicet ſine admonitione põt priuari ſi ex cauſa leuitatis adhæſerit alij: niſi prior eccleſia velit eũ repetere. ſi autem non adhæſerit alijs: aut eccleſia habet eum pro derelicto,aut nõ.ſi habet, puta ſi contrahat matrimonium, vel ſit miles: tunc poteſt priuari. Item ſecundum H. ſi defuerit per tres ſeptimanas, vel duos mẽſes, & ſine iuſta cã, & abſque licentia prælati eſt in ſtudio,vel in peregrinatione. in his omnibus ſine admonitione poteſt priuari,vt dicit.honeſtium tamen eſt,,vt admoneatur, vt ꝟ.ea. ſi quis presbyter. & c. ſi quis in clero. & extr. de cohab. cler. & mu.c.ſi quiſquam. verius credo ꝙ ſemper primò admonẽdus eſt, vt extr.de ap.pueniт.2. & ter admonẽdus eſt: vt ext.de ſent. excom. in audientia.Item arg. ad hoc ꝟ.ead.peruenit. extra de cle.non reſid. ex parte. & ext.eod.ex tuæ. Nec enim de facili credẽdum eſt aliquẽ habere eccleſiã ſuam pro derelicto. extra de renun. ſuper hoc. nec enim ex ſola abſentia præſumitur habere eccleſiam pro derelicto, cum poteſt quis ex iuſta cauſa abeſſe, vt ext. vt lit.non conte. quoniam frequenter.ſi autem nõ inuenitur, fiat prout dicitur in illa decret.ex tuæ.De vtilitate patet: quia cauſa vtilitatis tranſire põt ad aliam eccleſiã auctoritate maioris, vt ꝟ. e.mutationes.Item ſi cauſa humilitatis tranſit ad monaſteriũ, nõ põt eam repetere,vt ꝟ.e.hoc nequaquã. Alio mõ ẽt cõſueuerunt quidam diſtinguere,vt inuenies in illa gloſſa, cũ quis.

1 Adde pro hoc tex.in l. itẽ eorũ. §. ſi decuriões ff.qđ cu. vn.

2 Et in Angſgr. c.43.

3 Anſ.l.6.c. 112.Bur.l.2 c.97. Iuo p. 6.c.174.

ſpecta ad maiorem eccleſiam tranſire voluerit,debet reuocari ad propriam [1]. *Quòd ſi redire contempſerit,careat aliena, & propria.*

¶*Vnde in Nicæno concilio c.15. legitur.*[2]

¶Epiſcopus, vel quilibet clericus relicta ſua eccleſia non debet ad aliam tranſire.

CAP. XIX.

3 NOn oportet[a] epiſcopũ, vel reliquos ordines de ciuitate ad ciuitatem migrare,non epiſcopus,non presbyter, non diaconus tranſeat. Si quis autem poſt definitionem ſancti, & magni concilij tale quid agere tentauerit, & ſe huiuſmodi negotio mancipauerit,hoc factum prorſus in irritum ducatur, & eccleſiæ reſtituatur[b], cuius fuit epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus.

¶*Ex duobus codicibus collectionis Anſelmi in vno emendatiore caput hoc ita habet, vt verba hæc*, Quòd non oporteat epiſcopum, vel reliquos ordines demigrare.*ſit rubrica, & capitulum hoc modo incipiat.*Vt de ciuitate ad ciuitatem, non epiſcopus, non presbyter, non diaconus tranſeat. *In altero verò eadem rubrica eſt nigris literis ſcripta, & eſt initium capituli, vnde videtur caput hoc eſſe concinnatum, quemadmodum eſt apud Gratianum, ſalua ſententia ipſius canonis.*

Item Gregorius Anthemio ſubdiacono, libro.5. epiſtol. 23. ſiue cap. 123.

¶In monaſterio deputetur epiſcopus,qui in eccleſia ſua reſidere contemnit.

k ¶*Ambitionis.*] Cum quis ſine licentia prælati recedit de eccleſia,ſi quidem ex cauſa neceſſitatis,adhuc eam retinet, vt ſ.e.præſentium.ſi ex cauſa voluntaria,perdit eam. 21. q. 2. ſi quis iam translatus. ſi autem ex vtili cauſa recedat, non perdit eam,ſed punitur alio modo à iudice.de conſ.diſ.5.nõ oportet.2.& 91.di.clericus. Sed ſi accedit ad aliã eccleſiã, videtur renuntiare primæ[a],vt ext.de præb.de multa.& de conceſ.pb. literas.in fi.populus tamen eum ſi vult,repetere poteſt,ꝟ.e.nõ oportet.Si autem prælatus per tres ſeptimanas abeſt,per triennium ſuſpenditur. ꝟ. e.ſi quis in clero. Si per duos menſes, priuatur eccleſia.ſ.e.præſentium. Si per quinque annos, deponitur.ext.de cle.non reſi.c.2.prelatus verò ſi diebus ſolemnibus defuerit ab eccleſia, punitur. ꝟ.e.ſi quis in clero.imo & clericus ſi vna hora defuerit.92. diſt.c.vlt.ibi deponitur.

a Dic vt no. ext. de cle. nõ re.ex tuę & 21. q. 1. clerici. & c. relatio. & extra de of. vic.c.1.Arc.

NOn oportet.] Casvs.Omnia ſequentia ca.loquuntur de tranſeuntibus ambitioſè: quod ab initio ſemper præſumitur,cũ ſua auctoritate hoc faciunt.Dicitur ergo hic, ꝙ nec eps,nec presbyter, nec diaconus debet de ciuitate ad ciuitatẽ tranſire,& ſi quis præſumpſerit,eccleſiæ ſuæ reſtituatur.

a ¶*Non oportet.*] Hoc c. reſpicit primam partem.

b ¶*Reſtituatur*] eccleſiæ,ſi eccleſia eum repetit[b], ꝟ. e. ſi quis epiſcopus.& tunc cogitur redire,vt ꝟ.e.ſi qui verò.

b Et ita hoc ſtatutum eſt in fauorem eccleſiæ, ſ. ꝙ põt eum repetere, ſed nõ cogit eũ recipere.ar. 32. q. 1. de bñdicto.Ar.

CAP. XX.

4 PEruenit ad nos Pimonium Amalphitanę ciuitatis epiſcopũ[c] in eccleſia ſua reſidere non eſſe contentum, ſed foris per diuerſa loca vagari. *& infrà.*¶ Idcirco hac tibi auctoritate pręcipimus, vt ſupradicto epiſcopo interminari non deſinas, quatenus hoc de cætero facere non pręſumat, ſed in eccleſia ſua ſacerdotali more reſideat.Quem ſi fortè non emendari poſt tuam interminationem[d] cognoueris, in monaſterio eum deputare[e], & nobis curabis modis omnibus indicare: vt quid facere[f] debeas, noſtra iterum præceptione cognoſcas.

Item ex concilio Chartaginenſi 5.cap.5.[5]

¶Epiſcopo nulli conceditur principalem cathedram relinquere, & ad aliam eccleſiam ſe transferre.

CAP. XXI.

6 PLacuit,vt nemini ſit facultas,relicta[g] principali cathedra, ad aliquam eccleſiam in diœceſi[h] conſtitutã ſe conferre,vel in re propria diutius, quàm oporteat, conſtitutum, curam, vel frequentationem propriæ[i] cathedræ negligere.

Item ex eodem Carthaginenſi 5. cap.8.[7]

¶Interceſſori cathedram,cui datus eſt, tenere non licet.

CAP. XXII.

COnſtitutum[k] eſt, vt nulli interceſſori licitum ſit cathedram ...

PEruenit.] Casvs. Pimenius Amalphitanæ ciuitatis epiſcopus nõ reſidebat in eccleſia ſua: ſed foris per diuerſa loca vagabatur Pręcepit ergo Gre. Anthemio ſubdiacono,vt illum admoneat ad eccleſiam ſuam redire: & ſi contemnat, detrudat eũ in monaſterium:& hoc Papæ ſignificet, vt qd ſit poſtea facturus agnoſcat.

c ¶*Epiſcopum.*] Epiſcopus ad plus ſecũdũ iura canonica per ſex menſes aberit,vt extra de cler.non reſiden. ex tuę.Authen. tñ dat annũ, vt in auth.quo.opor.epiſ.§.illud.coll.j.

d ¶ *Interminationẽ.*] Ergo admonẽdus eſt.

e ¶*Deputare.*] "Hic ſubditus ſuſpendit ſuũ prælatũ.ſic 74.diſt.honoratus. hoc etiam laicus poſſet.32.diſt.§.verum.& fœmina, vt 2.q. 5.Mennam. Sed certe in hoc non erat ſubditus: quia faciebat hoc ex delegatione dñi Papæ.Idem eſt de alijs.

f ¶*Facere.*] Arg. ꝙ ſi Papa mandat alicui vt excõmunicet aliquẽ, idem non poteſt eum abſoluere,ar.27. q.1.ſi homo. Sed hoc verum eſt, cum hoc alicui ſpecialiter demandatur. Si autem mãdatur deciſio cauſę alicuius iudici,& alteram partem excommunicet, poteſt illam abſoluere.

4 Anſ. l.6. c.178.

"platus qñ que ſuſpenditur à ſubdito ſuo.

5 Et in Afri. c.83.

6 Anſ. l.6. c.176.

7 Et in Afri. c.41.

PLacuit.] Casvs Statuitur in hoc capit. vt nullus prælatus relicta cathedra principali ad aliam diœceſim ſe præſumat conferre: ne pp propriã vtilitatẽ ſuam,curam eccleſię poſſet negligere.

g ¶ *Relicta.*] Clericus inconſulto epo non poteſt dimittere eccleſiam ſuam.extr.de renun.admonet.& ſi tranſit de vna eccleſia ad aliam de eodem epiſcopatu, ibi ſufficit tacitus conſenſus epiſcopi: quia tacitus diſſenſus diſſoluit matrimonium carnale,vt 33.q.5.qui vxorem. Sed ſi transfert ſe ad aliam diœceſim, tunc quaſi liberatur à patria poteſtate:quod non poteſt fieri niſi expreſſo[c] cõſenſu epiſcopi.C.de eman.lib.l.3. & expreſsè dicitur 71.diſt.c.1.& 19.q.2.c.1.& 21.q.2.c.1.

h ¶*In diœceſi.*] niſi cauſa viſitandi, vt 10.q.1. placuit. ſeruato quod dicitur.ꝟ.de conſe.diſt.3. epiſcopus.

i ¶*Propriæ.*] No.quòd prælatus non debet præponere ſuam vtilitatem vtilitati eccleſiæ. & ſi in hoc paſſa ſit eccleſia damnum,illud de proprio reſarciet.12.q.4.quicunque.

c De hoc no.71.di.c. 3.& 21.q.2. c.1.& hanc ſniam ſequitur V. & Tan.in prędi. c.admonet.

COnſtitutum eſt.Casvs. Quidam interceſſores,vel viſitatores vacantium eccleſiarum nitebantur retinere illas eccleſias ſtudijs populorum,vel ſeditionibus.Facta eſt ergo conſtitutio,vt hoc de cætero nõ fiat.ſed det operam interceſſor, quatenus intra annum epiſcopus eligatur. Si verò neglexerit, anno elapſo remoueatur,& alius interceſſor detur.

k ¶*Conſtitutum.*] Curam debet habere viſitator in electione:

ne a: & ideo prohibetur eligi, ne poſſit malignari: ſicut tutor prohibetur ducere pupillam ante reddita ratiocinia, ne poſſit malignari. C. de interdict. ma. ſi tutor. ſic nec creditori licet ſibi pignus adicere. C. qui bo. ced. poſ. l. 4. Item viſitator non debet ſibi honorem aſſumere. 8. q. 1. in ſcripturis. & ſic ratione officij aliquid prohibetur, vt 10. q. 2. hoc ius porrectum. in ſi. & ff. de contrahen. emp. ſi in emptione. §. tutor. " & eſt contra regulam illam quòd nulli debet ſuum officium eſſe dânoſum. extra de fideiuſſori. peruenit. ff. de fur. ſi ſeruus communis. Iſte viſitator mortuo epiſcopo conſtituitur: & iſte debet admonere clericos vt eligant futurum epiſcopum. vt 61. diſt. obitum. & c. Catinenſis. & ſi plures eligantur, poteſt examinare, quis ſit melior. vt 85. diſt. Florentinum. Item cuſtodit redditus eccleſiæ, vt 61. diſt. quoniã. Quandoque tamen redditus eccleſiæ cuſtodiuntur ab œconomis, ſi eos habeat eccleſia, vt 75. diſtin. quoniam quidam.

a ¶ *Vt intra annum.*] ſ. 63. diſtinct. obeuntibus.

SI *qui verò.*] CASVS. Dicitur hic quòd nullus clericus relicta ſua eccleſia debet recipi in aliena eccleſia, ſed cogi debet redire: quòd ſi non fecerit, excommunicetur.

b ¶ *Cogantur.*] ſi. ff. de decu. l. 1.

c ¶ *Vt redeant.*] ſi eccleſia vult eum repetere b, ipſe tamen nõ poteſt. ext. de ren. ꝙ in dubijs. 32. q. 1. de benedicto. ſic 33. q. 5. mulier. Sed nonne hodie ipſo iure perdit priorem eccleſiam, vt ext. de preb. de multa? Reſpon. perdit quantum ad ſe, ſed non quantum ad prælatum.

SI *quis presbyter.*] CASVS. Quæſitũ fuit in concilio Antiocheno quam pœnã debet pati clericus ille, qui ſua auctoritate ad alienam tranſit eccleſiam. Et reſpon. quòd ſi monitus ab epiſcopo ſuo non redierit, debet ſuſpendi. & ſi poſtea coutumax fuerit, debet deponi ſine ſpe reſtitutionis. epiſcopus autem qui depoſitum receperit, à coepiſcopis increpabitur.

d ¶ *Spem.*] Ergo reſtitui non poteſt clericus depoſitus ab epiſcopo,

a Et ẽt eliget ſecundũ Hu. Alij cõtra de hoc not. 61. diſt. obitum. Ar.

" Officium quãq; eſt dãnoſum.

† al. excepto.

1 Anſel. l. 7. c. 107. Bur. l. 2. cap. 98. Iuo p. 6. cap. 175.

2 & in Chalce. c. 20. In Aquiſgran. c. 71. Anſel. l. 7. c. 170.

b Non tñ cogitur. ĵ. c. ſi qs pſbyter. & c. ſi qs eps ſcdm Hug.

thedram, cui interceſſor datus eſt, quibuslibet populorũ ſtudijs, vel ſeditionibus retinere: ſed dare operam, vt intra annum a eiſdem epiſcopum prouideat. Quod ſi neglexerit, anno expleto † interuentor alius tribuatur.

Item ex concilio Nicæno, capitul. 16.

¶ Excommunicentur clerici, qui relicta ſua eccleſia ad eam redire noluerint.

CAP. XXIII.

1 SI qui verò ſine reſpectu agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neque eccleſiaſtica ſtatuta cuſtodientes receſſerint ab eccleſia ſua, ſiue presbyter, ſiue diaconus, vel in quocunque eccleſiaſtico ordine poſiti fuerint, hi non debent ſuſcipi in alia eccleſia: ſed cum omni neceſſitate cogantur b, vt redeãt c ad eccleſiam ſuam. Quòd ſi permanſerint, excommunicari eos oportet.

Item ex concilio Antiocheno, cap. 3. 2.

¶ De eodem.

CAP. XXIIII.

ij SI quis presbyter, vel diaconus, vel quilibet clericus, deſerta ſua eccleſia, ad aliam tranſeundum eſſe crediderit, & ibi paulatim tentet, quò migrauit, perpetuò manere, vlterius miniſtrare non debet, præſertim, ſi ab epiſcopo ſuo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quòd ſi poſt euocationem ſui epiſcopi, nõ obedierit, ſed inobediens perſeuerauerit, omnimodo ab officio ſuo deponi debere, nec aliquando ſpem d reſtitutionis habere: ſi verò propter hanc culpam depoſitum alius epiſcopus e ſuſceperit, & ipſe à communi ſynodo pœnam merebitur increpationis A, tanquam eccleſiaſtica iura diſſoluens.

A ¶ Increpationis.] *Græcè eſt*, ἐπιτιμίας τυγχάνειν, *quod in alijs verſionibus eſt*, arguatur. vel coerceatur, vel puniatur.

Item ex eodem Antiocheno, capitul. 21.

& hoc verum, cum pro crimine deponitur, ſecus ſi pro contumacia. 50. diſt. contumaces.

e ¶ *Alius epiſcopus.*] ſi ab vno epiſcopo quis ſuſpenditur, vbique habendus eſt ſuſpenſus, vt hic, & 4. q. 5. quiſquis. quia quantum ad officium ſententia ius facit. Secus ſi eſt ſuſpenſus à beneficio " ſed in excommunicato idem eſt, quia cum ſit extra eccleſiam, nihil poteſt poſſidere nomine eccleſiæ. 23. q. 7. c. 2. & 3. & 8. di. quo iure. & ar. 11. q. 3. ſi quis à proprio. ſ. 70. di. ſanctorũ. & extr. de app. paſtoralis. in fine c.

¶ Non licet epiſcopo eccleſiam ſuam relinquere, & ad aliam tranſire.

CAP. XXV.

3 EPiſcopum ad diœceſim alteram non debere tranſire, neque ſi ſe ipſum ingeſſerit, neque ſi à populis fuerit violenter attractus, neque ſi etiam hoc ei ab epiſcopis ſuadeatur †: manere autem eum debere in eccleſia Dei, quam ab initio ſortitus eſt, & non ab ea alibi demigrare, ſecundum regulam ſuper hoc olim à patribus conſtitutam.

Item ex concilio Chalcedonenſi, cap. 5.

¶ De eodem.

CAP. XXVI.

PRopter eos epiſcopos ſiue clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem tranſeunt, placuit definitiones datas à ſanctis patribus habere propriam firmitatem.

Item ex concilio Carthaginenſi, 3. cap. 20. 4

¶ Alienæ plebes ab epiſcopo non vſurpentur.

CAP. XXVII.

5 PLacuit f, vt à nullo epiſcopo vſurpentur plebes alienæ, nec aliquis epiſcoporum ſupergrediatur in diœceſi collegam ſuum.

Item Anacletus.

¶ Alienos clericos ordinare, & altaria conſecrare epiſcopo non licet.

CAP. XXVIII.

6 EPiſcopus in diœceſim alienam ad alienos clericos ordinandos, vel conſecranda altaria irruere non debet. Quod ſi fecerit, amotis g his, quos ordinauit, altaris h tamen conſecratione manente, tranſgreſſor canonum vno anno i à Miſſarum celebratione ceſſabit.

Item ex concilio Agathenſi, capitul. 64.

¶ Diebus ſolemnibus clericus eccleſiæ ſuæ deeſſe non debet.

CAP. XXIX.

ij SI quis in clero k conſtitutus ab eccleſia ſua diebus

EPiſcopum.] CASVS. Dicit, quòd nullus epiſcopus ſua auctoritate ad alienam migret eccleſiam, etiã ſi à populis fuerit violenter attractus, vel ei ab epiſcopis ſuadetur, ſed in ſua permaneat. Sequentia duo ca. plana ſunt.

f PLacuit.] 13. q. 1. capit. 1.

EPiſcopus.] CASVS. Statuit hic, ꝙ nullus epiſcopus debet in aliena diœceſi clericos ordinare, vel altaria cõſecrare, quod ſi fecerit clerici deponẽtur: ſed altaria manebunt conſecrata, & ordinator epiſcopus vno anno ceſſabit à Miſſarum celebratione.

g ¶ *Amotis.*] ĵ. 16. q. 5. c. 1. 9. q. 2. Lugdunen. contra. Sed ibi nomine alterius conſecrauit, & ille ratum habuit, hic nomine proprio, vt 13. q. 1. cap. 1. Vel ibi Dominus ratã habuit ordinationẽ.

h ¶ *Altaris.*] " ſi res inanimata fuerit conſecrata Domino, nõ reſtituitur, vt 14. q. 6. cõperimus. ſecus in re animata. 54. diſ. frequens. qa animata delinquere põt, ſed inanimata nõ.

i ¶ *Vno anno.*] 9. q. 2. nullum. cõtra, vbi pro tali culpa deponĩt. Sed illud ẽ ex diſpẽſatione.

SI *quis.*] CASVS. hoc c. diuiditur in duas par. In 1. dicitur, ꝙ ſi clericus in minoribus ordinibus conſtitutus non ex iuxta cã in diebus ſolemnibus defuerit à ſua eccleſia, ſc. in natiuitate Domini, Epiphania, Paſcha & Pẽtecoſte, triẽnio ab officio ſuſpẽdatur in 2. par. dicitur, ꝙ ſi presbyter, vel diaconus p tres hebdomadas defuerit ab eccleſia ſua, eãdẽ pœnã patiatur. Scda pars incipit ibi, *Similiter*.

k ¶ *In clero.*] Maximè, quia

" Excõicatus nihil põt poſſidere nomine eccleſiæ.

3 9. q. 2. nullum. Bur. l. j. c. 72. Iuo p. 5. c. 179.

c Vbi de hoc in gl. quæ. n. ibi vide. & ĵ. 32. q. 6 pcẽptum. Arc.

† ἀναγκαζόμενον.

4 ſ. ca. non oportet. ex Nicæna ſynodo. lib. c. 6. c. 236.

5 Burch. l. 1. c. 64. Iuo p. 5. c. 173.

" Res inanimata conſecrata Dño, non eſt reſtituenda.

6 in Aurelian. 3. c. 15.

quia laicis non licet. s. de conſe. di. 1. ſi quis. & diſt. 3. c. nulli.

a ¶*Solemnibus.*] imo nullo tempore deerit, vt 91. diſ. Eleutherius. & c. clericus. & 92. di. c. vlt. Sed quid ſi plures habet eccleſias, vel præbendas? Tunc dicas eccleſiam ſecum diſpenſaſſe, vt ad iſtud non cogatur.

† al. ſingulari lucro.

b ¶*Per tres.*] s. e. præſentium. contra ibi dicitur de duobus menſibus. Sed ibi factū narrat, hic ius commune. Vel idem eſt in vtroque dum tamen abſit de licentia ſuperioris.

1 Anſel. l. 6. c. 109.

R*Emoto.*] Casvs. Irenæus epiſcopus per ſeditionem volebat Barcinonen. eccleſiam retinere: ſed Hilarius Papa præcepit Aſcanio archiepiſcopo, vt inde illum remoueat, & ad ſuam faciat reuerti eccleſiam, & in eccleſia Barcinonenſi talem faciat eligi, qualem deceat illū conſecrare: ne ſi aliter fiat pœnam patiatur, qđ in iniuriam Dei factū fuerit. *Retundat.* ideſt. puniat & emendet, vel corrigat.

† al. ſimiliter

c ¶*Remoto.*] ab officio viſitationis [a]. vel ēt ab ipſo epiſcopatu, quem occupauerat.

a Hoc ideo dicit, vt tangat ſententiam Hu. dicentis. ꝙ iſte Ireneus eps factus erat viſitator in iſta eccleſia Barcinonēſ. quē quidam volebant illum eligere in epm, alij nolebāt. pp hoc ſcribit Papa metropolitano, vt eū faciat ad ſuam eccleſiam redire, & ibi alium dignum eligi, ſecundū Hug.

S*I quis.*] Casvs. Anaſtaſius Theſſalonicenſis epiſcopus quæſiuit à Leone quam pœnam pati debeat epiſcopus, qui minore ciuitate deſerta ſe transfert ad maiorem ambitioſè. Et reſpondetur quòd ſuam perdere debet, & illam quam per ambitionem concupiuit. Idem eſt caſus ſequentis c.

d ¶*Ad maiorem.*] multò fortius ſi ad parem: quia facilius diſpenſatur in maiori quàm in pari. extr. de transla. licet ad minorem etiam difficilius quàm ad parē. ext. de transl. cum ex illo. & eſt hic præſumptio canonis, quia eo ipſo ꝙ tranſit ad maiorem, præſumitur eſſe ambitio potius quā leuitas: quia nullus tranſit ad minorem. ext. de cle. non reſi. c. 1.

2 Pol. l. 1. ti. 9. Anſ. lib. 6. c. 104. Bur. l. 1. c. 74. Iuo p. 5. c. 103.

QVI VERO Casvs. Dictum eſt s. de ambientibus. Nunc verò dicit de his qui pretio vacantem eccleſiam ingrediuntur, qui ſunt deponendi.

3 Burc. l. 3. c. 47. Iuo p. 3. c. 52. Pan. l. 2. c. 45.

† al. aſpirare cōtenderit.

ſolemnibus [a] defuerit, ideſt natiuitate Domini, Epiphania, Paſcha, vel Pentecoſte, dum potius ſecularibus † lucris ſtudet, quàm ſeruitio Dei parere, conuenit, vt triennio à communione ſuſpendatur. ¶Similiter diaconus, vel presbyter, ſi per tres [b] hebdomadas ab eccleſia ſua defuerit, huic damnationi ſuccumbat.

Item Hilarius Papa Epiſcopus Tarraco. c. 3.

¶Remouendus eſt epiſcopus ab eccleſia, cui irrepſerit, & ad ſuam cogendus eſt redire.

CAP. XXX.

1 REmoto [c] ab eccleſia Barcinonenſi, atque ad ſuam remiſſo Irenæo epiſcopo, ſedatis per ſacerdotalem modeſtiam voluntatibus, quæ per ignorantiam eccleſiaſticarum legum deſiderant, quod non licet, obtinere: talis protinus de clero proprio Barcinonēſibus ordinetur epiſcopus, qualem te pcipuè frater Aſcani oportet eligere, & decet conſecrare: ne ſi fortè aliter† factum ſit, non ſine obiurgatione tui maximè nominis retundat noſtra præceptio, quod ad iniuriam Dei (à quo ſpecialiter ſacerdotalium eſt gratia dignitatum) didicerimus admiſſum.

Item Leo Epiſcopus vrbis Romæ Anaſtaſio Theſſalonicenſi Epiſcopo epi. 82. al. 84. c. 8.

¶Qui alienam cathedram appetit, ab ea expulſus etiam propria careat.

CAP. XXXI.

2 SI quis eps mediocritate ciuitatis ſuæ deſpecta, adminiſtrationem celebrioris loci ambierit, & ad maiorē [d] plebem ſe quacunque ratione tranſtulerit, non ſolùm à cathedra quidē pellatur aliena, ſed carebit & propria: vt nec illis præſideat, quos per auaritiam concupiuit, nec illis, quos per ſuperbiam ſpreuit. Suis igitur terminis contentus ſit quiſq; nec ſupra menſuram iuris ſui affectet augeri.

Item ex concilio Meldenſi, c. 30.

¶Vtraque careat eccleſia, qui contemptu minoris eccleſiæ ad maiorem aſpirat.

CAP. XXXII.

3 SI quis de ordine ſacerdotali contemptu minoris eccleſiæ ambitioſè, & improbè ad potiorem aſpirauerit †, canonica erga eum definitio conſeruetur, hoc A eſt, vt vtraque careat.

A ¶Hoc eſt, vt vtraque careat.] *Hæc non ſunt in Meldenſi impreſſo, habentur tamen apud cæteros quoque collectores.*

Qui verò pretio eccleſiam vacantem ingreſſus fuerit, ab officio ſuo deponendus eſt, ſicut in Rothomagenſi concilio legitur.

¶Deijciatur à clero, qui muneribus eccleſiam acquirere tentat.

CAP. XXXIII.

4 SAncitum eſt, atque omnibus modis prohibitū, vt ſi quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico, vel laico munera dare, vel dediſſe, aut aliam [e] pecuniam tribuere, vt alterius presbyteri eccleſiam ſurripiat A, aut vacantem pretio redimat, pro hac cupiditate, ſeu rapina, ſeu præſumptione turpis lucri gratia, deijciatur à clero, & alienus exiſtat à regula.

A ¶Surripiat, aut.] *Additæ ſunt iſtæ duæ voces ex Burchardo. Nam viuente presbytero poſſeſſore non poteſt dici vacans eccleſia. In li. 7. capitularium, c. 206. eſt verbum*, ſurripiat. *ſed deeſt alterum membrum,* aut vacantem pretio redimat. *Iuo, & auctor Pannormiæ habent vt antea Gratianus,* eccleſiam vacantem pretio redimat.

5 *Quòd verò communi conſilio, atque aliorum vtilitate mutationes epiſcoporum fieri poſſint, & in eccleſiis, à quibus receſſerint, eis viuentibus alij ſubſtituti valeant, Anterus Papa demonſtrat epiſtola ſeptima ſcribens epiſcopis Bæticæ, & Toletanæ prouinciæ.*

¶Neceſſitatis, vel vtilitatis cauſa epiſcoporum mutationes fieri poſſunt.

CAP. XXXIIII.

5 MVtationes epiſcoporum ſcitote communi vtilitate, atque neceſſitate fieri licere, ſed non propria † cuiuſquam voluntate, aut dominatione. Petrus [f] ſanctus magiſter noſter, & princeps Apoſtolorum de Antiochia vtilitatis cauſa translatus eſt Romā, vt ibidem potius proficere poſſet. Euſebius quoque de quadam parua [g] ciuitate, Apoſtolica auctoritate mutatus eſt ad Alexandriam. Similiter Felix de ciuitate, in qua ordinatus erat, electione ciuium propter doctrinam, vitamq́ue bonam quàm habebat, [auctoritate A huius ſanctæ ſedis, &] communi epiſcoporum, & reliquorū ſacerdotum, ac populorum cōſilio translatus eſt Epheſum. Non enim tranſit de ciuitate ad ciuitatem, nec transfertur [h]

S*Ancitum.*] Casvs. Statutum fuit in Rothomagenſi concilio, vt quicunque pecuniā dederit, vel aliud munus clerico, vel laico pro aliqua eccleſia vacante, ab officio ſuo repellatur.

e ¶*Aut aliam pecuniam.*] Aliam bene dicit, quia quidquid habent homines, pecuniæ nomine cenſetur. 1. q. 3. per totum.

4 In cap. l. 7. c. 206. Burc. l. 3. cap. 114. Iuo p. 3. capit. 90. Pan. l. 2. capit. 49.

Additio. ad idē 18. q. 1. ſi infidelis. in fi. Archid.

QVOD VERO. Hæc eſt 5. pars q. in qua probare intendit, quòd de licentia Papæ ex iuſta cauſa bene poſſunt fieri mutationes, & ꝙ vnus debet eſſe platus in vna eccleſia. & hoc probat per ſex auctoritates. Io. de Fant. Casvs. iſte §. reſpicit illum §. s. e. illud verò Cypriani. vbi facta eſt mentio de mutatione epiſcoporum, ꝙ poſſet fieri auctoritate populi, & communi conſilio epiſcoporum. probat hoc vſq; ad §. *Hoc non ſolùm.*

M*Vtationes.*] Casvs. Docet Anterius Papa in hoc capitulo, ꝙ mutationes epiſcoporum poſſunt fieri pro communi vtilitate, vel neceſſitate, & auctoritate ſedis Apoſtolicæ: & hoc probat tribus exemplis, ſcilicet Petri, Euſebij, & Felicis: qui de minoribus locis ad maiora ſunt translati, nec dicuntur iſti tranſire, vel ſedem mutare, cū hoc non faciunt per ambitionem, ſed inſpecta communi vtilitate, vel neceſſitate hoc faciūt.

5 Pol. l. 1. ti. 9. Anſel. l. 6. c. 94. Burc. l. 1. c. 77. Iuo p. 5. ca. 183. Pan. l. 3. capit. 69.

f ¶*Petrus.*] 22. diſ. ſacroſancta.

† al. non libitu cuiuſquam, aut dominatione

g ¶*Parua.*] ſcilicet, Vercellina. & regulare eſt, vt à minori promoueatur ad maius, vt 93. di. legimus. in fi. ff. de mu. & hon. vt gradatim. ſed non ècouerſo.

h ¶*Nec transfertur.*] præſumit. n. canon locum non mutari, "cū animus non ſit mutatus: ſicut virgo cenſetur, cū non ſit aīus corruptus, licet corpus ſit corruptum. 32. q. 5. ita ne. ſic propter animum bonū iudicat canon etiam iniuſtum factum bonum. 23. q. 8. occidit. & q. 7. quod autem. & 32. q. 3. propoſito.

"Virgo dici poteſt etiā corrupta.

Scias.

S*Cias.*] CASVS. Quidam dicebant, quòd nec cauſa vtilitatis, nec cauſa neceſſitatis poterunt epiſcopi mutare ſedes. quare Benignus Archiepiſcopus quæſiuit à Pelagio, vtrum benedicerent. Et reſpondet quòd non: quia plurimorum vtilitas præferenda eſt vnius vtilitati, vel volũtati. Nec dicuntur iſti trãſire, vel mutare, qui hoc non faciũt per ambitionẽ, ſed potius mutari. Vnde malè dicebant illi qui aſſerebant epiſcopos non poſſe ſedes mutare cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis.

1 Plura ſunt verba in originali.

a ¶*Plurimorum.*] illuc potius accedat prælatus vbi plus lucri poteſt facere, licet maior ſit ibi pœna ſua, vt ĩ.e.c. 1. & hic apparet ratio, quare epiſcopus nõ debeat fieri monachus inuito Papa: quia ibi conſulit propriæ vtilitati tantùm: vt 2.q.7. ſancta. ſed hic communi & propriæ, quæ duo ſunt præferenda propriæ tantùm, vt 2.q.7. ſancta.

† al. quoque

b ¶*Præferenda eſt.*][cc] nam cum quis vocatur ad prælaturam, nõ præponet priuatum cõmodum communi, vt hic, & 8.q.1. in ſcripturis. & 16.q.6. vos autẽ. Et hoc intelligas cum per publicum non impeditur priuatum. aliàs enim ſuam vtilitatem poteſt præferre. ff. de iudi. ſi longius. ff. de arbi. licet autem. ff. ad l. Aq. l. ſi quis fumo. ff. de præſcr. verb. l. qui ſeruandarum. aliud tamen videtur in prælato, vt ille ſemper teneatur præponere vtilitatem eccleſiæ, ſuæ propriæ vtilitati, vt 12. quæſt. 4. quicunque [a]. Cum ergo detrimentum quis patitur pro publica vtilitate, poteſt ſuam præponere vtilitatem. 19. q. 2. duæ. 14. diſtin. quòd ait. quia ordinata charitas à ſe incipit. 23. q. 5. ſi non licet. de pœn. diſtin. 6. qui vult. Vel dic, quòd quando priuata vtilitas includitur in communi, tunc præponitur communis, vt eſt in prælatura, vt ar. ff. pro ſo. l. actione. §. Labeo. Vel diſtingue aut vtilitas in acquirendo conſiſtit, aut in dãno vitando, tunc ſecus,

[cc] vtilitatem ſuã an poſſit quis ꝑferre publicæ.

2 Pol. l.1. ti. 9. Anſel. l.6. c.97.

† al. electionis] al. dilectionis.

a De hoc le. & not. ſ. ea. c. placuit.

3 Concord. tex. cũ gl. in ver. eo tpe. in l. actione. §. Labeo. ff. ꝓ ſoc. & gl. ĩ l. r. & ibi Petr. Cyn. & Bar. ff. ſolu. mat.

de minori ad maiorẽ, qui hoc non ambitu, nec propria volũtate facit, 1 ſed aut vi à propria ſede pulſus, aut neceſſitate coactus, aut vtilitate loci, aut populi, non ſuperbè, ſed humiliter ab alijs tranſlatus, & inthronizatus eſt. *& infrà.* ¶Nam ſicut epiſcopi habent poteſtatem ordinare regulariter epiſcopos, & reliquos ſacerdotes, ſic quoties vtilitas, aut neceſſitas coëgerit, ſupradicto modo & mutare, & inthronizare poteſtatem habẽt. [non tamen ſine ſacroſanctæ Romanæ ſedis auctoritate & licentia.] *& infrà.* ¶Alia etenim † eſt cauſa vtilitatis, & neceſſitatis, alia auaritiæ, ac præſumptionis, aut propriæ voluntatis.

A ¶Auctoritate huius ſanctæ ſedis, &c.] *Hæc verba non leguntur in epiſtola Anteri, neque in Pannormia, neque apud Burch. & Iuonem. Sunt tamen apud Anſelmum, & in Polycarp. & vetuſtis Gratiani exẽplaribus. Idem quoque eſt de verbis illis propè finem capitis,* non tamen ſine ſacroſanctæ Romanæ ſedis auctoritate, & licentia: *quæ propter hanc cãm virgulis ſunt incluſę.*

Item Pelagius Papa ſecundus Benigno Archiepiſcopo, epiſt. 2.

¶Cauſa neceſſitas mutationes epiſcoporum fieri poſſunt.

CAP. XXXV.

2 SCias frater dilectiſſime, aliud eſſe cauſam neceſſitatis, & vtilitatis, aliud cauſam præſumptionis, ac propriæ voluntatis. Non ergo mutat ſedem qui non mutat mentem, id eſt, qui non cauſa auaritiæ, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, vel ſuę delectationis † migrat de ciuitate ad ciuitatem, ſed cauſa neceſſitatis, aut vtilitatis mutatur. Nam 3 plurimorum [a] vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati præferenda eſt. [b]. Aliud [c] eſt enim mutare, & aliud mutari. *& infrà.* ¶Nam aliud eſt ſponte tranſire, & aliud eſt coactè, aut neceſſitate venire. Vnde non iſti mutant ciuitates, ſed mutantur: quia non ſponte, ſed coactè hoc agũt. *& infrà.* ¶Non ergo bene intelligunt eccleſiaſticas regulas, qui hoc negant cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis fieri poſſe, quoties communis vtilitas, aut neceſſitas perſuaſerit.

Idem in eadem epiſtola paulò inferius.

¶Chriſtum negare conuincitur, qui neceſſitatem patientibus miſericordiam non impendit.

CAP. XXXVI.

OMnis, qui gemebat, & vexabatur à Saul, fugiebat, & veniebat ad Dauid] Si ergo piiſſimus, atq; iuſtiſſimus Dauid ſciret [d] peccatũ eſſe perſecutionem fugientes, & tranſeuntes de loco ad locum, & de ciuitate ad ciuitatem recipere, tales nequaquam reciperet, nec ſecum teneret, nec in alijs ciuitatibus eos collocaret. Qui enim perſequuntur Domini epiſcopos, eoſque de ciuitatibus ad ciuitates tranſire compellunt: non eos tãtum perſequuntur, quantum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius legatione funguntur. Nec ipſi in hoc peccant epiſcopi, quoniam non ſponte, ſed coactè [e] hoc agunt, ſed illi, qui eos perſequuntur: nec ipſis epiſcopis hoc imputari poteſt, ſed illis qui eos hoc agere cogunt. *& infrà.* ¶Qui autem negant miſericordiam faciendam fugientibus, ac neceſſitatẽ patientibus, ipſum Chriſtum negant, qui eſt miſericordia, & veritas. *& infrà.* ¶Negat miſericordiam neceſſitatẽ patientibus, qui populis indigentibus diuinis miniſteijs †, & non habentibus proprium epiſcopum, qui eos inſtruat, cauſa vtilitatis, atque neceſſitatis, ex alia ciuitate, licet minor [f] ſit, in eam, quæ non habet epiſcopum doctiorem [g], vel vtiliorem [h], meliori conſilio, non ſponte tranſeuntem, ſed maiorũ exhortatione mutare, † aut epiſcopum eiectum, & perſecutionem patientem cauſa vtilitatis, aut neceſſitatis inthronizari non permittit.

Item ex concilio Chartaginenſi, 4. c.27.

¶Non ambitione, ſed ſynodali auctoritate, de eccleſia ad eccleſiam epiſcopus tranſeat.

CAP. XXXVII.

4 EPiſcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non tranſeat: nec quiſquã inferioris ordinis clericus. Sanè, ſi vtilitas eccleſiæ fiendum popoſcerit: decreto pro eo clericorum, & laicorũ epiſcopis porrecto in pręſentia ſynodi transferatur, nihilominus alio in locum eius epiſco-

vel èconuerſo. ADDITIO. De hoc no. extr. de poſtu. prælã. bonæ. 1. de reg. licet Archid.

c ¶*Aliud.*] vt ſ. diſt. 6. teſtamentum. & ext. quod metus cauſ. ſacris.

1. Reg. 22.

O*Mnis.*] CASVS. Quidam dicebãt epiſcopos expulſos à ciuitatibus non eſſe recipiendos, & in alijs eccleſijs collocandos. Item aſſerebant, quòd cauſa vtilitatis non debebant mutari de minori ciuitate ad maiorem. Sed docet Pelagius exemplo Dauid eos eſſe recipiendos, qui ſi ſciret eſſe peccatum, expulſos à Saule non recepiſſet. non enim peccant expulſi: ſed potius qui cogunt eos fugere. Similiter cauſa vtilitatis licitè fit mutatio de minori ad maiorem, & qui contradicunt, miſericordiam negant, ſcilicet, qui nolunt mutare, id eſt, mutando tradere epiſcopum cauſa vtilitatis, vel neceſſitatis, vel deiectum recipere.

d ¶*Sciret.*] ar. ꝙ eo ipſo videtur aliquid bonum & iuſtum, ꝙ à bono factum eſt. 37. diſt. qui de menſa. & 9.q.2. Lugdunenſis.

e ¶*Coactè.*] precibus ſuperiorum. ſic ſ.e. qualiter. videtur. n. ꝙ non poſſit cogi, vt 74. diſt. vbi. Vel dic, ꝙ poteſt quis cogi, vt de nolente fiat volens [b], vt 23. q.4. diſplicet. & 74. diſ. placuit. Papa tamen abſolutè poteſt aliquem cogere, vt 9. q. 3. per principalem.

† miſterijs.

b Hoc no. ſ. 1. q. 6. ſicut. ibi videas.

f ¶*Minor.*] ſed nunquid tenetur minor populus ſuum epiſcopũ maiori concedere, cũ nemo cogatur de ſuo beneficium facere. 10. q.2. præcariæ? Reſp. ſic, ſi alium poteſt habere æquè idoneum [c] vel loquitur in eo caſu cũ ibi magis vtilis erit, vt ff. loc. ſi domo.

† al. mutari.

c Arg. ff. ſolma. l. 2. ĩ pr. ff. de eui. in creditorem. cũ ſuis ſim. ſecundum l. de Fan.

g ¶*Doctiorem.*] omnia comparatiua poſitiuè hic ponuntur.

h ¶*Et vtiliorem.*] ſcilicet illis.

4 Iuo par. 5. c. 125. Pan. l. 3. c. 70.

E*Piſcopus.*] CASVS. Conſtituit Carthaginen. cõcilium, quòd nec epiſcopus nec clericus inferioris ordinis tranſeat de loco ignobili ad nobilẽ per ambitionem: ſed ſi vtilitas

tas exegerit, epiſcopus tranſeat auctoritate Papæ, & in præſentia ſynodi, decreto clericorum & laicorum porrecto epiſcopis pro eo, quod debet transferri. Alij verò clerici transferuntur de voluntate ſuorum epiſcoporum.

a ¶*Gradus.*] quod verum eſt de ijs qui ſubſunt epiſcopis nullo mediante, vt 71. di. clericos. & ext. de renun. admonet. ſed ſi alijs ſubſunt, vt abbatibus, vel alijs, eorum cõſenſus requirendus eſt, vt 54. di. c. 1. & 2. & 9. q. 3. conqueſtus. & 63. di. quanto. "Quid ſi clericus nõ vult tranſire de minori ad maiorẽ? Dico, ꝙ non poteſt cogi ab epo, quia nemo creſcere cogitur inuitus. 74. di. geſta. & 63. diſt. quãto. hoc autem Papa poteſt. Sed ſi ad alium epiſcopatum vocatus eſt eps, neceſſarius eſt conſenſus epi. 71. di. per totum. 85. diſtin. Florentinum. Ioãnes. Ego credo a, ꝙ eps poteſt cogere clericum vt tranſeat ad maiorem locum, cũ maiora facere poſſit, vt extr. de exceſ. prælat. ſicut. & ad hoc facit extr. de ætat. & qual. quæris. B.

" Clericus an poſſit per eſpm cogi trãſire ad maiorem eccleſiam.

a Et malè. in pdi. c. geſta. ſcđm H. & L. ſed compelli poteſt à Papa ſolũ, vt s. dicitur, ſecũdum. L. & H.

b *EPiſcopi.* ¶*In gradu*] i. honore.

c ¶*Inuitentur.*] aliàs nõn licet. 9. q. 2. nullus. & 6. q. 3. ſcriptum.

1 Pol. l. 1. ti. 8. Anſ. l. 6. c. 103. Bur. l. 3. c. 49. Iuo p. 3. c. 53. & p. 5. c. 101.

Sicut alterius vxor.] CASVS.] Hoc ca. diuiditur in tres part. In 1. dicitur, ꝙ ſicut vxor alicuius nõ debet cognoſci, vel diſponi niſi à proprio viro, ita eccleſia, vel parochia epiſcopi non debet iudicari, vel diſponi niſi à proprio epiſcopo: & ſicut vxor (vt dicit Apoſtolus) mortuo viro ſuo poteſt nubere cui vult, ita defuncto epiſcopo eccleſia poteſt alteri concedi. In 2. p. dicitur, ꝙ ſi eps nõ poteſt permanere in ſua eccleſia, fugiat ad aliã. hoc probat auctoritate Chriſti. In 3. par. dicitur, quòd epiſcopus cauſa vtilitatis & fratribus inuitantibus poteſt mutari: ſed hoc cũ auctoritate ſedis Apoſtolicæ fiat. Secunda pars incipit ibi, *Si vos perſecuti.* Tertia ibi, *Si autem vtilitatis.*

† al. epiſcopi, vel presbyteri.

† al. ab altero dijudicari.]

Rom. 7.

2 ibid.

po ſubrogato. Inferioris verò gradus: ſacerdotes, vel alij clerici conceſſione ſuorum epiſcoporum poſſunt ad alias eccleſias tranſmigrare.

Item ex eodem Carthaginenſi, 4. cap. 33.

¶In proprio gradu epiſcopi, vel presbyteri in aliena ſuſcipiantur eccleſia.

CAP. XXXVIII.

EPiſcopi, vel presbyteri, ſi cauſa viſitãdi ad eccleſiam alterius epiſcopi venerint, in gradu b ſuo ſuſcipiantur, & tã ad verbum faciendum, quàm ad oblationem cõſecrandam inuitentur. c

Item Calixtus Papa omnibus Galliarum epiſcopis, epiſt. 2. c. 3.

¶Eccleſia vnius epiſcopi ab alio diſponi non debet.

CAP. XXXIX.

1 SIcut alterius vxor nec adulterari ab aliquo, vel iudicari d, aut diſponi, niſi à ꝓprio viro, eo viuente, permittitur, ſic nec vxor epiſcopi †, quę eius eccleſia, vel parochia indubitanter intelligitur, eo viuente, abſque eius iudicio, & voluntate alteri † iudicari, vel diſponi, aut eius cõcubitu frui, ideſt ordinatione, conceditur. Vnde ait Apoſtolus [Alligata eſt vxor legi, quandiu vir eius viuit, eo verò defuncto, ſoluta eſt à lege viri.] Similiter & ſpõſa epiſcopi (quia ſponſa, vxorque eius dicitur eccleſia) illo viuente ei eſt alligata: eo verò defuncto ſoluta eſt.] Et cui voluerit, nubat, tantùm in Domino] id eſt regulariter e. 2 Si enim eo viuente alteri nupſerit, adultera iudicabitur. Similiter & ille, ſi alteram ſponte duxerit, adulter exiſtimabitur, & communione priuabitur. Si autem perſecutus fuerit in ſua eccleſia, fugiendum illi eſt ad

d ¶*Iudicari.*] ff. de iur. om. iu. qui iuriſdictioni. contra. vbi dicitur, ꝙ nullus ſibi, vel ſuis ius dicere poteſt. Reſpon. "iudicare poteſt maritus vxorem corrigẽdo eam. 23. q. 4. duo iſta. ſed non verberando eam, vt C. de repu. conſenſu. quia illa aliena ſunt ab ingenuis, vt ibi dicitur: ſed temperatè poteſt eam caſtigare, quia eſt de familia ſua. 33. q. 5. hæc imago. ſicut dominus ſeruum. inſtit. de ijs qui ſui vel al. iu. ſunt. §. fin. & etiam mercenarium ſuum. ff. de pœ. reſpiciendum. non autem in forma iudicij poteſt eam iudicare.

" Maritus vxorem caſtigare pôt.

e ¶*Regulariter.*] ideſt, homini ſuæ profeſſionis. 28. quæſt. 1. caue. Vel ſine ſuſpicione turpitudinis, 32. q. 1. ſi quis vxorem.

HOC NON SOLVM. Hæc eſt ſexta pars q. in qua reprehendit eos qui occupant locum viuentis, cum duo ſimul eſſe non poſſint. Ioan. de Fan.

CASVS dictũ eſt s. c. ſicut. quòd epiſcopo viuente ſua eccleſia non debet alteri nubere. Nunc dicit idem eſſe intelligendum de quibuslibet miniſtris eccleſiæ, ſicut de archidiacono, vt in ca. prox.

alteram, eique eſt aſſociãdus, dicente Domino: [Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.] Si autem vtilitatis cauſa fuerit mutandus: non per ſe hoc agat, ſed fratribus inuitantibus & auctoritate huius ſanctæ ſedis faciat, nõ ambitus cauſa, ſed vtilitatis, aut a neceſſitatis. Matth. 10.

a ¶Aut neceſſitatis.] *Hæc non ſunt in ipſa epiſtola, ſed habentur apud Anſelmum. Neceſſitas autem præbet iuſtam cauſam translationi.* s. ead. c. ſcias

6 *Hoc non ſolùm de epiſcopis, verũ etiam de quibuslibet eccleſiæ miniſtris intelligitur, ne videlicet in locum viuentis alter obrepat.*

Vnde beatus Gregorius ſcribit Natali Salonitano epiſcopo de eo, qui in archidiaconatum alterius ſe promoueri conſenſerat, libro 2. indictio. 10. epiſt. 14. & 16.

¶Deponatur, qui locum alterius inuadere non timet.

CAP. XL.

3 EVm, qui contra iuſtitiæ regulam in archidiaconatum f alterius ſe prouehi cõſenſit, ab eiuſdem archidiaconatus honore deponimus. Qui ſi vlterius in loco eodem miniſtrare præſumpſerit, ſe participatione communionis ſacræ nouerit eſſe priuatum.

Item Hieronymus ad Ruſticum monachum, epiſt. 4.

¶In vna eccleſia duo prælati eſſe non debent.

CAP. XLI.

4 IN apibus princeps † vnus eſt, grues vnam ſequũtur ordine literario: Imperator g vnus h, iudex i vnus prouincię 5. Roma k vt condita eſt, duos fratres ſimul habere reges non potuit, & parricidio l dedicatur. In Rebeccæ vtero Eſau & † Iacob bella geſſerunt: ſinguli eccleſiarum epi, ſinguli archipreſbyteri, ſinguli archidiaconi m, & omnis ordo eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur.

EVm qui contra.] CASVS. Natalis epiſcopus Salonitanus iniuſtè repulit Honoratum ab archidiaconatu, & eo viuente alterũ ſibi ſubſtituit. ſed Gre. depoſuit illum ſubſtitutum. & ſi preſumeret in eodem loco vlterius miniſtrare, ſacra communione ſe nouerit eſſe priuatum.

f ¶*Archidiaconatum.*] ſed nõne iſte debuit deponi, vt 3. q. 2. audiuimus. & 2. q. 1. in primis? Sed iſte excuſabatur auctoritate maioris b, qui hoc fecerat. 14. qõ. 5. dixit Dominus. & 28. diſt. diaconi.

b Hanc rõnem hic probat H. dicẽs ꝙ iõ excuſatur & diſpẽſatur cũ eo. & idem L.

IN *apibus.*] CASVS. Hieronymus probat hic ſex ſimilitudinibus plures prælatos non debere eſſe in eodem eccleſia: ſed ſinguli prælati debent eſſe in ſingulis eccleſijs.

3 Iuo p. 6. c. 342.

g ¶*Imperator.*] arg. ꝙ omnes reges corona bit Imperator, vt dixi 63. diſt. Hadrianus. 2. cũ plures ſunt reges, vt 6. q. 3. c. 2. Ioan.

4 Iuo p. 5. c. 356.

h ¶*Vnus.*] tamen quãdoque fuerunt duo Imperatores de facto, vt 21. diſtin. nunc autem. Quid ergo dicemus de Graculo c, videtur, ꝙ iſte ſit Imperator, quia Conſtantinus illuc trãſtulit imperium, vt 96. diſt. Conſtantinus. & Imperator appellatur, vt extr. de ma. & obe. c. ſolitę. ſed non eſt ita, quia Romana eccleſia tranſtulit imperium ad Alemannos ab oriente. ext. de ele. ca. venerabilem. Ioan.

† principes ſunt] Orig. 5 circa iſtud c. poſſet quęri, an Papa & imperator ſint ſupilluſtres, dic' ꝙ non; imo sũt ſuper oẽs gradus ſecũdum Cy. & Ray. in l. fi. C. vbi ſena. vel cla. & Io. An. in add. ad Sp. tit. de iu. om. iu. & Alb. de Rol. in l. imperiũ. ff. de iu. om. iu. & Ale. de Im. in l. quęcunque, col. 4. ff. de off. eius cui mã. eſt iu.

i ¶*Iudex vnus.*] ſed imo decem ſunt iudices prouinciæ, vt 6. q. 3. ſcitote. ſed hic appellat iudicem regem. alibi tamen videtur, quòd vnus ſit iudex prouinciæ præter regem, vt 23. q. 4. duo iſta.

† Gen. 25.

k ¶*Roma.*] ff. de re. di. l. vl. contra. ibi dicitur, ꝙ ideo Romulus interfecit Remum, quia muros tranſilijt: Reſpondeo. Nã potuit hoc idem feciſſe ex inuidia.

c Dic, ꝙ non eſt ver' nec vniuerſalis imperator, ſcđm Alc. in l. quicunq; col. 5. ff. de off. eius cui man. eſt. iu.

l ¶*Parricidio.*] largè ſumpto nomine, vt ff. ad leg. Pompeiã de parricidijs. l. 1.

m ¶*Archidiaconi.*] i. in quolibet archidiaconatu erit vnus archidiaconus. non autem prohibet quin in vna eccleſia poſſint eſſe plures archidiaconi, vt 93. diſtin. diaconi.

† al. Squilaceno

ECCE IN QVIBVS. Hæc eſt 7. pars q. in qua probatur de mutatione cauſa neceſſitatis, & leuitatis. Io. de Fan.

CASVS. Oſtendit s. Grat. in quibus caſibus viuenti prælato alius

† Ioan. diac. l. 3. c. 15.

alius poteſt ſubſtitui. Nunc oſtendit, ꝙ ſi veritatem inſpiciamus, ſupradictis caſibus non ſuccedit quis viuo, ſed mortuo. Nam ex quo quis renuntiat eccleſiæ, vel transfertur in aliam ciuitatem, quodammodo dicitur eſſe mortuus quo ad eccleſiam primam, quia in ea deſinit eſſe prælatus. Ideoque qui ſuccedit huic, non dicitur ſuccedere viuo, ſed defuncto. Et oſtendit differentiam inter iſtũ qui neceſſitate hoſtilitatis, & illum qui vtilitate transfertur: quoniam qui in hoſtilitate transfertur, hoſtilitate recedente redit ad eccleſiam ſuam quam dimiſit: ſecus ſi vtilitate.

a ¶*Deſinit.*] 21.q.2. ſi quis iam tranſlatus.

b ¶*Defuncto.*] cum.n. loco eius ſuccedit, pro mortuo habetur. ff. pro ſoc. l. actione. §. publicatione.

7 *Ecce in quibus caſibus epiſcopo viuente, alius poteſt ei ſubſtitui: q̄q̄ ſecundum rei veritatem non viuente epiſcopo talis probetur ſuccedere. Tranſlatus enim ab vna ciuitate ad aliam deſinit* [a] *eſſe epiſcopus illius ciuitatis à qua transfertur, atque ideo, qui huic ſuccedit, non viuente, ſed defuncto* [b] *quodammodo epiſcopo, probatur ſubſtitui. Sed inter eum, qui hoſtilitatis neceſſitate, & eum, qui vtilitatis cauſa transfertur, hoc intereſt, quòd ille, qui metu hoſtilitatis ad aliam tranſit, ſi priorem contigerit aliquando ab hoſtibus liberã fieri, ad eãdem illum redire oportet.*

Vnde Gregorius Papa ſcribit Ioanni epiſcopo Syllatino † lib. 2. indict. 10. epiſt. 25. †

†al. Squilacæno. † Ioã. diac. l.3.c.15.

¶Qui metu hoſtilitatis ad alium locum tranſierit: poſteà ad ſuam eccleſiam redire oportet.

CAP. XLII.

1 PAſtoralis officij cura nos admonet, deſtitutis eccleſijs proprios conſtituere ſacerdotes, qui gregem Dominicũ debeant paſtorali ſolicitudine gubernare [c]. Proptereà te Ioannem ab hoſtibus captiuatæ Liſſitanæ ciuitatis epiſcopũ in Scyllatina eccleſia Cardinalem neceſſe duximus conſtituere ſacerdotem: vt ſuſceptam ſemel animarum curam intuitu futuræ retributionis impleas: & licet à tua eccleſia ſis hoſte imminẽte depulſus, aliã, quæ paſtore vacat, eccleſiam debes gubernare: ita tamen, vt ſi ciuitatem illam ab hoſtibus liberam effici, & Domino protegente ad priorem ſtatũ contigerit reuocari [d], ad eam, in qua prius es ordinatus, eccleſiam reuertaris [e]. Sin autem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur, in hac, in qua à nobis incardinatus A es, debeas eccleſia permanere.

1 Pol. l.1. ti. 8. & l.2. tit. 14. Anſel. l.6. c.99. Bur. l.1. ca.123. Iuo p.5. ca. 223.

PAſtoralis.] CASVS. Ioannes Liſſitanæ ciuitatis epiſcopus ab hoſtibus eſt repulſus, & ideò Grego. dedit eccleſiam Scyllatinam ei hac conditione, vt ceſſante hoſtilitate ad ſuã eccleſiam reuertatur. Si verò continua premeretur captiuitate, perpetuò ibi permaneret.

c ¶*Gubernare.*] videtur, ꝙ iſte epiſcopus ſub conditione [a], vel ad certum tempus fuerit inſtitutus: "ſed beneficia ſub cõditione nõ dantur. j. queſt. 2. quam pio. nec ad tempus, vt s.e. quamuis. & 70. diſt. ſanctorum. nec conuenit moribus noſtris tẽporales filios habere. ff. de adoptionibus, quæſitum. ſic ff. de regul. iur. actus. ſicut nec libertas ad tempus datur. ff. de manu. teſt. libertas. nec hæreditas. inſtitu. de hęred. inſtitu. §. hæres. nec matrimonium, 32. quęſtio. 2. ſolet. Poteſt dici puram eſſe inſtitutionem: ſed ſub conditione reſoluitur, vt ff. de in diem addic. l.2. ſimile extra. de fil. presbyt. veniens. & ſimile extra de pignoribus. cap. illo. vel dic, quòd iure poſtliminij reſtituitur ei prior epiſcopatus, ſic 16. quæſt. 3. prima. non .n. poteſt dici, ꝙ maneat epiſcopus prioris eccleſiæ. Sic enim eſſet epiſcopus vtriuſque: contra illud quod eſt 21. q.1. relatio. & eſt ſimile C. de cu. fur. cum alijs. & tunc dices, ꝙ prior locus deſinit eſſe religioſus, vt ff. de relig. cum loca. ſed poſteà eam repetit iure poſtliminij, vt 24. q.1. cum per bellicam. Vel dic, ꝙ Papa ſub conditione, vel ad certum tempus poteſt aliquem inſtituere prælatum: ſicut miles ſub conditione & ad certũ tps inſtituit hæredẽ. ff. de mil. teſt. in fraudẽ. §. ſi miles. Io.

a Verùm eſt à iure reprobata, & ſic loquitur ca. q pio. & ext. d pact. c. fi. cũ ſim. Hic aũt loquitur qñ eſt tacita cõditio à iure inducta. Arch.

" Beneficia ſub conditione non dantur.

d ¶*Reuocari.*] Argu. ꝙ reſtituta re in priſtinum ſtatum, omnia iura reſtituuntur [b]. vt extra de ele. quia diligentia. 16. q.3. prima. & ſi quis peruenerit ad meliorem fortunam, tenetur ad priſtinam obligationem. 26. q.7. ab infirmis. ff. quemadmodum ſer. amit. ſi locus. & C. qui bon. cedere poſ. l.2.

b Arg. cõtra 10. q.7. & his dixim⁹. vbi de hoc. & ext d ver. ſi. abbate. i ſi. Eps duarũ eccleſiarũ an poſſit aliquis eſſe.

e ¶*Reuertaris.*] cum ergo teneatur redire, non ergo deſinit eſſe epiſcopus primæ eccleſiæ. & ſic epiſcopus eſt duarum eccleſiarum contra illud 21. quæſtio. 1. relatio. Baz. verò dicit, quòd eſt epiſcopus vtriuſque, ſicut in matrimonio carnali dixit, quòd aliquid poteſt eſſe maritus duarum, ſi vxor intrat religionem. Sed contra. nam ille locus deſijt eſſe eccleſia per captiuitatem, vt ff. de relig. cum loca. Sed non eſt ita: quia ipſa ſacramenta eccleſiæ vera dicimus eſſe apud hoſtes: vt prima, quæſtione prima. quod quidam. & quod dicit lex, quòd deſinit eſſe ſacer locus, intellige quia viduatus eſt ſacris miniſterijs. Ciuitas autem deſinit eſſe inductione aratri. ff. quibus mod. vſusfru. amit. l. ſi vſusfructus. & collegium tranſlatis perſonis. ff. de colle. illicitis. l. 3. Sed pone èconuerſo ꝙ epiſcopus ſit captus, & non ciuitas. tunc bene conſtituetur alius, vt dicunt quidam. quia ſi tutor eſt captus ab hoſtibus, alius dandus eſt, & tamen ſi captus redierit, omnia recuperat iure poſtliminij, & ille alius deſinit eſſe tutor: vt inſt. de Attilia. tut. §. ab hoſtibus. quod non concedo [c]. quia ſic offenderetur illa regula. 16. quæſtio. ſeptima, inuentum.

c Et bene, vt ſatis colligitur ext. li.6. de ſup. negl. præl. ſi eps. Arch.

A ¶Incardinatus.] s. diſt. 71. c. fraternitatem. *de huius vocis notione eſt adnotatum.*

Qui verò vtilitatis cauſa transfertur, nequaquam ad priorem redire cogitur. Eſt etiam alius caſus, in quo epiſcopus viuenti epiſcopo ſubſtituitur. Cum enim aliquis relicta priori cathedra, ſua auctoritate ad aliam tranſierit, ſi alius ei ſubſtitutus fuerit, licet ille prioris eccleſiæ epiſcopus eſſe non deſierit, ſubſtitutus tamen epiſcopatum habebit.

Vnde Damaſus vrbis Romæ epiſcopus ſcribit ad Paulinum Antiochenum, dicens.

QVI VERO. CASVS. Dictum eſt s. quid iuris ſit, ſi cauſa neceſſitatis trãsfertur. Nunc verò oſtendit, ꝙ ſi cauſa vtilitatis transfertur, non poteſt ad priorem eccleſiam redire. Eſt etiam alius caſus, in quo viuente epiſcopo ſubſtituitur ali⁹, ſcilicet cũ eccleſia ſua derelicta eſt cauſa ambitionis, & ſua auctoritate tranſit ad aliã, quo caſu licet non deſinat eſſe prælatus prioris eccleſiæ, tamen ſubſtitutus eam habebit.

¶De ſacerdotibus, qui relictis ſuis eccleſijs ad alias migrarunt.

CAP. XLIII.

2 EOs ſacerdotes, qui ab eccleſijs ad eccleſias migrauerunt, tandiu à noſtra cõmunione habemus alienos, quandiu ad eas redierint ciuitates, in quibus primitus ſunt conſtituti. Quòd ſi quis alius alio transmigrante, in locum viuentis ordinatus [f] eſt, tãdiu vacet [g] ſacerdotij dignitate, qui ſuam deſeruit ciuitatem, donec ſucceſſor eius quieſcat in Domino.

2 Pol. l.1. ti. 9. Anſe. l.9. c.95.

Epiſcopalium etiam ſedium mutationes, metu hoſtilitatis interueniente nonnunquam fieri ſolent.

Vnde Gregorius ſcribit Ioanni Epiſcopo Vellitrano, lib.2. epiſt. 11.

EOs ſacerdotes.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ſacerdotes auctoritate propria de eccleſia ſua migrantes ad aliam, tandiu à communione remoueantur, quandiu ad ſuas redierint ciuitates. ſed ſi alius iam eſt ſibi ſubſtitutus: tandiu vacet qui deſeruit ſuam ciuitatẽ, donec ſubſtitutus quieſcat in Domino.

f ¶*Ordinatus.*] ar. " quòd re integra poteſt repeti eccleſia, quæ habita eſt pro derelicto. nam ſi ceſſit quis bonis rebus nondum diſtractis, poteſt eas repetere, vt arg. C. de repu. hęr. l. vlt. & ar. ff. de ceſ. bon. is qui. ſimile. ff. de decu. qui ad tempus. Sed quero, cum iſte ſubſtituebatur, aut vacabat epiſcopatus, aut non: ſi non vacabat, qualiter ſucceſſit in locum viuẽtis [d]? ar. ff. de verbor. obl. l.1. Non poteſt etiam dici, quòd vacabat, quia non fuit eccleſia adiudicata, maximè cum dicatur, quòd non ipſo receſſu perdat quis eccleſiam [e]. Sed breuiter poteſt dici ꝙ ille fuit admonitus, & per ſententiam fuit eccleſia adiudicata, Vel dic, quòd cum de iure debuit vacare licet ſuper hoc non eſſet lata ſententia, poteſt alij adiudicari, vt extra de ren. ex tranſmiſſa. ext. de conc. præben. & eccle. non vacan. c. literas.

" Eccleſia, p derelicto habita, an poſſit repeti re integra.

d Sub. cõtra id s. c. eũ q. cũ ſim. Arc.

e De hoc no. s. c. §. ambitionis. & vide qđ no. 92. diſt. ſi q epi. in gl. 1. in quo. Arc.

g ¶*Tandiu vacet.*] & ſic videtur, quòd eo mortuo poſſit repetere eccleſiam: ſed non eſt verum. ſic ergo quod hic dicitur, in fauorem eccleſię dicitur, quia eum non vult repetere. Vel ideo quia eccleſia poſt mortem huius eum poteſt repetere. " Sed pone, moritur ſubſtitutus, eccleſia repetit primum. ille non vult redire, poteſtné compelli? Non videtur.

" ſubſtituto mortuo, an poſſit qui renuntiauit ab eccleſia repeti.

videtur

videtur enim eccleſia renuntiaſſe iuri ſuo nó repetendo, cum potuit eum repetere, & noluit, ſed alium prælegit. imo videtur, quòd ipſe repetere poſſit eccleſiam viuo ſecundo: & ſi obijcitur ei, quòd habuerit eccleſiam pro derelicto, replicabit, quod illa alij adhæſit, vt ext. de diuor. ſignificaſti. quod non credo, vt 22. qõ. 6. nihil. ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. idem ait. Ioan.

1 Io. diac. in vita B. Gre. l. 3. ca. 17. Anſel. l. 6. c. 98. Bur. l. 3. c. 89. Iuo p. 3. c. 179. Pã. l. 2. c. 37.

† al. ſecurè

EPISCOPALIVM. CASVS. oſtẽdit Gra. de mutatione epiſcoporum. Nunc vult oſtendere, quòd eccleſia epiſcopalis mutari poteſt hoſtilitatis metu. & hoc probat ſequ. cap.

† al. quem Harenata ad S. Andr. apoſtolum dicunt.

TEmporis.] CASVS. Ciuitas Vellitrẽſis multas patiebatur anguſtias à Barbaris, & ideò Gregor. Papa præcepit Ioanni epiſcopo, vt ſedem epiſcopalem transferret ad ſanctum Andream apoſtolum, vt barbaricum periculum facilius poſſet declinari, & diuina officia celebrentur feſtiuè.

a ¶Transponere.] s. de conſec. diſtin. 1. tribus. ✝. 16. quæſtio. vlt. ſi quis. & quæſt. 1. & temporis. vbi de hoc nota ui plenè.

ITEM. Hæc eſt 8. pars quæſt. in qua quęritur de illis qui cauſa pœnitentiæ relinquũt epiſcopatum, vtrum poſſint fieri epiſcopi. Quid iuris ſit, habes ext. de renunc. poſt trãslationem. Dicas tamẽ breuius, quòd ſi fuerint poſtulati, potuerũt fieri epiſcopi, niſi pro crimine dimiſerint epiſcopatum. Et hoc probat per 5. cap. Ioan. de Fan.

CASVS. Oſtendit Grat. alium caſum, in quo viuente prælato poteſt alius ſubſtitui epiſcopus, ſcilicet quãdo ingreditur monaſterium cauſa humilitatis de licentia Papæ, quia decætero non poteſt ad epiſcopatum reſurgere. & ad hoc inducit ſequens c.

HOc nequaquã.] CASVS. Statutum fuit in ſynodo Cõſtantinopolitana, vt quicunque epiſcopus deſcenderit ad vitam

2 Iuo p. 7. c. 149.

¶Neceſſitate temporis epiſcopalium ſedium mutationes fieri poſſunt.

CAP. XLIIII.

1 TEmporis qualitas admonet, epiſcoporum ſedes antiquitus certis ciuitatibus conſtitutas ad alia, quæ ſecuriora putamus, eiuſdem diœceſis loca transponere [a], quo & habitatores nunc † degere, & barbaricum poſſint periculum facilius declinare. Proptereà te Ioannem fratrem coëpiſcopum noſtrum Vellitrenſis ciuitatis, ſedemque tuam in loco quondam † Arenata ad ſanctum Andream apoſtolum præcipimus exinde tranſmigrari: quatenus ab hoſtilitatis incurſu liberior exiſtere valeas, & illic conſuetudinem A ſolemnium feſtiuè diſponas.

A ¶Conſuetudinem.] *Apud Ioannem Diaconum legitur*, conſuetudine ſolemni feſta diſponas. *Apud Burchardum & Iuonem*, conſuetudinem ſolemnium feſtorum. *In varijs B. Gregorij epiſtolarum editionibus*, conſuetudinum ſolemnium feſta diſponas.

8 *Item cum aliquis cauſa humilitatis Apoſtolica conceſſione de epiſcopali ſede ad monachalem deſcenderit ſubiectionem, alius loco eius ſubrogari poterit: ille verò ad pontificatum reſurgere nequaquam vlterius valebit. Vnde in quinta* A *actione Conſtantinopolitanæ ſynodi CCCLXXXIII. Patrum ſub Ioanne Papa octauo, cui præfuit Petrus presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus epiſcopus, & Eugenius Oſtienſis epiſcopus Apocryſarij Papæ dixerunt.*

A ¶In quinta.] *Apud Iuonem par. 7. cap. 149. pro indice huius capituli leguntur hæc*, Ex actione quintæ ſynodi Conſtantinopolitanæ trecentorum & octoginta trium Patrum ſub Ioanne Papa octauo, cui præfuit Petrus presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus epiſcopus, & Eugenius Oſtienſis epiſcopus. *Initium verò ipſius capitis eſt*, Apocriſarij Papæ dixerunt, Hoc nequaquam, &c.

¶Epiſcopus, qui cauſa humilitatis monachus efficitur, ad Pontificatum redire non valet.

CAP. XLV.

2 HOc nequaquam apud nos habetur, vt quicunque de pontificali ordine ad monachorum, id eſt pœnitentium deſcenderit vitam, vlterius [b] poſſit ad pontificatum reuerti. *Item.* ¶Præcepit ſancta ſynodus, vt quicunque de põtificali dignitate ad monachorum vitam, & ad pœnitentiæ deſcenderit locum, nequaquam iam ad pontificatum reſurgat. Monachorum enim vita ſubiectionis habet † verbum, & diſcipulatus, non docendi, vel præſidendi, vel paſcendi alios.

¶*Hæc ſynodus ſub Ioanne octauo extat græca in Vaticana blibliotheca. Cuius ſynodi tres tantùm canones cum explanatione Balſamonis editi ſunt Lutetiæ, & apud ipſum in ſcribitur, Synodus in templo ſapiẽtiæ habita ſub Photio Patriarcha. In ſecundo autem trium illorum capitulo habetur ſententia huius capitis. viſum autem eſt, vt omnia melius percipiantur, locum hunc græcè, & cum noua interpretatione eſſe ad ſcribendum.*

¶Φώτιος ὁ πατριάρχης εἶπε, πῶς ὑμῖν δοκεῖ περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἀρχιερατικοῦ τάγματος ἑαυτοὺς εἰς τὴν τῶν μοναχῶν καταλεγόντων χώραν, ἆρα εἰς ὑποταγὴν ἑαυτοὺς παραδόντες δύνανται ἔτι οἱ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς ποιμνῆ ἀρχίας ἔχεσθαι, οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης εἶπον, τοῦτο παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ σώζεται: ὅστις γοῦν ἐὰν ἀπὸ ἀρχιερατικοῦ τάγματος εἰς τὴν τῶν μοναχῶν, τουτέστι τῶν μετανοούντων καταριθμηθῇ χώραν, οὐ δύναται ἔτι τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἑαυτῷ διεκδικεῖν ἀξίωμα. Βασίλειος καὶ Ἡλίας οἱ τοποτηρηταὶ τῶν ἀνατολικῶν θρόνων εἶπον, οὐδὲ παρ' ἡμῖν ἐφωράθη τοῦτο ποτὲ γενόμενον, τοὐναντίον μὲν οὖν μονάζοντες πρόεισιν εἰς ἀρχιερέας, ἀπὸ δὲ ἀρχιερέων εἰς μοναχοὺς κατερχόμενοι ἀρχιερεῖς μένειν οὐ δύνανται, ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν, ὁρισθήτω καὶ περὶ τούτου κανὼν, πολλάκις γοῦν καὶ ἐν ἡμῖν ἀμφιβολίαι γίνονται περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης, τῶν μὲν λεγόντων μὴ κωλύεσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς μοναχοὺς μενομένους τὰ τῶν ἀρχιερέων τελεῖν. τῶν δὲ οὐ συνδοκούντων ἐπὶ τούτῳ. οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ εἶπον, ἐκτεθήτω κανὼν, ἁγία σύνοδος εἶπεν· ἔτι δὲ ἀξιοῦμεν ἐκτεθῆναι κανόνας περὶ τῶν εἰς τοῦτο μανίας, καὶ ἀπονοίας ἐλθόντων λαϊκῶν, ὥστε ἀρχιερεῖς ἢ ἱερεῖς θεοῦ τύπτειν, ἢ φυλακίζειν, καὶ τὰ λοιπά.

¶Φώτιος ὁ Πατριάρχης εἶπεν, εἰ κελεύει ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, ἀναγνωσθήτωσαν οἱ κανόνες: καὶ λαβὼν Πέτρος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος, καὶ πρωτονοτάριος, ἀνέγνω, εἰ καὶ μέχρι νῦν ἔνιοι τῶν ἀρχιερέων εἰς τὸ τῶν μοναχῶν κατιόντες σχῆμα ἐπὶ τῷ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐβιάζοντο διαμένειν ὕψει, καὶ τοῦτο πράττοντες παρεωρῶντο, ἀλλὰ οὖν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος καὶ τοῦτο ῥυθμίζουσα τὸ παρόραμα, καὶ πρὸς τοὺς τῆς ἐκκλησιαστικῆς μεταστάσεως θεσμοὺς τὴν ἄτακτον ταύτην ἐπανάγουσα πρᾶξιν

monacorum, decætero non poſſit ad pontificatum reuerti, quia monachus diſcere debet, & non docere. Sed credo quòd Grat. melius dixiſſet, ſi dixiſſet propter conſcientiam criminis ad agendam pœnitẽtiam, vbi dixit cauſa humilitatis, quia tũc reſurgere poſſet. Sed ſi vis eum ſaluare, dicas quòd cauſa humilitatis tranſiuit, & ideo nõ poteſt redire ad epiſcopatum per ſe, ſed de licentia Papæ. Idem eſt caſus ſequentis c. Hoc ſcilicet ingredi monaſterium, quibuſdam cõceditur ad agendam pœnitentiam, ſed non ad quietem ſeruandam.

† λόγον ἔχει

b ¶Vlterius.] tamen monachus qui nunquã fuit epiſcopus, bene poteſt eſſe epiſcopus, vt 16. q. 1. vos autem. & 8. quæſt. 1. in ſcripturis. & 18. q. 1. c. vnico. Item ſi plebanus aliquis fit monachus, poſteà poteſt fieri plebanus, vt 16. quæſtio. 1. ſi quos à clericatu. "Dicunt quidam, quòd cũ quis dimittit epiſcopatum vbi plus proficere potuit, præſumitur q̃ propter conſcientiam criminis hoc fecerit. ſed hoc nõ eſt verum: quia ſæpè ingreditur quis monaſterium pro pter merita augenda, vt 27. quæſt. 2. ſunt qui dicunt. Intelligo ergo hoc c. de eo qui conuictus eſt de crimine, & detruditur in monaſterium propter hoc [a], vt extr. de ren. poſt tranſlationem. Vel intellige de eo qui humilitatis cauſa tranſiuit, & de licentia Papæ. & talis per ſe non poteſt redire ad epiſcopatum, ſed de licentia ſuperioris. Sed nunquid talis poteſt eſſe abbas? non videtur, quia maioribus honoribus functo non licet inferiores recipere, vt C. de ijs qui ad ciuilia munera vocantur. l. maioribus. li. 10. Secus tamen credo, quia etiam poteſt eſſe plebanus, vt ext. de renun. ad ſupplantationem. & 16. quæſtio. 1. ſi quos. & cap. in parochia. Ioan.

"Eps ſemel monaſteriũ ingreſſus, an poſſit iterum redire ad epatum.

a Sub. vñ repellitur ſicut quilibet pœnitens. ſo. ai. ſi ille. alias ſecus, vt extr. & c. vt ſequitur.

Sugge-

ξιν ὥρισεν, ἵνα εἴτις ἐπίσκοπος ἢ ἄλλος τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος πρὸς τὸν μοναδικὸν θελήσειε κατελθεῖν βίον, καὶ τὸν τῆς μετανοίας τόπον ἀναπληρῶσαι μηκέτι τούτου τῆς ἀρχιερατικῆς ἀντιποιεῖσθαι ἀξίας. αἱ γὰρ τῶν μοναχῶν συνθῆκαι ὑποταγῆς ἔχουσι λόγον καὶ μαθητείας, ἀλλ' οὐχὶ διδασκαλίας ἢ προεδρίας, οὐδὲ ποιμαίνειν ἄλλους, ἀλλὰ ποιμαίνεσθαι ὑπαγγέλλονται. διὸ καθὰ προείρηται, θεσπίζομεν, μηκέτι τινὰ τῶν ἐν ἀρχιερατικῷ καταλόγῳ, καὶ ποιμένων ἐξεταζομένων εἰς τὴν τῶν ποιμαινομένων, καὶ μετανοούντων χώραν ἑαυτὸν μεταβιβάζειν. εἰ δέ τις τοῦτο τολμήσας πράξει μετὰ τὴν ἐκφώνησιν, καὶ διάγνωσιν τῆς νῦν ἐκπεφωνημένης ψήφου, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀρχιερατικοῦ ἀποστερήσας βαθμοῦ, οὐκ ἔτι πρὸς τὸ πρότερον, ὅπερ διὰ τῶν ἔργων ἠθέτησεν, ἀξίωμα ἐπαναστρέψει. *id eſt,*

¶Photius Patriarcha dixit. Quid cenſetis de ijs, qui ex Antiſtitum ordine ſeipſos in monachorum locum conferunt? Nũ qui ſeipſos ſubiectos eſſe voluerunt, poſſunt adhuc ijdem idẽ in gregem imperium tenere? Sanctiſſimi locum tenentes antiquioris Romę dixerunt. Id apud nos minimè fit, neque in more eſt poſitum. Quicunque enim ex antiſtitum ordine monachorum, id eſt pœnitentium ordini adnumeratus fuerit, is antiſtitis dignitatem non poteſt ſibi amplius vendicare. Baſilius, & Helias locum tenentes orientalium ſedium dixerunt: neque apud nos id vnquam eueniſſe obſeruatum eſt. Nam contrà quidem monachi ad antiſtitum ordinem prouehuntur, at qui ex antiſtibus ad monachos deſcendũt, hi antiſtites manere non poſſunt. Sancta ſynodus dixit, de hac etiam re canon conſtituatur. Nam & apud nos ſæpè hac de cauſa dubitationes exoriuntur, nonnullis quidem ita dicentibus, non prohiberi antiſtites, quo minus cum monachi facti fuerint, antiſtitum muneribus fungantur: nonnullis verò hanc ſententiam minimè probantibus. Sanctiſſimi locum tenentes dixerunt, feratur canon. Sancta ſynodus dixit, Præterea verò æquum ducimus ferri canones de laicis illis, qui eò inſaniæ, ac ſuperbiæ deuenerunt, vt antiſtites vel ſacerdotes Dei verberent, aut cuſtodiæ tradant, & reliqua.

¶Photius Patriarcha dixit, ſi veſtra ſanctitas iubet, legantur canones, eoſque in manus ſumens Petrus Deo amiciſſimus Diaconus, & protonotarius legit. Quamuis hucuſque nonnulli antiſtites ad monachorũ habitum deſcendentes conati ſint in antiſtitum faſtigio manere, cumque id facerent, ea res neglecta eſt: Sancta tamen, & œcumenica hæc ſynodus hanc quoque negligentiam corrigens, atque inordinatam hanc actionem ad leges, quæ de ſtatu eccleſiaſtico ſunt, reuocans ſtatuit, vt ſi quis epiſcopus, ſiue quis alius antiſtitis dignitatem obtinens, ad vitam monaſticam deſcendere, & pœnitentiæ locum implere voluerit, hic antiſtitis dignitatem amplius non retineat. Monachorum enim inſtituta ad obedientiæ ac diſciplinæ rationem pertinent, minimè verò ad magiſterij, vel præfecturæ: atque eorum ſunt, qui non alios paſcere, ſed paſci profiteantur. Quocirca quemadmodum dictum eſt, decernimus, ne quis poſthàc eorum, qui in antiſtitum catalogo ſunt, atque in paſtorum numero cenſentur, in eorum, qui paſcuntur, ac pœnitentiam agunt, locum ſe transferat. Quòd ſi quis poſt promulgationem, ac notitiam huius, quæ nunc pronuntiatur, ſententiæ, id facere auſus fuerit, quando ipſe ſeipſum antiſtitis gradu priuauit, priſtinam, quam factis contempſit, dignitatem amplius non recuperabit.

Hoc ad pœnitentiam agendam, non ad quietem ſeruandam quibuſdam conceditur.

Unde Liberius Papa ſcribit omnibus epiſcopis, epiſtola ſecunda.

¶Pro infeſtationibus malorum non licet epiſcopo gregem relinquere.

CAP. XLVI.

1 Pol.l. 4. tit. 15.

1 SVggeſtũ nobis eſt, quòd pro præteritis laboribus, & infeſtationibus, nonnulli veſtrûm aſſignatas ſibimet, & à Deo commiſſas relinquant plebes, & in futuro plures relinquere velint eas, quas tueri debent, eccleſias, & pro ouibus ſibi commiſſis laborare negligant, & monaſteriorum ſe quieti contradere feſtinent, & vacationem ab epiſcopatus laboribus eligere, & ſilentio, atque otio vitam degere magis appetant, quàm in his, quæ ſibi commiſſa ſunt, permanere, dicente Domino [Beatus, qui perſeuerauerit vſque in finẽ.] Vnde namque eſt beata perſeuerantia, niſi de virtute patientiæ? quoniam ſecundum Apoſtolicam prędicationem, [Omnes, qui volunt in Chriſto piè viuere, perſecutionem patiuntur.] Ideo fratres chariſſimi, non vos afflictionum amaritudo à pio mentis veſtræ propoſito coarctet recedere. Conſiderate namque, quanta pro abſolutione noſtra, & liberatione creator, dominuſque, & redemptor noſter pertulerit, qui buſúe ſe contumelijs afficiendum tradiderit, vt nos à vinculis poteſtatis diabolicæ liberaret. Attendite itaque vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus ſanctus conſtituit epiſcopos, regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit proprio ſanguine: vt non ſit, qui vos decipiat [a], aut ſeducat in ſubtilitate ſermonis, vt plebes vobis commiſſas relinquatis, & alicui propter malorum opprobrium hominum quieti vos tradatis, & vt vos ſolummodo ſaluetis, & filios orphanos relinquatis.

Item Nicolaus Papa Humifrido Morinenſis eccleſiæ Epiſcopo.

¶In perſecutionibus epiſcopus eccleſiam ſuam non deſerat.

CAP. XLVII.

SCiſcitaris itaque per Guldagarium presbyterũ, vtrũ cum à Normannis de epiſcopio depellaris, debeas de cętero in monaſterio cõuerſari. In quo ſcias, chariſſime frater, ꝙ ſi pernicioſum eſt proretam [b] in tranquilitate nauim deſerere, quantò magis in fluctibus? Vbi [c] non dicimus, quòd perſecutorum nõ fugiamus [d] (maximè paganorum) inſidias, cũ ad tempus ſæuiunt, & ob multitudinẽ delictorum noſtrorũ nocẽdi facultatem diuinitus [e] aſſequuntur: præſertim cũ eis prodire [f] vltrò non debeamus,

SVggeſtum.] CASVS. Multi epiſcopi propter tribulationes extrinſecas monaſterij quietem appetẽtes, greges ſibi commiſſos relinquebant, & plures in futuro relinquere volebant: quod cum audiſſet Liberius Papa, ſcribit omnibus epiſcopis hortans eos, ne greges ſibi commiſſos derelinquant propter laborem vitandum, & quietem appetendam: ſed potius perſeuerent humiliter tribulationes ſuſtinendo. Et hoc probat duabus auctoritatibus. ſ. Domini, & Pauli & exemplo Chriſti, qui pro nobis redimendis paſſionem ſuſtinuit in cruce. Matth. 10.

a ¶*Decipiat.*] Arg. ꝙ ſi quis dolo renuntiet, ꝙ tenet renũtiatio: quod non eſt verum, vt 3.q.j. redintegranda. 2.Tim.3.

SCiſcitaris.] CASVS. Humifridus eṗs expellebatur à Normãnis à ſuo epiſcopatu: ideoq́; vt tribulationes declinaret, volebat in monaſterio conuerſari & interrogauit Nicolaum Papam, vtrũ hoc facere poſſet. Et reſp. ꝙ non: quia periculoſum eſt in tribulationibus gregem deſerere: ſicut periculoſum eſt, ſi nauta nauem in fluctibus derelinquat: ſed dicit ei, ꝙ fugiat perſecutorum inſidias, & maximè Paganorum, exemplo Apoſtolorum, Prophetarum, & Chriſti, & reddita tranquillitate gregem requirat, & colligat in vnã, & doceat, vt quamuis bona temporalia perdant, tamen ſperent gaudia percipere ſempiterna. Act.20.

b ¶*Proretam.*] "ideſt, rectorem nauis, à prora quę eſt anterior pars nauis. « Proreta eſt nauis rector.

c ¶*Vbi.*] i. quo exemplo non dicimus, &c.

d ¶*Non fugiamus.*] i. fugere debeamus.

e ¶*Diuinitus.*] "Deus propter peccata hominum mittit flagella, & perſecutiones. 56.di. ſi gẽs. 16.q. 1. reuertimini. & 23.q.4. ſi quos. & ſecũdum quoſdam poteſtatem nocendi dat Deus qñ ꝑmittit quoſdam nocere, eo ipſo ꝙ ſe non obijcit. ſecundũ alios propriè dat poteſtatem, ſed ipſe ex ſe habet poteſtatem nocendi. vnde Satanæ poteſtas nocendi Iob data fuit. Omnia. n. quæ fiũt in ciuitate, aut iuſto Dei iudicio, aut eo permittente fiunt, vt 26.q. 5. nec mirum. Io. "Perſecutiones ꝑ peccata mittuntur.

f ¶*Prodire.*] pugnando cũ eis, quod in nullo caſu poſſunt clerici, ſi aliàs poſſunt euadere. 50. diſtinct. de clericis. Sed poſſunt alios hortari ad pugnam iuſtam, & etiam

interesse,vt 23.q.8.igitur.& c. vt pridem.

a Ad hoc 38.dist. nemo.

a ¶[*Arietes.*] alibi dicuntur episcopi canes [a]. 2. qõ. 7. qui nec regiminis.

A *Duersitas.*] Casvs. Gregorius docet,ꝙ in tribulationibus non debet quis perturbari: quia ipsa tribulatio est probatio virtutis,& non est iudicium reprobationis. & quòd quis non debet perturbari propter aduersitatem, probatur exemplo Pauli, qui cum veniebat in Italiam,naufragiũ passus est:& tamen in corde nõ fuerat turbatus.

b ¶[*Bonis votis.*]idest, propositis.

c ¶[*Probatio.*] s̃.ead. cum percussio.

Additio. Et dic probatio,id est,examinatio, & experimẽtum virtutis, i. constantiæ. Vel probatio virtutis, scilicet vt probatione melior quis efficiatur, & ita appareat,vt in p̃dicto c.cum percussio. secundum Hug.

d ¶[*Nauis Cordis.*] i. constantia fidei. [b]

b Sub. ĩ qua & p q̃ transire debemus tribulões & pericula huius seculi, sicut in naui mare transimus ad littora. iuxta illud. Hoc mare magnum,&spatiosum,& sequit̃ ibi,naues pertrãsibunt. Psal. 103. Arch.

HOC ETIAM. Hæc est .9. pars quæst. in qua dr̃ qñ dẽt prælat⁹ relinquere subditos, & qñ non.Io. de Fan.

Casvs. Dictum est s̃.in c.suggestum.& ca. sciscitaris. quòd prælatus perseuerare debet cum subditis in tempore tribulationis, licet possit quãdoq; recedere ad tempus,& fugere. Nunc verò ostẽdit hic tempus seruandũ esse, quando inter subditos aliqui boni reperiũtur. & prælatus non quęritur specialiter, nec per alios est tuta salus ecclesiæ, in quo casu si gregem sibi commissũ deserat, dicetur mercenarius. Si verò persona prælati specialiter quæritur, & salus ecclesiæ tuta est per alios:fugiat tunc prælatus.& hoc ꝓbat duobus exemplis, s.Christi & Pauli: & tribus auctoritatib.s.August.Christi, & Dauid. Cũ aũt q̃ritur nõ solũ prælatus,sed tota ecclesia:tunc non debet recedere,sed opponere se debet pro populo suo, & animã suã ponere pro ouib. suis:& hoc de extrinseca persecutione. Est & alia persecutio intrinseca,quæ fit à subditis in occulto,quãdo prælatus compati debet pro peccatis aliorum:& hoc probat quatuor auctoritatibus.

†al. indiciũ.
Act.27.
Ioan.10.

& multos prophetas, & Apostolos, ipsumque Dominum huiusmodi fugisse insecutores luce clarius constet: sed, quòd præcipuè nos,qui tãquàm arietes [a] ducatum gregibus præbemus, imo qui & horum pastores sumus, Deo auctore cum eis in periculis,pro viribus persistere pro certo conueniat: & cum tranquilitas reddita diuina fuerit pietate, sopitaque furentium infestatio, mox gregẽ requirere, & in vnum colligere,& eius animos cælestis patriæ pace,ac potissimùm securitate prædicata sursum erigere debemus. Et tãdiu super eorum cautela oportet nos esse solicitos,vt si Dei iudicio præsentis temporis commoda fortassis amittunt, futuræ vitæ se sperent gaudia absque ambiguitate percipere sempiterna.

Item Gregorius lib.7.epist. 126. ad Recaredum regem.

¶Non est reprobatio, sed virtutis probatio, bonorum aduersitas.

CAP. XLVIII.

A Duersitas, quæ bonis [b] votis obijcitur,probatio[c] virtutis est, non iudicium † reprobationis. Quis enim nesciat, quàm prosperum fuit, ꝙ beatus Paulus apostolus prædicaturus ad Italiam veniebat? & tamen veniens naufragium pertulit: sed nauis cordis [d] in maris fluctibus integra stetit.

9 *Hoc* [e] *tunc seruandum intelligitur,quando inter subditos aliqui inueniuntur, quibus prælatorum vita proficiat: quando nec specialiter prælatus quæritur, nec per alios tuta potest esse ecclesiæ salus, ne si deserere incipiat,quibus prodesse potest, dicatur de eo* [*Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriè,videt lupum venientẽ, & deserit oues,& fugit.*] *Cum verò specialiter quæritur, fugiat exemplo Christi,qui à facie Herodis fugit in Aegyptum: fugiat exemplo Pauli, qui à fratribus per murum submissus est in sporta.* A *Vnde Augustinus ait.* [[1] *Fugiat minister Christi, sicut ipse Christus in Aegyptum fugit,fugiat & qui specialiter quæritur, dũ per alios firma est ecclesiæ salus.*] *Hinc etiam ait Dominus discipulis.* [*Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate,fugite in aliam.*] *Hinc etiam idẽ abscondit se, & extiuit de templo, quando Iudæi lapides tulerunt,vt iacerent in eum. Hinc etiam Augustinus ait de eodem in psal.* [f] *54.* [[2] *Ecce elongaui fugiens. illud tangit, ꝙ Christus vitabat persequentes, vt occasionem* [g] *iræ demeret, & manebat in desertis orans. in quo docebat nos in secreto conscientiæ orare, & quiescere,cum à malis premimur.*] *Cùm verò non prælatorum tantùm, sed totius ecclesiæ salus* [h] *quæritur, fides* [i] *impugnatur,necesse est,vt ex aduerso ascendant, & in die belli seipsos murum opponãt pro domo Domini, & animas suas ponant pro ouibus suis: vt exemplo suæ passionis accendant,quos sermone doctrinæ diutius confirmare non valent. Et hoc quidẽ de manifestis persecutionibus. Est & aliud genus persecutionis* [k]*, in quo Apostolus laborabat dicẽs* [*Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror* [l]*? &c.*] [3] *Hinc Augustinus in ps.* [m] *10.* [*Ossa,id est,fortes, quorum frixorũ sunt,qui scandalizantur,tantũ enim frigitur* [n] *bonus, quantum amat.*] ¶*Hinc idem in psal. xxx.* [o] [*Irascitur iustus pro peccatis palearum* [p]*, non tamen odit* [q]*, in quo extingueretur oculus* [r] *venter* [s] *pro interioribus* [t]*, quæ turbantur quando nec corripi possunt impij qb.no†clamat* [u] quia defecit [x] in dolore vita, *videns nõ proficere quod prædicat,*] ¶*Hinc idem ait in psal. 69.* [y] *vtrunque hoc genus persecutionis distinguens* [[4] *vox tribulatorum* [z] *Christo,id est,martyrum, inter passiones periclitantium,sed de capite* [a] *præsumentium* [b]. *Cum illis* [c] *vox omnis iusti, cui ex charitate, abundans iniquitas etiam Christianorum est passio: vt Loth corporalem persecutionem à nullo in Sodomis sustinuit, sed à malis factis eorum,cum†*

Matt.2.
Act.9.
1 Gl.ord.ad cap.11.2.ad Cor.in fi.ex Augu. epis. 180.ad Honora.
Matt.10.
Io.8.
2 Gl.ord.ex Cassiodoro
2.Cor.11.
3 Gl.ord.ex Aug.ad ver. [& ossa mea sicut in frixorio] & Beda.
2. Cor. 12.
Eadem ex Aug.ad ver. [Miserere mei Dñe.
4 Eadem ex eod. in p̃fatione psal.
Ezech.13.
Io.10.
† nõ clamat clarè, sed intus ingemiscit] gl.ord.
† cui nõ fuit dictum, vt nõ ibi habitaret] gl.or.

c ¶[*Hoc.*]scilicet ꝙ prælatus maneat cum subditis suis.

e ¶[*Hoc etiam.*]in hoc §.distinguitur quid iuris sit in "extrinseca,siue intrinseca persecutione.Extrinseca enim persecutio consistit in manifestis inimicis ecclesiæ, intrinseca in eis qui adhuc non sunt præcisi. "In exteriori persecutione distinguitur: aut solus prælatus quæritur,aut totus clerus. Si solus prælatus:aut eo recedente tuta est salus ecclesiæ, & tunc fugiet.& hoc probat exemplo Christi,& Pauli,& trib. auctoritatibus August.Domini,& Dauid.Si non est tuta,tunc ponet animam suam pro ouib.suis.Si totus clerus quæritur,indistinctè se pro eis hostibus opponet,vt 43.dis.sit rector.sed si aliàs potest consuli ecclesię: totus clerus fugiat cum prælato.Si nõ potest,remaneant cum pręlato vel omnes,vel quidam ex eis. si est altercatio inter eos de remansuris, res sorte dirimatur. 26.q.2.sors. Circa intrinsecam distinguitur sic: aut oẽs sunt mali,aut quidam.Si boni sunt commisti malis, eos non deseret. 23.qõ.4.tu bonus. Si omnes mali sunt, aut spes est de correctione aut non. Si est,nõ sunt deserẽdi. Si nõ est spes, tunc sunt deserendi, vt ĩ.ea.c.vlt.Et nota ꝙ loquitur de extrinseca ꝑsecutione, vsq; ibi. *Est & aliud genus.* abinde mistim de extrinseca & intrinseca vsq; ibi,*Cum autem à vitijs.* & abinde tãtũ de intrinseca. [c]

"persecutio est duplex.
"p̃latus an pp p̃secutionẽ licitè possit ecclesiã deserere.
c de hac materia plenè no. Inn.ext. de ren. nisi cũ pridẽ. §. 1. vbi posita est ista gl.sicut hic iacet, multa addit & ibi de hoc per Host.

f ¶[*In psalmo.*] Exaudi Deus orationem.

g ¶[*Vt occasionem.*]Et ita peccat qs eo ꝙ dat alijs occasionẽ peccandi,vt 55.dist. si euangelica.& 22.q.4.inter.

h ¶[*Salus.*]Ergo vr̃ ꝙ pro reb. tpalibus nõ debeat p̃latus mori,vt 23. q.5. non est nostrum.

i ¶[*Fides.*]per hæresim aliquam.

k ¶[*Persecutionis.*] id est,compassionis.

l ¶[*Non vror.*] compatiendo.

m ¶[*In Psalmo.*] Dñe exaudi. ibi, Quia defecerũt sicut fumus dies mei,& ossa [d] mea sicut ĩ frixorio confrixa sunt.

d Dic,i.fortes. Fortes .n. & robustiores in fide dñr ossa: quia portãt carnes.i. infirmos, secũdum Hug.

n ¶[*Frigitur.*] i.cõfligitur.i.tm̃ dolet de malorum interitu, quantum salutem eorum diligit.

o ¶[*Xxx.*] in te Dñe speraui. vsq;, Miserere mei Deus,qm̃ tribulor & cõturbatus est in ira ocul⁹ meus, aĩa mea, & venter meus: quoniam deficit, &c.

p ¶[*Palearum.*] i.malorũ,q sunt sine fructu.

q ¶[*Odit.*]supple id,in quo.s.odio extingueretur [e] ocul⁹ rõnis,si hr̃et illud odiũ. Vel dic, nõ odit homines, sed peccata eorũ.86.dis. odio.

e Scilicet p mortale peccatum .i. si odiret paleas. i. malos inquantum homines sunt,secundũ Hug.

r ¶[*Oculus.*]i. ĩtellect⁹.

s ¶[*Venter.*] id est,prælatus, qui quandoque ventrosus est.

t ¶[*Pro interioribus.*] id est, subditis.

u ¶[*Non clamat.*]altè,sed intus ingemiscendo.

x ¶[*Defecit.*] dicens supple: quia defecit, quasi dicat, omnino conturbatus est oculus meus: quia defecit in dolore vita mea ex magna iniquitate malorum. & quare dicat hoc. occultè subdit, videns non posse proficere, &c.

y ¶[*Lxix.*] scilicet, Deus in adiutorium meum intende.

z ¶[*Tribulatorum.*]id est,illa vox, Deus in adiutorium meũ, est vox martyrum in manifesta persecutione,& etiam vox iustorum in occulta & intrinseca.

a ¶[*Sed de capite.*]id est, Christo.

b ¶[*Præsumentium.*]id est,confidentium.

c ¶[*Cum illis.*] id est, martyribus. & hic innuitur intrinseca persecutio.

a ¶*Vel*

quibus habitabat. *Eſt ergo perſecutio iuſti, vel à leone* [a] *in impetu, vel à dracone* [b] *in inſidijs, vnde omnes* [c] *clament.*

Deus in adiutorium meū intende.

Cum autem [d] *vitijs ſubditorum prælatus affligitur, aliquando omnium eſt vna, & inſatiabilis obſtinatio, aliquando mali inueniūtur bonis admiſti. Quādo boni ſimul cū malis habitāt, non ſūt deſerendi boni ꝓpter malos: ne peruersè malos euitando vincamus* [e], *quos fugimus, ad gehennam* †, *ſed potius mali tolerantur propter bonos. Vnde Gregorius*[[1] *Abel* [f] *eſſe renuit, quē Cain* [g] *malitia non exercet* [h]:] *ferrū quippe noſtræ mentis ad acumen non poteſt peruenire veritatis, niſi hoc alteri⁹ eraſerit lima* [i] *prauitatis. Hinc etiam Auguſtinus*[[2] *Tu bonus* [k] *tolera malum, & c. infra de tolerandis malis in prima cauſa* B *hæreticorum*] *Idem ait.* [[3] *Maius malum in ſeparatione bonorum* [l] *committimus, quàm in coniunctione* [m] *malorum fugimus.*]*& infrà.* ¶*Tali non imputat Deus ſua peccata, quia non fecit, non aliena, quia non approbauit, non negligentiā, quia non tacuit, non ſuperbiam, quia in vnitate permanſit.*] ¶ [4] *Hinc idem in pſal.* 54. [Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ?] *non ait ſicut coruo. Colūba à moleſtiis quærit auolare, ſed dilectionem non amittit, & ſemper gemit. Sic bonus vult ſeparare ſe corpore, non amore, ab his, quibus non poteſt prodeſſe.*]*& infrà.*¶[*Sed aliquando ligatur, non viſco cupiditatis, ſed cura, et officio, vt deſerere nō poſſit* [n], *niſi ſoluatur. Quòd ſi non ſoluitur, tunc dicat:* Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto: Sed manere in carne neceſſe eſt propter vos: *& ſic eſt meritum ex deſiderio.*

¶ [[5] Ecce elongaui fugiens. *nō loco, ne rumpatur charitas bonorum, ne perdatur exercitiū malorū quos Deus admiſcet, vt Iudā Apoſtolis; quem, quamuis ſciret furem eſſe, tamen ad prædicandum miſit, & ei Euchariſtiam dedit,* [6] *docens in eccleſia tolerari malos, nec obeſſe bonis malorū conſortia. Quando verò omnium ſubditorum eſt obſtinata malitia, nec prodeſt ęis prælatorum præſentia, tunc etiam corpore licet ab eis recedere: ne & illorum nequitia ſemper in deterius proficiat, & iſti quidem fructū amittāt, quē de aliorū profectu poſſent inuenire. Sic beatus Benedictus deſeruiſſe legit, quos in necem ſuam vnanimiter viderat conſpiraſſe. Hinc etiam beatus Gregorius Petro diacono interroganti, an liceat prælato gregem ſemel ſuſceptum deſerere, lib. 2. Dial. cap. 3. reſpondit dicens.*

A ¶Vnde Auguſtinus.] *Multa in hac diſputatione citat Gratianus ex Auguſtino, quorum ſententia quidē apud illum habetur, ſed verba ipſa ſunt in gloſſa ordinaria locis indicatis. De hac verò quæſtione, quando liceat epiſcopo recedere ab eccleſia ſua, diſſerit B. Auguſtinus epi. 180. Honorato epiſcopo ſcripta.*

B ¶In prima cauſa.] *Indicat cauſam 23. in qua primùm de hæreticis ex propoſito agitur: qui mos citādi habet, et. 1. q. 7. neceſſaria. & alibi.*

¶Quando liceat prælatis ſubditos deſerere, vel non.

CAP. XLIX.

IBi adunati ęquanimiter portandi ſunt mali, vbi inueniūtur aliqui, qui adiuuentur, boni. Nam vbi omnimodo de bonis fructibus deeſt, fit aliquando de malis labor ſupuacus †: maximè ſi ē vicino cauſæ ſuppetant, quæ fructū Deo ferre valeāt meliorem. *& paulò poſt.* ¶Sæpè agitur in animo perfectorū, quod ſilentio prętereundū non eſt: quia cū laborē [o] ſuum ſine fructu eſſe conſiderent, in locū alium ad laborē cū fructu migrāt. Vñ ille quoque egregius ꝓdicator, qui diſſolui cupit, & cū Chriſto eſſe, cui viuere chriſtus eſt, & mori lucrū, qui paſſionū certamina nō ſolū ipſe appetijt, ſed ad toleranda hæc, & alios accēdit: Damaſci perſecutionē paſſus, vt poſſit† euadere, murū, funē, ſportāq; quęſiuit, ſeq; latēter deponi voluit. Nūquid † Paulū mortem dicimus timuiſſe, quā ſe ipſe pro amore Ieſu teſtatur appetere? Sed cū in eodē loco minorē ſibi fructū adeſſe cōſpiceret, ad grauē † laborē ſe alibi [p] cum fructu ſeruauit: fortis etenim præliator Dei teneri intra clauſtra noluit, certaminis cāpum q̄ſiuit.

Multorum auctoritatibus apparet, quādo viuentibus epiſcopis alij poſſint ſubſtitui, & quando non.

QVÆSTIO II.

QVòd autem [q] *iſte valetudine recepta ſuā poſſit repetere cathedrā, nulla auctoritate ratū habetur. Celebrationē verò ſacrificiorū, ſi* † *infirmitatis cauſa dimiſerit, valetudine recuperata exequi non prohibetur.*

Vnde Alexander ſecundus ſcribit Gebonardo Viuarienſi † *Archiepiſcopo.*

¶De quodam presbytero, qui caduco morbo laborabat.

a ¶*Vel à leone.*]id eſt, à diabolo apertè ſæuiendo.

ADDITIO. Sicut per Saracenos, & apertos hæreticos. Archidiaconus.

b ¶*Dracone.*] id eſt, à diabolo occultè perſequendo, vel à falſis fratribus.

c ¶*Omnes.*]id eſt, tam illi qui extrinſecam, quàm qui intrinſecam perſecutionem patiuntur.

CVM AVTEM. CASVS. Suprà in §. proximo tractatum eſt qualiter fiat perſecutio intrinſeca, ſcilicet à ſubditis malis, & per compaſſionem: Nunc verò diſtinguitur ſic. Aut inter ſubiectos ſunt aliqui boni, aut ſunt omnes mali, & obſtinati. Si ſunt ibi aliqui boni, non debet prælatus deſerere bonos propter malos, ſed tolerare debet patienter. & hoc ꝓbat quatuor auctoritatibus. Si autem omnes ſunt mali & obſtinati, tunc licet prælato ab eis recedere, exemplo beati Benedicti, q monachos ſuos deſeruit, quia conſpirauerant in necem eius.

d ¶*Cum autem.*] hic §. loquitur de intrinſeca perſecutione.

e ¶*Vincamus.*] id eſt, magis ſumus digni gehenna, quàm ij quos fugimus.

f ¶*Abel.*] id eſt ſimilis Abel in patiētia non vult eſſe, qui non pōt tolerare cōſortium malorum. " nam quiſquis malos non tolerat, ipſe ſibi per intolerantiā teſtis eſt quòd bonus non eſt, vt 23. quæſtio. 4. hęc autem. & cap. tu bonus.

g ¶*Cain.*] id eſt, fratris Abel.

h ¶*Non exercet.*] i. malos non allicit. ſignificat ſcilicet, vt illos corrigat.

i ¶*Lima.*] id eſt, perſecutio.

k ¶*Tu bonus.*] infrà 23. q. 4. hæc autem. & cap. tu bonus.

l ¶*Bonorum.*] arg. ꝙ ſi per aliquem non ſtat quominus faciat, idem eſt ac ſi feciſſet. 43. diſtin. Epheſijs.

m ¶*Coniunctione.*]fugimus enim malum in hoc quòd non coniungimur malis: quia ſi eſſemus cum eis, poſſemus corrumpi cum eis: tamen maius malum cōmittimus, ex hoc quòd ſeparamur à bonis: " quia ſeparando nos à bonis cōmittimus ſchiſma, quod facere maximum malum eſt, vt 24. queſtione 1. non afferamus.

n ¶*Non poſſit.*] id eſt non debeat propter hos, quibus poteſt proficere. Ioan.

IBi adunati.]CASVS. Petrus diaconus quæſiuit à Grego. an liceret prelato deſerere gregem ſemel ſuſceptum: qui rn̄dit dicens, ꝙ ſi ſubditi ſunt boni malis admiſti, tolerādi ſunt mali propter bonos. ſi verò omnes ſunt mali & incorrigibiles, recedere poteſt prælatus ad aliū locum, exemplo Pauli, qui de Damaſco fugit, vt alibi magis proficeret. Sequens §. patet.

o ¶*Laborem.*]" no. ꝙ labor non dēt eſſe ſine mercede, vt 12. q. 2. charitatē. & in auth. de iu. §. ne aūt. coll. 6. vbi dicitur, ꝙ labor non debet eſſe ſine fructu. vnde verſus:

Cum labor in dāno eſt, creſcit mortalis egeſtas. iuxta illud.
Optat præmia quiſque labor.

p ¶*Alibi.*] Idem fecit cyprian. vt 24. q. 1. aduocauit. §. multorum.

QVòd autem.] CASVS. Hęc eſt q. 2. qua queritur vtrū recuperata ſanitate poſſit quis repetere cathedrā cui renuntiauit. Et reſp. ꝙ nō: & transfert ſe G. ad aliam queſtionē incidentē: ſ. vtrum ſacerdos qui dimiſit celebrationē Miſſę pp morbū caducū: recuperata ſanitate poſſit celebrare? rn̄det cum diſtinctiōe, ſcilicet vtrum quis vexetur morbo epileptico, vel caduco frequenter, aut raro. ſi frequenter, omnino debet ceſſare à celebratione miſſarum, vt infrà eodem c. 1. Si verò raro, aut vexatur cū ſpumæ iactatione, & vocis confuſæ emiſſione, & tunc nullo modo celebrare poteſt, vt ĩ. ea. c. 2. aut vexatur ſine ſpumæ iactatione, & ſine vocis confuſę emiſſione: & tunc celebrare pōt: ita tñ vt habeat iuxta ſe vicini ſolaminis adiutorē, vt ſ. ead. q. 1. illud, ſi plenè eſt liberat⁹, nō eſt q̄ſtio quin poſſit celebrare.

q ¶*Quòd autem.*] Si quis de licentia Papæ renuntiauit, & ad preces eius alter ſubſtitutus eſt: certū eſt quòd ille nō pt repetere eā, licet cōualeſcat, vt ſ. ea. q. 1. hoc nequaquā. Et ideo magiſter aliā queſtionem tractat: vtrum ille qui abſtinuerit à Miſſa

† al. veniamus ad gehennam.
1 li. 2. Mor. c. 29. & l. 9. re. epi. 39.
2 23. q. 4. tu bonus.
3 Gl. ord. in c. 6. 2. ad corin. in fi. ex Aug. ſerm. 18. d̄ verbis Domini.
4 Gl. or. ex Augu.
" Bonus nō eſt q' malos nō tolerat.
Philip. 1.
5 Glo. interlinearis ex Au. i pſ. 54.
6 23. q. 4. tu bonus.
" Schiſma cōmittit q ſe à bonis ſeparat.

" Labor eſt remunerandus.
† vacuus] Orig.
Pſilip. 1. 2. Cor. 11.
Act. 9.
† poſſet. al. potuiſſet.
† al. numnam.
† & graui labore ad laborē] Orig.
† al. quam.
† al. Vienenſi.

Miſſa pro ægritudine, recuperata ſanitate poſſit celebrare? Et certũ eſt ꝙ poteſt [a]. ĩ.e.c.1. dummodo certũ ſit eũ eſſe ſanatum. " Si aũt fuit dęmoniacus vel epilepticus, dẽt prius ꝑ annum eſſe liberatus. 33.di.cõiter. 55.di.præcepta. & arg.ff. de redhibit.act.quod ita. In ægritudine conſtituti Miſſas celebrare poſſunt. ſ̃.ea.q.1. c.illud. niſi ita debiles ſint, ꝙ cęptum officiũ nequeant adimplere. & niſi habeant morbũ caducũ. 33. di. cõiter. Tñ cum diſtinctione an morb. iſte ſit cũ ſpuma & clamore, vt tunc non poſſint. vel ſine ſpuma & clamore, & tunc poſſint, vt ibi notaui. ſed quidã [b] ĩdiſtinctè dicunt ꝙ nõ dñt celebrare infirmi.

a Sub. nec diſtinguendũ eſt q̃ fuerit ægritudo dũmõ, &c. vt ſequitur. "Epileptic[9] an poſſit celebrare.

1 Iuo p.6. c.405.

b Vt Rayn.

IN *tuis literis.*] CASVS. Quidam presbyter morbum patiebat̃ caducum: quare Gebonardus Viuarieñ. archiẽps ei celebrationem Miſſæ interdixit, & per illũ presbyterum conſuluit Alexãdrũ dictus archiẽps, an iſte presbyter poſſet Miſſarum ſolemnia celebrare. Nũc Papa reſcribit dicens, qũo ei conſtitit ꝙ iſte cadebat. vnde mandat ei, ꝙ ſi iſte presbyter frequenter cadit, & vexetur morbo caduco: non debet celebrare. ſi autem conualuerit, nõ prohibeatur.

a ¶*Frequenter.*] Ideo quidam [c] dicunt ꝙ ſi rarò accidit, poteſt celebrare, dummodo habeat ſocium. ſ̃.ea.q.j.c. illud. vel ſupple, maximè. vel diſtingue, vt 33.diſt.communiter.

c Lau.& H.

b ¶*Interdicimus.*] " Sic ergo pp infirmitatẽ non repellit̃ qs ab officio diuino, vel à pceptione ſacramentorũ, vt ſ̃.diſ.5. ad eius verò.

† al. Foropopilienſis.

" infirmitas non repellit ab officio diuino.

NVper *Foro.*] CASVS. Clerici Foropopulẽſis eccleſię vnà cum Sabino & Pelagio, & laicis Romã venerunt, & dixerunt Gelaſio, ꝙ ẽps eorũ lædebatur morbo caduco frequenter, aſſerentes ſe de eius voluntate veniſſe. quare Papa illi eccleſiæ duos dedit viſitatores, ſ. Ruſticũ & Fortunatum. ſed quia idem ẽps poſtea Romam pergens dixit oĩa quę de eo dicta fuerũt, falſa eſſe: ideo Papa p̃cipit eiſdẽ viſitatorib. narrando p̃dicta vt veriatem perquirant: & ſi prædictum ẽpm inuenerint fuiſſe repẽte ꝓlapſum cum voce confuſa, & ſpumę iactatione, cũ celebrare ꝓhibeant. ſi aũt hoc inueniri non p̃t: p̃cipit Ruſtico vt faciat eum carnib. vti xxx. diebus indifferenter.

c ¶*Segnius.*] No. ꝙ in magnis reb. diligentior inquiſitio eſt facienda, vt 42. diſt. quieſcamus. & 61. diſt. miramur. Et ideo hic actore non probante, reo indicitur purgatio, vt extra de cau.poſſ. & propr. cum eccleſia. in fi.

d ¶*Xxx.*] contra 33. di.cõiter. Sed ibi certũ fuit eum eſſe dęmoniacum: ſed hic dubium. & omnes cibos ideo iubet̃ comedere, ne morbus poſſit occultari. qđ phyſicum eſt. vnde ſignatur contrarium. ĩ. de cõſe.di.5. cõtraria [d]. " Ideo autem hic dantur oẽs carnes iſti præter hœdinas quæ prouocant dæmones.

d Nõ eſt cõtra, qa hic loqtur đ experimentis medicinæ q̃ bona sũt & neceſſaria, Vt hic. ibi aũt loqtur đ nimio vſu medicinę, q eſt ꝓhibit[9] vt q̃ nõ ieiunet̃: vel alıđ ſimile, qđ ẽ contra legẽ diuinã. Arc. "carnes hœdinæ prouocant demones.

CAP. I.

[1] IN tuis literis cõtinebatur ſic. Hic clericus ordinem habet presbyterij: ſed quia caduco morbo laborat, & ipſi in præſentiarũ hoc agnouimus, non auſi fuimus concedere ſibi vt offerret, vel Miſſam celebraret. Quia verò languor in culpa non eſt, ſuper hac re auctoritatis noſtræ decreto conſulendo deliberauimus. Conſulimus itaque, vt ſi frequenter [a] hoc morbo tangitur, ab oblatione, & Miſſarum celebratione modis omnibus prohibeatur. Indecens enim eſt, & periculoſum, vt in conſecratione Euchariſtiæ morbo victus epileptico cadat. Si verò Dei miſericordia conualuerit (quandoquidem non culpa, ſed infirmitas eſt in cauſa) eum ſacrificare iam non interdicimus [b].

Item Gelaſius Ruſtico, & Fortunato epiſcopis.

¶A regimine ſuſpendatur eccleſiæ qui in terram frequenter eliditur.

CAP. II.

NVper Foropopulenſis † eccleſiæ clerici, vnà cum Sabino epiſcopo, & Pelagio, & laicis propria ſuggeſtione reſerarunt, præſulem ſuum graui quadam neceſſitate vexari, cuius eum dicerent incurſione frequenter eliſum. Quod ne ſcandalum fidelibus videretur ingerere, & eccleſiam Dei vbique poſitam hac offenſione turbare, præcipuè, cum eodem ipſo volente huc ſe perrexiſſe firmarent, ad dilectionem veſtram ſcripta direximus, vt eccleſiæ, cuius rector tali caſu tenetur adſtrictus, viſitationem congruam reddatis. Verùm, quia nunc idem ipſe venit huc pontifex, falſaque omnia de ſe iactata diſſeminat, ſub diuini contemplatione iudicij, veſtræq; conſcientiæ, exiſtimationiſque reſpectu, rerũ fide ſolertiſſimè pquiſita, ſi aliquãdo ſcilicet, vel in domo, vel in proceſſione, vel in alio quocunque loco probatur repẽtè collapſus, voceſque dediſſe confuſas, & ſpumas ore iactaſſe, quanta fieri poteſt examinatione quæratur. Quod tamen, ſiue non poſſit aliquorum factum teſtificatione firmari, ſiue nunquã contigiſſe dicatur, non putandum eſt poſſe ſufficere, ſed certum, manifeſtumque documentum, quia de tanta re non ſegnius [c] agendum eſt. Faciat rem tua dilectio, frater Ruſtice, ſui moris, & aptam magno pontifici, vt eum triginta [d] A diebus tecum eſſe conſtituas, eumque carnibus indifferenter vti neceſſaria probatione compellas.

A ¶Triginta.] *In duobus vetuſtis codicibus legitur*, octuaginta.

CAVSA VIII.

QVidam epiſcopus agens in extremis, ſucceſſorẽ ſibi ex teſtamento inſtituit: inde ſuorum amicorum patrocinio in eundem epiſcopatum eligitur, poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ canonicis iuramentum præbuit: accuſatur de ſimonia tanquam munus ab obſequio præſtiterit: ante tempus ſententiæ à clericis ſuis derelinquitur, ſine literis Apoſtolicis † ad eccleſiam ſuam reuertitur epiſcopus.

1 *Hic primùm quæritur, an liceat epiſcopo, ſibi ſucceßorem inſtituere.*

2 *Secundò, an amicorum patrocinia in electione debeant conualeſcere.*

3 *Tertiò, an ſit habendus ſimoniacus, qui poſt electionem huiuſmodi iuramentum canonicis præſtat.*

4 *Quartò, an liceat clericis ante ſententiæ tempus ab epiſcopo ſuo diſcedere.*

5 *Quintò, an ſine literis Apoſtolicis † debeat redire ad propriam eccleſiam.*

QVAESTIO. I.

1 ps *QVòd aũt* [c] [1] *epiſcopo ſucceſſorem ſibi inſtituere liceat, ex verbis Zachariæ Papæ conijcitur, quibus Moguntino Archiepiſcopo permiſit adiutorẽ ſibi ſtatuere, qui ei defuncto in plenitudinẽ ptãtis ſuccederet.* ¶*Itẽ ex verbis Symmachi Papæ dicentis* [[2] *Si trãſitus Papę inopinatus euenerit, vt de ſui electione ſucceſſoris non poſſit ante*

QVidam *epiſcopus.*] CASVS. Quia ĩ ſuperiori cauſa in illo c. petijſti. fuit conceſſũ priuilegiũ MOGUNTINO đ eligẽdo ſibi ſucceſſorem: ne aliqs dubitaret hoc eſſe licitũ de iure cõi: iõ Grat. hãc 8. cãm ſupponit. ĩ qua oſtẽdit, quòd nulli licet eligere ſucceſſorẽ, & ꝙ amicorũ patrocinia ĩ electionib. cõualeſcere nõ debẽt: & qđ nõ ẽ ſimoniacus q poſt electionẽ ꝑſtat canonicis iurm̃ de indẽnitate eccleſiæ: & alia plura, q̃ oĩa vt plenius eluceſcant, ponit thema, de quo quinq; elegit quæſtiones.

QVòd *autem.*] Hęc qõ diuidit̃ in 4. ptęs: ĩ quarũ prima ꝓbat magiſter p 4. aucto. ſanctorũ patrũ, ꝙ p̃t ẽps ſeu p̃latus ſibi eligere ſucceſſorẽ: & hoc vſq; ad §. *His omnib.* vbi dat ſolutionem, poſtea q̃dã adiungit ad electionẽ ptinentia. Scđa ibi, *Olim.* Tertia ibi, *Oportet eũ.* Quarta ibi, *Audacter.* Io. de Fant.

† al. Apoſtolici.

CASVS. Hæc eſt 1. quæ. qua quęritur, an liceat epiſcopo ſibi eligere ſucceſſorẽ: & certum eſt quòd non, niſi per priuilegium hoc habeat. Primò tamen probat Grat. quòd ſic, exemplo Moguntini, & auctoritate Symmachi à contrario ſenſu, & exemplo Petri. Poſteà probat cõtrarium in §. *Sed in Antiocheno.* & in §. *His auctoritatibus.* dat ſolutionem.

† al. Apoſtolici.

1 ſ̃. 7. q. 1. petiſti.

e ¶*Quòd autem.*] Certum eſt quòd non licet [e], niſi cui hoc ſpecialiter

2 Diſt. 79. ſi tranſitus.

e Sed cõtra vr̃ expſsè 16 q.vlt.c.vlt.

cialiter permittitur, vt Moguntino. ſeptima, quæſtione prima. petijſti. nec obſtat 79. diſtin. ſi tranſitus. vbi innuitur quòd Papæ licet " inſtituere ſucceſſorem. ſed dicitur ibi quòd poteſt cum fratribus deliberare de ſucceſſore [a].

" ſucceſſorē ſibi inſtitue re nulli licet.

a ¶ *Decernere.*]id eſt, deliberare.

a Su. q aliud ē q̄ ſibi ſucceſſorē eligere: nā illd̄ eſt licitū, vt ibi. illud verò illicitū, vt hic. nam deliberare licet cuilibet plato d̄ ſuo ſucceſſore cum vi det ſibi mortē, imminere. vñ ibi dr̄ decernere. ī. deliberare, non eligere, ſecundum Hug.

S*I Petrus.*] Casvs. Petrus Apoſtolus cum inſtare vellet verbo prędicationis & orationi, in temporalibus Linum & Cletum pręfecit: ſed ſolum Clementem ſibi ſucceſſorē elegit, cui poteſtatē tradidit ligādi, & ſoluēdi.
b ¶ *Si Petrus.*] ſi, id eſt, quamuis.
c ¶ *Aut ligandi.*] Nō intellige quòd iſti priꝰ non habuerint poteſtatem ligandi. ſed hoc vult dicere, quòd iſtis nō dedit Papa plenam poteſtatem: ne ſit contra. 2. quæſtione 1. nemo. 24. quæſt. 1. quodcunque. vbi dicitur, quòd omnes presbyteri hanc habent poteſtatem. Habuerunt ego prius hanc poteſtatem. ſed non tantam. Iſti autem duo temporalia pauperibus erogabant: ad quod officiū Apoſtoli diaconos elegerant. 93. diſtin. legimus. quod hodie habet camerarius Papæ. & patet quòd Linus & Cletus non fuerunt Apoſtolici. & hoc eſt verū, quòd poſt Petrum ſtatim non fuerunt Apoſtolici, ſed Clemens fuit poſt eum Apoſtolicus. " videns autem Clemens quòd hoc eſſet pernicioſum exemplo, quòd aliquis ſibi eligeret ſucceſſorem, renuntiauit papatui: & tūc electus fuit Linus: eo mortuo electus eſt Cletus: quo mortuo denuo fuit Clemēs electus: & ſic Clemens ſecundum vnam computationem fuit ſecundus. & ſecundum aliam fuit quartus, vnde verſus:

Diſputat hic mūdus, quartus fueritue ſecundus.

1 Anſ. l. 1. c. 55. Poly. l. j. ti. 1.

2 Clemens ep. 1.

3 Anſ. l. 1. c. 3.

" Clemens noluit eſſe Papa ſtatim poſt Petrū.

4 Omittuntur hic aliquot verba.

d ¶ *Tradente.*] ad hoc inducitur capitulum.

V*N de.*] SED IN ANTIOCHENO. Casvs. Hucuſque probauit Grat. ſuperficialiter epiſcopo licere ſibi eligere ſucceſſorem: nunc autem probat contrariū.

E*Piſcopo.*] Casvs. Statutū fuit in Antiocheno concilio, vt nullus eligat ſibi ſucceſſorem: & ſi factum fuerit, irritum ſit: ſed

5 Pol. l. 2. ti. 17. Anſ. l. 6. c. 57. Bur. l. 1. cap. 185. Iuo part. 5. c. 301.

decernere [a], *&c.*] *apparet, quòd epiſcopi ſucceſſores ſibi inſtituere poſſunt.* ¶ *Item exemplo beati Petri illud idem probatur, qui beatum Clementem ſibi ſucceſſorem inſtituit.*

Vnde Ioannes tertius ſcribit epiſcopis Germaniæ, & Galliæ, epiſtola vnica, cap. 2.

¶ Quòd Petrus Linum, & Cletum adiutores ſibi aſciuit, ſed Clementem ſuceeſſorem.

CAP. I.

1 SI Petrus [b] princeps apoſtolorū adiutores ſibi aſciuit Linū & Cletum, non tamē poteſtatem pontificij, aut ſoluendi, aut ligandi [c] eis normā tradidit, ſed ſucceſſori ſuo ſancto Clementi: qui ſedem Apoſtolicam poſt eum, & poteſtatem pontificalem, tradente [d] ſibi beato Petro, tenere promeruit. Linus verò, & Cletus miniſtrabant exteriora: princeps autem apoſtolorū Petrus verbo, & orationi inſiſtebat.

PALEA.

CAP. II.

V*N de ipſe Clemens* [2] *in epiſtola ad Iacobum Hieroſolymitanum miſſa inter cętera ſcribit, quòd Petrus adhuc viuens Clementem in epiſcopum elegit.*

¶ 3 Simon Petrus in ipſis diebus, quibus vitæ finem ſibi præſenſit, apprehenſa manu mea repente cōſurgens in auribus totius eccleſię, hæc protulit verba: 4 Clementem hunc epiſcopum vobis ordino, cui ſoli meæ prędicationis, & doctrinę cathedram trado, quē prę cęteris expertus ſum Deum colentem, homines diligentem, caſtū, diſcendi ſtudijs deditū, ſobrium, benignū, iuſtum, patientem, & ſcientem ferre nonnullorum, etiā ex his, qui in verbo Dei inſtituuntur, iniurias.

Sed in Antiocheno concilio hoc omnino fieri prohibetur: in quo ca. 23. ſic ſtatutum legitur.

¶ Epiſcopo ſucceſſorem ſibi conſtituere non licet.

CAP. III.

j 5 EPiſcopo nō licere pro ſe alterum ſucceſſorē [e] ſibi conſtituere, licet ad exitū vitæ perueniat. Quòd, ſi tale aliquid factum fuerit, irritum ſit huiuſmodi cōſtitutum. Seruetur autem ius eccleſiaſticū id continens, non oportere aliter fieri, niſi cum ſynodo, & iudicio epiſcoporum A, qui poſt obitum quieſcentis poteſtatē habent, eum, qui dignus extiterit, promouere.

A ¶ Epiſcoporum.] *In codicibus Gratiani etiam manuſcriptis ſequebatur, & electione clericorum: quæ ſunt expuncta, quia neque in originali, neque apud cęteros collectores leguntur.*

Item ex concilio Martini Papæ, cap. 8. [6]

¶ De eodem.

CAP. IIII.

ij 7 EPiſcopo non liceat ante finem vitæ alium in loco ſuo conſtituere ſucceſſorem. Si quis autem hoc vſurpare tentauerit, talis conſtitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, niſi cum conſilio, & iudicatu epiſcoporū [f], q. poſt exitum prædeceſſoris poteſtatem habent dignum eligere.

Itē Hilarius Papa in ſynodo Romana, cap. 5.

¶ De eodem.

CAP. V.

8 PLeriq; ſacerdotes in mortis confinio conſtituti in locū ſuum feruntur alios deſignatis nominibus ſubrogare: vt ſcilicet nō legitima expectetur electio, ſed defuncti gratificatio pro populi habeatur aſſenſu. Quod, quàm graue ſit, æſtimate. Atque A ideo, ſi placet, etiā hanc licentiā generaliter de eccleſijs auferamus: ne, qđ turpe dictu eſt, homini quiſquam putet deberi, quod Dei eſt. Ab vniuerſis acclamatum eſt [g]. Hæc præſumptio nunquam fiat. Quæ Dei [h] ſunt, ab homine dari non poſſunt.

A ¶ Atque ideo.] *Hæc vſque ad verſ. Ab vniuerſis. addita ſunt ex ipſo concilio, Anſelmo, Polycarpo, & Iuone.*

Item Hieronymus ad Titum, capit. 1. [9]

¶ De eodem.

CAP. VI.

MOyſes amicus Dei, cui facie [i] ad faciē Deus [k] locutus eſt, potuit [l] vtique ſucceſſores prīcipatus filios ſuos facere, & poſteris propriam relinquere dignitatem: ſed extraneus de alia tribu [m] eligitur Ieſus: vt ſciremus principatū in populos, non ſanguini [n] de-

tantùm eligatur à clericis epiſcoporum iudicio. Idem eſt caſus ſeq. cap.

e ¶ *Succeſſorem.*] Verum eſt quòd non poteſt de iure communi, ſed de diſpenſatione Papæ. 7. q. 1. petijſti. nec obſt. 20. q. 3. preſens. vbi pater volebat quòd eo mortuo filius eius fieret monachꝰ. ſed ibi nō erat ſucceſſio iuris.

f E*Piſcopo.*] ¶ *Epiſcoporum.*] Hoc requiritur in ordinatione: ſed non in electione. 64. diſtinct. per totum.

P*Lerique.*] Casvs. Quidam epiſcopi ī mortis articulo conſtituti deſignabāt ſibi nominatim ſucceſſores, vt non legitima electio expectaretur: ſed hoc prohibet Hilarius Papa in ſynodo: quia iura ſpiritualia non poſſunt aliquo hæreditario iure concedi.
g ¶ *Acclamatum eſt.*] ab vniuerſis.
h ¶ *Quæ Dei ſunt.*] vt eccleſiaſticæ dignitates [b], vt 16. quæſtio. 1. in canonibus. & 23. quæſtio. 8. conuenior. Ioan.

6 i. in capit. Marti. Bra. cap. 8.

7 Bur. l. 1. c. 187. Iuo p. 5. c. 303. vtrique ex cōcilio Spalēſi.

b 7. q. 5. remoto. in fi.

M*Oyſes.*] Casvs. Hierony. reprehendit hic illos epiſcopos qui inſtituebant ſibi ſucceſſores conſanguineos, vel amicos, vel illos qui vt clerici fierent, muneribus impetrabāt. & docet hoc non eſſe faciendum, exemplo Moyſi, qui filios potuit inſtituere ſucceſſores in principatu: ſed noluit, imo extraneum, & de alia tribu elegit ſcilicet Ieſū, qui Ioſue & Ieſus Naue dictus eſt.
i ¶ *Facie.*] id eſt, familiariter.
k ¶ *Deus locutus eſt.*] ſecūdum quoſdam apparuerat per angelum in ſpecie viſibili, ſicut dicitur deſcendiſſe per Angelos. 2. q. 1. Deus. Ioann. autem dicit in canonica epiſtola: " Deum nemo vidit vnquam. tamen ex eo qđ dicitur Moyſem vidiſſe poſteriora Dei: dicunt quidam eum vidiſſe in ſpecie viſibili.
l ¶ *Potuit.*] quia adhuc non erat prohibitum hoc ſimile. 32. q. 4. obijciuntur.
m ¶ *De alia tribu.*] " Moyſes enim erat de tribu Leui: Ieſus naue, ſiue Ioſue fuit de tribu Effraim. de his tribubꝰ. habes 7. q. 1. deniq;.
n ¶ *N on ſanguini.*] Ar. quòd " reges debēt fieri per electionem. 93. diſt. legimus. & ſ. ea. ſi ergo.

8 Pol. l. 2. ti. 18. Anſ. l. 6. c. 56. Iuo p. 5. c. 104.

" Deum nemo vidit vnquam.

9 in cōmen. ad ea verba [& cōſtituas p ciuitates pſbyteros] Exod. 33.

" Moyſes fuit de tribu Leui.

" Reges eligendi ſunt.

ergo.niſi habeant ex priuilegio conſtituere ſucceſſorem ſibi, vt 63.diſt.in ſynodo.aliàs etiam de iure omnes ſeculares po teſtates non debent ſuccedere, vt C.vt omnes tam ci. quàm mil.iud.l.vnica.in prin.quòd autem Dauid in vita ſua Salomonem ſibi ſucceſſorem inſtituit, inſtinctu Spiritus ſancti eſt factum.Arg. tamen contra.7.q.1.denique. a ¶*Sed vitæ.*]ſ.40.di. nos qui.

"Preces an inducant ſimoniam.

b ¶*Rogauerit.*] " Ergo videtur quòd preces inducant ſimoniã, vt hic, & 1. q. 1. ſunt nonnulli. Et dici conſueuit, ꝙ preces fiunt pro digno, non inducunt ſimoniam,vt 1.q. 1.quibuſdam. in fi.hoc verum eſt ſi non ſint conſanguinei ſui, vt ext.de æta.& quali.tuã. in fi.1o.Non credo qđ preces conſanguineorum inducant ſimoniã ſi fiant pro digno, vt 1.q.1.latorem.& maximè cum quis poſſit ꝓ ſe rogare ſi dignus eſt, vt ex. de ſimo. tua. nec illa decre.tuam. contra dicit ſi benè inſpiciatur.B.

1 Pann.1.8. c.152.

c ¶*Vt deteriora.*]Color eſt rhetoricus,quãdo dicit qđ dicit ſe vel le tacere:& dicitur prę occupatio.

† al. capellas.

A *Poſtolica.*]Casvs Statuitur in hoc c.ne quis iure hæreditario ſibi vendicet, vel poſtulet eccleſias,præbendas, præpoſituras, capellanias, vel aliqua eccleſiaſtica officia: qđ ſi quis pręſumpſerit, careat eiſdem in perpetuum.

"filius ſacerdotis eccleſiam paternam habere non põt. Num.27.

d ¶*Præbendas.*]" Epiſcopo non licet filios inſtituere in paternis eccleſijs. extra de fil. presby.præſentium.niſi per mediam perſonam, vt ext.e. ex tranſmiſſa. præbendam autem poteſt habere in eadem eccleſia,ſi eſt legitimus. ext. e. titu. ad hæc. ſed licet ſit legitimus, beneficium tamen paternum nõ poteſt habere : ſicut hic dicit.ſed illegitimus in eadem eccleſia ſeculari eſſe non poteſt canonicus, vt extra eodem titu.ad abolendam. tamen per illam conſtitutionem videtur ꝙ etiã legitimus non poſſit habere beneficium cũ patre.& hoc intelligas de omnib.deſcendẽtib.argu. ext.de iure pa.cõſuluit [a].ext.de inſt.ad decorem.& ff.de ver. ſig.filij.Fortè aliud in collateralib.& aſcendentib. arg.de pę. di.1.pœnæ.licet ſit ar.contra.ext.de inſtit. ad decorem.Ioan. Sed certè põt probabiliter dici,ꝙ hoc non extenditur ad nepotes:quia pœnæ ſunt reſtringendæ.ff.de lib. & poſthu. cum quidam in fi.nec ſemper noĩe filiorum nepotes intelliguntur,vt inſt.qui da.tut.poſ.in fi.tit.B. Sed quid de illo qui renuntiat, vt detur alij fortè conſanguineo? Hanc renuntiationem Papa approbat.ext. de off.deleg. ex parte. 1. Sed dic ꝙ ibi fuit pura renuntiatio.

a Vbi ſcđm veterẽ cõpilationẽ erat illud verbũ, nepotũ, qđ hodie ẽ ſub latum. Arc.

1 T Alia quidem iamdudum ad fratrem,& coëpiſcopum noſtrum Eucarpū de viſitatione Catinenſis eccleſiæ ſcripta direximus, vt in eis iudicium noſtrum potuiſſetis agnoſcere. Verumtamen, quia quoſdam ibi non ſana intentione, ſed prauis ſtudijs diſſenſiones ſuſcitare, veſtra etiā relatione, cognouimus, qui ſciētes ſe ad epiſcopatum nec ętate,nec ſcientia,nec vitę meritis poſſe perduci, ad hoc tantummodo inquietare eccleſiā volunt,vt ſibi de his, quæ ex ipſa præſumpta ſunt, impunitatem[b] futurus promittat epiſcopus,& fiat rapinę ſecuritas,epiſcopatus ambitio, hoc etiam vos duximus commonendos, vt decretum in Elpidium diaconum factum, & ſubſcriptū ab omnibus, quos veſtra relatio deſignauit,ad nos cum prædicti viſitatoris epiſtola, & cū eodē diacono maturetis, Deo propitiante, perducere. *& poſt pauca.* ¶Cum igitur huc filius noſter magnificus vir Leo prætor veniſſet, retulit nobis de ſingulis, quæ ibi mota ſunt,& quomodo vota propè totius ciuitatis in Elpidio diacono cōcordarent. Vnde quia de memorati viri[c] teſtimonio dubitare omnino nō poſſumus, idcirco,ſicut dictum eſt,Elpidiū diaconum ad nos facite properare: nec expectetis vlterius,vt admonitio ad eum noſtra debeat deſtinari †. Quem tamē hoc per veſtram dilectionem in præſenti iuſſione ſpecialiter admonemus, ne cui ſe aliquid dare,vel daturum eſſe promittat: 2 ſed neque de eccleſiaſiaſticis pręteritis cauſis aliquā ſecuritatem cuiqam audeat facere,ſiue promittere,aut quaſi factus epiſcopus ea quæ direpta ſunt non repetat,ſed apud eos, à quibus direpta ſunt,permanere liberè patiatur: ſciēs, quòd ſi tale aliquid fecit, vel fecerit, nec à nobis omnino ꝑmittitur valere ipſa promiſſio, & cū iudicij[d] noſtri, quod de ipſo habuimus, damno[e], paſtoralis conſecrationis ordinē promereri non poterit.

† al. iterari.

2 Emēdatus eſt hic loc⁹ ex Anſelmo & Polycarpo.

De ſecundo verò caſu in geſtis Vrbani ſecundi legitur.

¶Poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ licet electo iuramentum præſtare.

CAP. II.

A Rtaldus Arelatēſis a epiſcopus,Narbonēſis eccleſiæ ſuffraganeus Romam conſecrandus ad dominum Papā Vrbanum venit: ſuus quippe archieps eum conſecrare nolebat,quoniam poſt electionem ſuam propter bona eccleſię cōſeruanda canonicis iurauit. Conſecratus itaq; eſt à domino Papa Vrbano, ante purgatus huiuſmodi iuramento[f]. De iuramento, quod canonicis noſtrę eccleſię feci poſt electionem, nullam conuentionem ante, vt eligerer[g], feci. Narbonenſis verò archiepiſcopus,nullius[h], præter id,crimi

T *Alia.*] CASVS. Pelagius fecit Eucarpum viſitatorē Catinenſis eccleſiæ,& ei ſignificauit quid deberet fieri circa electionem epiſcopi: ſed poſtea Elpidius diaconus electus eſt ferè ab omnibus. pauci tamen eius electioni conſentiebāt niſi iuraret ſe illis præſtare impunitatem de rebus eccleſiæ quas vſurpauerant. quod totum cum audiſſet Papa relatione clericorū, & Leonis viri magnifici, de cuius teſtimonio non erat dubitandum, præcepit Pelagius clericis Catinenſibus vt Elpidium diaconum cum decreto electionis, & cum viſitatoris epiſtola Romā perducant,& monet eum, vt clericis reſiſtentib. ſibi, nec iuramentum nec promiſſionem faciat aliquam,quia ſi fecerit, tanquam indignus repelletur.

b ¶*Impunitatem.*] vt remitteret eis ea quæ abſtulerant. illud enim eſt ſimonia. remittere enim eſt dare, vt extra de teſti. veniens.1.ff.de cal.quinetiam.

c ¶*Viri.*]arg.teſtimonio vnius credi,vt ff.de dot.præl. Teopompus. ſuprà 97.diſtin.nobiliſſimus.ſuprà diſt.36.tāta. infrà 23.q.4. inter querelas. 20. quæſt.3. præſens.argumen. contra.33.quæſtio.2. admonere[b].

b Obtinet vbi alter nō læditur, vel ī forma iudicij non agiē ſm Hu. vel dic vt no.gl. vñ nō tenet &c. de hoc 18.diſt placuit. & 80.di.tāta. Ar.

d ¶*Iudicij.*] ideſt, qđ circa eum fecimus,nos mutabimus.

e ¶*Damno.*] quia retractabim⁹ qđ fecimus.

A *Rtaldus.*] CASVS. Artaldus fuit electus in epiſcopum Arelaten.eccleſię, poſt electionem pręſtitit iuramentum canonicis de indēnitate rerum eccleſiæ, propter quod archiepiſcopus Narbon. noluit eum conſecrare,ideoque Romam iuit, & conſecratus eſt ab Vrbano: pri⁹ tamen præſtito iuramēto, quòd nullam conuentionem fecerat ante electionem ad hoc vt eligeretur, & quòd propter nullum aliud crimen ipm repellebat. Et ſunt verba notarij ſcribētis geſta Vrbani.

f ¶*Iuramento.*] argum. quòd ſolus epiſcopus ſola manu ſe expurgat, vt 2.quęſtio.5.quanto. ſed iſtud obtinet cum non habet compurgatores.

g ¶*Vt eligerer.*] argumen.contra, 28. diſtinctio.de Syracuſanæ.

h ¶*Nullius.*]ex hoc verbo dixit Io.Fab. quòd infamatus de vno crimine,expurgabit ſe de omnibus alijs. ſed certè hic nō fuit generale iuramentum,ſed ſolū iurauit, quòd nullius criminis conſcius erat, & quòd archiepiſcopus ei aliud crimen non obiecerat. Sed quare Papa conſecrauit iſtum pendente

adhuc

adhuc obiectione archiepiſcopi? Sed dic, quòd archiepiſcopus in forma iudicij nihil obiecit ei.

« Negatiua teſtis depoſitio eſt benigne interpretanda.

a ¶*Me ſciente.*] arg. " bonum ad interpretandum negatiuè dicta teſtium, vt cum teſtis iurat ſe non vidiſſe tale quid, intelligendum eſt, quòd ipſe ſciat [a], ſic in Auth. de hær. & fal. §. ſancimus. in fi. §. & ſi verò. in fi. col. 1.

a Ad hoc facit qđ not. ext. de elec. bonæ memoriæ. i gl. ſic eſſet, &c. in prin.

† al. ſacerdotio me repellat.

Quòd autē.] CASVS. Hic intitularur quarta queſtio, qua quæritur an prelatus ſit defendus ante ſententiam condemnationis: ſiue feratur ſententia ab homine, vel à canone. Et dicitur, quòd non, vt j. ca. vno. & j. 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

b ¶*Quòd autem.*] clerici ante ſuſpenſionem vel depoſitionem prælati nō negabūt ei obedientiam. 16. q. 4. volumus. 15. q. vltim. capit. vlt. Nec obſtat. 3 2. diſt. nullus. 81. diſt. ſi quis. & 16. q. vlt. ſanc. quia ibi de ſuſpenſis à canone loquitur. nam in illis tribus criminib. eſt ſpeciale, ſcilicet in ſimonia, & in hereſi, & in notorio fornicatore [b]. ſed de ſimonia occulta videtur correctū extra de tempo. ord. ca. vlt. Sed nūquid ſtatim poſt ſententiam recedent ab ipſo, cum adhuc poſſit appellare, & appellatio extinguit ꝓnuntiatum: item quia ſententia nō eſt ſtatim executioni mandanda, vt ext. de ſen. & re iud. quod ad conſultationem. Econtra videtur, quòd ſtatim per ſententiam amittit dignitatē. ff. de pœn. qui vltimo. & l. quòd ad ſtatum. " Item quid ſi pendente appellatiōe excommunicat ſubditum ſuum, an eſt ille excommunicatus? Diſtingue quia ſi eſt proſecutus appellationem ſuam, tunc licet appellatio ſit pronūtiata iniuſta, excommunicatio tenet quam fecit. ſed ſi tempora appellationis ſunt lapſa, & nō eſt proſecutus appellationem, idem eſt ac ſi non appellaſſet: & ſecundum hoc non eſt excommunicatus, vt diſtinguitur. ff. de his qui not. infa. furti. §. 1. & ff. de iniu. rup. teſt. ſi quis. §. antepe. Ioan. Ego credo, quòd pendente appellatione clerici debeant ei obedire, cum pendente appellatione, vel lite nihil ſit innouandum, vt ſ. 2. q. 6. appellatione interpoſita. & ext. vt lit. pen. nihil innouetur, per totum. ff. ad Turp. l. 1. in fi. & excommunicatio tenet. cum ſtatim trahat ſecum ſuam executionem, vt extra de ap. paſtoralis. Bar.

b Ad hoc ēt no. 2. q. 7. ſacerdotes. ibi vide.

1 Iuo pa. 6. cap. 340. & 341.

« Prælatus ſententialiter depoſit' ſi appellauit, an interim poſſit ſubditū excōicare.

nis cauſa, conſecrationem noſtram omiſit, me ſciente [a], neque mihi criminis conſcius ſū, propter quod à ſacra † me vnctione repellat.

A ¶[*Arelatenſis.*] *In manuſcriptis etiā ſic habetur. Sed viſum eſt ſubeſſe mendum, quia hic epiſcopus vocat ſuffraganeus archiepiſcopi Narbonenſis: in concilio autem ſecundo Arelatenſi Arelate refertur ad prouinciam Viennenſem. Et quamuis Gulielmus Durandi in ſpeculo de auctor. & vſu pallij, hoc citet, vt oſtendat Arelatenſem Archiepiſcopum ſubeſſe Narbouenſi, tamen Ioannes Andreæ in notis ad illum locum expreſsè ſcribit in hoc capitulo non agi de Arelatenſi archiepiſcopo. Et valde probabile eſt, pro Electenſi, ſeu Elątēſi. qui verè eſt ſuffraganeus archiepiſcopi Narbonenſis, corruptè ſcriptum fuiſſe,* Arelatenſis.

QVÆSTIO IIII.

Qvòd autem [b] *clericis ante ſententiæ tempus ab epiſcopo ſuo diſcedere nō liceat, probatur auctoritate Symmachi* A *Papæ dicentis.*

A ¶[Symmachi.] *Citatur libellus Ennodij nomine Symmachi Papæ, cuius rei reddita eſt ratio ſuprà diſt. 31. c. omnino. & 40. c. non nos.*

¶ Ante tempus ſententiæ non licet clericis ab epiſcopo ſuo diſcedere.

CAP. I.

1 Nonne directa ſunt verba canonum. A § Quicunque clericorum ab epiſcopo ſuo ante ſententiæ [c] tēpus pro dubia ſuſpiciōe diſceſſerit, manifeſtam in eum manere cēſuram?] *& infrà.* ¶ Lex eccleſiaſtica pontificem ab alijs accuſatū priuſquā [d] ſub luce obiecta ꝯſtiterit, exigit ñ relinqui.

A ¶[Canonum.] *Sic emendatum eſt ex vetuſtis codicibus, Ennodio ipſo, & Iuone, cum prius legeretur, Decreti. Citare autem Ennodius voluit canones, qui ante Symmachū de hac re editi erant. Qui verò in gloſſa citantur, ſunt ex epiſtolis Pontificum Symmacho poſteriorum. In Carthaginenſi quidem concilio inſerto in co*

Nonne.] CASVS. Symmachus Papa docet in hoc c. quòd nullus clericus debet deſerere ſuum prælatum ante ſententiā, quāuis ſit accuſatus: & qui cōtrafecerit, pœnā patiet.

c ¶*Sententiæ.*] ſola ergo accuſatio non cōſtituit aliquem reū vel criminoſum, vt 15. q. vlt. cap. vlt. " vnde reo accuſato poteſt ſolui id, quod ei debetur, vt ff. de ſol. reo. ſola enim nominatio non ſufficit, vt 2. q. 1. multi. & lex dicit, quòd ſi condemnatus appellauit, ſtatus eius integer eſt. ff. nil inno. pen. ap. l. vnica. nec inter infames interim eſt habendus. ff. de his qui no. infa. furti. impedit tamē interim ab honoribus, vt 81. di. tātis [c]. & ex. de acc. Deus omnipotens. nec procurator eſſe poteſt. C. de ꝓcu. reum.

« Solui poteſt reo accuſato.

c Adde ad hoc gl. op. i §. ſi quis autem. in glo. 1. inſt. de ſuſp. tut.

dice canonum eſt vndecimus canon, qui citatur infra 11. q. 3. c. ſi quis presbyter. & decimus nonus relatus ſupra 4. q. 5. c. quiſquis epiſcoporum. et vigeſimus quartus citatus ibidem. c. placuit. ad quos, & præcipuè ad primum videtur ſpectaſſe Ennodius.

d ¶*Priuſquàm.*] ſic extr. vt lit. pen. c. 2. ſi. 33. q. 2. ſeculares. & 35. q. 6. multorum. & 15. q. vlt. c. vlt.

QVÆSTIO V.

Sine literis Apoſtolicis † *eps accuſat* [9], *et à ſācta ſede vocatus, ad ſuā nō reuertatur eccleſiam. Vnde Sixtus Papa* 1. *ait ep. 2. c. 2.*

† al. Apoſtolici.

¶ A ſede Apoſtolica vocatus epiſcopus ad domum non reuertatur, niſi purgatus, & Apoſtolicis literis inſtructus.

CAP. I.

2 Qvilibet fratrum pulſatus, atque ab hac ſancta ſede vocatus, cum ſe nobis repræſentauerit [e], ad eccleſiā tamen ſuam non prius reuertatur, quàm literis Apoſtolicis, vel formatis, pleniter inſtructus, atque purgatus ſit, ſi fuerit vnde: vt poſtquam domum reuerſus fuerit, cognoſcant vicini ſui, qualiter ſuam, aliorumque cauſam hic finierit: quatenus eam abſque ambiguitate [f] vlla nuntiare, & prædicare omnibus poſſit. Ab hac em̄ ſancta ſede à ſanctis Apoſtolis tueri, defendi, & liberari epiſcopi iuſſi ſunt: vt ſicut eorū [g] diſpoſitione, ordinante Domino, primitus ſunt conſtituti, ſic huius ſanctæ ſedis (cuius diſpoſitioni, eorum cauſas, & iudicia ſeruauerunt) protectione futuris tēporibus ſint ab omnibus peruerſitatibus ſemper liberi. vñ culpant̄ ij, ꝗ aliter circa fratres egerint, quā huius ſedis rectoribus placere cognouerint.

Sine.] CASVS. hic ponit 5. q. qua q̄ritur vtrū epiſcopus accuſatus vocatus ad ſedem Apoſtolicā, ſi ſententia pro eo feratur, debeat ad eccleſiā ſuā ſine literis Papę reuerti. Et reſpōdetur, quòd non, vt j. c. ſeq.

2 Anſe. l. 2. cap. 8.

Qvilibet.] CASVS. Sixtus Papa docet hic, ꝗ ſi eps accuſatur coram Papa, ſi non poteſt ſibi crimen probari, non debet ad eccleſiam ſuā reuerti ſine literis Apoſtolicis, in quibus contineatur qualiter ſuam cauſam finierit, & poſt reuerſionē ſuam vicini epiſcopi hoc cognoſcere poſſint: quoniā epiſcopi ſicut ab Apoſtolis ſunt inſtituti Domino diſponente, ita à ſancta ſede Apoſtolica debēt defendi, diſpoſitioni cuius oīa maiora ſūt iudicia reſeruata.

e ¶*Repreſentauerit.*] clericus ēt ſe nō repræſentabit Papæ ſine literis ſui epiſcopi, vt C. de epiſ. & cle. ſi qua per calumniam. & in Authē. quo. opor. epiſco. §. nō aliter. coll. 1.

f ¶*Ambiguitate.*] ſi. ext. de of. ord. ex parte. ext. de fi. inſt. qđ ſuper.

g ¶*Eorum.*] id eſt, Apoſtolorum.

CAVSA IX.

Sententia excōmunicationis [h] *notatus quidam Archiepiſcopus aliquot clericos alterius metropolitani ordinauit: quendam capellanum ſui ſuffraganei, illo inconſulto, depoſuit, atq; aliū in loco eius ordinauit.*

Sententia excōicationis.] CASVS. Supra in viij. cauſa oſtenſum eſt de epiſcopis ꝗ vſurpant ſibi eligere ſucceſſores. Nunc verò vult tractare de epiſcopis excommunicatis, qui præſumunt clericos ordinare, & de archiepiſcopis, qui damnant clericos ſui ſuffraganei inconſulto illo, quæ omnia vt competentius oſtendat, thema proponit, & tres inde elicit quæſtiones.

h ¶[*Sententia excommunicationis.*] In ſuperiori cauſa dictū eſt, ꝗ epiſcopi q̄nque vſurpāt ſibi aliquid de iure ſuorū clericorū, q̄nque ſibi cōſtituunt ſucceſſorē: hic agit qualiter vſurpant q̄nque de iure vicinorum epiſcoporū, & oſtendit hic ꝗ nemo ordinabit clericos alterius epiſcopi eo non requiſito, nec etiam iudicabit, & quòd metropolitanus clericos ſui ſuffraganei non poteſt iudicare. & vt hæc & alia, &c.

Quòd

1 *Hic primùm quæritur, an ordinatio, quæ ab excōicatis facta eſt, aliquo modo poſſit rata haberi.*

2 *Secundò, an liceat epiſcopo, primati, vel patriarchæ clericos alterius ſine proprijs literis ordinare.*

3 *Tertiò, an Archiepiſcopus clericos ſuffraganei ſui, illo inconſulto, damnare valeat, vel damnatos abſoluere.*

QVÆSTIO I.

*Q*Vòd ordinatio [a], quę ab excommunicatis celebratur, nullas omnino vires obtineat, nec etiā conſecratio appellanda ſit, teſtatur Gregorius lib. 3. epiſt. 20. dicens.

¶Non poteſt appellari cōſecratio, quæ fit ab excommunicatis.

CAP. I.

1 NOs conſecrationem [b] dicere nullo modo poſſumus, quæ ab excommunicatis [c] hominib⁹ eſt celebrata [d].

1 Pol.l.2.ti.37.Iuo par.14.c.74.& p.5.c.134.

PALEA. CAP. II.

EXcōmunicati, illicitè manus imponunt: quia poteſtatem ordinandi non habent. Vbi autē illicita eſt manus impoſitio, vulnus infigitur. Vnde reiterari neceſſe eſt, quod minimè probatur eſſe collatum.

¶Hæc & ſequēs Palea abſunt à pleriſque vetuſtis exemplaribus: habētur tamen in vno valde emendato, in quo pauca haberi ſolent. Prior autem hæc videtur eſſe ſumma quędā ſequentis.

[*Vnde damaſus Papa epi. 4. ait.*]

PAEEA. CAP. III.

2 PEr illicitam manus impoſitionē vulneratū caput illi, qui videbantur aliquid accepiſſe, habebāt: & vbi vulnus infixum eſt, neceſſe eſt medicinam adhibere, qua infixa ſanetur macula, id eſt, reiterari neceſſum eſt, quod legitimè actum, aut collatum minimè probatur, ſi perfectum eſſe debebit. Nam quomodo honorem poſſit retinere, qui ab illo acceperit, qui poteſtatem dare legitimè non habuit, inuenire non poſſum.

2 s.1.q.7.p illicitum.

3 *Sed excommunicati hic intelligendi ſunt, qui in ipſa ſua ordinatione pęnam excommunicationis contraxerunt, qui nunquam in numero catholicorum fuerunt. Cæterùm, qui inter catholicos prius deputati ſunt, ſi poſtea excōmunicatiōis ſnīa notati fuerint, ordinationes tamen eorum ab eccleſia miſericorditer tolerantur.*

3 s.c.nos cōſecrationé.

Vnde Vrbanus Papa ſecūdus ſcribit dicens.

¶Ordinationes ab excommunicatis nō ſimoniacè factæ, ex miſericordia tolerantur.

CAP. IIII.

4 AB excommunicatis, quondam [e] tamen catholicis epiſcopis ordinatos, ſi quidem nō ſimoniacè ordines ipſos acceperunt, & ſi ipſos epiſcopos ſimoniacos non fuiſſe conſtiterit, ad hæc, ſi eorum religioſior vita, & doctrinæ prærogatiua viſa fuerit promereri, pœnitentia indicta, quam congruā duxeris, in ipſis, quos acceperunt, ordinibus permanere permittas. Ad ſuperiores autem conſcendere non concedimus, niſi neceſſitas, vel utilitas maxima flagitauerit, & ipſorum ſancta conuerſatio promeruerit.

4 Anſ.l.12.c.74.Iuo p.6.c.406.

5 *Sed & illud Gregorij de nominatim excōmunicatis intelligitur: quorum ordinationes ſunt irritæ, ſi eorum damnatio non erat ordinandis incognita.*

5 s.c.nos cōſecrationé.

QVòd ordinatio.] CASVS. Hic intitulatur prima quęſtio, qua quæritur, vtrum ordinatio facta ab excommunicatis poſſit rata haberi. Et certè de hoc ita dicit H. quòd quilibet epiſcopus ſiue excommunicatus ſiue non, ſiue catholicus ſiue non, ſiue vltimā manus impoſitionē recepit in eccleſia ſiue extra, ordinem confert, & ordinati ab eo ordines recipiunt, dummodo in forma eccleſiæ hoc fiat: & ſi illi alios ordinauerint, ordinati erūt & ſic in infinitum, vt 1.q.1. quod quidam. & ĵ.c. ordinationes. idem dicit de corpore Chriſti. arg. de conſec. diſt. 4. oſtenditur. ſicut in ſacramentis. 1.q.1. Dominus declarauit. Sed in hoc eſt differentia, quia ordinati ab eo qui recepit vltimam manus impoſitionē in eccleſia, ſiue ſcienter ſiue ignoranter, ſi digni sūt tolerantur ex miſericordia, vt ĵ c.2.& 3. niſi in quatuor caſibns notatis in apparatu. Sed ſi ab eo qui non recipit in eccleſia, ſi ſcienter, non tolerantur. ſi ignoranter, & hoc probauerint, tolerantur, vt ĵ.ea. ordinationes. Rufinus tamen & Ioan. Fauentinus dicebant, quòd epiſcopus qui recepit vltimam manus impoſitionem extra eccleſiam, id eſt, ordinem epiſcopalē, quia poſt illū nullus eſt ordo, ordinē cōferre non poteſt, & qui ordinatur à tali, nihil recipit: ſecus ſi intra eccleſiā recipiat vltimam manus impoſitionem. De corpore Chriſti dicebant, quòd nullus extra eccleſiam conſtitutus conficiebat. ar. 24. qu. 1. ſchiſma. & fortè Gratian. fuit huius opinionis, vt ĵ.ea. §. ſed excommunicati. & 1.q.1.§. ſed opponitur. Ibi tamen poſt hanc opinionem ponit Gratianus catholicam veritatem. Et videtur hic primò probare Gra. ꝙ talis ordinatio nō valet.

a ¶Quòd ordinatio.] [«]. Hic quęrit an ordinatio facta ab excōicato ſit rata. Excōicatus hic dicitur præciſus ab eccleſia propter hæreſiam, vel ſchiſma, vel aliquam aliam cauſam. Dicit Ioan. Fa. & Rufinus, quòd qui recipit vltimam manus impoſitionem, id eſt ordinem epiſcopalem in eccleſia, ordines confert, ſed non executionem ordinis. Si autem extra, nihil confert nec ordinem nec executionem, cum tales nihil habeant: argum. 1.q.7. Daibertum. 19. diſtin. ca. propter. 1. quæſt. 1. ſi quis confugerit. ſed hæc opinio reprobatur. 1.q.7. conuenientibus. ĵ. e. ordinationes [a]. Dicas ergo, quòd ſiue quis recipiat vltimam manus impoſitionem in eccleſia, ſiue extra, dum tamen forma eccleſię ſeruetur in ordinando, ſemper ordinem confert, ſed non ſemper executionem: & hoc ſiue ſcienter ſiue ignoranter ordinentur ab eo. Sed in hoc ſolo eſt differentia, quòd ordinati ab epiſcopis, qui recipiunt vltimam manus impoſitionē in eccleſia ſiue ignoranter ſiue ſcienter, ſi aliàs digni fuerint, poſſunt tolerari, vt ĵ.ea.ca.2.& 3. niſi in quatuor caſibus. Si ſunt maculati iterata vnctione, vt 1.q.7. ſaluberrimum. in fin. Vel ſi ſunt ordinati ſimoniacè à ſimoniaco, vt ĵ.ea. ab excommunicatis. Vel ſi ſunt rebaptizati, vt de conſe. diſt. 4. eos. Vel ſi ad ſubuerſionem fidei adhæſerint hæreticis, & in contemptum eccleſiæ voluerint ordinari ab eis [b], vt 1.q.7. conuenientibus. Si autē ſunt ordinati ab epiſcopo, qui extra eccleſiam recipit manus impoſitionem, ſi ſcienter, nunquam tolerantur. ſi ignorāter, & hoc probauerit, tolerātur, vt ĵ. ea. ordinationes. Hæc ergo ſit fides tua, ꝙ hæretici & excōmunicati & depoſiti vera ſacramēta conferunt, & verum corpus Chriſti conficiunt, vt no. 1.q.1. dominus declarauit. Io. Quod Io. dicit de depoſito, nō credo eſſe verum, vt 50. diſt. c. accedens.

« Excōicatus ꝑlatus, an poſſit ordines conferre.

2 Qđ leg.& not.s.1.q.1.§. opponit.

b Cū poſsit ordinari à fidelibus. & iſtū caſum ponit H. penit⁹ alienū à ſupiori c. ſ. ſi ad ſubuerſionem, & c. vt dt H. 1.q.7. cōuenietibus. & q.1. ſi qs hęreticæ. vbi hoc notauit.

NOs.] CASVS. Iſtius capituli patet, & intelligit de eo qui præter formam eccleſię ordinem cōfert, vel in odiū conſecrantium, ſicut dictum eſt. vel ſecundum Rufinū & Io. Fauen. & Grat. intelligitur de eo qui vltimam manus impoſitionem recipit extra eccleſiam.

b ¶*Nos conſecrationem.*] s.1. quęſt.7. conuenientibus. & c. Daibertum.

c ¶*Ab excommunicatis.*] id eſt, hęreticis vel ſchiſmaticis. tales enim ipſo iure sūt excōicati.

d ¶*Celebrata.*] præter formam eccleſiæ. Vel dic quòd in odium eorum hoc dictum eſt, ſicut eccleſia per pactionem conſecrata, poti⁹ dicitur execrata quàm conſecrata, vt 1. quæſtione 4. eccleſia. 24.q.1. pudenda.

SED EXCOMMVNICATI. CASVS. Videtur hic Gra. ponere opinionem Rufi. & Io. Fauentini, dicens quòd ordinationes eorū qui nunquam fuerūt catholici, irritæ ſunt, ſed ordinationes eorum qui fuerunt epiſcopi catholici, licet poſtea fuerint excommunicati, miſericorditer ab eccleſia tolerantur. & ad hoc inducit ſequens c.

AB excōicatis.] CASVS. Quidā catholici epi excōicati fuerūt, & in tēpore ſuę excōicationis quoſdā clericos ordinauerūt. Quæſitū fuit ab Vrbano vtrū poſſēt in ſuis ordinib. tolerari. & reſp. ꝙ ſic, ſi ſint bonæ vitę, & nō sūt ordinati ſimoniacè, vel nō cōſtat epos eſſe ſimoniacos: ſed de cętero n̄ aſcēdāt ad ordiēs ſuperiores, niſi neceſſitas vel vtilitas exegerit.

e ¶*Quondam.*] hic habuit Io. Fau. fomentum ſui erroris, &

pro

pro ſe inducit. 1.quæſt.1. ſi quis inquit. & 1. quæſt. 7. Daibertum.& ext. de ſchiſm.c.1.& 2. ſed hoc ideo dicitur, quia facilius diſpenſatur cum ordinatis à talibus a qui vltimam manus impoſitionem receperunt in eccleſia.& capitula quę inducit, intelligo cum non fuit forma ſeruata: & contra eum expreſsè eſt ĵ. de conſecr. diſt.4. oſtenditur. & cap. quomodo.& 1.quæſt. 1. quòd quidam. Videtur aũt hic quòd ſiue ſcienter, ſiue ignoranter ordinetur quis ab hæretico præſciſo & ſimoniaco, non debeat cum eo diſpenſari : quod verum eſt, nec obſtat 1.quæſt.1.ſi qui à ſimoniacis. vbi innuitur ſi ignoranter à talibus quis ordinatur, quòd poſſit ſecum diſpenſari.ſed illud intelligim' cum G. de prælato tolerato ab eccleſia, hic de præciſo. vel ibi non fuit ſimoniacus & hæreticus, hic autem ſimoniacus & hæreticus. " Si quis ergo eſt ordinatus à ſimoniaco etiam ignoranter, executionem nõ recipit, cum ſimoniacus ſit ſuſpenſus ipſo iure, vt 1.quęſt.1. reperiuntur.extr. de ſim. tanta. Sed quid faciendum eſt huic, ſi ſuus epiſcopus quem ſcit eſſe ſimoniacum, vult ipſum promouere. H. dicit quòd qui promouetur à ſimoniaco prælato ſuo adhuc tolerato,non peccat, & liberè poteſt ſuum officiũ exequi. ſed contrariũ legitur extrà de ſimo. per tuas, De hoc dixi ſ.1.quæſt.1. ſi qui à ſimoniacis.

a Vñ dt Hu. g.illud verbũ, quodã, &c. additur potius vt oſtẽdatur differẽtia in diſpoſitiõe.nã cum ordinatis ſcienter ab illis q nũ q̃ fuerũt catholici, epi ñ deſpẽſãt, vt ĵ.c.prox. ſcdm Hug. 2.ſ.c.nos cõſeruationẽ.

1 Pol.c.7.ti.16.&l.2.tit.38.C.9.&10.

2 C.11.

" ordinatus à ſimoniaco caret executione.

3 C.12.

4 C.13.

Vnde idem Vrbanus ait in ſynodo Placentina, cap.9. & ſequentibus.

¶Qui nominatim excommunicati ſunt, & qui aliorum ſedes inuadunt, alios ordinare non poſſunt.

CAP. V.

1 ORdinationes, quæ ab hęreſiarchis a nominatim excommunicatis factæ ſunt, & ab eis,qui catholicorum adhuc viuentium epiſcoporum ſedes inuaſerunt, irritas eſſe iudicamus, niſi probare b valuerint, ſe cum ordinarentur, eos neſciſſe c dãnatos. ¶2 Qui verò ab epiſcopis quondam catholicè ordinatis,ſed ĩ ſchiſmate à Romana eccleſia ſeparatis conſecrati ſunt, eos nimirum, cum ad eccleſiæ vnitatem redierint, ſeruatis proprijs ordinibus miſericorditer ſuſcipi iubemus:ſi tamen vita, & ſcientia eos commendat. ¶3 Amodo verò,quicunque à prædictis ſchiſmaticis,ſanctæque Romanæ eccleſiæ aduerſarijs ſe ordinari pmiſerit, nullatenus hac venia dignus habeatur. ¶4 Quamuis autem miſericordiæ intuitu, magnaque neceſſitate cogente hanc in ſacris ordinibus diſpenſationem conſtituerimus, nullum tamen præiudicium ſacris canonibus fieri volumus:ſed obtineãt proprium robur,& ceſſante neceſſitate illud quoq; ceſſet, quod pro neceſſitate 5 factum eſt. Vbi enim multorum d ſtrages iacet,ibi ſubtrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt A addatur amplius charitati.

5 Concord. tex.in l.liberorũ.cũ glo. ff.de his qui not. infa.& tex.il.j.ĩ pr. C.d ca.toll.

SED ET ILLVD. Casvs. Supra in §. ſed excommunicati.dicitur, quòd illud cap.nos conſecrationem . intelligitur de his qui nunquam fuerunt de numero catholicorum. Nunc verò oſtendit, quòd poteſt intelligi de nominatim excommunicatis,quorum ordinationes ſcienter receptæ non tolerantur quo ad executionem.

ORdinationes.] Casvs. Hoc cap.diuiditur in duas partes. In 1.par. dicitur, quòd illi qui receperunt ordines ab epiſcopis ordinatis in hæreſi vel ab intruſis, non tolerantur in ſuis ordinibus quo ad executionem, niſi probent ſe neſciuiſſe in tempore ordinationis eos fuiſſe damnatos. In 2. parte dicitur, quòd illi qui receperunt ordines à ſchiſmaticis quõdam tamen catholicis epiſcopis,ex miſericordia in ſuis ordinibus tolerantur, ſi boni ſunt, propter neceſſitatem: ſed ceſſante neceſſitate ſacri canones proprium robur obtineant. Secunda pars incipit ibi, *Qui verò*.

a ¶*Hereſiarchis*.] id eſt præciſis ab eccleſia, qui nunquam catholici epiſcopi fuerunt. De alijs habes ſuprà capitulo proximo.

b ¶*Niſi probare*.]iſti fortè erant pueri, cum illi erant præciſi. Vel fortè Romæ à Papa fuerant preciſi, & ante quàm fama crebreſceret, fuerunt aliquĩ ordinati ab eis, alias in his quæ publicè fiunt,non poteſt quis ignorantiam allegare. 16. diſt. quod dicitis. Et eſt hic arg. " quòd qui allegat ignorantiam, ipſam p robabit. 3. quæſt. 9. indicas. 1. quæſt. 1. ſi qui à ſimoniacis. extrà de elect.innotuit.82.diſtinct.propoſuiſti. & hic manifeſtè reprobatur diſtinctio Ioan. & Rufi. hic enim diſtinguitur inter ordinatos ab illis qui receperũt vltimam manus impoſitionẽ in eccleſia, & ordinatos ab illis qui receperunt vltimam manus impoſitionem extra eccleſiam, & tam hi, quàm illi recipiunt ordinem, ſcilicet characterem, ſed non executionem.

" ignorãtiã allegãs,'illã probare d3.

c ¶*Neſciſſe*.] ff. de probation. verius.contra. Sed hic præſumebatur eos ſcire. ſic 82. diſtinct. propoſuiſti in fine.

d ¶*Multorum*.]ſimile ſ.44.diſtinct.comeſſationes. & ſuprà diſtinctio. 50. vt conſtitueretur.

A ¶Vt addatur,&c.] *Hæc ſunt addita ex concilio ipſo.*

Electio quoque, niſi à catholicis facta fueri, irrita eſſe probatur.

Vnde Gregorius ſcribit Mediolanenſibus, lib.8.epiſt.65.

¶Irrita ſit electio, quæ non à catholicis facta probatur.

CAP. VI.

6 NOs e in hominem, qui non à catholicis† eligitur f, nulla præbemus ratione conſenſum: nec, ſi alicuius præſumptionis vſurpatione factus fuerit,in locum vel ordinem illum ſacerdotis ſuſcipimus.

6 Poly.l.2. tit.1.

†catholicis, & maximè à Longobardis] Orig.

ELECTIO. Casvs. Dictum eſt ſuprà quòd ordinatio hæreticorum irrita eſt. Nunc dicit G. quòd electio facta à non catholicis irrita eſt, ſicut habetur in ſequen. cap. cuius caſus planus eſt.

e NOs.] Simile 24. quæſtione prima. aperte.& c. miramur.

f ¶*Eligitur*.] conſtat quòd ſuſpenſus non poteſt eligere, vt extrà de conſuetu. cum dilectus. & extrà de ætat.& qualitat. cum bonæ. Sed quid ſi maior pars fuerit excommunicata, an poſſint alij eligere ſine ea? ar. quòd non.extrà de cõceſ. præb. & eccl. non vac.quia diuerſitatem. Item quid ſi vnus eſt excommunicatus, & eligit cum alijs,an tota electio b vitietur? nõ, niſi ipſi communicent conſentiendo. ex. de ſent. & re iud. ad probandum. vbi caſſatur ſententia iudicum, quia vnus iudicum fuit excommunicatus. Et argumentum ad hoc extra de offic. delega. cum ſuper. & ff. de recep. arbitr. Pædius. argu. contra.ff.quod cum fal. tu. l.1.§. 1. vbi dicitur, quòd non obeſt ſi tutor falſus interponit auctoritatem ſuam cum tutore vero. quia tenet quod actum eſt.ſuſpenſus autem hodie eligit, vt extrà de cler. excommunicationis mino. ſi celebrat.

b Tota. dic vt per Pã.c. vlt. de proc.

QVAESTIO II.

1 QVòd autem g epiſcopus, vel quilibet ſuperiorũ clericos alteri' ſine proprijs literis ordinare nõ debeat, *Calixtus Papa ſcribit epiſtola 2. ad epiſcopos Galliæ dicens.*

¶Alterius eccleſiæ parochianum nullus iudicare præſumat.

QVòd autem.] Hæc quæſt. diuiditur in duas partes, in 1.quarum quæritur ſi quis debet ordinari ab extraneo epiſcopo ſine literis? & reſp.quòd non: & hoc probat 6. auctor. Secunda ibi, *His auctoritatibus:* Ioan. de Fan.

Casvs. Hic ponitur 2. quæſt. qua quæritur an epiſcopus vel archiepiſcopus poſſit ordinare clericos alterius epiſcopi ſine proprijs literis. Et reſp. quòd non vt probatur per ſequentia c.

g ¶*Quòd autem*.] " certum eſt, quòd nullus epiſcopus debet ordinare, vel recipere clericos alterius epiſcopi ſine literis ſui epiſcopi, vt 71. diſtinct. per totum. nec ſufficiunt ad hoc literæ archidiaconi, vt extrà de offic. archid. ſignificaſti.

" Eps clericũ alterius epi non ordinet.

NVllus.] Casvs. Calixtus Papa docet hic, ꝙ nullus epiſcopus debet terminos alterius vſurpare,vel alteri' paro-

parochianum ordinare, damnare, vel excommunicare: quia talis ordinatio, damnatio, & excommunicatio irrita erit: & ꝙ hoc fieri non debeat probatur auctoritate Deut. & Prou. dicentis, Ne tranſgrediaris, &c.

a ¶ *Iudicare.*] niſi in caſib. vt de pœ. diſt. 6. placuit. s. 6. q. 3. c. vlt. s. 3. q. 6. peregrina. & c. 1. & 10. q. 3. nec numerus. 2. q. 5. Mennam. & q. 7. nos ſi incō petenter. & in caſibus vbi qs ſortitur forū,[a] & cū quis negligit ſuum locum conuertere ad fidem. 16. q. 3. placuit. 2. & cū epiſcopus ſolus eſt in vna ꝓuincia, vt 65. diſt. ¶ forte. in fine.

1 Anſ. l. 6. c. 120. Iuo. p. 14. c. 72. & p. 5. c. 236.

a Qui no. 3. q. 6. in prin.

† abeſt ab orig.

b ¶ *Rata.*] "Sed quæritur ſi vnus iudex ſententiā excommunicationis latā ab alio, ratā habere poſſit? arg. qđ ſic, ī. e. Lugdun. & 3. q. 6. hæc quippe. 63. diſt. Salonitanæ. nam factū falſi procuratoris poſſum ratū habere. extr. de of. del. cum olim. ff. de iud. licet. & electionem quę nulla eſt, poſſum ratam habere. ext. de ele. ꝙ ſicut. Itē adoptio iniuſta pt confirmari. ff. de ado. adopti. Item ſententia fœminæ & ſerui confirmatur, licet nulla ſit, vt 3. q. 7. infamis. §. tria. in pr. & ff. de of. prę. Barbarius. ext. de arbit. dilecti. & eſt arg. ad hoc inſt. de teſt. milit. §. ſed ſi quis. nā & per appellationē pōt confirmari, quod nullum eſt. ff. rem rat. habe. l. 3. §. falſus. Sed contra ext. de conſue. ad noſtrā. Itē qđ meo nomine geſtū non eſt, ratū habere non poſſum, vt ff. de neg. ge. ſi pupillis. §. ſed & ſi ego. Item cuius præſentia deſideratur, eius ratihabitione nō pōt confirmari, vt inſt. de auct. tu. in fi. Item ſi ſententia excōicationis cōfirmaretur, retro eſſet quis excōicatus, quod eſſet abſonum. Dicas ergo, ꝙ ſentētia q̄ nulla eſt, non pōt ratihabitione confirmari: quia ſentētia plus habet iuris, q̄ facti, & in illa l. ff. rem ra. ha. fuit ſententia lata à ſuo iudice, ſed contra ius. & ſufficit ꝙ litigator credat ſe condēnatū, ad hoc vt teneat iudicium. ff. fa. erc. cū putarem. ſolus tamen princeps pōt ſententiam, quæ nulla eſt, confirmare, vt 2. q. 1. in primis. & 3. q. 6. hęc qppe. quia & ipſe mutat ſub ſtantialia rei. C. de rei vx. act. in princ. ſic in-

Deut. 19. Prouerb. 22

" ſnia nulla an poſſit ratihabitione confirmari.

2 ſent. 4. diſ. 21. g. De pœnit. di. 6. c. fi.

† al. ꝑ ignorantia.

3 Pol. l. 2. tit. 24. Burc. l. 1 c. 66. An. l. 6 c. 119. Iuo p. 5. c. 201. Pā. l. 4. c. 28.

4 ī. eꝑm] ver. nam ſi.

CAP. I.

1 NVllus alterius terminos vſurpet, nec alterius parochianum iudicare[a], vel ordinare †, aut excommunicare præſumat: quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio nec rata[b] erit, nec vires vllas habebit: quoniam, nullus alterius iudicis, niſi ſui, ſententia tenebitur, aut damnabitur. Vnde & Dominus loquitur dicens, [Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui.]

[*Vnde Vrbanus Papa.*]

A ¶ Vnde.] *Antea erat,* Idem. *hoc eſt Calixtus: quia cum Palea hæc nondum eſſet inſerta, ſequebatur. c.* nullus primas, *quod eſt Calixti. Hāc autem Paleam citat Gratianus ex Vrbano ſecundo, ī. de pęn. diſt. 6. c. fi.*

PALEA. CAP. II.

2 PLacuit, vt deinceps nulli ſacerdotum liceat quē libet commiſſum alteri ſacerdoti recipere ad pęnitentiam ſine eius conſenſu, cui prius ſe commiſit, niſi per ignorantiam † illius, cui pęnitens prius confeſſus eſt. Qui verò contra hæc ſtatuta facere præſumpſerit, gradus ſui periculo ſubiacebit.

Item Calixtus epiſt. 2.

¶ In alterius parochia, niſi eo vocante, nulli aliquid agere licet.

CAP. III.

3 NVllus primas, nullus metropolitanus[c], nulluſque reliquorum epiſcoporum, alterius adeat ciuitatem, aut ad poſſeſſionem accedat (quæ ad eum non pertinet, & alterius epiſcopi eſt parochię) ſuper cuiuſquā diſpoſitione, niſi vocatus ab eo, cuius iuris eſſe dignoſcitur, aut quidquā ibi diſponat, vel ordinet, aut iudicet, ſi ſui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præſumpſerit, damnabitur, & non ſolùm ille, ſed cooperatores, eique conſentientes: quia ſicut ordinatio, ita eis & iudicatio, & aliarum rerum diſpoſitio prohibetur.[4] Nam qui ordinare[d] non poterit, qualiter iudicabit? nullatenus procul dubio iudicabit[e], aut iudicare poterit.

Item ex cōcilio Nannetenſi. c. 1.

¶ De eodem.

CAP. IIII.

5 IN Dominicis, vel feſtis diebus presbyteri, antequā Miſſas celebrent, plebem interrogent, ſi alterius parochianus in eccleſia ſit, qui proprio contēpto presbytero ibi Miſſam velit audire. Quem ſi inuenerint, ſtatim ab eccleſia abijciant, & ad ſuam parochiam redire compellant.

¶ *Hoc & ſequens caput abſunt à ſex vetuſtioribus & emendatiorib. Gratiani exemplaribus. In cæteris autem habentur ſine nomine Paleæ, quemadmodum & in excuſſis. Extat autem vtrumq; in concilio Nannetenſi, & ex eo citatur hoc primū in Decretalibus titu. de paroch. c. 2. & à Burchardo, & Iuone. ſicque emendatum eſt, cum antea citaretur ex concilio Meldenſi.*

Item ex eodem concilio Nannetenſi, c. 2.[6]

¶ De eodem. C. V.

7 NVllus presbyter, aut A diaconus alterius plebanum † (niſi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit) ad Miſſam recipere audeat.

A ¶ Aut diaconus.] *Iſtæ duæ voces neque in concilio, neque in capitularibus, neq; apud Burchardum legunt.*

Item ex cōcilio Antiocheno, c. 13.

¶ Ad ordinationē clericorum, vel eccleſiarum alterius epiſcopi, niſi ab eodem inuitatus, non accedat epiſcopus.

CAP. VI.

8 NVllum epiſcoporum audere debere ex alia ꝓuincia ad aliam tranſitum facere, & ordinare aliquos in eccleſijs, aut proferre ad ſacrum miniſterium. Nec † ab alijs illuc trahatur epiſcopis: niſi fortè per literas rogatus abierit, nō ſolùm à metropolitano[f], ſed & ab his, qui cum eo ſunt, omnibus ipſius prouincię epiſcopis. Quòd ſi nullo inuitante inordinatè ſuperueniat, & aliquos, vel ordinare præſumpſerit, vel quoſlibet actus illi eccleſiæ competentes, qui ad ſe minimè pertinent, vſurpare tentauerit, vacua[g] quidem & inania erunt omnia, quę geſſerit: ipſe verò huius indiſciplinati auſus, & irrationabilis cępti dignas cauſas expendat †, tanquā depoſitus à ſancta ſynodo, & pp huiuſmodi præſumptionem iam ꝑdamnatus.

telligē. 3. q. 6. hæc quippe. Alia autem quæ plus habent facti, quàm iuris, vt emptio, locatio, & traditio, poſſunt cōfirmari. ff. de cur. fur. cōſilio. §. vl. vnde donationem factam à laico, & non nomine epiſcopi pōt eps confirmare, vt 16. q. 1. c. vlt. & ext. de iu. pat. cura paſtoralis. Si aūt aliquis ordinat clericos alterius credens ſuum epiſcopum ratū habiturū, tunc pt talis ordinatio cōfirmari ꝑ ratihabitionem, vt ī. e. Lugdunēſi. ſecus ſi nō poneret ſpem in ratihabitione illius, vt ff. de ſol. ſi quis offerēti. In ſententia aūt dici pōt, ꝙ ſi aliquis nomine alteri' tulit ſententiā, ꝙ tunc poſſit ratificari. Ioan. Quid iuris ſit de hoc, & de ſen. excom. notaui in queſtionibus. B.

NVll' primas.] CASVS. Cæleſtinus prohibet in hoc ca. qđ null' patriarcha, vel archiepiſcopus, vel epſiu dicet, vel ordinet veldiſponat aliquid in parochia alterius niſi fuerit inuitatus. Si verò ꝓſum pſerit, dānabitur cū cooperantib. & cōſentientib. ei. Nam ſi ordinare non pōt, nec iudicare poterit. idē dicitur de eꝑo in duob. ſeque. c. ſ. ꝙ irrita erit talis ordinatio, & ipſe dānabit.

c ¶ *Metropolitanus.*] Si metropolitanus nō pōt intrare diœceſim ſuffraganei ſui, niſi vocatus, vt hic dicit; qualiter ergo viſitat diœceſim, & recipit ibi ꝓcurationes, vt ext. de cēſi. ſopitæ. ext. de ꝓſcr. cū ex officij? Sed illud intelligo in eo caſu qn̄ ꝑ negligentiā deuoluit ius ad metropolitanū, vel ēt ꝑ appellationē.

d ¶ *Ordinare.*] argu." ex quo minus nō licet, nec mai', vt 44. diſ. nulli. 16. q. 2. viſis. & ſcđm hoc minus eſt ordinare, q̄ iudicare: quia ſolus pōt ordinare, ſed nō ſolus iudicare ad depoſitionem, ī. 15. q. 7. ſi aūt. & c. Felix. & c. vlt.

e ¶ *Iudicabit.*] ſępe tn̄ iudicat qui non poteſt ordinare, vt archidiaconus, vt 25. diſt. perlectis. & extra de tempo. ord. cum in diſtribuendis.

f NVllū.] ¶ *A metropolitano.*] hoc intelligas in arduis negotijs[h]. aliter ſufficit voluntas epiſcopi, vt s. c. prox.

g ¶ *Vacua.*] quantum ad executionem altaris, tamen conſecratio manebit, vt 7. quæſt. 1. epiſcopus in diœceſi.

5 ex. de paro. c. 2. Bur. l. 2 c. 92. Iuo p. 2. c. 122.

6 Et in capi l. 1. c. 153.

7 Bur. c. l. 2 c. 91.

† al. plebeſanum al. parochianum

8 Burc. l. 1. c. 106. Iuo. p. 5. c. 210. & ſimile p. 5. c. 180. ex. epiſtol. Bonifa.

† al. Nec alios illuc attrahat epiſcopos.

" Maius nō licet, cui nō licet minus.

h Et totam prouinciam cōtingētib. vt dixi in litera.

† al. excipiat.

Hæc

a EPiſcopum.] ¶Ordinandum.] ſi tamen ſuum ſubditum alibi excommunicaret, videtur, ꝙ tenet. 11.q.3. ſi epiſcopus. ſicut Paulus abſens excommunicauit Corinthium. & facit ad hoc 7. q. 1. ſi quis presbyter. & c.ſi qs verò. ſine reſpectu tamen pro tribunali non poteſt tibi ferre ſentẽtiã, vt argu. extrà.de off.leg.nouit. ff.de offi. præ. l.3. ff.de iur.om.iudi. l.vlti.ff.de off.proconſ. & leg.l.2. De hoc plenius dixi ext.de off.le. nouit.

b ¶*Et teſtimonio.*] Nunquid hoc teſtimonium ſufficit iſti vt nõ iterum examinetur ab illo epiſcopo? Arg. ꝙ ſic 19.quæſtio. 2. duæ. 47.diſt.de Petro.& 16. q.2. ſi quis epiſcoporum. “ſicut tutori dato in teſtamento ſufficit teſtimonium patris.vt inſtit.de ſat.tut. §.1.arg.contrà 73.diſt. ſanctiſſimo. ſed ibi de collocando in eccleſia ſecunda. Item nũquid ſufficiunt literæ archidiaconi, non:vt ext.de offi.archid. ſignificaſti. ſed hoc verum eſt, vbi non eſt conſuetudo præſcripta. j̃. ea.qu.3. conqueſtus.

“tutor teſtamẽtari⁹ nõ tenetur ſatiſdare.

† ideſt,ſacri miniſterij.

E*Piſcopus.*] Casvs. Statuitur in hoc c. quòd quilibet epiſcopi ſuas regant eccleſias vel parochias, & ad alienas non accedant: ſed quilibet in ſua prouincia diſponat quæ diſponenda ſunt.

c ¶*Diœceſim.*] “ideſt, prouinciam ſiue regionem. ſic contra nomen regionis pro diœceſi ponitur s̃. c.proxi. ſic & j̃.prox.q.per ſingulas.2.valet hoc conſiderare ad inſtrumenta & diuiſiones prouinciarũ, vt 6.q.3. ſcitote.

“diœceſis ꝑ regiõe ponitur & cõtra.

1 Bur.l.1.c.71. Iuo p.5. c.178.

N*On inuitati.*] Casvs. Dicitur in hoc ca. ꝙ epi non debent ire ad alienas parochias ſuper ordinandis aliquibus, vel diſponendis eccleſiaſticis cauſis:ſed vnaquæque ſynodus ordinet intra ſuam prouinciã quæ diſponenda ſunt, ſicut in concilio Nicæno ſtatutum eſt.

HIS. hæc eſt ſecunda pars qu.ſecundum Io. de Fan.

2 s̃. nullus primas.

¶*Hęc eſt priſca verſio. Dionyſij autem interpretatio, quæ & conciliorum tomis eſt inſerta, & à Burchardo, & Iuone affertur, aptius exprimit ſententiam canonis græci. Tamen, quoniam neque ipſa omnib. locis omnino reſpondet, viſum eſt verba græca noua cum verſione apponere.*

Μηδένα ἐπίσκοπον τολμᾶν ἀφ' ἑτέρας ἀπαρχίας εἰς ἑτέραν μεταβαίνειν καὶ χειροτονεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ τινὰς εἰς προαγωγὴν λειτουργίας, μὴ δὲ εἰ συνεπάγοιτο ἑαυτῷ πρεσβυτέρους ἢ μὴ παρακληθεὶς ἀφίκοιτο διὰ γραμμάτων τοῦτε μητροπολίτου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων, ὧν εἰς τὴν χώραν παρέχοιτο. εἰ δὲ μηδενὸς καλοῦντος ἀπέλθοι ἀτάκτως ἐπὶ χειροθεσίᾳ τινῶν, καὶ καταστάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων μὴ προσηκόντων αὐτῷ, ἄκυρα μὲν τὰ ὑπ' αὐτοῦ πεπραγμένα τυγχάνειν, καὶ αὐτὸν δὲ ὑπέχειν τῆς ἀταξίας αὐτοῦ καὶ τῆς παραλόγου ἐπιχειρήσεως τὴν προσήκουσαν δίκην, καθῃρημένον ἐντεῦθεν ἤδη ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου.

Nullus epiſcopus audeat ab vna prouincia in aliam tranſire, & in eccleſia aliquos ordinare ad promotionem liturgiæ †, nec ſi alios vnà ſecum adducat: niſi accitus venerit per literas metropolitani,& eorum, qui cum illo,epiſcoporum,in quorum regionem accedat. Quòd ſi nemine vocante inordinatè aduenerit,vt aliquos ordinet, ac negotia eccleſiaſtica ad ſe minimè pertinentia conficiat: irrita quidem ſunto,quæ ab eo geſta fuerint: verùm & ipſe ſuæ impudentiæ, & iniqui incœpti iuſtam pœnam ſubeat: hinc iam à ſancta ſynodo depoſitus.

Item ex eodem Antiocheno, capit. 22.

¶Ad ordinationem eccleſiæ,quæ ſibi commiſſa non fuerit,minimè accedat epiſcopus.

CAP. VII.

1 EPiſcopum non debere in alienam irruere ciuitatem, quæ illi probatur non eſſe ſubiecta, neque in regionem, quæ ad eius curam minimè noſcitur pertinere, ad aliquid A ordinandum [a], neque presbyteros, aut diaconos conſtituere, ad alios B epiſcopos pertinentes, niſi fortè cum voluntate, & teſtimonio [b] C propriæ regionis epiſcopi. Quòd ſi quiſpiam, horum quid tale facere voluerit, irrita quidem erit huiuſmodi ordinatio: & quæ malè D vſurpauerit, à ſynodo arguantur. 2 Nam E ſi ordinare non potuerit, nullatenus ad alios pertinentes iudicare præſumat.

A ¶Ad aliquid.] *In hoc etiam canone Dionyſij verſio purior eſt: hic autem habet:*ſuper ordinatione cuiuſquam:ꝙ *Græcè eſt* ἐπὶ χειροτονίᾳ τινός. *id eſt*, vt quempiam ordinet.

B ¶Ad alios epiſcopos.] *eodem ferè modo Dionyſius, Græcè legitur,* εἰς τόπους ἑτέρῳ ἐπισκόπῳ ἀποκειμένους. *id eſt*, in locis alteri epo ſubiectis.

C ¶Et teſtimonio.] *Græcè tantùm eſt,* μετὰ γνώμης, *quod Dionyſius vertit*, cum conſilio & voluntate.

D ¶Et quæ malè.] *Sic eſt emendatum ex vetuſtis exemplarib. & ex cæteris editionib. conciliorum, præter hanc poſtremam quatuor tomorum. Dionyſius habet*, & ipſe coërceatur à ſynodo: *quòd Græcè eſt*, καὶ αὐτὸν ἐπιτιμίας ἀπὸ τῆς συνόδου τυγχάνειν, *id eſt*, & ipſe puniatur à ſynodo.

E ¶Nam ſit.] *Tota hæc clauſula in Græco canone, cuius tria exemplaria manuſcripta collata ſunt, minimè habetur: ſed & priſca verſio, & Dionyſiana habent. Similis ſententia legitur ſuprà, nullus primas.*

Item ex ſynodo Conſtantinopolitana prima, c.2.

¶Non accedant epiſcopi ad eccleſias, quæ ſunt extra eorum diœceſim.

CAP. VIII.

EPiſcopi, qui extra diœceſim [c] ſunt ad eccleſias, quæ extra terminos eorum ſunt, non accedant, neque confundant, & permiſceant eccleſias. Secundum A regulas ſtatutas, Alexandriæ quidem epiſcopi ea, quæ ſunt in Aegypto tantummodo gubernẽt. Orientales autem epiſcopi ſolius orientis curam gerant, ſeruatis tamen honoribus primatus eccleſiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicænæ ſynodi continentur. Sed & Aſianæ diœceſis epiſcopi ea, quæ ſunt in Aſia, & quæ ad Aſianam tantummodo diœceſim pertinent: gubernent. Ponti autem epiſcopi, Ponticæ tantùm diœceſis habeant curam. Traciæ verò, ipſius tantummodo Traciæ.

A ¶Secundum.] *Mutata eſt interpunctio, vt magis reſpondeat Græco canoni,* ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας, *&c. quod Dionyſius vertit*, ſed iuxta canones Alexandrinus antiſtes, &c. *In editione autem conciliorum in tribus tomis deerant hæc verba*, ea quæ ſunt in Aegypto tantummodo gubernent. Orientales autem epiſcopi.

Item ex eodem, c.3.

¶De eodem.

CAP. IX.

NOn inuitati epiſcopi vltra diœceſim accedere non debent ſuper ordinandis aliquib. vel quibuſcunque diſponendis eccleſiaſticis cauſis, ſeruata regula, A quæ ſuprà ſcripta eſt de vnaquaque diœceſi. Manifeſtum namq; eſt, quòd per ſingulas quaſque prouincias prouincialis ſynodus adminiſtrare, & gubernare omnia debeat, ſecundùm ea, quæ ſunt in Nicæa definita.

A ¶Seruata regula.] *Ita in omnibus editionibus huius priſcæ verſionis: ſed in Græco canone hic eſt initium periodi, & quæ ſequuntur ex ipſo pendent, quemadmodum Dionyſius vertit*, ſeruata verò quæ ſcripta eſt de gubernationibus † regula, manifeſtum eſt, ꝙ illa, quæ ſunt per vnamquanque prouinciam, ipſius prouinciæ ſynodus diſpenſet, &c.

† περὶ τῶν διοικήσεων.

2 *His auctoritatibus prohibentur quilibet epiſcopi clericos alterius ordinare. Sed quæritur, ſi contingat eos aliquibus ſacros ordines diſtribuere, an ordinati ab epiſcopis ſuis in proprijs ordinibus recipi poſſint.*

Casvs. Concludit Gratia. ex ſupradictis, ꝙ nullus epiſcopus clericos alterius ordinare debet: & quærit incidenter, ſi cõtingat clericos ordinari ab epiſcopo non ſuo: an poſſint in ſuis ordinibus tolerari à ſuis epiſcopis. Et reſpondet quòd ſic, vt dicitur in proxim.cap.

Lugdu-

LVgdunenſis.] CASVS. H.Lugdunen. archiepiſcopus quæſiuit ab Vrbano vtrum in ſuis ordinibus poſſet tolerare quoſdam clericos ſuos ab alijs epiſcopis ordinatos, cum eis diſpenſando. Et reſpondet quòd ſic, ex miſericordia, ſi bonæ vitæ ſint:& ſi ſine prauitate fuerint ordinati: iniuncta eis pœnitentia competenti. Et hoc probat exemplo Ioã. Chryſoſt. qui clericos ſuos ordinatos à ſancto Epiphanio tolerauit:& in ſuis ordinib. recepit: quod non feciſſet ſi ſciret eos non recepiſſe ordines.

De his ita ſcribit Vrbanus Papa Hugoni Lugdunenſi Archiepiſcopo.

¶Clerici ab epiſcopo alterius parochiæ ordinati à proprio in ſuis ordinibus recipi poſſunt.

CAP. X.

I LVgdunenſis parochiæ †clericos, quos contra ſtatuta canonum ab alterius parochiæ epiſcopis ordinatos literarum tuarum ſignificatione monſtraſti, cũ graduum ſuorum honore recipere religionis tuæ prudentia poterit [a], ſi eos aliàs canonicè, & ſine prauitate aliqua ordinatos conſtiterit: ſi tamen eorum probabilem vitam id indulgentiæ perſpexeris promereri. 2 Legimus quippe ſanctum Epiphanium epiſcopum ex diœceſi ſancti Ioannis Chryſoſtomi quoſdam clericos ordinaſſe: quod ſanctus [b] vir oĩno non feciſſet, ſi ei † detrimentum fore perpenderet. Quos igitur recipiendos moderatio [c] tua arbitrata fuerit, iniuncta ſatisfactionis gratia, pp eccleſiam, quam offenderunt, congrua pœnitentia, miſerationis intuitu in ſuo quęq; honore recipies, ſalua in omnibus ſanctorum canonum diſciplina.

1 Iuo p.6.c.412.

† al. eccleſia

a ¶*Poterit.*] Argum. quòd ſequens ratihabitio confirmat quod primò fuit inutile, vt 63.diſt.Salonitanæ. & 16.q.1.c.vlt.

b ¶*Quod ſanctus vir.*] Sic ſ. 37.diſtin. qui de menſa.7.q.1. oĩs. Sed nonne iſte eṗs delinquit ordinando clericos alterius, quomodo ergo ſanctus fuit? Omiſſis multis ſolutionibus dic, ꝙ excuſatur ideò quia vtiliter geſſit, & quia credebat hoc Io. placere [a]: ſicut non facit furtum qui credit hoc placere domino, vt inſt. de oblig. quæ ex qua. delict. naſcuntur. §.1. [b]

2 Socrates l.6.Hiſto.c.12.& 13. Trip.l.10.c.11. Nicepho. l.13.c.11.

a Q̃d not. ſ. e.c.1. i gl.2. in fin.

† al. eis

b idẽ tenet Bar. i l. inter omnes §. recte. ff. de fur.

c ¶*Moderatio tua.*] Permittitur hic epiſcopo diſpenſatio canonis, vel criminis pœnalis. ſi. eſt ſ. 1.q.5. c. vlti. in fi. ſed non permitteretur ſi ſimoniacè fuiſſent ordinati. 1.q.1. ergo de pœnitentialibus non eſt dubium, quia hoc poteſt quilibet ſacerdos, vt 26.q.7. tempora pęnitudinis.

QVAESTIO III.

QVòd autem [d] archiepiſcopus clericos ſui ſuffraganei illo inconſulto damnare valeat, vel abſoluere, ſic videtur poſſe probari. Sicut totius epiſcopatus eccleſiæ in poteſtate ſunt epiſcopi, ſic & eccleſiæ totius archiepiſcopatus ad diœceſim pertinent archiepiſcopi. Vocantur enim epiſcopi à metropolitano in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Sic quippe vices eis impertit, vt poteſtatem ſuam ſibi non adimat. Vnde & ſine eius conſilio nihil eis agere licet, ſicut in concilio Martini Papæ legitur, c.4. 3

QVòd autē.] CASVS. Hic intitulatur 3. quæſt. qua quæritur, an archiepiſcopus poſſit abſoluere vel damnare clericos ſui ſuffraganei illo inconſulto:& certum eſt ꝙ non, niſi cum appellatur ad eum: vel habetur de cõſuetudine: vel ſi eṗs decederet, & res arbitrio archieṗi diſpenſari voluerint clerici, vt ⁊.e.cõqueſtus. vel niſi eṗs ſit negligens, vt ⁊.ea. cum ſimus. vel niſi controuerſia ſit inter epiſcopum & ſuum clericum, vt ⁊.11.q.1.ſi clericus. vel niſi diſſenſio eſt de electione eṗi, vt ſ. 33. diſt. ſi forte. Sed hoc hodie corrigitur per cõſtitutionem Innocentij Papæ. Sed quia cõia negotia prouinciæ, vt ſynodũ congregare, eṗm examinare, poteſt facere: non tamen ſine conſenſu aliorum, vt ⁊.c.1.2.3.4.& 5. Et procedit hoc ordine. Primò probat ſuperficialiter, ꝙ archiepiſcopus poteſt abſoluere & damnare parochianos ſui ſuffraganei illo incõſulto, vſque ad §. *Sed contra.* deinde probat contrarium vſq; ad §. *Sola.* in quo tractat de excellentia Papæ: & hoc vſq; ad §. *vltimum.* in quo ſoluit contrarietatem. Dicit ergo ꝙ ſicut eccleſiæ totius eṗatus ſunt in poteſtate eṗi, ſic eccleſiæ totius archiepiſcopatus ſunt in poteſtate archieṗi: ita ꝙ eṗo non licet aliquid agere ſine conſilio metropolitani: ſed intellige in ijs quæ pertinent ad generalem ſtatum prouinciæ totius epiſcopatus.

e Metropolitanus clericos ſuffraganei iudicare non pôt.

d ¶*Quòd autem.*] " Metropolitanus epiſcopo inconſulto non poteſt iudicare clericos ſuos, niſi in caſib. ſpecialib. ſc. qñ cauſa per appellationem defertur ad ipſum, vt ⁊.ead. conqueſtus. vel niſi cauſa ſit inter epiſcopum & clericum, vt 11. q.1.ſi clericus. Item cum diſſenſio eſt de electione epiſcopi, vt 63. diſtin.c. vlti. hoc verò non tenet hodie per id quod eſt ext. de elect. quia propter [c]. Item cum ſuffraganeus eſt negligẽs, vt ⁊.ea. cum ſimus. Item omnia malè acta poteſt punire & retractare, vt 26.q.5. quicũque. & 12. diſt. de his. Item ſi de conſuetudine aliquid obtinuit: aut ſi eṗs deceſſit, vt ⁊.e. conqueſtus. Aliter de ſpecialib. negotijs epiſcopatuum ſe non poteſt metropolitanus intromittere: ſed communia negotia, quę nõ magis pertinent ad vnum quàm ad alium: ſed ad ſtatum totius prouinciæ, vt congregare ſynodum, examinare epiſcopum & ordinare, hoc poteſt: nõ tamen ſine cõſilio aliorum epiſcoporum, vt ⁊.e.c.1.2.3.4.& 5.

c Verſi. vt is collatiõe habita eligat, &c. q.d. licet cognitio electionũ & electorũ pertineat ad metropolitanũ, nõ tñ gratificatio, ſed eũ eliget ĩ quẽ oẽs, &c. vt ibi Arch.

3 in capitu. Mart. Brac. cap.4.

¶Nec epiſcopi ſine metropolitani conſenſu, nec ille ſine eorum conſenſu aliquid agere debet.

CAP. I.

j PEr ſingulas prouincias oportet epiſcopos cognoſcere [e] metropolitanum tantùm † ſuum, & ipſum primatus curam ſuſcipere: nihil autem agere [f] reliquos epiſcopos præter eum, ſecundum quòd antiquitus à patribus noſtris conſtitutum continetur in canone. 4 Propter quod metropolitanus epiſcopus nihil præſumptiuè aſſumat † abſque conſilio cęterorum.

† al. primatũ metropolitani epiſcopi.

4 Apoſt. ca. 34.

† al. ſibi aſſumat.

PEr ſingulas.] CASVS. Dicitur hic quòd epiſcopi in ſingulis prouincijs debẽt recognoſcere ſuũ metropolitanũ, ſibi obediendo: & nihil agere de communib. negotijs ſine metropolitani conſilio. Similiter nec metropolitano licet ſine conſilio eṗorum aliquid facere de negotijs communib.

e ¶*Cognoſcere.*] i. reuereri, i. diligere, vt ibi. Non noui vos. 7. quæſtio.1. ſicut vir. in fi.

f ¶*Agere.*] Quod ad ſtatum communẽ pertinet. vt infrà e. archiepiſcopus. ſic ſuprà 80. diſtinctione, non debere.

Item ex concilio Antiocheno, cap. 9.

¶Sine metropolitani conſcientia extra ſuam diœceſim nihil agat epiſcopus.

CAP. II.

ij PEr ſingulas [g] prouincias eṗos ſingulos ſcire oportet, epiſcopum metropolitanum, qui præeſt, curam & ſolicitudinẽ totius prouincię [h]

PEr ſingulas.] CASVS. In Nicæno cõcilio fuit ſtatutum, vt archiepiſcopus per ſingulas prouincias curam gereret, & ad archiepiſcopum appelletur: ſine cuius conſilio epiſcopi nihil agere poſſunt niſi de his quæ ad proprias eorum parochias ſpectant: & èconuerſo metropolitanus ſine conſilio epiſcoporum nihil agere poteſt.

g ¶*Per ſingulas.*] Simile ſecunda, quæſtio. ſeptima, metropolitanum.

h ¶*Totius prouinciæ.*] Hic videtur ꝙ archiepiſcopus eſt iudex ordinarius totius prouinciæ [d]. nam habet procurationem & viſitationem totius diœceſis, vt extrà de præſcriptio. cum ex officij. & quia vnus eſt iudex prouinciæ, vt 7. quæſt. 1. in apib. ex quo enim archiepiſcopus eſt iudex epiſcopi, ergo eſt iudex diœceſis ſuæ. argu. ff. de pecu. ſer. ſi ſeruus meus. Nam ex eo ꝙ vicarius eſt in peculio ordinarij, ergo & peculium vicarij, vt ibi dicitur:& prætereà hic dicit quòd omnes qui cauſas habent, concurrant ad metropolitanum. Item quia determinat cauſas delatas ad ipſum per querelam, vt 10.q.3. quia cognouimus. " Sed licet poſſet dici quòd ſit ordinarius, ſe tamen non poteſt intromittere de cauſis ſubditorum, niſi in caſibus exceptis, vt extrà de offi. ord. pastoralis. in prin. ſi tamen ferat ſententiam aliquam in ſubditos ſuffraganei ſui, bene tenet: cum ſit iudex ipſorum. argum. in auth. de

d Hoc verũ eſt ſecũdm L. vt no. 3. q.6. c.1. in gl.2. vbi dixi de hoc. Arch.

" Archieṗs an ſit iudex ordinarius totius prouincię.

ſuſcepiſſe. Propter quod ad metropolitanam ciuitatem ab his, qui cauſas habent, concurratur. Quapropter placuit eũ, & honore præcellere, & nihil vltra ſine ipſo reliquos epiſcopos agere ſecũdum antiquum patrum noſtrorum canonem, 1 niſi hoc tantùm, quod vnicuique eccleſiæ per ſuam dięceſim competit. Vnumquemque enim epiſcopum oportet habere ſuæ diœceſis poteſtatem, vt regat, & gubernet ſecundum competentem ſingulis [a] reuerentiam, & prouidentiam gerat omnis regionis, quæ ſub ipſius eſt ciuitate: ita etiam ordinare ei presbyteros, & diaconos probabili iudicio liceat, & de ſingulis ipſius regionis cauſis cum moderatione, & pondere diſceptare. Vltrà autem nihil agere permittitur citra Metropolitani epiſcopi conſcientiam A: nec metropolitanus ſine cęterorum aliquid gerat conſilio ſacerdotum.

A ¶[Conſcientiam.] *Gracè eſt,* δίχα τοῦ μητροπόλεως ἐπισκόπου, μηδὲ αὐτὸν ἄνευ τῶν τῆς λοιπῶν γνώμης. *Itaque eadẽ voce* γνώμης *vtitur canon tam in conſenſu metropolitani, quàm ſuffraganeorum. Sed ob multas varietates placuit apponi verba Graca cum verſione noua.*

Τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χρὴ, τὸν ἐν τῇ μητροπόλει, προεστῶτα ἐπίσκοπον. καὶ τὴν φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας, διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν συντρέχειν πάντας τοὺς τὰ πράγματα ἔχοντας ὅθεν ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτὸν, μηδέν τε πράττειν περιττὸν τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἄνευ, αὐτοῦ, κατὰ τὸν ἀρχαῖον κρατήσαντα τῶν πατέρων ἡμῶν κανόνα, ἢ ταῦτα μόνα, ὅσα τῇ ἑκάστου ἐπιβάλλει παροικίᾳ, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις: ἕκαστον γὰρ ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ παροικίας, διοικεῖν τε μετὰ τὴν ἑκάστῳ ἐπιβάλλουσαν εὐλάβειαν, καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ὡς καὶ χειροτονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ μετὰ κρίσεως ἕκαστα διαλαμβάνειν. περαιτέρω δὲ μηδὲν πράττειν ἐπιχειρεῖν, δίχα τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου: μηδὲ αὐτὸν, ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης.

Epiſcopos, qui in vnaquaq; prouincia ſunt, noſſe oportet eum, qui metropoli præeſt, vniuerſæ quoq; prouinciæ curam ſuſcipere, eo ꝙ in metropoli vndiq; conueniunt oẽs, quicunq; negotia habent. Quapropter placuit, & honore ipſum præcellere, & reliquos ep̃os nihil aliud † ſine ipſo facere (ſecundum veterem, qui viguit, patrum noſtrorum canonem) quàm ea ſola, quæcunq; ad cuiuſq; parochiam, ſubiectaſq; parochiæ regiones pertinent: In cuiuſque enim ep̃i poteſtate eſſe propriam ipſius parochiam, vt eam adminiſtret pro ea, quæ cuique conuenit, integritate, & vniuerſæ regioni, quæ ſuæ ciuitati ſubiecta eſt, proſpiciat, conſulatq;: ita vt & presbyteros, diaconoſq; ordinet, & ſingula quæque cum iudicio explicet: Præterea verò nihil quidquam facere aggrediantur, ſine metropolitani epiſcopi, neque ipſe ſine reliquorum ſententia.

Niſi fortè epiſcopi ipſi œconomos in eccleſia ſua ordinare contempſerint.

Vnde in ſeptima ſynodo, cap. 11. legitur.

¶Metropolitanus conſtituat œconomos, quos epiſcopus habere neglexerit.

CAP. III.

2 CVm ſimus debitores omnes ſacras regulas cuſtodire, & eam, quæ dicit in vnaquaque eccleſia œconomos [b] eſſe debere, modis omnibus inuiolabilem cuſtodire debemus. Et, ſi quidem vnuſquiſq; metropolitanus in ſua eccleſia conſtituerit œconomum [c], bene vtique eſt. Sin autem, ex auctoritate propria Conſtantinopoleos epiſcopis [d] licentia eſt pręponendi œconomos in eius eccleſia. Similiter & metropolitanis, ſi epiſcopi, qui ſub eis ſunt, nõ ſategerint œconomos ſtatuere in ſuis eccleſijs. Id ipſum autem ſeruandum eſt etiam in monaſterijs.

Probatur illud idẽ exemplo Apoſtoli, qui fornicatorem Corinthium [e] impœnitentem ſatanæ tradidit: poſteà pęnitentem eccleſiæ reconciliauit, hoc tantùm ſcribens Corinthijs in prima, & ſecunda epiſtola, vt ex communicato non communicarent, & reconciliato ſocia charitate copularentur. Sed contrà probatur auctoritate multorum.

Ait enim Higinus Papa, epiſto. 1. cap. 2. 3

¶Metropolitanus ſine epiſcoporum conſenſu, vel præſentia alicuius eorum non audiat cauſas.

CAP. IIII.

4 SAluo [f] in omnibus Romanæ eccleſiæ priuilegio, nullus metropolitanus abſq; cęterorum omnium comprouincialium epiſcoporum inſtantia [g], aliquorum [h] audiat cauſas † [i]: quia irritæ erunt

de defen. ciuit. §. & iudicare. & §. ſeq. vbi dicit, ꝙ præſes vel maiores iudices nõ poſſunt ferre ſententiã vltra ſummam ccc. aureorum. ſi tamen tulerint, tenet. vt ibi innuitur. H. dicit non tenere talem ſententiam, cum metropolitanus fert in ſubditos ſuffraganei: quia metropolitanus iudex alienus eſt reſpectu ſubditorum ſuffraganeorum, vt 6. qu. 3. ſcitote. & 3. quæſtio. 6. peregrina. ſicut abſoluere non poteſt niſi appelletur ad eum. extrà de ſententia excommun. per tuas. extrà de offic. deleg. cum contingat. Item quia dicitur quidquid fecerit, irritum eſt, vt infrà eadem, nullus. Hoc ſcias quòd de cauſis epiſcopi poteſt per ſolam querelam cognoſcere. 11. quæſtio. 1. ſi clericus aduerſus. Io. quod dicit H. verum eſt, vt extrà de offi. ordin. paſtoralis. B.

1 Apoſt. cano. 34.

a ¶[*Singulis.*] poteſt ergo anathematizare aliquẽ inconſulto metropolitano: imo & quilibet ſacerdos inſcio ſuo epiſcopo, vt ext. de offi. ord. cum ab eccleſiarum. nec tenet quod legitur. 11. q. 3. nemo epiſcoporum.

NISI FORTE. Casvs. Dictum eſt ſuprà, quòd archiepiſcopo nihil agere licet ſine conſilio epiſcoporum. quod verum eſt, niſi epiſcopi poſt annuntiationem contempſerint in ſuis eccleſijs œconomos ordinare, vt probatur ſequenti capitulo.

C*Vm ſimus.*] Casvs. Statutum fuit in ſynodo Conſtantinopolitana, vt omnes regulæ ſanctorum patrum cuſtodiantur: & præcipuè illa quæ præcipit œconomos debere eſſe in vnaquaque eccleſia: quod ſi metropolitanus facere neglexerit, licentiam habeant epiſcopi in ſua eccleſia œconomum ordinare & èconuerſo. Idem ſeruandum eſt in monaſterijs.

b ¶[*Oeconomos.*] "Oeconomus dicitur cui res eccleſiæ gubernanda mandatur, vt C. de ſacroſ. eccle. iubemus.

" Oeconomus quid.

† περιττόν.

c ¶[*Oeconomum.*] qui clericus erit: & de proprio clero debet eſſe. 89. diſt. c. quia. & 16. q. 7. in nona actione. De hoc notaui. 16. q. 7. qm̃.

d ¶[*Epiſcopis.*] Ergo ſicut ſuperiores inferiorum, ſic inferiores ſuperiorum ſupplent defectum, vt ex. de cõceſ. præb. & eccle. non vacan. nulla. & 89. diſt. volumus.

PROBATVR. Casvs. Adhuc probat, ꝙ archiepiſcopus inconſulto ſuffraganeo ſuũ poſſit parochianũ abſoluere, exemplo Pauli metropolitani Corinthiorum, qui Corinthium fornicatorẽ tradidit ſatanæ: & poſteà reconciliauit.

e ¶[*Corinthium.*] & in hoc ſuppleuit negligẽtiam Apollinis, vt j. e. c. vlt.

SED CONTRA. Nunc probat Gratia. contrarium, ſ. ꝙ metropolitanus nõ põt diſponere de negotijs ep̃orum ſine conſenſu ipſorum. & omnia c. vſq; ad §. *Sola.* intelliguntur de cõib. negotijs, vel de ſpecialibus cum ep̃i non ſunt negligentes, ſed diligẽter agunt quę debent. H.

2 Iuo p. 5. c. 374. Conci. Calced. ca. 26. s̃. diſ. 89. qa ĩ qbuſdã & j. 16. q. 7. quoniam in quibuſdam.

S*Aluo.*] Casvs. Quæſitum fuit ab Eugenio vtrum archiepiſcopus poſſit cognoſcere de cauſis criminalibus epiſcoporum ſine cõſenſu aliorum epiſcoporum. Et reſpondetur ꝙ non, ſaluo Romanæ eccleſiæ priuilegio.

f ¶[*Saluo.*] Debet qs ius ſuum proteſtari, ne fiat ei præiudicium. ſic 28. diſt. diaconi. & 7. quæſt. 1. Pontifices. ff. quibus mod. pign. vel hypot. ſolu. l. ſi debitor. §. ſi in venditione.

1. Cor. 5.
2. Cor. 2.

Additio. Ad hoc facit C. de his qui ſpon. mu. ſub. l. 1. libro 10. ſed argum. contra. ff. de condi. inſtitu. quod quis. ff. de act. & oblig. obligationum. §. placet. de hoc leg. & nota. 28. diſtinctione, capitu. 1.

3 Et Iulius c. 4.

g ¶[*Inſtantia.*] i. præſentia.

h ¶[*Aliquorum.*] ſc. epiſcoporum.

4 Burc. l. 1. c. 65. Iuo p. 5. capit. 99. & 174.

i ¶[*Cauſas.*] ſ. criminales, vt 3. q. 8. ſuggero. " Et not. ꝙ cum cã eſt inter clericum, & ep̃m, ꝙ metropolitanus in ſynodo cõprouincia-

" Cauſa inter ep̃m & clericum corã quo dẽat tractari.

† al. cauſas eorum.

uinciali tractabit cauſam.11.q.1.ſi clericus.niſi velis dicere, quòd hodie ſolus metropolitanus obtinet vicem ſynodi quantum ad iſtud.18.diſt.c.1.& 10.q.3. quia. De hoc dixi 6. q.2.epiſcopus.

Archiepiſcopus.] Casvs. Anicius Papa ſtatuit vt archiepiſcop⁹ de cauſis epiſcoporum, aut communibus, ſcilicet criminalibus nihil agat ſine conſilio ſuorum ſuffraganeorum, nec epiſcopi ſine conſenſu archiepiſcopi aliquid agant, niſi quantum ad ſuas parochias pertinet.

a ¶*Archiepiſcopus.*] Hoc ca. exponit præmiſſa.

1 Can. Apoſtol.34.

Si autem.] Casvs. Quæſitum fuit ſi archiepiſcopus ſuperbè vult de cauſis criminalibus vel ciuilibus epiſcoporum cognoſcere ſine eorum voluntate, vel eos in aliquo grauare: quid ſit faciendum, & reſpondetur, quòd corrigi debet à ſuffraganeis: & ſi fuerit incorrigibilis, ſignificetur Papæ, quatenus per ipſum ſic puniatur, vt cęteri timorem habeant.

2 Pol.l.1.ti.24.Bur.l.1.c.63.Pann.l.4.c.26.

b ¶*Inobediens.*] "Hic habemus quòd metropolitanus poteſt coërceri à ſuffraganeis. ſic ſ.eod.ſaluo.in fin.ſimile 63. diſt. Salonitanæ. Sed qualiter ſubditi poſſunt eum coërcere? Reſpondet, reprehendere† poſſunt ex charitate.2.q.7. præſumunt.& c.ſecuti.Iſte autem qui defert querelam ad metropolitanum, ſine appellatione, patiatur diſpendium litis. argum. in auth. col. 3. de defen. ciuit. circa medium.§. non habente.in fi. hoc ideò, quia traxit aduerſarium ſuum ad alienum iudicem, vt 11. q.1.inolita.lo.

"Metropolitan⁹ à ſuffraganeis reprehendi pôt.

a Dic q̄ eſt triplex reprehéſio, vt not.ſ.21.di. nolite.in fi.

† al. terminare.

3 Cócor.Lucius epiſt.1. cap.3.

4 Pol.ibid.6 Bur.l.1.c.60 Iuop.5.c.10 & p.14.c.72. Pā.l.4.c.27.

Nullus.] Casvs. Hoc ca. diuiditur in duas partes. Prima pars loquitur de ſpecialibus negotijs ſuffraganeorum. Secunda pars de communibus. Dicitur ergo in prima, quòd nullus primas, vel metropolitanus debet ſe intromittere de ſpecialibus negotijs ſui ſuffraganei abſque eius licentia, vel voluntate: quod ſi fecerit, irritum erit quidquid fiet, & ipſe deponetur. In ſecunda parte dicitur, quòd primas, vel metropolitanus non debet agere cauſas criminales, vel communia negotia ſine conſenſu epiſcoporum, nec ipſi ſine conſenſu metropolitani, vel primatis debent aliquid agere, niſi de his quæ pertinent ad propriā parochiam, vt omnia concorditer fiant. Secunda pars incipit ibi, *Sed quidquid.*

c ¶*Aliquem.*] Licet non poſſit iudicare de eccleſia ſuffraganei, poteſt tamen de epiſcopo iudicare. 11.q.1. ſi clericus.

aliter actæ, quàm in conſpectu eorum omnium ventilatæ, & ipſe, ſi fecerit, coërceatur à fratribus.

Item Anicetus Papa epiſcopis Galliæ, c.1.

¶ De eodem.

CAP. V.

Archiepiſcopus[a] nihil de epiſcoporum cauſis, aut de alijs communibus, iuxta ſtatuta Apoſtolorum 1, abſque cunctorum illorum agat conſilio, nec illi, niſi quantum ad ſuas parochias pertinet, ſine ſuo: quoniam tali gaudet concordia altiſſimus, & gloriatur in membris ſuis.

Item in eadem epiſtola, c.3.

¶ De eodem.

CAP. VI.

2 Si autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & ſine omnium comprouincialium pręſentia, vel conſilio epiſcoporum, aut eorum, aut alias cauſas, (niſi eas tantùm, quæ ad propriam ſuam parochiam pertinent) agere, aut eos grauare voluerit, ab omnibus diſtrictè corrigatur, ne talia deinceps pręſumere audeat. Si verò incorrigibilis, eiſque inobediens[b] apparuerit, ad hanc Apoſtolicam ſedem, cui omnia epiſcoporum iudicia referri† præcepta ſunt, eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & cæteri timorem habeant.

Item Calixtus Papa epiſcopis Galliæ, epi.2.c.3. 3

¶ De eodem.

CAP. VII.

4 Nullus primas, vel metropolitanus diœceſani eccleſiam, vel parochiam, aut aliquem[c] de eius parochia præſumat excommunicare, vel iudicare, vel aliquid[d] agere, abſq; eius conſilio, vel iudicio: ſed hoc obſeruet, qđ ab Apoſtolis, ac patrib. & prædeceſſorib. noſtris eſt ſtatutum, & à nobis confirmatū 5. i. ſi quis metropolitanus epiſcopus (niſi qđ ad ſuam ſolummodo propriā pertinet parochiam) ſine conſilio, & voluntate omnium cō prouincialium epōrum extra aliquid agere tentauerit, gradus ſui periculo ſubiacebit: & quod egerit, irritū[c] habeatur, & vacuum. Sed quidquid de prouincialium coëpiſcoporū cauſis, eorumq; eccleſiarum, & clericorum, atq; ſecularium neceſſitatib. agere, aut diſponere neceſſe fuerit, hoc communi† conſenſu comprouincialium agatur Pontificū: nec aliquo dominatiōis faſtu, ſed humilima atq; concordi adminiſtratiōe, ſicut Dñs ait. [Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare.] & alibi [Qui maior eſt veſtrûm, erit miniſter veſter.] Similiter, & ipſi comprouinciales epī cuncta cum eius conſilio (niſi quātum ad parochias proprias pertinet) agant, iuxta ſanctorum cōſtituta patrum. *& infra.* ¶Vt vno animo, vno ore concorditer ſancta glorificetur Trinitas in ſecula.

Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricenſi Archiepſcopo.

¶In ſuffraganei parochia nihil abſque eius conſilio metropolitanus agat.

CAP. VIII.

6 Conqſtus eſt Apoſtolatui nřo frater nř Sigedolus Archieps[f] Narbonenſis, q̄ clericos ſuos eo inuito ad iudicium tuū venire compellas, & de rebus ad eccleſiam ſuā pertinentibus, eo inconſulto, quaſi iure patriarchatus tui diſponas: cum hoc nec antiquitas (cui patres ſanxerunt reuerentiā) habeat, & auctoritas ſacrorū canonū penitus interdicat: niſi fortè pro cauſis, quæ apud ſe terminare non poſſunt, ad te quaſi ad patriarchā ſuū prouocauerint[g], vel ſi epiſcopus ſuus deceſſerit, res eccleſiæ

" Et ſic fallit illa regula: Si vinco vincentē te, multò fortius vinco te.ff.de di.& tēp.præſcr.de acceſſionib. §.1. Item fallit. ff.qui pot.in pig.hab.Claudius.& libertus liberti mei, non eſt meus libertus, vt ff.de ver.ſig. Modeſtinus.& non omnes quę ſunt cum ſorore mea, ſorores meæ ſunt.81.diſt.legitur.

" Si vinco vincétē te, vinco te: qū quę fallit.

d ¶*Vel aliquid.*] "Ergo nec abſoluere poteſt excommunicatum à ſuffraganeo ſuo, ext. de ſent. excō. per tuas. epiſcopus tamen abſoluere poteſt excommunicatum ab archidiacono: quia archidiaconus eſt vicarius epiſcopi, vt extr. de of. arch. c. 1. ſed epiſcopus non eſt archiepiſcopi vicarius. Quid de hoc iuris ſit, dixi 25. diſt. perlectis.

"Excōicatū ab epō non abſoluit archieps.

5 Anſ.l. 3. c 88.

e ¶*Irritum.*] id eſt irritandum. ſi dicas q̄ habet iuriſdictionem ordinariam prouinciæ. ſed ſi ſtet propriè, tunc erit hic ar. q̄ metropolitanus non habet iuriſdictionem ordinariam totius prouinciæ. Quid iuris ſit de hoc, nota.ſ.c.2.

† al. cū oīum

Matth.20.

Matth.23.

Conqueſtus eſt.] Casvs. Archiepiſcopus Narbonenſis conquerebatur de Rodulpho patriarcha Bituricen. qui erat ſuus patriarcha, q̄ ipſe compellebat clericos ſuos eo inuito ad ſuum iudicium venire: & res ad ſuam eccleſiam pertinentes eo inconſulto diſponebat. Præcipit ergo ſibi Nicolaus vt de cætero hoc non faciat, niſi fuerit ad ipſum appellatum: vel niſi mortuo epiſcopo clerici voluerint res eccleſiæ diſpenſari per ipſum: quia primates nīl priuilegij ſuper epiſcopos habent, niſi quantum canones concedunt, vel conſuetudo antiqua: vel niſi Romana eccleſia aliquem voluerit ſuo priuilegio decorare. *Epiſcopo ſcribit,* hæc ſunt verba Bedæ. *Et angelo Epheſi,* &c. ſunt verba Ioannis. Vnde melius eſſet ibi principium capituli, vt dicit Hug. Dicit ergo Beda exponens verba Ioannis, & dicit q̄ Ioan. ſcribit illi epiſcopo de cuius manu Ioannes requirebat peccata ſubditorum eius, vt eſſet diligens: ne ſine eius conſilio de ſuis ſubditis iudicaret, niſi eſſet negligens.

6 Iuo p.5.c. 56.Pan.l.4. c.29.

f ¶*Archiepiſcopus.*] "Hic patet q̄ archiepiſcopi ſubſunt primatibus & patriarchis, vt 21.diſt.c.1.& 65.diſtin.de perſona. 17.diſt.multis.

" Archiepi ſubſunt patriarchis.

g ¶*Prouocauerint.*] " Hic patet quòd nec archiepiſcopus, nec primas poteſt cognoſcere de cauſis ſubditorum epiſcoporum, niſi per appellationem deuoluantur ad ipſum. 11. q. 1. peruenit.& ext.de of.del.cum non ignoretis. Idem dico in legato Papæ, vt dixi 2.q.6.c.3. præter hos caſus eſt alter 12. diſt.

" Archieps d̄ cauſis ſubditorum epī cognoſcere non poteſt.

di. de his. Itẽ cum [a] abſolutus ab archiepõ non vult parere epiſcopo. extr. de off. ord. ad reprimendam. Item cum eſt cauſa inter epiſcopum & clericum. 11. q. 1. ſi clericus. & s̃. 6. q. 2. c. 2. & hoc cum epiſcopus eſt reus. ſed ſi actor, non videtur, ꝙ archiepiſcopus ſit iudex rei, vt ext. de off. ord. paſtoralis. Item cum epiſcopus non vult abſoluere excommunicatum, ext. de ap. qua fronte. Item cum archiepiſcopus prouinciam viſitat. extr. de prę ſcri. cum ex officij. ſed illud non dico eſſe generale, niſi vt dixi s̃. e. q. 2. nullus primas. Item cũ euidens eſt ſententiam epiſcopi iniuſtam eſſe. ext. de ap. ſolicitudinem.

a ¶*Iudicio tuo.*] aliter enim non poteſt. 12. q. 2. non liceat.

b ¶*Canones.*] ſic 18. q. 2. hoc tantum.

c ¶*Conſuetudo.*] "Ergo ratione conſuetudinis poteſt aliquid peti, vt 18. q. 2. ſeruitium. ff. de pub. & vect. licitatio. §. earum. ff. commu. præd. venditor. Arg. cõtra. 10. q. 3. quia. Item ratione diuturnitatis probatur negatiua: quia aliter non probatur. ff. de proba. ſi arbiter. Item diuturnitas conſtituit ius. ff. de aqua quo. & ęſti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & extra de his quę fi. à prela ſi. conſen. c. ea noſcitur. & arg. 3. q. 6. hoc quippe. Item conſuetudo dat iuriſdictionem, vt C. de emã. li. l. vlt. & extr. de arb. dilecti. Item conſuetudo dat priuilegium [b], vt hic, & 64. diſt. quia. Arg. contra. 93. diſt. illud. 100. diſt. contra morem. hoc proſecutus ſum. s̃. diſt. 8. fruſtra.

d ¶*Speciali.*] Ergo Papa in totum poteſt auferre priuilegium vni eccleſiæ, & alij concedere, vt 16. q. 1. frater noſter.

e ¶*Et angelo.*] Hæc ſunt verba Ioan. in Apoc. & deberet eſſe initium. c.

f Epiſcopo.] Hæc ſunt verba Bedæ. SOLA. Casvs. Hactenus oſtenſum eſt quòd archiepiſcopi & primates ſubiectos ſuffraganeorum ſuorum iudicare non poſſunt illis inconſultis, niſi in caſibus conceſſis. ne autẽ credatur idem eſſe in Papa, dicit nunc aliud eſſe in eo. Sola enim Ro. eccl. poteſt de omnibus iudicare: ſed nullus de ea poteſt iudicare. & ad hoc inducuntur c. ſeq.

a Iſtud, itẽ, reſpicit textũ. nã ĩ iſto caſu & ſeq. archiepſs eſt iudex competens.

"Conſuetudo multa tribuit.

1 Gl. ord. ad eum locum Apoc. 2.

† al. ſcribit Ioan.

b Aliàs, conſuetudo pariſicatur priuilegio. ext. de iu. nouit. vbi de hoc.

2 Anſ. l. 4. c. 75. Iuo p. 5. c. 19. Pann. l. 4. c. 11.

3 J. c. ipſi sũt §. nec d ei⁹

ſuæ iudicio tuo [a] diſpenſare voluerint. Primates enim, vel patriarchas nihil priuilegij habere præ cęteris epiſcopis, niſi quantum ſacri canones [b] concedunt, & priſca conſuetudo [c] illis antiquitus contulit, definimus: ita vt ſecundum Nicænas regulas ſua priuilegia ſeruentur eccleſiis: præterquam ſi Apoſtolica ſedes aliquam eccleſiam, vel ipſius rectorem quolibet ſpeciali [d] priuilegio decreuerit honorare.

Itẽ Beda ſuper Apocalypſim[& Angelo [e] eccleſiæ Epheſi ſcribe.[1]]

¶De eodem.

CAP. IX.

Epiſcopo [f] ſcribit, †de cuius manu peccata ſubditorum requirit, ne ſine eius conſenſu, ſubditos iudicare debeat.

¶*In gloſſa ordinaria ſic legitur*, & Angelo,] id eſt, epiſcopo ſcribit: de manu cuius peccata ſubditorum requirit, & ſine cuius conſenſu ſubditos iudicare non præſumit ipſe Ioannes.

Sola enim Romana eccleſia, ſua auctoritate valet iudicare de omnibus: de ea verò nulli iudicare permittitur.

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epiſtola, cuius initium[Propoſueramus.]

¶Apoſtolicæ ſedis iudicium à nemine eſt retractandum.

CAP. X.

2 Patet [g] profectò ſedis Apoſtolicæ (cuius auctoritate maior non eſt) iudicium à nemine fore retractandum: neque cuiquam de eius licere iudicare [h] iudicio: iuxta qđ A Innocentius [i] Papa Ruffo, & cęteris epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis ſcribens ait § Nemo vnquam Apoſtolico culmini (de cuius iudicio non licet retractare) manus obuias audacter intulit [k]: nemo in hoc rebellis extitit, niſi qui de ſe voluit iudicari, § & beatus Papa Gelaſius. [3 Nec de eius iudicio: (id eſt, Romanæ eccleſiæ) canones vnquam præceperunt iudicari: ſentẽtiáque illius conſtituerunt non oportere diſſolui: cuius potius ſequenda decreta mandarunt. §

¶*Caput hoc apud cæteros etiam collectores, multis verbis omiſſis in ſũmam quandam redactum eſt.*

A ¶Innocentius.] *In epiſtola Nicolai, & apud reliquos collectores eſt,* Bonifacius. *Verùm neque in Bonifacij, neque in Innocentij epiſtolis inuentum eſt quod hic affertur. In ea verò epiſtola Nicolaus refert etiam alia quædam ex epiſtola Bonifacij ad epiſcopos per Theſſaliam.*

Item Athanaſius patriarcha Papæ Felici ſecundo.[4]

¶Ab alijs damnatos, vel excommunicatos Apoſtolica ſoluit auctoritas.

CAP. XI.

5 Fvit ſemper veſtræ ſanctę Apoſtolicę ſedi licentia iniuſtè [l] damnatos, vel excommunicatos poteſtatiuè ſua auctoritate reſtituere, & ſua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnauerunt, aut excommunicauerunt, Apoſtolico punire priuilegio: ſicut etiam noſtris, & anterioribus cognouimus actum temporibus.

Item ibidem paulò inferius.

¶De eodem.

CAP. XII.

6 Antiquis regulis ſancitum †eſt, vt quidquid [m] (quamuis in remotis, aut in longinquo poſitis prouincijs) ſuper epiſcoporum querelis, aut accuſationibus ageretur, non prius tractandum, vel accipiendum eſſet, quàm ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet deductum, vt huius auctoritate iuxtà A quod fuiſſet faciendum, pronuntiatio infirmaretur, aut firmaretur.

A ¶ Iuxtà quod.] *Iuo legit,* iuxta quod fuiſſet pronuntiatio, infirmaretur, aut firmaretur. *In corpore conciliorum,* iuſta quæ fuiſſet pronuntiatio, &c.

Item Innocentius Papa.[7]

¶Prima ſedes nullius iudicio ſubiaceat.

CAP. XIII.

8 Nemo [n] iudicabit primã

Decre. ij. Pars.

Patet.] Casvs. Dicitur in hoc capit. quòd nullus debet tractare vel iudicare de iudicio ſe. Apoſtol. quia firmum debet eſſe quod ipſa iudicat. Et hoc probat Nicolaus duobus exemplis, ſ. Inno. & Gelaſij.

g ¶*Patet.*] Ab hoc loco vſque in finẽ agitur de excellentia Papæ. & omnia capitula quaſi idem dicunt.

h ¶*Iudicare.*] nam talis crimen ſacrilegij incurrit, vt 17. quæſt. 4. §. qui autem.

i ¶*Innocentius.*] "Familiaris eſt hæc probatio, quòd vnus Papa inducit alium in teſtem: ſed hoc ideo, ꝗa de ipſorum teſtimonio non eſt dubitandum [c]: ſicut Dominus mala Sodomæ per Angelos probauit. 2. quæſtio. 1. Deus.

k ¶*Intulit.*] Qui manus intulit præpoſito, vel contumax eſt erga ducem, vel præſidem, capite punitur. ff. de re milita. l. omne. §. primo & ſecundo, irreuerens miles, & contumelia parentis capite punitur. 86. diſtinctio. non ſatis. in fine.

Fvit.] Casvs. Dicitur in hoc ꝙ ſemper fuit licentia ſedi Apoſto. iniuſtè damnatos, vel excommunicatos reſtituere, & eos qui iniuſtè damnant, vel excõmunicant punire.

l ¶*Iniuſtè.*] & iuſtè. 35. q. 9. Gregorius.

Antiquis.] Casvs. In regulis antiquis fuit conſtitutum, vt ſiue in prouincia remota ſiue in vicina quis appellet in cauſa ciuili vel criminali, nihil debeat innouari antequam cauſa ad Apoſtolicum deferatur, vt per ipſum ſententia confirmetur, vel infirmetur. Sequen. c. patet.

m ¶*Vt quidquid.*] i. vt ſi appellatur Romam, vel à remotis, vel à vicinis partibus: nil attentaretur ante ſententiã Papæ. ſupra diſtinc. 17. multis.

n Nemo.] Niſi ſe alicuius iudicio ſubmittat, vt 2. quæſtio. 7. nos ſi. & in cauſa hęreſis. 40. diſtinctio. ſi Papa. " & cum ſubmittit ſe cõfeſſori ſuo, tenetur ei parere: & ligabit eum ſententia illius. Argumen. contra eſt quod dicitur de dedicatione eccleſiarũ, extr. de pœniten. & remiſ. quod autem. Item cum Papa peccat, põt eius

"Papa Papã inducit in teſtem.

c Ad hoc 8. q. 3. talia.

4 in tomis concil.

5 Iuo p. 5. c. 15.

6 Iuo ibid.

† al. cenſitum

"Papa confeſſori ſuo parere dẽt.

7 Siluester ĩ cõcil. Roma no. c. 20.

8 Pol. l. 1. tit. 16. Deuſde. p. 3. Anſ. l. j. c. 19. & l. 4. c. 39. Pan. l. 4. c. 5.

eius peccatum etiam eccleſiæ denuntiari ſecundum admonitionem Euangelij, vt s.2.q.1.ſi peccauerit. hoc determinaui 40.diſt. ſi Papa.

a ¶*Neque ab omni clero.*] Arg. quod concilium non poteſt Papam iudicare, vt ext.de ele.ſignificaſti. vnde ſi totus mundus ſententiaret in aliquo negotio contra Papam, videtur quod ſententiæ Papæ ſtandum eſſet, vt 24.q.1. hæc eſt fides. arg. contra: quia orbis maior eſt vrbe. 93.diſt.legimus.

A*liorum.*] Casvs. Quæſitum fuit à Symmacho vtrum cauſa ſedis Apoſt. poſſit ab homine iudicari. Qui reſpondet, dicens quòd Deus aliorũ cauſas voluit per homines terminari: ſed Romanum Pontificem ſuo examini reſeruauit: apud quẽ non habebit aliquis de allegationis nitore ſubſidium: quia idem, ſcilicet Deus erit iudex & teſtis. ſed alij omnes à Papa iudicantur, cui per Petrum datæ ſunt claues ligandi & ſoluendi: cum ipſe ſit caput omnium, & auxilium omnium, vt dicitur per Eſaiam prophetam. Seq. duo ca. plana ſunt.

1 in lib. Ennodij.

2 Poly. ibid. Anſ. l. 1. c. 24. Iuo p.5. c.10. Pan. l. 4. c.8.

† al. præſulem.

† al. de inquiſitoribus.

b ¶*Formidinem.*] " imo ſiue venia debet puniri, ſicut diabolus, qui maximus comparatione aliorum creatus eſt, vt j.de pœ. di.2. principium.

" Papa delinquẽs, debet ſine venia puniri.

Matth.16.

c ¶*Replicabo.*] hoc eſt dicere, cum ipſe ſit maior omnibus, grauius punitur cum peccat. 11. q.3. præcipuè.

d ¶*Sanctorum.*] id eſt, in ſanctis concilijs confirmantur.

e ¶ *Prophetam.*] Eſaiam.

f ¶*Si hæc humiliatur.*] de arca[a] fœderis loquitur propheta quam Iudæi ferebant ad bella.

a De iſta hr̃ s.32.di.§.ecce.2.q.7.§.d̃ his etiã.24. q.j.qa. ĩ qua ſignificabitur ſedes Romana.

Eſa.10.

g F*Acta.*] ¶*Corrumpunt.*] s.6. qu.1. ex merito. & ca. deteriores.

h I*Pſi ſunt canones.*] ſicut Imperator eſt lex animata in terris, vt in auth. de conſulibus. in fi. coll.4.

C*Uncta.*] Casvs. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod eccleſia Romana de omnibus iudicat: ipſa verò à nemine iudicatur.

3 Poly. ibid. Anſ. l. j. ca. 53. s.6. q. j. c.10. ex merito. cũ ſeq.

ſedem iuſtitiam[A] temperare deſiderantem. Neque enim ab Auguſto, neque[a] ab omni clero, neque à regibus, neque à populo iudex iudicabitur.

¶*In omnibus vetuſtis Gratiani exẽplaribus citatur ex Innocentio. Sed ferè eadem habentur in concilio Romano ſub Silueſtro, c.20. & ex ipſo citant indicati collectores.*

A ¶Iuſtitiam temperare deſiderantem.] *Sic etiam in Pannormia ex Silueſtro. Sed in vulgata concilij editione eſt*, quoniam omnes ſedes à prima ſede iuſtitiam deſiderant tẽperari.

Item Symmachus Papa.[1]

¶ De eodem.

CAP. XIIII.

2 ALiorum hominum cauſas Deus voluit homines terminare, ſed ſedis iſtius præſulis† ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio. Voluit beati Petri Apoſt. ſucceſſores cælo tantùm debere innocentiam, & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagini inuiolatam exhibere conſcientiam. Nolite æſtimare eas animas inquiſitionis† non habere formidinem[b], quas Deus præ cæteris ſuo reſeruauit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore ſubſidium, quando ipſorum factorum vtitur eo teſte, quo iudice. Dicas forſitan, omnium animarum talis erit in illa diſceptatione conditio: replicabo[c], vni dictum, § Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cęlis. § Et rurſus ſanctorum[d] voce patet, Pontificum dignitatem ſedis eius, factam toto orbe venerabilem: dum illi, quidquid fidelium eſt vbique, ſubmittitur: dum totius corporis caput eſſe deſignatur. De hac mihi videtur dictum per prophetam.[e] § Si hæc humiliatur[f], ad cuius confugietis auxiliũ? & vbi relinquetis gloriam veſtram?

Item Anterus Papa ad epiſcopos prouinciarum Bæticæ, & Toletanæ.

¶De eodem.

CAP. XV.

3 FActa ſubditorum iudicantur à nobis: noſtra verò iudicat Deus. *& infrà.*

¶ Deteriores ſunt qui vitam, moreſque bonorum corrumpunt[g], his, qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt.

Item Gelaſius Papa ad Fauſtum legatum.[4]

¶De eodem.

CAP. XVI.

5 IPſi ſunt canones[h], qui appellationes totius eccleſiæ ad huius ſedis examen voluere deferri. Ab ipſa verò nuſquam prorſus appellari debere ſanxerunt: ac per hoc illam de tota eccleſia iudicare, ipſam ad nullius commeare iudicium: 6 nec de eius vnquam præceperunt iudicio iudicari, ſententiamque illius conſtituerunt non oportere diſſolui, cuius potius decreta ſequenda mandarunt.

Idem omnibus epiſcopis.[7]

¶ De eodem.

CAP. XVII.

j CVncta per mundum nouit eccleſia, quòd ſacroſancta Romana eccleſia fas de omnibus habeat iudicandi: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. 8 Siquidem ad illam de qualibet[i] mundi parte appellandum eſt: ab illa autem nemo[k] eſt appellare permiſſus. ¶Sed nec illa pręterimus, quòd Apoſtolica ſedes ſine vlla ſynodo præcedente, & ſoluendi, quos ſynodus iniquè damnauerat, & damnandi, nulla exiſtente ſynodo, quos oportuit, habuit facultatem: & hoc nimirum pro ſuo principatu, quem beatus Petrus Apoſtolus Domini voce & tenuit ſemper, & tenebit.

8 Poly. l. j. ti. 8. Anſ. l. 1. c. 47. & l. 2. ca. 16. & 24. Pan. l. 4. c. 9.

¶*Omnia, quæ in hoc capite leguntur, habentur in epiſtola Gelaſij ad epiſcopos per Dardaniam: ſed non eodem ordine compoſita. Caput autem ſequens, in quo multa huius ipſius capitis verba continentur, in eadem epiſtola eodem prorſus modo habetur. Itaque fieri poteſt, vt ex alia epiſtola caput hoc ſumptum ſit, quæ non extet, aut Gratianus hæc duo tanquam diuerſa capitula referat, quòd apud antiquiores etiam collectores diſtincta repererit. In epiſtola etiam Nicolai ad epiſcopos Galliæ, quæ nuper eſt impreſſa in appendice bibliothecæ, hoc citatur ex Gelaſio.*

Idem epiſcopis per Dardaniam conſtitutis.

¶ De eodem.

CAP. XVIII.

ij CVncta per mundum nouit eccleſia, quoniam quorumlibet ſententijs ligata Pontificum, ſedes beati Petri Apoſtoli ius habeat reſoluendi, vtpote, quæ de omni eccleſia fas habeat iudicandi, &c.

Item Sixtus Papa ſecundus Hiſpanorum epiſcopis, epiſto.2. capitu.4.

¶ De

Item quòd ad Papam de omni parte mundi appellatur: ab eo verò nullus appellat. In ſecunda parte dicitur, quod eccleſia Romana ſemper habuit poteſtatem & habebit quoslibet abſoluere & damnare nulla ſynodo congregata. Secunda pars incipit ibi, *Sed nec illa.* Seq.c. planum eſt.

4 Nicolaus ad Michaelem, epiſt.7.

i ¶*De qualibet.*] Ergo à legato appellatur, vt ext. de ſent. & re iu. c. vlt. & ext. de offi. le. licet. Sed nunquid à laico appellatur ad Papam? Non, niſi in his quæ ſpectant ad iuriſdictionem eccleſię, vt ext. de app. ſi duobus.

5 Anſ. l. 2. c. 56. Iuo p.5. c.9.

k ¶*Nemo.*] A principe enim & à ſenatu appellari non valet, vt ff. à quib. appel. non lic. l.1.

6 s.e. patet in fi.

Fratres.

7 in epiſto. ad epos per Dardaniam conſtitutos.

¶De eodem.

CAP. XIX.

1 FRatres, quos timore terreno iniuſtè damnaſtis, ſcitote à nobis iuſtè eſſe reſtitutos, quibus ex ſancti Petri & Apoſtolica auctoritate omnia, quæ eis ablata ſunt, integerrimè reddi præcipimus, ſi non vultis & vos, & principes veſtri à collegio noſtro, & mēbris eccleſiæ ſeparari.

1 Anſ.l. 2.c. 25. Poly. l. 2.ti.8.Bur.l. 1.c.192.Iuo p.5.c.247.

Item Stephanus epiſcopus Gualberto Patriarchæ.

¶Cuiuslibet eccleſiæ clericos Papa valet ordinare.

CAP. XX.

2 NVnc verò iteratò tibi ſcribimus, nolentes alicuius eccleſiæ priuilegium [a] infringere, licet Apoſtolica prærogatiua poſſimus de qualibet eccleſia clericum ordinare: deſine iam cuiuſpiam zelo Cumenſis A eccleſiæ antiſtitem protelare: quia ſi protelaueris, & eum conſecrare iam toties monitus non maturaueris, proculdubio ad nos veniens, conſecratus abibit.

2 Anſ.l.6.c. 31.Iuo p. 5. c.13.

A ¶Cumenſis.] *Sic etiam Anſelmus, ſed apud Iuonem plenius*: Deſine iam cuiuſpiam zelo electum à clero, & expetitum à populo Lintuardum Cumenſis eccleſiæ antiſtitem protelare.

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epiſtola, cuius initiū [Propoſueramus.]

¶De eodem.

CAP. XXI.

3 PEr principalem [b] beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, de qua ſupra partim expoſuimus, poteſtatem, ius habemus, non ſolùm monachos, verùm etiam quoslibet clericos de quacunque diœceſi, cum neceſſe fuerit, ad nos [c] conuocare, atque eccleſiaſticis exigentibus opportunitatibus inuitare.

3 ſ. 1.q.1. Anſ.l. 1. ca. 72.& l. 2.c. 14.

Sed aliud eſt, quod ex temeritate aſſumitur præſumptionis: aliud qđ ex neceſſitate geritur charitatis. Cū ſuffraganei Archiepiſcoporum, ſubditis ſuis ad malū fauere cœperint, atque circa eorum correctiones, negligentes [d] extiterint, tunc licet metropolitanis præter illorum voluntatem, & ligandos damnare, & reconciliandos abſoluere. Cum verò epiſcopi zelo diuinę charitatis accenſi; bonos verbo & exemplo ædificant, & malorum vitia aſpera increpatione redarguunt: abſque talium conſilio non licet metropolitanis in eorum parochia aliquid agere, vel diſponere. Unde in fine capituli Martini Papæ non ſimpliciter dictū eſt [4] [nihil agat] ſed cum determinatione [nil præſumptiuè aſſumat abſque eorum conſilio] vt vitium præſumptionis videatur improbatum, non officium charitatis.[5] Sic & Apoſtolus, quia Corinthios vidit negligentes circa correctionem fornicatoris, ſua auctoritate illum damnauit.[6] Ioannes verò, quia epiſcopum Epheſiorū vidit paratum ad corrigenda vitia ſubditorum, ſine eius auctoritate illos corrigere noluit: ſed illum tantùm de eorū correctione admonuit.

4 ſ.e. per ſingulas.1.

5 ſ.cū ſimus §.probatur.

6 ſ.epiſcopo

CAVSA X.

QVidam laicus [e] baſilicam à ſe factam à diœceſana lege ſegregare quærit: epiſcopus eccleſiam cum omni dote ſua ad ſuam diſpoſitionem pertinere contendit: tandem euincit epiſcopus, & per parochias militibus comitatus crudeliter deſæuit: quæ eccleſię ſunt, tanquam ſibi debita, vſurpare contendit.

1 *Modò primum quæritur, an baſilica cum omni dote ſua ad epiſcopi ordinationem pertineat.*

2 *Secundò, an res eccleſiarum epiſcopis vſurpare liceat.*

3 *Tertiò, quid nomine cathedratici à ſuis ſacerdotibus exigere valeat.*

QVAESTIO I.

1 ps DE prima quæſtione ſic definitur in concilio Ilerdenſi, c.3.

FRatres.] CASVS. Epiſcopi Hiſpaniæ auctoritate regum quoſdam iniuſtè damnauerant, quos Sixtus papa reſtituit, & præcepit epiſcopis, vt omnia eis integrè reddant, niſi ipſi & principes eorum velint ab eccleſia ſeparari.

NVnc verò.] CASVS. Gualbertus patriarcha antiſtitem Cumenſis eccleſiæ conſecrare nolebat, ſed Stephanus ſcripſit ei vt eum conſecraret, & quia eum adhuc nō conſecrabat, iterum ſcribit ei præcipiens vt eum debeat conſecrare: & ſi non fecerit, dicit quòd ſi Romam venerit, conſecrabit eum.

a ¶Priuilegium.] Reſcriptum Apoſtolicum ſic interpretaberis, vt nulli afferat præiudicium, vt hic. & extra de conſuet. cum olim. in fin. 63. diſt. quanto. ſic 99. di. ecce. C. de eman. nec auus.[a]

a Ad idē 85. di. c. 1. in fi. vbi de hoc, & 25. qō. 2. ſeruatis. in prin. ibi videas.

PEr principalem.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd Apoſtolicus habet poteſtatem de qualibet parte mundi monachos, vel clericos ſeculares ad ſe vocare, & opportunitatibus exigentibus inuitare ad ordinem, vel dignitatem, vel officium aliquod.

b ¶Per principalem.] Hoc c. eſt ſ. 1. q. 1. c. per principalem. poſt principium.

c ¶Ad nos.] ſicut Papa priuat aliquem clerico ſuo, eadem ratione poteſt Imperator aliquem priuare ſeruo ſuo. C. qui. ex cau. ſer. pro præ. lib. accipi. l. 1. Item alicui poteſt rem ſuam auferre, vt C. de quadr. præ. bene. "Similiter auferre poteſt & Papa beneficiū. 19. diſt. in memoriam. Itē poteſt alicui auferre ius præſentandi, etiam legatus Papæ, vt ext. de off. leg. dilectus. & ext. de conceſ. præb. & eccl. non vac. quia diuerſitatem. & epiſcopum deponere[s]. Sed nunquid omnes ſimul? Non, quia ſic vniuerſalem eccleſiam turbaret, quod eſſe non debet. 1. q. 7. & ſi illa.

" Beneficiū pōt auferre Papa.

SED ALIVD. CASVS. ſ. probauit Grat. quòd archiepiſcopus poteſt iudicare parochianum ſui ſuffraganei eo inconſulto: poſtea probauit contrarium. Nunc autem ſoluit dicens, quòd quando ſuffraganei fauent ſubditis ſuis ad malum, & circa eos ſunt negligentes in corrigendo, poteſt tunc archiepiſcopus ſoluere, vel ligare inuitis ſuffraganeis. quando verò ſunt ſoliciti circa ſubiectos, non poteſt tunc eis inconſultis. Et hanc ſolutionem probat auctoritate Martini & duobus exemplis, ſcilicet Pauli & Ioan.

"plato negligenti auferatur iuriſdictio.

d ¶Negligentes.] "Magiſter dicit, quòd quàm cito negligens eſt prælatus in corrigendo, ſine omni admonitione auferetur ei iudicium [b] vel iuriſdictio. ſic ſ. ea. cum ſimus. ſic extra de accu. ſicut olim. & ex eo quòd non vult iudex procedere, videtur quòd ſtatim expirauit ſua poteſtas, vt ext. de off. del. cū ſuper. & C. de app. ex eo. & C. de offic. præfe. orien. ſi quos. & ext. de fo. comp. ex tranſmiſſa. Arg. contra. ſ. ea. nunc verò. & ext. de ſtat. monach. in ſingulis.

b Sed Hug. intelligit poſt admonitionem.

QVidā laicus.] CASVS. In ſuperiori cā dictum eſt quid iuris habet archiepiſcopus ſuper ſuffraganeis ſuis. Nunc verò ſupponit x. cauſam, in qua oſtendit Grat. quid iuris habeat epiſcopus in eccleſiis ſui epiſcopatus. Et vt hoc competentius agat, ꝓponit thema, de quo tres elicit quæſtiones.

e ¶Quidam laicus.] "Lex diœceſana conſiſtit in recipiendo vel cathedraticum, vel tertiam partem decimarum, vel quartam, vel hoſpitium. Lex iuriſdictionis, conſiſtit in conferendo. pōt enim conferre ſacramenta, coercere delicta, & cauſis cognoſcere. Quandoque lex diœceſana cōprehendit etiam legē iuriſdictionis, vt extra de præſcr. auditis. quātum ad legem iuriſdictionis ſubſunt epiſcopo & eccleſiæ, & monaſteria omnia. 18. q. 2. hoc tantùm. & ca. monaſteria. & ca. cognouimus. & 16. q. 1. interdicimus. quantum ad legem diœceſanam ſolæ ſeculares, vt ĩ. ea. de his. & ca. antiquos. 2. q. 2. ſtatuimus. ſed regulares eccleſiæ vel monaſteria non, vt hic, & c. 1. & 16. quæſt. 1. cum pro vtilitate. & 18. q. 2. quā ſit neceſſarium cathedraticum enim non ſoluunt. ĩ. ea. q. 3. inter cætera. nec partem decimarum. 16. q. 1. cum pro vtilitate. c. quæſti. & c. decimas. nec epm ad miſſas publicas recipiunt. 18. q. 2. luminoſo. & c. duduin. præſtāt tñ ſeruitium epo, vel ex prima inſtitutione, vt 18. q. 2. Eleutherius. vel ēt rōne viſitationis, vt ext. de præſcrip. cum ex officij. vel quod debetur ex conſuetudine, vt 18. q. 2. ſeruitium. Capellæ verò monachorum ſubſunt epo quantum ad vtranq; legem. 16. q. 2. ſanè. & ext. de priui. cum & plantare §. in eccleſijs. niſi pleno iure fuerint monaſterijs collatæ. ſed de hoc dicemus 16. q. 2. in princ.

"lex diœceſana & iuriſdictionis in quibus conſiſtunt.

DE prima quæſtione.] Hæc q. diuidit in quatuor partes, in quarū prima probat magiſter per x. aucto. ꝙ eccleſia cum oībus ſuis rebus dēt eſſe ſub ptāte epi, & de rebus eccleſię, ſ. decimis, & primitijs, & de talibus debet epiſcopus habere tertiam vel quartam, vel

¶Baſilica, quæ conſecratur, à diœceſana lege non ſegregatur.

CAP. I.

SI ex laicis quiſpiam à ſe factam baſilicam conſecrari deſiderat, nequaquam eam ſub monaſterij [a] ſpecie vbi cõgregatio [b] non colligitur A, à diœceſana lege audeat ſegregare.

A ¶Colligitur.] *In concilio impreſſo, ac manuſcripto ſequitur*, vel regula ab epiſcopo non conſtituitur.

Item ex concilio Toletano 3. capitu. 19. [1]

1 Et in Vvormaci. c. 5. & 55. & in Mogũt. ſub Arnulpho c. 4. ĩ Troſl. c. 6.

¶Eccleſiæ cum dotibus ſuis in epiſcopi proteſtate conſiſtant.

CAP. II.

2 SIc quidam contra omnẽ † auctoritatem eccleſias, quas ædificauerint, poſtulant conſecrari, vt dotem, quam eidem eccleſiæ contulerint, cenſeant ad epiſcopi ordinationem non pertinere. [c] Quod factum taliter A in præterito corrigatur, vt & in futuro, ne fiat, prohibeatur: ſed omnia ſecũdum conſtitutionem antiquam ad epiſcopi [d] ordinationem, & poteſtatem pertineant.

2 Bur. l. 3. c. 20. Iuo p. 3. c. 23. Pann. l. 2. c. 12.

† al. canonum

A ¶Taliter.] *Sic eſt in antiquioribus editionibus, & duobus Vaticanis conciliorum codicibus: ſed in Colonienſi quatuor tomorum editione, & in codice Lucenſi Regio, & in cõcilio Vvormacienſi, & Moguntino, & in Pannormia hoc modo*, quod factum, & in præteritum diſplicet, & in futuro prohibetur.

Item ex concilio 2. Cabilonenſi.

¶Eccleſiæ, & omnia iura earum ad ordinationem epiſcopi pertinent.

CAP. III.

3 DEcretum eſt, vt omnes eccleſiæ cum dotibus [e] ſuis, & decimis, & omnibus ſuis A, in epiſcopi poteſtate cõſiſtant, atque ad ordinationẽ ſuam ſemper pertineant.

3 Burc. l. 3. c. 146. Iuo p. 3 c. 211.

A ¶Suis.] *In vulgatis ſequebatur*, iuribus, *quæ vox abeſt ab omnibus collatis manuſcriptis. Apud Iuonẽ, & Burchardum eſt*, omnibus rebus ſuis.

Item Leo Papa quartus in epiſt. ad epiſcopos Britanniæ, c. 2.

¶Vnaquæque parochia, epiſcopi prouiſione regatur.

CAP. IIII.

REgenda eſt vnaquæque parochia ſub prouiſione, ac tuitione epiſcopi per ſacerdotes, vel cæteros clericos, quos ipſe cum Dei timore prouiderit, cui iure pertinere videtur, & circumire, vt ſibi neceſſarium viſum fuerit eccleſiaſtica vtilitate cogente.

Item ex concilio Antiocheno, capitu. 24.

¶Iudicio, & poteſtate epiſcopi res eccleſiaſticę gubernentur.

CAP. V.

4 QVæcunque A res eccleſiæ ſunt, cõuenit cum omni diligentia, & bona fide, quæ Deo debetur, qui omnia prouidet, atque iudicat, gubernari, & diſpẽſari cum iudicio & poteſtate epiſcopi, cui totius plebis animæ [f] videntur eſſe commiſſæ.

4 12. q. 1. p̃cipimus.] ex can. Apo. 41

A ¶Quæcunque.] *Græcè ſignificantius*, τὰ τῆς ἐκκλησίας, τῇ ἐκκλησίᾳ φυλάττεσθαι δεῖν καλῶς ἔχειν. *id eſt*, rectè habet, quæ eccleſiæ ſunt, ipſi eccleſię ſeruari oportere.

Item ex concilio Toletano 4. c. 32.

¶Baſilicarum conditores in rebus eccleſiarum nullam poteſtatem ſe habere cognoſcant.

CAP. VI.

5 NOuerint conditores baſilicarum, in rebus, quas eiſdem eccleſijs cõferunt, nullam [g] ſe poteſtatẽ habere: ſed iuxtà canonum inſtituta, ſicut

5 Pol. l. 3. tit. 12. Bur. l. 3. c. 203. Iuo p. 3. c. 255. Pann. l. 2. c. 4.

mediam ſecundum diuerſas conſuetudines. Secunda ibi, *Si autem*. Tertia ibi, *Viſitantes*. Quarta ibi, *Quia ſacerdos*. Ioannes de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, in qua quæritur, an eccleſia cum omni dote ſua pertineat ad diſpoſitionem epiſcopi. Et eſt dicendum quòd omnes eccleſiæ præter monaſteria ſub ſunt epiſcopo quo ad legem diœceſanam, & quo ad legem iuriſdictionis, vt ĩ. ead. q. ferè per totum. & 16. q. 7. omnes baſilicæ. ſed monaſteria exempta ſunt à lege diœceſana, vt ĩ. ead. cap. 1. & quæſt. 3. inter. & 16. quæſt. 1. cũ pro vtilitate. & hoc in fauorẽ religionis. ſed non ſunt exempta à lege iuriſdictionis, vt 16. quæſtio. prima. interdicimus. Idem eſt de capellis monaſteriorum. Eſt autem lex diœceſana qua epiſcopus recipit cathedraticum, [a] tertiam ſcilicet, vel quartam partem decimationum ſecundum diuerſas conſuetudines, & qua vocat clericos ad ſynodum, vel exequias. Lex iuriſdictionis eſt qua epiſcopus poteſt clericos ordinare, altaria & eccleſias & virgines conſecrare, corrigere, ſuſpendere, cognoſcere de cauſis ciuilibus & criminalibus, & generaliter ad ſuam iuriſdictionem pertinet omnia ſacramenta conferre.

a Quod nõ p̃ſcribitur, ſcd̃m id, qđ not. 15. q. 7. quicũque. ĩ gl. 1. in fi.

SI ex laicis.] CASVS. Quidam laicus capellam quandam conſtruxit, & cum peteret eam conſecrari, volebat eam non ſubeſſe epiſcopo quantum ad legem diœceſanam, ſicut nec monaſteria. Quæſitum fuit in concilio Ilerdeñ. an hoc fieri poſſet. Et reſp. quòd non, ſine voluntate epiſcopi.

a ¶Sub monaſterij.] id eſt, quaſi ibi velit monaſterium conſtruere.

b ¶Vbi congregatio.] ſed quot homines faciunt collegium monachorum? Reſpondeo duo, vel tres, vt ext. de ele. c. 1. ſecundum leges, tres. ff. de verb. ſig. Neratius. Sed decem homines faciunt populum, vt 10. q. 3. vnio. ff. vi bo. rap. prætor. §. 1. & decem oues gregem, licet quatuor vel quinque porci gregem faciant. ff. de abigeis, oues. Sed duo non faciunt familiam, vt ff. de ver. ſig. ſi deteſtatio. in fi.

SIc quidam.] CASVS. "Quidã poſtulabant eccleſias, quas ędificauerant ſic conſecrari, vt dos earum ad epiſcopi ordinationem non pertineret. quare quæſitum fuit in concilio Toletano quid ſuper hoc fieri debeat. Et reſpondetur, quòd ſi tale quid factum eſt in præterito, corrigatur, & ſtatuitur vt de cætero non fiat, ſed omnia ſint in poteſtate epiſcopi.

" Eccleſiæ cõcedẽs aliqd an poſſit illud ab epi adminiſtrõe eripere.

c ¶Non pertinere.] hic habes ꝙ contractus tenet, ſed pactũ appoſitum in contractu contra naturam contractus non tenet. ſic ext. de condi. appo. c. 1 & 16. q. 1. ſi quis laicus. & extr. q cle. vel vo. inſinuante. ſic ĩ. de conſe. diſt. 1. ſi quis baſilicã. Sed obijcit, nonne quilibet in traditione rei ſuæ põt ponere legem quã vult, ẽt cum tradit rem eccleſiæ, vt ext. de cõd. app. verũ. 18. q. 2. Eleutherius? Item laicus poteſt prædiũ dare eccleſiæ, & in eo cenſum retinere. 11. q. 1. ſi tributũ. 23. q. vl. tributum. Similiter patronus põt petere ſeruitium quod inſtitutũ eſt ſibi ab ẽpo ante cõſecrationẽ. ext. de iu. pat. c. p̃terea. Quidam dñt, ꝙ hic loquiẽ in eo caſu qñ primò dedit purè, ſed poſtea voluit adijcere cõdõnem, quod non licet, quia perfecta donatio non recipit conditionem, vt C. de do. quæ ſub modo. l. perfecta. & 32. qõ. vlt. c. vnico. in fi. Alij dicunt, ꝙ dos eccleſię ſpectat ad ius publicũ, vt ſ̃. 1. diſt. ius publicum. ſed ius publicum pacto priuatorũ tolli non poteſt. [b] ff. de pact. ius publicum. extra de foro comp. ſi diligenti. Tu breuiter dicas, ꝙ illud pactum eſt contra naturam illius cõtractus, & eſt contra leges. nam ſecundum iura res oẽs eccleſiaſticæ ad ordinationem ẽpi ſpectant, vt ĩ. ca. nouerint. aliàs ſi nõ obuiat honeſtati, vel iuri, licitè põt pactum qđ approbatũ eſt p̃miſſis canonibus apponi, vt in præmiſſis caſib. nam quilibet in traditione rei ſuæ põt apponere legem quam vult. ff. de pac. l. in traditionibus.

b Sub. & ſic ñ ob. l. p̃di. ĩ tradõnib⁹. q̃ loqtur qñ p pcm̃ iuri publico ñ derogatur. ar. ff. đ pact. iuriſgentium. Arch.

d ¶Ad epiſcopi.] in eccleſijs autem monachorum abbati presbyter reſpondebit in temporalibus, epiſcopo in ſpiritualibus, vt 16. q. 2. fane. & extra de ca. mon. in eccleſijs.

DEcretum.] CASVS. Hoc ca. cũ tribus ſequentibus ferè eundem habent caſum, ſcilicet quòd eccleſiæ cũ omnibus ſuis rebus debent eſſe in poteſtate epiſcopi, vt de eis diſponat & ordinet ſecundum quod fuerit diſponendum & ordinandum, viſitando eas tempore opportuno.

e ¶Cum dotibus.] nihil tamen de eis diſponet citra conſenſum prælati, vt ext. de off. ord. cũ ab eccleſiarũ. & ĩ. q. 2. c. pen.

f QVæcunque.] ¶Animæ.] 12. q. 1. præcipimus. ADDITIO. & 18. q. 2. cognouimus.

g NOuerint. ¶Nullam.] ĩ. 17. q. 4. ſunt q. ĩ. 16. q. 7. decernimus. contra. Sed ibi habent poteſtatem tantùm defendendi eccleſias. [c]

c Sub. hoc aũt dicit, ꝙ ñ hñt ptãtẽ dilapidõnis ſcd̃m L. & hic ađ qđ not. 16. q. 7. piæ mẽtis. ĩ gl. vlt. đ cõſ. diſt. j. ſi quis baſilicam.

Debis

ecclesiam, ita & dotem eius ad ordinationem epiſcopi pertinere.

Item ex concilio Aurelianenſi 1. cap.17.

¶De eodem.

CAP. VII.

1Pol.l.3.tit.11.Bur.l.3.c.136.Iuo p.3.c.202.Pan.l.2.c.61.

1 DE his, quæ parochijs in terris, vineis, mancipijs, atque peculijs quicunque fideles obtulerint, antiquorum canonum ſtatuta ſeruentur, vt omnia in epiſcopi poteſtate conſiſtant: De his tamen, quæ altario acceſſerint, tertia [a] pars fideliter epiſcopis deferatur.

Item ex eodem c. 16.

¶De his, quæ altario deferuntur, medietatem ſibi vendicet epiſcopus.

CAP. VIII.

ANtiquos canones relegentes, priora ſtatuta credimus renouãda: vt de his, quæ in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatẽ [b] ſibi epiſcopus vendicet, & medietatem ſibi diſpẽſandam ſecundum gradus clerus accipiat, tam de proprijs prædijs, quàm de omni commoditate in epiſcoporum poteſtate durantibus.

Item ex concilio Toletano.

CASVS. Hic ponitur 3.q. qua quæritur, quid epiſcopus exigere debeat nomine cathedratici.& reſpondet, quòd duos ſolidos, vt j̃.e.illud. præterquàm à monaſterio, vt j̃.ea. inter cętera. hi autem duo ſolidi erunt illius monetæ, quæ frequentatur in regione, vt ff.de leg. 3.nummis. Item procurationes poteſt petere tempore viſitationis, vt s̃.ea.q. 1. relata. Item collectas imponere, vt ext.de cen. cum Apoſtolus. Itẽ præter cathedraticum medietatem, vel tertiam partem oblationum, vt j̃.ea.§.cathedraticum.

nullo modo patiantur ſecundum ſanctum Apoſtolum dicentem ﹛Victu [a], & tegumento, his contenti ſumus.﹜ Si aũt res eccleſiaſticas ẽps in ſuas voluntates vſurpare voluerit, & loca eccleſiæ, & fruct⁹ agrorum nõ, cum presbyterorum vel diaconorum conſilio contaminauerit, † aut fratribus [b], vel filijs, vel quibuſcunq; propinquis ſuis dederit ptãtem, vt per eos latenter lædantur res eccleſiæ: tunc oportet obnoxium eſſe concilio. Sin autem A ẽps, vel qui cum eo ſunt, presbyteri [c], aut diaconi accuſentur, quia ea, quę vel ex reditu, vel ex quolibet actu B eccleſię veniunt, in ſinus ſuos colligunt, & pauperes fraudant, & famę conficiunt, hos corripi oportet, ſecundum ꝙ ordinatum fuerit à ſancto concilio.

A ¶ Sin autem.] *In capitulis habetur,* ſimiliter: *ſed melior videtur lectio duorum vetuſtorum Gratiani codicum,* ſin aliter: *propius enim accedit ad græcam concilij Antiocheni, c.25. vnde hoc ſumptum eſt:* εἰ δὲ καὶ ἄλλως. *id eſt,* ſi autem & aliter, *vt* j̃.12.*q*.1.*c*. epiſcopus.

B ¶[Actu.] *Hæc vox in ſimili re habetur.inf.12.q. 2. Vulteranæ.* Vulteranæ eccleſiæ actus, vel patrimoniũ, *græcè eſt,* ἢ καὶ ἐξ ἑτέρας προφάσεως ἐκκλησιαστικῆς. *id eſt,* vel etiã ex qualibet alia cauſa, & occaſione eccleſiaſtica.

4 *Si verò* [d] *contra hanc prohibitionem, aliquam † de rebus eccleſiæ epiſcopum uendere contigerit, & res ipſa eccleſiæ reſtauranda, & ipſe gradu ſuo deijciendus decernitur.*

Vnde in eodem concilio Martini Papæ, c.14.legitur. [1]

¶ De epiſcopo, qui nulla neceſſitate res eccleſiæ vendit.

CAP. VIII.

2 SI quis ẽps nulla eccleſiaſticæ rõnis neceſſitate cõpulſus, in clero A ſuo, aut vbi fortè non eſt [e] presbyter, de rebus eccleſiaſticis aliquid præſumpſerit vendere, & res ipſas eccleſiæ propriæ reſtaurare cogatur, & in iudicio ẽporum deijciatur auditus, & B cõuictus, & tã quã furti, aut latrocinij reus ſuo priuet̃ honore. [f]

A ¶[In clero ſuo.] *In codice Lucenſi regio legitur,* inſcio clero.

B ¶[Et conuictus.] *hę duæ voces non ſunt in capitulo Martini, neque apud Burchardum, neque apud Iuonem parte tertia. Parte autem quinta abeſt prætereà vox,* auditus. *vetuſtis tamen omnibus Gratiani codicibus conuenit cum vulgatis.*

QVÆSTIO III.

1 QVid verò [g] *nomine cathedratici epiſcopus exigere debeat, in ſecundo concilio Bracharenſi, capitulo ſecundo legitur.*

¶ Præter honorem cathedratici nihil epiſcopus per diœceſes exigat.

CAP. I.

PLacuit, vt nullus epiſcoporum per ſuas diœceſes ambulans, pręter honorem cathedræ ſuæ, id eſt duos ſolidos [h], aliud aliquid per eccleſias tollat: neqne tertiam [i] partem ex quacunque oblatione populi in eccleſijs parochialibus requirat: ſed illa tertia pars pro luminaribus eccleſiæ, vel reparatione ſeruetur, & ſingulis annis epiſcopo inde ratio fiat [k]. Nam ſi tertiam partem illam ẽps tollat, lumen, & ſarta tecta abſtulit eccleſiæ. Similiter & parochiales clerici ſeruili more in aliquibus operibus epiſcopo † ſeruire non cogantur: quia ſcriptum eſt ﹛ Neque vt dominantes in clero. ﹜

Item ex concilio Emeritenſi, capitu.16.

¶ Baſilicarum reparationi proficiat tertia, quam epiſcopus accipere conſueuerat.

CAP. II.

PRiſcis quidem † canonibus erat decretum, vt ẽps de parochianis † eccleſijs tertiã [l] conſequeretur †, cui ſua pleniſſimè ſufficere A poſſunt. Placuit huic ſancto concilio, vt nullus prouinciæ Luſitanæ ẽps ſentẽtiæ huius terminum excedat, nec à qualibet parochiana eccleſia tertiam auferre præſumat: ſed quæ B exinde conſequi poterat, totum in reparatione ipſarum baſilicarũ proficiat.

¶ *Caput hoc in codicibus Gratiani etiam manuſcriptis corruptè citabatur ex concilio Merech. Eſt autem in Emeritenſi, capitu. 16. cuius concilij duo exemplaria ad S. D. N.*

g ¶[*Quid verò.*] " duos ſolidos à qualibet eccleſia poteſt epiſcopus petere [c] nomine cathedratici præterquã à monaſterio, vt j̃.e.inter. poteſt tamẽ in neceſſitate à clericis collectã petere. ext.de cenſi.cũ Apoſtolus. appellatur etiã quãdoque ſynodaticũ, vt extr. de cen. olim. quoniã frequẽter in ſynodo dantur. iſti autẽ denarij erunt ſecundũ communem monetã regionis, vt ff.de le.3.nũmis. & ſi plures monetæ ſunt fortè, meliores dabuntur.ext.de iureiur. quanto. in fi. vel ſaltem mediocres, vt ex.de cen. ex parte. Itẽ præter cathedraticũ poteſt epiſcopus petere moderatam procurationem, vt j̃.e.inter.

" cathedratici noĩe qđ exigẽdũ eſt

c đ hoc no. extr.de off. ord.cõquerente. ibi videas.

PLacuit.] CASVS. Tria prohibentur in hoc c. ſcilicet, quòd epiſcopus nihil debet tollere à parochialibus eccleſijs præter duos ſolidos nomine cathedratici, neque tertiam partem oblationum, tollat: ſed reſeruetur reparationi eccleſiæ: neque cogat clericos ſibi in aliquibus operibus ſeruili more ſeruire, quia legitur in epiſtola Petri prima, neque vt dominantes, &c.

† al. epiſcopi.

1.Petr.5.

h ¶[*Duos ſolidos.*] ad plus. [d] minus enim quãdoque datur, vt extrà de cen.olim. & j̃.e. nec numerus. Et fortè ſolidus hic appellatur aureus, vt C. de ſportu. l. 2.& inſti.de pœ.tem.litig.in fin.

d j̃.ea.inter cętera. ſic ext.đ of.or. cõquerẽte. vbi not.quare dicatur cathedraticum, & quare ſynodaticum.

i ¶[*Tertiam.*] s̃.ea. q.1. de his. & cap. decreuimus. contra. j̃. 12.q. 3. c.vl. & j̃.e.vnio. Sol. tertiam habet, cum vult hoc onus fabricæ ſubire.

† al. quippe

† al. parochitanis

† al. ſequeretur] Ori.

k ¶[*Epiſcopo inde ratio fiat.*] per archidiaconũ de reditibus & poſſeſſionibus eccleſiæ, vt 25.diſt.perlectis.

PRiſcis.] CASVS. Antiquitus epiſcopus tollebat tertiam de parochianis eccleſijs, cui etiam ſuæ pleniſſimè ſufficiebant, & ideò ſtatutum fuit in concilio Emeritenſi, vt nullus ẽps Luſitanæ ꝓuinciæ cui ſua ſufficiãt, illã tertiã auferre p̃ſumat: ſed relinquat reparationi eccleſiæ.

l ¶[*Tertiam.*] Põt hoc intelligi de tertia, q̃ debetur ipſi fabricę. Alij dñt de tertia illa, quæ debetur ipſi epo, vt illam non debeat

Gregorium XIII. miſſa ſunt. Huius concilij.& capitis meminit Innocẽtius tertius *in epiſtolis Romæ impreſſis, lib.2. epiſtola Petro Compoſtellano ſcripta, his verbis.* Emeritenſe verò concilium authenticum eſſe multis rationibus aſtruebas, tũ quia cum alijs concilijs continetur in libro, qui corpus canonum appellatur, quem Alexander Papa per interlocutorem authenticum comprobauit: tum quia de ipſo concilio ſumptum eſt caput. [Priſcis quidem canonibus.] quod continetur in corpore Decretorum.

A ¶ Sufficere poſſunt.] *Sublata eſt negatio, quæ erat in vulgatis, quoniam & ab vtroque exemplari concilij, & à vetuſtis Gratiani codicib. abeſt: & hoc modo magis conuenit cum ratione legis.*

B ¶ Sed quæ exinde.] *In exemplaribus concilij legitur.* Sed quæq; exinde conſequi potuerat, totũ in reparatione ipſarũ baſilicarũ proficiat.

Item ex concilio Toletano.16.c.4.

¶ Non accipiant epiſcopi tertiam partem, niſi dirutas eccleſias reparare voluerint.

C A P. III.

VNio noſtræ congregationis † decernit, atque inſtituit, vt tertias [a], quas antiqui canones de parochijs ſuis habendas epiſcopi cenſuerũt, ſi eas exigendas crediderint, ab ipſis epiſcopis dirutæ eccleſiæ reparentur. Sin verò eas maluerint cedere, ab earundem eccleſiarum cultoribus ſub cura & ſolicitudine ſui pontificis, reparatio eiſdem eſt adhibenda baſilicis. Quòd ſi omnes eccleſiæ aut incolumes fuerint, aut quæ dirutæ erant, reparatæ extiterint, ſecundum antiquorum canonũ inſtituta, ſi tertias ſibi debitas vnuſquiſq; epiſcopus aſſequi voluerit, facultas illi omnimoda [b] erit: ita videlicet, vt citra ipſas tertias nullus epiſcoporum quidpiam pro regijs [c] inquiſitionibus à parochianis † eccleſijs exigat, nihilque de prędijs ipſarum eccleſiarum cuiquam cauſa ſtipendij dare prę ſumat. ¶ Sed & hoc neceſſariò inſtituendum deligimus, vt plures eccleſiæ vni nequaquã committantur [d] presbytero: quia ſolus per totas eccclesias nec officium valet perſoluere, nec populis ſacerdotali iure occurrere, ſed nec rebus earũ neceſſariam curam impendere: ea ſcilicet ratione, vt eccleſia, quæ vſque ad decẽ habuerit mancipia, ſuper ſe habeat ſacerdotem; quæ verò minus decem mancipia [e] habuerit, alijs coniungatur eccleſijs. Si quis ſanè epiſcoporum hanc noſtram conſtitutionem paruipenderit, ſpatijs duorum mẽſium ſe nouerit excommunicatione mulctari. A

† al. adunationis.

† al. parochitanis.

¶ *Caput hoc eſt pars quarti canonis concilij 16. Toletani, cuius duo exẽplaria miſſa ſunt ex Hiſpania: ex quibus nonnulla ſunt in hoc capite emẽdata, & addita, Habitum verò eſt concilium hoc Aera DCCXXXI. cum illud Emeriteſe habitum fuerit Aera DCCIV.*

A ¶ Mulctari.] *In concilio ſequitur,* ita nempe, vt poſtquàm ab excommunicationis interdicto ad ordinis ſui remeauerit locum, cunctas huius canonis ſanctiones modis omnibus ſtudeat adimplere.

Item Pelagius Creſconio illuſtri.

¶ De eodem.

C A P. IIII.

1 ILlud te volumus modis omnibus cuſtodire, ne q; epiſcoporum Siciliæ de parochijs ad ſe pertinentibus nomine cathedratici amplius q̃ duos ſolidos præſumãt accipere, neque compellere presbyteros, aut clericum parochiarum ſuarum ſupra vires [f] ſuas eis conuiuia præparare.

1 Iuo p. 3. c.136.

Item Gelaſius Papa Fabiano Epiſcopo.

¶ Baptizandis numerus non imponatur: nec cathedraticum vltra vetuſtum morem exigatur.

C A P. V.

NEc numerus [g] baptizandis iuſtè creditur imponendus, cum quanti petierint, vel ad regenerationem feſtinauerint, non ſint pro alterius voluntate repellendi. Et ideò

---

beat habere, ex quo abundat: niſi velit onus fabricæ ſubire.

VNio.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, q; ſi epiſcopi volunt recipere tertiã partẽ oblationũ vel decimationũ à parochianis ſuis, ſubire debent onus fabricæ reparandę: ſi verò eas relinquant eccleſijs ſolicitudine epiſcoporum reparentur baſilicæ à presbyteris. ſi autem eccleſiæ nulla indigẽt reparatione, accipiant epiſcopi illas tertias ſi volunt: ſed vltra nihil. In ſecunda parte dicitur, q; pluers eccleſiæ non committãtur vni presbytero. In tertia parte dicitur, q; eccleſia quæ habet x. parochianos, habeat proprium ſacerdotem. illa verò quæ minus habet, alijs coniungatur eccleſijs: & qui hanc conſtitutionem deſpexerint, per duos menſes excommunicẽtur. Secũda pars ĩcipit ibi, *Sed & hoc neceſſariũ.* Tertia ibi, *Ea ſcilicet ratione.*

a ¶ *Tertias.*] H. " intelligit hoc de tertia oblationum, non de tertia decimationum. ſed cõtra eum eſt text. extrà de præſcrip. de quarta. Alij dicunt quòd epiſcopus hodie nullam habebit tertiam, niſi in duobus caſibus. vnus, ſi vult reparare eccleſiam: & alius, ſi imcumbit onus regale, vt hic dicitur. Sed verius eſt, q; epiſcopus ad ſuum commodum habet vnam tertiam per ſe: & aliam quam poteſt tenere ſi vult ſubire onus fabricæ: habebit prætereà partem oblationum tempore dedicationis, vt j.ead. nec numerus. & 18. q. 2. Eleutherius. Sed quid ſi epiſcopus partem fabricæ recepit: deinde cum eguerit eccleſia reparatione, velit eccleſię cedere tertiam illam? dico q; non poteſt [a]. Ioan. ſicut nec vſufructuarius poteſt in tali caſu vſufructui cedere. ff. de vſuf. ſed cum vſufructuarius & l. ſeq. ff. de aqu. plu. arc. is cum quo. Malè dicit Ioan. quoniam reparare debet epiſcopus eccleſiã poſtq̃ habet quartã fabricę: quia res tranſit cum onere ſuo, vt 16. quæſtio. 1. ſi quis laicus.

" Tertia oblationũ an pertineat ad epm.

a Sub. ſz eps compelli dz reparare, vt in l. hic all. ſcdm L. niſi fortè neceſſitate corruiſſet. ff. de aqua pl. ar. l. eius.

b ¶ *Omnimoda.*] Hic apparet q; illam tertiã pôt epiſcopus in ſuos vſus conuertere, cum eccleſia non eget reparatione. ſed fortè contrarium eſt. 7. q. 3. vobis. vbi dicitur quòd annuatim reſeruabitur. Sol. ibi loquitur de illa parte, quæ pertinet ad reparationem epiſcopalis eccleſiæ: hic verò de tertia parochialis eccleſiæ.

c ¶ *Pro regijs.*] Arg. quòd pro itinere ad Papam, vel ad Regem, non poſſunt epiſcopi vltra ſtatutum petere, vt ext. de cenſ. cum Apoſtolus. & 16. q. 1. §. placet.

d ¶ *Committantur.*] Hic eſt caſus vbi aliqs pt habere plures eccleſias. Alij caſus ſunt notati 21. q. 1. in ſumma quæſtionis. & c. relatio.

e ¶ *Mancipia.*] Cum ergo decẽ faciant plebem, patet intellectus illius c. ſ. 2. q. 5. presbyter ſi à plebe.

ILlud.] CASVS. Præcepit Pelagi' Creſconio illuſtri defenſori Siciliæ, vt non permittat epiſcopis Siciliæ petere à parochijs ſuę diœceſ. vltra duos ſolidos nomine cathedratici: nec cõuiuia nimis magna ſibi per eos fieri.

f ¶ *Supra vires.*] ne victum longi temporis breuis hora conſumat. ext. de cen. cũ Apoſtolus. & ſcdm quoſdã à pauperibus nil petet, vt 1. q. 2. placuit. arg. j. e. cauendum. ſed hoc non eſt verum: quia ſi aliquis vltra vires fuerit grauatus, fiet collectio ab alijs vicinis eccleſijs, vt extr. de cen. cũ inſtantia. & c. procurationes. " non autem dabit epiſcopo niſi lac ad bibendum: ne ieiuniorũ doctrinam rubẽtibus buccis prędicet, vt 35. diſt. ſexto. & c. eccleſiæ. Nec bibet vltra tertiã vicem, vt 44. diſt. in illa palea, quando presbyter. & comedet lardum, vel carnes vaccinas, vel veruecinas cum aceto, vt C. de ero. mili. an. l. 1. li. 12. arg. ſ. 41. diſt. non cogantur. & c. epiſcopus.

" Epi viſitanti dandũ eſt lac ad bibendum.

NEc numerus.] CASVS. Fabianus epiſcopus quæſiuit de tribus à Gelaſio Papa. Primò, vtrũ certus numerus ſit imponend' baptizandis. Et reſpõdet q; non: ne baptizãdi à baptiſmi gratia repellantur. Secundò, vtrum ſit exigendum pro cathedratico vltra antiquam conſuetudinẽ. Et reſpondet q; nõ. Tertiò quam partem debeat recipere epiſcopus de oblationibus, quæ offeruntur in die dedicationis. Et reſpõdet q; conſuetudo illa debet ſeruari q̃ oĩbus eccleſiis eſt præſcripta.

g ¶ *Nec numerus.*] Fortè conſuetudo fuerat q; ſecundum numerum baptizandorum tantùm, vel plus recipiebatur: quod erat iniquum, vt 1. q. 1. baptizandus. & c. placuit. Ioan.

a ¶ *Aut*

frater chariſſime, huiuſmodi ſuperfluam conſtitutionẽ modis omnib. remouebis, vt vnuſquiſque, aut in vicina ſibi eccleſia, aut in electa [a] pro ſuæ mẽtis baptizetur arbitrio. Cathedraticum etiam non amplius quàm vetuſti moris eſſe conſtiterit, ab eius loci presbytero noueris exigendum: & de his, quæ die dedicationis fuerint offerentiũ deuotione collata, conſuetudinem [b], quæ generaliter omnib. eccleſijs eſt præſcripta, ſeruabis.

2 Cathedraticum, quod his auctoritatibus epiſcopis permittitur exigere, præter medietatem, vel tertiam partem oblationum, quæ etiam pro varia eccleſiarum conſuetudine ex præmiſſis auctoritatibus epiſcopo debetur, intelligendũ eſt: nec illa pars oblationum omnium generaliter intelligenda eſt, ſed vel anniuerſariæ dedicationis, vel quorundam etiam ſolemnium dierum, prout inter epiſcopum, & ſacerdotem tempore dedicationis conuenerit. De his verò epiſcopis, qui per parochias ſuas crudeliter deſæuiunt, ſic eſt ſtatutum in tertio concilio Toletano, c. 2.

¶Vltra morem antiquum à parochianis presbyteris epiſcopi nil exigant.

CAP. VI.

1 QVia cognouimus epiſcopos per parochias ſuas nõ ſacerdotaliter, ſed crudeliter deſæuire, & dum ſcriptum ſit. [Forma eſtote gregi, neque vt dominãtes in clero,] exactiones diœceſi ſuæ, vel damna infligant: Ideo cenſemus (excepto quòd veterum [c] conſtitutiones à parochijs habere iubent epiſcopos) vt alia, quæ illis hucuſque præſumpta [d] ſunt, denegentur, hoc eſt, neque in angarijs presbyteri, aut diaconi, neque in aliquibus fatigentur indictionibus: ne videamur in eccleſia Dei exactores potius, quàm Dei pontifices nominari. Hi verò clerici, tam locales, quàm diœceſani, qui ſe ab epiſcopo grauari cognouerint, querelas ſuas ad metropolitanũ deferre non differant, & metropolitanus non moretur eiuſmodi præſumptiones coërcere. †

1 Iuo p.3.c. c.137.

1. Petr. 5.

†al. diſtrictè coercere.

Item ex concilio Cabilonenſi 2. cap. 14.

¶A parochianis ſtipendia non niſi cum charitate epiſcopi exigant.

CAP. VII.

CAuendum eſt, ne cum epiſcopi parochias ſuas peragrant, quandam damnoſam erga ſubditos [e], ſeu erga ſocios [f] tyrannidem exerceãt, nec (quod abſit) cum charitate, ſed cum quadam iudiciaria inuectione † ſtipendia ab eis exigant. Obſeruandum etiam modis omnibus, vt ſi quando eis peragrandæ parochiæ neceſſitas incumbit, in confirmãdis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione verbi Dei, in lucris animarum potius, quàm in deprædandis, & ſpoliandis hominibus, & ſcandalizandis fratribus operam dent. Et ſi quando eis ad peragendũ miniſterium ſuum à fratrib., aut ſubditis aliquid accipiendum eſt, hoc ſummopere obſeruare debent, ne quem ſcãdalizẽt [g], aut grauent. Tãta ergo in hac re diſcretio tenenda eſt, vt & verbi Dei prædicator, vbi proprij ſumptus [h] deſunt, à fratribus accipiat, & item fratres, illius potentia non grauentur, exemplo apoſtoli Pauli, qui, ne quem grauaret, arte & manibus victum quærebat.

†al. inuentione.

2. Theſ. 3.

Item ex concilio Toletano ſeptimo, cap. 4.

a ¶[*Aut in electa.*] contrarium eſt j̃.13.q.1.c.1. vbi dicitur, quòd ideo parochiæ ſunt diſtinctæ, ne aliquis iura alterius vſurpet. Ad hoc dicunt quidam quòd hoc capitulum loquitur ſecundum ea tempora, quando nondum parochiæ erant diſtinctæ. ſed hoc ſtare non poteſt [a]: “ quia Dionyſius qui diſtinxit diœceſes, diu præceſſit Gelaſium, cuius iſtud c. eſt. Dicas ergo ꝙ loquitur de Iudæis & Paganis, & tranſeuntibus, & talibus qui nõ habent certum domicilium. quòd enim hic de pueris non loquatur, patet ex eo quod dicitur, aut in electa. ipſi enim non poſſunt eligere.

a Ad hoc qđ no. gl. s̄.99. diſt.c.1.

“ Diœceſes fuerunt à Dionyſio diſtinctæ.

b ¶[*Conſuetudinem.*] Secundum quod conuenitur cum epiſcopo tempore dedicationis. 18.q. 2. Eleutherius.

CATHEDRATICVM. Hæc eſt ſecũda pars quæſtio. in qua loquitur de procurationibus, & de exactionibus, & dicitur quòd ꝓcuratio vna ſola dicitur eſſe in anno: & exactio nulla, niſi à iure permiſſa. extra de cẽſi. cum Apoſtolus. & hoc probat per v. auctoritates. Io. de Fan.

CASVS. Grat. dicit ꝙ epiſcopus accipit cathedraticũ præter medietatem, vel tertiã partem oblationum, quę offeruntur in die anniuerſariæ dedicationis, vel alterius ſolemnitatis, prout conuenerit inter epiſcopum & ſacerdotem.

DE HIS VERO. Dictum eſt s̄. de viſitatione epiſcoporũ. Sed quia quidam crudeliter ſæuiẽdo parochias viſitabant, ideo nũnc oſtendit Grat. quid ſuper hoc tenendum ſit.

QVia.] CASVS. Quidam epiſcopi viſitando parochias ſuas in clericos crudeliter ſæuiebant, eos angarijs & indictionibus fatigando. ſuper hoc verò facta querimonia in concilio Toletano conſtitutum eſt, vt de cætero talia nõ faciãt, & quæ hactenus præſumpta ſunt in futurũ denegentur. ſi verò cõtra hoc venire præſumpſerint, apud metropolitanum clerici conquerantur: qui ſine mora præſumptiones debet remouere. *Angarijs.* Angariæ ſunt onera quæ perſonis imponuntur: perangariæ poſſeſſionibus. *Indictionibus.* id eſt, illicitis exactionibus, vel conditionibus.

c ¶[*Quod veterum.*] nihil ergo poteſt epiſcopus petere ab aliquo, niſi oſtendat per canones illud ſibi debitum [b], vt 9. q.3. conqueſtus. 18.q.2.c.1.

b Arg. cõtra ad hoc 25. q.2. amputato. Argu. ad hoc j̃. 16.q. 1. nulli epiſcoporum. vbi de hoc. Arch.

d ¶[*Præſumpta.*] Not. quòd longinqua vſurpatio non facit ius, vt 93. diſtin. illud, 100. diſt. contra morem. 24. quæſtio. 1. ſchiſma. extr. de ſimo. cum in eccleſia. & c. non ſatis. 1.q.1. nullus epiſcopus. 2. extr. de præſcri. cauſam. Item arg. not. ꝙ ſua auctoritate quis poteſt detinere quod de iure non præſtitit, licet illud diu ſoluerit, vt C. de agri. & cenſi. litib. l. 1. “tempus enim non inducit obligationem. extra de cenſi. peruenit. ff. de act. & obli. obligationum ferè. §. placet. prætor enim non tuetur iniquam poſſeſſionem. ff. de publ. cum ſponſus. §. ſi res. nõ ẽm ſufficit poſſediſſe, niſi cauſam poſſeſſionis probet. ext. de præſcript. ſi diligenti. ff. de itin. actuq; priua. l. vlt. licet enim longiſſimo tempore aliquid gratis præſtitũ ſit, in hoc non currit præſcriptio, vt decimaſexta, quęſtione tertia. clerici. & cap. ſi epiſcopus. C. de præſcript. 30. vel 40. anno. male. Argument. contra. decimaoctaua, quęſtio. ſecunda. ſeruitiũ. nam libertas non dandi decimam præſcribitur [c]. extra de præſcriptio. de quarta. Item argumentum contra. prima, quæſtio. tertia. quęſitum, nec cogitur quis cauſam poſſeſſionis ꝓbare. ff. ſi ſer. vend. ſi quis diuturno. Sol. nec in lõga, nec in longiſſima ꝑſcriptione ſufficit allegare diuturnã poſſeſſionem, niſi aliã cauſam poſſidẽdi alleget. Sed allegata cauſa, cũ de tempore conſtet, præſumitur eſſe debitum. argument. 12. diſtinct. illa. tamen non tenetur probare cauſam, ſiue titulum poſſidendi: quia poteſt eſſe quòd nõ habet de hoc inſtrumẽta, nec teſtes, nec eſt hoc in memoria hominum, vt tertia, quæſtio. ſexta. hæc quippè. Ioan. T. dicit contra: quia ſufficit ſi dicat, præſcripſi, niſi præſumptio ſit contra eum [d].

“Obligatio non inducitur tẽpore.

c Sub. cũ aliquali titulo quod dic. vt not. extr. de ꝑſcri. ſi diligenti. in gl. ex hoc vr. Arc. Poſſeſſio ſine cauſa poſſidẽdi non ſufficit ad præſcriptionem.

d De hac materia no. etiam 16.q. 3. dilecto. Arch.

CAuendum.] CASVS. Quidã epiſcopi dum viſitarent eccleſias ſuas ſiue parochias pro confirmandis pueris, & pro delictis corrigendis: intendebant potius dominationi & ſpoliationi, q̃ lucris animarum: & in ſtipendijs exigendis ſacerdotes ſcandalizabant. quare Cabilonenſe concilium ſtatuit vt de cætero epiſcopi nõ faciant hoc: ſed ſi proprij ſumptus deſint eis, à clericis cum charitate accipiant: nec grauent aliquem, vel ſcandalizent. & hoc probat auctoritate Apoſtoli.

e ¶[*Subditos.*] ſcilicet laicos.

f ¶[*Socios.*] Hic dicuntur clerici ſocij epiſcopi, alibi fratres, vt nonageſimaquinta diſtinctione. olim. & octaua, q. 1. quid autem.

g ¶[*Scandalizent.*] exigendo vltra licitum, vt 11. quæſt. 3. nolite.

h ¶[*Sumptus.*] Videtur ergo ꝙ ſi habet ſumptus vnde poſſit expendere, non debet alios grauare. nam potius videntur hęc peti ex gratia quàm de iure, vt ext. de cenſi. cum Apoſtolus.

& ea quæ domi conſueuit expendere, debet expendere cum eſt in via [a], vt in auth. de man. prin. §. illud. col. 3. & in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. §. nulli. col. 2. ſed non eſt ita, vt extra de ſimo. cum ſit Romana. in parte deciſa.

a Sed Go. putat cōtra quia & in ciuitate manens & viſitans poteſt exigere ꝓ curationes. ext. de ceſ. venerabili. Arch.

I*Nter cætera.*] Casvs. Epiſcopi Galliæ cum viſitabant parochias ſuas, ſæuas rapacitates in ſuos ſubditos exercebant, centum, vel ducentas equitaturas ſecum ducendo: & ab eis vltra duos ſolidos pro cathedratico, & prādia nimis magna exigebant: & in eccleſia per duos, vel per plures dies morabantur, ita quòd eccleſias vſque ad exinanitionem perducebant: & ideo ſtatuit conciliū Toletanum, ne vltra duos ſolidos exigant ꝓ cathedratico, à quo monaſteria ſunt exempta. & vltra quinquaginta equitaturas non ducant: nec amplius quàm vna die in baſilica moretur. epiſcopus verò qui contra hoc fecerit, correctioni canonum ſubiacebit.

¶Vltra duos ſolidos à parochianis eccleſijs epiſcopus non præſumat accipere.

CAP. VIII.

INter cætera denique, quæ communi conſenſu nos cōferre competenter oportuit, querimonias etiam parochialium † presbyterorum Galliæ [A] prouinciæ ſolertiſſimè diſcernere decuit, quas contra pontificum ſuorū rapacitates neceſſitas, vt comperimus, tandē compulit in publicum examē deferri. 1 Hi enim pontifices, vt euidēs inquiſitio patefecit, indiſcreto moderamine parochianas † eccleſias prægrauantes, dum in exactionib. ſuperflui † frequenter exiſtunt, penè vſque ad exinanitionem extremæ virtutis quaſdam baſilicas perduxiſſe probantur. Ne ergo fiat de cætero, quod conſtat hactenus inordinatè præſumptum, non amplius quàm duos ſolidos vnuſquiſque epiſcoporum præfatæ prouinciæ per ſingulas diœceſis ſuæ baſilicas iuxta ſynodum Bracharenſem 2 annua illatione ſibi expetat inferri: monaſteriorū [a] tamen baſilicis ab hac ſolutionis † [b] penſione ſeiūctis. ¶3 Cū verò epiſcopus diœceſim viſitat, nulli præ multitudine oneroſus exiſtat, nec vnquā quinquagenarium [c] [B] numerū euectionis excedat, aut amplius, q̄ vna die per vnamquanque baſilicam remorandi † licentiam habeat. Quicunq; verò pontificum eorumdem aliter, quàm decernimus, agēdum præſumpſerit, correptioni proculdubio canonum ſubiacebit, tanquam conſtitutorum ſynodalium trāſgreſſor, & priſcorum patrum edictorum † corruptor.

†al. parochianorū.
1 Anſ. l. 7. c. 196.
†al. parochitanas.
†al. ſuperfluis frequētes.
2 ſ. e. placuit.
†al. ſolutio ne pēſionis.
3 Burc. l. 1. c. 86. Iuo p. 5. c. 192.
†al. morādi.
†al. edicti.

[A] ¶*Galliæ.*] *In concilijs impreſſis, & aliquot Gratiani exemplaribus legitur,* Gallicicæ. *In alijs autem, & emendatioribus, atque in codice conciliorum Lucenſi regio habetur,* Gallicanæ prouinciæ. *Nam eo tempore archiepiſcopus Narbonēſis, & eius prouinciæ epiſcopi ad ſynodos Toletanas conueniebant, quod ex ſubſcriptionibus Toletani tertij apparet. In eo enim Nigetius Narbonenſis metropolitanus, Sergius epiſcopus Carcaſſonenſis, & Nebridius epiſcopus Agathenſis, & procuratores Magalonenſis & Nemauſenſis epiſcoporum ſubſcribunt. Eiuſdem quoque metropolitani, & ipſius prouinciæ epiſcoporum ſubſcriptiones in quarto & ſexto Toletanis concilijs impreſſis leguntur, vt illæ quæ in manuſcriptis habentur, omittantur.*

[B] ¶Quinquagenarium.] *In varijs editionibus huius concilij legitur,* quinarium. *Verùm in codice Lucenſi regio, vno Vaticano, & altero Bibliothecæ Dominicanæ manuſcriptis, & vetuſtis exemplaribus Gratiani, & Burchardo, & Iuone eſt,* quinquagenarium. *Et hanc lectionem ſecutus eſt Innocentius iij. in cōcilio Lateranenſi, c. cum Apoſtolus. extra de cē & exact.*

a ¶*Monaſteriorum.*] ſ̄. 16. q. 2. c. 1. & 2. contra ſ̄. 16. q. 1. cum pro vtilitate. ſ̄. 18. q. 2. q̄ ſit. & c. ſeruitiū. contra. b ¶*Solutionis.*] [a] ipſa enim monaſteria à lege diœceſana ſunt exēpta, vt hic. & 16. qō. 1. cum pro vtilitate. & 18. q. 2. quam ſit. ſed eorum capellæ nō, vt ext. de capel. mona. c. vlt. & pen. & extra de præben dis, de monachis.

a Monaſteria ſunt exempta à lege diœceſana.

c ¶ *Quinquagenarium.*] [a] Hodie numerus ſingulorum in euectionibus eſt taxatus, vt extra de cenſi. cum Apoſtolus. nec numerus ibi taxatus recipiēdus eſt ſi eccleſia grauetur, vt ibidem dicitur, & ext. de exceſ. prælat. cum ad quorundā. extra de pœnis. ca. pen. illos ergo qui ſuperflui ſunt poteſt remouere ſacerdos [b]: quia ſi habes ſeruitutem adaquādi certum numerum pecorum: ſi plus ducis ad aquam quàm debeas, ſuperflua poſſunt à domino remoueri, vt ff. de aqua quotidia. & æſti. l. 1. §. Trebatius. Item ſi cauſa proprij commodi venit ad eccleſiam, de proprio viuat, vt Cod. de ſta. & ima. l. vlt. Hæc allegatio fortè hodie non tenet: quia ſi aliquis fuerit ſupra vires grauatus, alij vicini ſacerdotes tenentur conferre, vt dixi ſ̄. eo. illud. & extra de cen. procurationes.

a Viſitās ſit contentus euectionib. à iure taxatis.

b Etiam & epiſcopum pōt remouere. ar. ff. d aqua quoti. & æſti. l. 1. §. itē quæritur. Arch.

Item Greg. epiſcopis Siciliæ, li. 11. epiſt. 20.

¶Sacerdotes ab epiſcopis ſuis vltra modum non grauentur.

CAP. IX.

RElatum eſt nobis ſanctæ memoriæ deceſſoris mei temporibus per ſeruum Dei diaconum, qui tunc eccleſiaſtici patrimonij curam geſſit, fuiſſe depoſitum, † vt ſacerdotes per vniuerſas veſtras diœceſes cōſtituti, quoties ad conſignādos infantes egredimini, vltrà modum grauari minimè debuiſſent. Summa [d] enim præfixa fuerat vobis, vt audio, conſentientibus, quæ ab eiſdem ſacerdotibus pro labore [e] clericorum [f] dari debuiſſet. Atque hoc, quod tunc placuit, ſicut nunc dicitur, minimè cuſtoditur. Vnde fraternitatem veſtrā admoneo, vt ſubiectis veſtris non graues ſtudeatis exiſtere.

Item Pelagius Creſconio Illuſtri.

¶Secundum loci mediocritatem epiſcopis conuiuia parentur.

CAP. X.

4 ILlud magnitudinem tuā minimè volumus ignorare, ꝙ Siracuſanæ ciuitatis epiſcopus inter alia, quę in cautionum ſuarum pagina ſpopōdit, hoc etiā ſpecialiter ſub interpoſitione pœnæ [g] legitimè ꝓmiſiſſe legitur, nūquā ſe à quolibet ſuæ diœceſis presbytero vltrà duos ſolidos cathedratici nomine petiturum, nec per

R*Elatum.*] Casvs. Epiſcopi Siciliæ graues & oneroſi erant eccleſijs ſuis cum eas viſitabant, tandem mediāte legato anteceſſoris Greg. qui in Sicilia eccleſiaſticum patrimonium gubernabat, facta eſt compoſitio inter epiſcopos & clericos, vt certa ſumma daretur epiſcopis quolibet anno cū eccleſias viſitarēt: quā quia epiſcopi non ſeruabant, præcepit Gregorius vt omnia ſeruētur, nec ſubiectis ſuis graues in aliquo exiſtant.

d ¶*Summa.*] ſ̄. ead. q. j. relata. argu. [a] ꝙ pactio interuenire poteſt in ſpiritualibus [c], vt hic, & 18. quæſtio. 2. Eleutherius. 12. quæſt. 2. ca. quicunque. extra de de ci. ex multiplici. quandoque enim prohibetur tranſigi, vel paciſci: ſi tamen fiat auctoritate iudicis, tenet, vt extra de præb. niſi. ff. de his qui not. infam. furti. §. pactus. ff. de tranſactio. cum hi. §. ſi cui. Sed quare recipitur pecunia pro actu conſecrandi, vt hic dicitur, & extra de ſimo. cū ſit Romana? & non pro actu baptizandi? ideo dico, ne aliqui propter paupertatem vel auaritiam ſe ſubtrahāt à baptiſmo, vt 1. quæſtio. 1. baptizandis.

a Pactio an in ſpirituali bus interuenire poſſit.

c Verū eſt hoc, dūmodo ſit licita, vt 18. qō. 2. Eleutheri[9]. ſecundū L. hoc dixi 1. qō. 2. quàm pio. de hoc not. 100 di. in ea. Arch.

e ¶*Pro labore.*] ſ̄. 1. q. 2. c. vlt. ſ̄. 12. q. 2. charitatem.

†al. diſpoſitum.

f ¶ *Clericorum.*] qui laborant cum epiſcopo in viſitatione.

I*Llud.*] Casvs. Syracuſanæ ciuitatis epiſcopus cum à Papa ordinabatur, ſub interpoſitione legitimæ pœnę promiſit ſpecialiter quòd ab aliquo clerico ſuæ diœceſis vltra duos ſolidos pro cathedratico nihil eſſet petiturus. Præcepit ergo Grego. Creſconio illuſtri vt faciat hoc obſeruari, non ſolùm ab epiſcopo Syracuſanæ ciuitatis, ſed etiam ab omnibus alijs Siciliæ epiſcopis: nec ipſa prandia enormia fieri ſinat: ſed ſecundùm mediocritatem cuiuſcunque loci viſitanti epiſcopo ea faciat præparari: ne ſub hoc prætextu damna pauperibus inferantur.

4 Anſel. l. 6. ca. 171. Pol. l. 4. tit. 21.

g ¶*Pœnæ.*] Nota ꝙ aliquis ſub pœna poteſt obligari in ſpiritualibus, vt vigeſimatertia diſtinctio. quanquam. 16. quæſtione prima, ſtatuimus. 1. quæſt. vltima quoties.

Clericus.

quamlibet aliam occaſionem quidquam in eius ſe diſpēdio eſſe geſturum. Quod magnitudo tua, non ſolúm à prædicto epiſcopo, ſed de omnium epiſcoporum Siciliæ perſonis competēti ſolicitudine cuſtodire non deſinat, nec ipſa quoque prandia enormia fieri, ſed ſecundū mediocritatem vniuſcuiuſque loci epiſcopo ad cōſignationem venienti ſuſceptionis præparari conuiuium: quia nec eo prætextu pauperibus incuti damna volumus, aut qualibet ratione permittimus.

CAVSA XI.

Clericus aduerſus clericum quæſtionem de prædÿs agitauit; quem ad ciuilem iudicem producere uoluit: reus non niſi ante iudicem eccleſiaſticum ſtare volebat, actor verò potentia ciuilis iudicis illum à poſſeſſione ſua deiecit. Quo audito epiſcopus eum ab officio ſuſpendit: ille contempta epiſcopi ſententia officium ſuum adminiſtrauit. Hoc comperto epiſcopus ſine ſpe reſtitutionis in eum ſententiam dedit.

1 *Hic primùm quæritur, vtrum clericus ante ciuilem iudicem ſit producendus.*

2 *Secundò, ſi producendus non eſt, an hæc culpa ſit digna ſuſpenſione.*

3 *Tertiò, ſi digna non fuerit, an contemptorem ſententiæ ſui epiſcopi irreparabiliter oporteat deponi.*

QVAESTIO I.

1 *Qvòd clericus*[a] *apud ſeculares iudices accuſandus nō ſit, Caius Papa, epiſt. ad Felicem epiſcopum. cap. 2. ſcribit, dicens.*

ps

¶Apud ſecularem iudicem nullus clericus conueniatur.

CAP. I.

NEmo vnquam epiſcopū apud iudicem ſecularē, aut alios † clericos accuſare præſumat.

†al. reliquos.

PALEA. CAP. II.

j 1 NVllus iudicum, neque presbyterum, neq; diaconum, aut clericum vllū, aut iuniores † eccleſiæ, ſine licentia † pōtificis per ſe diſtringat, aut condemnare præſumat. Quod ſi fecerit, ab eccleſia, cui iniuriam irrogare dignoſcitur, tādiu ſit ſequeſtratus, quouſque reatum ſuum agnoſcat, & emendet.

1 Ext. de fo. compe. c. 2. Capit. l. 6. c. 154. & l. 7. c. 139. Bur. l. 16. c. 22.

†al. minores.

†al. ſciētia] al. permiſſu.

¶*Apud Burchardum, & in aliquot Gratiani codicibus ex ÿs qui hanc paleam habent, & in Decretalibus tit. de foro competenti, c. 2. citatur ex concilio Pariſienſi ca. 10. Verùm in concilio Rhemenſi Troſleiano, c. 6. refertur ex capitularibus: in quibus habetur bis, id eſt lib. 6. c. 154. & li. 7. c. 139. Simile quid legitur in concilio Aurelianenſi 4. c. 20. & Antiſſidiorenſi, c. 43.*

Item Marcellinus Papa, epiſt. 2.[2]

2 Et in cōc. Aureliā. 3. c. 31.

¶De eodem. CAP. III.

j 3 CLericum A[b] cuiuslibet ordinis abſq; pontificis ſui permiſſu nullus præſumat ad ſecularem † iudicem attrahere: nec laico quemlibet clericum liceat accuſare.

3 Anſ. l. 3. c. 22. Pān. l. 4. c. 31.

†al. ſeculare iudicium 2. q. 7. laico.

CLericus.] CASVS. In ſuperiori cauſa oſtenſum eſt, ꝙ eccleſiæ cum omnibus ſuis poſſeſſionibus ad diſpoſitionem pertinent epiſcoporum: ſed quia poſſet aliquis dubitare ſub quo iudice clerici debeant cōueniri, ſub eccleſiaſtico, ſcilicet, an ſub ſeculari: ideo Grat. hanc 11. cauſam ſubnectit, in qua oſtendit clericos ſub eccleſiaſtico iudice eſſe conueniendos: quod vt competentius oſtendat, thema proponit: de quo tres elicit quæſtiones.

QVòd clericus.] Hæc q. diuidit in tres partes. In prima probat per 24. auctoritates, ꝙ epiſcopus & quilibet clericus per clericos eſt iudicandus, & non per laicos, niſi forſan eſſet incorrigibilis: quia actor debet ſequi forum rei. Secūda ibi, *His ita*. Tertia ibi, *Econtra*. Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur, an clericus ante ciuilem iudicem ſit producendus. Et diſtinguas quòd cauſarū alia eſt criminalis, alia ciuilis, alia ſpiritualis. Criminalis eſt vbi de crimine agitur. Ciuilis vbi de poſſeſſionibus, & pecunia agitur. Spiritualis, vbi tractatur de rebus ſpiritualibus, ſcilicet de electione, de decimis & primitijs, & de iur. patr. & de vſuris. In quibus omnib. cauſis nunquam clericus debet cōueniri ſub iudice, niſi ſub iudice eccleſiaſtico, vt j. c. nullus epiſcopus. & c. clericum. niſi in cauſa feudi, vt extr. de iud. cæterùm. & niſi ſit incorrigibilis, vt diſt. 17. non licuit. & in cauſa recōuentionis, vt s. 3. qō. 8. cuius in agendo, & niſi Papa delegaret cauſam ſpiritualē, vel aliā laico, vt s. 10. q. 3. illud. Laicus verò ſub iudice ſeculari debet conueniri, vt j. ea. experientiæ. niſi in ſex caſibus, Vel ſi cōueniat epiſcopū ſuper rebus ſpiritualibus, vt ext. de deci. quoniam. & 35. q. 6. epiſcopus. Vel ſi conueniatur laicus de crimine eccleſiaſtico, vt j. e. ſi quis cum clerico. & 6. q. 2. c. 1. Vel niſi ſunt ruſticæ eccleſiæ, vt 89. diſt. indicatum. Vel ſi iudex ſecularis eſt negligens, vt 23. q. 5. adminiſtratores. & q. 2. dominus noſter. Vel niſi ſit raptor rerum eccleſiæ, vt ext. de fo. cōpet. cū ſit generale. Vel ſi ſuſpectus fuerit iudex ſecularis. Vel ſi habetur querela contra epiſcopum, vt in auth. vt diffe. iud. coll. 11. §. 1. & 2. Et procedit hoc ordine in hac quæſtione. Primò probat, ꝙ clerici non ſunt conueniendi coram iudice ſeculari, vſque ad §. *Cum ergo his*. Deinde probat contrarium, ſcilicet quòd in ciuili cauſa coram ſeculari iudice ſunt conueniendi, in criminali coram eccleſiaſtico: quod allegādo dicit. Tandem dat ſolutionem in §. *Quia ergo*. in fi. Primum ergo cap. huius quæſt. planum eſt.

a ¶[*Quòd clericus.*] "Cauſarum alia eccleſiaſtica, alia ſecularis. Eccleſiaſticarum alia ſpiritualis, alia criminalis, alia ciuilis. Spiritualis eſt vbi agitur de decimis, vel matrimonijs. Criminalis vbi agitur de crimine eccleſiaſtico, ſcilicet hæreſis, vel vſurarum: cuius examinatio ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, vt j. ea. ſi quis cum clerico. & 6. q. 2. c. 1. Alia eſt ciuilis ſiue pecuniaria, vbi agitur de rebus temporalibus. arg. ad hāc diſtin. 16. q. 1. frater. "Item ſecularium alia eſt ciuilis, alia eſt criminalis. In his omnibus nunquam conuenitur clericus, niſi ſub eccleſiaſtico iudice, vt j. ea. nullus epiſcopus. niſi in tribus caſibus, vt in cauſa feudi, vt extr. de iud. cæterum. & niſi ſit incorrigibilis, vt 17. diſtin. nec licuit. Item & in cauſa reconuentionis. 3. q. 8. cuius in agēdo. Alios caſus poſui j. c. clericum nullus. "Similiter nec laicus poteſt conueniri ſub eccleſiaſtico iudice, niſi in caſibus v. vt ſi conueniat ipſum ſuper rebus ſpiritualibus, vt ext. de iud. c. 2. & 3. Vel niſi ruſticæ eccleſiæ cōueniātur, vt 89. diſt. indicatū. extr. de app. ſi duobus. Vel vbi aliquis rapuerit res eccleſiæ: tūc potius ex conſuetudine q̃ de iure cōuenitur ſub clerico. ext. de foro cōpet. cum ſit. & c. ſi clericus. Itē ſi iudex laicus eſt negligens. ext. de foro compet. ex tranſmiſſa. & 23. qō. 5. adminiſtratores. Vel ſi ſuſpectus fuerit iudex ſecularis. Vel ſi haberetur querela contra ipſum, poteſt adiri eccleſiaſticus iudex, vt in auth. vt diff. iud. collat. 9. §. 1. & 2. & §. pen. Non tamen propter negligentiam eccleſiaſtici iudicis clericus poteſt conueniri coram laico iudice, vt extra de iud. qualiter. in fin.

"Cauſa eſt duplex.

"Cauſa ſecularis eſt duplex.

"Laicus nō conuenitur corā iudice eccleſiaſtico, niſi in ςnq; caſib.

CLericum.] CASVS. Duo in hoc cap. prohibentur, ſcilicet vt nullus clericum ad iudicem ſecularem trahat, maximè ſine cōſenſu ſui epiſcopi. Itē ꝙ nulli laico liceat clericum accuſare.

b ¶[*Clericum.*] etiam depoſitum[a], vt 81. diſt. dictum. Nec etiam coniugatum. 32. diſt. ſi qui verò. Nec obſt. extra de apoſta. c. j. quia ibi loquitur cum talis non vult gaudere priuilegio clericali: quia fortè ſit maritus viduæ. nam tunc perdit priuilegium, vt 84. diſt. quiſquis clericus. Idem dico de ſeruientibus[b] & mancipijs clericorum. vt 89. diſtin. indicatum. & idem priuilegium habet familia quod dominus, vt extra de iudæ. ad liberandam. quia libertus forum patroni ſequitur. ff. ad muni. aſſumptio. duodecima, quæſtio. ſecunda, eccleſiarum ſeruos. Item vxores clericorum: "quia ſortitur forum vxor ex perſona viri, vt ff. de iuriſdictione omnium iudicum. cum quędam. & eodem gaudet priuilegio vxor & filius quo clericus, vt C. de epiſcop. & cleric. l. 1. & 2. ſed illa quæ non eſt legitima vxor, nō ſortitur forum à perſona viri. ff. ad muni. de iure. §. vlt. Ioā. quod dicit de coniugato, falſum eſt, vt extra de cleric. coniuga. Ioannes. & fortè idem eſt in depoſito, cum ſit exauctoratus, vt 50. diſt. accedens. B.

a Cū adhuc habeat characterē. ar. 32. q. 7. licitè.

b Idē dicit hic L. cuius fuit maior pars huius gl. & hoc d. motus canone eodem, ſcilicet indicatum.

"Vxor ſequitur forū viri.

c ¶[*Abſque pontificis.*] Hodie nec cum conſenſu epiſcopi poteſt, vt extra de foro compet. ſi diligenti. aliàs ab officio ſuſpenditur, vt 3. quæſtio. 6. non liceat. prætereà cauſam perdit, vt j. ead. inolita. & cap. placuit,

IVdices.] Casvs. Reus & actor contendebant de iudicib. eligendis. quæſitum eſt in Nicæno concilio ad cuius petitionem debeant dari? Et reſpondet, ꝙ illi iudices debent dari quos reus elegerit, ſupple cum conſenſu alterius partis, vel illi quos ſedes Apoſtolica, vel eius primates delegauerint.

« Iudex an poſſit dari ad arbitriũ rei.

a ¶ *Qui impetitur*.] Argu. "iudices eſſe dandos ad arbitrium rei, vt hic, & 15. q. 7. ſi autem. & 3. q. 6. peregrina. & 4. q. 5. quiſquis. ſed contra. ff. de iud. ob ſeruãdum. vbi dicitur, quòd ille iudex nõ eſt dandus, quem altera pars nominatim petit. Sed potes ibi illud, altera, intelligere de actore, non de reo [a]. Vel dic, ſi non poſſunt concordare actor & reus, tunc dabuntur ſecundum petitionem rei, vel ſupple in omnibus iſtis iſtud, & actoris. Vel dic ꝙ hoc c. loquitur in criminali cauſa. tunc enim ex pluribus epiſcopis poteſt eligere reus quem vult, vt 3. q. 8. accuſatores.

1 Pol. l. 5. ti. 4. Pann. l. 4. c. 109.

a Huic ſolu. ob. extra de of. del. cum R. vbi eligit actor.

b ¶ *Primates*.] id eſt, epiſcopi, qui conciliũ celebrant auctoritate Papæ [b].

2 In C. Theodo. l. 16. ti. đ epiſc. aud. c. vlt. Anſ. l. 3. c. 109. Poly. l. j. ti. 19. 12. q. 1. futurã. & 11. q. 1. ſacerdotibus.

b Vnde non intelligas in hoc monſtrare Nicænam ſynodum: illa. n. non habuit primates: vel cum dicitur, hæc ſancta ſedes, intelligitur de ſede Romana. Arc.

COntinua.] Casvs. Valentinianus, Theodoſius, & Archadius conſtituerunt hac lege præſente, vt nec epiſcop⁹ nec clericus protrahat̃ ad iudicem ſecularem ordinarium, vel delegatum. Similiter Conſtãtinus Imperator præſidens in Nicæna ſynodo, cum quidam corã eo de clericis conquererentur, ait clericos à nullo laico, ſed ab eccleſia iudicandos.

3 Hiſt. eccleſiaſt. lib. 10. c. 2. Rufino auctore.

† al. q̃a Dei ſolius iudicio reſeruamini.

c ¶ *Ordinariorum*.] id eſt ad ordinarios, vel delegatos ab Imperatore.

d ¶ *Cum legibus*.] quę dicunt clericum poſſe trahi ad ciuilem iudicem, vt j. ea. ſi quis cũ clerico.

e ¶ *Quia ad Dei*.] id eſt clericorum, qui dij appellantur, vt j. e. ſacerdotibus.

4 Bur. l. 16. c. 21.

NVllus epiſcopus.] Casvs. Statuit Bonifacius Papa, vt nullus epiſcopus ꝑducatur in ciuili vel criminali cauſa ad ciuiem iudicem vel militarem. ſi verò iudex hoc iubere audeat, amittet omnia bona ſua, & à dignitate repelletur ſiue deponetur. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt vſque ibi, *Epiſcopus non flagitetur*. *Honore*, id eſt iure prætorio: vel honore iudicis, vel litigatoris. *Excepta*, id eſt priuilegiata: vel excepta ab hac neceſſitate per leges.

† al. ictibus.

f ¶ *Vel exhibeatur*.] "Sed nunquid tenetur venire, & allegare forum, vt extr. de app. cũ parati? non: quia citatio nulla eſt. Nam vbi quis citari non poteſt vel ratione perſonæ, vel ratione temporis, vel cauſæ: non tenetur venire, vt notaui 3. q. 2. ſi epiſcopus. & q. 1. c. 2. & ff. de fer. l. 1.

« Citatio nulla nõ arctat citatũ.

g ¶ *Cinguli*.] Nota ꝙ eccleſiaſticus iudex priuat etiam laicum ſua dignitate, vt 32. q. 5. præceptum. in fi.

5 Bur. l. 3. c. 139. Iuo p. 3. c. 205.

h TEſtimonium.] ¶ *Recipiat*.] in cauſa criminali, vt extra de teſti. de cætero.

i ¶ *In publico*.] ſcilicet foro [c] ſeculari: ne ſit contra diſtinctio. 23. c.

c Præcipuè: cũ iſta c. de ſe expurgãte loquãtur; hęc aũt de teſte loquũtur. Arc.

A ¶ Clericum.] *In epiſtola Marcellini ſecunda, & concilio Aurelianenſi 3. vbi hoc repetitur, & in Pannormia ſic legitur*, clericus cuiuslibet ordinis abſque pontificis ſui permiſſu nullum præſumat, &c. *Verũ ob gloſſas, & citationes doctorum nihil eſt mutatum*.

Item ex Nicæno concilio.

¶ *In concilio Nicæno hodie canõ hic non habetur: ſed fuiſſe olim plures canones illius concilij ſupra diſt. 16. ca.* ſeptuaginta *eſt adnotatum. Quorum partem refert Iulius in reſcripto contra orientales, vbi numero 34. habetur hoc caput: & ex eo citatur in Polycarpo.*

¶ Ab eis quiſque iudicandus eſt, quos ſibi iudices elegerit.

CAP. IIII.

1 IVdices autem alij eſſe nõ debent, quàm quos ipſe, qui impetitur [a], elegerit, aut quos ſuo cum conſenſu hæc ſancta ſedes, aut eius primates [b] auctoritate huius ſanctæ ſedis delegauerint.

Item Valentinianus, Theodoſius, & Archadius Imppp.

Ad ſecularia iudicia nullus clericus eſt pertrahendus.

CAP. V.

2 COntinua lege ſancim⁹, vt nullus epiſcoporum, vel eorum, qui eccleſiæ neceſſitatibus ſeruiunt, ad iudicia, ſiue ordinariorum [c], ſiue extra ordinariorum iudicum pertrahatur. Habẽt illi ſuos iudices, nec quidquam his, publicis eſt commune cum legibus [d]. *Item.* ¶ 3 Conſtantinus Imperator præſidens A in ſancta ſynodo, quæ apud Nicænam congregata erat cum querelam quorundam conſpicẽret coram ſe delatam, ait. Vos à nemine diiudicari poteſtis: qui ad † Dei [e] ſolius iudicium reſeruamini.

A ¶ Præſidens.] *quàm humiliter ibi ſe geſſerit Conſtantinus, docent Euſebius 2. lib. de vita ipſius c. 10. Socrates l. 1. c. 5. Theodoretus. l. 1. c. 7.*

[*Item ex concilio Matiſconenſi primo, c. 8.*]

¶ De eodem.

PALEA. CAP. VI.

ij 4 NVllus clericus alium clericum ad iudicem ſecularẽ accuſare, aut ad cauſam dicendam trahere quocũque modo pręſumat: ſed omne negotium clericorum, aut A in epiſcopi ſui, aut presbyterorũ cum archidiaconi præſentia finiatur. Quòd ſi quis clericus hoc adimplere diſtulerit, ſi minor fuerit, vno minus de quadraginta ictus † accipiat: ſi verò honoratior, triginta dierum incluſione mulctetur.

A ¶ Aut in epiſcopi ſui,] *In concilio Matiſconenſi legitur*, aut in epiſcopi ſui, aut in presbyteri, aut in archidiaconi præſentia finiatur. *verùm in prima collectione Decretaliũ Bernardi, tit. de foro competenti, cap. 2. caput hoc refertur eodem modo atq; in hac palea.*

Item Marcellinus A *epiſtola ſecũda, ad epiſcopos orientales.*

A ¶ Item Marcellinus.] *In vulgatis citabatur ex Bonifacio ad epiſcopos Galliæ, ſed in aliquot vetuſtis legitur* Marcel. *Eſt enim hoc caput in ſecunda epiſtola Marcellini, & ipſi tribuit Iuo: ſequens autem eſt, quod in vetuſtis Gratiani exemplaribus, & à Burchardo & Iuone citatur ex Bonifacio ad epiſcopos Galliæ, vt ibi etiam dicetur.*

¶ De eodem.

PALEA. CAP. VII.

5 QVæcunque contentiones inter Chriſtianos ortæ fuerint, ad eccleſiam deferantur, & ab eccleſiaſticis viris terminentur. Et ſi A obedire noluerint, quouſq; obediant, à liminibus eccleſiæ excludantur.

A ¶ Et ſi obedire.] *Hinc vſque ad finem non leguntur in ipſa epiſtola: ſunt tamen apud Burchardum & Iuonem.*

Item Bonifacius ad epiſcopos Galliæ.

¶ *Hoc adſcribebatur Marcello: ſed, vt dictum eſt in proxima ſuperiore notatione, in vetuſtis codicibus Gratiani, & apud Burchardum, & Iuonem parte 5. c. 278. tribuitur Bonifacio: & ſic eſt mutatum. Ferè eadm habentur apud Iulianum antecesſorem nouel. 123. c. 10. quod in aliis, quæ nomine Bonifacij citantur, ſolet euenire. Et Iuo eadem parte, c. 369. hoc ipſum caput citat ex libro conſtitutionum, additis nonnullis verbis, quæ ſunt apud Iulianum.*

¶ Neque pro ciuili, neque pro criminali cauſa epiſcopus apud ciuilem iudicem producatur.

CAP. VIII.

iij 6 NVllus epiſcopus neque pro ciuili, neq; pro criminali cauſa apud quemuis iudicem ſiue ciuilem, ſiue militarem producatur, vel exhibeatur [f]. Magiſtratus enim, qui hoc iubere auſus fuerit, amiſſionis cinguli [g] condemnatione plectetur.

6 Auth. nullus epſ. C. đ epiſ. & cler. Burc. l. 1. ca. 168. Iuo p. 5. c. 278. & 369.

Item Silueſter Papa in ſynodo Romana, ca. 14.

¶ Quilibet clericus non eſt in publico examinandus.

CAP. IX.

7 TEſtimonium clerici aduerſus laicum nemo recipiat [h]: nemo enim † clericum quemlibet in publico [i] examinare præſumat, niſi in eccleſia.

7 Bur. l. 2. c. 204. Iuo p. 6. c. 278. Pã. l. 4. c. 89. † al. etiam.

¶ *In Synodo Romana ſub Silueſtro, c. 14. & in Pannormia legitur eodem modo atque apud Gratianum, ac præterea nihil eſt mutatum. Verùm in epilogo eiuſdem concilij habetur,*

Teſtimo-

23. capit.illud.ĵ.15.quæſtio.5.capi.1.
a ¶*Nec honore.*] id eſt,iure prætorio. †
b ¶*Ad teſtimonium.*]à iudice ſeculari.
c ¶*Excepta.*] ab hæc neceſſitate.
d ¶*Iureiurando.*] Hæcſunt verba Gratiani :nec dicit verũ. "nã epi bene tenẽtur iurare,vt 2.q. 4. nullã. & 3.q.9.hortamur. ſed hoc eſt priuilegiũ eius, ꝙ non tangit Euangelium,ſed tantùm à longe manus eleuat verſus ipſum. videtur tamẽ ꝓ ſecundum canones tenetur tangere Euangelium,vt 1.q 7.quoties. Io. Quod nõ debeat tãgere, hodie determinatur ext.de iur. cal. cap. vlt.B.

† Quod honorariũ dicitur ab honore prætorũ. l. ius aũt ciuile.ff. de iuſti.& iure.§. prætorum. Inſti. de iure natu. Pellice.

"Eṗs iurãs non tenetur ſacra tangere.

1 Tit.3.le.7. & in Cod. Theodoſ. li. 11.tit.39. ibidem.

† al. inhonoratur.

† al. exempta.

EPISCOPVS NON FLAGITETVR. Casvs. Statuit Iuſtinianus in hoc cap.vt iudex mittat aliquem de ſuis miniſtris ad epiſcopum, vt propoſitis ſacroſãctis Euãgelijs dicat veritatẽ ꝓut nouerit ſecundũ ꝙ decet ſacerdotes. Et à principio vſque ibi, *Sed iudex*. verba ſunt Gratiani : qui credit ꝙ epiſcopus nõ debet iurare:ſed certè iurat,ſed librum non tangit manibus:ſed manibus extenſis ſuper librum iurat : ſicut feci fieri in cauſa patriarchæ Grãdeñ.& epiſcopi Venetorum, qui iurauerunt de veritate dicenda: in qua aſſeſſor fui.

2 Noue.123. §. ꝑterea nudi]apud Iulianum noue.123.c.9.

3 Iuo p.5 c. 369. Auth. ſed iudex. C.de epiſ.& cler.

e ¶*Iudex mittat.*]ext. de teſti.qui teſtium. ff. de iureiuran. ad perſonas.

PLacuit.]Casvs. Dicitur hic quòd ſi aliquis ingreditur ad Imperatorem vt ibi cõtra aliquem clericum cauſam tractet criminalem,deponi debet:ſi verò rogat Imperatorẽ vt ſcribat epiſcopo, ꝙ ſibi iuſtitiam ſeruet,nõ punitur.

f ¶*Petierit.*] ergo ex ſola porrectione libelli perdit quis cauſam[b]. & ſic eſt cõtra. ff. de in ius vo.ſi libertus. & ff. rem ra.hab. l. amplius. vbi habes ꝙ non incidit in pęnam ſi deſiſtat ab agendo. "Sic ergo videtur ꝙ quandoque confugitur ad ſecularẽ iudicem propter deſidiam eccleſiaſtici iudicis,vt 16.q.7. filius. ſicut ècõuerſo recurritur ad eccleſiaſticum iudicem à ſeculari,vt ĵ.23.q.vlt.ſæpe.& c.his.& c.ſi vobis.& ext.de fo. comp. licet.& c. ex tranſmiſſa. ſed non eſt hoc verum,vt ext.de iud.qualiter. in fi.

b Quod præcedit nõ bene colligiẽ ex tex. licet dicat ꝙ priuetur honore:& ſecũdũ hoc non ob. quod ſequitur.

4 In Mileuitano c.19.& in Afric. ca. 71.

"Iudice eccleſiaſtico negligente non recurritur ad ſecularem.

g ¶*Epiſcopale.*] In his quæ ſpectant ad iudicium Imperatoris, vt ext.de fo.comp. verum. Vel intellige quòd Imperator rogat epiſcopum cognoſcere de cauſa.

Teſtimonium laici aduerſus clericum nemo recipiat. *Et eodem modo legitur in capitulis Hadriani, c.72. in concilio Triburienſi,c.4.& ex ipſo apud Burchardum & Iuonem.*

[1]*Item Codicis lib.primo,titulo de epiſcop's & clericis. Imperator Theodoſius* [*Nec honore*[a], *nec legibus epiſcopus ad teſtimonium dicendum flagitetur.*] ¶*Item dixit. Epiſcopum ad teſtimonium*[b] *dicendum admitti non decet. Nam & perſona deshonoratur* †, *& dignitas ſacerdotis excepta* † *confundetur.*

Nouella conſtitutio.

[2] [*Epiſcopus non flagitetur ad teſtimonium iureiurando* A[d], *ſed Euãgelijs tantùm coram poſitis.*] ¶[3] *Itẽ* [*Sed iudex mittat*[e] *ad eum ex ſuis miniſtris, vt propoſitis ſacroſanctis Euangelijs,ſecundum quod decet ſacerdotes,dicat,quæ nouerit.*]

A ¶Iureiurando.] *Dictio hæc non eſt in nouella. Et verba græca, quæ ad hoc faciunt, ſunt hæc,* ὐδενὶ δὲ τῶν ἀρχόντων ἐξέϛαι τοὺς θεοφιλεϛάτους ἐπισκόπους ἀναγκάζειν εἰς δικαϛήριον παραγένεϛθαι ἐπὶ τῷ παρέχειν μαρτυρίαν. *id eſt,* Præterea nulli magiſtratuum licebit Dei amantiſſimos epiſcopos cogere, vt perhibendi teſtimonij cauſa in ius prodeant.

Item Silueſter in epilogo concilij Romani.

¶Clericus ad ciuilem iudicem clericum perducens anathema ſit.

CAP. X.

SI quis clericus accuſans clericum in curiam introierit, anathema ſit.

Subaudiendum eſt, ſi publicorum iudiciorum cognitionem petierit: epiſcopale namque iudicium nihil obeſt ab Imperatore poſtulare.

Vnde in Carthaginenſi concilio octauo legitur.[4]

¶*In Antiquis etiam codicibus citatur Carthaginẽſe octauum, quo nomine videtur ſignificari concilium Mileuitanum, in quo caput hoc extat. c. 19.*

¶Proprio priuetur honore, iudicij cognitionem ab Imperratore poſtulans.

SIC ET SEQVENTES. Casvs. Superiores auctoritates prohibent clericum ante iudicem ſecularem protrahendum, ſic & ſequentes auctoritates ſunt intelligendæ.

CAP. XI.

PLacuit, vt quicunque ab Imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit[f], honore proprio priuetur. Si autem epiſcopale[g] iudiciũ ab Imperatore poſtulauerit,nihil ei obſit.

Sic & ſequentes[h] *auctoritates intelligendæ ſunt, quibus clericorum cauſas non niſi clerici cognoſcere iubentur.*

Vnde Gelaſius Papa ſcribit Ezechiæ † *Comiti.*

¶A ſeculari iudice clericus non eſt audiendus.

CAP. XII.

CHriſtianis gratum ſemper debet eſſe, quod ab eorum poſcitur dignitate præſtandum : quia Deo ſeruientibus beneficium negare non conuenit. 1 Silueſter itaque, atque Fauſtinianus,qui ſe à cunabulis clericos confitentur, à Theodora ſe opprimi per violentiam conqueruntur : quia dicunt ſe ingenuos, atq; Deo auctore, priſtinæ conditionis nexibus abſolutos, in ſortem deterrimæ iterum ſeruitutis addici,& per auctoritatem regiam contra leges publicas,cũ clericali cingulo tenerentur adſtricti, per archidiaconum vrbis Grumentinæ eſſe conuẽtos,cum conſtet eum,qui cæleſtem[i] militem pulſat,non niſi eius forum debere ſectari. Et ideo,dilecte fili, depenſo ſalutationis affatu, ſupradictos clericos tibi commendo, vt ſi ad delegatorum iudicium, eorũ aduerſarij † venire contempſerint[k], ſublimitatis tuæ tuitione vallentur : ne quid illis, aut ſurreptio,aut inimica legibus violentia neceſſitatis imponat: quia, qui iudicium refugit[l], apparet eum de iuſtitia diffiſum.

Idem Chriſpino †, *& Sabino epiſcopis.*

h ¶*Sic & ſequentes.*] id eſt, ſicut præmiſſæ auctoritates dicunt, quòd non niſi coram clericis ſint conueniẽdi clerici,ſic,&c.

CHriſtianis.] Casvs. Hoc c. & ſequens de eadem materia loquuntur. Quidam manumiſit duos ſeruos, ſcilicet Fauſtinianum & Silueſtrum in pueritia ſua, & eo viuente facti ſunt clerici, poſt mortẽ cuius manumiſſoris, Theodora, & filij ſui comminabantur trahere illos ante iudicem ſecularem per archidiaconum Grumentinũ, qui hoc à rege impetrauerat,vt in ſeruitutem redigerentur, ſuper quo cum cõqueſti fuiſſent, præcepit Pa. Eze. comiti in hoc ca.Chriſtianis, vt ſi aduerſarij eorum ad iudices delegatos à Papa venire cõtempſerint, eos à violẽtia tueatur. *Depenſo*, id eſt tranſmiſſo. In c. ſequenti delegat cauſam Criſpino & Sabino epiſcopis, narrando eis totum factum, & præcipit eis vt citent ad ſuum iudiciũ quiſquis illos voluerit cõuenire. *Per eorum abſentiam*, id eſt dum eſſent abſentes. *Moderatoris*, id eſt iudicis ſecularis. Promiſit iſte archidiaconus ꝙ ipſi ſtarent iudicio ſeculari. *Calcatis*, id eſt, ſpreto iure eccleſiaſtico & humano.

† al. zeis.

5 ĵ.c.Silueſter.

i ¶*Cæleſtem militem.* Clerici enim milites Chriſti ſunt [c]. 23. quæſt. vlt. reprehenſibile.

c Vel eccleſiæ. 50. diſt. clericum.

k ¶*Contempſerint.*]ſi non veniunt ad iudicium iſti actores, in optione rei eſt an velit vt circunducatur edictum, vel quòd admittantur probationes[d] ſuæ, ſed iudex auditis probationibus ſuis non pronuntiabit eum liberum, ſed ſeruum illius non eſſe, niſi euidentiſſimas probationes habeat, vt ff. de li.cau.diui fratres. vel iudex poteſt imponere actoribus perpetuum ſilentium. C.de ing.ma.l.diffamari.

† al. aduerſaria venire contempſerit.

d Quibus ſe probarẽt ingenuos.ff. dẽ li.cau. ordinata. ſecundum. L.

† al. Criſpo.

l ¶*Refugit.*] ſic 74. diſtinctio. honoratus. & 3. quæſt.9. decreuimus.

¶Non niſi ad epiſcoporum iudicium clericus vocetur.

CAP. XIII.

1 SIlueſter, & Fauſtinianus eccleſiæ Grumentinę clerici lachrymoſa nobis inſinuatione conqueſti ſunt, libertatem ſibi domini ſui benignitate conceſſam, hæredum eius oppreſſione pulſari, ſibique in clericatus officio penè à cunabulis ſeruientibus, etiam manumiſſore viuente [a] in eodem actu nihilominus conſtitutis, diuinis miniſterijs† impendere ſeruitium non licere, cum (ſi petitionem veritas ſubſequatur) contra patris [b], & auctoris ſui factum venientibus, vt indignis, hæreditas legibus auferatur: nec eis liceat hæreditatem capientibus cõtra auctoris ſui profilire iudicium. 2 Et ideo, fratres chariſſimi, quoniam ſe etiam ab archidiacono dictæ eccleſiæ quæruntur oppreſſos, qui per eorum abſentiam moderatoris iudicium promiſit eos eſſe ſecuturos, calcatis omnibus rationibus†, & contra leges diuinas, & publicas pulſatis forum ſuũ putauit auferri, in veſtro [c] iudicio, quiſquis ille eſt qui clericum laceſſit, adueniat: vt eccleſiæ iura quæ vetuſti principes aſſidua ſanctione firmauerunt, impetitis clericis non negentur.

Item Alexander omnibus orthodoxis per diuerſas prouincias Chriſto Domino famulantibus, epi. 1. c. 1.

¶Ante iudicem ciuilem ſacerdotes non accuſentur.

CAP. XIIII.

3 RElatum eſt ad huius ſanctæ & Apoſtolicæ ſedis apicem, cui ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & omnium negotia eccleſiarum ab ipſo Domino tradita ſunt, quaſi ad caput, ipſo dicente principi apoſtolorum Petro [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam] ꝙ quidam æmuli Chriſti, eiuſq; ſanctæ eccleſiæ inſidiatores, ſacerdotes Dei ad iudices publicos accuſare præſumant: cum magis Apoſtolus Chriſtianorum [d] cauſas ad eccleſias deferri, & ibidem terminari præcipiat. Taliter præuaricantes præuaricati ſunt in Deum ſuum, & non obediunt præceptis eius.

Item Pelagius Benegeſto Defenſori.

¶Actor forum rei ſequatur.

CAP. XV.

EXperientiæ tuæ præſenti auctoritate mandamus, vt in cauſis, in quibus quælibet eccleſiaſtici officij perſona loco petitoris exiſtit, quenquam laicum pulſatura apud ſuæ prouinciæ iudicem ſuas proponere actiones non deferat. 4 In ijs verò negotijs, in quibus eccleſiaſtici officij perſona pulſatur, totius ſubmoto pulſationis obſtaculo, ad epiſcopi, vel presbyterorum [e] in loco vbi quæſtio vertitur, conſtitutorum occurrat indifferenter examen.

Item† Sergio cancellario.

¶De eodem. CAP. XVI.

SI quiſquam clericus, ſiue inferioris, ſiue potioris gradus petitor exiſtat, & contra laicã pſonã ſuas dirigat actiones, iſte modis omnibus non alibi, quàm apud prouinciæ iudicem negotium ſuum dicturus occurrat. Si quis autem laicus clericum cuiuſcũque gradus duxerit eſſe pulſandum, ad epiſcoporum iudicium in eadem ciuitate, vel territorio conſtitutorum proponat eas, quas ſe habere exiſtimat, actiones. Quem ordinem legibus per omnia conuenientem, atque cõſentaneum demonſtrari illa regula [f] manifeſtat, quæ præcepit actorem forum ſemper ſequi pulſati. 5 Clericis verò pulſatis in epiſcopali iudicio forum competere, principalium quoque ſanctionum deſignat auctoritas.

Item in concilio Agathenſi, c. 32. legitur.

¶Epiſcopo non permittente, apud ſecularem iudicem clericus pulſari non debet.

CAP. XVII.

6 CLericum nullus præſumat apud ſecularẽ [g] iudicem, epiſcopo non permittente, pulſare: ſed ſi pulſatus fuerit, non reſpondeat, vel † proponat [h]: nec audeat criminale negotium in ſeculari iudicio proponere.

¶*In concilio Agathenſi c. 32. in* 1. *par. legitur*: clericus nec quenquam præſumat, &c. *& poſterior eiuſdem cap. pars (quæ habetur*

---

a SIlueſter.] ¶*Viuẽte.*] hoc multũ facit pro eis cum pater eos non reuocauit: vt filij non poſſint reuocare, vt ff. de prob. Procula.

1 Iuo p. 6. c. 108.

b ¶*Patris.*] "ſecundũ legem antiquam hęres qui nõ adimplebat voluntatem defuncti, oĩ ſucceſſione priuabat. C. de fideicom. l. vlt. hodie autẽ hoc tenet in extraneo hærede: ſed ſi filius inſtitutus hæres non implet voluntatẽ defuncti, priuatur ſucceſſione, relicta tamen ſibi legitima, vt C. de fideic. auth. hoc amplius. & fortè lex præualet in hoc caſu huic canoni. Inn. tamen idem dicit quod hic dicitur, extr. de vot. & vo. redem. licet. in fi. vnde poteſt dici ꝙ canõ iſte corrigat authenticam.

"Hæres nõ adimplens defuncti voluntatem qualiter punitur.

† al. miſterijs.

c ¶*In veſtro.*] auctoritate enim epiſcopi volũtas defunctorũ mãdatẽ executioni. ext. de teſta. ſi hæredes. [a]

2 ſ. e. Chriſtianis.

REElatum.] CASVS. Apoſtolus præcepit cauſas Chriſtianorum ad eccleſias deferri: ſed relatum fuit ad Apoſtolicam ſedem, ꝙ quidam æmuli Chriſti, & inſidiatores eccleſiæ ſacerdotes apud ſeculares iudices accuſabant: quare etiam Papa ſcripſit omnib. Chriſtianis, quòd tales accuſatores præuaricantur in Deum, & non obediunt præceptis eius.

aVbi dr̃ hoc & intelligunt quidã hoc tãtùm in relictis ad pias cauſas, vt patet in eo quod legi. & not. extr. e. tit c. tua. verſ. cũ igitur. & c. nos quidem. in fi. Arch.

† abeſt à multis.

d ¶*Chriſtianorum.*] hoc obtinuit ſecũdum primitiuum ſtatum eccleſiæ: vt 2. q. 5. ſi quis presbyter. & 95. diſt. ecce. Vnde adhuc ſecundum legem ſi iudex ſecularis eſt ſuſpectus, epiſcopus ei adiũgitur, vel cauſa trãsfertur ad iudicem eccleſiaſticũ, vt in auth. vt diff. iu. §. ſi tamen. coll. 9. in criminalib. cauſis tamen ſcilicet ſanguinis, non ſunt clerici iudices. 23. q. vlt. his à quibus.

3 Pol. lib. 1. tit. 2.

EXperientia.] CASVS. Dicitᷓ in hoc c. ꝙ ſi aliquis clericus vult laicum conuenire, apud iudicem prouinciæ ſecularem, ſuas accuſationes proponat. & ſi laicus vult clericum conuenire, ad epiſcopum proprium recurrat, vel ad ſynodum conſtitutam, vbi quæſtio vertitur, i. vbi eſt res de qua agitur, vel vbi crimen quod intenditur, eſt commiſſum. Idem dicitur in ſeq. cap. in quo ſupradicta probantur per regulam legis præcipientis actorem ſequi forum rei.

Matth. 16.

1. Cor. 6.

e ¶*Presbyterorum.*] hoc intelligit H. cum cã his delegatᷓ ab epõ: aliàs eps̃ ſolus iudex eſt ordinarius, vt ĩ. ea. perſona. Vel expone vel pro &, vt 15. qõ. 7. epiſcopus. vel dic ꝙ p̃latus quilibet, qui ex electione habet prælaturam, habet etiam iuriſdictionem, vt ext. de off. ord. cũ ab eccleſiarum. ext. de ele. c. 1. ſed qui non eſt electus ab vniuerſitate vel collegio, non eſt iudex ordinarius. "iudicem enim facit aut conſenſus populi, vt 93. di. legimus. in fi. & auth. de defen. ciui. §. interim col. 3. aut conſuetudo, vt 9. q. 3. conqueſtus. C. de emã. l. 1. & l. ſi.

4 Text. eſt pro hoc in l. 1. & l. in criminali. C. de iuriſ. om. iu. & l. fi. C. vbi in rẽ act. exer. de.

"Iudicem duo faciũt.

† al. idem

f SI quiſquam.] ¶*Regula.*] quæ eſt ſ. 3. q. 6. neminem. C. de iuriſd. om. iud. iuris ordinem.

CLericum.] CASVS. Statutũ fuit in concil. Agathẽ. vt nullus conueniat clericum apud iudicem ſecularem: & ſi conuentus fuerit, non reſpondeat, vel proponat excipiendo, nec cauſam criminalem criminaliter agendo coram iudice ſeculari proponat clericus.

g ¶*Secularem.*] "niſi in caſibus exceptis in ſumma. Item excipitur ſi Papa delegat laico cauſam ſpiritualem, vt 10. q. 3. illud. Itẽ fortè cum ſuccedit clericus laico, vt ff. de iudi. hæres abſens. quod falſum eſt. Item ſecundũ quoſdam cum tenetur de euictione, ſequitur forum emptoris. ff. de iud. vẽditor. ſed hoc nõ eſt verũ; quia p hoc nõ fit de foro illius [b], licet præſtet ei auctoritatẽ.

" Clericus coram ſeculari quãdoque conuenitur.

5 ſ. 3. q. 6. neminem.

bIllius. imo licet nõ ſit reus principalis, tamẽ quia eũ in eodem foro defendit fit de illius foro quantũ ad hõc. Adde Petr. Anch. rep. ca. ea q̃. de re. iu. in 6.

h ¶*Vel proponat.*] id eſt, excipiat.

6 Iuo p. 6. c. 367. ĩ. e. clericũ nullus.

† al. nec.

Si quis

SI quis ſacerdotum.] Casvs. Quia fecit ſ.metionem de clerico non conueniendo coram iudice ſeculari: ideoGrat.ponit caſum in his tribus ca.in quibus poteſt à laico iudicari, ſcilicet cum eſt incorrigibilis.eſt ergo caſus huius cap.Quinque maleficia enumerat Papa in hoc c. ſuper quibus ſi ſacerdos,vel clericus conuictus fuerit, deponi debet, & curiæ tradi, id eſt à ſeculari poteſtate capi permittitur,vt recipiat pœnam prout iniquè geſſit.

1 Pol.l.4.ti. 34.Anſ.l.8. c.17. Iuo p. 5.c.243.

a ¶*Si quis.*] In his tribus c. ponit ꝙ clericus à laico poteſt iudicari, cum eſt incorrigibilis. b ¶*Contumeliam.*] ſi illa non tãtùm epiſcopum, ſed etiam eccleſiam eius tangat, aliàs nõ poſſet eum pro ſua contumelia excommunicare[a] .23.q.4. inter. c ¶*Mox depoſitus.*] ſi ſit de nouo contumax.vt ext.de iud.cum non ab homine. Vel dic, quòd iſte caſus eſt ſpecialis vbi aliquis ſtatim traditur curiæ, ſicut eſt in falſario, vt ext. de falſ. ad falſariorum. Vel dic, traditur curiæ, id eſt permittitur tradi, ita quòd eccleſia nõ tenetur eum defendere. “Item in tertio caſu, traditur curiæ, ſcilicet in crimine hæreſis, vt in conſtitutione Innocentij, excõmunicamus. Qualiter hoc verbum exponatur, habes extra de ver. ſig.nouimus.

a Etiam de hoc no.2.q. 7.ſi quis ab epiſcopo.

2 Et in Africano, c.15.

“Clericus ſtatim traditur curiæ ſeculari in aliquibus caſibus.

† al. qñ.

PEtimus.] Casvs. Quidam epiſcopus multoties monitus nolebat reddere plebem quam inuaſerat: quare quidam epiſcopi petebant in concilio Carthagiñ.vt per rectorem prouinciæ expellatur. Et reſpondit Aurelius epiſcopus: Nulla fit ei iniuria ſi per ſeculare poteſtatem expellatur, ex quo admonitus nõ deſiſtit. Poſteà Honoratus & Vrbanus epiſcopi dixerunt: Hoc omnibus placet. *Fiduciam*, id eſt licentiam & auctoritatem. *Appetitus*, id eſt iniuſtè expulſus, vel appetitus nomen, id eſt cupiditas nocendi. d ¶*Fiduciam.*] id eſt, auctoritatem. e ¶*Excludatur.*] arg. “quòd ſi quis auctori-

† al. modeſtius.

“ Militari manu põt qñq; alicui res auferri.

habetur ſ.5.q.6.c. fi.) in qua quaſi ex aduerſo, agitur de laicis, qui eccleſiam,vel clerum vexant,oſtendit in priore dictum eſſe de clericis, qui ſine permiſſu epiſcopi ſui laicos pulſarent, & cum originali concordat Iuo.

Item Pius Papa epiſt.2.

¶Clericus ſuo inobediens epiſcopo depoſitus curiæ tradatur.

CAP. XVIII.

iii[1] SI quis[a] ſacerdotum, vel reliquorum clericorum ſuo epiſcopo inobediens fuerit, aut inſidias ei parauerit,aut contumeliam[b],aut calumniã, aut A conuicia intulerit, & cõuinci potuerit: mox[c] depoſitus B curiæ tradatur, & recipiat C quod iniquè geſſit.

A ¶Aut conuicia intulerit.]*Sic etiã in vetuſtis,& apud Anſelmum, & Polycarpum: ſed in epiſtola ipſa,& apud Iuonẽ non habetur iſta verba.* B ¶Depoſitus.] *abeſt iſta dictio ab originali, & Iuone.* C ¶Et recipiat.] *In epiſtola Polycarpo, & apud Anſelmum legitur:* Qui autem facit iniuriam recipiat hoc,quod iniquè geſſit.

Item ex concilio Cartaginenſi. 3. cap.38.[2]

¶Principali cogatur auctoritate, qui plebem inuaſam non vult deſerere.

CAP. XIX.

PEtimus, vt dignemini dare fiduciam[d], qua † neceſſitate ipſa cogente liberum ſit nobis rectorem prouinciæ ſecundum ſtatuta glorioſiſſimorum principum aduerſus illũ adire, qui A plebem, quam inuaſerat, vſque hodie commonitus, ſecundum quod ſtatutũ fuerat,relinquere contemnit: vt qui miti admonitioni ſanctitatis veſtræ acquieſcere noluit, & emendare illicitum: auctoritate iudiciaria protinus excludatur[e]. Aurelius epiſcopus dixit. Seruata forma diſciplinæ,non æſtimabitur appetitus[f], ſi à veſtra charitate modeſtè † conuentus,recedere detrectauerit: cum fuerit,ſuo contemptu, & contumacia faciente, etiam auctoritate iudiciaria conuentus. Honoratus & Vrbanus epiſcopi dixerunt. Hoc enim omnibus placet. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt,Iuſtum eſt, Placet.

A ¶Qui plebem.]*Hæc vſque ad verſic.contemnit. ſunt à collectore ex verbis in eodem capite præcedentibus huc comportata, ne illa omnia referenda eſſent.*

Item Gregorius Papa.

¶A principibus corrigantur, quos eccleſia corrigere non valet.

CAP. XX.

3 IStud eſt[g],quod à vobis popoſcimus, & nunc iterum poſtulamus, vt Paulinũ Aquileienſem, pſeudoëpiſcopum, & illum Mediolanenſem epiſcopum ad clementiſſimum principem ſub digna cuſtodia dirigatis: vt & iſte, qui epiſcopus eſſe nullatenus poteſt, quia contra omnem canonicam cõſuetudinem factus eſt, alios vltrà non perdat: & ille, qui contra morem antiquum eum ordinare præſumpſit, canonum vindictæ ſubiaceat.

¶*Hoc cap.in Polycarpo refertur ſine auctoris nomine.In lib. autem 7. ti.5.ſimile quiddam refertur ex Gelaſio ad Ioannem magiſtrum militum: ſed in eo libro ſæpe pro Pelagio ſcribitur Gelaſius. Anſelmus quidem integram epiſtolam Pelagij refert,cui⁹ prior pars eſt hoc caput, poſterior verò c.nec licuit. ſ.diſt.17.*

Item in concilio Chalcedonenſi c. 18.[4]

¶Proprium gradum amittant clerici coniurantes, vel conſpirantes.

CAP. XXI.

COniurationum[h], & conſpirationũ crimen (quod apud Græcos dicitur φρατρία) publicis etiam legibus certum eſt penitus inhiberi. Hoc multò magis in ſancta Dei eccleſia ne fiat, conuenit abdicari. 5 Si qui verò clerici, vel monachi inuenti fuerint coniurantes, aut conſpirantes, aut phratrias[i], vel factiones componentes aliquas ſuis epiſcopis, aut clericis alijs: omnino cadant de proprio gradu.

Itẽ Calixtus Papa epiſcopis Galliæ,epiſt. 2.

¶Clerici cõſpirantes, proprio amiſſo gradu, retrudantur in carcerem,cæteri excommunicentur.

CAP. XXII.

6 COnſpirationum crimina veſtris in partibus vigere audiuimus, & plebes

tate iudicis mittitur in poſſeſſionem, & aduerſarius eum non admittat, qui nec attendit excommunicationem, videtur quòd manu militari ei poſſit auferri res,vt 23.q.5.principes.24.q.3. de illicita. 17.diſt.nec licuit.& eſt expreſſum ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. ſi quis miſſus.ff.de rei ven.qui reſtituere.hodie tamen talis efficitur poſſeſſor poſt annum,vt extr. de do.& contu. contingit. & concordat legi. ff.de bono. auct. iud. poſſ. quàmuis. f ¶*Appetitus.*] id eſt, iniuria laceſſitus.

3 Anſ.l. 12. c. 42. Poly. l.1.tit. 15.

IStud eſt.]Casvs. Mediolañ.& Aquilegieñ. olim ſe adinuicem conſecrabant, ita quòd ordinator ſemper deberet ire ad eccleſiam ordinandi, & ibi eum ordinare,& cũ vterque eſſet ſchiſmaticus, Mediolañ.Aquileg. ordinauit contra conſuetudinem antiquam & comprobatã à Papa: quia eum ad ſe vocauit. quare Gre. præcepit cuidam nobili,vt vtrunque illorum capiat,& ad piiſſimum principem ſub digna cuſtodia dirigat puniendos. g ¶*Iſtud eſt.*] Caſum huius cap. etiam habes 24.q.1.pudenda.

4 Et ĩ Vuormacienſi, c. 74.

COniurationum.] Casvs. In hoc cap. prohibetur per leges ſeculares, & multò fortius per eccleſiaſticas, ne coniuratio, vel conſpiratio fiat cõtra ſuos prælatos, vel alios: & qui fecerit ſi clericus eſt, deponatur. h ¶*Coniurationum.*] hæc 4. capit. idem dicunt, quòd coniuratores deponuntur ſi clerici ſunt,ſi laici, excommunicantur. i ¶*Phratrias.*] A phares,quòd eſt diuiſio: in de Phariſæi.ſ. 46. diſt. ſeditionarios. & 3.q.4. conſpiratores. & 7.q.1. denique.

5 ſ.ea.ſi qui clerici.

COnſpirationum.] Casvs. Dicitur in hoc cap. quòd conſpirationes abominabiles ſunt: non ſolùm inter Chriſtianos, ſed etiam inter ethnicos: quas leges ſeculi & eccleſiaſticæ damnant, & eis conſen-

6 Pol.l.4.ti. 30.Anſ.l.8. c. 18. Burc. l.10.c.64. Iuo p.12. c. 85.& p.6.c. 346.

conſentientibus. Seq. c.planum eſt. Similiter illud c.ſi qui clericorũ. de eadem materia loquitur, & per te videbis caſum, qui planus eſt. Et eandem pœnam imponit Beneuen. etiã in iſtis 4.ca. vnum pro omnibus, & breuẽ ponit caſum. *Labatur.* id eſt elidatur, vel inulta relinquatur. Supra ſacras leges, id eſt, contra ſacras.

“Cõiuratio an ſit licita.
†al.cadere.

SI *qui clericorum.* a ¶*Aut ſacramenta.*] “Coniurationes q̃ fiunt ſuper licita re, licitæ ſunt ad probandũ malum, & illicitum, vt 16.q.7.ſane.1.q.1.concuſſionis.22.qõ.1.c. 1. ſed ſuper re illicita nõ tenent a, vt hic. Quidã tamen dicũt ꝙ omnis coniuratio ſi eſt occulta, eſt illicita b. prohibentur ergo fraternitates, quæ ſunt ad malũ. ſic C.de monop.l.vnica. ſed bonæ fraternitates admittuntur. 42.di. ſi quis deſpicit.

a Adde an & quales cõiurationes, vel conſpirationes ꝓhibeantur, no.in l. non dubito. ff. đ capt. & l. 1. ff.de col. il. Bart.ĩ l.hac edictali. §. conuenticulas.đ pa. te. co. 9.

b ¶*Præſumptio.*] id eſt temeritas. Quidam tamen hic ſcripſerunt, ꝙ hæc præſumptio ſit iuris, contra quam non admittitur probatio, ſecus ſi pręſumptio ſit facti.

b Hanc opi. iſti colligũt ex eo quod ĵ. in tex. dr̃: quia ſi charitas, &c. & ex verbo interdicente. Arch.

1 ſ. e.coniurationem.
2 Pol.l.4.ti. 34. Burc.l. 10.c.68.Iuo p.12.c.87.
†al.conclericis.
3 Poly.ibid. Burc. l. 10. c.69. Iuo p. 12.c.88. Anſel.l.8.c.18.

SI *quæ cauſæ.*] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ſi cauſa, vel cõtentio vertitur inter laicos actores, & clericos reos, recurrendum eſt ad ſynodum epiſcoporum, vt ibi terminetur, ſicut ſynodus Nicæna diffinit. & hoc intellige cũ cauſæ ſunt difficiles, vel intellige hoc de cauſis ſpiritualibus, vel de crimine eccleſiaſtico, vbi quilibet debet conueniri corã iudice eccleſiaſtico tantùm.

c ¶*Si quæ cauſæ.*] hoc c. loquitur de crimine eccleſiaſtico, vel de rebus ſpiritualibus, & de cauſis generalibus ad totam prouinciam pertinentibus. e

e 9.q.3.archieps. cum c. ſeq.

CVM ERGO HIS. CASVS. Vſque ad locum iſtum probauit, quòd clerici ſunt conueniendi ſub iudice eccleſiaſtico. Nunc verò concludit quòd clerici ad ſecularia iudicia non ſunt pertrahendi, cum prędictæ auctoritates negent eos ante ciuilem iudicem cõueniendos: nec ſunt tradendi curiæ, niſi

†al. præualeat]al.p æ ualetur.

contra epiſcopos ſuos conſpirare nobis manifeſtum eſt: cuius criminis aſtutia non ſolùm inter Chriſtianos abominabilis eſt, ſed etiam inter ethnicos, & ab exteris legibus prohibita. Et idcirco huius criminis reos non ſolùm eccleſiaſticæ, ſed etiam ſeculi damnant leges: & non ſolùm conſpirãtes, ſed etiam conſentientes eis. Anteceſſores verò noſtri cum plurima turba epiſcoporum, quicunque eorum in ſacerdotali honore ſunt poſiti, aut exiſtunt clerici, honore quo vtuntur, carere † præceperunt: cæteros verò communione priuari, & ab eccleſia extorres fieri iuſſerunt, omneſque ſimul vtriuſque ordinis viros infames eſſe cenſuerunt, & nõ ſolùm facientes, ſed & eis conſentientes.

Item ex concilio Chalcedonenſi, c.18. 1

¶Clerici aut monachi coniurantes, proprio priuentur honore.

CAP. XXIII.

j 2 SI qui clerici, aut monachi reperti fuerint coniurantes, aut conſpirantes, aut inſidias ponentes epiſcopis, aut clericis †, gradu proprio penitus abijciantur.

¶*Hic canon eſt pars canonis 18. cõcilij Chalcedonenſis, qui paulò ante c. coniurationum, integer ex alia refertur verſione.*

Item ex concilio Toletano.

¶De eodem.

CAP. XXIIII.

3 SI clerici, aut monachi inuenti fuerint conſpirantes, aut per coniurationem calumniam machinantes epiſcopis, vel clericis, proprium amittant gradum.

¶*Iuo etiam & auctor Polycarpi citat ex Toletano: ſed in nullo eſt inuentum, & eſt idem canon cum priore, verbis tantùm mutatis.*

Item ex concilio Aurelianenſi, 3.c.21.

¶De eodem.

CAP. XXV.

ij SI qui clericorum (vt nuper multis locis per ſuperbiam, diabolo inſtigante, actũ fuiſſe perpatuit) rebelli auctoritate ſe in vnum coniuratione intercedente collegerint, & aut ſacramenta a inter ſe data, aut chartulam conſcriptam fuiſſe patuerit: nullis excuſationibus hæc præſumptio b elabatur †: ſed re detecta, cum in ſynodum ventum fuerit, in prę ſumptores iuxta perſonarum, & ordinum qualitatem, à pontificibus, qui tunc in vnũ collecti fuerint, vindicetur: quia ſicut charitas ex præceptis diuinis † corde, non chartulæ cõſcriptione, vel coniurationib. eſt exhibenda: ita quæ † ſupra ſacras admittuntur ſcripturas, auctoritate, & diſtrictione põtificali ſunt reprimenda.

Item Innocentius Papa ad victricium Rhothomagenſem, epiſt. 2. cap.3. 4

¶Inter clericos & laicos cauſæ exortæ ab epiſcopis audiantur.

CAP. XXVI.

5 SI quæ cauſæ c, vel contentiones inter clericos, vel A inter laicos & clericos, tam ſuperioris ordinis, quàm etiã inferioris fuerint exortæ, placuit, vt ſecundum ſynodum Nicænam 6 congregatis oĩb. † eiuſdem prouincię epiſcopis iudicium B terminetur.

A ¶Vel inter.] *Sic in editione conciliorum tribus tomis. In illa autem quatuor tomorum abſunt hæc,* vel inter laicos & clericos: *in Gratiani codicibus legebatur,* contentiones inter clericos & laicos.

B ¶Iudicium.] *In aliquot editionibus ipſius epiſtolæ, apud Anſelmũ, in capitularibus, & in epiſtola Nicolai epiſcopis Galliæ in appendice bibliothecæ ſanctorum Patrum, in qua caput hoc refertur, legitur,* iurgium.

Cum ergo his omnibus auctoritatibus clerici ante ciuilem iudicem denegentur producendi, cum (niſi prius depoſiti, vel nudati fuerint) curiæ non ſint repræſentandi: patet ꝙ ad ſecularia iudicia clerici non ſunt pertrahendi.

2 *His ita reſpondetur. Clerici* d *ex officio, epiſcopo ſunt ſuppoſiti: ex poſſeſſionibus prædiorum, Imperatori ſunt obnoxij. Ab epiſcopo vnctionem, decimationes, & primitias accipiunt: ab Imperatore verò prædiorum poßeſſiones nanciſcuntur. Vnde Auguſt. ait ſuper Ioannem* [7 *Quo iure villas defendis? diuino, an humano?*] *require in principio: vbi differẽtia ſignatur inter ius naturale, & ius conſtitutionis. Quia ergo, vt prædia poſſideantur, Imperiali lege factum eſt: patet, quòd clerici ex prædiorum poſſeſſionibus Imperatori ſunt obnoxij.*

Item Ambroſius contra Auxentiũ in oratione de tradẽdis baſilicis. 8

¶Imperatori tributum eccleſia denegare non debet.

CAP. XXVII.

SI tributum petit Imperator, non negamus: agri e eccleſiæ ſoluunt † tributum. Si agros deſiderat Imperator, poteſtatem f habet vendicandorum. *Aut paucis interiectis.* ¶Tollant eos, ſi libitum eſt: Imperatori non dono, ſed non nego g.

depoſiti ſint primò. Poſteà reſpondet ſophiſticè, ſcilicet quòd clerici qui ex poſſeſſionibus ſunt Imperatori ſubiecti: ex ſpiritualibus debent epiſcopo reſpondere. & ad hoc probandum inducit auctoritatem Auguſt. & ad hoc etiam inducit ſequentia capitu. quorum primum patet.

† al. Dominicis.
† al. qđ admittitur, eſt reprimẽdũ.

HIS ITA. Hæc eſt 2. pars quæſt. in qua probat magiſter ſuperficialiter ſcilicet allegãdo, quòd in ſpiritualibus cauſis debet tantùm clericus coram clerico reſpondere: in alijs autem ciuilibus coram iudice ſeculari. & hoc probare videtur per 5. canones. Ioan. de Fan.

4 Capit.l.6. c.287.
5 Anſel.l.2. c.53.
6 C. 5. cõc. Nic.
† abeſt à nõ nullis conciliorũ editionibus.

d ¶*Clerici.*] allegando hoc dicit.

SI *tributum.*] e ¶*Agri.*] ĵ. 23. quæſt. vlt. ſecundum. contra. Sed ibi loquitur de his prædijs, in quibus fundata eſt eccleſia, vel officinæ eius, quæ debent eſſe liberę, vt extra de cẽſibus ſancitum.

f ¶*Poteſtatem.*] de facto, non de iure: nam ſi ſine auctoritate principis vel alterius quis detineat res eccleſiæ, ſacrilegus eſt niſi reſtituat. 12. quæſtio. 2. quiſquis. 16. q. 1. in canonibus. “Videtur tamen, quòd ſi agri eccleſiæ non ſoluant tributum, quòd poſſit Imperator vendicare agros illos, vt hic, & C. de epi. & cler. de his. nam omnia bona illorum qui tenentur alicui ſoluere tributum, ſunt illi iure pignoris obligata. C. in quibus cau. pig. ta. contra. l. 1. d Sed iſtud nõ eſt verum: quia tantùm intelligitur de ꝓprijs prædijs patrimonialibus aliquorum, vel clericorum, vel laicorum. Licet enim prędia eccleſiæ ceſsẽt à tributo, non ideo poſſunt vendicari, vt 16. quæſt. prima. §. nouarum.

“ Eccleſiæ prædia, de quibus tributum non ſoluitur, an poſſint ab imperatore vendicari.
7 diſt.8.quo iure.
d Et videas quod dicã in prædic.l. 16.q.1.placet. Arch.
8 l.5.epiſtolarum, poſt epiſt. 32.

g ¶*Non nego.*] corporaliter me opponẽdo: quia pro temporalibus me morti opponere non debeo, pro altaribus libenter immolabor. 23.qõ. vlt. conuenior.

†al. ſoluãt.

Magnum.]

M*Agnum.*] Casvs. Ambr. in hoc c. oſtendit, quòd tributum eſt ſoluendum ſublimioribus poteſtatibus exemplo Chriſti, & duabus auctoritatibus, vna ſcilicet Apoſtoli, & alia Petri.

a ¶[*Subiecti.*] tributum eſt probatio ſubiectionis. ext. de cenſib. c. 2. Sed arg. contra extra de priuil. recepimus. verum eſt, quod eſt ſignum ſubiectionis, licet non plena probatio.

b ¶[*Soluit.*] non ex debito, ſed ne ſcandalizaret alios, vt 28. quæſt. 1. iam nunc.

« Chriſtus nemini fuit ſubiectus.

c ¶[*Omnis anima.*] ſubdita peccato. « Chriſtus enim nemini fuit ſubiectus. 23. q. 3. in prin.

Matth. 17.

d ¶[*Siue regi.*] hæc verba interpretatur Inn. extra de ma. & obed. ſolitæ.

Rom. 13.

e ¶[*Epiſtola prima Clementis.*] ideſt miſſa Clementi à Petro a, ſicut dicitur inſtrumentum meum quod mei cauſa factum eſt. ff. de eden. prætor. §. 1. & dicitur etiam epiſtola illius cui eſt miſſa: tamen cum di. ff. de fur. eum qui. §. vlt.

1. Petr. 2.

a Quod ſic debeat exponi patet ex ſeq. c. vbi Petrus loquitur Clementi, & eſt de eadem epiſtola, ſecundum Hu.

T*E quidem.*] Casvs. Caſum hûc ſic intelligit H. Petrus miſit epiſtolã ad Clementem, in qua docet eum, vt irreprehenſibiliter viuat, & vt ſecularia negotia vitet, non fideiuſſor, non litium aduocatus, non iudex ſecularium negotiorũ fiat: ſed tantùm inſiſtat verbo Dei: laici verò ſecularia negotia tractent. vnde Hu. ſic exponit illud verbum, *ex epiſtola Clementis*, id eſt miſſa ad Clementem. Alij dicunt, quòd miſſa fuit ad aliquem epiſcopum. vnde Beneu. ſic ponit hunc caſum. Clemẽs Papa miſit ad Iacobum Hieroſolymitanum archiepiſcopum quandam epiſtolam, cuius pars eſt hoc c. in qua Clemens oſtendit qualiter Petrus ſibi Clementi loquebatur: ſcilicet vt irreprehenſibiliter viueret: & ſecularia negotia vitaret, non fideiuſſor, non aduocatus, non iudex ſecularium negotiorum eſſet: ſed tantùm inſiſteret verbo Dei, laici verò ſecularia negotia expedirent.

1 Inducitur Petrus loquens Clementi.

« Clericus an poſſit fideiubere.

f ¶[*Ne fideiuſſor.*] « Clericus regulariter non debet fideiubere, vt hic, & ext. de fideiuſſ. clericus. niſi neceſſitas ſit: tũc enim ex pietate tenetur ſubuenire alij, vt 86. diſt. non ſatis. Item clerici poſſunt fideiubere pro eccleſijs ſuis, vt in auth. de ſanct. epiſ. §. alium autem. coll. 9. Item inter ſe mutuò fideiubẽt cũ côueniuntur, vt C. de epiſc. & cle. l. omnes. §. in hac. Item nec adſtrictus curiæ poteſt fideiubere. C. loc. curialis. & ſi clericus fideiuberet, poteſt dici, quòd non tenet fideiuſſio niſi tali priuilegio ſuo renuntiet: nam fideiuſſor pro non dato habetur, niſi priuilegio ſuo renuntiet, vt ff. ſi quis in ius vo. non ier. l. 1. Vel dic, quod licet non debeat fideiubere, ſi tamen fideiuſſerit, tenet obligatio, vt extra de fideiuſſ. c. peruenit. & c. conſtitutus.

g ¶[*Ne aduocatus.*] quod prohibetur ſacerdotibus, vt infra 14. q. 5. denique. & 15. q. 2. c. 1.

Idem in commentarijs ad c. 5. Lucæ, lib. 4. c. penult.

¶Poteſtatibus tributa non ſunt deneganda.

C A P. XXVIII.

MAgnum quidem eſt, & ſpirituale documentũ, quo Chriſtiani viri ſublimioribus poteſtatibus docentur debere eſſe ſubiecti [a]: ne quis cõſtitutionem terreni regis putet eſſe ſoluendam. Si enim cẽſum Dei filius ſoluit [b], quis tu tantus es, qui non putes eſſe ſoluendum?

Item Apoſtolus [*omnis anima* [c] *ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit.*] *Item Petrus Apoſtolus generaliter omnibus fidelibus ſcribit,* [*Eſtote ſubditi dominis veſtris, ſiue regi* [d], *quaſi præcellenti, ſiue ducibus, tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.*

Item ex epiſtola 1. Clementis [e] *ad Iacobum fratrem Domini.*

¶De ſecularibus negotijs epiſcopus cognoſcere non debet.

C A P. XXIX.

1 TE quidem oportet irreprehenſibiliter viuere, & ſummo ſtudio niti, vt oẽs vitæ huius occupationes abijcias: ne fideiuſſor [f] exiſtas: ne aduocatus [g] litium fias: neúe in vlla aliqua occupatione prorſus inueniaris mundialis negotij occaſione perplexus. Neque enim iudicem [h], aut cognitorem ſecularium negotiorũ hodie te ordinare vult Chriſtus: ne præfocatus præſentib. hominum curis non poſſis verbo Dei vacare, & ſecundum veritatis regulam ſecernere bonos à malis. Iſta namque opera quæ tibi minus congruere ſuperius expoſuimus, exhibeant ſibi inuicem vacantes A laici: & te nemo occupet ab his ſtudijs, per quæ ſalus omnibus datur.

A ¶[Vacantes laici.] *In epiſtola Clementis legitur,* diſcentes, id eſt laici: *ſed Gratianus etiam infra poſt palam,* clericus nullum. *eodem modo legit atque hic.*

Item ibidem continenter.

¶In his, quæ ad communis vitæ vſum pertinent, laici ſibi inuicem operam dent.

C A P. XXX.

SIcut enim tibi impietatis crimen eſt, neglectis verbi Dei ſtudijs, ſolicitudines ſuſcipere ſeculares: ita & vnicuiq; laicorum peccatum eſt, niſi inuicem ſibi etiam in his, quæ ad communis vitæ vſum [i] pertinent, operam fideliter dederint. Te verò ſecurum facere ex his [k], quibus non debes inſtare † [l], omnes communiter elaborent. Quòd ſi fortè à ſemetipſis hoc laici non intelligunt: per diaconos [m] edocendi ſunt, vt tibi ſolius eccleſiæ ſolicitudines derelinquant.

Ex his omnibus datur intelligi quòd in ciuili cauſa clericus ante ciuilem iudicem conueniendus eſt. Sicut enim eccleſiaſticarum legum eccleſiaſticus iudex eſt adminiſtrator: ita & ciuilium non niſi ciuilis debet eſſe executor. Sicut enim ille ſolus [n] *habet ius interpretandi canones, qui habet poteſtatem condendi eos: ita ille ſolus ciuilium legum debet eſſe interpres, qui eis ius, & auctoritatem impetit. In criminali verò cauſa nõ niſi ante epiſcopum eſt clericus examinandus. Et hoc eſt illud, quod legibus, & canonibus ſupra definitum eſt: vt in criminali videlicet cauſa ante ciuilem iudicem nullus clericus producatur, niſi fortè cum conſenſu epiſcopi ſui, veluti quando incorrigibiles inueniuntur: tunc detracto eis officio, curiæ tradendi ſunt.*

Vnde Fabianus Papa ait epiſtola 2. epiſcopis orientalibus.

h ¶[*Iudicem.*] contra infra 23. q. vlt. c. ſæpe. & c. his à quibus. ſed dic, quòd poſſunt tractare de illis temporalibus quæ ſpectant ad eccleſiam.

S*Icut enim.*] Casvs. Docet Petrus, quòd ſicut impium eſt ſi Clemens neglecta prędicatione ſuſcipiat curas ſeculares: ita peccatum eſt ſi in ſecularib. laici viciſſim ſibi non ſubueniant: quod ſi per ſe nõ intelligãt, per diaconos edoceantur.

i ¶[*Vſum.*] Argum. quod peccat qui non recipit arbitriũ b, & qui non componit inter partes. 90. diſtinct. præcipimus.

b Fortè non eſt verũ in ſeruo, qui non poteſt eſſe arbiter vt 3. quæſt. 7. ſi quis verò. & idem fortè ĩ monacho, cum ſeruus dicatur, vt no. 12. q. 1. non dicatis. in gl. nunquid pauper, &c.

k ¶[*Ex his.*] i. ab his.

l ¶[*Inſtare.*] id eſt, intereſſe. ſupra 90. diſt. præcipimus.

† Vacare] Orig.

m ¶[*Per diaconos.*] arg. quod diaconi debent laicis exponere, & inſtruere modum viuendi. 25. diſt. audire.

EX HIS OMNIBVS. Casvs. Concludit Grãt. ex ſupradictis, quòd clericus in ciuili cauſa coram ſeculari iudice eſt conueniendus: quia ſicut iudex eccleſiaſticus legum eccleſiaſticarum eſt executor, & eas ſolus facit, condit & interpretatur: ſic iudex ciuilis leges ciuiles exequitur, & eas ſolus facit, & interpretatur. In criminali verò cauſa clericus apud eccleſiaſticũm iudicem eſt tantùm côueniendus, niſi de conſenſu epiſcopi ſui ad ſecularem iudicem pertrahatur cum incorrigibilis reperitur, & hoc allegando dicit Grãtianus, niſi fortè hoc vltimum, ad quod inducit ſequens cap.

n ¶[*Sicut enim ille ſolus.*] nam vnde ius prodijt, ab eo interpretatio requiritur, vt ext. de ſen. excom. inter. quandoque legatus Papæ interpretatur reſcriptum Papę. ext. de poſtu. præla. ad hæc. vltra med. & ext. de ſequeſt. ad hoc. iudex etiam interpretatur legem, vt ff. de legib. nam vt ait. ſed non poteſt interpretari ſententiam ſuam, niſi ſit præſes prouinciæ. ff. de app. ab executore. ſimiliter conſuetudo interpretatur legem, vt ext. de verbor. ſign. abbate. « Interpretatio quędam eſt probabilis, & non neceſſaria, vt magiſtri, vt C. de profeſ. qui in vr. Conſtant. l. vnica. Quædam eſt neceſſaria, ſed non generalis, vt iudicis, vt ff. de legi. nam vt ait. Quædam eſt probabilis, neceſſaria, & generalis: ſed non eſt in ſcriptis redigenda, vt cõſuetudinis, vt ff. de leg. ſi de interpretatione. &

« Interpretatio eſt triplex.

ext. de

ext.de ver.ſi.abbate. Quædam probabilis neceſſaria & in ſcriptis redigenda, vt principis, vt C.de leg.l.1.& l. vlt.

S *Tatuimus.*] Casus. Quæſitum eſt à Fabiano quam pœnam debet pati clericus, ſi infeſtus fuerit epiſcopo ſuo, vel inſidiator? Et reſpondet, quòd ante examinantem iudicem debet deponi, & cunctis diebus vitę ſuę curiæ tradi ſeruiturus, & infamis permaneat abſque vlla ſpe reſtitutionis. Vel ante examinatum iudicium id eſt, ante quàm cauſa examinetur. & hoc quando notorium erat.

1 Anſ.l.7.c. 159. Pol.l. 4.tit.31.

a ¶*Mox ante.*] non intelligas, quòd hæc dictio, ante, ibi notet aliquod tempus: ſed eſt ſenſus, ante, id eſt, ante examinantem iudicem, ſiue coram examinante[a]. Vel loquitur cum eſt notorium crimen.ſic C.de defen. ci. defenſores.

†al. cui cunctis diebus.

a Sic ſumitur ibi, pcidamus ante Deum, i. corã Deo, ſecundũ H.

Qvia ergo. Casvs. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit Gratian. ſophiſticè oſtendens, quòd ille clericus de quo facta eſt mentio in themate, non eſt tranſgreſſor canonum, ſi & alium clericum non in criminali, ſed in ciuili ad iudicem trahat ſecularem. nam tantùm ciuilis iudex de ciuili cauſa cognoſcere debet. In ſecunda parte dat veram ſolutionem dicens, quòd ea quę dicta ſunt pro actore, quamuis videantur veriſimilia, tamen pondere carent, cum ſecundum canones & leges ſeculares clericus nec in ciuili nec in criminali cauſa ad ſecularem iudicem ſit pertrahendus. quod probat per omnia ſequentia c. vſque ad §. *Ex his omnibus.* Secunda pars incipit ibi, *Eccleſiæ.* Sequentia duo c.patent.

†al. pődere veritatis.

2 Pol.l.5.ti. j. Iuo p.6.c. 345. Anſ. l. 6.c. 158.

3 Et in concilio ipſo.c. 16.

E contra. Hęc eſt tertia pars quęſtio.in qua probatur, quòd in omni cauſa, ſiue ciuili, ſiue criminali per proprium epiſcopum clericus iudicetur. & hoc probat per 14.c. in quibus punit etiam contemptores. Io.de Fant.

4 Pan.l.4. c.30.

¶Qui epiſcopo inſidiatur, ſemotus à clero curiæ tradatur.

CAP. XXXI.

1 STatuimus, vt ſi quis clericorum ſuis epiſcopis infeſtus, aut inſidiator fuerit, eoſq; criminari voluerit, aut conſpirator fuerit, mox ante[a] examinatum iudicium ſubmotus à clero, curiæ tradatur: cui diebus † vitæ ſuæ deſeruiat, & infamis abſq; vlla reſtitutionis ſpe permaneat.

Quia ergo iſte non in criminali, ſed in ciuili cauſa clericum ante ciuilem iudicem produxit, non eſt iudicandus tranſgreſſor canonum, nec eſt dicendus pertraxiſſe reum ad iudicē non[2] ſuum: quia de ciuili cauſa non niſi iudex ciuilis cognoſcere debet.

3 *Econtra ea, quæ in actoris defenſione dicta ſunt, veriſimilia quidem videntur: ſed pondere † carent. Sacris enim canonibus, & forenſibus legibus, tam in ciuili, quàm in criminali cauſa clericus ad ciuilem iudicem pertrahendus negatur.*

Vnde in epiſtola I. Clementis ad Iacobum legitur.

¶Fratres apud presbyteros iudicentur.

CAP. XXXII.

2 iij SI qui ex fratribus[b] negotia habent inter ſe, apud cognitores ſeculi non iudicentur: ſed apud presbyteros eccleſiæ, quidquid illud eſt, dirimatur.

Item Silueſter Papa in epilogo concilij Romani.[3]

¶Nullus clericus propter aliquam cauſam intret curiam.

CAP. XXXIII.

4 iiij NVllus clericus, vel diaconus, vel presbyter propter quamlibet cauſam intret in curiam, nec ante iudicem ciuilem A cauſam dicere præſumat.

b ſ *I quis ex fratribus.*] Fratres hic vocat clericos, vel etiã omnes Chriſtianos[b], & loquitur ſecundum antiqua tempora, vt ſ. ea. relatum.

b j. e.q.3.ad menſam.

A *Liud quidem.*] Casvs. Quidam laicus ſolemniter pœnitens cauſam habebat cum alio laico. Quæſitum eſt à Leone Papa vtrum petere debet iudicem eccleſiaſticum, vel ſecularem? Et reſp. qui vult de illicitis veniam poſtulare, vt ſit perfectus, debet à multis illicitis abſtinere: verumtamē ſi cauſam non vult negligere, melius recurret ad eccleſiaſticum iudicem, quàm forenſem. Intellige ſi reus conſentit, vel intellige cum pœnitens ſolemniter conueniebatur.

c ¶*Poſtulantem.*] pœnitentes enim ſub regula eccleſiaſtica viuere debent, vt hic, & j. ead. de perſona. & j. de poen. diſt.5. contrarium. & c. falſas.

d ¶*Omnia mihi licent.*] "tunc non expedit id, quod licitum eſt, quando vſus ipſius alijs infert impedimentum, vt 28 quæſt. prima, ſic enim. Licet quòd fidelis diſcedat ab infideli, ſed non expedit, vt ibi dicitur. Vel aliter, mihi licet mea repetere, ſed non expedit ad vitam conſequendam, quia ſcandalizantur illi à quibus repetuntur[c], vel ſic: Omnes cibi liciti ſunt, ſed non expediunt propter infirmos fratres, qui tunc quoſdam cibos reprobabant, vel ſic. Licitum eſt prædicatori ſumere ſumptus ab illis quibus prædicat: ſed non expedit propter Corinthios qui auari erant.

"Omnia licent, ſed nõ expediunt.

c Ar. ad hoc 14.q.1.§.h

e ¶*Pœnitens.*] ſcilicet ſolemniter, & loquitur de actore pœnitente, & cum eſt de voluntate rei; vel loquitur cum ipſe pœnitens cõuenitur.

f ¶*Eccleſiaſticum.*] ſupple vel reus: quia de actore minus videbatur.

g ¶*Quamlibet.*] ſupra in cap. nullus epiſcopus.

A ¶Ciuilem.] *In epilogo ſynodi Romanæ ſub Silueſtro, vnde hoc videtur ſumptum, legitur, cinctum: cingulo enim milites, ac magiſtratus ab Imperatore donabantur.*

Item Leo Papa ad Ruſticum, epi. 90. al. 92. cap. 9.

¶Eccleſiaſticum non forenſe iudicium pœnitens expetat.

CAP. XXXIIII.

5 ALiud quidem eſt, debita iuſtè repoſcere, aliud, propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam poſtulantem[c] oportet etiam à multis licitis abſtinere, dicente Apoſtolo [omnia mihi licent[d], ſed non omnia expediunt.] Vnde ſi quis pœnitens[e] habet cauſam, quam negligere fortè nõ debeat, melius expetit eccleſiaſticum[f] quàm forenſe iudicium.

5 j. de pœ. di.j.c. aliud

Non ait propter criminalem tantùm, ſed generaliter propter quamlibet[g] *cauſam, tam ciuilem, quàm criminalem intelligens.*

Vnde Theodoſius Imperator.[6]

¶Cuicunque licet ſacroſanctæ ſedis antiſtitis iudicium eligere.

CAP. XXXV.

QVicunque[h] litem habens, ſiue poſſeſſor, ſiue petitor fuerit, vel in † initio

1.Cor.6.

Q *Vicunque.*] Casvs. Hæc lex diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quòd quicunque litem habet ſiue actor, ſiue reus, poteſt appellare à iudice ſeculari ad epiſcopum ante litem conteſtatam, vel ſententiam, etiam aduerſario refragante cui debent apoſtoli dari cum geſtis cauſæ. In 2. parte dicitur, quòd cauſæ terminatæ per epiſcopos tractari non debent. In tertia parte dicitur, quòd vbi vnus ſolus epiſcopus fert teſtimonium, alius contra ipſum non audiatur: ſed habeatur firmum & incorruptum quod per os epiſcopale profertur. Secunda pars eſt ibi, *Omnes.* Tertia ibi, *Teſtimonium.* Et not. quod hæc lex eſt tota abrogata, nec habet locum hodie.

6 C.Theo. l. 16. de epiſcopali iudicio, le. 1. §. quicũque. ext. de iudi. c. nouit. Capit. l. 6. cap. 281. Anſ. l. 3.c.108. Iuo p. 16.c. 312.

†al. inter initia.

h ¶*Quicunque.*] ſupra in hac lege quinque notantur. Primum, quòd à iudice ſeculari appellatur ad epiſcopum. Secundum quòd ante ſententiam appellatur. Tertium, quòd ab epiſcoporum ſententia non appellatur. Quartum, quòd vnius epiſcopi teſtimonio fides adhibetur. Quintum, quòd alij non audiuntur poſt teſtimonium epiſcopi. Prima pars tollitur per id ext. de appell. ſi duobus. Secunda per id. 2. quæſt. 6. non ita. Tertia per id. 2. qõ. 6. omnis oppreſſus. Quarta per id. 6. quæſt. 2. ſi tantum. & c. placuit. Quinta per id quòd teſtimonium ſolius epiſcopi non valet. 4. quæſt. 3. §. iuriſiurandi. Et licet hæc lex ſit abrogata, tamen Inno. arg. ex ea extra de iud. nouit. non vt confirmet eam, ſed vt oſtendat quantam affectionem Imperatores habuerunt erga ſacerdotium.

a ¶*Decurſis.*]

a Sub. Ante concluſionem ſecundum Innoc. vel ante diffinitiuã ſententiam quandocunque, ſecundũ Hug.

a ¶*Decurſis.*] id eſt poſt litem conteſtatam [a].
b ¶*Cum ſermone.*] in allegationibus.

OMnes itaque.] HAEC SI QVIS. CASVS. Ne forte aliquis opponeret Grat. dicẽs ſupradicta eſſe antiqua: ideo Grat. reſpondet dicens, ꝙ Carolus ea per legem ſequentem confirmauit, in qua præcepit Romanis & Francis, & omnibus hominibus ſui Imperij vt legem illam teneant, quam ad interrogata Ablauij ducis illi & omnibus transmiſit, extractã ꝺ 17. Theodoſij Imperatoris libro, hanc inquam ſententiam. *Quicunque litem habens, &c.* & no. quòd talis cõfirmatio nulla eſt, cum per legẽ iſtam Longobardam quæ eſt inualida, aliam confirmet inualidam. vnum enim inualidũ aliud inualidum cõfirmare non poteſt. & nõ loquitur de Longobarda, quæ nunc eſt, quia in ea hoc non inuenitur, ſed in ea quæ eſt in Gallia.

† al. regis.

† al. epiſcoporum cum.

1 Capit ibi. Anſ. ibi. Iuo ibid. Pan. l. 5. c. 23.

c ¶*Capitularibus.*] i. in Lõgobarda, non tamen inuenitur in ea, q nunc eſt, ſed in Gallia.

d ¶*Volumus.*] ¶*Vel conſuetudinario.*] extra de eo q. mit. in poſſ. c. 3.

DE perſona.] CASVS. Quidam presbyter Hiſpanus accuſatus fuit coram iudice ſeculari, & conuictus ab aduerſario expulſus eſt ab eccleſia ſua, & in exilium miſſus, quod cum ſignificatum eſſet Gregor. delegauit hãc cauſam Io. defenſori eunti in Hiſpaniam, docens, quòd non debuit accuſari niſi coram epiſcopo ſuo. Et ad hoc probandum inducit legem Iuſtiniani, in qua cauetur, ꝙ quæcunque ſit perſona eccleſiaſtica, non niſi ſub proprio epiſcopo debet conueniri: cuius ſententiæ ſi altera partium non acquieſcat, iudex ſecularis eam debet executioni mandare. & ſi quis obijciat ꝙ lex hæc loquitur de clerico, & non de presbytero, ſciat quòd nomine clericorum presbyteri, & diaconi continentur, ſicut ſuperius in eadem conſtitut. legitur, cuius verba ĩ. ponuntur.

† al. teſtimonio.

a Anſ. ibid.

e ¶*De perſona.*] de hac habes 2. quæſt. 1. in primis.

f ¶*Non ab alio.*] id eſt non à contrario, "quandoq; enim ab inferiori poteſt iudicari [b]. H. tñ huic literæ adhæſit, qui dixit ſolum epiſcopum eſſe ordinarium iudicem clerici: & per hoc quod dicit, doceat prius, &c. Sed tu dicas ꝙ prælati eccleſiæ collegiatæ habent iuriſdictionem, vt 15. q. 4. c. j. ext. de immu. ec. non minus. ext. de iud. c. 2. C. de iu. om. iu. l. vlt. extr. de off. ord. cum ab eccleſiarũ. ſed quod hic dicitur: prius doceat, &c. dicas priuſquàm ſecularem. H. tamen dixit ſolum epiſcopum habere poteſtatem excommunicandi, vt 16. q. 2. viſis. in fi. vbi dicitur ꝙ excommunicatio ſit mucro epiſcopalis, & ꝙ ſolus epiſcopus debeat de cauſis matrimonialibus cognoſcere. 35. q. 6. multorum. & melius dicit noua conſtitutio. ext. de exceſ. prel. accedentibus. conſuetudo tamen in talibus dat iuriſdictionem, vt 9. q. 3. cõqueſtus. C. de eman. lib. l. 1.

" Presbyter an poſſit ab inferiori epiſcopo iudicari.

litis, vel decurſis [a] temporum curriculis, ſiue cum negotium peroratur, ſiue cum iam cœperit promi ſententia, iudicium elegerit ſacroſanctæ ſedis † antiſtitis: illico ſine aliqua dubitatione, etiam ſi alia pars refragatur, ad epiſcoporum † iudicium cum [b] ſermone litigantium dirigatur A.

A Dirigatur.] *In cod. Theodoſiano, lib. 6. tit. de epiſ. aud. l. 1. quæ repeticur, lib. 6. cap. c. 281. & in concilio 3. Valentino ſub Lothario, & apud Iuon. & Anſelm. ſequuntur hæc*, Multa enim quæ in iudicio captioſæ præſcriptionis iuricula non patiuntur, inueſtigat, & promit ſacroſanctæ religionis auctoritas, *ac ſtatim adnectitur cap. ſequens*, omnes itaque cauſæ.

Item ibidem.[1]

CAP. XXXVI.

OMnes itaque cauſæ, quæ vel prætorio iure, vel ciuili tractantur, epiſcoporũ ſententijs terminatæ, perpetuò ſtabilitatis iure firmentur: nec vlterius liceat retractare negotium, quod epiſcoporum ſententia deciderit. ¶Teſtimonium etiam, ab vno licet epiſcopo perhibitum, omnes iudices indubitãter accipiant: nec alius audiatur, cum teſtimonium † epiſcopi à qualibet parte fuerit repromiſſum. Illud eſt enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, qđ à ſacroſancto homine conſcientia mentis illibatæ protulerit. Hoc nos edicto ſalubri aliquando cenſuimus: hoc perpetua lege firmamus, malitioſa litium ſemina comprimentes.

Hæc ſi quis antiquata contendat, quia in Iuſtiniani codice non inueniuntur ita inſerta, per Carolum renouata cognoſcat, qui in ſuis capitularibus [c] l. 6. c. 281. ait inter cætera.

CAP. XXXVII.

2 VOlumus, atque præcipimus, vt omnes ditioni noſtræ, Deo auxiliante, ſubiecti, tam Romani, quàm Frãci, Alemani, Bauari, Burgundiones, Saxones, Turingi, Friſones, Galli, Brittones, Longobardi, Guaſcones, Beneuentani, Ghoti, Hiſpani, cæteriq; nobis ſubiecti omnes quocunq; videantur legis vinculo conſtricti, vel conſuetudinario [d] more connexi, hanc ſententiam, quam ex ſextodecimo Theodoſij Imperatoris libro, capitulo videlicet vndecimo, ad interrogata Ablauij Ducis illi, & omnibus reſcriptam A ſumpſimus, & inter noſtra capitula pro lege tenendam conſultu omnium fideliũ noſtrorum tam clericorum, quàm & laicorum poſcimus, lege † cuncti perpetua teneant; id eſt 3, Quicunque litem habens, ſiue poſſeſſor, ſiue petitor fuerit, &c. [vt ſuprà.]

A ¶Reſcriptam ſumpſimus.] *Sic eſt emendatum ex capitulari. Antea legebatur*, per ſcripturam miſimus.

Item Gregorius, lib. 11. epiſt. 54. Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniam monendo dicit.

¶Presbyter apud epiſcopum tantùm iudicari debet.

CAP. XXXVIII.

4 DE perſona [e] presbyteri hoc attendendum eſt: quia, ſi quam cauſam habuit, non ab alio [f] teneri, ſed epiſcopus ipſius adiri debuit: ſicut nouella cõſtitutio manifeſtat, quæ loquitur de ſanctiſſimis, & Deo amabilibus, ac reuerẽdiſſimis epiſcopis, clericis, & monachis [5 Imp. Iuſtinianus Auguſtus Petro glorioſiſſimo præfecto A prætorio. Si quis contra aliquem clericum, aut monachũ, [g] aut diaconiſſam, aut monaſtriam, aut aſcetriã [h] habeat aliquam actionem: doceat † [i] prius ſanctiſſimum epiſcopum, cui horum vnuſquiſque ſubiacet 6. Ille verò cauſam inter eos diiudicet. Et ſi quidem vtraq; pars his, quæ iudicata ſunt non acquieuerit B, iubemus per loci iudicem hæc [k] † executioni ꝑfectè mandari, &c.] 7 Nè verò [l] obijciatur, quia de clerico hoc loquitur, non de presbytero, ſciendum eſt, quia ſuperius in eadem cõſtitutione lib. † Cod. 1. legitur appellatione clericorum,

b Sed cõtra 16. q. 2. viſis. in fi. quod dic ut plenè not. Inn. extra de of. or. quãto. & de præb. in Lateraneñ. & no. per B. extra de priui. cum & plantare. §. in eccleſijs.

† lege cunctis perpetuò tenendam.] Orig.

3 s. e. c. quicunque.

g ¶*Aut monachum.*] cõuẽtum nomine monaſterij ratione alicuius ſucceſſionis, quæ obuenit monaſterio ꝑ eum, aliàs non competit actio contra monachum, cũ nihil habeat. vel intellige quòd fideiuſſit de mandato eccleſię ſuæ, vel etiam ſine mandato: ſed pecunia eſt conuerſa in vtilitatem eccleſiæ, vt noua cõſt. dicit, ꝙ quibuſdam. extr. de fideiuſ. Si autem monachus contra aliquem deliquit, ipſe monachus conueniendus eſt, non eccleſia [c], vt 18. q. 2. hoc tãtùm. ſicut ſeruus conuenitur qui deliquit, non eius dominus. C. de nox. l. pen. & vlt. in fi. Primo autem loco caſtigatio monachi ſpectat ad abbatem, vt 24. q. 3. corripiãtur. & ext. de off. ord. quanto. ext. de ap. reprehenſibilis. vbi aũt procedendũ eſt ſcđm ordinẽ iuris, tũc ſolus epiſcopus eſt iudex, ſecundum H. vt hic dicitur. Alij dñt ꝙ abbas habet ordinariam iuriſdictionem ſuper monachos ſuos, & excõmunicare eos poteſt, vt extra de maior. & obed. cum in eccleſijs.

4 Anſ. lib. 3. c. 95.

c Idem ſentit Inn. ext. de priuil. cũ olim pp. in glo. & malè. & in tali ca ſu monach[9] etiam cõſtituit procuratorem, vt ipſe no. ext. de reſcr. cũ dilecta. in prin.

5 Noue. 123 §. ſi quis cõtra. Apud Iulian. c. 32.

† Adeat.] Ori.

6 Adde ad iſtud capit. an epiſcopi ſit illuſtres: & dic, ꝙ sũt ſimiles illuſtrib. vt probat in l. ad ſimilitudinẽ. & ibi Bal. C. de epiſc. & cler. propriè tamen ſunt ſpectabiles, ſecundum Alexand. de Im. in gl. ru. col. 2. ff. de iu. omn. iud.

h ¶*Aut aſcetriam.*] i. incluſam, quæ ſemper aſſiduè moratur ibi.
i ¶*Doceat.*] i. adeat.
k ¶*Iudicem hæc.*] ſi ipſemet non poteſt. & eſt ſimile C. de epiſc. aud. epiſcopale.
l ¶*Ne verò.*] hæc sũt originaliter verba Gregor.

† al. hoc.

7 In ea. Nouel. §. ꝑsbyteros. apud Iulianum. c. 30.

† al. Li. cap. id eſt, ca. 51. nouel. auth. de ſan. epiſ. ꝑsbyteros.

Peruenit.]

PEruenit.] CASVS. In Sicilia erat quidam defenſor Papæ, nomine Romanus, qui deſpectis epiſcopis compellebat clericos in ſuo iudicio laicis reſpondere. quod cum Gregor. audiuit, præcepit ei ne de cetero hoc faceret: ſed ſub proprio epiſcopo conueniantur, vt vel ipſe cognoſcat, vel det iudices delegatos, vel per executorem ipſius partes arbitros eligere compellantur, ſi alicui partium epiſcopus fuerit ſuſpectus. Si verò laicus, vel clericus contra epiſcopũ cauſam habuerit, tunc ſe interponere debet ille Romanus, vt vel ipſe cognoſcat, vel eo admonente iudices eligantur. & ſi aliter fiat, ordo eccleſiaſticus confunditur.

a ¶ *Aut ſi fortè.*] extra de foro comp. ſi quis contra.

b ¶ *Executio.*] i. executor ad hoc deputatus, ſcilicet archidiaconus, vt 25. diſt. perlectis. & ext. de for. comp. nullus[a]. Cum autem iudex recuſabatur, in optione actoris erat an vellet quòd recuſatus delegaret cauſam alijs, vel quòd partes cogerentur ad eligendos iudices, vt ext. de for. cõpet. licet. & c. ſi quis. Hodie autem ſi iudex recuſatus fuerit, & probata fuerit cauſa recuſationis, ad arbitrium recuſatoris ipſe qui recuſatus fuerit, dabit iudices, vel tranſmittet negotium ad ſuperiorem, vt in conſtit. cum ſpeciali. ext. de apel. Sed quæro an iudices delegati ab epiſcopo poſſint partes punire, ſi non venerint ad iudicium? Non videtur, quia ſolus delegatus à principe poteſt citare, vt in authent. de litig. §. omnẽ. collat. 8. nec alij poſſunt ſuas ſententias mandare executioni, quàm ordinarij, vel delegati à principe, vt C. de bo. auct. iud. poſ. auth. & qui iurat. ff. de re iud. à diuo. & ſolus delegatus à principe poteſt mittere in poſſeſſionem. ff. de iu. om. iu. iubere. poteſt tamen dici, ꝙ ſecundum iura noſtra ſubdelegatus habet coertionem, quia poteſt interdicere eccleſiam, vt extra de offic. deleg. ex literis. in fin. & ſecũdum legem, modicam ſaltem habebunt coertionem ſubdelegati. C. de ſpor. l. 2. & ff. de off. eius cui man. eſt iu. l. vlt. in fin.

a iſta decre. hodie eſt remota: & fuit in prima cõpilatione: & erat ſecunda decr. eiuſdem titu. & & eſt palea. ſ. c. nullus clericus

“iudice recuſato qđ fiet.

† *Eligendũ iudicem.* Orig.

“delegatus epi an poſſit citare.

etiam presbyteros, & diaconos contineri. Verba autem legis iſta ſunt [presbyteros autem, & diaconos, & ſubdiaconos, cantores, & lectores, quos omnes clericos appellamus, & reliqua.]

A ¶ Præfacto prætorio.] *Græcè eſt, μαγίσρῳ θείων ἡμῶν ὀφφικίων, id eſt,* magiſtro diuinorum noſtrorum officiorum.

B ¶ Non acquieuerit.] *In auth. de ſanct. epiſc. & apud Iulianum abeſt negatio.*

Item Gregorius lib. 9. epiſt. 32. Romano defenſori Siciliæ.

¶ Clericus clericum ad publica iudicia non pertrahat.

CAP. XXXIX.

PEruenit ad nos, quòd ſi quis cõtra clericos quoſlibet cauſam habeat, deſpectis eorum epiſcopis eoſdem clericos in tuo facias iudicio exhiberi. Quod ſi ita eſt, quia valde conſtat eſſe incongruum: hac tibi auctoritate præcipimus, vt denuò hoc facere non præſumas: ſed ſi quis cõtra quemlibet clericum cauſam habuerit, epiſcopum ipſius adeat: vt aut ipſe cognoſcat, aut certè ab eo iudices deputentur: aut ſi fortè [a] ad arbitros eundum eſt, partes ad eligendos † iudices ab ipſo executio[b] deputata compellat. Si quis verò, clericus, vel laicus contra epiſcopum cauſam habuerit: tunc te interponere [c] debes, vt inter eos, aut ipſe cognoſcas, aut certè te admonente ſibi iudices eligant. Nam ſi ſua vnicuique epiſcopo iuriſdictio non ſeruatur: quid aliud agitur, niſi vt per nos, pro quos eccleſiaſticus cuſtodiri debuit ordo, confundatur?

Idem Ianuario Epiſcopo Caralitano, lib. 3. epiſt. 26.

¶ A laicis iudicibus clerici nõ ſunt opprimendi. C. XL.

FRatris & coëpiſcopi noſtri Felicis, & Ciriaci abbatis relatione cognouimus, quòd in inſula Sardinia ſacerdotes à laicis iudicibus opprimantur, & fraternitatem tuã miniſtri ſui deſpiciãt: dumque ſolùm ſimplicitati[d] à vobis ſtudetur, quantum videmus, diſciplina negligitur.

Idem Gregorius Mauricio Imperatori, lib. 4. epiſt. 31. ſeu c. 75.

¶ Sacerdotes à Regibus ſunt honorandi, non iudicandi.

CAP. XLI.

SAcerdotibus autem non ex terrena poteſtate Dominus noſter citius indignetur: ſed excellenti conſideratione propter eum, cuius ſerui ſunt, eis ita dominetur, vt etiam debitam reuerentiam impendat.[1] Nam in diuinis eloquijs ſacerdotes aliquando Dij, aliquando angeli vocantur. Nam & per Moyſem de eo, qui ad iuramentum deducendus eſt, dicitur [Applica illum ad Deos] id eſt ad ſacerdotes. Et rurſus ſcriptum eſt [Dijs non detrahes] ſ. ſacerdotibus. Et Propheta ait [Labia ſacerdotis cuſtodiunt [e] ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum eſt.] Quid ergo mirum, ſi illos veſtra pietas dignetur honorare, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens, eos aut angelos, aut Deos ipſe etiam appellat [f] Deus? [2] Eccleſiaſtica quoque hiſtoria teſtatur, quia cum piæ memoriæ Conſtantino principi, ſcripto oblatæ accuſationes contra epiſcopos fuiſſent, libellos quidem accuſationis accepit, & eoſdem, qui accuſati fuerant, epiſcopos conuocans, in eorum conſpectu libellos, quos acceperat, incendit [g], dicens, Vos Dij eſtis, à vero Deo cõſtituti. Ite, & inter vos cauſas veſtras diſcutite: quia dignũ nõ eſt, vt iudicemus Deos. In qua tamen ſententia ſibi magis ex humilitate, quàm illis aliquid præſtitit ex reuerentia impenſa. ¶ Ante eum quippe pagani in rep. principes fuerunt, qui verum Deum neſcientes, Deos ligneos, & lapideos colebant: & tamen eorum ſacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum, ſi Chriſtianus Imperator veri Dei ſacerdotes dignetùr honorare, dum pagani, vt prædiximus, principes, honorem impendere ſacerdotibus nouerunt, qui Dijs ligneis, & lapideis

Exod. 22.

1 Nicolaus epiſto. 7. ad Michaelem imp. c. 35.

ibid. Malach. 2.

2 ſ. e. continua. §. item Conſtantinus. B. Aug. epiſt. 66.

c ¶ *Interponere.*] hoc verum eſt in modicis vel minimis cauſis: nam maiores cauſæ epiſcoporum ad metropolitanum deferuntur, vt 6. q. 4. ſi inter. 9. q. 3. conqueſtus. & 80. diſtinct. c. 1.

FRatris.] CASVS. Ianuarius epiſcopus Carolitanus intantum erat ſimplex, quòd clerici ſui eum deſpiciebant, & ſacerdotes in Sardinia à ſecularibus iudicibꝰ opprimebantur. Quod cum Greg. audiuiſſet per epiſcopum Felicẽ, & Ciriacum abbatem, præcepit ei vt hoc fieri non permittat, ne dũ ſimplicitati ſtudet, diſciplina negligatur.

d ¶ *Simplicitati.*] ſ. 39. diſt. Petrus.

SAcerdotibus.] CASVS. Mauricius Imperator compellebat clericos ſub ſe reſpondere: & eis debitam reuerentiam non impẽdebat. quare Gregor. ſcribit contra ipſum, docens quòd omnes ſacerdotes debet generaliter honorare, cum neſciatur qualis quiſq; ſit futurus in futuro iudicio: & quòd ipſos debeat honorare, probat vna ratione, ſcilicet quia Deus vocauit eos deos, & Malachias propheta ipſos Angelos appellauit: & duobus exemplis, ſ. Conſtantini, & paganorum imperatorum, qui ſacerdotibus ſui temporis reuerentiam exhibuerunt. Ratio incipit ibi, *Nam in diuinis eloquiis.* Exemplum Conſtantini ibi, *Eccleſiaſtica quoque.* Exemplum paganorum eſt ibi, *Ante eum.*

e ¶ *Cuſtodiunt.*] id eſt, cuſtodire debent, vt infrà ead. quæſt. 3. nolite.

f ¶ *Appellat.*[ergo ex ſola appellatione nominis aliquis conſequitur ius [b]. ſic 32. q. 4. dicat. C. de la. li. tol. l. vni. §. pen. ext. de præſum. illud. inſt. de ado. §. vlt. arg. contra. 2. q. 1. multi. in fin. vbi dicit, quòd ſola nominatio non ſufficit. C. de probat. non epiſtolis. & l. fin.

g ¶ *Incendit.*] hic vides, quòd iudex debet deſtruere libellũ, qui non eſt legitimè cõpoſitus, vt 2. q. vlt. c. vlt.

b Ar. ad hoc 93. diſt. dñs. vbi de hoc. a r. cõtra. C. de teſt. neq; C. đ li. cau. iubemꝰ. Ar.

a ¶ Spe-

a ¶*Specialiter.*] pro bonis: ſed etiam generaliter pro bonis & malis [a], vel non tantùm pro præſentibus qui nunc accuſantur, & non conuincuntur, ſed etiam pro omnibus alijs. 13. q. 2. non æſtimemus.

a Sec͞dm H. bn͞ inducitur auctoritas Apoſtoli ſed q̄d ſequitur fuit ſn͞ia M. & B. Iſi. ſec͞dm L.

INolita.] CASVS. Relatum fuit in Mileuitano concilio, quòd clerici clericos ſuis epiſcopis relictis ad ſeculare iudicē traherent, quare ſtatuit concilium, vt hoc de cętero non fiat, & ſi quis de cætero præſumet, ſuper hoc conuictus cauſam perdat, & etiam à communione repellatur. *Inolita*, i. conſueta. Et loquitur hoc cap. de actore. ſequens de reo.

1. Dor. 4.

deis ſeruiebant? Hæc c ergo non tantum ſpecialiter [a], quā tum generaliter pro omnibus aſſerimus ſacerdotibus: quoniam adhuc neſcimus, quis in terribili iudicio Dei qualis futurus ſit. Etenim Paulus egregius prædicator dicit [Nolite iudicare ante tempus, donec veniat Dominus, & reliqua.] Nam ſunt multa, quæ de iudicio illi⁹ homines ignorant: quia fortaſſe, quæ vos laudatis, ille reprehendet: & quæ vos reprehenditis, ille laudabit.

c ¶Hæc ergo.] *Sic etiam habet locus hic apud Nicolaum in epiſtola, cuius initium*, propoſueramus: *ſed in originali pro iſtis hęc leguntur*, Hęc ergo pietati dominorum non pro me, ſed pro cunctis ſacerdotibus ſuggero. *Et multis interiectis, quæ hic non referuntur, ſubdit.* Nā adhuc neſcimus, quis ſibi, qualis ſit. & Paulus egregius p̄dicator, &c. *præſtatque omnino integrum illum locum legere Apoſtolicæ libertatis plenum.*

Item ex concilio Mileuitano.

¶*In concilio Mileuitano, quod habetur, nihil tale extat. Ex ipſo tamē citatur etiam ab Innocentio iij. in c. ſi diligenti. ext. de fo. compet. Habetur autem in Toletano, 3. c. 13.*

¶Qua pœna feriatur clericus clericum ad ſecularia iudicia pertrahens.

C A P. XLII.

I INolita [b] præſumptio vſq; adeo illicitis auſibus aditum patefecit, vt clerici conclericos ſuos, relicto pontifice [c] ſuo, ad iudicia publica pertrahant. Proinde ſtatuimus hoc de cętero non præſumi. Si quis hoc præſumpſerit facere conuentus A & cauſam

b ¶*Inolita.*] Hoc c. de actore, & ſequens de reo loquitur. "Et no. quòd ſi actor traxerit reum ad iudicem non ſuum, perdit cauſam. ſed ſi reus traxerit actorem, pro conuicto habetur, vt C. de iur. om. iud. in crimina li. hoc tamen intelligas lite conteſtata: quia ſi ante litis conteſt. deſiſtit, non incidit in pœnam [b], vt ǰ. ead. c. prox. & ff. rem ra. ha. amplius. & ff. de in ius voc. quamuis, licet ſit arg. contra. C. de tranſa. ſi quis maior. 3. c. placuit. Et quod dicit, quòd cauſam perdit, dicunt quidam ipſo iure, verius credo, quòd per ſententiam, & hoc innuit hoc verbum, conuentus.

"actoris punitio reū ad iudicē non ſuum trahētis.

b idem Bar. Bal. An. Cy. & Pau. de Ca. in d. l. in criminali. in gl. alleg.

c ¶*Pontifice.*] hic manifeſtè habes, quòd in cauſa eccleſiaſtica neuter poteſt adire alium iudicem, ſiue in ciuili, ſiue in criminali negotio: laici autem ſine conſenſu ordinarij eligunt alium iudicem in ciuili negotio, vt ff. de iud. l. 1. C. de iur. om. iu. l. 1. ſed non in criminali, vt C. de iu. om. iu. in criminali. ǰ. ead. c. ſi quis cum clerico. " ſed in clerico requiritur conſenſus epiſcopi, & etiam propri⁹ conſenſus. argu. hic & 9. q. 2. c. 1. & ſuprà ead. clericum. & nullus. & c. inolita. & 6. q. 3. denique. & 3. q. 6. non liceat. extra de for. comp. ſignificaſti. Et eſt triplex ratio quare laicus poteſt, & non clericus: quia laicus poteſt iurare ſine licentia ſui iudicis, ſed clericus non, vt extra de iu. cal. inhærentes. Sed non poſſet coram laico litigare, niſi ibi iuraret. Item ab alio epiſcopo non poteſt ordines accipere, ergo nec iudicium, quod maius eſt, vt 9. q. 2. nullus primas. Item non poteſt ab alio, quàm à ſuo prælato petere iudicium animæ, quod eſt occultum, ergo multò fortius nec manifeſtum, vt de pœ. diſt. 6. placuit. Item inconueniens iam eſſet, quòd vnus epiſcopus iudicaret clericos alterius epiſcopi, quod eſſe non debet, vt 9. q. 2. per totum. & ſic omnes de vno epiſcopatu poſſent ſibi alium epiſcopum eligere in iudicem: nec renuntiare poteſt clericus huic iuri. extr. de for. comp. ſi diligenti. credo tamen, quòd licet non poſſint renuntiare expreſsè, quòd tamen ſponte, id eſt tacitè poſſunt conſentire in alium iudicem [c]. nam arbitrum ſponte eligunt, & iudicē delegatum, alioquin exſufflatum erit priuilegium clericorum, quòd clericus poteſt eligere coram quo iudice velit litigare. in conſtit. Fed. auth. habita. C. ne fil. pro patr. Item multa poſſum facere ſponte, ad quę nō poſſum me pacto adſtringere. nā poſſum inſtituere aliquem hæredem, non tamen pacto ad hoc me adſtringere poſſum, vt C. de pact. l. vl. Item tacitè poſſum renuntiare foro, licet nō expreſsè, ſicut tacitè Papa renuntiat priuilegio ſuo, vt 2. quæſt. 7. nos ſi. & q. 5. mandaſtis. Sicut tacitè poſſum renuntiare exceptioni procuratorię cōtra militem, ſed non expreſsè, vt ff. de proc. filiusfam. §. veterani. ſimiliter tacitè poſſum renuntiare iuramento calum. ſed non expreſsè. C. de iur. calum. l. 2. in fin. & quòd ſponte poſſit reſpondere, habes. 3. q. 6. pulſatus. Ioan. Quidquid dicat Io. hoc tene, quòd in laicum nullo modo conſentit clericus, vt extra de for. comp. ſi diligenti. nec in clericum ſine conſenſu epiſcopi, vt extra de for. comp. ſignificaſti. B.

1 in Tolet. 3. c. 13.

"Clerici an poſſint in iudicem non ſuum conſentire.

c Hoc ſi putō verum, ſecūdum Go. vt 3. q. 6. nō liceat. vt ibi dixi. Arc.

perdat, & à communione efficiatur extraneus.

A ¶Conuentus.] *dictio iſta in nullo concilij exemplari aut impreſſo, aut manuſcripto eſt inuenta.*

Item ex concilio Carthaginenſi, 3. c. 9. [2]

¶Clericus apud ciuilem iudicem iudicari non debet.

C A P. XLIII.

ij 3 PLacuit, vt quiſquis epiſcoporum, presbyterorum, & diaconorum, ſeu clericorum, cum in eccleſia ei crimen fuerit intentatum, [d] vel ciuilis cauſa fuerit commota, ſi derelicto eccleſiaſtico iudicio, publicis iudicijs purgari [e] voluerit, etiam ſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locū [f] ſuum amittat. Et hoc in criminali actione. In ciuili verò perdat quod euicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit: ſiquidem A ad eligendos iudices iniquè [g] de eccleſiæ conſortio iudicat, qui de vniuerſa eccleſia malè ſentiendo, de iudicio ſeculari poſcit auxiliū: cum priuatorum Chriſtianorum cauſas Apoſtolus etiam ad eccleſiam deferri, atque ibi determinari præcipiat.

2 Et in cōc. apud Palatiū Vermis habito, c. 18

3 Iuo p. 6. c. 362. §. item placuit.

1. Cor. 6.

A ¶Siquidem.] *In cæteris conciliorum editionibus, & vno Vaticano codice legitur*, ſiquidem ad eligendos iudices ſibi de eccleſiæ conſortio dubitat, vileque eccleſiæ conſortiū iudicat, qui de vniuerſa, &c. *In recentiore autem quatuor tomorum editione hoc modo*, cui enim ad eligendos iudices vndique patet auctoritas, ipſe ſe indignum fraterno conſortio iudicat, qui de vniuerſa, &c. *eodemque ferè modo eſt in codice Lucenſi Regio, & refertur in concilio apud Palatium Vermis habito, c. 18.*

Item ex eodem.

PLacuit.] CASVS. Aliquis clericus accuſabatur de crimine, vel conueniebatur ciuiliter coram iudice eccleſiaſtico: lite conteſta. maluit accuſari vel conueniri coram iudice ſeculari: quærebatur in cōcilio Carthag. quam pęnam pati debeat? Reſp. quòd in criminali cauſa, ſiue fuerit condemnatus ſiue abſolutus, locum ſuum amittat, i. deponatur. In ciuili verò cauſa perdat, q̄d euicit, i. id in quo fuit abſolutus, perdat: quia malè de eccleſia ſentit qui de ſeculari iudicio auxilium poſcit. Et no. ꝙ H. & Beneu. & Io. intelligunt hoc c. cum lis erat conteſt. coram eccleſiaſtico iudice. Sed certè ego credo, ꝙ poſſet intelligi cum nondum erat lis conteſt. coram eod. Seq. verò c. planum eſt.

d ¶*Intentatum.*] i. obiectum. Et ſic loquitur cum lis ſit cōteſtata.

ADDITIO. Sic etiam intelligunt H. B. & L. Sed B. Brix. dicit, Ego credo, ꝙ poſſit intelligi cum nondum lis fuerit conteſtata coram eo.

e ¶*Purgari.*] per hoc patet, ꝙ loquitur de reo: ſed quod dicit poſtea, euicit, intellige id in quo eſt abſolutus.

f ¶*Locum ſuum amittat.*] i. deponatur.

g ¶*Iniquè.*] contumeliam. n. facit iudici, qui eo relicto vadit ad alterum, vt ff. de arb. litigatores. ſimiliter ſi quis rem dedu-

deducit coram vno iudice, & deducit poſtea coram alio, perdit litem [a]. C. de aſſer. tol. l. 1. in fin.

1 Iuo ibid. initio cap.

a idẽ tenẽt Gul.ď Cu. ĩ l. nemo. poſt gl. C. de iu. omn. iud. & Ang. in l. cũ procurator. §. dñs. ff. de op. no. nun. & l. quãuis: de damn. in fec.

DE *diuerſis.*]

a ¶ *Periclitari.*] id eſt deponi.

SI *qus cum clerico.*] CASVS. Duo dicuntur in hac lege. Primò dicitur, quòd in pecuniaria cauſa actor debet clericum conuenire coram epiſcopo ſuo: qui cauſam debet examinare ſine damno ſportularum, & ſine dilatione [b]. Sed ſi epiſcopus non vult cauſam pecuniariam dirimere, ad ſeculares iudices recurratur. Si verò vult eam dirimere, ſine ſcriptura omnia procedere debent, niſi partes velint, quòd ipſa acta redigantur in ſcriptis. Secundò dicitur, quòd in cauſa criminali de ciuili crimine recurrendum eſt ad iudices ſeculares, qui intra duos menſes à tempore litis conteſtatæ cauſam criminalem decidant, non tamen clericum puniãt, niſi prius ab epiſcopo ſuo fuerit degradatus. & hæc particula non tenet. pro crimine verò eccleſiaſtico tantũ ad iudicem eccleſiaſticũ recurratur. Secũda pars incipit ibi, *Quod ſi de criminali.*

2 Nouel. 83. apud Iulia.

3 Iuo p. 6. c. 427. & p. 16. c. 150.

b ¶ *Damno.*] ſportularum, ad quas clerici nõ tenẽtur, vt in auth. de ſanct. epiſ. §. ſportularum. col. 9. ergo nec aduerſarij ipſorum teneri debent, vt C. de fruct. & lit. ex. l. vlt. [b]

b Vt patet ext. de iud. qualiter. in fin. ſed contra ĩ aut. de ſan. epi. §. ſi quis autem ꝑ pecunia. vbi de hoc.

c ¶ *Noluerit.*] illud non tenet. Vel dic noluerit, id eſt, non potuerit, quia fortè talem cauſam non poteſt audire.

d ¶ *Sine ſcriptura.*] ſine ſcriptura procedit epiſcopus cum iudicat inter ſuos clericos. Similiter in modicis cauſis non requiritur ſcriptura, vt in auth. de mand. prin. §. ſi tibi. colla. 3. Non obſt. s̃. 2. q. 1. in primis. vbi dicitur ſententia nulla, quæ ſine ſcripto profertur. illud enim tantùm tenet in criminalibus, & maioribus negotijs.

e ¶ *Duorum.*] hoc nõ tenet, vt 3. q. 3. §. ſpatium.

f ¶ *Puniatur.*] nec illud tenet, vt extra de iud. cum non ab homine.

¶ Clericus non accuſetur, niſi ante eccleſiaſticum iudicem.

CAP. XLIIII.

1 DE diuerſis ordinibus eccleſię ſeruientibus, ſi quis in cauſam criminis incurrerit, & abnuerit iudicium eccleſiaſticum, debet periclitari [a].

¶ *Eſt ſumma c. præcedentis, & in concilijs olim Coloniæ ac Lutetiæ impreſſis, duob. exemplaribus Vaticanis, & codice canonum omnino eſt loco ſummæ, nec multò aliter apud Iuonem p. 6. c. 362.*

Item conſtitutione 74. c. 1. [2]

¶ Qui cum clerico litigium habet, epiſcopum ipſius adeat.

CAP. XLV.

ij 3 SI quis cum clerico litigium habuerit, ſi quidẽ de cauſa pecuniaria, adeat prius epiſcopum, cuius iudicio clericus ſuppoſitus eſt. Ille enim ſine damno [b], & ſine dilatione competentem finem liti impoſiturus eſt. Sin autem noluerit A [c] epiſcopus litem dirimere: tunc ad ciuilem iudicem diſceptatio cauſæ perueniat. Vbi autem epiſcopus cauſam dirimere vult, ſine ſcriptura [d] omnia procedant, & diffinitiua ſententia ſine ſcriptis ab eo ꝓferatur B. ¶ Quòd ſi de criminali C cauſa litigium emerſerit: tunc competentes iudices in hac ciuitate, vel in prouincijs interpellati, conſentaneum legibus terminum cauſæ imponãnt: ita tamen, vt diſceptatio litis duorum [e] menſium ſpatium non excedat, à litis cõteſtatione numerandum D. *Item.*

¶ [In criminalibus verò cauſis nũquam ſine ſcriptura procedere debet.] Non aliter autem puniatur [f] clericus, niſi obnoxius repertus, ſacerdotio nudatus fuerit ab epiſcopo ſuo, vel clericatus honore. Sin autem crimen eccleſiaſticum eſt, tunc ſecundum canones ab epiſcopo ſuo cauſæ examinatio, & pœna procedat, nullam communionẽ alijs iudicibus in huiuſmodi cauſis habentibus.

A ¶ Noluerit.] *Ita etiam apud Iulianum, & Iuon. & ſic legit auctor gloſſæ: ſed in nouella ipſa Iuſtiniani additur,* vel non potuerit.

B ¶ Proferatur.] *In nouella ipſa ſequuntur hæc,* niſi fortè partes voluerint, vt in ſcriptis ea inſerat. Quod ſi, &c. *Apud Iuonem loco dictionis,* proferatur, *eſt,* inſeratur: *quod ſuſpicionem facit intermedia ſcriptoris vitio deeſſe.*

C ¶ De criminali.] *In nouella Iuſtiniani additur,* ciuili tamen.

D ¶ Numerandum.] *Quæ ſequuntur vſque ad ver.* Non aliter, *neque in nouella, neque apud Iulianum, aut Iuonem, neque in vetuſtis Gratiani codicibus habentur: ſed ob doctorum citationes non ſunt expuncta.*

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 9.

¶ Clericus aduerſus clericum negotium habens, ſecularia iudicia non exerceat.

CAP. XLVI.

4 SI clericus aduerſus clericum habeat negotiũ: non relinquat ſuum epiſcopum, & ad ſæcularia iudicia non concurrat: ſed prius negotium agitetur apud propriũ epiſcopum: vel certè A ſi fuerit negotium † ipſius epiſcopi, apud arbitros [g] ex vtraque parte electos audiatur [h] negotium. Si quis verò contra hęc fecerit, canonum ſubiaceat correptionibus. ¶ Et ſi clericus aduerſus ſuum, vel alium epiſcopum habeat cauſam, apud audientiam ſynodi [i] prouinciæ eius conqueratur. Si verò contra ipſius prouinciæ metropolitanum epiſcopum epiſcopus, ſiue clericus habeat controuerſiam, pergat ad ipſius diœceſis primatem; aut certè ad Conſtantinopolitanæ regiæ ciuitatis ſedẽ, vt eorum ibi negotium exquiratur †.

4 Ext. de fo. compe. c. 1. Pol. l. 4. ti. 31 Burch. l. 2. c. 183. Iuo p. 6. c. 228.

† al. iudiciũ.

† al. terminetur.

A ¶ Vel certè ſi fuerit.] *Grecè eſt* ἤγουν γνώμῃ αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου παρ᾽ οἷς ἂν τὰ ἀμφότερα μέρη βούλονται τὰ, τῆς δίκης συγκροτεῖσθαι: *id eſt,* vel certè ex ipſius epiſcopi ſententia, apud eos, quos vtraque pars voluerit, ea quæ ad iudicium pertinent, agitentur. *Nec longè aliter vertit Dionyſius, cuius verſionem attulerunt Burchardus, & Iuo, & Innocentius extra de foro compet. c. 1. ſententia verò, quæ hoc loco ex priſca verſione elicitur, habetur paulò poſt in verſi.* Etſi clericus aduerſus ſuum. *Quare non bene hic inculcatur: ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

[*Item ex concilio Agathenſi, c. 32.*]

PALEA. CAP. XLVII.

iij 5 CLericum nullus præſumat apud ſecularem iudicem epiſcopo nõ permittente pulſare. Sed ſi pulſatus fuerit, non reſpondeat,

5 ſ.e. clericum nullꝰ. Iuo par. 6. c. 367.

SI *clericus.*] CASVS. Quatuor articuli continentur in hoc c. Primus eſt, quòd ſi clericus litem habeat aduerſus clericum, coram ſuo epiſcopo conqueratur. Secundus eſt, quòd ſi epiſcopus litem habeat contra ſuum clericum, coram arbitris ab vtraque parte electis negotium terminetur. Tertius eſt, quòd ſi clericus habeat cauſam aduerſus ſuum, aut alium epiſcopum, recurrat ad ſynodum prouinciæ. Quartus eſt, quòd ſi epiſcopus vel clericus litem habeat contra metropolitanum, pergat ad primatem, vel ad vrbem Cõſtantinopolitanã. Secundus articulus incipit ibi, *Vel certè.* Tertius incip. ibi, *Et ſi clericus.* Quartus ibi, *Si verò contra ipſius prouinciæ.*

g ¶ *Arbitros.*] Et hęc eſt ratio: quia metropolitanus non eſt iudex clerici: vndè ſub eo non debet conueniri, nec coram epiſcopo debent conueniri: cum non poſſit eſſe actor & iudex. vt ext. de reſtit. ſpol. conquerente. & extra de conceſ. præb. & eccl. non vac. poſt electionem. in fin. " Sed quis coget eum eligere arbitros? Reſpondetur, epiſcopus, licet ſit ei ſuſpectus, vt extra de appell. ſecundò requiris. Item in alio caſu cogit ipſum eligere arbitros, ſcilicet cum recuſat eum, vel delegatum ab eo, vt s̃. ea. peruenit.

" Arbitros eligere quiq; coguntur litigantes.

h ¶ *Audiatur.*] ſuprà 6. quæſt. 2. epiſcopus. contra. ſed ibi ſoluitur.

i ¶ *Synodi.*] Ergo ſi habetur ciuilis cauſa contra epiſcopum, ſolus metropolitanus nõ poteſt audire, vt hic, & 6. quæſt. 4. ſi inter. ſed fortè hoc non tenet in maioribus cauſis: vel loquitur ſecundùm antiqua tempora, quando pro ſingulis cauſis fiebat concilium, vt infrà. ead. q. 3. c. 2. & 3.

EX

ſpondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio ſeculari proponere.

¶ *Abeſt à pleriſque vetuſtis exemplaribus, & fruſtrà hic repetitur, quòd planè idem habetur* ſ. *ead. c. clericum nullus. De lectionis autem varietate ibi notatum eſt.*

Ex his omnibus detur intelligi, quòd clericus ad publica iudicia nec in ciuili, nec in criminali cauſa eſt producendus, niſi fortè ciuilem cauſam epiſcopus decidere noluerit, vel in criminali, ſui honoris cingulo eũ nudauerit. ¶ [1] *Illud autem quod in epiſtola Clementis dictum eſt [Non cognitorem ſecularium negotiorum te vult Deus eſſe] ex epiſcopali vnctione intelligendum eſt. Non enim in epiſcopum vngitur, vt cognitor ſecularium negotiorum reſideat, ſed vt procurator animarum, & diſtributor ſpiritualium exiſtat. Probibetur ergo ſecularibus negotiis occupari, non ad tempus ſequeſter fieri. Vel ſecularia iudicia, non de rebus ſecularibus, ſed ſecularium virorum intelligenda ſunt. Iudicia de rebus ſecularibus ſecularia appellantur, iuxta illud Apoſtoli [Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in eccleſia conſtituite.] Iudicia verò ſecularium, ſecularia appellantur, iuxta illud Apoſtoli in epiſtola Clementis: quod ex ſubſequentibus datur intelligi, cum dicitur. [[2] Hęc opera quæ tibi minus congruere diximus, exhibeant ſibi inuicem vacantes laici.] Probibentur ergo clerici à cognitione negotiorum ſecularium virorum, non ſecularium cauſarum. Negotia quippe clericorum, ſiue criminalia, ſiue ciuilia fuerint, non niſi apud eccleſiaſticum iudicem ventilanda ſunt.*

Vnde Adrianus Papa ait, c. 35. [3]

¶ Non niſi in foro ſuo audiatur clericus.

CAP. XLVIII.

4 CLericus, ſiue laicus, ſi crimine, aut lite pulſatus fueris, non alibi, quàm in foro ſuo prouocatus audiatur.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In 1. parte concludit ex ſupradictis dicens, quòd ad ſæcularem iudicem nec in ciuili, nec in criminali cauſa eſt clericus producendus, niſi epiſcopus ciuilem cauſam decidere nolit, vel niſi in criminali clericus prius ab epiſcopo fuerit degradatus. ſed malè excipit Gratian. niſi dicat alegando. In ſecunda parte reſpicit illud c. te quidem. & exponit duobus modis illud verbum: ſcilicet non cognitorem ſecularium negotiorum te vult Deus. & primò ſic: non vult Deus te ordinare cognitorem ſecularium negotiorum, id eſt, non vult te inungi in epiſcopũ ad hoc tantùm vt ſis cognitor ſecularium negotiorum: ſed vt potius animarum lucris intendas: Non tamen prohibetur ad tẽpus negotia ſecularia terminare. Secundò exponit ita, vt ſecularia negotia intelligantur ſecularium virorum, quæ vacantes laici ſibi debent ad inuicem exhibere: negotia verò ſecularia de rebus ſecularibus eccleſiæ & clericorum, ſiue ſint criminalia ſiue ciuilia, non niſi apud epiſcopum ſunt ventilanda. Secunda pars incipit ibi, *Illud autem*. Seq. duo cap. patent.

1 ſ. e. te quidem.

1. Cor. 6.

a ¶ *IN clericorum.*] ſ. 2. q. 1. in primis. in fin. ext. de iud. at ſi.

2 ſ. e. te quidem.

RES VERO. CASVS. Quia ſ. in multis cap. facta eſt mentio de reb. litigioſis: ideo Gratianus nunc docet, quòd res litigioſa nõ debet transferri ad aliquam perſonam ante ſententiã diffinitiuam.

3 in cap. Hadriani. c. 35.

QVia res.] CASVS Iſte dupliciter poni ſolit[3] eſt. Et primò ſic. Reus poſſidebat rem litigioſam, quæſitum eſt à Gelaſio, vtrum actor poſſit exigere penſiones. Et reſpondetur, quòd non, ante legitimæ cognitionis euẽtum: ſed res debet apud reum permanere, donec apparuerit cui res potius debeatur: & ſi quid factum fuerit lite pendente in præiudicium alterius partis, nihil valeat: & ſecundum hoc expone, *Non ſinatur*, ſupple niſi ſit poſſeſſor. Poteſt etiam alio modo poni, vt Beneuen. ponit. Cum de quadam re inter actorem & reum litigium verteretur, nec aliquis eorum eſſet in poſſeſſione illius rei: quæſitum fuit quis debeat de illa re recipere & exigere penſionem. Et reſpondet Gelaſius Papa, quòd nec actor, nec reus: ſed res debet permanere in eodem ſtatu, in quo poſita eſt, vſque ad ſententiam diffinitiuam, caſſatis omnibus priuilegiis, vel reſcriptis, quæ contra hoc poſſunt dari lite pendente.

4 Anſ. l. 3. c. 88.

Idem ibidem cap. 40.

¶ De eodem.

CAP. XLIX.

5 IN clericorum [a] cauſa, huiuſmodi forma ſeruetur, ne quemquam eorum ſententia à non ſuo iudice dicta cõſtringat.

Res verò in litigio poſita ante legitimum cognitionis euentũ in nullam debet omnino transferri perſonam.

Vnde Gelaſius Papa Quingeſio A Epiſcopo.

A ¶ Quingeſio.] *In antiquis exemplaribus partim eſt iſta vox, partim* Lucio, *partim L. partim* quinquageſimo.

¶ In nullam transferatur perſonã res in litigio poſita ante cognitionis euentum.

CAP. L.

QVia [b] res in litigio [c] poſita in nullam transferri poteſt omnino perſonam, donec legitimæ cognitionis euentu, cui potius debeatur, iudiciaria diſceptatione poſſit agnoſci: ex eadem re quiſpiã non ſinatur exigere [d] penſiones: ſed in eodem ſtatu, re eadem poſita, in quo videtur (ſicut dictum eſt) ante conſtituta †, quiſquis ſibi putat quidpiam poſſe competere, iuridico pulſet examine, præiudicijs omnibus inde ſubmotis.

QVAESTIO II.

QVòd verò [e] culpa [6] illa ſuſpenſione digna ſit, ex capitulo illo Mileuitani concilij liquidò cõſtat. *Si enim communione priuandus eſt, qui clericũ ad ciuilem iudicem crediderit pertrahendum: multò magis ſuſpenſione dignus eſt, qui ſui epiſcopi iudicium interpellantem ad iudicium ſeculare pertrahere non dubitauit.*

b ¶ *Quia res.*] Nec etiam actionem poteſt quis cedere alij, poſtquã res eſt deducta in litigiũ, vt C. e. l. 2. nec valet priuilegium impetratum tempore litis, vt exrra de teſt. cauſam. 16. quæſt. 6. placuit. C. vnde vi. auctoritatem. C. de fun. & ſal. reip. lib. 11. l. ſi qua. nec res litigioſa poteſt dedicari. ff. de litig. l. vlt. qui autem rem litigioſam alienat, & alienatio nulla eſt, & præterea punitur venditor & emptor ſi ſciuit rem litigioſam, vt extra vt li. pen. eccleſia. C. eod. l. vlt. " In caſibus tamen licitè alienatur res litigioſa, ſcilicet ex cauſa dotis, vel tranſactionis, vel donationis propter nuptias, vel ex cauſa legati, vel diuiſionis rerum hæreditariarum, vt C. de liti. l. vlt. Item licitè alienatur res litigioſa, quæ ſeruari non poteſt, ff. famil. erc. alienationes. & ff. de pet. hær. diuus.

5 Anſ. ibid. Deuſd. p. 3.

" Litigioſa res certis in caſib⁹ alienari poteſt.

c ¶ *In litigio.*] " Res dicitur litigioſa, de cuius dominio, vel quaſi cauſa vertitur inter petitorem & poſſeſſorem, vel iudiciaria conuentione, vel precibus principi oblatis, & per eum aduerſario cognitis, vt in auth. de litig. in prin. coll. 8. [a]

" Litigioſa res quæ dicitur.

† al. conſtitutam litem.

d ¶ *Exigere.*] Hoc intellige cum poſſeſſor eſt ſuſpectus, aliàs poſſeſſor ſemper vtitur fructibus pendente lite, vt 16. quæſt. 4. volumus. extra vt lit. pend. à memoria. "

a Et not. q auth. q ponitur C. de litig. auth. res litigioſa. in corporalib. locum hẽt, vt patet in aut. de litig. §. ad hoc.

6 ſ. q. 1. inolita.

QVòd verò.] CASVS. Hic intitulatur 2. quæſt. qua quæritur, an hæc culpa quòd clericus clericum aliquem inuitum trahit ad iudicem ſecularẽ, digna ſit ſuſpenſione. Et reſpondetur quòd ſic: nam ſi dignus eſt priuari communione, vt ſ. ead. quæſt. 1. inolita. multò magis dignus eſt ſuſpenſione.

" Hic adde qđ not. ext. vt l. pen. & đ al. iu. mu. cauſ. fa. c. 1. & đ reſt. ſp. ſæpe. Arc.

e ¶ *Quòd verò.*] & eſt certum quòd ſic. ſuprà ead. inolita.

SEd ponatur.] Hæc quæſt. diuiditur in x. partes, in quarum prima probat per xx.c. quòd ſententia paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt. Secunda ibi, *Verum hoc.* Tertia ibi, *Sed hoc.* Quarta ibi, *De his*. Quinta ibi, *Si ergo.* Sexta ibi, *Cum ergo.* Septima ibi, *Idem eſt.* Octaua ibi, *Quòd autem.* Nona ibi, *Excommunicationis.* Decima ibi, *Presbyteris*. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 3. quæſt. vbi quæritur, ſi hæc culpa digna non ſit ſuſpenſione, ſcilicet quòd propter hoc non debeat ſuſpendi, quòd traxit clericum ad iudicem ſecularem: ſi tamen ſuſpẽſus fuit ꝓpter hoc, & poſt ſuſpenſionem diuina celebrauit: vtrũ debeat deponi? Et reſpondet quòd ſic, vt j. ead. ſi quis presbyter. & c. ſi quis epiſcopus. Et procedit hoc ordine Grat. in hac quæſt. Primò probat, quòd ſentẽtiæ epiſcopali parendum eſt, ſiue iuſta, ſiue iniuſta: & hoc vſque ad §. *Præmiſſis*. Deinde probat contrarium, & reſpondet allegatis. tandem dat ſolutionem. Primum autem c. huius quęſtionis planum eſt.

1 Et ĩ Aquiſgran. c. 72.

a ¶ *Sed ponatur.*] Hic quærit an ille ſit dignus depoſitione, qui excommunicatus, vel ſuſpenſus celebrat? Et certè ſic, vt j. ea. ſi quis presbyter. & extra de cle. excõ. mi. c. 1. 2. & 3. beneficio poterit priuari. cod. tit. c. fraternitati. niſi diſpenſetur cũ eo, vt 63. diſt. Salonitanæ. Magiſter tamen proſequitur aliam quęſtionem, ſcilicet vtrũ ſententia teneat, ſiue iuſta, ſiue iniuſta. "Tribus autem modis dicitur ſententia iuſta ſiue iniuſta, vt j. ead. §. ſi ergo. ſcilicet ex animo, cum malo, vel bono zelo ſententiat. Ex cauſa, ſcilicet cum certa cauſa ſubeſt, vel non ſubeſt. Ex ordine cũ ſeruatur, vel prætermittitur ordo iuris." Item ſententia alia eſt condemnationis, alia excommunicationis, alia ſuſpenſionis, alia præcepti: quæ tamen impropriè dicitur ſententia. Sententia condemnationis, ſemper tenet, niſi ſit iniuſta ex ordine: tunc non valet, vt 2. q. 6. diffinitiua [a]. aliàs ſemper tenet, niſi appelletur ab ea. Item ſententia excommunicationis ordinem requirit, & etiam cauſæ cognitionem, vt 2. q. 1. nemo epiſcopus. ext. de appel. reprehenſibilis. extra de ſent. excom. ſacro. ſiue tamen ſit iniuſta ex cauſa, vel ex animo, vel ex ordine, ſemper tenet, vt infrà ead. ſi epiſcopus. Fortè nec releuatur per appellationem, niſi quo ad cognitionem, vt ext. de ſent. excomm. per tuas. Sententia autem mandati, vel præcepti non ligat, niſi id qđ præcipitur ſpectet ad officium præcipientis. 7. quæſt. 1. quia frater noſter. Primò autem probat Gratia. vſque ad §. *Præmiſſis*. j. in c. ſi epiſcopus. quòd ſententiæ epiſcopi etiam iniuſtæ ſit parendum: deinde probat eam quemquam apud Deum non ligare. de hac materia pleni⁹ habetur. 2. q. 1. in ſumma.

2 Bur. l. 11. c. 37. Iuo p. 14. ca. 27. & 101. Pan. l. 5. cap. 101. Deuſd. p. 4.

† al. ſatisfecerit, ſtatuimus.

" Snĩa dr̃ iuſta vel iniuſta tripliciter.

" Sententia eſt multiplex.

a Sub. exceptis ẽt caſibus poſitis ſub ea. §. diffinitiua.

QVAESTIO III.

1 ps SEd ponatur [a], quòd hęc culpa ſuſpenſione digna non fuerit: quæritur, vtrũ ſit deponendus, qui officium contra prohibitionem epiſcopi celebrare auſus eſt. Sed quòd ſententia epiſcopi, ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timenda ſit, Gregorius homil. 26. in Euangelia teſtatur dicens.

¶ Timenda eſt ſententia paſtoris.

CAP. I.

SEntentia paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timenda eſt [b].

¶ *Ipſa prorſus B. Gregorij verba leguntur infrà ead. c. non ſolum. ver. vtrum iuſtè.*

Item ex concilio Antiocheno [1], c. 6.

¶ A ſuo epiſcopo excommunicatus, non eſt ab alio recipiendus.

CAP. II.

2 SI quis à proprio epiſcopo excõmunicatus eſt, non eum prius ab alijs [c] debere ſuſcipi, niſi aut à ſuo fuerit receptus epiſcopo, aut concilio [d] facto epiſcopis A occurrat, & reſpondeat, & ſi ſynodo ſatisfecerit, quòd † ſtatuerit [e] ſub alia ſententia eum recipi. Quod etiam circa laicos, & presbyteros, & diaconos, & omnes, qui in clero ſunt, conuenit obſeruari.

A ¶ Epiſcopis.] *Apud auctores indicatos prior tantùm pars huius canonis refertur, & ex verſione Dionyſij: quæ etiam in toto hoc loco longè melior eſt.* aut certè (*inquit*) ad ſynodum, quæ congregatur, occurrens pro ſe ſatisfaciat, & perſuadens concilio, ſententiam ſuſcipiat alteram. *Græcè enim eſt.* πείσας τὴν σύνοδον, καταδέξοιτο ἑτέραν ἀπόφασιν.

Item Nicolaus Papa ad Lotharium Regem in epiſtola, cuius initiũ [Audito.]

¶ Excõmunicationis meretur ſententiam, qui excommunicatis communicat.

CAP. III.

3 PRęcipuè Gualdradrę pellicis tuæ, & iamdudum à te repudiatæ communionẽ declina: excommunicata eſt enim, & vſque ad præſentiam noſtram ab omni Chriſtianorum contubernio ſequeſtrata. Quamobrem cauendum eſt, ne cum ea pari mucrone percellaris ſententiæ, ac pro vnius mulierculę paſſione vinctus, & obligatus ad perenne traharis exitium. 4 Deterius quippe in populis prælati delinquunt: ac per hoc ipſi crudelius, quàm cęteri puniuntur [f] 5, vt ait beatus Gregorius [Scire etenim prælati debent, quia ſi peruerſa vnquã perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. Vndè neceſſe eſt, vt tantò ſe cautius à culpa cuſtodiant, quantò per praua, quæ faciunt, non ſoli moriuntur.] *& infrà*. ¶ Cęterùm pręcaue, ne quando nobis ſecundùm Domini pceptũ duos [g], aut tres teſtes adhibeamus, imo verò, ne hoc ſanctæ eccleſię dicamus, & (quod non optamus) de cætero fias cunctis ſicut ethnicus, & publicanus.

¶ *Sumptum eſt caput hoc ex epiſtola Nicolai, quæ incipit,* Audito reuertente miſſo veſtro. *& extat Romæ in monaſterio Dominicanorum. eſt autem quaſi in epitomem redactum multis verbis omiſſis. Huius epiſtolæ bonam partem refert Regino libro ſecundo chronicorum.*

Item ex concilio Sardicenſi, c. 17. [6]

b SEntentia] ¶ *Timẽda eſt.*] "niſi in duobus caſibus, ſcilicet cum ſententia eſt poſt appellationem lata: & cum continet intolerabilem errorem, extra de ſent. exc. per tuas. tertium caſum apponunt quidam, cum ꝓ indebitis exactionibus aliquis excommunicatur, vt extra de exceſ. prælat. cum à quorundam [b].

" Excõicationis ſnĩa ĩ duob. caſib. non eſt timenda.

3 Anſ. l. 3. c. 66. Regino chron. l. 2.

b Hãc ſententiam ſequitur Go. ĩ hac decr. cũ à quorũdã. dicẽs ꝙ hic eſt caſus ſpecialis ĩ quo nõ tenet ſẽtentia à ſuo iudice lata. Sed Barth. Brix. ibi no. contra intelligens cum Ala. ꝙ illa decr. continet indulgentiam.

SI quis à proprio.] CASVS. Quæſitum fuit in Niceno concilio vtrum clerico à ꝓprio epiſcopo excommunicato ſit ab alijs communicandum? & reſpon. ꝙ non, niſi à proprio epiſcopo fuerit abſolutus, vel niſi in ſynodo ſatisfaciens fuerit reconciliatus: qđ non ſolùm circa clericos, ſed etiam circa laicos eſt obſeruandum.

c ¶ *Ab alijs.*] ſimiliter qui ſuſpẽſus eſt ab vno, ſuſpenſus eſt quã tum ad omnes, vt 7. q. 1. ſi quis presbyter. & 4. q. 5. quiſquis.

4 Paſtor. p. 3. c. 5.

d ¶ *Cõcilio.*] Hodie ſolus metropolitanus cognoſcit de cauſa excõmunicationis, vt extra de ſen. exc. per tuas.

5 Concord. tex. in l. moris. §. iſte ferè. ff. de pœ. & ĩ l. nemo. C. đ ſum. tr.

e ¶ *Quod ſtatuerit.*] ſcilicet ſynodus.

PRæcipuè.] CASVS. Lotharius dimiſſa Theberga vxore legitima, Gualdradam ſuperduxit, quam legitimã eſſe dicebat vxorem. ſed lata ſententia diuortij inter eos, cum Gualdrada nollet ſententiæ parere, fuit excõmunicata. poſt quã excommunicationem ferebatur Lotharius ei occultè cõicare. ſcribit ergo Nicolaus & monet Lotharium, vt eius communionẽ declinet: quod ſi non fecerit, duobus, vel tribus teſtib⁹ adhibitis cũ ea pari mucrone ſnĩæ percelleretur: & quòd debeat abſtinere, probat: quia fortius puniuntur pręlati quàm alij, quia grauius peccant: quia per eorum delicta exempla perditionis magis traſmittuntur ad ſubditos, quàm per alios.

Matth. 18.

6 Et in Afr. c. 101.

f ¶ *Puniuntur.*] j. 25. q. 1. nulli fas.

g ¶ *Duos.*] Ergo in cauſa denuntiationis idem poteſt eſſe iudex, accuſator & teſtis, extr. de ſim. licet. Item eſt hic ar. ꝙ Euangelica admonitio non ſolùm habet locum in occultis, ſed etiam in manifeſtis. 2. q. 1. ſi peccauerit [c].

c Hic dicit Io. de Fan. quòd ex iſta litera datur intelligi, ꝙ vbi dictũ eſt, ſi peccauerit in te frater tuus, &c. dictum eſſe de notorijs. nã ꝓut ipſe not. 2. q. 1. ſi peccauerit. delictũ iſti⁹ erat notorium, vt e. q. 2. Lothari⁹. Arch.

Si epi-

1 Poly.l.7. tit.1.Anſel. l.3.c.71.Iuo p.14.ca.15. Pann.l.5.c. 127.

SI epiſcopus quis forte.] CASVS. Quidam epiſcopus iracundus iniuſtè ſuum clericum excõmunicauit, quæſitum fuit in concilio Sardicen. quid ſuper hoc ſit faciendum? & reſpon. quòd excommunicatus vicinos epiſcopos debet interpellare, vt cognoſcatur vtrum iuſtè vel iniuſtè ſit excommunicatus: & epiſcopus qui excõmunicauit, patienter ferat, vt eius ſententia probetur, vel reprobetur. ſed antequàm cauſa diligenter examinetur, nullus excommunicato communicet. Hoc autem hodie per nouas conſtitutiones corrigitur: quia excõmunicatus ſtatim abſoluitur per metropolitanum, & non recurritur ad ſynodum, ſed ad metropolitanum.
a ¶*Iracundus.*] id eſt, vt ex animo ſit iniuſta.
b ¶*Citò.*] id eſt, non ſeruato ordine iuris.
c ¶*Et aſperè.*] quia non adſit cauſa.
d ¶*Poteſtatem.*] auctoritate huius canonis.
e ¶*Interpellet.*] Secũdum hæc iura quilibet excommunicatus audiebatur, qui volebat ſe probare iniuſtè excommunicatum: hodie ſecus, niſi ſit poſt appellationem excommunicatus. vel niſi dicat errorem expreſſum in ſententia, vt extra eo.tit.per tuas. " Si quis ergo conqueritur metropolitano de iniuſta excommunicatione: aut appellauit ad eum, aut non. Si appellauit, primò præſtabit cautionẽ abſoluendus quòd ſtabit iuri: deinde in optione habet, an velit eum abſoluere, vel remittere abſoluendum ei à quo appellauit, vt ext. de ſenten. excom. per tuas. Si non appellauit ad eũ: ſecundum priora iura debet remittere abſoluendum: & ſi ille noluerit abſoluere, tunc metropolitanus poterit eum abſoluere, vt extrà de offic. ord. ad reprimendam. ſi tamen viderit ſententiam excommunicationis euidenter iniuſtam, poteſt pronuntiare ipſam iniuſtam, licet non ſit appellatum ad eum, vt ext. de appel. ſolicitudinem. Item ècõuerſo, ſi eſt appellatum ad eum, & viderit iuſtam eſſe cauſam excommunicationis: tenetur eum remittere abſoluẽdum, vt extrà de ſen. excom. per tuas. in fi. hodie autem licet non appelletur ad ſuperiorem: ſi tamen eſt periculum in mora poteſt eũ ſtatim abſoluere, vt extrà eo. ſacro.

" Excommunicatus conquerens metropolitano, an poſſit ab eo abſolui.

SI quis presbyter.] CASVS. Quidã epiſcopus ſuſpendit quendam ſuum presbyterum ab officio & ſacramentis: quæſitum fuit qualiter ſuper hoc ſit procedendum? Et reſpon. quòd ſuſpenſus apud vicinos epiſcopos conqueri debet, vt per eos ſuo epiſcopo reconcilietur. ſi verò inflãmatus ſchiſma faciens diuina contra ſuſpenſionem præſumpſerit celebrare, anathematizetur, & poſteà deponatur.
f ¶*Correptus.*] id eſt, ſuſpenſus, vel excommunicatus minori excommunicatione, vt patet per id quod ſequitur, anathematizetur.

¶De eodem.

CAP. IIII.

1 SI epiſcopus quis fortè iracundus [a] (quod eſſe non debet) citò [b] & aſperè [c] commoueatur aduerſus presbyterum, ſiue diaconum ſuum, & exterminare eum de eccleſia voluerit, prouidendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideò habet poteſtatem [d] is, qui abiectus eſt, vt epiſcopos finitimos interpellet [e], & cauſa eius audiatur, ac diligentius tractetur: quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille epiſcopus, qui aut iuſtè, aut iniuſtè eum abiecit, patiẽter accipiat, vt negotium diſcutiatur: vt vel probetur ſententia eius à plurimis, vel emendetur. Tamen priuſquàm omnia diligenter, & fideliter examinentur, eum qui fuerit à communione ſeparatus, ante cognitionem nullus alius debet præſumere, vt communioni ſociet.

¶*Canon hic eodem ferè modo refertur in concilio Africano, c.101. vſq; ad ver.* Tamen. *Sed Græcus Sardicenſis, qui eſt decimuſquartus, paulò copioſior eſt, & aliquot locis diuerſa etiam ſententia. Propterea viſum eſt verba græca cum verſione noua apponere.*

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν. τὸ δὲ πάντοτέ με κινοῦν ἀποσιωπῆσαι οὐκ ὀφείλω. εἴ τις ἐπίσκοπος ὀξύχολος εὑρίσκοιτο, ὅπερ οὐκ ὀφείλει ἐν τοιούτῳ ἀνδρὶ πολιτεύεσθαι, καὶ ταχέως ἀντικρὺ πρεσβυτέρου, ἢ διακόνου κινηθεὶς ἐκβαλεῖν ἐκκλησίας τινὰ ἐθελήσοι, προνοητέον ἐστὶν μὴ ἀθρόον τὸν τοιοῦτον κατακρίνεσθαι, καὶ τῆς κοινωνίας ἀποστερῆσθαι. πάντες εἰρήκασιν. ὁ ἐκβαλλόμενος ἐχέτω ἐξουσίαν ἐπὶ τὸν ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας καταφυγεῖν. εἰ δὲ ὁ τῆς μητροπόλεως ἄπεστιν, ἐπὶ τὸν πλησιόχωρον κατατρέχειν, καὶ ἀξιοῦν, ἵνα μετὰ ἀκριβείας αὐτοῦ ἐξετάζηται τὸ πρᾶγμα. οὐ χρὴ γὰρ μὴ ὑπέχειν τὰς ἀκοὰς τοῖς ἀξιοῦσιν. κἀκεῖνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος ὁ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν τὸν τοιοῦτον, γενναίως φέρειν ὀφείλει, ἵνα ἡ ἐξέτασις τοῦ πράγματος γένηται, καὶ ἢ κυρωθῇ αὐτοῦ ἡ ἀπόφασις, ἢ διορθώσεως τύχῃ. πρὶν δὲ ἐπιμελῶς καὶ μετὰ πίστεως ἐξετασθῇ, ὁ μὴ ἔχων τὴν κοινωνίαν πρὸ τῆς διαγνώσεως τοῦ πράγματος ἑαυτῷ οὐκ ὀφείλει ἐκδικεῖν τὴν κοινωνίαν.

Oſius epiſcopus dixit. Quod autem me vndequaque commouet, tacere non debeo. Si quis epiſcopus exiſtat ad iracundiam procliuis (quod quidem à tali viro longè abeſſe debet) & citò aduerſus presbyterum, vel diaconum commotus, ex eccleſia quemlibet eijcere voluerit, prouidendum eſt, ne is repentè cõdemnetur, & communione priuetur. Omnes dixerunt. Qui eijcitur, facultatem habeat confugiendi ad epiſcopum metropolis eiuſdem prouinciæ: ſinautem metropolitanus abſit, finitimum adeundi, ac rogandi, vt ipſius cauſa diligenter cognoſcatur. Minimè enim decet aures non præbere rogantibus. Et ille verò epiſcopus, qui iure, vel iniuria iſtum eiecit, generosè ferre debet cauſam cognoſci, ipſiuſque ſententiam vel confirmari, vel corrigi. Verùm, priuſquàm diligenter, ac fideliter ſingula quæque examinata fuerint, qui communionem non habet, ante cauſæ cognitionem non debet ſuo ſibi iure communionem vendicare.

Item ex concilio Carthaginenſi 2. cap. 8.

¶De eodem.

CAP. V.

ij 2 SI quis presbyter ab epiſcopo A ſuo correptus [f] fuerit, debet vtique apud vicinos epiſcopos conqueri, vt ab ipſis eius cauſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo epiſcopo reconciliari. Quod niſi fecerit, ſed ſuperbia (quod abſit) inflatus ſecernendum ſe ab epiſcopi ſui communione duxerit, ac ſeparatim cum aliquibus ſchiſma faciens, ſacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. At B ſi querimoniam C iuſtam habuerit aduerſus epiſcopum, inquirendum eſt †.

2 Burc.l.2. ca.194. Iuo p.6.ca.239. Anſel.l.12. c.33. Polyc. l.7.tit.1.

† al. erit

A ¶Epiſcopo.] *In ſecundo Carthaginenſi, ca.8. cum Alipius proponit, ita legitur,* Si quis fortè presbyter ab epiſcopo ſuo correptus, aut excommunicatus, &c. *Sed cum ab vniuerſis epiſcopis canon fertur, loco epiſcopi affertur nomen præpoſiti, & ita in Carthaginenſi codicis canonum, c.11. legitur,* à præpoſito ſuo correptus, *Grecè eſt,* ἐν τῇ διαγωγῇ αὐτοῦ καταγνωσθῇ. *id eſt,* in † ſua vitæ agendæ ratione condemnatus fuerit. *Burchardo autem & Iuoni conuenit cum Gratiano.*

† al. in ſua cõuerſatione condemnatus

B ¶At ſi.] *In cõdice canonum, & Carthaginenſi græco, & apud collectores nihil hic eſt interiectum. Verùm in exemplaribus cõcilij impreſſis, & manuſcriptis ante iſtam clauſulam, hæc inſeruntur,* Nihilominus, & de ciuitate, & de congregatione, in qua fuerit, longius repellatur: ne vel ignorantes, vel ſimpliciter viuentes ſerpentina fraude decipiat: quoniam ſecundum Apoſtolum eccleſia vna eſt, vna fides, vnum Baptiſma. Et ſi querimoniam, &c.

Eph.4.

C ¶At ſi querimoniam.] *Locus hic ita habet apud Burchardum, & Iuonem,* Si querimoniam iuſtam aduerſus epiſcopũ non habuerit, inquirendum erit. *Græcè eſt,* σκοπουμένου, μήποτε κατὰ τοῦ ἐπισκόπου μέμψιν ἔχοι δικαίαν. *id eſt,* hoc conſiderato, nunquid aduerſus epiſcopum iuſtam habeat expoſtulationem.

Item ex concilio Antiocheno, cap. 4. [3]

3 Et Aqſgr. c.47. ext. de cle. exc. depo. c.1. & 2. Nicol. Papa epiſt. 8.

¶De his qui damnati à ſynodo ſacra miniſteria contingunt.

CAP. VI.

iij 4 SI quis epiſcopus damnatus A à ſynodo, vel

4 Poly. ibid. Burc.l.1. ca. 199. Iuo p. 5. cap. 362. Anſel.l.12. c.26.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ſi epiſcopus, presbyter, vel diaconus fuerint excommunica-

municati,nõ audeãt in excõicatione manẽtes diuina officia celebrare: qđ ſi præſumpſerint, ſpẽ reſtitutionis nõ habeant: communicantes verò cum eis ſcienter,debent ab eccleſia ſeparari. Idẽ eſt caſus ſequẽtis c. ſed in eo additur, ꝙ ſi talis incorrigibilis manſerit eccleſiam concitãdo, expelli debet per ſecularẽ poteſtatẽ tãquàm ſeditionarius ab omni plebe,& intellige, *maximè*,id eſt tantùm.

† abeſt à multis.

a ¶*In alia.*] "Ergo epi non poſſunt diſpẽſare cũ talib. qui poſt excõicationem celebrant,cum nec concilium hoc poſſit.Ar. cõtra.2.q.5. quæ de cauſa.pcſſet tamen dici, ꝙ epiſcopus cum talibus poſſet diſpenſare: & ex pone ꝙ ſpem,&c. i.ipſi ſic delinquentes nõ debeant habere ſpem reſtitutionis: quia ſibi recluſerunt.ſic 7.qu.1.ſi quis presbyter.ſ.82.di. plurimos. in fi.conſtat tamen quòd ipſe poteſt in caſibus talibus diſpenſare.

"excommunicatum celebrantẽ nõ abſoluit epiſcopus.

1 in capit. Marti.Brac.

b ¶*Maximè.*] id eſt, tantùm. ſic 12.diſt. illud. 18. diſt. peruenit. 16.q.3.per ſingulas.

c ¶*SI quis.*] Videtur ꝙ iſti clerici qui cõmunicant excommunicato in diuinis officijs, pari excõicatione ligentur,vt ext.de ſen. exc.ſignificauit.

† al.reconciliari.

d ¶*Per forinſecam.*] i.manu laicali.ſimile ſ. 17.diſt.nec licuit.

EPiſcopi ſi ſacerdotali.] CASVS. Quidam epiſcopi quoſdã innocẽtes, vel pro minimis cauſis culpabiles excõicauerũt: & ad baptiſmũ feſtinantes recipere neglexerunt. quæſitum fuit q̃ pœnã pp hoc patiantur? Et reſp. ꝙ ſi à vicinis epiſcopis commoniti parere noluerint, ab aliorũ epiſcoporũ communione vſq; ad tempus ſynodi ſeparentur:& non maiori tpe:ne in excõicatione diu manentes, morte præueniantur. Sequens c.patet.

a Et in Vormac.c.14.

e ¶*Minimis.*] Ergo pro minorib. cauſis nõ eſt quis excõicandus: quod verum eſt,vt j.e. nullus. " Sed contra: nonne pro ſola contumacia eſt quis excõicãdus, vt j.ea. verum a? ergo ſiue crimẽ ſit ma-

3 Bur.l.11. c.11. Iuo p. 14. ca.16.& 81. Pann.l. 5.c.128.

"Excommunicatio an ꝑ ſola contumacia fertur.

a Et ſ.5.q.

presbyter, aut diaconus à ſuo epiſcopo auſi fuerint aliquid de miniſterio ſacro contingere,ſiue epiſcopus iuxta præcedentem conſuetudinem, ſiue presbyter, aut diaconus, nullo modo liceat ei,nec in alia [a] ſynodo, reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis: ſed & communicantes ei omnes abiici de eccleſia oportet †; & maximè [b], ſi poſtquã didicerint aduerſum memoratos prolatam fuiſſe ſententiã, eiſdem communicare tentauerint.

A ¶Damnatus.] *Græcè eſt,* καθαιρεθεὶς, *id eſt,* depoſitus.

Item ex concilio Martini Papæ, cap.37. [1]

¶Sine ſpe ſit reconciliationis, qui excommunicatis communicare præſumit.

CAP. VII.

iiij SI quis[c] epiſcopus in concilio excommunicatus fuerit, ſiue presbyter, aut diaconus à ſuo epiſcopo, & poſt excommunicationẽ præſumpſerit, ſiue epiſcopus ille, aut presbyter,aut diaconus facere oblationem, vel matutinũ, aut veſpertinum ſacrificium, quaſi in officio ſuo agere ſicut prius,non liceat ei nec in alio concilio ſpem reconciliationis habere, nec vltra recolligi: † ſed etiam eos,qui ei communicauerint, omnes ab eccleſia reſpui, maximè eos, qui ſciebant eum eſſe deiectum. Si autem permanſerit turbãs, & cõcitans eccleſiam per forinſecam A [d] poteſtatem,oportet eum ſicut ſeditionarium ab omni plebe expelli.

A ¶Forinſecam.] *In aliquot Gratiani, & concilij codicibus eſt,* foraſticam. *In canone quinto concilij Antiocheni, vnde hoc ſumptum eſt legitur* διὰ τῆς ἔξωθεν ἐξουσίας: *quæ Dionyſius vertit,*per poteſtates exteras.

Item ex concilio Agathenſi.c.3. [2]

¶De epiſcopis, qui innocentes,aut minimis cauſis culpabiles excommunicant.

CAP. VIII.

3 EPiſcopi, ſi ſacerdotali moderatione poſtpoſita innocentes, aut minimis [e] cauſis culpabiles excommunicare præſumpſerint, aut ad gratiam baptiſmatis A feſtinãtes fortaſſe recipere noluerint, à vicinis epiſcopis eiuſdẽ † prouinciæ, literis moneantur: & ſi parere † noluerint, communio illis vſque ad tempus ſynodi à reliquis epiſcopis denegetur B. 4 ne fortè ꝑpter excommunicationis † peccatum [f] excommunicati longo tempore morte præueniantur.

A ¶Baptiſmatis.] *Sic etiam in manuſcriptis: & doctores eam vocem agnoſcunt.Verùm ab omnibus editionibus conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis, tam in concilio Agathenſi, quàm in Vormacienſi, c.14. (vbi caput hoc repetitur) & à Burchardo, & Iuone abeſt ea dictio. Et cum hic de excommunicatis agatur, videtur eſſe locus ijs tantũ, qui ſunt baptizati, & ad gratiam, id eſt,ad reconciliationem cum ſuo epiſcopo feſtinant.*

B ¶Denegetur.] *Sic habet Iuo, & Pannormia, & antiquiores conciliorum editiones, & duo Vaticana exemplaria: videturque huic ſimile quod legitur ſ.6.q.2.cap.ſi. ſed in recentioribus editionibus eſt*, non denegetur.

Item ex concilio Africano.

¶De his qui tempore ſuæ excommunicationis communicare præſumunt.

CAP. IX.

5 PLacuit vniuerſo concilio, vt qui excommunicatus fuerit pro ſuo neglectu [g], ſiue epiſcopus, ſiue quilibet clericus, & tempore excommunicationis ſuæ ante audientiam communicare † præſumpſerit, ipſe in ſe damnationis iudicetur ſentẽtiam protuliſſe.

¶*In concilio,quod hodie inſcribitur Africanum,caput hoc non habetur: ſed in Carthaginenſi inſerto in codice canonum, & in Græco c.29. & refertur in quinta ſynodo,ſeſſione 7. in epiſt.Vigilij.*

Item Nicolaus Papa. [6]

¶Deponantur epiſcopi, qui excõmunicatis communicant.

CAP. X.

7 TEugualdum † Treuerẽſem, & primatem Belgicæ prouinciæ,& Gunthariũ Agrippinę colonię archiepõs, nunc corã nobis, & ſancta ſynodo ſub geſtorũ † inſinuatione,qualiter cauſam Lotharij regis, & duarũ mulierũ eius, Theibergæ ſcilicet, & Gualdradæ, recognouerint, & iu-

gnum,ſiue paruũ. nũquàm eſt excommunicandus aliquis niſi ſit contumax. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ ab homine nõ ſit aliquis excõicandus niſi pro cõtumacia, ſed à canone benè,vt 17.q.4.ſi quis ſuadente. hoc non eſt verum: quia q̃nq; excommunicatur aliquis pro contumacia: q̃nq; pro crimine,vt ext.de verb.ſig.ex parte. Ioã. Sed certè illa decr. dicit,ꝙ ꝑ offenſa ſit aliquis excommunicandus, cum non vult ſatiſfacere.& ita pro cõtumacia.quare alia diſtinctio eſt melior.

2. cap.2.ſed fortè hic loquitur đ excommunicatione q̃ pro diuerſis cauſis infertur. arg. 86.diſt. tanta.

† al.cuiuſlibet

† al.parcere

4 6.q.2.c. ſi.paulò aliter apud Burc.& Iuo c.81.

† al.excõicatoris] vera lectio.

f ¶*Peccatum.*] Ar.ꝙ citius moritur quis pp peccatum, vt 12.qu.1. c.2. " & tollit Deus malos de medio [b], ne peccatũ eorum augeatur.23.q.4.ea vindicta. & tollit bonos ne malitia malorum immutet intellectum eorũ. de pœniten.diſtin.4. ſi ex bono.

" Moriũtur boni & mali.

b id eſt, de hac vita.23. q.4.hæc autem vita.

PLacuit.] ¶*Neglectu.*] videtur ergo ꝙ pro negligentia aliquis excõmunicetur, ſicut pro negligentia aliquis deponitur [c], vt 81.diſt.dictum eſt.

c Sic neglectus culpã geminat.27 q.1.ſi cuſtos in fi.

TEugualdum Treuerenſem.] CASVS. Nicolaus Papa delegauit cauſam inter Lothariũ, & Theibergam, & Gualdradã Teugualdo & Gunthario archiepiſcopis: qui amore Lotharij corrupti Gualdradam pellicem adiudicauerũt legitimam vxorem eius eſſe, & à petitione Theibergę eundẽ Lotharium abſoluerunt: & Engeltrudam excõmunicatam, quia fouebat Gualdradæ contra Theibergam, iniuſtè abſoluerunt.poſteà cum citati à Papa Romam veniſſent, hæc omnia proprio ore coram ſynodo ſunt confeſſi: & quia Nicolaus Papa dictos archiepõs inuenit in hoc & ĩ alijs plurib.exceſſiſſe: ideò eos ab epali depoſuit officio: ita tamen, ꝙ eis liceat eccleſiam ingredi, & cõicare ſicut laici: ſed nõ liceat eis eccleſiam perturbare: & debes ſic ordinare conſtructionem. Nos iudicamus Teugualdũ & Guntharium archiepiſcopos,&c.

5 Burc.l.1. ca.200. Iuo p.5.ca.314. Anſ. l.12.c. 27.Pol. l.7. tit.1.

† al.communionem

6 in ſynodo Romana, c.2.

7 Iuo p.8. c.226.

† al.Thietgandum

† al.ſuggeſtorum

a ¶*Iudica-*

a ¶ *Iudicauerint.*]ſic patet quòd punitur iudex qui malè iudicat, vt dixi 2.q.6.hoc etiã.

b ¶ *Vtilitates.*] quòd nulli prohibetur, vt 4.q.6. omnib.

S*I autem.*] CASVS. Docet hic Clemens, quòd omnes clerici & principes & populi, ſi epiſcopis non obediãt, infames erunt, & ab eccleſia repelluntur. Sequens c. patet.

"imperator ab ẽpo excõicari põt.

c ¶ *Principes.*]"Ergo Imperatores ſubſunt epiſcopis, & ab eis poſſunt excommunicari. 96. di. duo. mitius tamen cum eis [a] agendum eſt quàm cũ alijs, vt 12.q. 2. de reb. & ſi in plurib. epiſcopatib. habet Imperator domicilium: quilibet poteſt eum excommunicare. ff. ad mun. aſſumptio.

†al. vna

a Adde arg. cõtra. ſ.e.q. pcipuè. ver. deterius. 25. q.1. nulli. A.

S*I quis.*]CASVS. Hoc c. diuiditur in tres par. In 1. par. dicitur, quòd nullus debet ſuperbire contra ſuum epiſcopum ſe exaltando: nec aliquid facere ſimulando, vt eius auctoritatem obumbret: quia regula veritatis eſt, vt nullus faciat aliquid commendandi ſui cauſa, vt alius vituperetur. In 2. par. dicitur, quòd improbus defendi non debet, nec improbo ſancta debent committi. In 3. par. dicitur, quòd iterum redargui & impugnari non debet cuius crimen eſt incognitũ. Secunda pars incipit ibi, *Non defendas improbum.* Tertia ibi, *Neque iterum.*

d ¶ *Commendandi.*]nã aliorum honores alijs non debent eſſe occaſio nocendi, vt C. de ſta. & ima. l. vl. nec aliquis debet illud appetere per quod honor aliorum minuatur, vt 99. di. nullus. nec tibi debes conſulere cum alterius iniuria. 22.q.2. primum. nec aliquid facias in domo tua, qđ vicino noceat, vt ff. de re.iu. domum. ſi tamen facias aliquid eo propoſito, vt tibi proſit, licet alij noceat, non peccas. arg. ff. de aq. plu. ar. l.1.§. *Denique.* ff. de dã. inf. fluminum, §. vlt. & l. ſequen.

e ¶ *Ad deformationẽ.*] C. de ſta. & ima. l. vltima.

f ¶ *Iterum arguas.*]id eſt, multoties.

dicauerint, [a] ſcriptum ſuper hoc proprijs manibus roboratum offerentes, nihil ſe plus, vel minus, aut aliter egiſſe ore proprio multis coram poſitis affirmantes, & ſententiã, quã à ſede Apoſtolica in Engeltrudem vxorem Buſonis ſanctiſſimus frater noſter Mediolanenſis archiepiſcopus Thado, & cæteri coëpiſcopi noſtri petiuerant emittendam, & nos diuino ſuccenſi zelo ſub anathematis atteſtatione canonicè protuleramus, publicè ſe viua† voce violaſſe confitentes, in quibus omnib. inuenimus eos Apoſtolicas, atque canonicas ſanctiones in pluribus exceſſiſſe, & æquitatis normam nequiter temeraſſe, omni iudicamus ſacerdotij officio manere penitus alienos, Sancti ſpiritus iudicio, & beati Petri per nos auctoritate, epiſcopatus exutos regimine conſiſtere E deſinientes. Prædictis autem depoſitis licentiam concedimus eccleſiam ingrediendi, & communicandi, ſicut laici, & loquendi ſuas vtilitates [b], nõ autem turbas concitandi, vel ſcandalum ſolicitandi, illis tribuimus facultatem. Quantum autem ad epiſcopale miniſterium ſpecialiter pertinet, nulla eis ſit licentia contingendi: ſicut nos cum ſancta ſynodo iam decreuiſſe conſtat.

¶ *Caput hoc Iuo citat ex Nicolao epiſcopis & archiepiſcopis per Galliam, Italiam, Germaniam, atq; per vniuerſas prouincias conſtitutis. In qua epiſtola videtur retuliſſe, quid in concilio à ſe Romæ habito de Metenſi ſynodo penitus abolẽda, & depoſitione Thietgandi, et Gunthariȷ ſtatutum fuerit. De quo quidem concilio, et horum epiſcoporum depoſitione Regino li. 2. chronicorum accuratè hæc ſcribit.* Inter ea Thietgãd', & Guntharius archiepiſcopi Romam profecti ſunt, ea animi intentione, vt Regem innoxium in prædicto facto demonſtrarent, ac ſe cũ cęteris coepiſcopis Eccleſiaſtica, atque Apoſtolica exercuiſſe decreta: ſtultitiæ quidem elogio decorandi, qui, illam Petri ſedem aliquo prauo dogmate fallere poſſe arbitrati ſunt, quæ nec ſe fefellit, nec ab aliqua hæreſi vnquam falli potuit. Itaque cum in præſentiam Nicolai Papæ veniſſent, libellum obtulerunt, in quo continebantur geſta ſynodalia, quæ in Mediomatrico Vrbe, & Aquis ab eis ſtatuta fuerant. Qui cũ à notario coram omnibus recitatus eſſet, interrogauit Pontifex, ſi hæc ſcripta verbis confirmarent? Reſponderunt inconueniens videri, vt quod proprijs manibus roborauerant, verbis infirmare mallent. Et ſic nec repulſa, nec admiſſa eorum aſſertione iuſſi ſunt ire ad hoſpitia ſua, quouſque reuocarentur. Paucis interpoſitis diebus ad ſynodum, quam Papa congregauerat, ſunt accerſiti: vbi eorum damnata, & anathematizata ſunt ſcripta, & ipſi omnibus adiudicantibus epiſcopis, presbyteris, & diaconis, ſunt depoſiti, & omni eccleſiaſtica dignitate priuati.

E ¶ Conſiſtere.] *In ſecundo capite conciliȷ locus hic ita habet,* conſiſtere: Diffinientes, quòd ſi iuxta præcedentem conſuetudinem tanquã epiſcopi auſi fuerint aliquid de ſacro miniſterio contingere, nullo modo liceat eis, nec in alia ſynodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis. Sed & communicantes eis omnes abijci de eccleſia, & maximè, ſi poſtea quàm didicerint aduerſus memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentauerint, *& ſunt verba ſumpta ex capite, ſi quis epiſcopus damnatus. ſuprà ea. ex concilio Antiocheno.*

A*Bſit.*] CASVS. Quidam ſubditi propter ſuſpicionẽ delictorũ ſuis epiſcopis non obediebant. vnde quæſitum fuit ab Anterio Papa, quam pœnam pati deberent. Et reſponſum eſt, quòd in veteri lege tales lapidabantur vel decapitabãtur. ſed in nouo teſtamento debent anathematizari.

g ¶ *Siniſtrum.*]Hoc eſt verum in his quæ poſſunt trahi ad bonum, & ad malum: vbi ſemper in meliorem partem eſt interpretandum. vt 41. diſt. c. 1. & ext. de re. iu. eſtote. "Si ergo clericus amplectitur mulierem, interpretabitur quòd cauſa benedicendi eam hoc faciat, vt 96. di. in ſcripturis. tamen quandoque canon ſolam confabulationem interpretatur in deteriorem partem, vt 27.q.1. nec aliqua.

" Clericus amplectens mulierem præſumitur bene agere.

a ¶ *Aut*

Item Clemens epiſtola tertia, omnibus coepiſcopis.

¶ Clerici & laici, qui nõ obediunt epiſcopis, infames efficiuntur.

CAP. XI.

SI autẽ vobis epiſcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ac ſubdiaconi, & reliqui clerici, omneſque principes [c] tam maioris ordinis, quàm inferioris, atque reliqui populi, non ſolùm infames, ſed & extorres à regno Dei, & conſortio fidelium, ac à liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ alieni erunt.

Item Petrus in ordinatione Clementis. [1]

1 Clemens epi. ad Iacobũ. & Alexãder epiſt. 1.

¶ In Chriſtum peccat, qui veritatis doctorem contriſtat.

CAP. XII.

QVicunque contriſtauerit doctorem veritatis, peccat in Chriſtum, & patrem omnium exacerbat Deum, propter quod & vita carebit.

Item Ambroſius lib. 2. de officijs, c. 24. [2]

2 Et in cõci. Aquiſgr. c. 9

¶ Simulata virtutum affectione, † obedientia epiſcopo non denegetur.

†al. affectatione

CAP. XIII.

v SI quis verò non obediat epiſcopo, extollere atq; exaltare ſeſè deſiderans, quærens etiam obumbrare merita epiſcopi ſimulata affectione † doctrinæ aut humilitatis, aut miſericordiæ, is à vero deuius ſuperbit: quoniam veritatis ea eſt regula, vt nihil facias commendãdi [d] tui cauſa [3], quò minor alius fiat: neque ſi quid boni habeas, id ad deformationem [e] alterius, & vituperationem exerceas. ¶ Non defendas improbum, & ſancta indigno committenda† non arbitreris. ¶ Neque iterum [f] arguas †, & impugnes eũ, cuius crimen non deprehenderis.

†al. affectatione

3 Concord. cũ hoc tex. iũcta ſua gl. 1. l. nã hoc. ff. đ cõd. ind. & l. nec au⁹. C. đ emã. li.

†al. committenda arbitreris.

†al. vrgeas

Item Anterus Papa epiſcopis Hiſpaniæ. [4]

4 Hierony. ad Heliodo.

¶ Epiſcopo non obediens, dæmonum ore diſcerpitur.

CAP. XIIII.

ABſit, vt quidquam ſiniſtrũ [g] de his arbitremur†, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt: per quos nos etiã Chriſtiani ſumus: qui claues Regni cœlorum habentes, ante† iudiciȷ diem iudicant. Veteri quidem lege habetur: quicunque ſacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus lapidabaĩ à populo, aut gla-

†loquar] Orig.

† quodammodo ante] Hier.

Deut. 17.

" inobedictia an ſit capite punienda.

a ¶*Aut gladio.*]"Hic habes quòd olim inobedientia capite puniebatur: ergo & hodie reppelleret à promotione. 54. diſtinc. multos. non tamen quælibet inobedientia capite puniebatur, ſed ſola illa quæ ſchiſma inducebat, vt 7. q. 1. den ique. in fi. & de hoc notaui 4. q. 1. in prin.

a V. 45. diſt. §. Salomon.

b ¶*Dæmonum.*] Hoc olim fiebat ad literã. [a] hodie tamen Satanæ traditur vt citius conuertatur. vt ĩ. c. audi. in prin. & c. omnis Chriſtianus.

† mucrone] Hier.

1 Adde ad hoc tex. l. 3. §. q ſtatióis. & §. ĩ bello ff. de re mil. Clem. ep. 1.

dio [a] ceruice ſubiecta contemptum expiabat cruor†. Nunc verò inobediens ſpiritali animaduerſione 1 truncatur, & eiectus ab eccleſia rabido dæmonum [b] ore diſcerpitur.

Item Petrus in ordinatione Clementis.

¶Quibus Papa eſt inimicus, his nec loqui debemus.

CAP. XV.

2 SI inimicus [c] eſt iſte Clemens alicui pro actibus ſuis, vos nolite expectare, vt ipſe vobis dicat, &c.

vt ſupra in tractatu ordinandorum: vbi agitur de obedientia minorum erga maiores.

SI inimicus.]C A S V S. Dicitur hic, quòd ſi Papa eſt alicui inimicus, omnes debent eũ vitare, nec debent expectare vt ipſi moneantur à Papa, Hoc c. planius habetur ſ. 93. di. ſi inimicus.

2 Anſ. l. 1. c. 6. Iuo p. 14. ca. 22. diſt. 93. ſi inimicus.

c ¶*Si inimicus.*]ab hoc loco incipit tractare de duplici excommunicatione. ' 'Et no. quòd quędam excommunicatio eſt ſimplex ſiue minor, quæ ſeparat à ſacramẽtis & ab ingreſſu eccleſiæ. Alia ſolemnis, quæ propriè dicitur anathema, quæ ſeparat etiam à communione fideliũ. De vtraque iſtarum habes 3. q. 4. Engeltrudã. Maior excommunicatio imponitur vel pro maiori crimine, vel pro contumacia. Minor infligitur pro quolibet mortali, vt ĩ. e. audi. & imponitur ſiue pœnitenti, ſiue non pœnitenti, vel à ſeipſo, [b] vel à ſuo ſacerdote loco pœnæ: pœnitens tamen melius facit ſi auctoritate ſacerdotis abſtinet à ſacramentis, vt de pœ. diſt. 1. in actione. Impœnitenti autem imponitur quandoque à Deo: ſ. quando eſt in mortali peccato. tunc enim quantum ad Deũ priuatus eſt ſacramentis, vt ĩ. e. audi. quando que à ſeipſo, & malè, ſ. cum non vult pœnitere, & ceſſat à ſacramentis, quia hoc ſibi putat ſufficere ad pęnam ſiue pœnitentiam, vt de pę. di. 1. ſunt qui arbitrantur. ſed ſi non putat ſibi ſufficere, ſed abſtinet quia putat ſe indignum, bene facit, vt de conſe. diſt. 2. qui ſcelerate. quandoque infligitur à ſacerdote loco pęnæ cum vult pœnitere, quandoque à canone, ſcilicet cum quis communicat excõmunicato. in his duobus caſibus eſt neceſſaria reconciliatio, vt ĩ. ead. excellentiſſimus. 50. diſt. in capite. "Si ergo quis ſit excommunicatus, ſemper à ſuo excommunicatore eſt abſoluendus, niſi vel ſit pa pellatum ab eo, vel ipſe ſit negligens, vt dixi ſ. ead. ſi epiſcopus fortè. Sed ſi à canone eſt excommunicatus, poteſt abſolui à ſuo ſacerdote, ſecundum diſtinctionem, extra de ſent. exc. nuper. Hæc autem pœna eſt non ſeruantis excommunicationem. Si clericus eſt, deponit, vt ſ. e. ſi qs presbyter. ſi laicus. tardius abſoluitur. ĩ. e. qui iubente.

" Excõicatio duas hȝ ſpecies.

3 Can. Apoſtol. 11. Bur. l. 11. c. 35. Pan. l. 5. c. 95.

† al. auertendo

b Vt de pœ. diſ. 1. porrò. alias incip. facilius. ĩ. e. §. euidẽter. Arch.

4 Pol. l. 7. ti. j Anſ. l. 12. c. 14. Bur. l. 11. c. 38. Iuo p. 14. cap. 23. & 102. Pan. l. 5. c. 94.

† al. quoſque

"Excõicat° à quo eſt abſoluendus.

Item Fabianus epiſcopus, epiſt. 1.

¶Excommunicatus eſt, qui excommunicatis communicat.

CAP. XVI.

3 SIcut Apoſtoli [d] ſtatuerunt dicentes § Cum excommunicatis non eſt communicandum: & ſi quis cum excommunicatis, auerſando † [c] regulas, ſcienter ſaltem A [f] in domo [g] ſimul locutus fuerit, vel orauerit, [h] ille communione [i] priuetur. §

A ¶ Saltem.] *In epiſtola Fabiani eſt*, ſcienter pſallat in domo, aut ſimul locutus, &c. *Sed lectio Gratiani videtur magis conſentire cum canone Apoſtolico.* εἴ τις ἀκοινωνήτῳ, κἂν ἐν οἴκῳ, συνεύξηται, ὁ τοιοῦτος ἀφοριζέσθω. *quæ Dionyſius vertit*, Si quis cum excommunicato, ſaltem in domo ſimul orauerit, iſte communione priuetur.

Item Calixtus Papa epiſtola ſecunda, c. 2.

¶ De eodem.

CAP. XVII.

4 EXcommunicatos quoſcunque† à ſacerdotibus nullus recipiat ante vtriuſq; [k] partis iuſtam examinationẽ: nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicet: nec aue [l] eis dicat: quia quicunque in his, vel alijs prohibitis, ſcienter excommunicatis communicauerit, iuxta Apoſtolorum inſtitutionem, & ipſe ſimili excommunicationi ſubiacebit.

SIcut Apoſtoli.]C A S V S. In hoc c. & tribus ſequentib. ferè idem dicitur, ſcilicet qđ cum excommunicatis ſcienter non communicetur. ſi quis verò eis communicauerit vel palã, vel occultè, ſi clericus eſt, deponatur, ſi laicus eſt, excommunicetur.

Can Apo. 11.

d ¶ *Sicut Apoſtoli.*] Paulus ſtatuit 2. q. 1. multi. & Ioan. 24. q. 1. omnis.

e ¶ *Auerſando.*]id eſt, contemnendo.

f ¶ *Saltem.*] nedum alibi.

g ¶*Domo.*]id eſt, ſub eodem tecto, vt 35. q. 6 eps in ſynodo. largius ſumitur domus. ff. ad Sil. l. 1. §. eodem.

5 Poly. ibid. Bur. l. 11. c. 31. & 32. Anſ. l. 12. c. 16. Iuo p. 14 c. 95. & 96.

h ¶*Vel orauerit.*]" ſi ergo excõicatus intrat eccleſiam, oẽs exibunt, vt 24. q. 1. omnes q. ſacerdos tñ ſi icepit Miſſam, nõ exibit, qa nõ relinquet offm̃ in expletum, vt 7. q. j. nihil.

"Excõicat° non intret eccleſiam.

i ¶ *Communione.*] ſc. maiori, quia iam inciderat in minorẽ. ſ. ea. q. ſi quis presbyter.

Item Iſidorus in regula monachorum, c. 18.

¶De eodem.

CAP. XVIII.

5 CVm excommunicato neque orare, neque loqui (niſi quæ ad eandem excommunicationẽ pertinent) nec veſci liceat. Si quis A enim cum eo aut palàm, aut abſconsè locutus fuerit, ſtatim [m] cum eo communem excommunicationis contrahet pœnam.

¶ *Prior pars huius capituli vſque ad verſi. Si quis enim, habetur in regula ſancti Iſidori (quæ miſſa eſt ex Hiſpania) c. 18. ex qua citat hoc Smaragdus in expoſitione regulæ ſancti Benedicti, c. 26. excepta tamen iſta clauſula*, niſi quę ad eandem excommunicationem pertinent, *quæ neque in regula B. Iſidori legitur, neque apud Smaragdum. Eſt tamen apud Burchardum, & Iuonem.*

A ¶Si quis enim.]*Hæc vſque ad finem refert Smaragdus ex quodam magiſtro monachorum, quod notabitur inf. e. c. ſi quis frater.*

Item ex concilio Carthag. 4. c. 73.

¶De eodem.

CAP. XIX.

6 QVi communicauerit, vel orauerit cum excommunicato, ſi laicus A eſt, excommunicetur, [n] ſi clericus, deponatur.

A ¶Si laicus.]*Ita apud Burchardũ, & Iuonem p. 14. c. 108. & in Pannormia. Sed in concilio ipſo cum varijs codicibus collato, & apud Iuonem eadem p. c. 28. legitur*, ſiue clericus, ſiue laicus, excommunicetur.

Item ex decreto Honorij Papæ.

¶*Burchardus etiam, Anſelmus, & Iuo par. 14. c. 113. citant ex decretis Honorij. Sed idem Iuo eadem parte, c. 65. hoc ipſum tribuit Ioanni octauo in concilio apud Rauennam.*

¶ Excommunicatorum nomina vicinis omnibus palàm, & publicè annuntientur.

CAP. XX.

7 CVręſit omnibus epiſco-

k EXcõmunicatos.] ¶*Vtriuſq;.*]ſ. excõicatis, & excõicati. " Per hoc c. dixerunt quidam, q ignorante aduerſario non poſſet excommunicatus abſolui [c] qđ falſũ eſt, vt ext. de ap. qua frõte. niſi ꝑ crimine ſit excõicatus. tunc. n. oportet vt primò ſatisfaciat. vt ext. de ver. ſi. ex parte. 1. in fi. Vel dic, q ſi iudex ad q̃relam alicuius excõicauit aliquem, tũc non abſoluet eum antequã ab aduerſario intelligat, an ſit ꝑ manifeſto delicto excõicatus, vel nõ, vt ĩ. c. ſeruetur. ſi autem iudex non ad alicuius q̃relam excõicauit aliquem, tũc ſuperior ipſũ ſtatim põt abſoluere, vt in conſt. Inno. ext. de ap. cum ſpeciali.

"Excõicat° an poſſit ab ſolui aduerſario ignorante.

c Ar. ad hoc ext. lib. 6. de app. Romana. §. ſententia. qa meri ta cauſarũ, &c. ext. de ĩ integr. reſt. tũ ex literis. Arc.

6 Poly. ibid. Anſ. l. 12. c. 18. Bur. l. 11. c. 44. Iuo p. 14. ca. 28. & 108. Pan. l. 5. c. 99.

l ¶*Nec aue.*]24. qu. 1. omnis qui recedit.

m CVm excommunicato.]¶*Statim*] Ergo eſt canon iſte latæ ſententiæ minoris excõicationis. [d] ꝑterea ſi nõ corrigit ſe, excõicatur per ſententiam, vt ĩ. e. c. prox.

d Sic ĩ. ſic qs frater. Arc.

n QVi communicauerit.]¶*Excõicetur.*] Si cõmunicat in crimine & crimino ſo, eſt pari excõmunicatione cum ipſo ligatus, nec poteſt abſolui niſi ab excõicatore: ſed ſi cõicat ei, ſed non in crimine, tunc poteſt à ſolo ſacerdote abſolui. ext. e. nuper.

7 Poly. ibid. Anſ. l. 12. c. 32. Bur. l. 11. c. 49. Iuo p. 14. c. 65. & 113.

CVræ.]C A S V S. Dicitur hic q epi nomina excommunicatorũ debent tam vicinis epiſcopis quã ſuis parochianis indi-

indicare, vt eis non communicent: debent etiam præ foribus eccleſiæ ponere, vt nec ſui parochiani, nec extranei poſſint aliquo modo prætendere ignorantiam, & excommunicatis eccleſiaſticus aditus excludatur.

pis [a] excommunicatorum omnino † nomina tam epiſcopis vicinis, quàm ſuis parochianis pariter indicare 1, eaq́; in celebri loco poſita præ † forib. eccleſiæ cunctis conuenientibus inculcare: quatenus in vtraq; diligentia, & excommunicatis [b] vbique eccleſiaſticus aditus excludatur & excuſationis cauſa omnibus auferatur.

2 *Verùm hoc de nominatim excommunicatis intelligitur. Excommunicationis enim pęnam dupliciter ſubimus, & dum reatum incurrimus, & dum ſententia notamur.*

Vnde Hieronymus in librum Iudicum, homilia ſecunda. [2]

¶ *In hoc & ſequenti capite citatur B. Hieronymus, quòd ipſe has Origenis homilias Latinas fecit, ſicut etiã ſuprà diſt. 36. c. ſi quis. eſt adnotatũ.*

¶ Duobus modis aliquis ſatanæ traditur.

CAP. XXI.

AVdi deniq; Apoſtolum dicentem de eo qui peccauerat. [Tradidi, inquit, huiuſmodi hominem ſatanæ interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat.] Vides ergo, quia non ſolùm per Apoſtolos ſuos tradidit Deus delinquentes in manus inimicorum, ſed & per eos qui eccleſiæ præſident, & poteſtatem habent non ſolùm ſoluendi, ſed etiam ligandi, tradũtur peccatores in interitũ carnis, cũ pro delictis ſuis à Chriſti corpore ſeparantur. Et vt mihi videtur, dupliciter etiam nunc tradũtur homines de eccleſia in poteſtatẽ zabuli. Vno modo quo ſuperius diximus, cum delictum eius manifeſtũ ſit eccleſiæ, & per ſacerdotes de eccleſia pellitur, vt notatus ab omnibus erubeſcat: & è conuerſo conueniat illi illud, qđ ſequitur [vt ſpiritus ſaluus fiat in die Domini nr̃i Ieſu Chriſti.] Alio autem modo quis traditur zabulo, cum peccatum eius manifeſtum non ſit hominibus: Deus autem qui videt in occulto, pſpiciens eius mentem, & animam, vitijs ac paſſionibus ſeruientem, & in corde eius non † ſe diligi, ſed aut auaritiam, aut libidinem, aut iactãtiam, vel alia huiuſmodi, iſtum talem ipſe Dominus tradit ſatanæ [c]. Quomodo eum tradit ſatanæ? Diſcedit à mente eius, & auertit ſe, & refugit à cogitationibus eius malis, & deſiderijs indignis, & relinqt domum cordis eius vacuam.

Cum ergo per ſententiam quis nominatus fuerit, cum eo communicare non debemus. Cum autem ſolo reatu, occultè excommunicationis contraxerit pœnam, non eſt ab eius communione ceſſandum. Vndè Dominus in Euangelio tunc demum peccatorem dixit habendum ſicut ethnicum & publicanum, cum eccleſiam audire contempſerit. Apoſtolus quoque non ait, ſi quis frater eſt fornicator, ſed [ſi quis frater nominatur fornicator, &c.] ſentẽtiæ nominationem intelligens. [3] *Hinc etiam Vrbanus Papa II. Guitmundo epiſcopo. [Sanè quod ſuper Richardo.] Require in cauſa. [*[4] *Quidam* [d] *epiſcopus in hæreſim lapſus.] Hinc etiam Chriſtus in Euangelio zizania dixit eſſe toleranda vſque ad meßem.*

Hinc etiam Hieronymus. [5]

¶ Mali à bonis penitus ſeparari non poſſunt.

CAP. XXII.

NOlite recedere à Domino in hodierno † die:] hoc eſt, donec ſeculum ſtat: oſtendat [e] ergo mihi, quomodo Hiebuſæus, donec ſeculum ſtat, habitet cum filijs Iuda in Hieruſalem: quippè cum ne ipſi quidem filij Iuda habitẽt in Hieruſalẽ. Ideò ergo nec iſtud verum eſſe poterit, quòd Hiebuſæi cum Iudæis habitent in Hieruſalem, quandoquidẽ ne ipſi quidem habitãt in ea. Sed

Literis epiſcopi an ſit credendũ.

a ¶ *Epiſcopis.*] hic habes literis epiſcopi creditur. & habes expreſsè ext. de pbat. poſt ceſſionem. & inſtrumentis aliorum principum creditur, ſi conſuetudo regionis hoc habet, vt ext. de fi. inſtr. cum dilectus. Sed obijcitur, cũ viua vox potior ſit quàm mortua, quare non creditur verbo epiſcopi in talib. vt 6. q. 2. ſi tantũ. & c. placuit? nec Papa epiſcopo credit, qui dicit ſe excommunicaſſe alium, vt ext. de teſt. cũ tu filij. quandoque .n. elogia ex mala fide ſcribuntur, vt ff. de cu. & exhi. re. diuus. nec ſcripturæ tabellionis creditur, niſi habeat teſtium ſubſcriptionem, vt in auth. de hæ. & fal. §. ſancimus. col. 1. nec inſtrumento procuratoris. ext. de proc. c. 1. nec inſtrumento iudicis, vt ext. de teſtib. cum à nobis [a]. Et H. dicit quòd ſemper ſtatur ſigillo epiſcopi, quia obtinet vicem publici inſtrumenti. ext. de fide inſtr. ſcripta. & de fideiuſſ. puenit. Alij dicunt. non creditur ei niſi redactum ſit in publicã formam, vt in auth. vt nulli iud. §. ſi verò. col. 9. & C. de don. in donationibus. Vel niſi habeat ſubſcriptionẽ teſtium, & ſi non ſit per publicam manum factum: quia fortè ibi nõ ſunt publicæ perſonæ, vt 26. q. 2. §. poteſt. Hodie expeditum eſt circa ordinem iudiciorũ, quòd non pręſumitur pro iudice, niſi quantũ aliàs probari poteſt. extrà de prob. quoniã cõtra. in omnib. alijs præſumo pro ſententia iudicis, ſcilicet, quòd ſit iuſta ex animo & ex cã, & quantùm ad ius litigatoris, vt in conſtitutione, cum ſpeciali. ext. de appel.

† al. omniũ.

1 Concord. tex. in l. monumẽtorũ. cũ gl. C. de reli. & ſum. fu. & l. inſtrumenta. & l. rationes. C. de prob.

† al. pro.

2 Origenes hom. 2. ad c. 2. Iudicum.

a Hæc decr. loqtur in ciuitate Beneuẽtana, vbi notarij dñr iudices. & hoc eſt veritas ſecundũ Inn.

1. Cor. 5.

ibidem.

b ¶ *Excommunicatis*] Arg. contra ea quæ publicè facta ſunt, nemo poſtmodum audiendus eſt. vt 8. q. j. licet. 54. di. nulli. 16. diſt. quod dicitis. 12. q. 2. qui & humanis. Arg. contrà 82. diſt. propoſuiſti. in fi.

VERVM. Hæc eſt ſecunda pars q. in qua vult probare, non tenemur vitare omnes excommunicatos, ſed illos ſolos qui ſunt excommunicati nominatim, & ponit multos modos excommunicationis. & hoc probat per 7. auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſ. excommunicatis non eſt communicandum. Nunc verò dicit hoc eſſe intelligendum de nominatim excommunicatis, quibus non eſt communicandum. Et oſtendit Gra. quòd dupliciter quis excommunicatus ſit, ſcilicet à communione fidelium, cui nunquam eſt communicandum, & à corpore Chriſti propter mortale peccatum quod egit, cui quandiu toleratur ſine peccato communicamus, quod probat per ſequens c.

AVdi denique.] CASVS. Oſtendit Hier. in hoc c. dupliciter dicitur quis excõmunicari, & tradi ſatanæ. Primò quando qs anathematizatur, ſicut fecit Paulus de fornicatore Corinthio, quẽ tradidit ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus eius in die iudicij ſaluaretur, quod non ſolùm per Apoſtolos, ſed per eos qui in eccleſia pręſident, fit quotidie: & dicuntur homines tradi ſatanæ, cum à tota eccleſia ſeparãtur. Secundò modo excõmunicatur quis, vel traditur diabolo, cum p occultum peccatũ qđ ſolus Deus in abſcondito videt, ſeparatur à Deo. *Vacuam*, à gratia Dei.

† non ſolùm amorem ſeculi, ſed] Orig.

c ¶ *Satanę.*] ſatanæ dicitur tradi, quia diabolus in eo habet poteſtatẽ quaſi in pecore ſuo, vt 24. q. 1. §. his auctoritatibus. in fi.

Matth. 18.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gra. ex ſupradictis c. cum nominatim excommunicato communicare nõ debemus. quod probat duabus auctoritatibus, ſcilicet Euangelij, & Pauli apoſtoli. cum eo verò qui propter mortale delictum quod cõmiſit eſt excommunicatus, poſſumus cõicare: & hoc probat auctoritate Vrbani.

1. Cor. 5.

3 Vide j. c. c. ad mẽſã.] in notatiõe.

4 24. q. 2. ſanè quod.

Matth. 13.

5 Origenes ho. 21. ad c. 15. Ioſue.

d ¶ *Quidam.*] j. 24. q. 2. c. 3.

NOlite recedere.] CASVS. Hier. oſtendit in hoc cap. qđ peccatores occultos ñ poſſumus euitare: & probat hoc auctoritate veteris teſtamenti: vbi legitur filij Iuda non potuerunt eijcere Hiebuſæos de Hieruſalẽ, ſiue de terra promiſſionis vſque ad hodiernum diem, qui ſpiritualiter ſignificãt malos Chriſtianos, quibus eccleſia cõmunicat. Et auctoritate Euangelij, vbi dicitur, quòd zizania non ſunt eradicanda, vel eruenda à frumento, ne ſimul eradicetur, & triticum, per quàm zizaniã deſignatur, quòd occulti peccatores debent ab eccleſia tolerari, de quibus dicitur: Nolite mittere ſanctum canibus, neque margaritas ante porcos. manifeſti autem peccatores ſi incorrigibiles ſunt, non debent in eccleſia tolerari. *Patiamini.* tolerando malos manifeſtos. *Faciatis.* eijciendo malos occultos. Beneuen. tamen dixit in caſu ſuo, quòd occulti, & manifeſti peccatores ſunt tolerandi: ſed litera contradicit Beneuen.

† al. vſq; in hodiernum diem.

e ¶ *Oſtendat.*] ſupple qui hoc ad literam vult intelligere.

nos intelligamus hæc ſpiritualiter, aſſumentes Euangelij parabolã, quæ dicit de zizanijs [a] [Sinite vtraque [b] creſcere: ne fortè cum vultis eradicare zizania, eradicetis ſimul cum ipſis etiam triticum [c].] *& infrà.* ¶Audi ergo ſcripturam dicentem, quia non potuerunt filij Iuda diſperdere Hiebuſæos: ſed habitauerunt cum ipſis vſq; in hodiernum diem in Hieruſalem. Vnde deprecor vos, qui fideles eſtis, vt ita vitam veſtrã, & conuerſationem ſeruetis, ne in aliquo vel ipſi ſcãdalum patiamini, vel alijs ſcandalum faciatis: ſed ſit vobis ſummi ſtudij, ſummęque cautelę: ne quis in hanc ſanctam congregationem veſtram pollutus introeat: ne quis Hiebuſæus habitet vobiſcum. Vides ergo, quia dicit ſcriptura, quòd non poterunt eijcere filij Iuda Hiebuſæos de Hieruſalẽ. Hiebuſæus autem interpretatur conculcatio. Ergo, quia nõ poſſumus eijcere iſtos, qui nos conculcant, eos ſaltẽ, quos poſſumus, quorũ peccata manifeſta ſunt eijciamus. Vbi enim peccatũ non eſt euidens, eijcere de eccleſia neminem poſſumus: nè fortè eradicantes zizania, eradicemus ſimul cum ipſis etiã triticum. Mouet me tamen quod dixit, quia non potuerunt eijcere Hiebuſæos, id eſt eos, qui interpretantur conculcatio: & ideò videamus, q. ſunt in eccleſia cõculcantes. Illi ſine dubio, de quibus dicit Dominus in Euangelijs. [Nolite mittere ſanctum canibus, neq; margaritas [d] veſtras ante porcos, ne fortè conculcẽt eas pedibus ſuis, & conuerſi elidãt vos.] Iſte eſt ergo Hiebuſæus conculcatio: qui indigni † audiunt verbum Dei, & cum audierint, neque vt infideles diſcedunt, neque permanent, vt fideles: ſed percepta myſteriorum notitia, & fidei noſtræ ſecretioribus ſcrutatis, conuerſi poſtmodum impugnãt nos, & contradictionibus ſuis corda noſtra dirumpunt, conculcantes verbi Dominici margaritas, & ornamenta fidei maculantes. De iſtis ergo dicitur, qa non potuerunt filij Iuda eijcere Hiebuſæum de Hieruſalem vſque in hodiernum diem.

Item idem ſuper duodecim prophetas.

¶Porcis, & canibus ſancta non ſunt committenda.

CAP. XXIII.

1 QVando [e] ergo vir eccleſiaſticus, & prudens, atque intelligens, multas impietates in ea, quę vocatur domus Dei eſſe cognouerit, & non ſolũ multas, ſed & fortes, & quæ opprimere poſſint iuſtitiam, & in tantum doctorum rabiẽ proceſſiſſe, vt accipiant [f] pretium in iudicio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes quoq; deuitent in portis, & audire cõtemnant, taceat in illo tempore, ne det ſanctum canibus, & ne mittat margaritas ante porcos, qui cõuerſi cõculcent eas, & imitetur Hieremiam dicentem [Solus ſedebã, quia amaritudine repletus ſum:] & illud in Pſal. [Singulariter ſum ego, donec tranſeam.]

1 Hiero. in Amos prophetã. ca. 5. circa med.

Matth. 7. Hier. 15. Pſal. 49.

Item Ioannes Chryſoſtomus homil. 25. ad cap. 11. epiſt. ad Hebræos.

¶Cum pagano comedere, ſed cum excommunicato minimè licet.

CAP. XXIIII.

AD menſam quippè paganorum ſi volueris ire, ſine vlla prohibitione permittimus [g]. *& infrà.* ¶[Si enim quis frater, inquit, nominatur inter vos.] fratrem in hoc loco omnem fidelem ſimpliciter intellige, non monachum tantùm. Quid autem eſt qđ facit fraternitatem, niſi lauacrũ regenerationis, qđ facit poſſe vocari Deum patrem? *& infrà.* ¶Si quis, inquit, nominatus [A] fuerit frater fornicator, aut auarus, aut ebrioſus, cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Cum aũt de paganis ageret, non ita. ſed [Si quis vos vocauerit ex infidelibus (paganos ſignificãs) & vultis ire, omne, quod apponitur vobis, comedite. Si qs frater nominatur ebrioſus, &c.] O quanta integritas †. Nos autem non ſolùm non fugimus ebrioſos, ſed etiam imus ad eos, participantes cum eis.

1. Cor. 5.

† al. diligentia ἀκρίβεια.

A ¶Nominatus.] *Gratianus putauit Chryſoſtomum eo modo interpretari iſtam vocem, quo ferè interpretatus eſt Auguſtinus ſ. 2. q. 1. c. multi. Locus integer græcè ſic habet.*

καὶ οὐδὲ τὸν Παῦλον δέδοικας, εἰς μὲν ἑλλήνων τράπεζαν, εἰ βουλοίμεθα, ἀκωλύτως συγχωροῦντα ἀπελθεῖν, εἰς δὲ τὰς τῶν πλεονεκτῶν οὐδὲ βουλομένους ἐῶντα; ἐὰν γάρ τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ φησι. ἀδελφὸν ἐνταῦθα λέγων πάντα τὸν πιστὸν ἁπλῶς, οὐ τὸν μονάζοντα. τί γάρ ἐστι τὸ ποιοῦν τὴν ἀδελφότητα, τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, τὸ δυνηθῆναι καλέσαι πατέρα τὸν θεόν. ὥστε ὁ μὲν κατηχούμενος, κἂν μοναχὸς ᾖ, οὐκ ἀδελφός. ὁ δὲ πιστὸς, κἂν κοσμικὸς ᾖ, ἀδελφός ἐστιν. εἴ τις φησὶν ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. οὐδὲ γὰρ ἴχνος τότε μονάζοντος ἦν, ἀλλὰ πάντα πρὸς κοσμικοὺς διελέγετο ὁ μακάριος οὗτος. ἐάν τις φησὶν ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ μέθυσος, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῶν ἑλλήνων οὕτως, ἀλλὰ ἐάν τις ὑμᾶς καλέσῃ τῶν ἀπίστων (τοὺς ἕλληνας λέγων) καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε. ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ φησι μέθυσος. βαβαὶ πόση ἡ ἀκρίβεια. ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον οὐ φεύγομεν τοὺς μεθύσους, ἀλλὰ καὶ ἀπερχόμεθα πρὸς αὐτοὺς, μεθέξοντες τῶν παρ † αὐτῶν.

† In Veronenſi eſt, πρὸς

Id eſt,

ADDITIO. Nec ſemper etiam ad literã intelligendæ ſunt auctoritates. de conſecr. diſt. 2. acceſſerunt. 37. diſt. relatum. 33. q. 4. ecce. ar. ext. de verb. ſign. prętereà. ff. de leg. 3. nõ aliter. 26. q. 5. nec mirum. Arch.

Matth. 13. Ioſ. 15.

a ¶*De zizanijs.*] id eſt, de occultis peccatoribus.

b ¶*Vtraque creſcere*] id eſt, malos eſſe cum bonis.

c ¶*Triticum.*] ar. ad quæſtionem vbi vnus interfectus eſt ab vno de tribus, ſi dubitatur à quo: quòd ratione dubitationis omnes debeant promoueri: "qa ratione dubitationis vitioſa & ſuperflua tolerantur. 13. q. 2. non ęſtimemus. ext. de ſepult. ſacris. ſimile 14. q. 5. deniq;. & ſanctius eſt impunitum, &c. ff. de pœ. abſentem. arg. contra de pœ. di. 5. ſi quis verò. ff. ad l. Aq. ita vulneratus. 6. q. 2. ſi tantum. & cap. placuit. Item eſt hic ar. quòd ratione cõnexionis permittitur, quod aliàs non licet. ſic 82. diſt. tantis. & ca. omnibus. & ff. de mi. denique. & l. verùm. & l. etiam. & quid iuris ſit de hoc, in quæſtionib. notaui. B.

"Dubitatio facit vitioſa tolerari.

d ¶*Neq; margaritas*] ſ. 43. di. in mandatis.

QVando.] CASVS. Docet Hier. in hoc c. q quando multitudo eſt in ſcelere, ita vt etiam iudices pro pretio iudicent, & pauperes vitent, & audire contemnãt, quia non habẽt quid offerant: taceat tunc prę latus, ne det ſanctum canibus, & mittat margaritas ante porcos: ſed imitetur potius Hier. dicentem, Solus ſedebam: quia amaritudine repletus eram.

Matth. 7.

† al. indignè

e ¶*Quando*] ar. ex hoc c. q non nocet taciturnitas, quando non prodeſt cõtradictio, vt notaui 28. diſt. diaconi.

f ¶*Accipiant.*] ſ. 43. diſt. in mandatis.

AD menſam.] CASVS. Io. Chryſoſtomus oſtendit hic, q cum paganis, licet ſint peccatores, & à Deo ſeparati, comedere poſſumus, & aliàs communicare: ſed cum Chriſtianis anathematizatis nõ poſſumus. & hoc vtrunque probat auctoritate Apoſtoli. *O quanta,* ironicè loquitur.

g ¶*Permittimus.*] ad hoc, vt eos lucremur. 23. q. 4. infideles. cum Iudæis tamen non poſſumus comedere, vt 28. q. 1. omnes. ſed nec hodie cum paganis licitum eſt comedere, cũ & ipſi diſcernant cibos ſicut Iudæi. "Hæc ergo eſt cauſa, quare poſſumus communicare paganis, & nõ excommunicatis, cum tamen & illi [a] ſint membrum diaboli, vt eos lucri faciamus: tum ideo quia nõ multum curarent, licet eos vitaremus: ſed excommunicati erubeſcunt, ſi non communicatur eis, vt ſ. e. c. audi denique.

" Excõicatis cõicare non poſſumus ſed bene paganis.

a ſcilicet pagani.

EVI-

EVIDENTER ITAQVE. Casvs. Cõcludit Grat. ex ſupradictis, quòd eorum peccatorum communionem vitare non cogimur, qui non ſunt ſententia notati. Et oſtendit ꝙ notatio tribus modis intelligitur. Primus modus eſt, quando aliquis committit mortale delictum, propter quod ſentit ſe indignum communione corporis & ſanguinis Chriſti, iſte notatus eſt cõſcientia teſte. Secundus modus eſt, quando iniungitur alicui pœnitenti vt vſque ad certum tẽpus à corpore Chriſti abſtineat, vt poſtea reconciliet: & cum iſtis duobus generib. hominum poſſumus cõmunicare. Tertius modus eſt, quando aliquis anathematizatur, cum quo non eſt communicandum: & ad hãc triplicem sẽtentiam excommunicationis, ſiue notationis probandam inducunt quædam capitula, quæ iam habuimus, & quædam quæ infra habentur. Si autem ab omnibus excommunicatis abſtineamus, iam eſſet falſum quod dicitur s̃. 6. q. 2. ca. ſi tantum. & c. placuit. Primus incipit ibi, *Aliquando enim*. Secundus ibi, *Vel ſententia*. Tertius ibi, *Eſt & alia*.

1. Cor. 5.

1. Cor. 10.

a ¶*Vel teſte.*] ergo aliqs contra ſeipſum fert ſententiam, vt 21. diſt. nunc autem. arg. contra. "qa nemo ſibi imperare poteſt, vt ff. de arbi. l. pe. melius tamẽ eſt, ſi hoc faciat auctoritate ſuperiori, j. de pœn. diſt. 1. in actione. B.

" impare ſibi nemo pt.

b ¶*Quæſtione.*] id eſt, diſtin. nam tractatus de pœn. per diſt. diuiditur.

1. Cor. 11.

c ¶ *De pœnitentia.*] j. de pœn. diſt. 1. §. item ſicut.

d ¶*Tempore præfinito.*] in cœna Domini.[a]

a Vt 50. diſ. in capite. de conſ. di. 2. in cœna, aliàs incipit, à qbuſdã. Arc.

e ¶*Sententia.*] ſic iudex ſecularis poteſt aliquem excommunicare. id eſt, à legitimis actibus prohibere, vt ff. de pœn. l. moris.

Gen. 3.

f ¶*Engeltrudem.*] s̃. 3. q. 4. c. vlt.

g ¶*Si quis domum.*] 17. qu. 4. quiſquis. §. ſi quis domum. s̃. 5. q. 2. c. 2. Ioan.

h ¶*Ab ingreſſu.*] G. videtur hic ſentire, ꝙ qui clericum verberat tantùm eſt ſeperatus à ſacramentis, & ab ingreſſu eccleſiæ: nec obſtat ille canon ſi qui ſuadente. 17. q. 4. qa anathema ibi eſt idem quod ſeparatio: hoc tamen non tenet eccleſia, & contra eum eſt extra de app. peruenit.[b] Ioan. Fauen. voluit eum corrigere, & dixit talem eſſe excommunicatum, ſed non vitandum ante quàm denuntietur. ſed expreſsè contra eum eſt, extra de ſenten. excommun. cum non ab homine.

1 s̃. c. multis capitib⁹ hr̃ ſententia.

2 3. q. 4. c. ſi.

3 17. q. 4. qſqs. §. idẽ, ſi quis domũ.

b Vbi Vinc. idẽ no. ꝙ hic dr̃. Archid.

i ¶*Vrbani.*] j. e. quibus Epiſcopi.

k ¶*Cęterùm.*] quaſi dicat bene diſtinguo inter excommunicatos ſimpliciter, & anathematizatos, vt ſcilicet illi ſint vitandi, iſti non.

l ¶*Si tantùm.*] ſupra ſexta, quæſtione ſecunda. placuit. c. 2. & vlt.

m ¶*Item Gregorius.*] contra id quod dixerat ſimpliciter excommunicatos non eſſe vitandos, modò oſtendit omnes excommunicatos eſſe vitandos.

4 5. q. 2. c. 2.

5 17. q. 4.

Id eſt,

Et neque Paulum veritus es, ad menſam quidem græcorum ſi voluerimus ire, non prohibentem: ad menſam autem auarorum, & aliena auferentium ne volentes quidem permittentem [Nam ſi quis, inquit, qui frater nominatur inter vos] fratrem hoc loco dicens omnem fidelem ſimpliciter, non monachum tãtùm. Quid autem eſt, quod facit fraternitatem? lauacrum regenerationis, id quòd poſſumus Deum vocare patrem. Proinde, qui catechumenus eſt, etiam ſi monachus ſit, non eſt frater: qui verò fidelis eſt, etiam ſi ſecularis ſit, frater eſt. [Si quis, inquit, qui frater nominatur.] Neque enim veſtigium tunc monachi erat: ſed omnia ad ſeculares loquebatur tunc beatus Paulus. [Si quis, inquit, qui frater nominatur, fuerit fornicator, aut auarus, aut ebrioſus, cum huiuſmodi nec cibũ ſumere.] Cum autem de græcis ageret, non ita, ſed [Si quis vocat vos infidelium] græcos ſignificans [& vultis ire, omne, quod vobis apponitur, manducate.] [Si quis, inquit, qui frater nominatur, ſit ebrioſus.] Papè quanta diligentia. Nos autem non ſolùm non fugimus ebrioſos, ſed etiam abimus ad eos, vnà ſumpturi quæ ab ipſis.

Euidenter itaque ex præmiſſis apparet, quòd eorum communionem vitare non cogimur, qui ſententia notati non ſunt, Sed ipſius ſententiæ notatio multipliter intelligitur. ¶ *Aliquando enim arcetur, quis à liminibus eccleſiæ, & à communione corporis & ſanguinis Chriſti, vel teſte*[a] *conſcientia, iuxta illud Apoſtoli, [Probet ſe homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui indignè manducat & bibit, iudicium ſibi manducat & bibit.] Item illud Proſperi [facilius ſibi Deum placabunt, &c.] require infra cauſa xxxiij. Maleficijs impeditus, quæſtione*[b] *prima de pœnitentia.*[c] *Vel ſententia eccleſiaſtica: ſicut pœnitentes, quibus tempore pręfinito*[d] *beneficium reconciliationis impenditur. Hæc ſententia*[e] *excommunicatio vocatur: quia à communione corporis & ſanguinis Chriſti notatum prohibet: ſicut & Adam ab eſu ligni vitæ excommunicatus eſt, Domino dicente. [Videte, ne fortè ſumatis de ligno vitæ.] Qua ſententia non ſeparatur quis à conſortio fidelium. Eſt & alia ſententia, quæ anathema vocatur: quia quiſque ſeparatur à conſortio fidelium, de qua ſupra [Cũ excommunicatis nolite communicare.]*[1] ¶ *Hanc diſtinctionem licet cuique aduertere ex auctoritate Ioãnis Papę. [Engeltrudem*[f 2] *vxorem Boſonis, &c.] require ſuprà in cauſa [Quidam epiſcopus à propria ſede deiectus.] Itẽ ex auctoritate eiuſdem [Si quis domum*[g 3] *Dei violauerit, &c.] require infra cauſa xvij. [Quidam presbyter infirmitate grauatus.]* ¶ *Item ex auctoritate Silueſtri Papæ [Præſenti decreto cenſemus, &c.] require ſupra in cauſa [*[4] *In infamia cuiuſdam epiſcopi.*[5]*] Iuxta igitur hanc diſtinctionem intelligenda eſt illa auctoritas Innocẽtij Papę ſecundi [Si quis ſuadente diabolo, &c.] vt infra in cauſa [Quidam presbyter. vt iuxta etymologiã vocabuli anathem ati, id eſt ſeparationi ſubiaceat, qui in edictum illud inciderit, qui à corpore & ſanguine Chriſti, & ab ingreſſu*[h] *eccleſiæ ſe alienum facit: qui impias manus in clericum inijcere auſus fuerit: qui etiam à nullo epiſcoporum abſolui, ideſt more pœnitentium reconciliari poterit, niſi primùm Apoſtolico conſpectui ſe repræſentare curauerit.*
¶ *Illud autem Petri de clemente [*[6] *Si inimicus eſt iſte Clemens, &c.] de ſententia notatis intelligendum eſt, ſicut & illud Vrbani*[i]*, Quibus epiſcopi non communicant, &c.] vt infra in eadem cauſa. Cæterùm*[k] *falſum eſſet illud Vaſenſis concilij ſecũdi [*[7] *Si tantùm*[l] *epiſcopus alieni ſceleris ſe conſcium nouit.] Item, & illud [*[8] *Placuit, vt ſi quando epiſcopus, &c.] require ſupra in cauſa [Duo fornicatores, & infamia notati.]*

6 s̃. ead.

7 6. q. 2.

8 ibid.

Item Gregorius[m] *clero, & populo Salonitano.*

A ¶ Salonitano.] *In regeſto B. Gregorij, lib. 5. c. 148. leguntur hæc verba in epiſt. 48. ſcripta clero, nobilibus, ac populo Iaderæ conſiſtẽtibus, al.* Iadertino.

¶ Communicare non licet ijs, qui excommunicatis communicant.

CAP. XXV.

Rogo[n], hortor, & moneo, vt à prohibitæ vos communionis conſortio per omnia ſuſpendatis: ne cuiquam ſacerdoti, ſupraſcripto Maximo communicanti[o], contra animam ſuam quiſquam veſtrûm communicare præſumat.

Item ex concilio Toletano primo, cap. 15.

¶ Nullus clericorum, vel laicorum ad domum excommunicati accedat.

CAP. XXVI.

vj 9 SI quis laicus abſtinetur, ad hunc, vel ad domum eius, vel clericorum, vel religioſorum nullus accedat. Similiter & clericus ſi abſtinetur, à clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui, aut

ROgo.] Casvs. Maximus nominatim excõicatus erat, ſicut dicitur 63. di. Salonitanę. & 93. di. ca. miratus. ſed quidã presbyteri ei cõicabant. Præcepit ergo Grego. clero & populo Salonitano, vt illis ſacerdotibus non cõicẽt: & intellige, ꝙ communicabant ei in crimine, vel erat excõicatus cũ omnibus ſuis fautoribus iſte Maximus.

n ¶*Rogo.*] "verbũ rogandi hic præceptiuè[c] ponitur. monemus. n. quos habemus charos, vt 28. qõ. 1. ſic enim. & alibi, rogo, non ponit̃ deprecatiuè. ff. de nego. geſt. ſi ſerui mei rogatu. ſed ponitur rogare pro mãdare. ſic ponitur mandare pro rogare. 23. quæſt. 4. Guiliſarius.

" rogo, qualiter ponit̃.

c Et ita ponitur cõtra ꝓpriã ſignificationẽ ipi⁹ verbi. ſic aliàs ex qualitate cõtra ſt⁹ verba accipiũtur cõtra ꝓpriã ſignificõem. ff. đ eui. Lucius. in fi. ff. loc. & cõd. l. ex cõducto. §. Papinian⁹ vbi de hoc. A.

o ¶*Communicanti.*] in ſacris, ſecundum Hug. Vel dic, ꝙ Maximus fuit excõicatus cũ omnibus ſuis fautoribus. Vel iſti communicabant ei in crimine: aliàs excõicatio non deſcenderet vſque ad tertiam perſonam. j. ead. quoniam multos. nec obſtat 19. diſt. Anaſtaſius. quia ibi communicabant ei in crimine hęreſis.

SI quis Laicus.] Casvs. Statutum fuit in concilio Toletano, quòd ſiue clericus, ſiue laicus ſit anathematizatus, nullus ei communicare præſumat: ſi verò contrafecerit, etiam ipſe excommunicetur. & hoc verum eſt de præſentibus, & etiã de abſentib. qui nouerũt clericum, vel laicum anathematizatum. *Excõmunicetur.* i. pro excommunicato habeat̃, quo ad ſacramenta eccleſię.

9 Iuo p. 14. c. 30.

a ¶*Epiſcopi.*]iſti.n.non poterant ignorare ſententiam ſui epi ſcopi,vt 12.q.2.qui humanis.

"Excōicat' vitādus eſt." b ¶*Commoniti.*]ar. "quòd ſufficit,ſi alicui dictum eſt de excommunicatione alicuius, vt ipſum teneatur vitare, vt extra de elec.venerabilem.vltra medium,in parte deciſa.& de poſt. præl.ad hæc.ar. contra ext.de cler. excom. mini. illud: Reſp. prima ſententia vera eſt,qn̄ ex cōmunicatio alicuius peruenit ad alium per famam publicam,aliàs forte ſecus eſſet, vt in contrario.

SED HOC. Hæc eſt 3.pars q.in qua dicitur, quòd hæc regula de vitandis excommunicatis habet locum in excommunicatis nominatim, & ad hoc probādum inducit 9. c. Io. de Pan. (1 14.q.2.)

CASVS. Supra dictum eſt in c. rogo. ꝙ clericus Salonitanus non communicaret ſacerdotib.communicantib. Maximo nominatim excommuuicato, propter quod videtur, vt etiam ab illis qui non ſunt nominatim excommunicati,ſit abſtinendum. Soluit autem hoc Gra. & dicit, quòd illi ſacerdotes nō fuerunt nominatim ex communicati cum Maximo.ita dicit H.Grat. ſentire. vel ſecundum Ben.illud c.rogo. intelligitur de illis ſacerdotib. qui licet non fuerint nominatim excommunicati, fuerunt tamen anathematizati pariter cum Maximo nominatim excommunicato,ſic.n.dixit Gre.ex communico Maximū cum omnib. ſibi fauentib.& ad hanc ſolutionem probandam inducit duas concordantias. Sequentia duo c. plana ſunt.

2 Pol.l.6.ti. 1. Anſ.l.6. c. 145. & l. 12. ca. 25. Bur.l.11.ca. 1.Iuo p. 14. c.74.

3 ſ.ea. cum excōicato. Bur. l. 11.c. 32. Iuo par. 14.c.96.

Excommunicationis. i. ſuſpenſionis à ſacramentis, & ingreſſu eccleſiæ.ita dicit Hug.

c ¶*Sed hoc.*] vult dicere, quòd Maximus fuit excommunicatus cum omnib. ſuis fautorib. Nec ob.j.24.q.2.c.3.& j. e. excellentiſſimus.

d ¶*Lapſus.*]24.q.2.c.3.

e ¶*Excellentiſſimus.*] j.e.excellentiſſimus.

f *Quibus epiſcopi.*] ¶*Non cōicetis.* ſim. 7.q.1. ſcire debes. 93.diſ.c.1.Nec obſt. 6. q.2. ſi tantum. quia hic loquitur cum conſtat de ſententia. a ſed ſcitur eam eſſe iniuſtam.

a Sub.q eſt iuſta ex ordine iudiciario.

g ¶*Liget.*]dum tamen error non ſit expreſſus in ſn̄ia.ext.e. per tuas.

conuiuari fuerit deprehenſus, etiā ipſe abſtineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos, qui eiuſdem epiſcopi [a] ſunt, & ad omnes, qui commoniti [b] fuerint de eo qui abſtinetur, ſiue laico quolibet, ſiue clerico.

3 *Sed hoc* [c] *ſpecialiter in his, qui excommunicatis nominatim communicant. Vnde Vrbanus* [*Sane quod ſuper Richardo, &c.*]*infra in cauſa.* [[1] *Quidam epiſcopus in hæreſim lapſus* [d].] *Item Nicolaus Papa in c.* [*Excellentiſſimus* [e] *Rex Carolus, &c.*]*infra circa finem huius cauſæ.*

Item Vrbanus omnibus epiſcopis, cap.5.

¶ Sententia paſtoris timenda eſt,licet iniuſtè liget.

CAP. XXVII.

2 Quibus epiſcopi non cōmunicant, nō communicetis [f]: & quos eiecerint, non recipiatis. Valde enim eſt timenda ſententia epiſcopi, licet iniuſtè liget [g].

Item ex octaua ſynodo.

¶ Excommunicationis contrahit pœnam, qui excommunicatis communicat.

CAP. XXVIII.

vij 3 Si qui frater aut palàm, aut abſconsè cum ex communicato fuerit locutus, aut iunctus communione, ſtatim cum eo excommunicationis contrahat pœnam.

¶*Canon hic neque habetur in octaua ſynodo, quæ habita fuit tempore Nicolai primi, neque in alia, quæ & ipſa nominatur octaua ſub Ioanne octauo celebrata, quæ in bibliotheca Vaticana ſeruantur. Multa verò quæ à Gratiano ex octaua ſynodo citantur, in regulis Baſilij, Iſidori, & alijs ſcriptis ad monachos pertinentibus inuenta ſunt. Hoc quidem. ſupra.ea.* cum excommunicato, *fuit tributum Iſidoro quemadmodum etiam à Burchardo, & Iuone. Sed Smaragdus in expoſitione regulæ B.Benedicti, c.26.cum antea egiſſet de monacho, à ſuo præpoſito excōmunicato, hæc ſcribit valde ſimilia, Hinc quidam magiſter Monachorum ait* [Si quis verò frater aut palàm, aut abſconsè cum eo fuerit locutus, aut coniunctus, communem cum eo excommunicationis contrahat pœnam.]*quæ lectio conuenit cum lectione Burchardi & Iuonis.*

Q*Vi merito.*]CASVS. Quæſitum fuit in concilio Carthag. quam pœnam pati debeat epiſcopus, presbyter, vel clericus ſi ſcienter communicet excommunicatis. Et reſpōdetur, quod pari crimine obnoxius teneri debet. quod intelligit H. quoad ſacramenta, & ingreſſum eccleſiæ. Sequentia duo c. plana ſunt.

Item ex concilio Carthag.2.c.7.

¶De eodem.

CAP. XXIX.

4 Qui merito facinorum ſuorum ab eccleſia pulſi ſunt, ſi ab aliquo epiſcopo, aut presbytero, vel clerico fuerint in communione ſuſcepti, etiam ipſe pari [h] cum eis crimine teneatur obnoxius, refugiens A [i] ſui epiſcopi regulare iudicium.

A ¶Refugiens.] *In concilio cum multis impreſſis, & manuſcriptis codicibus collato legitur,* refugientes. *apud Burchardum verò, & Iuonem,* refugientibus, *quod conuenit cum canone græco, qui eſt nonus: omnia verò hæc verba,* refugientes ſui epiſcopi regulare iudicium, *in recentioribus conciliorum editionibus non ſunt hoc loco, ſed poſt verſ.*ſuſcepti. *A Sorienſi autem codice regis catholici omnino abſunt.*

Item ex concilio Carthag.4.c.66.

¶ Qui ſententiam epiſcopi putat eſſe iniuſtam, recurrat ad Synodum.

CAP. XXX.

Clericus [k], qui epiſcopi circa ſe diſtrictionem iniuſtam putat, recurrat ad ſynodum.

Item Ioannes Chryſoſtomus, homil.4.ad c.2.epiſtolæ ad Hebræos.

¶ Vincula eccleſiaſtica non ſunt contemnenda.

CAP. XXXI.

ij 5 Nemo contemnat vincula eccleſiaſtica. Nō enim homo eſt, qui ligat, ſed Chriſtus [l], qui nobis hanc poteſtatem dedit, & dominos fecit homines tanti honoris.

Item Auguſtinus de verbis Apoſtoli, ſermone 68.

¶*Sic etiam citat Iuo p.14.c. 50.ſed p.2.c.94.coniunctè cum multis alijs verbis videtur citare ex libris de vnico baptiſmo.*

¶ Satanæ traditur, qui ab eccleſia excommunicatur.

CAP. XXXII.

6 Omnis Chriſtianus, dilectiſſimi, qui à ſacerdotibus excommunicatur, ſata-

h ¶*Pari.*] "quid ergo ſi epiſcopus cōicat alicui excōmunicato à ſimplici ſacerdote?iā ligatus eſt à canone. Sed à quo abſoluetur? Decre.dicit,ꝙ communicans excommunicato, à ſuo prælato eſt abſoluēdus. extr. de pœ. & remiſ. quod autem. & ita à metropolitano. Sed dicas, ꝙ à ſimplici ſacerdote poteſt abſolui niſi communicet ei in crimine, vt ext.e.nuper. videtur tamen, ꝙ ſicut in ſuſpenſo à iure poſt pœnitentiam non requiritur aliqua abſolutio, ſic nec in ex communicato à canone: quod nō eſt verum, vt in c. nuper. in fi. Sed qd ſi Papa cōmunicet excommunicato? ille non eſt ligatus: quia non ligat ipſum canon. 25.qu.1.§.his ita. "Excōicat cōicans, à quo abſolui debet."

4 Pol.c.7.ti. 1.Bur.l.11. c.43.Iuo p. 14. c.28.& 107. Pan.l. 5. c. 98.

i ¶*Refugiens.*]i. contemnens.

k C*Lericus.*] intellectum huius c. habes.ſ.e.q.epiſcopus fortè.

l N*Emo.*] *Sed Chriſtus.*] "ex hoc c. dicit P. Hiſpanus habere cauſam quare nō poſſit appellari à ſententia excommunicationis, cum Chriſtus eum liget, à cuius ſententia non poteſt appellari. Alia eſt ratio, quia nemo excommunicatur niſi pro contumacia. b ſ.e.nemo. & non auditur contumax appellans, vt 2.q. 6.§. eſt autem quādo. verſ. ſunt etiam quorum. Quidā autem illam aſſignant rationem.quia excommunicatio ſecum trahit executionem ſuam. ext.de ap.paſtoralis. vnde ſicut ab executore non appellatur, ita nec ab hac ſn̄ia. Sed hoc nō valet: qnia quandoque appellatur ab executore, cum. ſ. excedit modum, & ſn̄ia qua quis abſoluitur ab alio, ſecū trahit executionem, tamen appellatur ab ea. ext.de ap.qua fronte.

"Appellari non pōt ab excōicatiōe"

b d hoc no. ſ.e.ς i ſi.

5 Iuo p.14. c.48. Pan. l.5.c.88.

O*Mnis.*]CASVS.Dicitur in hoc cap. quòd omnis qui excommunicatur, ſatanæ traditur: quia ſicut extra eccleſiam eſt diabolus. ita in eccleſia Chriſtus. vnde

6 Iuo p.2.c. 94.& p.14. c.50.

vnde qui ab eccleſia remouetur, quaſi diabolo traditur. & ſic ex ponit eccleſia de traditis ſatanæ ab Apoſtolo.

a ¶*Satanæ.*] Dum tamen iuſta de cauſa excommunicetur, vt 23.q.3.ſi quis non recto.

b ¶*Extra eccleſiam*] ar. quòd qui ſemel excommunicatus eſt, amplius excommunicari non poteſt, quia qui extra eccleſiā eſt, non poteſt magis eſſe extra eam. ar. contra. 3. q.4. Engeltrudam. De hoc ibi notaui.

† al. traditur

næ[a] traditur: †quomodo? ſcilicet, quia extra eccleſiam[b] diabolus eſt, ſicut in eccleſia Chriſtus: ac per hoc quaſi diabolo traditur, qui ab eccleſiaſtica communione remouetur. Vnde illos, quos tūc Apoſtolus ſatanę eſſe traditos prædicat, excommunicatos à ſe eſſe demonſtrat.

Idem tractatu 27. ad capitu. 6. Ioannis.

¶De eodem.

CAP. XXXIII.

Nihil ſic debet formidare Chriſtianus, quàm ſeparari[c] à corpore Chriſti. Si enim ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt membrum eius. Si non eſt membrum eius, non vegetatur ſpiritu eius. Quiſquis autem, inquit Apoſtolus, ſpiritum Chriſti nō habet, hic non eſt eius.

1 *Item Hieronymus* B [*Quorum remiſeritis peccata, &c.*] *ideſt, quibus eccleſiam interdixeritis, niſi reconciliati per ſatisfactionē fuerint, ipſis ianua regni cęleſtis clauſa erit.*

B ¶Hieronymus.] *Hæc non ſunt inuenta apud B. Hieronymum, ſed in epiſt. 2. Eutichiani, quem citat Iuo.*

Item ex concilio Mileuitano, capitu. 22.[2]

¶Vicini epiſcopi audiant eos, qui de iudicijs epiſcoporum ſuorum quęruntur.

CAP. XXXIIII.

3 Preſbyteri[d], diaconi, vel cæteri inferiores clerici, in cauſis, quas habuerint, ſi de iudicijs epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini epiſcopi eos audiant, & inter eos, quidquid eſt, finiant, adhibiti ab eis ex conſenſu epiſcoporum ſuorum. Quòd ſi & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent niſi ad Africana concilia, vel ad primates prouinciarum ſuarum. Ad tranſmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Africam in communione ſuſcipiatur.

1. Tim. 1.

1. Cor. 5.

Nihil.] Casvs. Dicit hic Auguſ. quòd Chriſtianus nihil debet magis timere, q̄ ſeparari à corpore Chriſti, quod eſt eccleſia: quia ſi ab eo ſeparatur, non eſt membrū eius, nec ab eo vegetatur. Et hoc probat duabus auctoritatibus, Pauli ſcilicet, & Hieronymi. *Sic*, ideſt, tantum.

c ¶*Quàm ſeparari*] iuſtè, aliàs non obeſt, vt extra eod. à nobis. ſ. c. quid obeſt. tamen ſi cō temnitur, ſtatim incipit ligare.[a] 24. q. 3. notandum. in fi. ſed ideo maximè eſt timenda, quia maxima eſt pœna. vt 24.q.3. corripiantur.

a Ad hoc ſ. ead. §. cum ergo. in fi.

Rom. 8.

Preſbyteri.] Casvs. Require caſum huius c. ſ. 2. q. 6. placuit. Sequens capitulum planū eſt. *Irrita*, id eſt, irritanda de facto, ſi eſt ipſo iure irrita. ſed non facit hoc c. directè ad propoſitum Grat.

1 Iuo p. 14. c. 53. Matth. 16.

d ¶*Presbyteri.*] hoc c. habetur. ſ. 2. quæſtio. 6. placuit.

e ¶*Irritam.*] ¶*Iniuſtam.*] i. irritādam. Vel prout ſonat.

2 Et Afric. c. 92.

f ¶*Retractandam.*] de facto ſi eſt ipſo iure irrita, vt ext. de app. ad pręſentiam.

Rurſus.] Casvs. Beneuentanus ſic ponit hunc caſum. Quidam clerici fuerunt de quibuſdam criminibus accuſati, citati noluerunt venire, propter q̄d fuerunt excommunicati. quæſitum fuit in concilio Carthaginēſi qualiter vlterius ſit procedendum? Et reſpondetur quòd quamuis contumacia faciente ſint conuicti, vel confeſſi, tamen vt eorum parcatur verecundiæ, ad euitandam inſultationem hæreticorum, vel gentilium, intra annum expectantur, intra quem ſi venerint, cauſam ſuam defendant: ſi verò non venerint intra annum: poſteà nullo modo audientur. Idem ſentit H. & Ioann. quia qui ſtat in excōmunicatione per annum, iuris interpretatione pro conuicto habetur de crimine, ſuper quo accuſatur, nec de eo auditur vlterius: ſed de excommunicatione vel contumacia quandocunque voluerit ſatisfacere, auditur, iuxta illud. In quacunque hora peccator, &c. 26. q. 6. capitu. cognouimus. *Purgare*. i. venire ad iudicium, vt de cauſa cognoſcatur, vt ſic purgetur, vel condemnetur. Quidam tamen intelligunt hoc cap. de clericis infamatis, qui ſe purgare contemnunt.

3 2. qō. 6. placuit, vt presbyteri.

¶*Huic capiti in vulgatis codicibus præpoſitum erat nomen Paleæ: ſed in omnibus vetuſtis Gratiani exemplaribus habetur. Citatur autem ſuprà 2.q.6.c. placuit.*

Item ex concilio Carthagin. 4. capitu. 28.[4]

¶Iniuſta epiſcoporum damnatio, irrita eſſe cenſetur.

CAP. XXXV.

Irritam eſſe iniuſtam†[e] epiſcoporum damnationem, & idcirco à ſynodo retractandam[f].

Item ex concilio Carthagin. 5 capitu. 12.[5]

¶Qui cauſæ ſuæ adeſſe, & innocentiam ſuam aſſerere voluerit, intra annum excommunicationis hoc faciat.

CAP. XXXVI.

6 Rvrſus[g] cōſtitutum eſt, vt quoties clericis conuictis, vel A confeſſis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter eccleſiæ opprobrium, aut inſolentem inſultationem hæreticorum, atque gentilium, ſi fortè cauſæ ſuæ adeſſe voluerint, & innocentiam ſuam aſſerere, intrà annū excommunicationis hoc faciant. Si verò intra annum cauſam ſuam purgare contempſerint, nulla eorum vox poſteà penitus audiatur.

A ¶Vel.] *In omnibus locis indicatis legitur, &. Sed manuſcripta Gratiani exemplaria concordant cū vulgatis. In aliquibus tamen eſt,* conuicti clerici, vel confeſſi. *Apud Iuonē verò legitur,* vt aliquoties clerici cō uicti, & confeſſi, *& vocem,* aliquoties, *habet etiam Burchardus.*

Item Gelaſius.

¶Audientiam ſibi negat, qui excōmunicationis ſuę cauſam agere intra annum differt. †

CAP. XXXVII.

7 Qvicūque intra anni ſpatium ciuiliter, ſiue

g ¶*Rurſus.*] i. poſt alia ſtatuta. Sic pone caſum. Quidam accuſatus[b] de crimine, legitimè fuit citatus, noluit venire, excommunicatur pro cōtumacia, ſi intra anum venerit, auditur ſuper crimine, poſtea non: quia habetur pro conuicto, vel confeſſo iuris interpretatione. nam qui excommunicatus eſt ꝑ ſuſpicione hęreſis, poſt annum pro hæretico habetur, vt ext. de hęr. excommunicamus. circa. prin. non ob. 3. qu. 9. decernimus. quia ibi loquitur cum lis eſt côteſtata. Vel ibi non punitur de crimine, ſed pro contumacia. Sed P. Hiſpanus propter hoc verbum purgare, intellexit hoc cap. de clerico infamato, qui ſi citatur vt ſe purget, & contumax fuerit, iuris interpretatione pro conuicto habetur. 24. qu. 3. de illicita. Vel dic quòd temperat rigorem illorum canonum qui dicebant, quòd ſi clericus contemnit excommunicationem, ſtatim deponendus eſt. ſ. eo. ſi quis presbyter. & cap. ſeq. hic propter inſultationem hæreticorum datur eis annus ad probandum innocentiam ſuam. ſed ſi per annum ſteterit excommunicatus, tunc primò deponitur. Vel dic quòd etiam poſt annum poteſt audiri de crimine quantū ad hoc vt oſtēdat innocētiam ſuam: ſed non quantum ad hoc vt recuperet bona ſua, vt C. de requi. reis. l. 2. quod tamen hic dicitur de anno, videtur correctum extr. de cle. non reſid. ex tuæ. Sed dic quòd non habetur pro conuicto ſpatio minori quàm anno, vt hic dicitur: ſed tamen in minori ſpatio poteſt priuari beneficijs, vt ibi. Et no. quòd ſequēs cap. loquitur de ciuili negotio, & criminali, hoc autem in criminali tantùm.

b Ita q̄d directè agatur de crie, in quo caſu loqtur hoc ca. & ſeq. & 3. q. 9. decernim[9]. & iſta c. loquūtur lit. côteſtata ſcd̄m B. q̄d dic vt not. ext. d̄ dol. & cont. verita tis. i gl. hoc patet. & 3. q. 9. in ſumma. Arc.

4 3. q. 6. Irritā ex Felice.

† al. & iniuſtam

5 Et in African. c. 46. & Vorma. c. 71.

6 Pol. l. 7. ti. j. Burch. l. 2. c. 182. Iuo p. 6. c. 232.

† al. diſſimulat.

7 Poly. ibid. Anſ. l. 12. ca. 24. Bur. l. 11. c. 47. Iuo p. 14. c. 111. Pann. l. 5. c. 136.

Qvicunque.] Casvs. Dicitur in hoc c. q̄d quicunque fuerint excommunicati propter ciuilem, vel criminalem cauſam, ſi intra annum cauſam non peregerint coram ſuis excom-

excommunicatoribus, poſtea non audiantur: ſi verò in excommunicatione fuerint,mortui,iuxta ſententiam beati Leonis,eis mortuis communicare non debemus, ſicut eis viuis non communicauimus.ſed diuino iudicio reſeruentur.

a ¶*Sine publicè.*]ideſt,ſiue criminaliter.

b ¶*Excommunicatoribus.*] excõmnnicandus eſt reus, cum talis eſt cauſa quòd actor non poteſt mitti in poſſeſſionem, vt extra vt lit. non cont.tuæ.

ADDITIO. Et intelligitur hoc c. quando non liquet, nec liquere poteſt de cauſa: aliàs eſt diſpenſatio ſecundum H.

1 24.q.2.c.j

c ¶*Clauſiſſe.*]quantum ad cauſam poſſeſſionis, ſed non proprietatis. vnde mitius agitur in ciuili quàm in criminali cauſa, vt dictum eſt ſ.c. prox. & extr.vt lite non cont. quoniam frequenter. Vel loquitur de actore,contra quem bene proceditur lite nõ contc. vt ext. de dolo. & contu.cauſam.

† al. mortuis cõicare non poſſumus.

2 Pol.ibid. Anſ. ibid. Burc.l.11.c. 48.Iuo par. 14.c.112.ex eiuſdem Gelaſij decre.

† al. latebras defenſionis.

d ¶*Leonis.*]24.q.2.ſane.& ca. de communione.

e ¶*Item ex concilio.*] hæ ſunt paleæ.B.

f ¶*Qvi iubente.*] ¶*Tardius.*]hoc in laico:clericus em̃ deponitur. ſ. ead. ſi quis epiſcopus. & iudex poteſt alicui negare iuſtitiam propter delictum ſuũ. vt ff. ex quib. cau. maio. ſed & ſi. §. actio. imo quandoque duplicatur alicui pœna propter contumaciã ſuam, vt ff. de pœ. aut damnum.§.quiſquis.& eſt ſimile. ſ. 18. diſt. ſi quis autem.

† al. contumelia.

SED QVAERITVR. CASVS. Supra in c. quicunque. dictum eſt, quòd mortui in excommunicatione ſoli Deo reſeruãtur. Nunc verò quæritur, ſi quis epiſcopus excommunicator primò moriatur, quis debeat abſoluere excommunicatum? Et reſpondetur quòd ſucceſſor.quod probat ſeq. c.cuius caſus patet.

g ¶*SI epiſcopus.*]¶*Succeſſori.*]Huic eſt ſimile ff. de iu. mortuo. Eſt ergo hic argu.ª qđ ſucceſſor poteſt corrigere, & tenetur confirmare factum anteceſſoris ſui.35.quæſt.9.qđ quis.extr.de precar.cap. 2.& 16. quæſt.9. illud. 12. quæſt. 2. quicũque. & in auth. vt nulli iud. §.& hoc verò iubemus. ſucceſſor autem delegati non poteſt abſoluere vel reſtituere poſſeſſionem adiudicatam, niſi ſuccedat in honore & onere, extra de off.ordin.paſtoralis.§. præterea.

3 Burc.l.11. c.50. Iuo p. 14.ca. 114. Pan.l.5. ca. 121.

ª Succeſſor facti anteceſſoris confirmare tenetur.

publicè[a] cãm ſuã corã ſuis excommunicatoribus[b] non pere gerint,ipſi ſibi aditũ audientię clauſiſſe[c] videantur. Quòd ſi obſtinato animo ſine communione defuncti fuerint, nos eorum cauſam, iuxta beati Leonis 1 [d] prædeceſſoris noſtri ſẽtentiam, diuino iudicio reſeruantes, quibus viuis non communicauimus †, nec mortuis communicare debemus.

PALEA.

CAP. XXXVIII.

2 QVi verò excommunicato ſcienter communicauerit, & amodo ſaltem in domo ſimul orauerit, atque latebras†,quominus ad ſatisfactionem perducatur, prębuerit;donec ab excommunicatore pęnitentiam accipiat, corporis & ſanguinis Domini communione priuatum ſe eſſe cognoſcat.

Item ex concilio[e] *Hilerdenſi, capitu.*10.

¶Tardius recipiatur ad veniã, qui ſacerdote iubente de eccleſia exire contemnit.

CAP. XXXIX.

QVi iubente ſacerdote pro qualicũque culpa ab eccleſia exire contempſerit, pro noxa contumaciæ † tardius[f] recipiatur ad veniam.

Sed quæritur, ſi ante damnati abſolutionem epiſcopum mori contigerit,vtrum damnatus poſteà valeat abſolui.

*De his ita ſtatutum eſt in concilio Epaunenſi,c.*28.

¶ A ſucceſſore ſoluatur, qui mortem epiſcopi remanet ligatus.

CAP. XL.

ij 3 SI epiſcopus ante damnati abſolutionẽ obitu rapiatur,correctum,aut pœnitentem ſucceſſori[g] licebit abſoluere.

Præmiſſis auctoritatibus,quibus iniuſtæ ſententiæ vſque ad examinationem vtriuſque partis parere iubemur, ita reſpondetur. Gregorius non dicit ſententiam iniuſtè latam eſſe ſeruandam, ſed timendam, ſic & Vrbanus.[h] *Timenda eſt ergo, id eſt, non ex ſuperbia contemnenda. Reliquæ verò auctoritates de excommunicatis loquuntur, qui vel vocati ad ſynodum venire contempſerunt, vel calliditatibus aduerſantium occurerre neſcientes, iniuſtam ſententiam à iudice reportauerunt: vel qui neglectu ſuæ vitæ ſiniſtram de ſe opinionem naſci permittentes, ſententiam in ſe exceperunt. Hos ſiquidem ſolos excommunicationis ſententia ferire licet.*

Vnde in Meldenſi concilio, capitulo 56.[4]

¶Quibus culpis exigentibus aliquis ſit communione priuandus.

CAP. XLI.

j 5 NEmo epiſcoporũ quemlibet ſine certa,& manifeſta peccati cauſa communione[i] priuet eccleſiaſtica. Sub A anathemate autem ſine conſcientia[k] archiepiſcopi, aut coëpiſcoporum nullum præſumat ponere,niſi vnde canonica docet auctoritas: quia anathema eſt æternæ mortis[l] damnatio, & non niſi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi.

A ¶Sub anathemate.]*In concilio Meldenſi,& adiectis capitularibus Caroli filij Ludouici legitur,* Anathema autem ſine conſenſu archiepiſcopi, aut epiſcoporum, prælata ẽt euangelica admonitione,nulli imponat.*cæteri autem collectores parum à Gratiano diſcrepant.*

Item ex concilio Aruernenſi.

¶*In concilio Aruernenſi, quod extat,non habetur:ſed in Aurelianenſi,4.c.2.& in Vormacienſi,c.*13.

¶Pro paucis,& leuibus cauſis nullus communione priuetur.

CAP. XLII.

NVllus ſacerdotum quemquam rectæ fidei hominẽ pro paruis,& leuibus[m] cauſis à communione ſuſpendat:præter eas culpas, pro quibus antiqui patres arceri[n] ab eccleſia iuſſerunt committentes.

Item ex concilio Triburienſi.

¶Pro his tribus criminibus quilibet communione priuetur.

PRAEMISSIS. CASVS. Hactenus probauit,quòd ſentẽtię excommunicationis ſiue iuſtę ſiue iniuſtę parẽdũ eſt. Modò allegat contrarium, & reſp.illis duobus c. ſententia paſtoris.& c. quibus epiſcopi non communicant. & dicit, quòd loquuntur de ſententia iniuſta,quę non eſt ſeruanda, ſed timenda, quod allegando dicit. Alia verò cap.intelliguntur de contumacibus,& negligentibus, qui licet peccata de quibus impetũtur non commiſerint, tamen excommunicationis ſententia licitè feriuntur:quod probat per ſequentia c. Seq. §. planus eſt. *Hos ſolos*, ſcilicet contemptores, vel negligentes.

4 Et in adiectis capitularibus Caroli filij Ludouici.

h ¶*Sic & Vrbanus.*]ſ. ea.quibus epiſcopi.

NEmo.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In j.parte dicitur, quòd nullus epiſcopus debet ſuum parochianum excommunicare, niſi propter manifeſtã cauſam peccati.In ij.parte dicitur, quòd nullus debet anathematizari ab epiſcopo, niſi propter contumaciam mortalis peccati, nec ſine conſcientia archiepiſcopi, vel ſuffraganeorum.

5 Bur.l.11. c.10. Iuo p. 14.c.80.Pã. l.5.c.93.

i ¶*Communione.*] ſacramentorum.

k ¶*Sine conſcientia.*] hoc eſt verum, cum illud delictum tangit totam prouinciam, aliàs non tenet,vt 9.q.3.c.2. & cap. archiepiſcopus.

l ¶ *Mortis.*] ſed cum ſit perpetua damnatio, qualiter dicitur medicinalis,vt 2.q.1. multi? Reſpon. cum contemnitur, eſt damnatio, aliàs non,vt 24.q.3.notandum. in fi. Item videtur hic quòd nemo ſit excommunicandus niſi pro contumacia, vt 45.di. ſed illud. & 24.q.3.tam ſacerdos.& c. eccleſiæ. ſed hoc nõ eſt verum,ª vt extra de ver. ſi.ex parte. Vel dic quòd tunc demũ quis poteſt excommunicari pro crimine, cum eſt incorrigibilis, cum aliter non poſſit corrigi. 24.q.4.fortè. Ioann.

ª Ad hoc ſ. c. q merito. de cõſ. di.2. ſi non ſunt. ibi, de hoc. & not. ſ. e. epi.ſi.ſ. e.ex cõicatos. & 17.qu.4. de presbyterorum.Arc.

m NVllus.] ¶*Et leuibus.*]Sim.ſ.c. epiſcopi. Vel intellige de venialibus, vt j. de conſec.diſt.2.quotidie. & ca. panem de altari.

n ¶ *Arceri.*]i. excommunicari. Baz. tamen intelligit, quòd quicunque

cumque eſt in mortali peccato, non debet ingredi eccleſiam, per id quod eſt 33.q.4. vir cum propria. ſed non eſt verum, vt ibi dixi, & j. de pœn. diſtin. 5. falſas. & 1.q.1. qui ſtudet. Ioan.

CErtum.] CASVS. Quidam clerici vocati ad ſynodum venire contemnebant, aut ſi veniebãt, non obediebant, vel ſi obediebant ad tempus, ante finẽ cauſę à ſynodo recedebãt. quæſitum fuit de iſtis, vtrum pro his trib. criminibus ſint excommunicandi. Et reſp. quòd ſic.

1 Pol. l. 7. tit. 1. Bur. l. 11. c. 74. Iuo p. 14. ca. 121. Pan. l. 5. ca. 112.

† al. Decretum

a ¶Tribus] i. pro contumacia iſtorum. idem eſt de quolibet alio crimine.

† al. profugus abire

b ¶Ante finitã.] ſic j. de conſ. diſt. 1. miſſus.

DE HIS. Hæc eſt 4. pars q. in qua probare intendit magiſter ſuperficialiter, ꝙ ſniæ iniuſtę non ſit parẽdũ, ſ. ꝙ neminẽ ligat apud Deũ, ſupple niſi contẽnant, aliàs contra. 24.q.3. notandum. Hoc tamen intendit probare per 19. ca. quæ aliter intelligũtur, quàm in ſentẽtia excommunicationis. Ioan. de Fan.

2 in com. ad c. 16.

3 Pol. l. 7. tit. 3. Anſ. l. 7. c. 130. Iuo p. 14. c. 7. Pan. l. 5. c. 86.

CASVS. Nunc dicit Grat. quòd de talibus contumacibus loquũtur ſupradictæ auctoritates, quibus non eſt communicandum: ſed non loquuntur de iniuſtè ſuſpenſis, cui iniuſtæ ſententiæ probat ſophiſticè non eſſe parendum multis auctoritatibus quarum prima eſt, &c.

c ¶De his] id eſt, de contumacibus.

QVomodo.] CASVS. Oſtendit hic Hieronym. quòd ſicut ſacerdos veteris teſtamen. mundum nõ faciebat leproſum: ſic hodie prælatus non ligat per ſuam ſententiã inſontes, nec ſoluit noxios: ſed ex officio ſuo ſcire debet quis ligandus ſit, & quis ſoluendus.

d ¶Quomodo.] ſi quis enim dicebatur leproſus ducebatur ad ſacerdotem, & ſi ille iudicabat illũ leproſum vel mundum, ita habebatur, vt infr. de pœ. diſt. 1. §. ex his itaque. "Et ſic patet, ꝙ ſententia non dat nouum ius, ſed vetus declarat, vt ff. ſi ſer. ven. ſicuti. §. 3. tamen ſi ſententia fuerit lata pro reo, ꝑ hoc non tollitur obligatio, vt ff. de condit. indeb. Iulianus. ſed ſi pro

α Sententia non dat nouum ius.

4 Sñia hr aliqua ex parte in tomo Gelaſij de anathematis vinculo.

CAP. XLIII.

1 CErtum† eſt pro tribus[a] criminibus aliquẽ ex communicari debere, cum ad ſynodum canonicè vocatus venire contemnit: aut ſi poſtquàm illuc venerit, ſacerdotalibus reſpuit obedire præceptis: aut ſi ante finitam[b] cauſæ ſuæ examinationem à ſynodo abire † præſumit.

4 *De his[c] inquam, & huiuſmodi, præmiſſæ auctoritates loquuntur, non de iniuſtè ſuſpenſis. Quòd autẽ iniuſtæ ſententiæ parendum non ſit, multis auctoritatibus probat. Quarum prima eſt illa Hieronymi ſuper Matthæum libro tertio.*[2]

¶Sententia paſtoris reum, vel innocentem non conſtituit, vel facit.

CAP. XLIIII.

3 QVomodo[d] ſacerdos mundũ leproſum non facit, ſic epiſcopus, vel presbyter, non alligat[e] eos, qui inſontes ſunt, nec ſoluit[f] noxios: ſed pro officio ſuo cum peccatorũ varietates audierit, ſcit[g] qui ligandus ſit, qui ſoluẽdus.

¶*Variè hic locus legit apud collectores. Apud B. Hieronymũ. ſic habet,* Legimus in Leuitico de leproſis, vbi iubentur, vt oſtendant ſe ſacerdotibus, & ſi lepram habuerint, tũc à ſacerdote immundi fiant: nõ quò ſacerdotes, leproſos faciant, & immundos: ſed quò habeant notitiã leproſi & non leproſi, & poſſint diſcernere qui mundus, quiúe immũdus ſit. Quomodo ergo ibi leproſum ſacerdos mundum, vel immũdum facit, ſic & hic alligat, vel ſoluit epiſcopus, & Presbyter: nõ eos qui inſontes ſunt, vel noxij: ſed pro officio ſuo, cum peccatorum audierit varietates, ſcit qui ligandus ſit, quiúe ſoluendus.

[*Item Auguſtinus ſuper Matthæum.*]

PALEA. C. XLV.

RIdiculũ eſt, vt eum mundum eſſe dicamus, qui vinculis peccatorum ſuorum ligatus eſt, propter hoc ſolũ, ꝙ epiſcopus dicitur habere huiuſmodi poteſtatem, vt ſoluti ab eo, ſoluti ſint in cœlo, & ligati in terris, ligati ſint in cęlo. ſit ergo irreprehenſibilis qui alterũ ligat, aut ſoluit.

Item Gelaſius Papa epiſcopis orientalib. de damnatione A *Dioſcori.*[4]

A ¶Damnatione Dioſcori.] *Sic & in manuſcriptis. Apud Iuonem eſt,* de communione Achatij vitanda.

actore feratur, dat ei nouã actionem, vt C. de re. cred. actori.

e ¶Non alligat.] quantum ad Deum, ſed quantum ad eccleſiam, vt 24.q.3. quis non rectè.

f ¶Nec ſoluit noxios.] talis abſolutio non prodeſt quantũ ad eum, qui quærit indiſcretum ſacerdotem, vt cum per imperitiam abſoluat, vt j. de pę. diſt. 6. qui vult.

g ¶Scit.] id eſt, ſcire dẽt, vt iudex. Io. de Fã.

Et Dioſcorus quidem in Chalcedonenſi ſynodo, & à S. Leone I. damnatus eſt. Achatius autem à Felice tertio, & Gelaſio ipſo.

¶Non eſt petenda abſolutio, cum iniquè fertur ſententia.

CAP. XLVI.

5 CVi eſt illata[h] ſententia, deponat errorem, & vacua eſt: ſed ſi iniuſta eſt, tantò eam curare non debet, quantò apud Deũ & eccleſiã eius neminem poteſt iniqua grauare ſententia. Ita ergo ea ſe non abſolui deſideret, qua ſe nullatenus perſpicit obligatum.

Item Auguſtinus de ſummo bono.[6]

¶Deus non nocet, nec nocere aliquem patitur iniuſtè.

CAP. XLVII.

7 SEcundum catholicam fidem, & ſanam doctrinã, & intelligentibus perſpicuã veritatem, nec naturæ Dei[i] nocere poteſt quiſquam, nec natura Dei nocere[k] iniuſtè cuiquam, vel nocere iniuſtè † patitur quemquam. Qui enim nocet (ait Apoſtolus) recipiet illud quod nocuit.

Idem ſermone 16. de verbis Domini.

¶Iniuſta vincula dirumpit iuſtitia.

CAP. XLVIII.

8 COepiſti habere fratrem tuum tanquàm publicanum, ligas illum in terra: ſed vt iuſtè alliges, vide. Nam iniuſta vincula dirumpit[l] iuſtitia. Cum A autem correxeris, & concordaueris cum fratre tuo, ſoluiſti illum in terra: cum ſolueris[m] in terra, ſolutus erit & in cœlo.

A ¶Cum autem.] *Emendatus, & locupletatus eſt hic locus ex original, Iuone, & Pannormia.*

Idem de ſermone Domini in monte, lib. 2. cap. 29.

¶Temeritas iudicandi non ei, qui iudicatur, ſed iudici nocet.

CAP. XLIX.

9 TEmerarium iudiciũ plerumque[n] nihil nocet ei, de quo temerè iudicatur. Ei autem, qui temerè iudicat, ipſa temeritas neceſſe eſt, vt noceat[o].

Idem ad clerum Hipponenſem, epiſt. 137.

CVi.] CASVS. Dioſcorus hæreticus Alexandrinus patriarcha quoſdam excõmunicauit, qui eius ſententia credebant ſe eſſe ligatos. quæritur à Gelaſio, vtrum à tali ſententia ſint ligati, & reſpondet, ꝙ non, nec indigent abſolutione, ſed deponant illam opinionem, & erit ſententia nulla. 5 Iuo p. 14. c. 8.

h ¶Illata.] à Dioſcoro hæretico, cuius ſententia nulla fuit. Sed quid ſi aliam tuliſſet ſententiam in ſuos ſubditos? Dico, ꝙ tenet: qa illi qui ſunt extrà eccleſiam, bene habẽt iuriſdictionem, vt 23.q.5. ſi propterea. & 3.q.7. ca. vlt. Alij contrà ſentiunt. vt 24.q.1. audiuimus. ſed illud non tenet cum excommunicatus eſt, vt extrà de ſent. & re iud. ad probandum.

6 l. 3. de natura boni, c. 39.

7 Iuo p. 14. c. 9.

SEcundum.] CASVS. Dicitur hic ꝙ naturæ Dei, ſ. homini, non poteſt aliquis iniuſtè nocere: nec ipſa põt iniuſtè & ſine cã nocere: quia Deus non patitur quẽquam iniuſtè nocere. Seq. cap. plana ſunt vſq; ad c. in cũctis.

† impune] vera lectio. Coloſ. 3.

i ¶Nec Dei.] i. Deo.

k ¶Nec natura Dei nocere.] quia puniat malefactores, vt 32.q.4. nemo. 8 Iuo p. 14. c. 5. Pann. l. 5. c. 83.

l COepiſti.] ¶Dirumpit.] vt 15.q.6. auctoritatem.

m ¶Solueris.] q.d. ſi iuſtè ligas, erit ligatus & in cęlo, & ecõuerſo, vt de pę. di. j. quẽ pęnitet.

TEmerarium.] n ¶Plerumque.] nocet. n. ſi contẽnatur.

o ¶Vt noceat.] quia ſi per imperitiam iudicat facit litem ſuam, vt inſt. de obl. q̃ ex quaſi del. na. §. 1. ſed ſi ꝑ dolũ, incurrit infamiam, "& præterea punitur in totam litis æſtimationem[a], C. da pæn. iu. qui ma. iu. l. 2. eodem modo ad intereſſe punitur, qui iniuſtè excõmunicauit aliquẽ, niſi errauerit ex cauſa probabili, vt extrà de ſen. exc. ſacro.

α iudex malè iudicans qualiter punitur.

9 Iuo p. 14. c. 10.

a d hoc no. 2. qu. 6. hoc etiã. & ext. li. 6. de re iu. cũ æterni. q eſt in no. 4.

a ¶Quid

QVid obeſt.] a ¶Tabula.] 2.q.1.nomen.

1Pol.l.7.tit. 1.Iuo p. 14. c.11.

b SEnti.] ϳ.ead. non ſunt. contra. 12. q.1.nolo. de cõſec.diſ. 1. iubemus. in illis ca. dicitur," q̃ nõ ſufficit conſcientia,ſed requiritur bona fama quantum ad alios.ſed illa c. loquuntur quando ſumus inter tales, qui parati ſunt imitari, & nõ reprehendere, vnde ne tales corrũpamus exẽplo, niti debemus vt fama noſtra luceat coram eis. ſed hic loquitur cum ſumus inter tales, qui non curant imitari, ſed reprehendere: tunc ſufficit nobis quantum ad eos conſcientia bona.

"Fama bona cum cõſcientia requiritur.

2 Iuo p. 14. c.12.

3 Nic.epiſt. 2. ad Michaelẽ Imp.

IN cunctis.]Casus. Cõſtãtinus archiepiſcopus Mediolanen. infamatus erat à quibuſdam maledicis ſuper quibuſdam criminibus,& ideò corrigere ſubiectos prætermittebat,nec etiam prædicabat: quia credebat vera eſſe quę dicta ſunt de eo. Papa verò ſcribit ei, vt propter hoc non dimittat vtilitatẽ ſubditorum,ſed ſolam conſcientiam mundã retineat apud Deum, & dicit ſe talia nunquã crediđiſſe, cum ſacri eloquij teſtimonia dicant mala non eſſe credenda niſi probentur.

†al.audit

c ¶Lingua.] ablatiui caſus,ſ. vt pp nullius linguã credat ſe aliqs implicitum & reum. d ¶Accuſatione.] interiori. e ¶Addicit.] id eſt, condemnat. f ¶Maledicorum.]ar. q̃ infamia orta ab inimicis non inducit purgationem.ext.de purg. ca. cum in iuuentute. & 2.q.5.omnibus[a].nec etiam à leuibus perſonis, nec ab illis qui de facili credunt. g ¶Niſi probata.] ϳ. 30.q.5.nullum ante. h ¶Probata.] aliàs prolata. i ¶Vlciſci.]i. puniri, quàm citius fieri põt. vt 23.q.4.cum quiſq;.

a Vbi ꝺ hoc videas 24.q.4. non inuenitur. iuxta ſ.Arch.

ET ſi ad tempus.] Casus.Dicit Auguſt. q̃ quãuis homo damnetur in hoc ſeculo iniuſtè à terrena poteſtate, vt Cyprianus martyr,non eſt tamen curandum,quoniam à ſuperiori iudice recipiet coronam. Et ſecũdum Hu.eſt in litera. Proconſul. & ſecundũ hoc erit ibi, Addixerit. k ¶Cyprianum.]Martyrem. l ¶Sella.] id eſt,ſedes iudicis. m ¶Coronam.]ſi ſententiam patienter feret,vt ϳ.ea.qui iuſtus.

¶Non obeſt homini iniuſta ſententia.

CAP. L.

1 QVid obeſt homini, q̃ ex illa tabula[a] non vult eũ recitari humana ignorantia, ſi de libro viuorum non eum delet iniqua conſcientia?

Item in libro contra Secundinum Manichæum,c.1.

¶De eodem.

CAP. LI.

2 SEnti[b] de Auguſtino, qđ quid libet: ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet.

Item Gregorius Conſtantio Mediolanenſi Epiſcopo, lib.6.epiſt. 14. ſeu c.171.[3]

¶Quos conſcientia iuſtificat,aliorum maledicta non timeant.

CAP. LII.

IN cunctis, quæ in hac vita aduerſa proueniunt, ſola eſt, ſicut noſtis, omnipotentis Dei diſtrictio penſanda, atque ad cor ſemper propriũ recurrendum: vt nullius nos ibi lingua[c] implicet, vbi conſcientia non accuſat. Quem enim conſcientia defendit: & inter accuſationes liber eſt, & liber, vel ſine accuſatione[d] eſſe non poteſt, ſi ſola, quæ interius addicit†[e], conſcientia accuſet, De veſtra igitur ſanctitate abſit à Chriſtianorum iudicio,ea quę maledicorum[f] hominum rumoribus conficta credimus, in qualicunque modulo ſuſpicionis adduci: quia ex ſacri eloquij teſtimonio tenemus,vt maiora A mala,cum forſitan dicuntur, niſi[g] probata,credi non debeant: ſed ꝓbata[h] citius vlciſci[i]. *& infrà.* ¶Hæc igitur dixi,vt nimiæ eſſe leuitatis oſtenderem,ſi quis mala grauia credere ſtudeat, quæ probari non poſſunt. Vndè ſanctitas veſtra debet mentem ſuam à maledicorum hominum rumoribus, atque obtrectatione diſiungere,& ſola quæ ęternæ vitę ſunt, atque ad vtilitatem ſubditorum proficiunt, cogitare.

A ¶Maiora mala.] *Sic emendatum eſt ex originali,& Nicolao: & ſæpè in hac epiſtola repetitur,*mala gratia. *Antea legebatur,*mala maiorũ.

Item Auguſtinus in Pſal.36.concione ad verſ. [*Nec damnabit eũ.*]

¶Fruſtrà damnatur ab homine, quem Deus iuſtificat.

CAP. LIII.

4 ET ſi ad A tempus damnaris ab homine, & ſi dixit ſententiam proconſul in Cyprianum[k]: alia eſt ſella[l] terrena, aliud tribunal cœlorum. Ab inferiore accepit ſententiam,à ſuperiore coronã[m].

4 Iuo p.14. c.13.

A ¶Et ſi ad tempus.] *Apud B. Auguſt.de diuino iuditio agentem ſic legitur:* Quando ergo ventum fuerit ad illud iudicium, non eum damnabit:& ſi ad tempus videtur damnari ab homine, & ſi dixit ſententiam,&c.

Idem in Pſal.37.ad verſic.[*Quoniam in te ſperaui.*]

CAP. LIIII.

5 CVſtodi[n] intus innocentiam tuam, vbi nemo opprimit cauſam tuam. Prævalebit † in te falſum teſtimonium,ſed apud homines. Nũquid apud Deum valebit, vbi cauſa tua dicenda eſt? Quando Deus iudex erit: alius teſtis, quàm conſcientia tua nõ erit. Inter iuſtum iudicem,& conſcientiam tuam noli timere,niſi cauſam tuam.

5 Iuo p. 14. c.14.

† al. præualuit.

Item Gregorius Papa Palladio presbytero.lib.8.epiſt. 45.[6]

6 Et in epiſt. Sixti iij.

¶Non hominum linguas,ſed conſcientias curare debemus.

CAP. LV.

INter verba laudantium, ſiue vituperantium ad mẽtem ſemper recurrendum eſt: & ſi in ea non inuenitur bonum, quod de nobis † dicitur: magnam triſtitiam generare debet: & rurſum ſi in ea non inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiã proſilire. Quid enim A, ſi homines † laudent, & conſcientia nos accuſet? aut quæ debet eſſe triſtitia,ſi omnes accuſent, & ſola conſcientia liberos nos eſſe demonſtret? Habemus Paulũ dicentem [Gloria noſtra hæc eſt, teſtimoniũ conſcientiæ noſtræ.]Iob quoque dicit, [Ecce in cœlo teſtis meus] Si ergo eſt nobis teſtis in cœlo, teſtis in corde: dimittamus ſtultos foris loqui quod volunt. Quid aliud detrahentes faciunt, niſi in pulverem ſufflant, atque in oculos ſuos terram excitant? vt vnde plus detractionis perflãt, inde magis nihil veritatis videant. Vocandi tamen etiã ſunt

†al.vobis

†al.omnes

2.Cor.1.

Iob.16.

CVſtodi.] Casus. Dicitur hic,q̃ licet falſum teſtimoniũ faciat alicui iuſto præiuditiũ apud ſeculares, non tñ apud Deum ꝓualebit,cum Deus erit iudex, & ſola cõſcientia teſtis:& ideò in anima debet innocentia cuſtodiri,vbi cauſa iuſti non opprimitur. n ¶Cuſtodi.] quia corpori vis põt fieri,nõ animę.32.q.5.§.1.23.q.6. in prin. Ioan. de Fant.

INter verba.] Hoc c.diuiditur in duas partes.In 1.parte dicitur, q̃ ſiue laudamur, ſiue vituperamur, ſp eſt ad mentẽ recurrendum.& ſi bonũ qđ dicitur,nõ eſt in nobis,triſtari debemus. Si verò malũ qđ homines de nobis loquuntur, non eſt in nobis,multũ gaudere debemus: nam licet mala de nobis dicãtur,conſciẽtia tñ apud Deum nos liberos eſſe demonſtrat:qđ probat duab.auctoritatib. ſcilicet Pauli & Iob. Stulti verò bonis detrahentes, puluerẽ peccati i oculos ſuos ſufflant: quia magis ſibi nocent quàm alij:ſicut in puluerem ſufflans magis nocet ſibi quàm alij. In 2.parte dicitur, q̃ infamantib.eſt ſatiſfaciendũ, ſi parati ſunt recipere ſatiſfactionẽ: ne fortè ſcandalizentur: quod probat exemplo Chriſti, qui ne Iudæi ſcandalizarentur, ſoluit tributum.ſi autẽ nolunt ſatiſfactionem recipere,de ipſorum ſcãdalo non eſt curandũ. Et hoc probatur duab. rationib.ſ.exẽplo Xpi, qui cũ audiſſet Phariſæos ſcandalizatos, eò q̃ docebat cibos non diſcernẽdos,non curauit,ſed ait:Sinite illos, quia cęci ſunt,& duces cæcorum. Et auctoritate Pauli qui pręcepit Romanis,vt quantum in eis eſſet, cum oĩbus hoĩb.pacẽ haberent,licet ſcandalizati ſint de hoc. Secunda pars incipit ibi, *Vocandi tamen.*

a ¶Ne

ipſi,& tranquillè admonendi, eiſque ſatisfieri modis omnibus debet: ſcientes, quid de Iudæis veritas dicit [ne fortè[a] ſcandalizemus eos] Si autem ſatisfieri ſibi ex veritate noluerint: habes conſolationem, quã in ſancto Euangelio conſpicias. Cum enim Domino dictum fuiſſet [Scis, quia Phariſæi audito verbo [b] hoc ſcandalizati[c] ſunt:] reſpondit, [Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorũ.] Paulus quoq; apoſtolus admonet, dicens [Si fieri põt, qđ ex vobis eſt, cum oĩbus hominibus pacem habentes.] Dicturus quippe § Cum omnibus pacem habẽtes § quia hoc difficile eſſe proſpexit, præmiſit[d] [ſi fieri poteſt] Sed tamen adiunxit, quod poſſit fieri, cum dixit [quod ex vobis eſt] Quia ſi nos in mente charitatem erga odientes ſeruare cupimus, & ſi illi nobiſcum pacem non habent: nos tamen cum illis[e] ſine dubio habemus.

A ¶Quid enim.] *Addita ſunt nonnulla ex epiſtola B. Gregorij, & partim etiam Sixti tertij: in qua idem ferè repetitur.*

Hoc inter eos obſeruandum eſt, qui parati ſunt ſuſpicari, quod non vident, parati ſemper reprehendere, nunquam imitari. Apud alios autem conſcientia eſt neceſſaria nobis, fama illis.

Vnde Auguſtinus libro de bono viduitatis, c.22.

¶Conſcientia nobis, & fama proximis eſt neceſſaria.

CAP. LVI.

1 NOn ſunt[f] audiendi ſiue viri ſancti, ſiue fœminæ, quando reprehenſa in aliquo negligentia ſua, per quam fit, vt in malam veniant ſuſpicionem, vnde ſuam vitam longè abeſſe ſciunt, dicunt ſibi corã Deo ſufficere conſcientiam, exiſtimationem hominũ non ſolùm impudenter, verum etiã crudeliter contemnẽtes, cum occidant †[g] animas aliorum, ſiue blaſphemantium viam Dei[h] (quibus ſecundum ſuam ſuſpicionem, quaſi turpis, quæ caſta eſt, diſplicet vita ſanctorum) ſiue etiam cum excuſatione[i] imitantium, non quod vident, ſed quod putant. Proinde quiſquis à criminibus flagitiorum, atque facinorum vitam ſuam cuſtodit, ſibi benefacit, quiſquis autem etiam famã, & in alios miſericors eſt. Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, alijs fama noſtra.

Item Hieronymus ſuper epiſtolã Pauli ad Philemonem.[2]

¶Apud Deũ maledicitur, qui moribus diſſonam profert ſententiam.

CAP. LVII.

3 vij SI quis[k] dixerit[l] iuſtũ[m] iniuſtum, & iniuſtum iuſtum, abominabilis vterque apud Deum eſt. Similiter, qui ſanctum dicit eſſe non ſanctũ, & rurſum non ſanctum aſſerit ſanctum: abominabilis[n] apud Deum eſt.

Idem ibidem paulò ſuperius.

¶Chriſtum violat, qui ſanctum nõ ſanctum, vel non ſanctum ſanctum eſſe crediderit.

CAP. LVIII.

ix SI quis hominem, qui ſanctus non eſt, ſanctũ eſſe crediderit[o], & Dei eum iũxerit ſocietati, Chriſtum violat, cuius corporis omnes mẽbra ſumus. *& infrà.*

¶ Omnes credentes, ſecundum Apoſtolum, Chriſti corpus efficiuntur. Qui in Chriſti corpore errat[p] & labitur, aſſerens membrum eius vel ſanctum eſſe, cum non ſit, vel non ſanctum eſſe, cum ſit, vide quali crimini obnoxius fiat. § Væ (ait Eſaias) qui dicunt dulce amarum, & amarũ dulce, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.] Dulce puto eſſe ſanctimoniam: amarum, quod ſanctimoniæ contrarium eſt.

Item Eſaias, c.5.

¶ Æternum væ maledictionis inueniet, qui bonos malos, & malos bonos dixerit.

CAP. LIX.

VÆ, qui dicitis malum bonum, & bonum, malum, ponentes tenebras lucem, &

---

a Chriſtus tributũ ſoluit.

a ¶Ne fortè.] "hæc fuerunt verba Chriſti, cum peteretur ab eo tributum, dixit Petro: Vade ad mare, & piſcem qui tibi prius occurrerit, tolle: & quod inueneris in ore piſcis, des pro me & pro te, vt 28.q.1.iam nunc. Et eſt arg. quòd aliqd omittitur ratione ſcandali. diſt.50. de his verò.

b ¶Verbo.] non quod intrat in os, ſed quod procedit ex ore coinquinat hominem: tunc dixerunt diſcipuli: ſcis quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt? phariſæorũ enim erat religio in cibis diſcernendis.

Matth.17.

Matth.15.

c ¶Scandalizati ſunt.] id eſt, indignati[a] ſunt.

a Fortè melius diceret dedignati, ſecundũ id, qđ le. & no. 45.diſt. vera iuſtitia. Ar.

d ¶Præmiſit.] Arg. ex ordine verborum argumentandum. arg.43.di. c.1. in fi. extr. de reſcr. cum dilecta.

e ¶ Cum illis.] Arg. quòd fides eſt illi ſeruanda, qui eam nõ vult ſeruare. 33.q.5. quod Deo. 22.q.4. innocens. contra. arg. ext. de iureiu. peruenit. in fi.[b] & eſt huic ſimile. ff. de arb. Celſus. §. idem.

Rom.12.

b Ad idẽ 95. diſ. eſto, vbi de hoc.

HOC INTER EOS. CASVS. Dictũ eſt ſ. in c. inter verba. quòd dimittendi ſunt ſtulti foris loqui: nec eſt curandum de detractionib. malorum. Sed dicit Gra. quòd hoc intelligendum eſt de illis: qui parati ſunt reprehendere, & non imitari, apud quos ſola cõſcientia ſufficit: apud verò illos qui parati ſunt audire, conſcientia & fama eſt, neceſſaria: quod probat ſequens cap.

NOn ſunt audienli.] CASVS. Quidam ſancti viri, vel fęminæ cum infamarentur à quibuſdã, non curabant, dicentes ſolam conſcientiam mundam ſibi ſufficere apud Deũ. quæſitum fuit ab Aug. vtrum bene dicerent? & reſp. quòd non: qa conſcientia noſtra nobis eſt neceſſaria: alijs verò fama noſtra. Vel etiam cum excuſatione. V. g. Videbant mali iuſtum ex cauſa infirmitatis frangere ieiunia: qui neſcientes cauſam reprehendebant. vndè non debent hoc facere in publico. vel fortè prælatus malum parochianum propter ſcandalum tolerat in peccato, quod alij neſcientes reprehendunt: & ideo cauſa debet eis dici. Seq.c. patet.

1 12.q.1.nolo, vt aliqs.

† al. occidũt

f ¶Non ſunt.] infra 2.q.1.nolo.

g ¶Cum occidant.] exemplo, vt 2.quæſtio.7.Paulus.

h ¶Viam Dei.] id eſt, Chriſtianam religionem.[c]

i ¶Cum excuſatione.] vt ſi viderent aliquem ſoluere ieiuniũ iuſta de cauſa, ipſi idem faciunt exemplo eorum: cum tamen ignorent cauſam quare ille faceret: & ſic ſe excuſant p aliũ.

c Sub. i quia iſti viuũt, q. tñ talia faciũt: vel qui veniũt i malã ſuſpicionem. ſicut ſi aliqs ſanctus hõ iret ſol. ad publicas meretrices, vt eis pdicaret, & eas corrigeret. Arch.

k SI quis.] Hic reuertitur Grat. ad propoſitũ, ad oſtendendũ ſcilicet quòd ſententia iniqua nocet ei, qui eã protulit, non autem ei contra quem prolata eſt. poteſt etiam hoc intelligi de rebus ipſis, id eſt, ſi quis vitia dixerit eſſe virtutes, vel ècõuerſo.

l ¶Dixerit.] iudicando.

m ¶ Iuſtum.] abſoluendo.

2 Ad locum [Gratias ago Deo meo.]

n ¶ Abominabilis.] quia mortaliter peccat, & conſonat ei quod dicit Aug. ſuper 1. epiſt. ad Corinth. "quòd errare in rebus, eſt mortale peccatum, ſcilicet cum putat quis id eſſe bonum quod eſt malum, vel èconuerſo. nã quilibet adultus tenetur ſcire hoc eſſe bonum, illud malum. Vel dic, dixerit, i. firmiter aſſeuerauerit, cum non ſit certus.

a Error qñque eſt peccatum mortale.

3 Iuo p.14.c. 6. Pan.l.5.c. 84.

Prouer. 17. Pſal.70.

SI quis hominem.] CASVS. Redit Gratian. ad propoſitum ſuum, ſ. ad probandum iniquã ſententiam nocere ei qui eam tulit: & non illi contra quem lata eſt, & ita non eſſe ei parcendum. Eſt ergo caſus huius cap. Quidam dicebant iuſtum hominem eſſe iniuſtum: alij dicebant iniuſtum eſſe iuſtum. quæſitum fuit à Hiero. vtrum iſti ſint mali? & reſp. quòd ſic. & hoc probat auctoritate Eſaiæ dicentis: Vę his qui dicunt dulce amarum.

Rom.12. 1.Cor.6.

o ¶Crediderit.] ideſt, aſſeuerauerit.

p ¶Errat.] non opinando, ſed ſtultè aſſerendo.

VAE qui dicitis.] CASVS. Eſaias docet in hoc c. quòd qui dicit malum eſſe bonum, & èconuerſo, habebit pœnam temporalem & æternam: & hoc probat exemplo Iſraelitici populi, qui non ſolùm captiuus ductus eſt in Babylonem, ſed etiam infernus dilatauit animam ſuam, vt eos reciperet: & os ſuũ abſque termino apperuit: quia in hoc deſcenderunt. *Ad eum*, ideſt, ad infernum. Et poſſunt hæc duo c. intelligi non

Eſa.5.

gi non ſolùm de perſonis, ſed etiam de rebus, ſcilicet de vitijs & virtutibus, vt ſi aliquis dicat vitium eſſe virtutem, vel èconuerſo. Sequentia duo c. plana ſunt.

a ¶*Eius.*] i. Hieruſalem.

b ¶*Dilatauit.*] loquitur humano more.

c ¶ *Homo.*] id eſt, minor.

c ¶*Homo.*] id eſt, ſuperbia.

a Eod. c.

d ¶*Vir.*] id eſt, maior.

d ¶*Vir.*] id eſt, ſuperbus.

e ¶*Exaltabitur.*] id eſt, altus apparebit.

f ¶*Sanctificabitur.*] id eſt, ſanctus apparebit, vt ibi, *Sanctificetur nomen tuum.*

g I*Pſe.*] ¶*Priuat.*] id eſt, meretur priuari. [a] ſic 12. quæſtio. ſecunda. ſæpe. fit. vel propriè, quia priuilegium non conceditur ad abuſum.

a Id eſt, facit pp quod debet priuari. & eſt ſi. 55. di. pœnites. in ſi. 82. diſt. plurimos. iuxta ſi. 4. q. 5. quiſquis.

h I*Vdicare.*] ¶*Sua.*] vt j. ea. quatuor.

T*Vnc vera eſt.*] C A S V S. Inducit hoc c. Gratianus, quòd etiam iniuſta abſolutio non prodeſt: & à contrario ſenſu, nec iuſta condemnatio. Eſt ergo caſus. Oſtendit Gratianus quòd prælatus nō debet abſoluere delinquentem, niſi prius videat à Domino peccatum ſibi eſſe remiſſum. Et hoc probat exemplo Lazari mortui quatriduani: quem diſcipuli non abſoluerūt prius quàm viderunt ipſum à Chriſto viuificatum. Sequent. duo capitu. patent.

2 j. e. plerſique. Pol. l. 7. tit. 1. Iuo p. 14. c. 3. Pan. l. 5. c. 79.

i ¶*Interni.*] id eſt, conſcientiæ, vel Dei.

k ¶ *Iudicis.*] id eſt, Dei. hic vult dicere, ꝙ ſacerdos neminem abſoluet, niſi præceſſerit abſolutio Dei, id eſt, contritio.

3 Iuo ibid. Pan. l. 5. c. 80.

P*Riuilegium.*] Hæc eſt pars illius ſ. diſtinct. 74. vbi iſta. & c. geſta.

l ¶*Priuilegium.*] Perditur priuilegium propter abuſum, vt hic. [b] Propter delictum. 25. q. 2. ita nos. Item propter contrarium factū. extra de priuil. ſi de terra. & extra de conſt. cū acceſſiſſent. Item propter negligentiam. ff. de nundi. l. 1. Item propter enorme damnum ſuperueniens. extr. de decim. ſuggeſtum. Sed nunquid eccleſia perdit priuilegium ſi delinquant canonici, vel monachi? Videtur ꝙ ſic: quia & ciuitas perdit, ſi deliquerint ciues. 25. q. 2. ita nos. Item nauis eccleſiæ publicatur propter delictum. C. de ſacroſ. ec. iubemus. arg. extr.

†al. æterni

b Concord. tex. in l. liberā. ff. d pec. & i l. q ſine. ff. de ne. ge.

4 j. e plerſque. Iuo ibid. Pā. l. 5. c. 81.

† æterni] Or. Io. 11.

lucem tenebras. *& paulò ſuperius.* ¶1 Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam: & nobiles eius[a] interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit[b] infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino: & deſcenderunt fortes eius, & populus eius, & ſublimes, glorioſique eius ad eum: & incuruabitur homo[c], & humiliabitur vir[d], & oculi ſublimiū deprimentur: & exaltabitur[e] Dominus exercituum in iudicio, & Deus ſanctus ſanctificabitur[f] in iuſtitia.

Item Gregorius homil. 26. in Euang.

¶Ligandi ſoluendique poteſtate ſe priuat, qui hanc iniuſtè exercet.

CAP. LX.

2 IPſe ligandi atque ſoluendi poteſtate ſe priuat[g], qui hanc pro ſuis voluntatibus, & non pro ſubiectorum moribus exercet.

Idem ibidem paulò inferius.

¶De eodem.

CAP. LXI.

3 IVdicare de ſubditis dignè nequeunt, qui in ſubditorū cauſis ſua[h] vel odia, vel gratiam ſequuntur.

Idem ibidem paulò inferius.

¶Non eſt vera præſidentis abſolutio, niſi ſequatur arbitriū interni† iudicis.

CAP. LXII.

4 TVnc vera eſt abſolutio præſidentis, cum interni†[i] ſequitur arbitrium iudicis.[k] Quod bene quatriduani mortui reſuſcitatio illa ſignificat: quæ videlicet demonſtrat, quia prius mortuum Dominus ſuſcitauit, & viuificauit dicens [Lazare veni foras] & poſtmodum is, qui viuens fuerat egreſſus, à diſcipulis eſt ſolutus, ſicut ſcriptum eſt.

de pri. l. cum & plantare. in fi. Sed dicas quòd non. arg. extr. de arb. c. cum tempore.

m N*On debet.*] ¶*Pœnā.*] Si ergo cōſtet ibi, quòd ſententia iudicis eſt iniqua, potes iudici violenter reſiſtere. extr. de ap. ſignificauerunt. 61. di. c. nullus inuitis. [c] Eſt ergo hic arg. quòd ſi quis celebrat poſt excommunicationem iniuſtè latam, ꝙ non debet ſuſtinere aliquam pœnam: quia qui probat ſententiam excommunicationis eſſe iniuſtam, non eſt cogendus ad aliquam ſatisfactionem. extra de off. or. ad reprimendū. arg. ſ. ea. cui eſt. ſed hoc non eſt verum, vt ſ. ea. ſi epiſcopus fortè. & c. ſeq. [c]

c Excõicat' iniuſtè celebrans, an ſit puniendus.

EX HIS. C A S V S. Concludit Grat. ex ſupradictis, quòd iniuſta ſentētia nec apud Deū, nec apud eccleſiā quēꝗ ligare pōt. Et ad hoc probandū ſophiſticè inducit c. Gelaſij Papæ. ſ. ea. cui eſt illata. & ideo dicit ab eius communione non eſſe abſtinendum. Sed poſtea huic ſolutioni obijcit duo c. ſcilicet Carthaginenſis concilij, & Africani. ſ. c. clericus. & c. placuit. obijcit etiam c. Moguntinen. concilij, vt j. ea. c. prox.

c Sed hoc ſophiſticū eſt: qa illud ca. cui eſt. intelligitur de ſnia ꝗ ipſo iure nulla ē, qa data à nō ſuo iudice: qa ab heretico damnato. Hug.

n ¶*Ex Gelaſij.*] ſ. ead. cui eſt.

o ¶*Carthaginenſis.*] ſ. ead. ſi epiſcopus.

p ¶*Et Africani.*] ſ. ead. c. placuit.

E*Piſcopus.*] C A S V S. Quidam epiſcop', vel presbyter, vel diaconus iniuſtè fuit degradatus. quæſitū fuit in co ncil. Moguntinē. vtrum poſſit exercere officium ſuum ſicut prius faciebat? Et reſpondetur quòd non, niſi inſignia graduū recipiat coram altari de manu epiſcoporum, ſicut prius amiſerat. Idē eſt de reliquis clericis, hodie ſolus Papa reſtituit depoſitos, vt ſ. 2. q. 6. ideo. 2. vnde hoc c. eſt correctum. Vel loquitur ſecundum antiqua tempora: vel de delegatis à domino Papa.

8 ſ. e. cui eſt.

9 ſ. e. ſi eps & [Placuit]

10 in Toleta no 4. c. 27.

q ¶*Synodo.*] [c] Hodie concilium non deponit epiſcopum, ſed ſolus Papa: nec conciliū reſtituit epiſcopum, ſed ſolus Papa, vt 2. q. 6. ideo. Et hic eſt arg. ꝙ epiſcopus poteſt reſtituere clericum depoſitum: quod verum eſt cum dicit depoſitionem nullam: quia per falſos teſtes, vel per allegationes eſt conuictus: licet ſit ar. contra. ff. de quæſt. l. 1. in fi.

c Eps depo- nitur, & reſtituitur à ſolo Papa.

Idem in regeſto. [5]

¶Priuilegio meretur exui, qui eodem abutitur.

5 Simplici Papa epi. 2.

CAP. LXIII.

6 PRiuilegium [l] omnino meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. 7

6 Anſ. l. 4. c. 3. Bur. l. 1. c. 29. Iuo par. 5. c. 140.

7 Concor. l. chriſtianos. C. de pag. & ſac. & temp. & l. liberam ff. de pec.

¶ *In regeſto B. Gregorij, ex quo citatur, non eſt inuentum. Habetur autem in epiſt. 2. Simplicij Papæ, cui etiam Nicolaus I. in epiſtola ad Hincmarum, cuius initium eſt,* Epiſtolam beatitudinis tuæ, *& Burchardus, & Iuo, & aliquot vetuſta Gratiani exemplaria tribuunt: ſ. etiam diſt. 74. c. vbi. §. nam priuilegium. citatur ex eodem Simplicio. Simile eſt quod B. Auguſtinus ſermone de tempore 247. ſcribit:* Iudicio enim legum, iure ab obtenta dignitate deijcitur, qui priuilegio ſibi conceſſo abutitur.

Item Gregorius Antonio ſubdiacono lib. 2. indic. 11. ep. 9.

¶Is, in quem canonica non fertur ſententia, pœnam non debet ferre canonicam.

CAP. LXIIII.

NOn debet is pœnam [m] ſuſtinere canonicam, in cuius damnatione non eſt canonica prolata ſententia.

Ex his datur intelligi, quòd iniuſta ſententia nullum alligat apud Deum: nec apud eccleſiam eius aliquis grauatur iniqua ſententia, ſicut ex Gelaſij [8] [n] *capite habetur. Non ergo ab eius communione abſtinendum eſt, nec ei ab officio ceſſandum, in quem cognoſcitur iniqua prolata ſententia. Cur ergo capitula Carthaginenſis* [9] [o], *& Africani,* [p] *atque aliorum conciliorum, prohibent iniuſtè damnatum in communione recipi ante iudicij examinationem? cur & illud in concilio Moguntinenſi ſtatutum eſt?* [10]

¶Qui damnatur à ſynodo, quomodo in ſecunda innocens reparetur.

CAP. LXV.

11 EPiſcopus, presbyter, aut diaconus à gradu ſuo iniuſtè deiectus, ſi in ſecunda ſynodo [q] innocens reperiatur †, non poteſt eſſe quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat coram altari de manibus epiſcoporum: ſi epiſco-

11 Bur. l. 2. c. 92. Anſ. l. 8. c. 27. Pol. l. 2. tit. 36. Iuo p. 5. c. 367. & p. 6. c. 237. Pan. l. 3. c. 80.

† inueniatur

ADDITIO. Vbi habetur ꝙ præſes prouinciæ illū quē damnauit, reſtituere non pōt: ſed illud intellige cum petitur reſtitutio officio iudicis: ſecus vbi iure actionis. Arch.

a ¶*Orarium.*] id eſt, ſtolam.

b ¶*Planetam.*] id eſt, caſulam.

c ¶*Reliqui.*] Hic patet, ꝙ æquè deponitur aliquis à minoribus ordinibus, ſicut à maioribus, vt 24. diſt. c. vlt. & 26. qu. 1. ſi quis eps. licet ſit arg. contra. 25. diſt. epiſcopus.

SI ERGO. Hæc eſt 5. pars, in qua facit diſtinctionem, &c. Ioā. de Fant.

CASVS. Concludit Grat. ex ca. ſ. prox. dicens, ꝙ ſi iniuſtè degradati nō poſſunt eſſe qđ fuerunt, niſi de manibus eporum recipiant quod iniuſtè amiſerūt, apparet ꝙ iniqua ſnīa excōicationis ligat. Sed ſtatim reſpondendo facit trimembrem diuiſionem iniuſtæ ſententiæ: dicens ꝙ ſentētia qnq; iniuſta eſt tantùm ex animo: qnque tantùm ex ordine: quādoq; tantùm ex cauſa. Et ad probandū iſtam diuiſionē ſequentia c. inducit: & dicit ꝙ in omnibus caſibus iſtis eſt parendū ſententiæ.

d ¶*Ex cauſa.*] ff. de libe. & poſthu. ſed etſi. & l. ſi poſthumus. §. vlt. & l. idem. & ff. de cond. & demonſt. cum tale. §. falſum. & §. ſeq. & l. falſa.

IRA. CASVS. Quidam ſeruato ordine iudiciario quendā delinquentē ex odio condemnauit: quæſitum fuit an rectè iudicauerit? Et reſpondetur ꝙ ſic, quantum ad condemnatum: ſed tn̄ condemnans Dei iuſtitiā non imitabitur, in quē non cadit perturbatio, cum hoc ex odio fecerit.

e ¶*Quantum ad ſe.*] Not. ſentētiam quo ad vnum tenere, quo ad alium non, vt 23. q. 5. miles. & c. cum miniſter. ſic 49. diſt. c. vlt.

QVi rectè.] CASVS. Quidam iudex ordine iudiciario ſeruato iuſtam tulit ſententiam, pro pretio tamen. quæſitum fuit à Greg. vtrum talis iudex debeat dici bon⁹? Et reſpon. ꝙ non: quia non amor iuſtitiæ, ſed pecunia illum ad veritatem prouocauit: cui ſi ſpes nummi non aderit, à iuſtitiæ tramite deuiabit: ſed bonus iudex ab omni munere excutit manus ſuas: qui ꝓ recto iudicio vitam accipiet ſempiternam.

1 Mutatis verbis, ſed ſalua ſententia. Iac. 1.

2 Iſid. ſententiarū de ſummo bono, l. 3. c. 58.

3 Beda in ſcintillis, c. 71. Bur. l. 16 c. 28.

pus eſt, orarium [a], annullum, & baculum: ſi presbyter, orarium, & planetam [b]: ſi diaconus, orarium, & albam: ſi ſubdiaconus, patenam, & calicē. Sic & reliqui [c] gradus in reparatione ſua recipiant ea, quæ, cum ordinarentur, perceperant.

¶*Hoc habetur in concilio Toletano 4. c. 27. ex quo citant Iuo par. 5. c. 367. & Polycarpus lib. 2. tit. 36. Idem tamen Iuo par. 6. ca. 237. & Burchardus tribuūt concilio Moguntino: auctor autem Pannormia & Moguntino, & Toletano.*

5 ¶*Si ergo iniuſtè deiecti, nec etiā per epiſcopos reparari poſſunt, niſi de manibus eorū recipiāt quæ amiſerant: quomodo ſua auctoritate, cuique licet iniuſtè ligatis communicare, & eis, non petita abſolutione, ſua celebrare officia, ſicut Gelaſius videtur ſentire? Ad hoc reſpondendum eſt, quòd ſententia aliquando eſt iniuſta ex animo proferentis, iuſta verò ex ordine & cauſa: aliquando eſt iuſta ex animo & cauſa, ſed non ex ordine: aliquando iuſta ex animo & ordine, ſed non ex cauſa [d]. Cum autem ex cauſa iuſta fuerit: aliquando nullum in eo omninò, qui accuſatur, delictum eſt, quod ſit damnatione dignum, aliquando non eſt in eo illud, ſupra quod fertur ſententia, ſed ex alio notandum eſt. Ex animo eſt iniuſta, cum aliquis ſeruata integritate iudiciarij ordinis in adulterum, vel in quemlibet crimenoſum, non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij, vel pretio, aut fauore aduerſariorum inductus ſententiam profert. Vnde Beda ſuper epiſtolam Iacobi ait.* [1] ¶[*Ira enim viri iuſtitiam Dei non operatur*] *quia qui iratus in aliquem ſententiam profert, & ſi ille, quantum* [e] *ad ſe iuſtā reportet ſententiam: iſte tamen, qui non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij in eum ſententiam dedit, iuſtitiam Dei, in quem perturbatio non cadit, non imitatur.*

Item Gregorius. [2]

¶Sententia iuſtitiæ nō eſt pro premio ferenda.

C A P. LXVI.

3 QVi rectè iudicat, & præmium inde remunerationis expectat [f], fraudem in Deum perpetrat: quia iuſtitiam, quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. Bonis malè vtuntur, qui iuſtè pro temporali lucro iudicant. Tales quippe ad veritatem non iuſtitiæ defenſio, ſed amor præmij † prouocat: quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur, confeſtim à iuſtitiæ defenſione recedunt. Acceptio nummorū †, præuaricatio veritatis eſt. Vnde & pro iuſto dicitur. [Qui excutit manus ſuas ab omni [g] munere, iſte in excelſis habitabit.]

¶*Apud B. Gregorium non eſt inuētum: ſed apud Iſidorum libro 3. de ſummo bono, c. 58. quem citant Burchardus, & Beda in ſcintillis.*

Item Gregorius lib. 8. epiſt. 12. ad Guidiſcalcum.

¶In præpoſitorum operibus ſibi totum ratio vendicet.

C A P. LXVII.

4 ILla præpoſitorum ſolicitudo eſt vtilis. illa eſt cautè la laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor ſibi nihil vendicat. Reſtringenda ſub ratione poteſtas eſt: nec quidquā agendum prius, quam concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis [h] tempore iuſtum omne † putat, quod fecerit.

Item Ambroſ. lib. de ſancto Ioſeph, c. 13.

¶Grauiter delinquit, qui ex ira ſententiam profert.

C A P. LXVIII.

IRa ſæpè etiam innocentes in crimen adducit: quia, dū iuſto amplius iraſcimur, & volumus alienū coërcere [i] peccatum, grauiora peccata committimus. ideò Apoſtolus ait [Non vos ipſos vindicantes [k] chariſſimi: ſed date locū iræ.] hoc eſt, declinemus eam, ne nos illa corripiat. Vnde Dominus Ieſus dimittens ad Euangelizandum diſcipulos, miſit eos ſine auro, ſine argēto, ſine pecunia, ſine virga: id eſt, vt & incentiua litis, & inſtrumēta eriperet vltionis.

Item ex lib. 11. eccleſiaſticæ hiſtoriæ Rufini, c. 18.

¶Ratio debet corrigere, quod furore promulgatum eſt.

C A P. LXIX.

CVm apud Theſſalonicā ſeditione exorta quidā

f ¶*Expectat.*] argu. ꝙ licet non interceſſit pactio, peccat tn̄ qui expectat remunerationem, ſicut fœnerator, vt 14. q. 3. c. 1. Sed nunquid peccat qui iudici dat pecuniam vt iuſtè iudicet? dicunt quidam: ſi dans hoc exprimit, ꝙ ideò det pecuniam vt pro eo ferat ſnīam, turpiter facit: nec tunc repetet quod dedit. ſed ſi ſimpliciter det ei vt iuſtè iudicet, vel vt iuſtè teſtetur, non peccat, & tunc repetet quod dedit [a]. 14. q. 5. nō ſanè. Pleriq; doctores legū dicunt: qualitercunq; det, non repetit: quia voluit corrumpere iudicem, vt ff. de condi. ob tur. cau. l. 2. & venales ſentētiæ nullę ſunt. 2. q. 6. §. venales.

g ¶*Ab omni.*] ſ. 1. q. 1. ſunt nonnulli.

ILla.] CASVS. Mauritius Imperator furiosè delinquentes feriebat qnque. quare Greg. ex hoc eum redarguit: quia tempore cōmotionis iudex putat eſſe iuſtū quod facit: & tamen eſt iniuſtum. vnde iudex iudicare non debet, niſi mente tota tranquilla & pacifica.

h ¶*Commotionis.*] Iudex ergo cum oſtenditur, debet dare inducias. arg. 23. q. 5. c. 2. & 5. q. 2. relatum. in fi. & q. 5. qui ambulat.

IRa.] CASVS. Docet hic Ambr. quòd prælatus in corrigendo delinquentes, iram debet à ſe remouere. Et hoc probat duabus auctoritatibus, ſcilicet Chriſti, & Pauli.

i ¶*Coërcere.*] Iudex non debet plus iuſto incandeſcere in eos quos malos putat. ff. de off. p̄ſid. obſeruādū.

k ¶*Vindicantes.*] repercutiendo. 23. q. 1. §. 1. aliàs poſſumus vim vi repellere. ff. de iuſt. & iu. vt vim. & C. vnde vi. l. 1. [b]

CVm apud.] CASVS. Quidam miles impetu furentis populi apud Theſſalonicam fuit interfectus: quo audito Theodoſius Imperator atrocitate ſceleris commotus, ad ludos Circenſes iuſſit populum cōuocari: & præcepit militibus vt populum indifferenter obtruncarent. Super quo facto cū ab epis Italiæ redargueretur, in conſpectu eccleſiæ indumētis regalib. depoſitis publicā pœnitentiā egit: & ſtatuit: vt ſententiæ principum ſuper capitali cauſa prolatæ, ab executorib. vſq; ad dies xxx. differantur, vt locus eſſet miſericordiæ, ſi videretur expedire, vel æquitati conſonare.

a ¶Ani-

" iudici dās pecuniā vt iuſtè iudicet, an peccet.

† al. pecunia

a Ad hoc ff. de cond. ob tur. cau. l. 3. & l. ſi ob turpem. Arc.

† al. munerū

Eſa. 33.

4 Bur. l. 15. c. 29. Iuo p. 16. c. 30.

† al. ira

Rom. 12.

Luc. 9.

b Vt ſ. 1. di. ius naturale. & ſic hoc verbū Apoſtoli eſt cōſiliū. ſed ſubtilius intuētibus videt eſſe præceptum, ſecundum Lau.

“Sententia intra quod tempus mãdetur executioni.

“Sententia ſuper crimine lata ſtatim mandatur executioni preter quàm in caſibus quinque.

a ¶*Animaduerſione.*] “In ciuilibus cauſis ſi actio eſt perſonalis,vſq; ad quatuor menſes non mandatur ſententia executioni.ext.de off.deleg.quærenti.ſi eſt realis, ſtatim mandatur executioni,vt inſti.de off.iu.§.1. “Sed ſi ſententia ſit lata ſuper crimine,ſtatim mandatur executioni,vt 2.q.1.ſicut.C. de pœ.cum reis. niſi in in caſibus, ſ.cum princeps ex iracundia tulit ſententiam, vt hic, & C. de pœ. ſi vindicari. Item cum ſententia lata eſt contra mulierem prægnantem, differtur executio vſq; ad tẽpus partus. ff.de pœn.prægnantis. Item ſi eſt lata in ſeruum, differtur executio quouſq; domino reddiderit ratiocinia. C. de bo. proſc. l.1. Item differtur qñ inſula eſt aſſignanda à principe. 2.q.6.biduũ. §.ſi quidem. Item differtur cum quis eſt cõfeſſus de crimine[a] donec appareat an velit in confeſſione perſeuerare. C. de cu. re. l. 2. Hæc habentur in his verſibus:

† al.exegit

a Hoc ideò quia nõ ſtatur confeſſioni, niſi cõfitens perſeueret. ff. de quæſtio.l.1. §. diuus. & §.ſi quis vltrò.Arc.

In perſonali poſt menſes quatuor,in re
Protinus eſt omnis ſententia perficienda.
Sic in criminibus: ſed caſus excipe quinq;:
Confeſſus, prægnans, iratus, & inſula, ſeruus.

† al. Gregorius

SVmmoperè.] Casus. Quidam rectores eccleſiæ, vel ſeculares iudices ex leuitate vel furore ſententias proferebant. Sed Greg. docet hoc non eſſe faciendum: ſed rè pleniter inueſtigata, ſine acceptione perſonarum ſecũdum leges & canones dicit eſſe definiendum: & hoc probat exẽplo Moyſi, qui querelas populi ad Deum referens iuxta Domini præceptũ iudicabat: nos inſtruẽs vt nõ ex corde noſtro, ſed ex præcepto Dei condemnationis & abſolutionis ſententiam proferamus. Seq. duo c.plana ſunt.

1 Bur.l.16. c.1. Anſel. l.13.c.25.

† reuoluitur

Exod.33.

b ¶*Qui publica.*] id eſt ſecularia.

c ¶*Aut furore.*] 2.q.1.Deus omnipotens. ĩ.30. q.5.iudicantem.

d ¶*Reſoluatur.*] id eſt aperiatur.

e ¶*Et tunc ſecundũ.*] Tamen bene tenetur iudex iudicare ſecundum qđ ſibi videtur,vt in auth.iuſiur.qđ pręſt. ab his.§.2.coll.2.ff.de arbit. qualem. “Et eſt argu. quòd ſecundum allegationes potius quàm ſecundum conſcientiam ſit procedendum,vt s̃.35.q.7.iudicet.

“Iudex an ſecũdũ conſcientiã debeat iudicare.

“Aduocatus an poſſit operas ſuas locare.

f NOn licet.] ¶*Iuſtum.*] Multò magis iniuſtum.14.qu.5. non ſanè. “Gan.dixit ꝙ aduocatus, vel iuriſperitus non debet vendere vel conſilium vel patrocinium: quia ſi cauſa eſt iniuſta,nõ debet iudex eã aſſumere: imo ſemper acceptam,vel aſſumptam deſerere debet. C.de iud. rem nõ nouam.ſi eſt iuſta,gratis tenetur conſulere, vel patrocinari. & dicit Auguſtinum hic loqui ſecundum leges. Sed tu dicas ꝙ tales operas bene põt locare quis[b]. nemo enim de ſuo cogitur facere beneficium.10. q.2. precariæ. Tamen dico, ꝙ ſi ſine labore poſſunt dare cõſilium nõ reuoluendo libros, nec laborando in perlegendis allegationibus: tunc gratis[c] tenẽtur ſubuenire.De iudice delegatò dicas, ꝙ nihil poteſt petere niſi expenſas. ext. de vi. & ho. cle. cum ab omni. modica tamen xenia poteſt petere, vel accipere: dum tamen talia ſint quæ iudicantis animum non immutent.arg.extrà de ſimo. & ſi quæſtiones. quia illa non computantur inter lucra. ff. de offic. proconſ. l.ſolet. §. vlt. nec huiuſmodi xenia debent excedere in anno 100. aureos. ff. ad leg.Iul.rep. l.ea.in fi.teſtis etiam ſumptus petit. vt 4.quæſt.3.venturis. Ordinarius autem iudex non poteſt expenſas petere, cum ei certi ſunt reditus ſtatuti. 23.quæſt.1.militare[d].

b Adde an & qñ aduocatus poſſit paciſci de ſalario.glo.2.in l.ſumptus. ff.de pac. & l.ſi q aduocatorum. & ibi Cyn. C.de poſt.

c Contrarium tenet Ioan.An.in Merc.Fran. Purp.in l.ſi me & Titiũ. in princ. ſi cer.pet. Hiero. Cagnol. chart. 46. col.2. de of. aſſeſſo. niſi paupi. Alb. l. 1. C. de poſt.

d Si vis de iſta materia plenaĩ hĩc notitiam, vi deas quod no. in Spec. lib.1. de ſalar.§.1.& de aſſeſ. §.ſalarium. Arc.

vir ex militaribus impetu fuiſſet populi furentis extinctus, Theodoſius repentini nuncij atrocitate ſuccenſus ad ludos Circenſes inuitari populum, eiq; ex improuiſo circumfundi milites,atq; obtruncari paſſim vt quiſque occurriſſet, gladio iubet, & vindictam dari nõ crimini,ſed furori: ob hoc, cum à ſacerdotibus Italiæ argueretur,agnouit delictũ,culpamque cum lachrymis profeſſus, publicam pœnitẽtiam in conſpectu totius eccleſiæ egit†: & in hoc ſibi tempus ad ſcriptum abſque regali faſtigio patienter impleuit. Quibus omnibus illud quoq; mirabiliter adiecit. Lege ſanxit in poſterum,vt ſententiæ principum ſuper animaduerſione[a] prolatæ, in diem trigeſimum ab executoribus differrentur: quò locus miſericordiæ,vel,ſi res tuliſſet,pęnitentiæ non periret.

Item ex † dictis Gregorij.

¶In dictandis ſententijs rectores, nullo furore ducantur.

CAP. LXX.

1 SVmmoperè præcauere debent rectores eccleſiarum, & qui publica[b] iudicia exercent, vt in dictandis ſententijs nullatenus leuitate,aut furore[c] ducti ſint præcipites: ſed cauſis prius diligẽter ventilatis, cum res, quæ ignorabatur,pleniter ad notitiam venerit: tunc diuina, & humana lex reſoluatur †[d]: & tunc ſecundũ[e] quòd tibi conſtitutum eſt, remota perſonarum acceptione, definitiua proferatur ſententia. Hinc eſt quòd Moyſes querelas populi ſemper ad Dominum tabernaculum ingreſſus referebat, & iuxta quòd Dominus imperabat, iudicia proponebat: nimirum nos inſtruens, vt nõ ex corde noſtro,ſed ex præcepto diuino condemnationis, vel iuſtificationis ſentẽtiam proferamus.

¶*De non præcipitanda ſententia leguntur nonnulla apud B.Gregoriũ, lib.9.Moral.c.23. ad ea verba Iob, Cauſam,quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam, & lib.12. regeſti,epiſt.26.& alibi.*

Item Auguſt.ad Macedonium, epiſt.54.

¶Iuſtum iudicium vendi non poteſt.

CAP. LXXI.

2 NOn licet iudici vendere iuſtum[f] iudicium, & ſi liceat aduocato vendere iuſtum patrocinium,& iuriſcõſulto rectum conſilium.

2 s̃.14.q.5. c.ſi.

¶*Propria verba B.Auguſtini referuntur* ĩ.14. *quæſt.5. c.ſin.verſ. ſed non ideò.*

Item Iſidorus libro 3.de ſummo bono,c.58.

¶De eodem.

CAP. LXXII.

3 PAuper[g] dum non habet quod offerat, non ſolùm audiri contemnitur,ſed etiam contra veritatem opprimitur.

3 Bur.l.16. c.28.

4 Citò violatur auro iuſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat[h].

4 Adde an pauperi teneatur aduocatus impẽdere gratuitum patrociniũ: & dic ꝙ ſic, vt no. Albe.de Ro. l. 1. C. de poſt.

Huic itaque ſententiæ,quę non amore iuſtitiæ, ſed ex alia qualibet cauſa fertur in quemquam, humiliter obediendum eſt.

Vnde in Nicæno concilio,c.5.[5]

5 Et in Aquiſgran. c. 42.

¶Non recipiantur ab alijs,qui ſuorum epiſcoporum contrahunt offenſam.

CAP. LXXIII.

6 SEruetur iſta ſententia, vt hi,qui ab alijs excommunicantur, ab alijs[i] ad communionẽ non recipiantur. Requiratur ſanè, ſi fortè ex aliqua indignatione † animi, aut contẽtione, aut qualibet tali commotione † epiſcopi[k] ſui abſtenti † ſint[l]. & infrà. ¶Vt ita deinum hi, qui ob culpas ſuas epiſcoporum[m] ſuorum offen-

6 Bur.l.11. c.36. Iuo p. 14. ca.100. Pol.l.7.ti.j.

† μικροψυχία

† ἀηδία

† al.excommunicati ἀποσυνάγωγοι

g PAuper.] 23.q.4. ne amiſſo.

h ¶*Exiſtimat.*] ſimile diſt.50.ſi lapſis.

HINC ITAQVE. Casvs. Concludit Gratianus ex ſupradictis cap. dicens ꝙ quãuis ſententia non feratur amore iuſtitiæ, tamen ei humiliter eſt obediendum.

SEruetur.] Casvs. Quæſitum fuit in Nicęno concilio, vtrũ illi qui ſunt excommunicati ab ẽpis ſuis, ſint ab alijs epiſcopis recipiendi? Et reſp. quòd non: ſed requirendum eſt vtrum iuſtè vel iniuſtè ſint excommunicati, vt ſi iniuſtè fuerint excommunicati, abſoluantur. Illi verò qui iuſtè fuerint excommunicati à cæteris epiſcopis habeantur excõmunicati quouſque reſipiſcant.

i ¶*Ab alijs.*] licet etiam priuilegiati ſint aliqui: tamen tenentur vitare excommunicatos.

k ¶*Epiſcopi.*] extrà de ſent.excom.nulli.

l ¶*Abſtenti ſint.*] id eſt, excommunicati ſunt.

Additio. s̃.ea.ſi quis laicus.in princ.

m ¶*Epiſcoporum.*] Ergo ſi ex iuſta cauſa ẽpus aliquem excommu-

communicauit, ſuperior non debet abſoluere eum, ſed debet eum remittere abſoluendum ad epiſcopum, etiamſi appellatum ſit ad ipſum. quod verum eſt, cum euidens eſt ipſam ſententiam eſſe iuſtam. extra de ſen. exc. c. per tuas. in fi. alioquin ſecus, vt ead. decret. ē. ea. ſi epiſcopus forte.

ITEM SENTENTIA. CASVS. Hic Grat. oſtendit ſecundū membrum diſt. ſcilicet quòd ſententia tūc eſt iniuſta ex ordine, quando iudiciario ordine non ſeruato aliquis pp culpam ſuam condemnatur: quod non eſt faciendum, & hoc probat per ſeq. cap. Duo ſequentia c. plana ſunt.

a ¶ Raue.] ē. diſt. 33. c. vl. de hoc notatum eſt. ſed vbi ius dubium eſt, benè fertur ſnīa certa. 30. q. 3. c. vl. quandoque etiā in dubio facto certum ius ſtatuitur. extra de ſponſ. iuuenis.

b ¶ Vamuis.] ¶ Iudici.] Arg. quòd iudicandum eſt ſecundùm allegata, & non ſecundum opinionem iudicis.

EOrum.] CASVS. Quæſitum fuit à Damaſo Papa, vtrum crimina aliquorū ſint examinanda, vel puniēda antequam canonicè vocentur ad ſynodum. Et reſpondet q̄ non: quod probat auctoritate Salomonis: & quamuis obiecta crimina ſint manifeſta, non tā iudici tanq̄ iudici: & ideo ſemper eſt examinatio facienda.

c ¶ Intelligat.] nam niſi intelligat, non dicitur fieri eo præſente. ff. de ver. ſignifi. coram.

d ¶ Intellige.] aliàs dicitur: ſicut praue intellexiſti, ſic prauè reſpondes. de conſecr. diſt. ſecunda. cap. primo.

e ¶ Apertiſſima.] id eſt, aperta & manifeſta: non tamen vt iudici notoria. Vel intellige cum iudici eſt manifeſta.

f ¶ Contrariorum.] id eſt, aduerſariorum.

g ¶ On ſolùm.] ſuprà 86. diſtinct. c. ſi quid. ſuprà eadem quæſt. cap. in cunctis. & cap. ſi quis dixerit.

CVM ERGO. Hæc eſt ſexta pars quæſtion. in qua probat, quòd ſi ſententia excommunicationis ex ordine nulla fuerit, tamen ſeruanda eſt, etiam ſi ſit ex cauſa iniuſta: quia ligatur propter contemptum. & hoc probat per viginti duas auctoritates. Ioan. de Fan.

† al. dicatur

† al. pœnitētiam medicina.

1 Ivo p. 5. c. 247. Pann. l. 4. c. 114. 30. q. 5. ſi quis diuinis] ex Sixto.

† facilè ſūt. Orig. Aliquot verbis mutatis.

2 Anſ. l. 3. c. 51.

† al. veritatem.

Eccleſ. 11. ſecundū 70.

† al. deputati.

ſas meritò cōtraxerunt, dignè etiam à cæteris excommunicati ſimiliter habeantur, quouſque epiſcoo A ſuo viſum fuerit humaniorem circa eos ferre ſententiam.

A ¶ Epiſcopo ſuo.] *In priſca verſione q̄ eſt, in collectione Iſidori, & huic valde ſimilis eſt legitur*, quouſque in communi, vel ipſi epiſcopo ſuo: *nec multò aliter in altera vulgata verſione, græce eſt, μέχρις αὐ τῷ κοινῷ τῶν ἐπισκόπων δόξῃ. id eſt*, quouſque cōmuni epiſcoporū videatur.

Item ſententia eſt iniuſta ex ordine, quando non ſeruato iudiciali ordine quilibet pro ſua culpa dānatur.

Vnde Gregorius ſcribit Conſtantio Mediolanenſi Epiſcopo, libr. 8. epiſt. 30.

¶ Res dubia non definiatur certa ſententia.

CAP. LXXIIII.

GRaue a ſatis eſt, & indecens, vt in re dubia certa detur † ſententia.

Item Auguſtinus in libro de pœnitentia †, cap. 3.

¶ Non credantur, quæ certis indicijs non demonſtrantur.

CAP. LXXV.

1 QVamuis vera ſint quędam, non tamen iudici b ſunt † credenda, niſi certis indicijs demonſtrentur.

Item Damaſus Papa epiſtola 6.

¶ Antequàm examinentur, aliqui non iudicentur.

CAP. LXXVI.

2 EOrum, qui accuſantur, cauſas diſcutere non licet, priuſquàm canonicè vocati ad ſynodum veniant, & præſens per præſentem agnoſcat veraciter †, & intelligat c quæ ei obijciuntur. Quod benè, & per ſapientiam Salomonis A dicitur [Antequàm ſcruteris, ne reprehendas. Intellige d prius, & tunc increpa. Antequàm audieris, ne reſpōdeas.] Et licet apertiſſima e ſit contrariorum f reprehenſio, verumtamen oportet ab his, qui dati † ſunt ad eorum examinationem ordinem ſeruari.

A ¶ Salomonis.] *Citat librum ſapientiæ Sirach, id eſt, Eccleſiaſticum, nomine Salomonis. Et ſic citatur etiam à B. Gregorio. 1. q. 1. non eſt putanda. & à Cypriano lib. 3. ad Quirinum. c. 20. & à Clemēte Alexandrino Stromatum libr. 7. & ab Origine hom. 18. in Numeros. & ab Hilario in Pſalm. 67. & ab alijs patribus: cuius rei rationem reddidit B. Auguſtinus l. 2. de doctr. Chriſtiana, c. 8. & alibi.*

Item ex octaua ſynodo. [3]

¶ Qui falſum de alio profert, & is qui crimina credit, vterque reus eſt.

CAP. LXXVII.

NOn ſolùm g ille reus eſt, qui falsū de alio profert, ſed & is, qui aurem citò criminibus præbet.

¶ *De hac inſcriptione octaua ſynodi, notatū eſt ē. ea. q. 3. ſi quis frater.*

6 *Cum ergo ſententia ex ordine iniuſta eſt, nec tunc ab ea recedendum eſt; quin etiam, antequàm ſententia daretur in eum, pro qualitate reatus ſui ligatus apud Deum tenebatur. Contingit aliquando, vt adulter ſententiam pro ſacrilegio h reportet, cuius reatū in conſcientia non hēt i. Hæc ſententia & ſi iniuſta ſit, quia non eſt in eo crimen, ſuper quod lata eſt ſententia: tamen iuſtè ab eo reportata eſt, quia ex reatu adulterij iamdiu apud Deum excommunicatus fuerat. Et in hoc caſu intelligenda eſt illa auctoritas Gregorij [4 Sententia paſtoris, &c.] Iuſtam ſententiam vocat, quando crimen ſubeſt, ſuper quod fertur: iniuſtam, quando illud non ſubeſt: quæ tamen timēda, vel ſeruanda eſt: quia ex alio iam dudum damnandus erat. Vnde, cum præmiſiſſet Gregorius [5 Vtrum iuſtè an iniuſtè obliget paſtor, paſtoris tamen ſententia gregi timenda eſt] ſubſecutus adiecit [Ne is, qui ſubeſt, & cum iniuſtè forſitan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam ex alia culpa mereatur. Paſtor ergo uel abſoluere indiſcretè timeat, vel ligare. Is autem, qui ſub manu paſtoris eſt, ligari timeat vel iniuſtè: nec paſtoris ſui iudicium temerè reprehendat: ne, & ſi iniuſtè ligatus eſt, ex ipſa tumidæ reprehenſionis ſuperbia, culpa, quæ non erat, fiat.] ¶ Aliquādo nullum ſubeſt crimen, & tamen vel odio iudicis, vel factione inimicorum oppoſitam ſibi ſententiam damnationis in ſe excipit.*

Vnde Gregorius ait. [6]

¶ Quot modis humanum iudicium peruertitur.

CAP. LXXVIII.

7 QVatuor k modis peruertitur humanum iudi-

k ¶ Quatuor.] Eſt & quintus modus, quando iudex pauperibus miſeretur, vt 23. quæſtion. 4. eſt iniuſta. & capit. ne amiſſo.

CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, quòd licet ſententia ſit iniuſta ex ordine: ei tamen eſt obediendum, & allegando quandam falſam rationem aſſignat, dicens aliquando contingere, quòd aliquis ligatus eſt apud Deum pro aliquo reatu: & tamen pro reatu alio quem non fecit condemnatur: velut, ſi adulter de crimine ſacrilegij qđ non fecit, non ſeruato ordine iudicario condemnatur: quæ tamen ſententia tenet non ſacrilegij ratione quod non fecit, ſed ratione adulterij, pro quo iamdiu apud Deum fuerat excommunicatus. Et ad hoc probandum inducit cap. Gregor. ſuprà e. ſententia. & exponit capitul. illud qualiter inteligi debeat.

h ¶ Pro ſacrilegio.] G. malè intelligit illud capit. ſuprà. e. c. 1. innuit enim hic, quòd etiam tunc timenda ſententia paſtoris quando vel illud crimen, pro quo eſt excommunicatus, vel aliud eſt in eo: aliàs ſi nullum eſt in eo crimen, nulla eſt, vel non eſt timenda ſēntentia. & fuit deceptus ex illo verbo, ſiue ex alia culpa mereatur. ſed Gregor. vocat aliam culpam, quam de nouo quærit: contemnendo ſcilicet excommunicationem a. Vel dicas eum allegando b hoc dicere.

i ¶ Non habet.] Sic 24. quæſtion. 3. notandum. in fin. vbi dicitur, quòd iniuſta excommunicatio non nocet, niſi contemnatur. ſic extra de ſententia excommunicat. cap. per tuas. ſic nec denuntiatio iniuſta eſt contemnenda. extra de noui operis nuntiatione. ca. cum ex iniuncto.

ALIQVANDO. CASVS. Hic proſequitur tertium membrum, ſ. quando ſententia eſt iniuſta ex cauſa: ſcilicet quando nullū crimen ſubeſt, ſed odio iudicis, vel machinatione aduerſariorum ſeruato ordine iudiciario condemnatur. quod probat ſeq. cap.

QVatuor.] CASVS. Docet hic Gregor. quòd quatuor ſunt, quibus humana iudicia peruertuntur: ſ. timor, cupiditas, odiū, & amor: & de quolibet ponit exemplum.

3 Iſid. l. 3. de ſum. bono, c. 59.

a Et hoc patet in fi. §. ibi fiat culpa.

b Ad hoc dictum facit ſ. e. §. hæc etſi. & c. vbi patet q̄ ita intellexerit vt dictū eſt Arc.

4 ſ. e. c. 1.

5 Hom. 26. in Euang.

6 Iſid. l. 3. de ſum. bo. capi. 59.

7 Burc. l. 16. c. 28.

amiſſo. Item ſunt alij duo modi: nimia ſeueritas:& nimia remiſſio, vt 45.diſ.diſciplina.non enim eſt conſtans iudex cuius animi motum vultus detegit.ff.de off. præſid.obſeruandum. Item eſt & alius modus quando per imprudentiam malè iudicat.inſti.de obl.quæ ex quaſi del.naſc. §.1.

cium: timore [a], dum metu poteſtatis alicuius, veritatem loqui pertimeſcimus: cupiditate, dum præmio animum† alicuius corrumpimus: odio, dũ contra quemlibet aduerſariũ† molimur:amore,dum amico [b], vel propinquo complacere cõtendimus.

¶ *Apud Gregorium non eſt inuentum: ſed apud Iſidorum (quem citat Burchardus) & paulò etiam plenius: & ſequitur nonnullis interiectis poſt c.qui rectè.ſ.ea.*

Quàm verò graue ſit vel odio, vel amicitia,vel metu, vel munere, vel quolibet modo iudicium peruertere, teſtatur Hieronymus in Amos, c.6. dicens. [1]

¶De ijs,qui aliquo modo iudicium peruertunt.

CAP. LXXIX.

QVicunque aut conſangui nitate, aut amicitia, & ècontrario vel hoſtili odio, vel inimicitijs [c] in iudicando ducitur: peruertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia, & fructum illius vertit in amaritudinem.

Item Auguſtinus ad Caſulanum. [2]

¶ De ijs qui metu poteſtatis veritatem occultant.

CAP. LXXX.

3 QVisquis metu cuiuslibet poteſtatis veritatem occultat [d], iram Dei ſuper ſe prouocat:quia magis timet hominem, quàm Deum, *& poſt pauca.*¶ 4 Vterque reus eſt,& qui veritatem occultat [e], & qui mendacium dicit: quia & ille prodeſſe [f] non vult, & iſte nocere deſiderat.

¶*Caput hoc non eſt inuentum apud B. Auguſtinum, cuius poſteriorem partem citat etiam Burchardus ex dictis Auguſtini. Simillima legun tur in eod.lib.3.Iſidori,c.59.*

Item.

¶De eodem.

CAP. LXXXI.

iij NEmo peritorum, aut prudentium putet, ꝙ minus ſit periculum in verbis, lingua [g] mentiendo, quàm manibus ſanguinem fundendo. Melius [h] eſt autem pro veritate pati ſuppliciũ, quàm pro adulatione recipere beneficium.

Item Pelagius Papa II. epiſt. 2. Benigno Archiepiſcopo.

¶De eodem.

CAP. LXXXII.

VNicuique prouidendum eſt,ne aliquem iniuſtè pſequatur, iudicet, vel puniat, ne Ieſum [i] perſequatur, iudicet,vel puniat.

Hic quoque,qui veritatem pro pecunia negat,uel falſum teſtimonium contra aliquem dicit,Deum negare, vel vendere probatur.

Vnde Beda ad c.14.Marci. [5]

¶Qui falſum teſtimonium dicunt, & veritatem pro pecunia negant, ſceleris Iudæ participes fiunt.

CAP. LXXXIII.

ABijt Iudas ad ſummos ſacerdotes, & conſtituerũt ei pecuniã ſe daturos.] ¶Multi hodie ſcelus Iudæ,quia Dominum,ac magiſtrum,Deumque ſuum pecunia vendiderit, velut immane,& nefarium exhorrent: nec tamen cauent. Nam cum pro muneribus falſum contra quemlibet teſtimonium dicũt,profectò, quia veritatem pro pecunia negãt, Deum pecunia vendunt [k]. Ipſe enim dixit [Ego ſum veritas] Cum ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordiæ peſte cõmaculant,Deum produnt: qa Deus charitas eſt. ¶Qui ergo charitatis, & veritatis iuſſa ſpernunt, Deum vtique, qui charitas eſt & veritas, prodũt: maximè cum non infirmitate [l], vel ignorantia peccant, ſed in ſimilitudinem Iudæ quærunt opportunitatem, qualiter arbitris [m] abſentibus mendatio veritatẽ,virtutẽ crimine mutent.

Item Hieronymus in epiſtolam ad Titum,c.1.in extremo.

¶Chriſtum negat, qui peruerſis ſe ſocium facit.

CAP. LXXXIIII.

EXiſtimant quidam in eo tantùm Chriſtum negari, ſi in perſecutione quis à gentibus comprehenſus, ſe renuerit eſſe Chriſtianum. Sed ecce Apoſtolus omnibus,

---

a ¶*Timore.*] Sed nũquid tenet ſententia, quam iudex per metũ tulit? ſic: ſed elidi poteſt per exceptionem [a]. 25.q.1.omne.ff.de fur. interdum.§.1.Arg.contra.ff.de acq.hær.l.6.§. vlti. ſententia autem ꝗ per præmium lata eſt, nulla eſt,vt 2.q.6.§. venales. ſed ſi odio, vel amore lata eſt:bene tenet, ſed irritatur. ff. ad Trebel.l.ſeruo. §. cum prætor.Ioan.

b ¶ *Dum amico.*] de hac amicitia,vel inimicitia nota.3.q.5.c.1.

c ¶ *Inimicitijs.*] Q*Vicunque.*] videtur ꝙ iudex æquè poſſit recuſari propter nõ capitales ſicut propter capitales inimicitias,vt 3.q.7. iudices. extr. de app. ad hoc. vnde patet ꝙ pro minori cauſa recuſatur iudex quã teſtis,vt dixi 3.q.5. accuſatores. ſed ideo " quia facilius habentur mille iudices quàm vnus teſtis. ext. de app. poſtremò.

Q*Viſquis.*] CASVS. Docet Auguſt.ꝙ excuſari nõ debet qui metu alicuius poteſtatis celat in iudicio veritatẽ: quia vterque reus eſt, & qui veritatẽ occultat, & qui mendacium dicit: quia ille prodeſſe non vult: & iſte nocere dſiderat.

d ¶ *Occultat.*] tunc ſcilicet cum inducitur in teſtem: aliàs bene poteſt: & etiam debet quandoque quis occultare veritatem, vt 22. q.2.primum.ver.ſeptimũ.& c. ne quis. & 43. diſt.in mandatis. & cũ à Chriſto quæreretur quid eſt veritas, non reſpondit [b].

e ¶ *Occultat.*] ff. de fal. ſi quis obrepſerit.

e ¶*Occultat.*] contra 22.quæſt.2.ne quis arbitretur.

f ¶*Prodeſſe.*] aliquis ergo cogitur alij prodeſſe, cum ſibi non obeſt. ff. de aqua plu. arc. l.2. §. item Varus.

N*Emo.*] CASVS. Quæritur quis magis peccet, an qui mentitur, an qui ſanguinem effundit? Et reſpond. quòd æqualiter peccant. vnde non debet aliquis mentiri, ſed melius eſt pro veritate pati ſupplicium: quàm pro mẽdacio recipere beneficium. *Melius.*,electiuè ponitur. Sequens cap.planum eſt.

g ¶*Lingua.*] mentiendo de aliquo, propter quod ipſe perdit vitam. talis enim dicitur homicida. infra de pœnit.diſtict. 1. periculosè.50.diſtinct.ſi quis viduam.

h ¶*Melius.*] electiuè, vt infra eadem, iniuſtum. vigeſimaſecunda, quæſt.prima. conſiderat.

V*Nicuique.*]

i ¶*Ne Ieſum.*] ſeptima, quæſtio. prima. cap. omnis qui gemebat.

HIC QVOQVE CASVS. Dictum eſt ſuprà in præcedenti capitu. quòd qui iniuſtè aliquem condemnat, Deum negat. Dicit nunc Gratianus quòd ſic Deum negat,qui veritatem occultat pro pecunia, vel falſum teſtimonium dicit. qđ probat per ſequen. capitul.

A*Bijt Iudas.*] CASVS. Beda in hoc cap. 1. ponit verba Marci Euangeliſtæ, quæ durant vſque ibi, *Multi.* Poſteà dicit, quòd multi hodie abhorrent ſcelus Iudæ, qui Deum pro pecunia vendidit: & tamen idem committunt. Nam qui dicit falſum teſtimonium pro pecunia, Deum negat, qui eſt veritas. Similiter qui fraternam ſocietatem diſcordat & commaculat, Deum qui charitas eſt prodit, maximè cum non ex infirmitate, vel ignorantia hoc facit, imo faciendi opportunitatem quærit.

k ¶*Vendunt.*] quantum in ſe eſt ": nam ipſe vendi non poteſt. prima, quæſtione tertia, capitul. Saluator. Vel vendunt, id eſt, à ſe ſeparant ſicut venditor rem venditam à ſe ſeparat & alienat pretio accepto: ita iſti Deum à ſe alienant pretio accepto. & ſic dicitur per ſimilitudinem.

l ¶ *Infirmitate.*] Corporis [c]. nam infirmus neſcit quid faciat. decimaſeptima,q. ſecũda,cap.Gonſaldus.

m ¶*Arbitris.*] id eſt, bonis viris, ſicut Iudas captauit abſentiam Apoſtolorum.

E*Xiſtimant.*] CASVS. Quidam putant quòd Chriſtus tunc tantùm negaretur, cum à paganis quis captus ſe negauit Chriſtianum eſſe. Sed probat Hieronymus auctoritate Apoſtoli, quòd

---

† al.muneris alicuius corrumpitur] Iſid.

† al.aduerſa a Sub. & ſic d3 intelligi j.e. iniuſtũ. vbi de hoc, ſecũdum I. de.F.

1 Similia apud Iſid. eo. l.3.ca. 57.& apud B.Hie. in Amos, c. 6. ad illud [qui conuertiſtis in amaritudinẽ iudicium.]

" Recuſatur iudex facili" quã teſtis.

2 Iſid. ibid. c.59.

3 Deuſd. p. 1.Bur.l. 16. c.12.

4 Extra de cri.fal. c.1.

b Adde hoc qđ dicã 22. q.2.5. itẽ qđ dicitur.Arc.

5 Et ad cap. 26. Math.

Marc.14. Matth.26.

Ioan.14.

1.Io.4.

" Deus vẽdi non poteſt.

Matth.26.

c Vt 15.q.1. §.itaque.

Tit.1.

quòd non ſolùm Dominus verbis negatur, ſed etiam prauis factis, ſicut etiam bonis factis Deum confitemur. & oſtendit quòd non ſolùm illi ſunt à Deo reprobandi, qui in martyrio ipſum negant, ſed & illi quorum ſermone, opere, & cogitatione Chriſtus negatur. & omnes illos confitebitur Chriſtus coram Patre, quorum opere bono & ſermone Chriſtus eſt confeſſus. Paſſiuè ponitur hæc dictio, *Confeſſus*, & *Vel*, ponitur pro, id eſt, poteſt etiam propriè poni.

a ¶ *Factis*.] No. "quòd ipſo facto negamus Chriſtum, vt hic [a]. ipſo facto mentimur. 22. quæſtio. 5. cauete. Ipſo facto appellamus, extr. de ap. dilecti. Ipſo facto habemus ratum. ff. de inoff. teſt. ſi proponas. §. 1. ff. rem rat. hab. l. 5. Ipſo facto eligimus. extr. de ijs quæ fi. à ma. par. cap. ex ore.

"ipſo facto multa fiunt.

a Et ſic hẽs hic arg. quòd qui ope negat loquitur, cõfitetur, prędicat. 24. q. 5. cauete. 46 diſtin. habet hoc. & 1. q. 1. cum annis. Arch.

Matt. 10.

b ¶ *Negat*.] Quidam habent, negatus negat, vt hic.

† al. ſed per oia opera, ſermones, cogitatiões Chriſtus vel negat[a], &c.

NOn ſolùm.] CASVS. Quæſitum eſt ab Aug. vtrum ille qui timore mortis negat ſe eſſe Chriſtianũ Chriſtum negare dicatur? Et reſpon. quòd ſic, quia non ſolùm negat ille Chriſtum qui dicit eum non eſſe, ſed etiam qui negat ſe Chriſtianum, quod probatur exemplo Petri, qui Chriſtum negauit eo ipſo quòd ſe eius diſcipulum eſſe negauit.

Act. 1.

c ¶ *Non ait*.] Arg. hic & ex præcedenti capit. quòd qui vnum dicit, & omne id quod ſequitur ex illo dicit, vt ſ. diſtin. 8. quo iure. extr. de do. & cont. cum dilecti. in fi. extra de off. de leg. cum ſuper. ff. quod metus cauſ. l. 1.

Luc. 22.

Luc. 11.

d ¶ *Negare Chriſtum*.] "ſed quid ſi aliquis coactus negat Chriſtum ore, ſed corde non negat? non videtur peccare: nam ex corde procedunt vitia. 15. q. 6. c. 1. & Deus cor interrogat. 14. q. 5. ſi quid. tñ dico quòd mortaliter peccat: quia nulla conditione debet ad hoc adduci. 12. q. 2. primum. Nam etſi non vult negare Chriſtum, vult tamen iſtud propter quod negat, ſ. vitam. 15. q. 1. merito.

" Chriſtum negans etiã ſolo ore, peccat.

quę peruerſa ſunt, factis[a], Deũ aſſerit denegari. Chriſtus ſapientia eſt, iuſtitia, veritas, ſanctitas, fortitudo. Negatur per inſipientiam ſapientia, per iniquitatem iuſtitia, per mendacium veritas, per turpitudinẽ ſanctitas, per imbecillitatem animi, fortitudo. Et quotieſcunque vincimur à vitijs atq; peccatis, toties Deum negamus: & ècõtrario, quoties benè quid agimus, Deum confitemur. Nec arbitrandum eſt in die iudicij, illos tantùm à Dei filio denegandos, qui in martyrio Chriſtum denegarunt, ſed † & illos omnes, quorum opere, vel ſermone, vel cogitatione Chriſtus negatus negat [b], vel confeſſus confitetur. De hac puto confeſſione, & diſcipulis præcepit, dicens [Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad extremum terræ.]

Item Auguſtin. tract. 113. ad c. 18. Ioan.

¶ Qui Chriſtianum ſe negat, Chriſtum negare conuincitur.

CAP. LXXXV.

ij NOn ſolũ abnegat Chriſtum, qui dicit eum non eſſe Chriſtum: ſed ille etiam, qui cum ſit, negat ſe eſſe Chriſtianum. Dominus enim non ait [c] Petro, diſcipulum meum te negabis: ſed [me negabis.] Negauit ergo ipſum, cum ſe negauit eſſe eius diſcipulum. Quid autem aliud iſto modo, quàm ſe negauit eſſe Chriſtianum? *Item A tract. 66.* Timendo mortem carnis tuæ, mortem dabis animæ tuæ. Quanta enim vita eſt confiteri Chriſtũ, tanta mors eſt negare [d] Chriſtum. An Apoſtolus Petrus (ſicut eum quidam fauore peruerſo excuſare nituntur) Chriſtum non negauit: quia interrogatus ab ancilla, hominem ſe neſcire reſpondit?

NOlite timere eos.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In j. dicitur, quòd timore mortis non debet aliquis veritatem tacere. In ij. parte tractatur de tribus proditoribus veritatis, ſ. de eo qui pro veritate mendacium loquitur, & de eo qui per timorem negligit veritatem prædicare, & de eo qui veritatem auditam non defendit: Nam ſicut ſacerdos veritatẽ quã audiuit à Deo, dẽt liberè prædicare: ſic laicus veritatem quam audiuit à ſacerdotibus, dẽt liberè defendere,

e ¶ *Nolite timere*.] non remouet naturalem timorem mortis. "naturale enim eſt quemlibet timere & horrere mortem: vnde Ieſus eam timuit, ſicut legitur: Cępit Ieſus pauere & tædere. & alibi. Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. ſed dicit ne in tantum timeamus eam, vt per eius timorem aliquid contra iuſtitiam agamus, vel quod nobis per ſcripturam, vel per magiſtros, vel per reuelationem diuinam reuelatum eſt, ſuſtineamus. vnde ſubdit quaſi exponendo, ne fortè, &c.

"Mortem timere naturale eſt.

A ¶ Item.] *In duobus vetuſtis Gratiani exemplaribus hoc eſt aliud caput, & rubricã habet, De eodem. eſt enim ex tractatu 66. in Ioannem.*

Item Ioannes Chryſoſtomus, [id eſt, Auctor operis imperfecti. in Matth. Hom. 25.]

¶ Veritatem prodit non ſolùm qui pro veritate mendacium loquitur, ſed etiam, qui veritatem non liberè prędicat.

CAP. LXXXVI.

NOlite timere [e] eos, qui occidunt corpus:] ne fortè propter timorem mortis non liberè dicatis quod audiſtis, nec fiducialiter prędicetis omnibus, quod in aure ſoli audiſtis. Sic ergo ex his verbis oſtẽditur, quòd non ſolùm ille ꝓditor [f] eſt veritatis, qui tranſgrediens veritatem, palàm pro veritate mẽdacium loquitur: ſed etiam ille, qui non liberè veritatem pronuntiat, quam liberè pronuntiare oportet, aut non liberè veritatem defendit, quam liberè defendere conuenit, proditor eſt veritatis. Nam ſicut ſacerdos debitor eſt, vt veritatem, quam audiuit à Deo, liberè prædicet: ſic laicus debitor eſt, vt veritatem, quam audiuit quidem à ſacerdotibus probatam in ſcripturis, defendat fiducialiter. Quod ſi non fecerit, proditor eſt veritatis. [Corde enim creditur ad iuſtitiã: ore autem confeſſio fit ad ſalutẽ.]

Matt. 10.

Hæc ſententia potius iudicem lædit, quàm eum, in quem temerè fert. Vnde Auguſtinus ait.

¶ Iniuſtè aliquem anathematizans ſibi, non alijs nocet.

CAP. LXXXVII.

1 ILud planè non temerè dixerim, quòd ſi quiſquã fidelium fuerit anathematizatus iniuſtè: potius ei oberit, qui facit, quàm qui hanc patitur iniuriam [g]; Spiritus enim ſanctus habitans in ſanctis, per quem quiſque ligatur, aut ſoluitur, immeritam [h] nul-

f ¶ *Proditor*.] proditor eſt qui loquitur mendacium, vel non liberè pronuntiat veritatem, vt hic. qui ſibi crimen cognitũ malitioſè publicat. 2. quæſt. 1. ſi peccauerit. qui aliũ circumuenit, & eum in periculum trahit. & 24. q. 3. transferũt. qui res, vel munitiones hoſtibus tradunt. 22. q. 5. de forma. qui ſecreta ſibi commiſſa reuelat. de pęn. diſtin. 6. ſacerdos.

HAEC SENTENTIA. CASVS. Suprà in §. aliquando. dictum eſt, quòd iudex quandoque ex odio cõdemnat non delinquentem. Nunc verò dicit G. quòd talis ſententia potius iudicem lædit, quàm condemnatum: quod probat ſequenti cap.

ILlud.] CASVS. Quidam prelatus iniuſtè quendam ſuum parochianum excommunicauit. quæſitum fuit ab Auguſtino cui talis ſententia potius obſit. Et reſpondet quòd prælato. Et hoc probatur vna ratione, ſcilicet quia ſpiritus ſanctus nulli ingerit pœnam immeritam, & peccata tenet, vel dimittit ſecundum arbitrium Dei, & non hominum. Similiter probat vna ſimilitudine Salomonis dicentis, quòd ſicut paſſer vel auis alia redit illuc vnde volauit: ſic maledictum iniuſtè ꝓlatum reuertitur ſuper maledicentem. Et expone, *tenet*, id eſt, nõ dimittit.

Rom. 10.

1 Anſ. l. 12. c. 67. Poly. l. 7. tit. 1. ſine auctoris nomine.

g ¶ *Iniuriam*.] poteſt ergo agere contra excommunicatorem actione iniuriarum: qđ verum eſt cum dolo excõmunicauit, aliàs non. ff. vi bono. rap. l. 2. §. ſi publicanus. Laur. Imo ſemper poteſt eum conuenire ad intereſſe, niſi iudex probabiliter errauerit. & etiam agere vt aliàs puniatur, extra de ſent. excom. ſacro. 2. quæſtio. 1. nemo. Et ſi temerariè excommunicat, puniatur. ſuprà ead. temerarium.

h ¶ *Immeritam*.] id eſt, ſine cauſa. nam ſine culpa ſæpè aliquis punitur temporaliter. 45. diſt. ſed illud [b].

b Ad idẽ de conſ. di. 1. in ſancta. vbi de hoc. ſ. 1. q. 4. in prin.

a ¶ *Pax.*] id eſt Spiritus ſanctus.

Rom. 5.
b ¶ *Petra.*] id eſt, Chriſtus.

1 Aug. de baptiſmo contra Donat. l. 3. c. 18.
c ¶ *Columba.*] id eſt, eccleſia.

d ¶ *Volans.*] ſupple reuertitur quandoque.

PLerunque.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In j. parte reprehendit Greg. illos prælatos, qui iniuſtè vel indiſcretè ſubiectos ligant vel abſoluunt. In ſecunda parte oſtendit, quòd prælatus debet cauſas cōſiderare, quibus peccator ſit ligandus, vel abſoluendus. Vnde ſi viderit peccatorem interius, id eſt, in mente à Domino viuificatum, abſoluat eū exterius: quod probat exemplo Lazari. Si verò viderit illum impœnitentem, non abſoluat eum, nec remedium ei conferat. Secunda pars incipit ibi *Cauſa ergo*. Hæc ſolutionis verba, ſūt Grego. & non Grat.

2 Proue. 26. ſed paulò aliter.

3 Iuo p. 14. c. 3. Pan. l. 5. c. 78. 79. 80.

† al. iudicij.

e ¶ *Vt ipſe.*] repetit hic tenorem illorum c. s̄. ca. ipſe. & c. iudicare. & c. tunc vera.

f ¶ *Per prophetam.*] Ezechielem 13. c.

† al. hac ipſa

INiuſtum.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres part. In 1. dicitur quòd ſententia lata per metum regis, vel alterius, non valet. In 2. par. dicitur, quòd parū eſt religioſo homini inimicitias non exercere, niſi eas extinguere conetur. In 3. par. dicitur, quòd melius eſt mala humiliter confiteri, quàm de bonis ſuperbè gloriari. Secunda pars eſt, ibi, *Homini religioſo*. Tertia ibi, *Melior eſt in malis factis*. Seq. ca. per ſe patet.

4 s̄. e. ipſe ligandi. s̄. e. c. iudicare.

Ezech. 13.

g ¶ *Non valeat.*] ar. quòd ſententia per metum lata, nulla [a] eſt ipſo iure, vt hic, & 31. q. 2. Lotharius. 25. q. 1. omne. Sed dic, quòd tenet niſi elidatur per exceptionem.

† abeſt ab orig.

a Ar. de pœ. di. j. quē pœnitet. ver. dicit. n. 2. q. 1. in primis. 15 q. 6. c. 2. 33. q. 5. notificaſti. ext. lib. 6. de his quæ vi. me. cauſ. fi. abſolutionis. Arc.

h ¶ *Parum eſſe.*] i. nō ſufficit ei quòd ipſe nō ſit inimicus, vel non generet alijs inimicitias, niſi ſtudeat in alijs eas extinguere. 22. q. 5. de forma.

5 s̄. ea. tunc vera.

QVi iuſtus eſt.] i ¶ *Pręmium.*] In hoc quòd patienter ſuſtinet.

li ingerit pœnam. Per eū quippe diffunditur charitas in cordibus noſtris, quæ non agit ꝑperam 1 Pax [a] eccleſiæ dimittit peccata, & ab eccleſiæ pace alienatio tenet peccata, nō ſecundum arbitrium hominum ſed ſecundum arbitrium Dei. Petra [b] enim tenet, petra dimittit: columba [c] tenet, columba dimittit: vnitas tenet, vnitas dimittit.

A ¶ Pax.] *Item Hæc pars (nam ſuperior non eſt inuenta apud B. Auguſtinum) ex ipſo eſt emendata, & nōnihil aucta.*

Item Salomon, [2 *ſicut auis in incertum volans* [d], *& paſſer quolibet vadens, ſic maledictum fruſtra prolatum venit ſuper eum, qui miſit illud.*

Item Greg. Papa homil. 26. in Euangelia.

¶ Cuius vita officio non congruit, alios ligatus ſoluit.

CAP. LXXXVIII.

3 PLerunque contingit, vt hic iudicis† locum teneat, cuius ad locum vita minimè concordat: ac proinde ſępè agitur vt vel damnet immeritos, vel alios ipſe ligatus ſoluat: ſæpè in ſoluendis, ac ligādis ſubditis, ſuę voluntatis motus, non autem cauſarum merita ſequatur. Vnde fit, vt ipſe† [e] ligandi, aut ſoluendi poteſtate ſe priuet, *& infrà.* ¶ 4 Sæpè fit, vt erga quemlibet proximum odio, vel gratia moueatur paſtor. Iudicare autem dignè de ſubditis, &c. Vnde rectè per prophetam [f] dicitur [Mortificabant animas, quæ non moriebantur: & viuificabant animas, quæ non viuunt.] Non morietem quippe mortificat, qui iuſtum damnat: & non victurum viuificare nititur, qui reum à ſupplicio abſoluere conatur. Cauſæ ergo penſandæ ſunt, & tunc ligandi, atque ſoluendi poteſtas exercenda. Videndum eſt, quæ culpa pręceſſit†, & quę ſit pœnitentia ſecuta poſt culpam: vt quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam viſitat, illos paſtoris ſententia abſoluat. Tunc enim vera eſt abſolutio, &c. *& infrà.* ¶ 5 Ex qua conſideratione intuendum eſt, quòd illos non debemus per paſtoralem auctoritatē ſoluere, quos auctorem noſtrum cognoſcimus per ſuſcitantem gratiam viuificare. *& infrà.* ¶ Veniat itaq; foras mortuus, id eſt, culpam confiteatur peccator. Venientem verò foras ſoluant diſcipuli: vt paſtores eccleſiæ ei pœnam debeāt amouere: quā meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit. ¶ Hæc de ſolutionis ordine breuiter dixerim, vt ſub magno moderamine paſtores eccleſiæ, vel ſoluere ſtudeant, vel ligare.

Item Calixtus Papa epiſtol. 1. ad Benedictum Epiſcopum.

¶ Viribus caret ſententia iniuſtè prolata.

CAP. LXXXIX.

6 INiuſtum iudicium, & definitio iniuſta regio metu, aut iuſſu, aut cuiuſcunque epiſcopi, aut potentis à iudicibus ordināta, vel acta non valeat [g]. 7 ¶ Homini religioſo parum eſſe [h] debet inimicitias aliorum non exercere, vel non augere malè loquendo, niſi etiam eas extinguere bene loquendo ſtuduerit. ¶ 8 Melior eſt in malis factis humilis confeſſio, quàm in bonis ſuperba gloriatio.

Item Auguſt. ſuper pſal. 111. ad ver. [*Faciens miſericordias Dominus.*]

¶ Præmium meretur, qui iniuſtè maledicitur.

CAP. XC.

QVi iuſtus eſt, & iniuſtè maledicitur, præmium [i] illi redditur.

Hic, & ſi, vt dictum eſt, non teneatur ligatus apud Deum, ſententiæ tamen parere debet: ne ex ſuperbia ligetur, qui prius ex puritate conſcientiæ abſolutus tenebatur.

7 *Idem eſt, quando contra æquitatem* [k] *ſententia fertur: veluti quando ſubditi non poſſunt cogi ad malū, ſcientes obedientiam nō eſſe ſeruandam prælatis in rebus illicitis.*

Vnde Eutychianus A *Papa ait.*

A ¶ Eutychianus.] *Burchardus, & Iuo referunt ex Eutychiano ſimul caput hoc, & c. ſi quis. 24. q. 1. quod tamen Grat. citat ex Iulio.*

¶ Non eſt obediendum epiſcopo, qui pro hæreticis Miſſam canere iubet.

CAP. XCI.

9 SI quis epiſcopus, aut abbas presbytero, aut monacho ſuo iuſſerit Miſſas pro hæreticis A [l] cantare, nō licet, & non expedit obedire eis.

A ¶ Hæreticis.] *Cæteri collectores addunt: mortuis. quam vocē hic auctor gloſſæ ſuppleuit.*

Item Auguſtinus.

¶ Præceptis non obedire multoties expedit.

CAP. XCII.

NOn ſemper malum eſt non obedire præcepto [m]:

HIC ET SI. CASVS. Dictum eſt ſuprà in duobus membris diſtinctionis, ſentētiæ excōicationis eſſe parendum. Nunc dicit Gra. quòd etiam ſententiæ excōmunicationis eſt parendum ſecundū tertium membrum. ſ. quādo apud Deum ligatus nō erat, ne ex ſuperbia ſua ligandus videatur: poſteà oſtendit, quòd ſi prælatus præcipiat aliquid mali ſubditis ſuis, ſubditi ei obedire non debent. quod probat per ſeq. c. vſque ad §. cum ergo.

6 25. q. j. omne. §. iniuſtū. ex Marcellino. in cap. Hadria. c. 78. capit. l. 5. c. 251.

IDEM EST. Hæc eſt 7. pars q. in qua intendit probare per 14. auct. ꝙ in malis nō eſt obediendum prælatis. ſ. vbi iuſſio eorum cōtinet errorem intolerabilem. ext. de of del. cū contingat. & extr. de ſent. exc. per tuas. quæ de hoc loco tractę ſūt. Ioan. de Fan.

7 Burc. l. 15. c. 8. Anſ. l. 3. c. 84. Iuo p. 5. ca. 235. & p. 16. c. 9.

8 Aug. l. cōfeſ. 9. c. 9.

k ¶ *Aequitatem.*] ab hoc loco oſtēdit quid iuris ſit de ſententia ꝓcepti. & dicas, ꝙ ſemper parendum eſt iudici in rebus licitis, dū tamen illa ſpectent ad officium eius præcipere, vt 7. q. 1. quia. & ff. de re. iu. factū. & ſi dubium eſt an ſit licitum, parendum eſt ei. 23. q. 1. quid culpatur.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Quęſitum fuit ab Eutychiano ſi epiſcopus aut abbas, ꝓcipiat presbytero, vel monacho Miſſam pro hæreticis cantare, vtrū ei ſit obediendum? Et reſpon. quòd non. Sequens c. patet.

l ¶ *Pro hæreticis.*] mortuis, quod non licet ſpeciali oratione, vt 13. q. 2. non æſtimemus." ſed pro viuis hæreticis, & alijs malis ē̄t ſpeciali oratione licitū eſt orare, vt 13. q. 2. pro obeuntibus. ſed generali oratione pro omnibus defunctis licitum eſt orare, vt de pę. di. 5. falſas. & 24. q. 3. corripiantur.

"orōe ſpāli ꝓ hæreticis orare licet

9 Pol. l. 7. ti. 5. Bur. l. 19. ca. 105. Iuo. p. 15. c. 117.

NOn ſemper.] m ¶ *Præcepto.*] nō ſolū iniuſto, ſed inhoneſto. vel etiam ſi à iudice præcipitur aliquid quod ſit inhoneſtum, vel incommodū, vt ff. de recep. arbi. ſi cū dies. §. compromiſſo. & 2. q. 2. pręceptum. & ff. de iud. ſi longius, & 3. q. 9. hortamnr.

Si dominus.

SI dominus.] CASVS. Dicitur hic ꝙ ſi dominus pcipiat ea quæ bona ſũt, ei eſt obediendũ: ſi verò mala præcipiat, Deo cęli potius ꝙ̃ terreno eſt obediẽdũ. Idẽ dicitur de ſeruis, vxorib. & filijs, ꝙ in bonis tantùm debet obedire. Sequẽtia duo c. plana ſunt.

a ¶Si dominus.] ff. de re iu. ad ea quæ.

*Votũ vxoris ꝑt marit⁹ impedire.

b ¶De vxoribus.] 33. q. 5. manifeſtũ. contra, vbi dicitur, "ꝙ licet vir præcipiat vxori, ꝙ non ſeruet votũ, licet ipſe peccet, ipſa tñ tenetur ei obedire. Sed dic, ꝙ licet vir pręcipiẽdo peccat, non tñ præcipit id, quod eſt peccatum: quia præceptum domini eſt, vt in tali caſu obediat vxor viro, vt 33. q. 5. noluit. Item adhuc obijcitur ꝙ ſeruus quo ad quid à periurio excuſatur, ꝑpter mandatũ dñi. 22. q. 5. q compulſus, &c. ſi qs coactus. Reſp. tamẽ excuſatur à pœna pro parte, ſed non à peccato. s. di. 4. denique.

1 Anſel. 13. c. 26.

2 Polyc. l. 1. tit. vlt.

Act. 5.

c ¶Iulianus.] ¶Obediebãt.] j. 15. q. 6. nos ſanctorũ. & ca. iuratos. contra: " ibi enim dicitur, ꝙ ſi dominus eſt nominatim excommunicatus, vel hæreticus, ſtatim vaſallus eius ab ſolutus eſt à ſacramento. Reſp. Iulianus adhuc tolerabatur ab eccleſia, ne ſuſcitaret ſcãdalum aduerſus Chriſtianos.[a] Hoc autẽ verum eſt. quia excommunicatio non tollit obligationem, qua eſt vaſallus obligatus domino, ſed tantùm effectũ obligationis, vnde dño abſoluto ſtatim tenetur ei obedire, vt 15. q. 6. nos ſanctorũ.

3 j. c. imperatores. §. Iulianus.

" Excõicatio dñi nõ liberat vaſallũ à ſacro.

a Sub. ideo ei obediebatur. ar. 3. q. 7. c. vlt. in fi. 17. q. 4. §. vltim. A.

ITa corporis.] CASVS. Nicolaus Papa in hoc ca. redarguit Lothariũ regẽ, qui fornicabatur cum Gualdrada, & ſubiectis præbebat exempla ſimilia faciendi, & quod ipſe deliquerat in hoc probat per Thiegualdum & Guntharium epiſcopos, qui depoſiti ſunt: quia crimen ipſius approbauerunt, ei obedientes in malo.

d ¶Probat.] ar. ꝙ ſententia lata contra vnũ, præiudicat alij. ſic 3. q. 6. hæc quippe. 81. diſt. tantis. extr. de ſent. & re iud. cum ſuper. vbi

cum enim Dominus iubet ea, quæ ſunt contraria Deo, tunc ei obediendum non eſt.

¶Huius capitis partim verba ipſa, partim ſententiæ habentur apud B. Ambroſium lib. de paradiſo, c. 6.

Item Hieronymus in epiſt. ad Titum A, *ca. 2. ver.* [*Serui dominis ſuis ſubditi.*]

A ¶Titum.] *Sic eſt emendatum ex Polycarpo, cum antea citaretur,* ad Epheſios, *emendato etiam, & non nihil locupletato ipſo capite ex originali.*

¶De eodem.

CAP. XCIII.

1 SI dominus [a] ea iubet, quæ non ſunt aduerſa ſcripturis ſanctis, ſubijciatur ſeruus domino. Si verò contraria præcepit, magis obediat ſpiritus, quàm corporis domino. *& infra c. 3.* ¶ 2 Si bonum eſt, quod præcipit Imperator, & præſes, iubentis obſequere voluntati, ſi verò malum, reſponde ei illud de actibus Apoſtolorum. [Obedire oportet Deo magis quàm hominibus.] Hoc ipſum & de ſeruis intelligamus apud dominos, & de vxoribus [b] apud viros, & de filijs apud parentes: quòd in illis tantùm debeant dominis, viris, parentibus eſſe ſubiecti, quæ contra Dei mandata non veniunt.

Item ambroſius. [3]

¶Non ſunt audiendi, qui contra Deum aliquid iubent.

CAP. XCIIII.

IVlianus Imperator quamuis eſſet apoſtata, habuit tamen ſub ſe Chriſtianos milites: quibus cum dicebat, producite aciem pro defenſione reipublicæ, obediebant [c] ei. Cum autem diceret eis, producite arma in Chriſtianos, tunc cognoſcebant Imperatorem cœli.

¶Infra ead. c. Imperatores. §. Iulianus. *habetur hæc ſententia: fortaſſeque ex eo loco mutatis verbis, confectum eſt hoc capitulum.*

Item Fabianus Papa, epiſt. 2. omnibus epiſcopis.

¶Non iubet aliquid iniuſtum, qui Deum timere probatur.

CAP. XCV.

QVi omnipotentem Deũ metuit, nec contra Euangelium, nec contra Apoſtolos, nec contra prophetas, vel ſanctorum patrum inſtituta aliquid vllo modo agere conſentit.

Item Nicolaus Papa Lothario regi.

¶Et qui peccat, & qui peccanti conſentit, vterque reus eſt.

CAP. XCVI.

4 ITa corporis tui cedere motibus conſenſiſti, & relaxatis voluptatum habenis te metipſum in lacum miſeriæ, & in lutum fecis prohibitum deiecisti, vt qui poſitus fueras ad gubernationem populorũ, effectus ſis ruina multorum. 5 Probat [d] hoc Thiegualdi, & Gunthariј dudum epiſcoporũ legitimus caſus: qui pro eo, ꝙ te minimè competenter erudierunt, quinimo quia præuaricationem tuam tegere argumentis ſuis, & ſub quadam iuſtitiæ ſpecie fucatis quibuſdã exquiſitis adinuentionibus æquitatem obruere ſtuduerunt, noſtra ſunt Apoſtolica depoſiti auctoritate, & ab omni epiſcopatus regimine regulariter ſequeſtrati.

4 Iuo p. 8. c. 127. Pſal. 39.

5 s. ea. Teugualdum.

Item Auguſtinus ſermone 6. de verbis Domini.

¶De eodem.

CAP. XCVII.

6 QVi reſiſtit poteſtati [e], Dei ordinationi reſiſtit. Sed quid † ſi illud iubeat, quod non debeas facere? Hic ſanè contemne poteſtatem timendo poteſtatem. Ipſos humanarum legum † gradus aduertite. Si aliquid iuſſerit curator, nonne faciendum eſt? tamen, ſi contra proconſul † [f] iubeat, non vtiq; contemnis poteſtatem, ſed eligis maiori ſeruire. Nec hinc debet minor iraſci, ſi maior prælata eſt. Rurſus ſi aliquid ipſe proconſul iubeat, & aliud iubeat Imperator, nunquid dubitatur illo cõtempto, illi eſſe ſeruiendum? Ergo ſi aliud Imperator, & aliud Deus, quid iudicatis? Solue tributum: eſto mihi in obſequium: rectè, ſed nõ in idolio. In idolio prohibet. Quis prohibet? Maior poteſtas. Da veniam: tu carcerem, ille gehennam minatur. Hic iam tibi aſſumenda eſt fides tua tanquam ſcutum, in quo poſſis oĩa ignita iacula inimici extinguere.

6 Beda Ro. 13. Poly. l. j. tit. 27. †Sed ſi] Ori. Rom. 13.

† al. verum.

† al. ꝓconſulem.

¶Emendatum & locupletatum eſt caput hoc ex ipſo originali.

Item Donatiſtis, epiſt. 166.

¶De eodem.

CAP. XCVIII.

6 IMperatores, ſi in errore eſſent (quod abſit) pro errore ſuo contra veritatem leges darent: per quas iuſti & probarentur, & coronarentur, non faciendo quod illi iube-

6 s. diſt. 9. c. 1. Poly. ibid.

alter appellans cogitur probare cauſam appellationis.

QVi reſiſtit.] CASVS. Dicit hic Augu. quòd ſi aliquis non obedit poteſtati in bonis, Deo reſiſtit. Si verò poteſtas malum iubeat, potius eſt obediendum domino cæli quam domino terreno. & hoc probat exẽplo ſecularium poteſtatum, in quibus ſi maior præcipiat contra minorem, maiori eſt obediendum.

e ¶Poteſtati.] hæc regula vbiq; fallit, nam potius tenemur obedire epo, ꝙ̃ Metropolitano, vt 9 q. 3. per totũ." Item & monachus potiꝰ obedit abbati [b] ꝙ̃ epiſcopo, vt 58. diſ. c. 1. & 2. & potius ſtatur ex cõtationi prælati ꝙ̃ ab ſolutioni epi. ext. de of. or. cũ ab eccleſiarum. niſi intelligas in eo caſu loqui qñ minor hẽt iuriſdictionẽ à maiore. ſecundùm ꝙ loquitur ff. de iud. l. iudicium. Vel loquitur in eo caſu, cum appellatur ad maiorem: tunc potius maiori, ꝙ̃ minori parendum eſt. Itẽ adhuc obijcitur de epiſcopo, qui potius obedit regi ꝙ̃ ſuo metropolitano. 18. diſt. ſi quis epiſcopus. ſed ibi loquitur cum præuenit mandatum regis. Item obijcitur de vxore, quæ potius obedit viro quàm Deo, vt 33. quæſtio. 5. manifeſtum. ſed ſolutum eſt s. e. ſi dominus.

" Monachus abbati potius quã epo obedire dꝫ.

b Nã potius eſt monachᵒ ſub abbate, ꝙ̃ vxor ſub viro, vt not. 33. q. 5. noluit. Arch.

f ¶Proconſul.] ſi. diſ. 8. quæ contra mores. & loquitur hic in eo caſu quando in eadem ciuitate ſunt plures iudices, quorum vnus maior eſt alio, vbi maior iudex poteſt punire minorem, vt C. de of. rec. prouin. potioris. H.

IMperatores.] CASVS. Donatiſtæ dicebant, ꝙ cum Imperatores Chriſtiani iubebant aliquid contra eos, ſubditi obedire non debebant. ſed Augu. ſcribit contra eos, docens ꝙ ſi Imperatores in errore eſſent, & iuberent iuſtos affligi, eis non eſſet obediendum: quia Deus hoc ꝓhibet. & hoc probat exẽplo Nabuchodonoſor, qui cum præciperet auream ſtatuam adorari, qui non obedierunt, placuerunt Deo.

Eph. 6.

rent,quia Deus prohiberet. Sicut iuſſerat Nabuchodonoſor, vt auream ſtatuam adoraret: quod qui facere noluerunt, Deo talia prohibenti placuerunt. Quando autem Imperatores veritatem tenent,pro ipſa contra errorem iubẽt. Quod quiſquis contempſerit, ipſe ſibi iudicium acquirit. Nam & inter homines pœnas luit, & apud Deum ſortem † non habebit, quia hoc facere noluit, quod ei ꝑ cor regis ipſa veritas iuſſit: ſicut ipſe Nabuchodonoſor poſtea miraculo ſalutis trium puerorum commotus,atq; mutatus pro veritate contra errorem,edictum propoſuit,vt quicunque blaſphemarẽt Deum Sidrac,Miſac,& Abdenago,in interitum irent domus eorum in diſperſionem. Et non vultis, vt aliquid tale contra vos iubeant Imperatores Chriſtiani,cũ ſciant à vobis in eis,quos rebaptizatis, Chriſtum exſufflari [a]; *Idem in pſalmis.* 1 ¶Iulianus extitit infidelis Imperator. Nonne extitit apoſtata, iniquus, idololatra? Milites Chriſtiani ſeruierunt Imperatori infideli. Vbi veniebatur ad cauſam Chriſti non agnoſcebant niſi illum,qui in cœlo erat. Quando volebat,vt idola colerent,vt thurificarent, ꝑponebant illi Deum. Quando autem dicebat, producite aciem, ite contra illam gentẽ, ſtatim obtemperabant. Diſtinguebant dominum æternum à domino temporali: & tamen ſubditi erant propter dominum æternum, etiam domino temporali.

Item Gregorius,c.12.libri 35.in Iob.

¶Per obedientiam bonum deſerere, malum verò nunquam facere licet.

CAP. XCIX.

QVid ergo mirum, ſi homo peccator, ſe obediẽtiæ in præſentis vitæ breuitate [b] ſubijcit, quando hanc mediator Dei & hominum tenuit A, & tenendam præcepit, & cum obediẽtes remunerat, non relinquit? Sciendum verò eſt, ꝙ nunquam per obediẽtiam malum fieri, aliquando autem per obedientiam debet bonum,quod agitur,intermitti. [c] Neque enim in paradiſo arbor mala extitit,quam Deus homini,ne contingeret, interdixit: ſed vt melius per obedientiæ meritum homo bene conditus creſceret, dignũ fuerat, vt hunc etiam à bono prohiberet: quatenus tantò verius hoc,quod ageret, virtus eſſet, quantò, & à bono ceſſans auctori ſuo ſe ſubditum humilius exhiberet.

A ¶Tenuit,& tenendam præcepit.] *Hæc abſunt à pleriſque manuſcriptis, & ab originali. Simile quiddam legitur apud B. Auguſtinum ſermone 5. ad fratres in eremo.* Nec mirum,inquit, ſi nos peccatores obedientiæ ſubijcimur, quando hanc mediator Dei & hominum etiã in morte non deſeruit, & ei ſe ſubiecit, qui ꝑ omnia erat patri æqualis.

Item Iſidorus. 2

¶Apud Deum maledicitur, qui peccantibus conſentit.

CAP. C.

3 QVi conſentit [d] peccantibus, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum,& homines,& corripietur increpatione ſeueriſſima. Hinc etiam quidam ſanctiſſimus pater ait: Si quis peccantem defendit, acrius [e] quã ille,qui peccauit, coërceatur. Hinc & alius pater ait: Si quis alterius errori conſenſerit, & illi conſilium dederit, vt ſe tardius humiliet, ſciat ſe cũ illo ſimili modo iudicandum culpabilem.

¶Prima pars huius capituli vſque ad vocem, ſeueriſſima, *habetur in regula B. Pachomij Romæ edita. Totum verò extat apud Smaragdum in expoſitione regulæ B. Benedicti, c.69. Citat autem Baſilium quemadmodum & Burchardus & Iuo: & ſenſus eſt in regulis ipſius Baſilij breuioribus,regula ſeptima.*

Item Iſidorus.

¶Non eſt obediendum, quod contra Deum præcipitur.

CAP. CI.

SI is,qui præeſt, fecerit, aut cuiquam quod à Domino prohibitum eſt, facere iuſſerit, vel quod præceptum eſt, prætererit, aut præterire mandauerit, ſancti Pauli apoſtoli ſententia ei ingerenda eſt dicentis [Etiam ſi nos [f], aut angelus de cœlo euangelizauerit vobis, præterquam quod vobis euangelizauimus, anathema ſit.] *Idem.* ¶Si quis A prohibet vobis, quod à Domino præceptũ eſt, vel rurſus imperat fieri, quod Dominus prohibet, execrabilis ſit omnibus, qui diligunt Deum. *Idem.* ¶Is, qui præeſt, ſi præter volũtatẽ Dei, vel præter quod in ſanctis ſcripturis euidenter præcipitur, vel dicit aliquid, vel imperat, tanquam falſus teſtis Dei, aut ſacrilegus habeatur:

Si verò Imperatores contra hæreſes,& contra hæreticos pro veritate aliquid iubent, ꝗ non obedierit, peccat: & hoc probatur exemplo Nabuchodonoſor, ꝗ præcepit, vt quicunque blaſphemaret Deũ Sidrac, Miſac, & Abdenago, iret in interitum,& domus eius iret in perditionem. (Dan.3.) Poſt miracula præcepit Nabuchodonoſor vt Sidrac, Miſac, & Abdenago, adorarent ſtatuam auream, & quia facere noluerunt,præcepit eos mitti in fornacem ardentem: ſed quia ignis non nocuit eis, ideo poſtea præcepit, vt nullus Deum eorum blaſphemaret. (ſal. frontem) *Exſufflari*, & à vobis, & ab illis quos rebaptizatis.

a ¶*Exſufflari.*] Sicut enim noſtri ſacerdotes exſufflant in baptiſmo diabolum: ſic ſacerdotes hæreticorum Chriſtum,vt 23. quæſtio.4. quando & de conſe. diſtin.4.poſtea.

1 In Pſalm. 124. verſ. Quoniam non derelinquis] Beda ad Epheſ.6. s. e. Iulianus. Iuo p.5. c.7.

IVLIANVS. Casvs. Iulianus Imperator, & apoſtata habebat ſub ſe milites Chriſtianos,qui ſi precipiebat eis, vt idola colerent, vel alia mala facerent,non obediebãt: ſi verò præcipiebat eis, vt contra hoſtes pro republica dimicarẽt,obediebant ei.

QVid ergo.] Casvs. Docet in hoc cap. Greg. quòd homo peccator in hac vita preſenti debet ſuo prælato in bono obedire: & hoc probatur exemplo Chriſti, qui vſque ad mortem patri obediuit. Docet etiam quòd bonũ mediocre debet ſubditus propter obedientiam dimittere: quod probat exemplo Adæ, cui Dominus præcepit, vt ab eſu arboris paradiſi abſtineret: non quia arbor mala eſſet, ſed vt à bono mediocriter prohibitus, per obedientiæ meritum creſceret. Si verò prælatus malum præcipiat, nunquam eſt ei obediendum.

b ¶*Breuitate.*] breue enim dicitur tempus vitæ huius. 23.q.4. ipſa pietas.& de pœ.diſt. 5.conſideret.

c ¶*Intermitti.*] "nota pro obediẽtia omitti bonum, vt hic, 21. diſtin. denique. & ff. de re mili. l.3. §. in bello. & 16. quæſtio. 1. monachi. Item pro obedientia bonum eſt pati etiam quod iniuſtũ eſt, ſi. 100. diſ. contra morem. & licet iſte iniuſtè facit præcipiendo: iſte tamen iuſtè facit parendo. 23. q.1. q.d culpatur. in fi. & adimplere tenemur præceptum, licet vix tolerabile. 19. diſ. in memoriam. Sed quid ſi epiſcopus præcipiat alicui vt eat Romam, & ille ſe excuſat, ideo quia alij inueniuntur meliores? Hęc excuſatio nõ valeat: quia in legationibus ordo non eſt ſeruandus,vt ff. de leg. ſciendum. §.pen. & eſt hic ar. ꝙ ſi clericus vouerit iter peregrinationis, quòd non poteſt ire inuito epiſcopo, de conſ. diſtin. 5. non oportet.

" obediẽtia eſt ſummè neceſſaria.

2 Smaragd. c.69.

3 Anſ.l.12. c.5. Burc.l. 11.c.46. Iuo p.14.c.110.

a Ad idẽ qđ leg.& no.23 q.5.c.vlt. vbi d hoc vide, & quod leg. & not. 16. q.1. nos autem. Arc.

QVi conſentit.] Casvs. In hoc c. tractatur de duobus generibus conſenſus in malum,ſcilicet,de conſenſu cooperationis, & de conſenſu illius, qui hominem in malo defendit. Primus conſenſus pariter cum faciente punitur, ſecundus magis. Et hoc probat duabus auctoritatibus ſanctorum patrũ, quæ ſunt in libro quem dicunt,vitas patrum.

d ¶*Qui conſentit.*] per cooperationem,& auctoritatem,vt 2.q.1. notum ſit.in fine.

Additio. Aliàs eſt conſenſus per negligentiam. 1.q.1. quidquid. aliàs per conſilium,ſiue per approbationem. Arch.

e ¶*Acrius.*] j. 24. quæſt. 3. qui aliorum. s.86.diſ.tanta.

SI is qui.] Casvs. Dicitur in hoc cap. ꝙ nullus ex præcepto prelati debeat aliquid facere quod ſit contra Dominum: & hoc probat auctoritate Pauli dicentis, et ſi nos, &c. Seq. duo c.plana ſunt. (Gal.1.)

f ¶*Etiam ſi nos.*] ergo aliquis ſeipſum vel ſibi parem excommunicare poteſt, vt hic, & 12. q.2.non liceat. 21.diſt. nunc autem." Sed contra, par in parem nõ habet imperium, vt 21. di. inferior. ext. de ele. innotuit. nec aliquis in ſeipſum

" Excõicare ſeipſum nemo poteſt.

ſeipſum habet imperium, vt ff. de arb. l. pe. Sed dic. ꝙ per hæc verba non anathematizauit, ſed tantùm dixit eum eſſe anathematizatũ, i. ſeparatum ab eis, vt ei non eſſet credendũ, vel oſtẽdit per hæc verba quid fieri debeat. Et eſt ſimile, quòd non ſemper eſt credendum viro ſancto. 50. diſt. ſi quis præpoſtera.

b ¶*Qui communicant.*] non intelligas, ꝙ hæc excommunicatio tranſit in tertiam perſonam: quia ipſa cum ſuis communicatoribus omnibus fuit excommunicata. vnde illi communicantes intelliguntur nominatim excommunicati, vt extra de ſent. excomm. quod in dubijs.

CVM ERGO.

CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis ca. dicens, ꝙ ſi ſubditi excõicentur à prælato: quia non obediunt ei in malo, tali ſententiæ non obediendum: quia iniqua ſentẽtia nõ grauat quenquam apud Deum. Et oſtendit, ꝙ ſupradicta c. in quibus communicantes excõmunicatis ab eccleſia ſeparari iubentur, non intelliguntur de quibuslibet communicantibus. quod probat ſequentibus c. Sententiæ excommunicationis, vt ob hoc faciat malũ quod præcipitur, ei tamen eſt obediendum, quia ſe debet gerere ꝓ excommunicato, & petere abſolutionem, vel ſententiæ præceptis.

1 S. c. cui eſt illata.

2 Iuo p. 14. c. 46. Pann. l. 5. c. 106.

" Excõico te & abſoluo te, an liget vel abſoluat.

3 B. Greg. l. 34. mor. c. 16

a Sub. & ſic hic ꝓ abſoluto, & cũ abſolutio vltima fuerit, ſecũdùm P. & idem ſentit Io de Fan.

a ¶*Cogi non poſſunt.*] "Quid ſi epiſcopus dicat, excommunico te, & abſoluo te, an potius ſit excõicatus q̃ abſolutus? Duæ hic ſententiæ videntur, ſicut plura ſunt præcepta iudicum, vt extr. de dol. & cont. cum dilecti. ſicut plures ſunt ſtipulationes cũ promittitur hoc & illud. ff. de ver. ob. ſcire debemus. & l. quod dicitur. a Dic ꝙ nulla eſt excommunicatio, propter ſui contrarietatem. Si autem diuerſæ ſentẽtiæ ex interuallo proferuntur, valet vtraque. Item quid dices ſi dicat, excõico te vel abſoluo? Dic ꝙ ſi ante non erat excõicatus, modò eſt excõicatus: ſed ſi fuit ante excõicatus, modò eſt abſolutus. Io. Ego dico, quòd talis prælatus præſumitur fatuus, & pro eodem habetur ac ſi non tuliſſet ſententiam, vt ext. de ſucceſſ. ab inte. cum dilectus. B. Item pone mandatum eſt duobus vt excommunicent aliquẽ, & vnus dixit, excõmunico te, ſi ille non excõmunicat te. Dic ꝙ ſi ambo illa verba proferunt, non eſt excommunicatus. Io. contrarium credo. B. Item, quid ſi indeterminatè dico, excommunico alterum illorum, nunquid ambo ſunt vitandi? videtur quòd ſic, quia in genere poteſt ferri excommunicatio. extr. de of. or. ſi ſacerdos.

QVOD AVTEM. Hęc eſt 8. pars q. in qua excipit quaſdam perſonas quæ non ſunt excõicatæ, quanquam excommunicatis communicent, dum tamen in crimine non cõicent eis: & hoc probat per quatuor aucto. Io. de Fan.

EXcellentiſſimus.] CASVS. Engeltruda fuit excõicata cum omnibus ſuis communicatoribus, & fautoribus cum quibus fautoribus. quidam cõicabant ex neceſſitate: quidam ex ignorantia: quidam ex volũtate. vnde Carolus quæſiuit à Nicolao, quid de his faciendum ſit. Nicolaus verò ſcribit nõ Carolo, ſed Hincmaro Rhemorum archiepiſcopo, & pręcipit, vt cõicantes ex neceſſitate vel ignorantia, abſoluat auctoritate Apoſtolica, niſi ignorantia illa, vel neceſſitas ex voluntate, vel ex ſimulatione proceſſerit. ſponte verò communicantes non abſoluat, niſi digna ſatisfactione interueniente abſoluantur de facto: quia reuera excommunicati non ſunt, vt j. c. proxim. Vel poteſt dici, quòd antiquo iure excommunicati erant, ſed hoc corrigitur per c. prox. quoniam multos.

¶*In regulis breuioribus B. Baſilij, c. 114. & 303. ſimillima leguntur hiſce omnibus, quæ in hoc capite continentur.*

A ¶Si quis prohibet.] *In lib. B. Baſilij de inſtitutis monachorum, Ruffino interprete, ferè eadem habentur, c. 14. quemadmodum vltimus ver.* is qui præeſt. *ibidem c. 16.*

Cum ergo ſubditi excommunicantur ideo, quia ad malũ cogi non poſſunt [a]*, tunc ſententiæ non eſt obediẽdum: quia iuxta illud Gelaſij* [1] *Nec apud Deum, nec apud eccleſiam eius quenquam grauat iniqua ſententia.* 8 *Quòd autem ſupra, communicantes excommunicatis de eccleſia abijci iubentur, non de quolibet modo communicantibus intelligendum eſt.*

Vnde Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum Archiepiſcopo.

¶De his, qui cum excommunicatis communicant.

CAP. CII.

2 EXcellentiſſimus rex Carolus Apoſtolatum noſtrum conſuluit, quid agendum ſit de his, qui communicant cum his, qui cum Engeltrude ſæpè damnata fœmina communicant [b]: qm̃ eam cũ cõmunicatoribus ſuis, & fautoribus pari vinculo anathematis conſtat eſſe adſtrictam. 3 Quapropter nunc beatitudini tuæ iniungimus, vt ſuper hoc noſtra auctoritate fretus curam de his ſumere ſtudeas: & quia docta diuinitus ſanctitas tua valde nouit aliud eſſe ex neceſſitate, aliud ex ignorantia, atque aliud, quod ex ſtudio delinquitur, iſtudque poſterius duobus prioribus diſtrictius eſſe puniendum, idcirco ſolerter inuigilet, & cauta diſcretione ſingulorum modos dijudicet: quatenus, qui ex neceſſitate, aut ignorantia delinquunt, auctoritate noſtra per te abſoluantur [c]: ſi tamen ipſa eorum ignorantia, vel neceſſitas vera, & non ſimulata, vel non ex voluntate [d] proceſſerit: quia, vt bene noſti, plerique ſunt, qui poſſunt quidem, ſed nolunt recta noſſe. Vnde pſalmiſta de huiuſmodi [Noluit, inquit, intelligere, vt bene ageret.] Illos autem, qui ſtudio ſuo obligantur, & contemptu interdicta noſtra poſtponunt, non niſi digna ſatisfactione præueniente volumus à te ꝓrſus abſolui.

Item Gregorius vij. lib. 5. Regeſti, in concilio Romæ habito.

¶De ijs qui ſine culpa cum excommunicatis communicant.

CAP. CIII.

4 QVoniam [e] multos peccatis noſtris exigentibus pro cauſa excommunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorantia [f], partim nimia ſimplicitate [g], partim timore, partim etiam neceſſitate [h]: deuicti miſericordia noſtri temporis.

c ¶*Abſoluantur.*] id eſt, abſoluti iudicẽtur [b]. ſic 24. q. 1. audiuimus.

d ¶*Vel non ex voluntate.*] ſic ff. quod metus cau. ſi mulier.

b Sub. quia reuera excõmunicati nõ ſunt, vt j. ca. prox. vel pt dici, ꝙ antiquo iure ex communicati erãt, ſ; corrigitur ꝑ c. ſ. ꝓx. qm̃. ſecũdùm B.

QVoniam multos.] CASVS. iſte tripliciter ponitur ab H. qui notatur ẽt in apparatu. Sed ego Bart. Bri. ſine pręiudicio melioris ſententię hunc caſum ſic intelligo. Quidã cõicabãt excõicatis tpe Gre. vij. vel ignorãtia iuris, vel ꝓp nimiã ſimplicitatẽ: quidã timore vel neceſſitate, nec curabãt poſtea petere abſolutionẽ: quos cum videret Gre. ſine abſolutione decedere, antiquum rigorem excõicationis tẽperauit, excipiẽs ab hac excõicatione quaſdã perſonas, ſ. vxores, & filios, ſeruos & ancillas, mãcipia, ruſticos & ſeruientes excõicatorũ & eorum curiales: dũmodo ſupradictorũ conſilio ſcelera non perpetrentur: excipit ẽt eos qui ignorantia facti participant excõicatis. & eos qui tranſeunt per terrã excõicatorum. In fi. dicitur, ꝙ non prohibetur aliquid dari excõicatõ intuitu pietatis. Beneu. etiam hunc caſum ſic ponere videtur. *Ad tempus.*] i. propter tempus futurum, vel propter defectum

4 Iuo p. 14. c. 43. Pan. l. 5. c. 125.

e ¶*Quoniam.*] quidam ſic ponunt hunc caſum: Aliquis propter enorme crimen fuit excommunicatus, & propter enormitatem criminis prohibebatur tempore Gregorij, ꝙ nec filius, nec vxor, nec aliquis de familia ei communicaret: & hoc licitè potuit fieri, vt dicunt, per id quod eſt 24. q. 3. ſi habes. ibi *Niſi grauiſſimè commoueret.* ſed cum Gregorius videret eos contemnere talem excommunicationem, temperauit ſententiam circa familiam. & ſecundum hoc expone, *perire*, propter contemptum: quia non petebant abſolutionem.

f ¶*Ignorantia.*] facti craſſa & ſupina.

g ¶*Simplicitate.*] iuris errore.

h ¶*Neceſſitate.*] quę vitari poterat, vel etiam ineuitabili. ſed certè Inno. ponit hanc quæſtionem, & eam non ſoluit, ſ. vtrum pro enormi delicto tota familia ſit vitanda. ext. de ſen. exc. inter alia. in fin. & præterea hoc ſtatutum non eſſet generale, ſed tantùm in vno caſu, quando quis committeret crimen enorme. Alij ſic ponunt caſum. Apoſtolus ait: ſi qui fratres nominantur, cum his nec cibum ſumere licet. & illa ſententia ad omnes fideles extendebatur, vt ſ. ea. ad menſam. vnde vſq; ad tempus Gregorij tenebatur", quòd familia excommunicatorum vitabatur ſaltem in ſacramentis. hunc nimium rigorem temperat hic Greg. nec enim quò ad eccleſiam triũphantẽ ligatę erant tales perſonę, nec etiam credendum eſt Apoſtolum voluiſſe vxorem ſeparandam eſſe à viro. & ſecundũ hoc expone, perire, i. puniri ab eccleſia in ſacramẽtis. Tertius caſus melior videtur. Ante tẽpus Gregorij oẽs qui in hoc c. continentur, ipſo iure erant exempti ab excõmunicatione, licet communicarent excommunicatis: ſed quidam ſimplices

" excõicatis ſine periculo cõicat eorũ familia.

plices credebant ſe excommunicatos, ſi communicarent dominis ſuis, vel vxores maritis, nec tamen petebant abſolutionem: & ſic peccabant mortaliter propter cōſcientiam læſam, quia omne quod fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennā. 28. q. 1. §. ex his. & melius ext. de ſim. c. p tuas. 2. Dat ergo hic Greg. conſtitutionem, quòd tales non ſunt excōmunicati habendi: & expone perire propter conſcientiam ignorantia facti, ideſt, ignorauerunt eos fuiſſe excommunicatos, & tamen eis ignoranter communicauerunt. & credebant ſe teneri, nec petebant abſolutionem.

a ¶ *Anathematis.*] improprie ponitur. ideſt, ſimplicis excommunicationis.

b ¶ *Ad tempus.*] ſcilicet futurum.

c ¶ *Temperamus.*] i. temperata eſſe oſtēdimus. " Eſt ergo hoc verum, ꝙ nunq̄ familia excōicāda eſt pp delictū dñi, niſi fortè vt dixi, pp enormitatem ſceleris, vt 24. q. 3. ſi habes. vbi dicit Aug. Niſi grauiſſimè commoueer, nunq̄ excōicarē filium ꝑ delicto patris. Sed nonne tota familia Bonifacij fuit ꝑ eo excōicata, q̄a oblationes familiæ ſuæ non recipiebantur, vt 17. q. 4. miror? Sed dic ꝙ tantū in ruborē domini non recipiebantur oblationes familiæ: ſicut non recipiuntur oblationes raptorum, & diſcordantium & impœnitentium, licet non ſint excommunicati, vt 90. diſt. oblationes. — "Familia ꝑ dñi delicto non eſt excōicanda.

d ¶ *Vxores.*] ſed nunquid vir excommunicatus poteſt petere debitum ab vxore? dicit H. quòd non: ſed ipſe tenetur reddere, quod concedo. " Sed ſi petat vir mulierem in iudicio, & ipſa obijcit ei excommunicationem, iudex tenetur ex ſuo officio reſtituere ei mulierem, cum in hoc caſu poſſit ei communicare. vnde credo quòd tenetur ei debitum reddere. Hoc tamen ſcias, quòd ſi filius eſt excommunicatus vel ſeruus, non debet pater vel dominus communicare ei, vt 27. q. 1. de filia. ſi filius ſit in poteſtate patris, tenetur filius cohabitare ei. ſed ſi eſt emancipatus, tunc tenetur filius vitare patrem. huic tamen obſtat 22. q. vlt. de forma. vbi eadem fide eſt ſuperior inferiori adſtrictus, qua ècontrario. ea tamen quæ hic dicuntur, non tenēt in clericis, quia ſemꝑ debent vitare ſuum epiſcopū excōicatum, vt 93. diſt. miratus. q̄i non ſunt ita adſtricti ep̄o vinculo naturæ ſicut filius patri. — " Excōicatione opponere viro vxor non poteſt. — Cen. 29.

e ¶ *Scelera.*] i. ſi tales ſunt qui non ſeruiunt ei in crimine, in quo nec filius nec vxor excuſatur, vt ext. de ſen. exc. inter alia.

f ¶ *Siue peregrinus.*] ext. eo. ſi verè.

anathematis [a] ſententiam ad tempus [b], prout poſſumus, opportunè temperamus [c]. Apoſtolica itaque auctoritate ab anathematis vinculo hos ſubtrahimus: videlicet vxores [d], liberos, ſeruos, ancillas, ſeu mancipia, necnon ruſticos ſeruientes, & omnes alios, qui non adeo curiales ſunt, vt eorum conſilio ſcelera [e] perpetrentur, & eos, qui ignoranter excommunicatis communicant, ſiue illos qui communicant cum eis qui excommunicatis communicant. Quicunque autem orator, ſiue peregrinus [f], aut viator in terram excommunicatorum deuenerit, vbi non poſſit emere, vel non habeat vnde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiā damus. Et ſi quis excommunicatis non † in ſuſtentationē ſuperbiæ, ſed humanitatis cauſa dare [g] aliquid voluerit, non prohibemus. († al. in ſuſtētationem, non ſupbia.)

Item Bonifacius Martyr Zachariæ Papæ in epiſto. quæ incipit [*Paternæ.*]

¶ De Bonifacio, qui excommunicatis, & a pſeudoepiſcopis ſe non communicaturum iurauit.

CAP. CIIII.

a ¶ Et pſeudoepiſcopis.] *Hic in aliquot vetuſtis antea legebatur*, excommunicatis à pſeudoepiſcopis.

1 ANteceſſor prædeceſſoris veſtri venerandæ memoriæ Gregorius, dum me indignum ordinauit, & ad prædicandum verbum Dei Germanicis gentibus miſit, ſacramento [h] me conſtrinxit, vt canonicis, & iuſtis epiſcopis, & præsbyteris in verbo, facto, conſenſu adſtipulator [i] fierem, & adiutor (quod cum diuina gratia adimplere ſtudui) falſos autem ſacerdotes, hypocritas, & ſeductores populorum vel corrigerem ad viam ſalutis, vel declinarem, & abſtinerem à communione ipſorum: quod ex parte ſeruaui, & ex parte cuſtodire, & implere non potui: ſed ſpiritualiter [k] impleui ſacramentum, quia in conſenſum, & in conſilium eorum non venit anima mea: corporaliter autem ab eis omnino abſtinere non potui. Dum enim veniſſem ad principem Francorum cogente eccleſiarum neceſſitate, non tales ibi reperi, quales volui: ſed tamen in ſancta communione corporis Chriſti illis non communicaui. (1 Iuo p. 2. c. 95.)

¶ *Epiſtola in qua habetur capitulum hoc edita eſt per Laurentium Surium in vita ſancti Bonifacij legati Germaniæ, & martyris. Emendatior autem extat manuſcripta Romæ in bibliotheca monaſterij Dominicani.*

Item Zacharias Papa Bonifacio martyri in epiſtola, cuius initium eſt [*Benedictus Deus.*]

¶ Excommunicatis non communicat, qui eis animo non conſentit.

CAP. CV.

2 QVod [l] prædeceſſor noſter beatæ memoriæ Gregorius huius ſanctæ ſedis Apoſtolicæ præſul, dum ad prędicandum verbum Euāgelij tuam miſiſſet fraternitatem in Germaniæ partibus, & gentibus illis paganis, verbo pollicitationis illam voluit ante eſſe munitam †: ita vt orthodoxos epiſcopos, presbyteros, vel quoſcunque reperire potuiſſes in verbo exhortationis perfectos [m], amplius confirmares, & eis communicares (quod & factum eſt:) ſi quos verò ſeductores epiſcopos, aut pſeudopresbyteros, vel quoſque à recto fidei tramite deuiantes reperiſſes, nulla tibi cum eis eſſet communio: quod te ſolatiante Deo vſque ad pręſens ſpiritualiter ſeruaſſe confeſſus es: vel ſi omnino propter principalem, & humanum fauorem gentis Frācorum, dum ad eos acceſſiſſes, corporaliter abſtinere non valuiſti, cogēte eccleſiarum Dei neceſſitate: & tamen in eorum conſilio, & conſenſu cōmunionis anima [n] tua non eſt coinquinata. Itaque propter hoc, quòd cum eis conuerſatus es non conſentiens iniquitati eorum, nullum tibi eſt detrimentum coram Deo. (2 Iuo p. 2. c. 96.) († al. monitā.)

g ¶ *Dare.*] dummodo non ſit eccleſiaſticum ſtipendium [a], vt ext. de cle. exc. mi. poſtulaſti. & eſt ſi. 42. diſt. quieſcamus. quia eleemoſyna nulli eſt deneganda 86. diſt. paſce. (a No. cōtra id quod no. Ber. cōpoſt. extr. de cle. quod ſicut.)

ANteceſſor.] CASVS. Gregorius miſit Bonifacium martyrem ad prædicādum verbum Dei Germanicis gentibus, ſed eum ſacramento adſtrinxit, vt verbo & facto bonis ſacerdotibus. communicaret, falſos verò & hypocritas vel corrigeret, vel declinaret: ꝙ ex parte ſeruauit, & ex parte ſeruare non potuit. nam cum veniſſet in Franciam. non potuit facere quin excommunicatis communicaret neceſſitate cogente, non tamen in ſancta communione corporis Chriſti illis communicauit. de quo cū putaret ſe obligatum, conſuluit Papam Zachariam. Zacharias verò reſcribit ſibi ſequēs capit. quod prædeceſſor. in quo ſupradicta narrat, dicens, quòd ex tali communione neceſſitatis nullum cōtraxit detrimentum: ex quo anima eius conſilio, vel conſenſu iniquitatis eorum non eſt coinquinata.

h ¶ *Sacramento.*] ſacramentum fortè ideo requiſiuit ab eo, quia habuit eum ſuſpectū, vel ad cautelam.

i ¶ *Adſtipulator.*] id eſt, confirmator.

k ¶ *Sed ſpiritualiter.*] Ar. "ſufficit, ꝙ quis nō faciat contra mentem reſcripti, licet faciat cōtra verba. ſic 22. q. 2. ne quis & q. 5. humanæ. ff. de in ius voc. quamuis. Hic enim verbótenus exceſſit fines mandati: & habemus hic quòd iuramentum pro parte valet, & pro parte non. 22. q. 4. inter. ſic donatio. 12. q. 2. ſi quos. (" Reſcriptū quātum ad verba qnq; non ſeruatur.)

l QVòd.] ſupple ſcripſiſti nobis.

m ¶ *Perfectos.*] " hic habes ꝙ pfectum amplius poteſt perfici. vnde licet matirimoniū dicatur perfici per carnis copulam, non ideo prius fuit imperfectum. Et ex hoc eſt arg. ꝙ excommunicatus amplius poteſt excommunicari. ("Perfectum amplius pficitur.)

n ¶ *Anima tua.*] ſufficit ergo mentaliter aliquid impleri, et ſi non

ſi non corporaliter adimpletur, vt 23.q.4.recedite. Item arg. ꝙ in obligationib. bonæ fidei plus eſt intelligendum quàm verbis exprimatur. 23.q.5.ſi non licet. 32.q.4.meretrices. Itē arg. ꝙ ſi iuraui amodo non accedere ad concubinam meam, ꝙ per hoc non excluditur mihi licitus matrimonialis coitus. arg. 31. q.1.illud. nam ſi liberta iurauit non nubere, de illicitis nuptijs intelligitur. ff. de iu.pat. adigere. §. vlt.

EXCOMMVNICATIONIS. Hæc eſt nona pars q. in quæritur qualiter quis debet anathematizari, & abſolui, & de hoc ponit quatuor capitula. Ioan. de Fan.

1 Bur.l.11. c.3. Iuo p.14.c.76.

CASVS. Suprà facta eſt mentio de excōicatione, quę quia indiget reconciliatione, ideo Grat. oſtendit quæ ſit forma vel modus recōciliationis: prius tamē oſtendit quæ ſit forma excommunicationis.

DEbent.] CASVS. Dicitur hic ꝙ qñ epiſcopus facit ſolemnem excommunicationem, duodecim ſacerdotes debent epiſcopū circunſtare, tenentes candelas ardētes in manib. ſuis, & in fine anathematis eas debent proijcere, & pedib. conculcare: & poſtea epiſtola per parochias debet mitti continens nomina excommunicatorum, & cauſam excommunicationis.

2 Burc.l.11. c.7. Iuo p.3. c.116.

a ¶ *Debent.*] ſed cum dicit, excōmunico te, videtur ꝙ de minori ſit intelligendum. arg. extr. de cen. ex parte. ff. de leg.3. nummis. ff. de re.iu. ſemper in obſcuris. & ff. de pœn. ſi præſes. Nam maior ſemper ſpecificanda eſt. ar. 3.q.4. Engeltrudā. Io. ſed certè à verbis non eſt recedendum. vt ff. de leg.3. non aliter.

b ¶ *Conculcare.*] nec poſtea ſumentur ad aliquem vſum, ſed foras proijcientur, vt ſal infatuatum. 2.q.7. non omnes.

3 Burc.l.11. cap.8.

CAnonica.] CASVS. Hic docet concilium Arauſicum, qualiter eps ſententiam excōmunicationis formare debeat & proferre, ſ. hoc modo: Tales violatores eccleſiarum autoritate Dei & iudicio ſanctæ ſynodi à gremio ſanctæ matris eccleſiæ, & à conſortio totius Chriſtianitatis excludimus donec reſipiſcant, & eccleſiæ ſatisfaciant. & dicit H. & Beneu. quòd ſacrilegi non ſunt ipſo iure excommunicati. arg. 12.q.2. indignè. 17.q.4. quiſquis. Sed tunc temporis erant quidam ſacrilegi & violatores eccleſiarum quos concilium excommunicauit.

« Sacrilegi an ſint ipſo iure excommunicati.

c ¶ *Violatores.*] « videtur hic ꝙ omnes ſacrilegi ſint ipſo iure excommunicati, vt ext. de ſent. exc. cum pro cauſa. ſecundum hoc eſt contra. 17.q.4. quiſquis. 12.q.2. indignè. Dicas qđ violatores eccleſiarum ſunt ipſo iure excōicati: alij non [a], vt ext. de ſen. exc. cōqueſti. & 17.q.4. omnes. & hic de illis loquitur [b].

a Ar. ad hoc 13.q.2. clerici. Arc.

b de hoc no. 12.q.2. cum deuotiſſimā. & extra de ſent. ex. tua. & ibi videas Arch.

CVm aliquis.] CASVS. Hic docetur qualiter & cū quib. ſolemnitatib. epiſcopus anathematizatum debeat reconciliare. Plana eſt tota litera, & per te videbis.

¶ *In epiſtola præcedunt hæc verba,* Suggeſſit itaque ſancta fraternitas tua in ſuis apicibus, quòd præceſſor noſter, &c.

9 *Excommunicationis autem forma, & modus, atque reconciliationis hic eſt.*

¶ Modus, & forma excommunicationis.

CAP. CVI.

1 DEbent [a] duodecim ſacerdotes epiſcopū circunſtare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in cōcluſione anathematis, vel excōmunicationis proijcere debent in terram, & cōculcare [b] pedibus: deinde epiſtola per parochias mittatur continens excommunicatorum nomina & cauſam excōmunicationis.

¶ *Apud Burchardum, & Iuonem ea, quæ in hoc capite continentur, & multa alia eodem pertinentia, citantur ex concilio Rothomagenſi. In collectione verò canonum incerti auctoris manuſcripta, iiſdem verbis, quib. hic, refertur ex Zacharia Papa.*

Item ex concilio Arauſico.

¶ De eodem.

CAP. CVII.

2 CAnonica inſtituta, & ſanctorum patrū exempla ſequētes, eccleſiarum Dei violatores A [c] auctoritate Dei, & iudicio Sancti ſpiritus à gremio ſanctæ matris eccleſiæ, & à conſortio totius Chriſtianitatis eliminamus, quoadusque reſipiſcant, & eccleſiæ Dei ſatisfaciant.

A ¶ Violatores.] *In eadem collectione, & apud Burchardum, & in duobus vetuſtis Gratiani codicibus ſequitur N. ab alijs tamen Gratiani exemplaribus, & ab Iuone abeſt nota iſta.*

Item ex eodem.

¶ Modus reconciliationis excommunicatorum.

CAP. CVIII.

3 CVm aliquis vel excōmunicatus, vel anathematizatus, pœnitentia ductus veniam poſtulat, & emendationem promittit, epiſcopus, qui eum excommunicauit, ante ianuas eccleſiæ venire debet, & duodecim [d] presbyteri cū eo, qui eū hincinde circūſtare debent. A Et ſi ille terræ proſtratus veniam poſtulat, & de futuris [e] cautelam [f] ſpondet, tūc epiſcopus apprehenſa manu eius dextera, in eccleſiam illū introducat, & communioni Chriſtianæ reddat, & ſeptem pſalmos pœnitentiales decantet cum iſtis precibus, Kyrie eleyſon, Pater noſter, Saluū fac ſeruum tuum, *Oratio*, Præſta quæſumus Domine huic famulo tuo dignum pœnitentię fructum, vt eccleſiæ tuæ ſanctæ, à cuius integritate deuiauerat peccando, admiſſorum veniam conſequendo reddatur innoxius. Per, &c.

A ¶ Debent.] *Apud Burchardum, qui etiam ex concilio Arauſico citat, hæc ſequuntur.* Vbi etiam adeſſe debent illi, quibus iniuria vel damnum illatum eſt, *& multa alia, quæ omnino perlegenda ſunt.*

10 *Presbyteris verò, qui excommunicati ſacrum miniſterium contingere præſumunt, quæ pœnitentia ſit imponenda, Ioannes octauus clero, & ordini Salonitano † ſcribens definit dicens.*

¶ Quæ ſit pœnitentia ſacerdotum, qui excommunicati ſacrum miniſterium contingere præſumunt.

CAP. CIX.

4 DE illis presbyteris, qui tempore ſanctiſſimi prædeceſſoris noſtri domini Papæ Nicolai excōmunicati ſacrum miniſterium † contingere pręſumpſerunt, ipſi in ſe damnationis (ſicut ſacri canones ſtatuerunt [g]) ſententiam intulerunt. Tamen, quia miſeratio Apoſtolica veniam ſolet præſtare correctis, ob multitudinē miſericordiæ illis hanc indulgentiam exhibemus, vt ſancta cōmunione ſaginati [h] ſtudeant tribus continuis annis per hebdomadam omni A ſecunda, &

d ¶ *Et duodecim.*] Arg. ꝙ in reſtitutione epiſcopi, vel clerici tot interrerunt epiſcopi, quot fuerūt in depoſitione. de hoc 35.q.9. veniā.

e ¶ *Et de futuris.*] ſi. extra de ſent. excom. ex tenore.

f ¶ *Cautelam.*] ſimiliter ab hæretico reuertente requiritur iuramentū ꝙ decætero nō labetur, vt 1.q.7. quoties. & ab incendiario, vt 23.q.8. peſſimam. ſimiliter in quolibet horrendo crimine iurabit pœnitens ſe nunquam ſimile cōmiſſurum. 12.q.2. de viro. non tamen idē credo faciēdum in quolibet mortali peccato: Sed cum hodie ſimplici verbo quis poteſt excommunicari [c], vt extra de eo qui fur. or. re. c.1. « videtur ergo quòd hodie ſimplici verbo poteſt abſolui quis, qa omnis res per quaſcunque cauſas cōtrahitur per eaſdem diſſoluitur, vt ext. de reg. iur. omnis res.

c Hoc ſane intellige, ne contradicat ext. de ſent. exc. cū medicinalis. Arch.

« Excōicatus an ſimplici verbo poſſit abſolui.

PRESBYTERIS. Hæc eſt 10. pars quæ. in qua ponitur quę pœnitentia debet imponi illis, qui excommunicati celebrauerunt. Io. de Fan.

† al. Salernitano.

CASVS. ſuprà facta eſt mentio de presbyteris excōmunicatis, qui diuina celebrare præſumunt. Nunc verò docet Grat. quæ pœnitentia ſit eis iniungenda.

4 Iuo p.14. c.35. Pan.l.5.c.104.

DE illis.] CASVS. Tempore Nicolai quidam presbyteri dum eſſent excommunicati, præſumpſerunt diuina officia celebrare, quo mortuo cū ipſi pœnitētiam agere vellent, quæſiuit clerus Salonitanus à Papa Ioanne quæ pœnitentia ſit illis ſacerdotibus imponenda. Et reſpondet, quòd de iure deberent deponi, de miſericordia tamen ſedis Apoſtolicæ in ſancta communione permittuntur, ita vt tribus continuis annis in vnaquaque hebdomada in ſecunda & quarta & ſexta feria à vino & carnibus ieiunent, & vltrà lugenda non committant.

† al. myſterium.

g ¶ *Statuerunt.*] ſupra eadem, ſi quis epiſcopus. contra vbi eis negatur ſpes reſtitutionis, ſed non negatur quin à Papa [d] poſſint reſtitui.

d Sub. non ab alio. 2.q.5. quanto. in fi. 22.q.4. eſt iniuſta. L.

h ¶ *Saginati.*] pingue verbum de pingui intellectu proceſſit. 44.diſt.§. fin.

QVI AVTEM. CASVS. hic docet Gratian. quòd communicantes excommunicatis pro modo peccati maioris, vel

vel minoris debent pœnitere, quod probat ſeq. cap.

SAnctis.] CASVS. Quidam communicauerunt excõmunicatis ex ignorantia, vel timore, neceſſitate, vel voluntate: quare quæſiuit Genebaldus epiſcopus Conſtantienſis ab Vrbano ſecundo qualiter puniri debeant, vel ad ſatisfactionẽ recipi. Et reſp.ꝙ niſi reſipiſcant, anathematizari debent. Si verò ſatisfacere velint, illi qui ignorantia, timore, vel neceſſitate excommunicatis participauerũt, ſub minori pœnitentia ſunt recipiendi. Qui verò voluntate, vel negligentia communicauerunt, ita diſtrictè ſunt recipiendi, vt cæteris metus incutiatur.

a ¶ *Ignorantia.*] craſſa: quia verè ignorans non eſſet excõicatus. vnde lex dicit, Scientiã, non ignorantiam volumus obligari.

† al. Gebehardo.

b ¶ *Timore.*] ext. quod metus cau. ſacris.

c ¶ *Aut negligenter.*] no. negligentiam comparari voluntati. ff. de reg. iur. l. latæ culpæ.

1 Iuo p. 14. c. 41. Pann. l. 5. c. 107.

† al. ipſi.

d ¶ *Coercitione.*] ſed pone, ꝙ aliquis laicus iurauit ſe alij laico ſatisfacere: poſt abſolutionem vult ei ſatisfacere coram ſeculari iudice. nunquid iudex eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de iſta ſatisfactione, cum illa ſit cauſa ciuilis? ſic, ar. ext. de do. inter vi. & vx. de prudentia. extra de coniu. ſer. c. licet. vbi iudex eccleſiaſticus de libertate ſiue de hæreditate cognoſcit, & pronuntiat, & iudex eccleſiaſticus de cauſa natiuitatis cognoſcit, ext. qui fil. ſint leg. c. lator.

† aliàs, oſculo.

† al. participium.

† al. coercione.

quarta, & ſexta feria à B vino, & à carne penitus ieiunare, & vltra lugenda nequaquam cõmittere.

A ¶ Omni ſecunda.] *Apud Iuonem, & in aliquot vetuſtis Gratiani exẽplaribus legitur*, omni ſecunda, & ſexta feria: *in vno autẽ*, omni quarta, & ſexta feria.

B ¶ A vino.] *In Pannormia eſt*, aut à vino, aut à carne, *apud Iuonem* à vino, aut aceto

Qui autem excommunicatis communicant, pro modo peccati pœnitentiam accipiant.

Vnde Vrbanus ij. Genebaldo† Conſtantienſi Epiſcopo.

¶ Pro modo peccati puniantur, qui excommunicatis communicant.

CAP. CX.

1 SAnctis quippe canonibus cautum cõſtat, vt qui excommunicatis communicauerit, excommunicetur. Ipſius† tamen pœnitentiæ, atq; abſolutionis modos eo moderamine decernimus, vt quicunque eu ignorantia[a], ſeu timore[b], ſeu neceſſitate negotij cuiuſquam maximi, & maximè neceſſarij, eorum ſe conuictu, ſalutatione, oratione, oſculatione† contaminauerit, cum minoris pœnitentiæ medicina ſocietatis noſtræ participationem† ſortiantur. Eos verò, qui aut ſpontaneè, aut negligenter[c] inciderint, ſub ea volumus diſciplinæ coërcitione†[d] ſuſcipi, vt cæteris metus incutiatur.

CAVSA XII.

QVidam clerici propria[e] relinquere volunt, de ſuis & eccleſiæ rebus teſtamentum conficiunt: de rebus eccleſiæ nonnulla largiuntur.

QVidam clerici.] CASVS In 11. cauſa q. 1. c. inolita. & c. placuit. introduxit magiſter Gratian. clericos litigantes de rebus proprijs. Sed quia poſſet dubitari, an clerici debeant habere propria, quia prędeceſſores eorum omnia habebant communia, de quibus dicitur, Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quiſquã eorum aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant eis omnia communia: ideo ſupponit hanc 12. cauſam, in qua oſtendit an clerici poſſint propria habere, & annectit de alienatione rerum eccleſiæ, & vtrum clericis liceat condere teſtamenta. Vt autem hæc omnia melius pateant, proponit thema, de quo quinq; elicit quęſtiones, in hunc modum dicens: *Quidam clerici, &c.*

e ¶ *Propria.*] ſ. prox. cã, q. 1. in illo c. inolita. & c. placuit. G. induxit clericos litigãtes de proprijs reb. Sed quia dubitari poſſet, an poſſint clerici habere ꝓpria: ideo ponit hãc cauſam, in qua quærit an clerici poſſint ꝓpria poſſidere, & an poſſint res eccleſiæ alienare, & poſſint cõdere teſtm̃, & vt hæc & alia, &c.

f ¶ *An vtrique.*] id eſt, eccleſiæ & ſacerdoti.

CLericos.] Hæc q. diuiditur in duas par. In 1. probat magiſter per 17. auctor. quòd nullus clericus debet habere proprium, quod tamen de regularibus intelligitur, qui proprijs renuntiauerunt. Secunda ibi, *His omnibus*, Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima q. qua quæritur an clericis liceat habere propriũ. & hoc ordine procedit Grat. Primò probat, ꝙ clerici non debent habere proprium. Poſteà cõtrarium. Et ſcias, ꝙ clerici qui non abrenuntiant proprijs, poſſunt habere propria. ĩ. ead. q. epiſcopi. manifeſta. ſint manifeſtæ. Si verò abrenuntiauerũt tacitè, vel expreſsè, nõ poſſunt habere propria. tacitè 19. q. 3. nunc autẽ expreſſe cum viua voce hoc exprimunt. & hoc teneas quicquid Grat. dicat.

g ¶ *Clericos.*] in hac prima q. ſ. an clerici poſſint ꝓpria habere, Gratian. alleg. pro & cõtra: deinde ſoluit in illo §. cũ ergo. & malè. " Dic ergo, ꝙ poſſunt habere propria niſi renuntiauerint[a] proprijs. ĩ. ea. q. 1. ſint manifeſtæ. Sed hoc not. ꝙ in primitiua eccleſia omnes credentes ſiue clerici ſiue laici nihil proprij poſſidebant: ſed communia erãt omnia, ſecundum ꝙ loquitur ĩ. ead. c. 2. & ſi qua capitula contrarium dicãt, loquuntur de conſilio, vel ſecundum tempus primitiuę eccleſiæ, vel de ijs qui tacitè, vel expreſsè renuntiauerunt proprijs.

" clerici pñt habere proprium.

a ſcilicet tacitè vel expreſsè: tacitè vt 19. q. 3. nunc aũt. expreſsè cũ viua voce hoc exprimunt. B.

† al. approbatur.

1 *Modò primùm quæritur, vtrum liceat clericis proprium habere.*

2 *Secundò, an res eccleſiæ, quæ ab eis datę ſunt, poßint conſtare aliqua firmitate eis, qui eas acceperunt.*

3 *Tertiò, ſi ante tempus ordinationis ſuæ, qui nihil habere videbantur, & poſt ordinationem aliqua inueniſſe noſcuntur, an poſſint ea relinquere quibus voluerint, an non.*

4 *Quartò, ſi de ſuis & eccleſiæ rebus aliqua acquiſiſſe noſcuntur, an vtrique[f] communiter, an ſingulariter eccleſiæ, vel ſacerdoti, iure proueniant.*

5 *Quintò, ſi teſtamenta liceat eis conficere.*

QVÆSTIO I.

1 ps

CLericos[g] nihil poßidere, multis auctoritatib. iubetur.†

Ait enim Toletanum concilium quartum, c. 23.

¶ Impuberes, & adoleſcẽtes in vno conclaui manẽtes, probatiſſimo ſeniori deputentur.

CAP. I.

2 OMnis ætas ab adoleſcẽtia[h] in malũ prona eſt. Nihil enim incertius, quàm vita adoleſcentium 3. Ob hoc conſtituere oportuit, vt ſi qui in clero impuberes†, aut adoleſcentes exiſtunt, omnes in vno cõclaui atrij cõmaneant†, vt lubricæ ætatis annos non in luxuria, ſed in diſciplinis eccleſiaſticis agãt, deputati probatiſſimo[i] ſeniori, quem & magiſtrum[k] diſciplinæ, & teſtem vitæ habeant. ¶ Quòd ſi aliqui ex his pupilli[l] exiſtunt, ſacerdotali tutela foueantut: vt &

OMnis ætas.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas par. In 1. loquitur de impuberibus clericis & adoleſcẽtib. quorum vita quia ſemper ad malũ prona, eſt, ideo in vno cõclaui omnes manere debẽt, deputati probatiſſimo ſeniori, qui magiſter ſit doctrinæ, & teſtis vitæ eorum. In 2. part. loquitur de laicis pupillis eccleſiæ commendatis, quos prælatus eccleſiæ debet in omnib. cuſtodire. Si autem aliqui eorum cũ adulti fuerint, luxurioſè viuere voluerint, ſi aliter corrigi noluerint, ponãtur in monaſterijs, vt ibi diſtrictius viuant. Secunda pars incipit ibi, *Quod ſi aliqui.* Et nota, quòd omnia c. quæ dicunt, quòd clerici non poſſunt habere proprium, intelliguntur de illis qui renuntiant proprijs tacitè, aut expreſsè.

2 Anſ. l. 7. c. 1. Gen. 6. & 8. Prouerb. 30.

3 Cõcor. gl. in ver. auertit. §. his igitur. aliàs, his itaque. inſti. de iu. & iu.

† al. puberes.

† al. commorentur.

h ¶ *Ab adoleſcentia.*] in clericis ęxpectantur 18. anni, & tunc quæritur an velint in ſeculo perſeuerare, vt ſ. diſt. 28. de his. In monachis 14. vt ĩ. 20. q. 1. illud.

i ¶ *Probatiſſimo.*] " pupillus enim apud tales educari debet, qui non inſidientur eius pudicitiæ, vt ff. vbi pu. edu. de. l. pen. Vel dic, ſeniori. id eſt, presbytero. 84. diſt. porrò.

" Pupillus vbi debet educari.

k ¶ *Magiſtrum.*] not. ꝙ magiſter prohibere debet teſtimoniũ de vita diſcipuli, ſimiliter de eius doctrina, vt C. de aduoc. diuer. iud. l. nemini. ſic domeſtica teſtimonia quandoque admittuntur. ſic & pater perhibet teſtimonium de filio. 20. q. 3. præſens. ſic & aliàs 2. q. 7. cum paſtoris. & ĩ. e. q. manifeſta. 2. q. 1. Deus omnipotens.

l ¶ *Pupilli.*] hic de laicis loquit̃, qui ſunt cõmendati eccleſiæ.

l ¶ *Pupilli.*] pupilli, orphani, viduæ, liberti, miſerabiles perſonæ[b] ſpectant ad iudicium eccleſiaſticum, vt 88. diſt. c. 1. & 2.

b Idé Alex. de Imo. in l. 1. ff. de iur om. iud. col. 2. vbi dicit ꝙ pro miſerabilib. perſonis iudex poteſt interponere officium etiam non imploratum, per l. 1. C. quãdo imper. inter pup. & vid.

&C.

C. quando Imperator inter pu. & vid. l. vnica. §. quòd ſi pupilli. & 16. quæſtio. 1. generaliter. quæ hic pro contrario ſignantur. Sed dic tutela, id eſt, protectione, Ioan. Credo, quòd ſint de foro vtriuſque B. vnde eccleſia tales tueri, id eſt, nutrire non tenetur; ſed tueri, id eſt, protegere tenetur.

Dilectiſſimos.] C A S V S. Hieroſolymis erant quidam qui proprijs renuntiauerũt cum ipſis Apoſtolis: ſed non bene ſeruabát. & ideo Clemens Papa ſcribit Iacobo & ſecũ habitantibus, & primò ſalutans eos docet, quòd omnia debent eſſe communia, Et hoc probat ſex rationibus, prima eſt, quia de iure naturali à principio omnia fuerunt communia, ſed per iniquitatẽ eſt proprietas inducta, vt dicatur, hoc eſt meum, illud tuum. Secundò auctoritate Platonis dicentis omnia debere eſſe communia, etiam vxores. Tertiò, auctoritate prophetæ. Quartò, exemplo Apoſtolorũ. Quintò, exemplo Chriſtianorum primitiuæ eccleſiæ, qui vendebant agros, & pretia eorum dabant Apoſtolis. Sextò, exemplo Ananiæ & Sapphiræ qui mortui ſunt ante pedes Petri: quia mentiti ſunt de pretio agrorum. In fine hortatur eos, vt ab Apoſtolicis regulis non recedant. Prima ratio incipit ibi, *Communis enim vſus*. Secunda ibi, *Denique*. Tertia ibi, *Ecce quàm bonum*. Quarta ibi, *Iſtius enim*. Quinta ibi, *Omnes verò*. Sexta ibi, *Ananias*. Breuius repete, probat ſex rationibus, quòd omnia debent eſſe communia.

a Anſ. ibid.

Pſalm. 132.

Act. 4.

a ¶ *Dilectiſſimis.*] ſex rationibus probat omnia eſſe communia. Et nota, quòd Papa hic ſe poſtponit, ſic poſtponitur ſupra. 97. diſt. victor.

b ¶ *Omnium.*] vnde Tullius: Dulciſſima rerum poſſeſſio communis eſt. & dicit Philoſophus, " Quietiſſimè viuerent homines in hoc mundo, ſi de medio ſublata eſſent duo verba, ſcilicet meum, & tuum.

" Meum & tuũ turbant humanum otium.

vita eorũ à criminibus intacta ſit, & res ab iniuria improborum. Qui autem his præceptis reſultauerint, monaſterijs deputentur, vt vagantes animi, & ſuperbi ſeueriori regula diſtringantur.

Item Clemens in epiſtola quinta.

¶ Omnibus clericis communis eſt vita ſeruanda.

CAP. II.

Dilectiſſimis [a] fratribus, & condiſcipulis, Hieroſolymis cum dilectiſſimo fratre Iacobo coëpiſcopo habitãtibus, Clemens epiſcopus. Communis vita, fratres, omnibus neceſſaria eſt, & maximè his, qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt, & vitam Apoſtolorum, eorumque diſcipulorum imitari volunt. ¶ Communis enim vſus omnium [b], quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit. Sed per iniquitatem [c] alius hoc ſuum eſſe dixit, & alius illud: & ſic inter mortales facta diuiſio eſt. ¶ Denique Græcorum quidam ſapientiſſimus hæc ita ſciens eſſe, ait, communia debere eſſe amicorum omnia. [In omnibus A autem ſunt ſine dubio, & coniuges [d].] Et ſicut non poteſt, inquit, diuidi aër [e], neq; ſplendor ſolis, ita nec reliqua, quæ communiter in hoc mundo omnibus data ſunt ad habendum, diuidi debere, ſed habenda eſſe communia. Vnde & Dominus per prophetam loquitur dicens [Ecce quàm bonum, & quàm iucũdum, &c.] ¶ Iſtius enim conſuetudinis more retento etiam Apoſtoli, eorumque diſcipuli, vt prædictum eſt, vnà nobiſcum & vobiſcum communem vitam duxere. Vnde, vt bene noſtis, erat multitudinis eorum cor vnum, & anima vna [f], nec quiſquam eorum, aut noſtrûm de his, quæ poſſidebat [g], aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed omnia illis & nobis erant communia: nec quiſquam egens erat inter nos. ¶ Omnes autem, qui domos, vel agros poſſidebant, vendebant eos, & pretia eorũ, & reliquas res, quas habebãt, afferebant ponentes ante pedes Apoſtolorum (ſicut nobiſcum quidam veſtrûm cognouerunt, & viderunt:) & diuidebantur ſingulis, prout cuique opus eras. ¶ Ananias autem auſterus, & Sapphira [h] vxor eius, qui mẽtiti ſunt Apoſtolis de pretio agrorum ſuorum, quos vendiderant, nobis præſentibus, in conſpectu omnium circumadſtantium à conſpectu Apoſtolorum propter peccatum [i] eorum, & mendacium, quod fecerunt, mortui elati ſunt ambo. Cætera, quæ de talibus cognouimus, & vidimus, nec recordatione [k], nec demonſtratione digna ſunt. Quapropter hæc vobis cauenda mandamus, & doctrinis, & exemplis Apoſtolorum obedire præcipimus [l]: quia hi, qui mandata eorum poſtponunt non ſolùm rei, ſed extorres fiunt. Quæ non ſolùm vobis cauenda, ſed & omnibus prædicanda ſunt. *& infrà.* ¶ Vnde conſilium dantes, veſtram prudentiam hortamur, vt ab Apoſtolicis regulis non recedatis: ſed communem vitam ducentes, & ſcripturas ſacras rectè intelligentes, quæ Domino vouiſtis, adimplere ſatagatis.

A ¶ In omnibus autem ſunt ſine dubio & coniuges.] *Verba hæc ab ſunt ab originali in recentioribus conciliorum editionibus impreſſo, & duobus ipſius manuſcriptis codicibus, vno Vaticano, altero bibliotheca ſancti Marci Florentia, & ab Anſelmo. Hanc verò ſententiam à Platone acceptam hæretici quidam volebant in Chriſtianam religionem inuehere. Ita enim ſcribit Epiphanius hæreſi 32.* Primum quidem, quòd ipſe Epiphanes cum patre ſuo, & ſectæ antiſtite Carpocrate, ac ſodalibus eius, communes eſſe hominum vxores ſanciuit, ex Platonis de repub. libris occaſionem nactus, & propriam concupiſcentiam perficiens. *Verùm apud veteres etiam Chriſtianos hanc vxorum communionem vehementer damnari ſolitam Tertulianus in Apologetico euidenter teſtatur his verbis.* Omnia indiſcreta ſunt apud nos præter vxores. In illo loco conſortium ſoluimus, in quo ſolo cæteri homines conſortium exercent: qui non amicorum ſolummodo matrimonia vſurpant, ſed & ſua amicis patientiſſimè ſubminiſtrant, ex illa credo maiorum & ſapientiſſimorum diſciplina, Græci Socratis, & Romani Catonis, qui vxores ſuas amicis communicauerunt, &c.

Item Eugenius Papa II. & Leo quartus, c. 7.

¶ Iuxta eccleſiam, clericorum clauſtra conſtituantur.

c ¶ *Sed per iniquitatem.*] id eſt, per conſuetudinem iuriſgentium æquitati naturali contrariam: ne ſit contra. ſupra. diſtinct. 8. capit. 1. Vel per iniquitatem, id eſt, per ſolicitudinem, vt ibi, " Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, id eſt, de pecunia, quæ per ſolicitudinem eſt quæſita. 14. quæſt. 5. §. ſed hoc multipliciter.

Act. 5.

" Amicos facere de mãmona iniqtatis qd eſt

d ¶ *Et coniuges.*] non quo ad vſum carnis, ſed quo ad vſum obſequij, vel quo ad dilectionem. 31. diſtin. omnino. Et eſt arg. quòd verbum generale generaliter intelligendum eſt. 19. diſtin. ſi Romanorum [a].

e ¶ *Aër.*] Aer communis dicitur quo ad vſum, vt inſti. de rer. diui. §. 1. ſed quo ad ius ædificandi, cuius eſt ſolum, eius eſt aer vſque ad cœlum, vt ff. quòd vi aut clam. l. vltim. in fin. poteſt enim ædificare homo quam altè velit; tamen non excedat vſitatum modum altitudinis, vt C. de ædi. priua. l. 1.

a Concord. tex. in l. 1. & fi. C. quę res pi. obl. poſſ. & in l. 1. §. cum vrbé. ff. de offi. prǽf. vrb.

f ¶ *Cor vnum & anima una.*] ſcilicet vt ſint vniti vinculo charitatis.

g ¶ *Poſſidebat.*] Ergo aliquis poteſt poſſidere rem, cuius non poteſt habere proprietatem. argu. contra, extra de præſcri. cauſam. Sed dic poſſidebat, id eſt detinebat ſicut ſeruus dicitur poſſidere. ff. de ac. poſ. quod ſeruus.

h ¶ *Et Sapphira.*] infra. 23. quæſt. 8 legi. & c. Petrus.

i ¶ *Propter peccatum.*] " propter peccatũ moritur quis citius, 23. q. 4. ca vindicta.

" Peccatum vitam abbreuiat.

k ¶ *Recordatione.*] alias retractatione.

l ¶ *Præcipimus.*] id eſt, monemus. ſimile 28. q. 1. ſic enim. videtur tamen ꝙ hoc fuit præceptum [b], quia primitiua eccleſia hoc potuit præcipere: ſicut continentiam. ſed ſi hoc hodie præciperetur, deformaret ſtatum eccleſiæ vniuerſalis: quod non debet eſſe. 1. quæſt. vlt. & ſi illa. Vel dic quòd præceptum erat eis qui tunc renuntiauerant proprijs, non alijs. 17. q. 1. c. 1.

b Cõtra hoc facit litera conſiliũ, &c. & hortamur, &c. ſed ſæpe q̃ ſunt præcepti cõſuluntur & monẽtur, vt in prædic. c. ſic. n. Arch.

Neceſſaria.]

NEceſſaria.] CASVS. Hic reprehenduntur quidam regulares, qui communiter viuere nolebant, nec volebant habere prælatos. pręcipiunt ergo duo Papæ, ſcilicet Eugenius & Leo, quòd communiter viuant, & prælatos habeant tales, qui eos exornent, & non dehoneſtent. *Miniſtri*, ideſt, plebani, vel archipresbyteri, vel œconomi, vel huiuſmodi. Sequens §. cum c. planus eſt.

a ¶[*Neceſſaria.*] ideſt, vtilis & honeſta.

b ¶[*Clauſtra.*] Idem dicitur de conſe. diſt. 5. in omnibus. ſ. diſt. 32. præter.

c ¶[*Officinæ.*] ſ. diſt. 32. ſi qui verò. contra, ſ. 1. q. 2. ſacerdos. contra, j. ea. quia tua. ſed ibi loquitur de eccleſijs collegiatis: hic non. vel cõſuetudo diuerſarum eccleſiarum ſoluit contrarium.

ADDITIO. Quia prouidetur eis vt pauperibus, non vt clericis, ſecundum H. hic autem loquitur quando viuunt in communi, & de communi, ſecundum Lauren.

d NVlla.] ¶*In atrio.*] "ideſt, in cœmeterio, quod habebit xl. paſſus in circuitu eccleſiæ maioris capellæ, vel minoris eccleſiæ xxx. vt j. 17. q. 4. ſicut antiquitus. ſic palatium Imperatori nõ eſt priuatorum parietibus coarctandum. C. de op. publi. quicunque.

CLericus.] CASVS. Nepotianus rogauit Hier. vt dictaret ſibi libellum de clericorũ vita. quod Hier. fecit. hoc ergo cap. quod eſt pars illius libri, tria oſtẽdit, ſcilicet quòd clericus debet nomẽ ſuum interpretari: & iuxta interpretationem viuere. Secundò oſtendit, ꝙ clericus non debet habere diuitias: quia cũ his qui talia poſſident Dominus eſſe dedignatur, nec vult fieri pars eorum. Tertiò oſtendit, quòd clericus de decimis & oblationib. viuere debet, & relinquere hæreditatem parentib. Hoc vltimum eſt de conſilio, quod datur perfectis. Vel ſecundum vetus teſtamẽtum quando leuitæ, de decimis & oblationibus contenti erant, ſicut dixit H. cum hodie etiam monachi ab hæreditate paterna, vel materna non excludantur, vt 18. q. 1. ſtatutum. & 19. q. 3. præſens.

e ¶[*Nitatur.*] Arg. à nominis interpretatione 16. quæſt. 1. ſi cupis. nomina enim debent eſſe conſona rebus. inſtit. de dona. §. eſt & aliud.

f ¶[*Si aurum.*] "non tamen eſt peccatum habere diuitias, ſi adſint bona opera, vt 35. diſt. hæc autem ſcripſimus. ſed tunc eſt peccatum, ſi propter eas iuſtitia deſeritur. j. ea habeat, vel cum homo in eis ſpem ſuam ponit, vt 8. q. 1. ſunt in eccleſia.

g ¶[*Et funiculus.*] "Funiculus hic dicitur menſura quædã, qua diuidebatur hæreditas poſt funus defuncti, ſecundum illud: Funes ceciderunt mihi in præclaris. & dicitur à funere.

h ¶[*Nec accipio.*] Monachus tamen ſuccedit in hæreditatẽ, vt 19. q. 1. non liceat. & eccleſia nomine eius recipit, vt 18. q. 1. c. 1. Vnde Ouidius;

Alterius vires ſubtrahit alter amor.

i ¶[*Inter cæteras.*] ſed ſingulariter: & eſt arg. quòd clerici non debẽt partiri hæreditatem cũ fratribus.

CVi.] CASVS. Quidam rogauit Ambroſ. vt ſcriberet ſibi qualiter poſſet ſeculũ fugere, & Deo ſeruire: cui Ambro. reſcribit dicens, ꝙ ſeculum duob. mod. fugitur, ſcilicet renuntiando rebus proprijs & ſecularib. curis: & abdicãdo ſe à domeſticis perſonis & conſanguineis, vt ſuis ſe abneget, qui Deo ſeruire eligit.

k ¶[*Neceſſitatis.*] id eſt, ſolicitudinis.

l ¶[*Officia.*] ſ. ſecularia.

m ¶[*Decerpitur.*] ideſt ſubtrahitur. ſic. 99. diſt. ecce.

n ¶[*Abdicatio.*] quo ad carnalem affectum, vel copulam.

DVo ſunt.] CASVS. Quidam leuita rogauit Hiero. vt aſſignaret ſibi differẽtiam inter clericos & laicos: & quod eſſet officium vniuſcuiuſque. Hiero. ergo reſcribit ei aſſignando duo genera hominum, ſcilicet clericos & laicos. clericorum eſt officium diuina cõtemplari, orationibus & diuinis officijs inſiſtendo: & ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare. iſti dicuntur reges: quia ſe & alios regere in virtutib. debẽt. & in ſignum huius rei geſtant coronã in vertice. Laicorum verò officium eſt ducere vxorem, terram collere, & ea quæ continentur in fin. cap. & oſtendit qualiter vtrique interpretentur.

o ¶[*Conuerſi.*] Conuerſi omnes dicuntur eccleſiaſticæ perſonæ, vt 17. q. 4. quiſquis. "& verberans talem incidit in canonem. extr. de ſent. excom. non dubium. & habebunt habitum illorum cum quib. conuerſantur, vt 16. q. 7. in nona. & licet conuerſi hic dicantur Deo deuoti, non tamen tenentur continere. nam quidam talium profitentur, quidam non, vt 27. q. 1. vt lex. nam acolythi ſunt eccleſiaſticæ perſonæ & tamen non tenentur continere, vt 32. diſt. ſi quis eorum: quia poſſunt contrahere matrimonium legitimum. Item licet templarij ſint eccleſiaſticæ perſonæ, tamen poſſunt mouere arma ex permiſſione eccleſiæ.

a ¶[*Depoſitio.*]

1 Anſ. l. 7. c. 5. & l. 4. c. 2.

2 in concil. Salegunſt. c. 12.

"atrium eſt cœmeteriũ.

3 Iuo p. 15. c. 178.

"Diuitias habere peccatum non eſt.

"Funiculus quid ſit.

Pſal. 15.

1. Tim. 6.

† geſtit] Orig.

"cõuerſum verberãs incidit in canonem.

Pſal. 15.

CAP. III.

1 NEceſſaria [a] etenim res exigit, vt iuxtà eccleſiã clauſtra [b] conſtituantur, in quibus clerici diſciplinis eccleſiaſticis vacent. Itaque omnibus vnum ſit refectorium, ac dormitorium, ſeu cæteræ officinæ [c] ad vſus clericorum neceſſariæ. Miniſtri verò poſt epiſcopum ſuper eos eligantur: quorum vita, atque doctrina: illos potius exornet, quàm dehoneſtet.

¶ *Eſt caput ſeptimum concilij Roman. ab Eugenio II. primùm habiti, & poſtea à Leone IIII. innouati. Antea citabatur Leo nonus.*

Nec in atrio eccleſiæ alia ædificia, niſi clericorum ponantur.

Vnde Nicolaus Papa. [2]

¶Nec in atrio eccleſiæ, niſi clericorum ædificia ponantur.

CAP. IIII.

3 NVlla ædificia in atrio [d] eccleſiæ ponantur, niſi tantùm clericorum.

¶ *Ferè eadem leguntur in concilio Salegunſtadienſi, c. 12. quod habetur in fine collectionis Burchardi, & refertur ab Iuone par. 15.*

Item Hieronymus ad Nepotianum.

¶Clericus nihil ſeculare poſſideat.

CAP. V.

CLericus, qui Chriſti ſeruit eccleſiæ, interpretetur primò vocabulum ſuum: & nominis definitione prolata nitatur [e] eſſe quod dicitur: Si enim κλῆρος græcè, ſors latinè appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de ſorte ſunt Domini, vel quia Dominus ſors, ideſt pars clericorum eſt. Qui autem vel ipſe pars Domini eſt, vel Dominum partem habet, talem ſe exhibere debet, vt & ipſe poſſideat Dominum, & poſſideatur à Domino. Qui dominum poſſidet, & cum propheta dicit [Pars mea Dominus,] nihil extra Dominũ habere poteſt. Quòd ſi quidpiam aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus: Verbi gratia, ſi aurum [f], ſi argentum, ſi poſſeſſiones, ſi variam ſuppellectilem, cum iſtis partibus Dominus fieri pars eius non dignatur. Si autem ego pars Domini ſum, & funiculus [g] hæreditatis eius, nec accipio [h] partem inter cæteras [i] tribus: ſed quaſi leuita, & ſacerdos viuo de decimis, & altari ſeruiens, altaris oblatione ſuſtentor. Habens victum & veſtitum, his contentus ero, & nudam crucem nudus ſequar.

Item Ambroſius de fuga ſeculi, cap. 2.

¶Nihil preter Deum debet curare qui in eius ſortem eligitur.

CAP. VI.

CVi portio Deus eſt, nihil debet curare, niſi Deum: ne alterius impediatur neceſſitatis [k] munere. Quod. n. ad alia officia [l] confertur, hoc religionis cultui, atq; huic noſtro officio decerpitur [m]. Hęc enim vera eſt ſacerdotis fuga, abdicatio [n] domeſticorum, & quædam alienatio chariſſimorum: vt ſuis ſe abneget, qui ſeruire Deo elegerit. †

Item Hieronymus ad quendam ſuum leuitam de duobus generibus hominum.

¶Clericis, & Deo deuotis nec cauſas agere, nec aliquid proprium habere licet.

CAP. VII.

DVo ſunt genera Chriſtianorum. Eſt autem vnum genus, quod mancipatum diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omni ſtrepitu temporaliũ ceſſare conuenit: vt ſunt clerici, & Deo deuoti, videlicet conuerſi [o] κλῆρος enim græcè, latinè ſors. Inde huiuſmodi homines vocantur clerici, id eſt ſorte electi. Omnes enim Deus

a ¶[*Depoſitio.*] ſic ſupra.diſtin.23.prohibete.& capilli qui remanent, deſignant quòd aliqua debemns retinere ad ſuſtentationem.

b ¶[*Proprietatem.*] rerum eccleſiaſticarum, tamen bene concedendum eſt, quòd clericus ſit dominus fructuum collectorum. ſed licet proprietas fructuum ſua ſit: tamen nõ poteſt eam in morte eius alicui largiri ratione teſtamenti, ſed intuitu eleemoſynæ ſic, vt extr.de teſtà. ad hæc. ſicut hæres licet ſit dominus rerum quas tenetur per fideicommiſſum reſtituere alij: tamen nihil poteſt inde alienare.ff.ad Tre. deducta.§.vlti. & l.quidam.§. ſi quis.

1 Aug. ſer. 21. ad fratres in eremo.

c ¶[*Ad vſum.*] "Prohibetur etiam laicis ne ſeruent pecuniam, vt 47.diſtin. ſicut hi. hoc ideo ne quis in auaritiam incidat: aliàs bene licet: quia non debet quis omnia bona ſua ſtatim effundere, vt 86. diſtin. non ſatis. & dic non niſi ad vſum, ideſt non abuſum. bene enim poſſunt habere proprium.

"Pecuniam ſeruare vtrũ licitum ſit.

d ¶[*Oblationes.*] imo præcipitur eis oblationes dare, vt 16. quæſt. 1.ſtatuimus. j̄. de conſe.diſtin.1. omnis Chriſtianus.10.q.1. quia ſacerdotes.

QVia tua.] CASVS. Tres quęſtiones fecit Auguſt. Gregorio: quib. quæſtionibus. Grego.tres dat reſponſiones. Prima fuit, an clerici Anglorum debeant proprijs renuntiare, & communiter viuere.& reſp. quòd ſic, vt habetur in principio cap. Secunda fuit, an clerici cõiugati, & in minoribus ordinibus conſtituti debeant habere ſtipendia eccleſiaſtica. Et reſp. quòd ſic, ſicut eſt à patribus ſcriptum quòd diuidebant, &c. qui ſub regula eccleſiaſtica sũt tenendi. Tertia fuit ſi quid ſupereſt communiter viuentibus de annuo reditu, qd debeat inde fieri. Et reſp. quòd dẽt pauperib. erogari: & hoc probat auctoritate Chriſti dicentis, Quod ſupereſt, &c. Secunda pars ibi, *Si qui verò ſunt.* Tertia ibi, *Communiter autem viuentibus.*

2 Ioan.diac. in vita.l.2. c.37.

3 Anſ.l.7.c. 3.

† al. viuere.

4 32.diſt.ſi qui verò.

Act.2.

" Monach' factus eps̄ ꝓpriũ habere non põt.

c ¶[*Seorſum.*] "Ergo monachus epiſcopus factus non poteſt habere proprium. ſed ſi hæreditas aliqua deuoluitur ad eum, erit eccleſiæ, vt 18.q.1.c.1.in fin.

f ¶[*Si qui verò.*] s̄, diſt.32. ſi qui verò.& c.placuit. hoc hodie non tenet a, extr.de cle.coniu. Ioannes.& c.1.

a Hęc eſt vera ſententia ſecundum Vin.& In.& quod hic dr̄ eſt ius vet': & ſtatur hodie ei quod dr̄ in decre. hic alleg.de cle. coniug. c.1. Arc.

in ſuos elegit. Hi namque ſunt reges, id eſt ſe, & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo regnum habent. Et hoc deſignat corona in capite. Hanc coronam habent ab inſtitutione Romanæ eccleſiæ in ſignũ regni, quod in Chriſto expectatur. Raſio verò capitis, eſt temporalium omnium depoſitio [a]. 1 Illi enim victu & veſtitu cõtenti, nullam inter ſe proprietatem [b] habentes, debent habere omnia communia. Aliud verò genus eſt Chriſtianorum, vt ſunt laici, λαος enim græcè, eſt populus latinè. His licet temporalia poſſidere, ſed non niſi ad vſum [c]. Nihil enim miſerius eſt, quàm propter nũmum Deum contemnere. His conceſſum eſt vxorem ducere, terram colere, inter virum & virum iudicare, cauſas agere, oblationes [d] ſuper altari apponere, decimas reddere: & ita ſaluari poterunt, ſi vitia tamen benefaciendo euitauerint.

Item Gregorius Auguſtino Anglorum Epiſcopo, reſponſionum, c. 1. & 2. 2

¶Clerici nihil proprium poſſideant.

CAP. VIII.

3 QVia tua fraternitas monaſterij regulis erudita ſeorſum [e] non debet fieri † à clericis ſuis in eccleſia Anglorum, quæ auctore Deo nuper ad fidem perducta eſt: hãc debet inſtituere conuerſationẽ, quæ in initio naſcentis eccleſię fuit patribus noſtris: in quibus nullus eorum ex ijs, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia. ¶4 Si qui verò [f] ſunt clerici extra ſacros ordines cõſtituti, qui ſe non poſſunt continere, ſortiri vxores [g] debent, & ſtipendia ſua exterius accipere: quia & de eiſdem patribus, de quibus præfati ſumus, nouimus ſcriptum, [quòd diuidebatur ſingulis, prout cuiq; opus erat.] De eorum ergo ſtipendio cogitandum, atq; prouidendum eſt: & ſub eccleſiaſtica [h] regula ſunt tenendi: vt bonis moribus viuant, & canendis pſalmis inuigilent, & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conſeruent. Communiter † autem viuentibus iam de faciendis portionibus [i], vel exhibenda hoſpitalitate & adimplẽda miſericordia nobis quid erit loquendum? cum omne, quod ſupereſt, in cauſis pijs, ac religioſis erogandum eſt? Domino & magiſtro omnibus dicente. [Quod ſupereſt [k], date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.]

Item Vrbanus Papa omnibus catholicis, epiſtola vnica, c. 1.

¶Clericis omnia communia eſſe debent.

CAP. IX.

4 SCimus vos non ignorare, quia hactenus vita cõmunis inter omnes † Chriſtianos viguit, & adhuc gratia Dei viget: & maximè inter eos, qui in ſortem Domini ſunt electi, ideſt clericos: ſicut in actibus legitur Apoſtolorum [Multitudinis autem credẽtium erat cor vnum, & anima vna: nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia.] *& infrà.* ¶ 5 Quicunque veſtrûm communem vitam ſuſceptam habet, & vouit ſe nihil proprium habere, videat, ne pollicitationem [l] ſuam irritam faciat: ſed hoc, quod Domino eſt pollicitus, fideliter cuſtodiat, ne damnationem, ſed præmiũ ſibi acquirat: quoniam ſatius eſt nõ vouere, quã votum, prout melius poteſt, non perficere. Grauius enim puniuntur, qui votum fecerũt, aut fidem [m] perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quàm illi, qui vitã ſine voto finierunt, aut ſine fide mortui ſunt, & tamen bona egerunt opera.

Item Auguſtinus in ſermone de communi vita clericorum. 6

g ¶[*Vxores.*] ſi ſint clerici, nunquid ergo dormiunt cum alijs, vt s̄.e.neceſſaria.non: quia eſſet inhoneſtum in vxorato. Item, cantabuntne cum clericis? quod videtur: quia nõ aliter perciperent ſtipendia.& quod hic dicitur, ſpeciale eſt in Anglicis: nec enim ſimul habebit quis eccleſiaſticum beneficium, & vxorem. extra de cle. coniug. diuerſis.& cap. Ioannes.

h ¶ *Sub eccleſiaſtica regula.*] Hic patet, ꝙ ſi aliquis in minoribus ordinibus conſtitutus ducat vxorem, non tamen poteſt more laicorum viuere: nec poteſt conueniri coram ſeculari iudice: nec verberari ſine ſacrilegio. vt 20.q.3.eos.& 81.diſt. dictum.Ioan.quod falſum eſt, vt extra de cle. coniug. Ioannes.B.

† al.Cõmuni autẽ vita.

i ¶[*Portionibus.*] id eſt, dandis decimis. "monachi enim communiter viuentes non dant decimas, vt j̄. 16.q.1. decimas. extra de deci. fraternitatem.

" Monachi non tenent ad decimas.

Luc. 11.

k ¶ *Quod ſupereſt.*] "Videtur ergo quòd ſi aliquis ita pauper eſt, quòd ei non ſufficiant ſua, videtur quòd non teneatur dare decimas: quia nullo pręcepto ſibi aliquis tenetur ſubtrahere neceſſaria, vt 86. diſtinct. non ſatis. in fin. quod non eſt verum.

" Decimas ſoluere pauper non tenetur.

4 Anſ.l.7.c. 4. Iuo part. 3.c.139.

† al.bonos.

SCimus.] CASVS. Quidam clerici catholici vouerant ſe nihil proprium velle habere: quod votum malè ſeruabant. hortatur ergo Papa Vrbanus illos omnes ad communem vitam habendam, exemplo Apoſtolorũ, quibus erant omnia cõmunia: & vt votum quod fecerunt Domino, fideliter cuſtodiãt, ne damnationem, ſed præmiũ ſibi acquirant: quoniam melius eſt nõ vouere, quàm votum prout melius poteſt nõ adimplere. grauius enim puniuntur qui votum, vel fidem non ſeruauerunt, quàm illi qui nunquam votum fecerunt, & ſemper ſine fide fuerunt.

Act.4.

5 in c.epiſt. c.6.

l ¶[*Pollicitationem.*] "Nota ꝙ ex nuda pollicitatione, quam quis facit Deo, poteſt conueniri.22.q.5.c.iuramenti.ſic ex nuda pollicitatione facta reipublicæ, vt ff. de polli.l.1.

" Pollicitatio nuda qñque obligat

6 ſerm.52. ad fratres in eremo. In concilio Aquiſgr. c. 112.

m ¶[*Aut fidem.*] Hic videtur Vrbanus ſoluere quæſtionem Aug.6.q.1.quæro.in fi. Dicunt tamen quidam magis puniendum eſſe illum, qui ſemper fuit infidelis: quàm illum qui quandoque fuit bonus. nam iſtius opera quãdoque viua fuerunt, tamen hæc litera contradicit eis [b].

b Argu. in aut.de litig. §. ſi verò apud. in fin. Arc.

Nolo.]

NOlo.] Casus. Ad euidentiam huius c. not. φ Aug. fecit tres conſtitutiones. Primò conſtituit nullum ordinare clericum, niſi proprijs renunciet: ſed quidam vt clerici fierēt, proprijs renuntiabant, qđ poſtea malè ſeruabant. quare Aug. videns hoc eſſe multis occaſionem peccandi, primam conſtitutionem retractauit, vt ĵ.c.certè. volens potius habere claudos quàm mortuos. Tertiò iuxta voluntatem ſuorum clericorum primā conſtitutionem confirmauit: ſicut continetur in hoc c. in quo ſtatuit, vt nullus clericus habeat propriū. Quod multipliciter oſtendit, rationes plures aſſignādo. & ſi habuit, non poteſt facere teſtamentū: imo deponetur. facit etiam mentionem de prima conſtitutione, & eius retractatione. ĵ.c. certè. Sequens §. *Qui non vult.* patet.

1 Beda 2. ad Corin. 8. 11. q. 3. nō ſunt audiendi. Anſ. l. 7. c. 6. Rom. 12. & 2. Cor. 8.

a ¶Nolo.] Aug. fecerat tres conſtitutiones: prima fuit, φ clerici nō poſſent habere ꝓpria, ſed illa malè ſeruabatur, & plurimi erant tranſgreſſores: ideo ſecundò reuocauit eam, vt ĵ.co.certè. Tertiò de conſenſu clericorum ſuorū confirmauit primam conſtitutionem, vt in hoc c.

† aliquid] Orig ĵ. 2. q. vobis enim.

b ¶*Neceſſaria.*] 11. q. 3. ſentit. contra. hoc ibi ſolutum eſt.

c ¶*Aurum.*] 86. diſt. fratrem. quod loquitur de illis qui ante retractationem renuntiauerant proprijs, & tamen volūt habere propriū.

2 Serm. 53.

d ¶*Dixeram.*] in ſecūda cōſtitutione, quam feceram.

e ¶*Non illis tollerem.*] i. non præcluderem eos fieri clericos.

f ¶*Claudos.*] quia adhuc temporalibus non renuntiauerant.

g ¶*Mortuos.*] i. qui renuntiauerunt proprijs, & tamen volunt habere proprium.

NOn dicatis.] Casus. Dicit Aug. in hoc c. quòd qui renuntiauerunt mundo, proprium habere non poſſunt: & ſi literas vel munus aliquod occultè receperint: ſi ſponte confiteantur, parcetur illis. ſi autē de hoc cōuicti fuerint, ſecundum arbitrium ſui præpoſiti, vel presbyteri punientur. Tales enim nihil poſſunt habere vel poſſidere, vel dare vel accipere ſine licentia ſuperioris. & ſi de eius licentia aliqđ receperint, de accepto fiat qđ ſuperiori placuerit.

3 Serm. 52. in eremo.

¶De eodem.

CAP. X.

1 NOlo[a], vt aliquis de vobis inueniat malè viuēdi occaſionem. Prouidemus enim bona, vt ait Apoſtolus, nō ſolùm coram Deo, ſed etiā corā omnibus hominibus. Propter nos, cōſcientia noſtra ſufficit nobis: propter vos fama noſtra non polluit, ſed pollere debet in vobis. Tenete quod dixi, atque diſtinguite. Duæ res ſunt conſcientia, & fama. Conſcientia neceſſaria[b] eſt tibi, fama proximo tuo. Qui fidens conſcientiæ ſuæ negligit famam ſuam, crudelis eſt. *& infrà.* ¶Nulli liceat in ſocietate noſtra habere aliquid propriū: ſed ſi fortè aliqui † habent, nulli licet: & qui habuerint, faciunt quod non licet. *& infrà.* Enthecam nobis habere non licet. Non enim epiſcopi eſt ſeruare aurum[c], & a ſe reuocare mendicantis manum. Quotidie tam multi petunt, tā multi gemunt, tam multi inopes nos interpellunt: vt plures triſtes relinquamus: quia, quod poſſimus dare omnibus, nō habemus. Non habeamus ergo enthecam. *& infrà.* ¶ 2 Qui habere voluerit proprium, & de proprio viuere, & contra iſta præcepta facere, parum eſt vt dicam, non mecum manebit, ſed nec clericus erit. Dixerā[d] enim, & ſcio me dixiſſe, quòd ſi nollent ſuſcipere vitam ſocialem mecum, non illis tollerem[e] clericatum: ſed ſeorſum manerent, ſeorſum viuerent: quomodo noſſent, Deo viuerent, & tamen ante oculos poſui, quantum mali ſit à propoſito cadere. Malui enim habere cœcos, vel claudos[f], quàm plangere mortuos[g]. Qui enim hypocrita eſt, mortuus eſt. Quomodo ergo, quicunq; voluiſſet extra manere, & de ſuo viuere, non tollerem ei clericatum: ita modò, quia placuit illis, Deo propitio, ſocialis hæc vita, quiſquis cum hypocriſi vixerit, quiſquis inuentus fuerit habēs proprium, non illi permitto, vt inde faciat teſtamentum, ſed delebo eū de tabula clericorū. *Item ſupra* ¶ 3 Qui A non vult mecum manere, & in communi viuere, habeat libertatem, ſed videat, vtrum habere poſſit felicitatis hæreditatem †.

† al. æternitatem.

¶*Initium huius capitis vſque ad verſ.* Qui habere voluerit. *Legitur in ſermone 2. de communi vita clericorum, ſeu 52. ad fratres in eremo: cætera verò partim in ſermone 53. ad fratres in eremo, ſiue ſermone 3. de communi vita clericorum, partim in eodem 52. ſiue 2. de quibus ſermonib. adnotatum eſt ſuprà diſt. 86. Partem huius capitis refert Beda in comment. 2. Cor. c. 8. ſub hoc titulo,* Ex ſermone de vita & moribus clericorum.

A ¶Qui non vult.] *In ſermone ipſo præcedit, c, certè ego. infra ea. & paucis interiectis ſequitur,* qui hoc non vult, habeat libertatem, &c.

Idem ſermone tertio de communi vita clericorum. 4

4 Et epi. 109 ad monachas.

¶Non licet habere proprium ijs, qui ſuis renuntiant, & communiter viuere ſpondent.

CAP. XI.

NOn dicatis[h] aliquid proprium: ſed ſint vobis omnia communia. *& infrà.* ¶Quicunque autem in tantum progreſſus fuerit malum, vt occultè ab aliquo literas, vel quodlibet munus accipiat, ſi hoc vltrò confitetur, parcatur illi, & oretur pro illo. Si autem deprehenditur, atque conuincitur, ſecundum arbitrium preſbyteri, vel præpoſiti grauius emendetur. *& infrà.* ¶Cum A huius noſtræ congregationis fratres non ſolū facultatibus, ſed voluntatibus proprijs in ipſa ordinationis ſuſceptione renuntiauerint, & ſe per promiſſam obedientiam penitus aliorum poteſtati, & imperijs in Chriſto, & pro Chriſto ſubdiderint, certum B eſt eos nihil habere, poſſidere[i], dare, vel accipere debere ſine ſuperioris[k] licētia. 5 Quòd ſi propinquus, vel amicus, vel quilibet fratrū cuiquam aliquid offerre voluerit, primò quidē priori inſinuetur: & ſic ſuſcipiatur, ſi ipſe mādauerit. De quo tñ nihil fiat aliud, niſi quod priori placuerit.

¶*Caput hoc ſumptum eſt ex ſermone 3. de communi vita clericorum, in quo regula B. Auguſtini continetur, ac repetitur epiſt. 109. ſed in ea ad monachas oratio conuertitur.*

A ¶Cum huius noſtræ.] *Hæc vſque ad verſ.* certum eſt. *non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum.*

B ¶Certum] *Hæc habentur in prima regula, cap. 4. Idem tractatu 50. ad c. 12. Ioan.*

5 in 1. regula c. 4.

h ¶*Non dicatis.*] extra de acc. ex parte. ext. ne cle. vel monac. non magnopere.

i ¶*Poſſidere.*] Nunquid pauperi fame morienti tenentur ſubuenire ſine licentia? ita. nec obſtat 1. q. 1. non eſt putanda. quia in hoc caſu quilibet ei ſubueniret. res enim quæ nobis ſuperabundant, pauperum ſunt, vt 47. diſt. ſicut hi. Si autem eſt in ſcholis, de licentia agere poteſt, & mutuare ſicut filius familiàs, vt C. ad Maced. l. vlt. ff. de iud. ſi longius. §. filius familiàs. argu. extra de off. iud. deleg. præterea. ff. de iuriſd. om. iud. l. 2. " Sed nūquid veſtis eſt ſua, quam habet? vel nunquid dicitur poſſidere res tēporales, vel veſtem? non videtur: quia veſtis, qua ſemper vtitur ſeruus, de peculio domini eſt. ff. de pec. id veſtimētum. ſed ſeruus non poſſidet ea quæ ſunt in peculio, vt ff. de acquir. poſſ. quod ſeruus. Itē qui ab alio poſſidetur, ipſe nihil poſſidet, vt ff. de adult. l. ſic eueniet. Sed dicas quòd ex permiſſione prælati ſui poſſunt poſſidere, vt extra de ſtat. mona. cap. monachi. Et not. quòd monachus ratione contractus nec agere poteſt, nec conueniri [a]: ſicut ille qui ceſſit bonis, vt ff de arbi. item ſi vnus. in prin. Sed hoc notaui 11. q. 1. de perſona. Item cū monachus dicatur ſeruus, vt 54. diſt. multos, ergo non habet liberum arbitrium, vt 32. quæſt. 3. cap. vnico. nec enim velle videtur qui ex neceſſitate obtemperat. ff. de regul. iur. l. velle. Item agere non poteſt de iniuria ſibi illata: ſed tamen eius prælatus poteſt agere[b], niſi prælatus abſit, nec reliquerit procuratorem, ad inſtar filij familiàs. ff. de iniu. ſed ſi vnus. §. ait prætor.

" religioſus etiā in veſte proprietatē non habet.

a Ext. de fideiuſ. de quibuſdam. vbi de hoc.

b Qđ dicit not. extr. de ſent. exc. parochianis.

k ¶ *Sine ſuperioris.*] extra de offi. ordi. quanto. habet tamen ius eligendi[c] & ius accuſandi ſuum prælatum, ſiue abbatem: & illud poteſt facere ſine licentia abbatis, quia hoc à iure eis conceditur. extr. de accuſ. ex parte.

c Vt ext. de reſcri. cū dilecta. de cōſuet. cū dilectus. Arch.

Exemplum.]

¶De

Exemplum.] Casvs. Dictum eſt ſ. quòd clerici non debent habere propria. Sed quia poſſet aliquis dicere, quòd eccleſia non debet habere propria eadem ratione, quia ſi haberent clerici non poſſent ea poſſidere: ideo Gratianus ab hoc loco vſque ad §. his omnibus. probat quòd eccleſia poteſt habere propria, & poſſeſſiones, & quòd clerici nomine eccleſiæ poſſidere poſſunt, etſi nomine ſuo nihil poſſideant. Probatur ergo in hoc c. quòd eccleſia loculos & poſſeſſiones habere poteſt: & hoc probat exemplo Domini, qui loculos habuit, & qui furem admiſit, vt oſtenderet, ꝙ quando eccleſia perſecutionem patitur à furibus, id eſt, malis, patienter ferat. B.

1 Et in concil. Aquiſg. c.35.

a ¶*Exemplum.*] Ab hinc oſtendit quòd eccleſia poſſit habere ꝓprium: & hoc vſque ad §. econtra.

b ¶*Fures.*] id eſt, occultos peccatores. ſimile 23. q. 4. tu bonus. extra de temp. ordi. c. vlt.

Expedit.] Casvs. In hoc cap. oſtendit Proſper, quòd eccleſia poteſt habere poſſeſſiones. & hoc ꝓbat duobus exemplis, ſcilicet Paulini, qui ſua pauperibus erogauit: nihilominus tamẽ factus epiſcopus, poſſeſſiones eccleſiæ poſſedit & diſpẽſauit. Et Hilarij, qui omnia reliquit pauperibus: qui factus epiſcopus non ſolùm res eccleſiæ poſſedit, ſed etiam acquiſitis innumeroſis hæreditatibus fidelium poſſeſſiones eccleſiæ augmentauit, qui epiſcopi ſi ſciuiſſent eſſe peccatum eccleſiam habere poſſeſſiones, nunquam eas diſpenſandas ſuſcepiſſent.

† quæ ſunt ꝑfectò communia] Orig.

c ¶*Communes.*] "quæritur quis ſit dominus rerum eccleſiaſticarũ, nunquid pauperes dicũtur eſſe domini? arg. quòd ſic. 16. q. 1. quoniam quidquid. Poteſt dici, quòd eccleſia ſit domina, vt 16. q. 3. inter memoratos. ſicut hæreditas eſt domina, vt ff. de acquir. rer. do. hæreditas. Alij dicunt quòd ipſe Deus[a], vt infra. ead. q. 2. qui Chriſti. & cap. qui abſtulit. Vel dic dominiũ eſſe apud clericos, ſicut dominiũ rerũ vniuerſitatis apud ciues. inſtit. de re. di. §. vniuerſitatis. dicuntur etiam pauperes domini, quia inde ſuſtentantur.

" Eccleſiaſticarũ rerũ dominium apud quem eſt.

2 Addita ex orig. hæc clauſula.

a Et cũ omnia ei[9] ſint, hoc tamen ſpecialius. ſ. 1. q. 3. Saluator. ver. quiſquis. c. res q 16. q. 1. in canonib. ver. ſi quis. & hoc verũ ſecundùm Ray. & Vin. Arch.

Additio. De hoc etiam not. extra de verborum ſignificatio. cauſa. & per Innocen. & Hoſtien. extra de cau. poſſeſ.

¶ De eodem.

CAP. XII.

Exemplum [a] Domini accipe cõuerſantis in terra. Quare habuit loculos, cui Angeli miniſtrauerunt, niſi quia eccleſia ipſius loculos ſuos habitura erat? Quare furem admiſit, niſi vt eius eccleſia fures [b] patienter toleret?

Item Proſper de vita contemplatiua, lib. 2. cap. 9. [1]

¶ Eccleſiarum præpoſiti, rerum diſpenſatores efficiuntur.

CAP. XIII.

Expedit facultates eccleſiæ poſſideri, & proprias perfectionis amore contemni. Non enim propriæ ſunt, ſed communes [c] eccleſię facultates: & ideo quiſquis omnibus, quę habuit, dimiſſis, aut venditis fit rei ſuæ contemptor, cum præpoſitus [d] fuerit factus eccleſiæ, omniũ, quæ habet eccleſia, efficitur diſpenſator. Denique ſanctus Paulinus, vt ipſi melius noſtis, ingentia prædia, quæ fuerunt ſua, vendita pauperibus erogauit: ſed cum factus eſſet epiſcopus, non contempſit eccleſiæ facultates, ſed fideliſſimè diſpenſauit. Quo facto ſatis oſtendit & propria debere propter perfectionem contemni, & ſine impedimẽto perfectionis poſſe eccleſiæ facultates, quæ † ſunt profectò communes, poſſideri. Quid ſanctus Hilarius? nonne & ipſe omnia bona ſua aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus erogauit? Is tamen, cum merito perfectionis ſuæ fieret eccleſiæ Arelatenſis epiſcopus, quæ illa tunc habebat eccleſia, non ſolùm poſſedit, ſed etiam acceptis fidelium numeroſis hæreditatib. ampliauit 2. Iſti ergo tam ſancti, tam perfecti Pontifices, factis euidenter clamant poſſe, & debere fieri quod fecerunt. Qui vtique homines tam ſecularium, quàm diuinarum rerum ſine ambiguitate doctiſſimi, ſi ſcirent [e] res eccleſiæ debere contemni, nunquam eas debuerant, qui omnia ſua reliquerant, retinere †.

Item Gregorius Felici Epiſcopo de Acropoli, lib. 2. epiſt. 29.

¶ Diaconi, vel quælibet religioſæ perſonæ regularem vitam ducere cogantur.

CAP. XIIII.

3 Quoniam Velina [f], Buxentina †, & Blandana eccleſiæ, quæ tibi in vicino ſunt cõſtitutæ [g], ſacerdotis noſcuntur vacare regimine, propterea fraternitati tuæ earum ſolemniter operam viſitationis iniunximus: illud præ omnibus cõmonentes, vt vbi præfatarum eccleſiarum, ſiue diœceſeos earum, vel diaconi, vel religioſæ perſonæ inuentæ fuerint, diſtrictè, canonicéque viuant.

Item Melchiades [h] Papa.

¶ Quare in primitiua eccleſia prædia vendebantur.

CAP. XV.

4 Futuram eccleſiã in gentibus Apoſtoli præuidebant: idcirco prædia in Iudæa minimè ſunt adepti, ſed pretia tantũmodo ad fouendos egentes. At verò, cum inter turbines, & aduerſa mundi ſuccreſceret eccleſia, eòuſque peruenit, vt non ſolùm Gentes, ſed etiam Romani [i] principes, qui penè totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Chriſti, & baptiſmi ſacramenta concurrerent. E quibus vir religioſiſſimus Conſtantinus, primus fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per vniuerſum orbem, ſub ſuo degentes imperio, non ſolùm fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricare eccleſias, & prædia tribuere poſſe conſtituit. Denique idẽ pręfatus princeps donaria immenſa contulit, & fabricã templi primæ [k] ſedis beati Petri principis Apoſtolorum inſtituit: adeò, vt ſedem imperialem, quam Romani principes poſſederant, relinqueret, & beato Petro, ſucceſſoribusq; † ſuis pro futuram concederet [l].

cum ſuper. & ibi videas. Archid.

d ¶*Cum præpoſitus.*] & confirmatus. nam ante non poteſt adminiſtrare, niſi ſit valde remotus, vt ext. de elec. quòd ſicut. & cap. nihil.

e ¶*Si ſcirent.*] ſimile 7. quæſt. 1. omnis qui. ar. bonum pro illis qui ſuis renuntiauerunt, quòd ſemper præſumitur illos iuſtã cauſam & litem fouere. & eſt bonum. ſimi. extra de nou. ope. nun. cap. 1.

† al. ſuſcipere.

f *Quoniam.*] ¶*Velina.*] Not. pluriũ eccleſiarum viſitationem vni committi. Et eſt argu. quòd ratione propinquitatis aliquid ſtatuitur contra ius. ſic ext. de poſtul. ad hoc & ſic ratione remotionis. 63. diſt. cum longè.

3 Anſ. l. 7. c. 7.

† al. Vicentina.

g ¶*Conſtitutæ.*] 7. q. 1. conſtitutum. & ſ. 61. diſt. obitum.

h ¶*Melchiades.*] falſus eſt titulus: qa Melchiades fuit proximus ante Silueſtrum, & eius tempore eſt Conſtantinus conuerſus. 96. diſtin. in illa Palea, Conſtantinus.

Futuram.] Casvs. Dicebant quidam, quòd eccleſia non debeat recipere prædia: & hoc probant exemplo Apoſtolorum, qui in Iudæa prædia non recipiebant: ſed pretia prædiorum, vt pauperes ſuſtentarentur. quibus Melchiades Papa reſpondet dicens, ꝙ ideo Apoſtoli in Iudæa prędia non recipiebant, quia præuidebant eccleſiam ad Gentes tranſituram. quod cum factum eſſet, principes Romanorũ facti ſunt Chriſtiani: de quibus Cõſtantinus fuit vnus, qui legem dedit, vt quicunq; vellet fieri Chriſtianus, & eccleſiam fabricaret, & prædia eccleſiæ donaret. & ipſemet multa donauit: & eccleſiã beati Petri inſtituit: & ſedem imperialem ei reliquit. & ab illo tempore cœpit eccleſia poſſeſſiones habere: & Chriſtiani cœperũt eccleſias ædificare, & ſeipſos cõſecrare.

4 Pol. l. 1. ti. 19. Burch. l. 3. c. 2. & 5. Iuo p. 3. c. 4. & 7. Pan. l. 2. c. 3.

† al. ſuiſque præſulibus.

i ¶*Romani.*] Ergo Imperator eſt dominus totius mundi. ſ. 7. q. 1. in apibus.

k ¶*Primæ.*] Videtur ergo ꝙ eccleſia beati Petri ſit prior eccleſia beati Ioannis Apoſtoli Lateran.[b] 10. q. 1. ſanctorum. ſed expone primæ beati Petri, id eſt, Apoſtoli: vel primæ, id eſt, Apoſtolicæ.

b Ad hoc fa. expreſsè ſ. 3. q. 6. dudũ. vbi L. approbat iſtã ſententiã. Alij contra quia eccleſia Lateran. eſt patriarchalis, ſed eccleſia B. Petri nõ, nec etiã epiſcopalis, ſed eſt de epatu Portuẽſi. & ideo exponunt vt ſequtur, & hoc tenet Hug.

l ¶*Concederet.*] ergo imperium eſt apud eccleſiam Romanam, vt 96. diſt. in illa Palea, Conſtantinus.

a ¶*Synodo*

a ¶ *Synodo.*] nam ante eum non fuerunt generales ſynodi congregatæ, vt 15.diſt.c.1.

b ¶ *Baſilicas.*] de conſecr.diſt.1.nemo.

VIdentes.] Casvs. Hoc cap. diuiditur in quatuor partes. In prima parte oſtenditur ratio, quare eccleſia habet poſſeſſiones, ſcilicet quia plus vtilitatis confertur eccleſiæ de poſſeſſionibus quã de pretio: cum ex his plura poſſint fidelibus miniſtrari. In ſecunda parte dicitur, quòd res eccleſiæ debent eſſe in poteſtate epiſcoporum: ex quibus debent communiter viuentibus neceſſaria miniſtrare. In tertia parte dicit, quo nomine cenſeantur res eccleſiæ, ſcilicet hoc nomine, oblationes. In quarta parte continetur pœna vſurpãtis res eccleſiæ. Secunda pars incipit ibi, *Ipſe verò.* Tertia ibi, *Ipſe enim.* Quarta ibi, *Ideo.*

† al. quorundam clericorum.

c ¶ *Matricibus.*] videtur ergo quòd tantùm matrices eccleſiæ olim habuerunt prędia & poſſeſſiones. vnde videtur quòd illa ſolemnitas quæ in alienatione rerum eccleſiæ ſeruari præcipitur. 10. quæſt.2.caſellas. " & c. hoc ius tantùm de maioribus eccleſijs intelligatur. cũ enim olim eccleſiæ erant tenues, maior erat inquiſitio adhibenda in alienatione. ſed cũ hodie " augmentatæ ſunt poſſeſſiones eccleſiæ: ſufficit conſenſus capituli eccleſiæ ad alienationem faciẽdã, vt j.e.q.2.fine.

" eccleſiaſticæ res facilius poſſunt alienari hodie q̃ olim.

d ¶ *Apoſtolorum.*] " Epiſcopi tenent locũ Apoſtolorum, vt hic, ſcilicet quo ad dignitatem, monachi quo ad renũtiationem propriorum, & cõmunem vitam. 16.q.1.ex auctoritate. omnes ſacerdotes quoad ſacramentorum diſpenſationem. 11.q.3. abſit. 21.diſt. in nouo. 68.diſt. quorum vices.

" Apoſtolorum locum tenẽt viri eccleſiaſtici diuerſimodè.

1 Anſ.l.7.c.6. Burc.l.3.c.3. Iuo p.3.c.5.

† al. fidem.

e ¶ *Ab epiſcopo.*] extra de præben. cap. epiſcopus.

Additio. Et ſic habes hic, quòd epiſcopus per ſe, vel per aliũ tenetur prouidere cuilibet clerico indigenti. 70. diſt. ſanctorum. H.

HAbebat.] Casvs. Probatur in hoc c. exemplo Domini, ꝙ eccleſia poteſt habere poſſeſſiones: qa Dominus loculos habuit. & quod dixit, non eſſe cogitãdum de craſtino, non ita intelligẽdum eſt, vt nihil habeamus, ſed ne Deo propter mundaña ſeruiatur. Sequens §. patet.

f ¶ *Indigentibus.*] arg. de eleemoſynis fieri eleemoſynam. 16. q.1. decimæ tributa.

g ¶ *Cogitandum.*] s.1.q.7. conuenientib. contra, vbi dicitur, de futuris inquiramus: & futuris caſibus debemus occurrere. 23.diſt. in nomine. Solutio. cautela non prohibetur, " ſed ſolicitudo nimia, per quam cultus diuinus minuatur. 47.diſt. c. omnes huius. & c. ſicut hi.

" ſolicitudo nimia eſt prohibita.

Idem verò præſidens in ſancta ſynodo [a], quæ apud Nicæam congregata eſt, cum querelam quorundam † conſpiceret coram ſe delatam, ait, Vos à nemine diiudicari poteſtis: quia ſolius Dei iudicio reſeruamini. Dij etenim vocati eſtis: & idcirco non poteſtis ab hominibus iudicari. Ab illo etenim tempore, & deinceps, viri religioſiſſimi non ſolùm poſſeſſiones, & prædia, quæ poſſederãt, ſed etiam ſemetipſos Domino conſecrarunt, ædificantes baſilicas [b] in ſuis fundis in honorem ſanctorum martyrum per ciuitates, ac monaſteria innumera: in quibus cœtus Domino ſeruientium conueniret.

¶ Cæteri etiam collectores Melchiadem citant: quod conſtare non poſſe rectè animaduertit auctor gloſſæ. Fit enim in hoc capite mentio Nicænæ ſynodi: quo tempore (vt ex ipſa ſynodo, Euſebio, & cæteris hiſtoricis apparet) iam Melchiades obierat. Habetur autem integrum in ſcripto de primitiua eccleſia, & munificentia Conſtantini: quod in collectione Iſidori, Lutetiæ bis impreſſa, ſequitur ſtatim poſt decreta Melchiadis, quemadmodum ſupra diſt. 88. ad c. decreuit. adnotatum eſt.

Item Vrbanus Papa, epiſt. vnica, cap. 1.

¶ Quare prædia fidelium hodie ab eccleſia non alienentur.

CAP. XVI.

1 VIdentes autem ſummi ſacerdotes, & alij, atq; leuitæ, & reliqui fideles, plus vtilitatis poſſe conferre, ſi hæreditates, & agros, quos vendebant, eccleſijs, quibus præſidebant epiſcopi traderent, eo ꝙ ex ſumptibus eorum, tam præſentibus, quàm futuris temporibus plura, & elegantiora miniſtrare poſſent fidelibus communem vitam † ducentibus, quàm ex pretio ipſorum: cœperunt prædia, & agros, quos vendere ſolebant, matricibus [c] eccleſijs tradere, & ex ſumptibus eorum viuere. ¶ Ipſæ verò res in ditione ſingularum parochiarum epiſcoporum (qui locum tenent Apoſtolorum) [d] erant, & ſunt vſque adhuc, & futuris ſemper debẽt eſſe temporibus. E quibus epiſcopi, & fideles diſpenſatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, miniſtrare cuncta neceſſaria debẽt, prout melius potuerint, vt nemo in eis egens inueniatur. ¶ Ipſæ enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. *& infrà c.3.* ¶ Memoratis ergo augmentationibus, ac cultibus in tantum eccleſię, quibus epiſcopi præſident, Domino adminiculante creuerũt, & tantis maxima pars earum abundat rebus, vt nullus ſit in eis cõmunem gerens † vitam, indigens: ſed omnia neceſſaria ab epiſcopo [e], ſuiſque miniſtris percipit. ¶ Ideo, ſi aliquis extiterit modernis, aut futuris temporibus, qui hæc auellere nitatur, iam dicta damnatione feriatur.

Item Auguſtinus tractatu 62. in Ioannem.

¶ De eodem.

CAP. XVII.

3 HAbebat Dominus loculos, & à fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſſitatibus, & alijs indigentibus [f] tribuebat. Tunc primùm eccleſiaſticæ pecuniæ forma eſt inſtituta: vbi intelligeremus, qđ præcepit, non cogitandum [g] eſſe de craſtino, non ad hoc fuiſſe præceptum, vt nihil pecuniæ ſeruetur à ſanctis, ſed ne Deo pro iſta ſeruiatur, & propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur.

2 His omnibus auctoritatibus claret, quòd clericis nullo modo licet habere quid proprium: quòd ſi habuerint, non clerici erunt, non tamen clericatus eis tollendus eſt.

Vnde Auguſtinus in ſerm. 2. de communi vita clericorum [4].

¶ Clericatus non tollitur eis, qui volunt habere aliquid proprium.

CAP. XVIII.

5 CErtè ego ſum, qui ſtatueram, ſicut noſtis, nullum ordinare clericum, niſi qui mecum vellet manere: aut ſi vellet recedere [h] a propoſito, rectè illi tollerem [i] clericatum: quia deſereret ſanctæ ſocietatis promiſſum, cœptumq; conſortiũ. Ecce [k] in conſpectu Dei, & veſtro, muto cõſiliũ. Qui volũt habere aliquid proprium, quibus non ſufficit Deus, & eccleſia ſua, maneãt vbi volũt, & vbi

HIS OMNIBVS. Hæc eſt ſecunda pars q. in qua probat ꝙ poſſunt habere proprium tam clerici, quàm epiſcopi, & eccleſię. & hoc probat per 11. aucto. Io. de Fant.

† al. eligẽs] al. degens.

CErtè.] Casvs. Aug. fecerat conſtitutionem quandam, ſcilicet, ꝙ nullum ordinaret clericum niſi cõmuniter viueret, & propriis renuntiaret, & ſi inueniretur tranſgreſſor, deponeretur. Poſteà clerici renuntiabant, & fiebant tranſgreſſores. quare Aug. conuocatis omnib. clericis ſuis mutauit conſtitutionem, quam fecerat, volens potius habere claudos, id eſt ꝓpria habentes, quàm hypocritas, id eſt tranſgreſſores: quia ſi habet propria, dimidius cadit, id eſt imperfectus eſt: ſed ſi renuntiat proprijs, & habet poſteà propria, totus cadit: quia perfectionem non ſeruat exterius, nec interius in anima.

2 Et Beda ad c.13. Io. & ibi gl. ord.

3 Anſ.l.5.c.32. Poly.l.3.tit.24.

Matth.6.

h ¶ *Recedere.*] i. non aſſumere propoſitum [a] renuntiandi vt ibi: Cadent à latere tuo.

a Nõ habet proprietas. non.n. inde cadit qui nõ ſuſcipit ſecundùm H. Facto ꝓprio poteſt quis contrauenire.

i ¶ *Tollerem.*] id eſt, nõ admitterem.

k ¶ *Ecce.*] Arg. aliquẽ venire contra factum ſuum. 17.q.2. Gonſaldus. 35.q.9. qđ quis. 22. q.4. in malis. & c. iurauit. 55. diſt. pœnitẽtes. ff. de ijs qui. vt indig. tutorem. Contra, 32.q.5. horrendus. Arg. contra, 7.q.1. q̃ periculoſum. 8.q.2. dilectiſſimi. 17. q.4. ſunt qui opes. C. de tranſac. ex cauſa. C. de ca. & poſt li. re. nec nos. C. de remiſſ. pig. debitũ. ff. de acq. hęr. qui ſuperſtitis. ff. de adoptio. poſt mortẽ. contra. ff. de ſer. ruſt. præd. per fundum. Io. Solut. quilibet poteſt venire contra factum ſuum, vbi eſt expreſſum in iure, alias nõ. 55. di. pœnitẽtes. B.

4 al. 52. ad fratres in eremo.

5 Anſel.l.7 cap.8.

a ¶ *Malum.*]

poſſunt:non eis aufero clericatum:nolo habere hypocritas. Malum [a] enim eſſe quis neſciat? Malum [b] eſt cadere [c] à propoſito: ſed peius eſt ſimulare propoſitum. *& poſt pauca.*

¶Si non †ſeruat ſanctitatem [d] foris, dimidius cecidit: ſi verò intus habuerit ſimulationem, totus cecidit. Nolo vt habeat neceſſitatem ſimulandi. Scio quomodo homines ament clericatum. Nemini eum tollo nolenti mecum communiter viuere.

† Si ſeruat] Orig.

Econtra ſunt aliæ auctoritates, quibus conceditur propria habere, non ſolùm alijs, ſed etiam epiſcopis.

Vnde in concilio Agathenſi, c.48. legitur.

¶De rebus proprijs, vel acquiſitis epiſcopi hæredibus ſuis derelinquant.

C A P. XIX.

EPiſcopi de rebus ꝓprijs, vel acquiſitis [e], vel quidquid de proprio habent [f], hæredibus ſuis, ſi voluerint, derelinquant. Quidquid verò de prouiſione [g] ſuæ eccleſiæ fuerit, ſiue de agris, ſiue de fructibus†, [h] ſiue de oblationibus, omnia†in iure eccleſiæ reſeruare cenſuimus.

† al. frugib.

† al. omnia iure

Item ex concilio Martini Papæ. cap.15. [1]

1 in capitul. Marti. Brac. ex ca.4. cõc. Antiocheni mutatis verbis, ſ3 ſalua ſententia.

¶De eodem.

C A P. XX.

MAnifeſta [i] autem debent eſſe, quæ ad eccleſiam pertinent, his qui circa [k] ipſos ſunt, presbyteris, & diaconis, vt ſi epiſcopo contigerit inopinatus tranſitus, res eccleſiæ nullo modo poſſint minui, & perire; neque res propriæ epiſcopi importunitatem patiantur pro rebus eccleſiæ: vt nec eccleſia incurrat damnũ, nec epiſcopus in ſuis rebus pro rebus eccle ſiæ proſcribatur.

Idem ſtatutum eſt in canonibus Apoſtolorum, c.40. vbi legitur.

¶De eodem.

C A P. XXI.

2 SInt manifeſtæ [l] res propriæ epiſcopi (ſi tamen habet proprias) & manifeſtæ Dominicæ [m]: vt poteſtatem habeat de propriis moriens epiſcopus ſicut voluerit, & quibꝰ voluerit, derelinquere: nec ſub occaſione eccleſiaſticarum rerũ ea, quę epiſcopi eſſe probantᷓ [n], intercidant. Fortaſſis enim aut vxorem habet, aut filios [o], aut propinquos, aut ſeruos [p]. Et iuſtum eſt hoc apud Deum, & homines, vt nec eccleſia detrimentum patiatur ignoratione rerum Pontificis, nec epiſcopus, vel eius propinqui ſub obtentu eccleſiæ proſcribantur, & in cauſas [q] incidant, qui ad eum pertinent, morſque [A] eius iniurijs malę famæ ſubijciatur.

2 Anſ.l.6.c.167.

A ¶Morſque eius.] *Antea legebatur,* mortiſque eius iniurijs infamētur. *Reſtitutus eſt locus ex priſca verſione, cui totum reliquum caput conuenit; Græcè eſt,* καὶ τὸν αὐτοῦ θάνατον δυσφημίαις† περιβάλλεσθαι. *Id eſt,* & eius mors maledictis vndique appetatur.

† al. δυσφημία.

Item in eiſdem canonibus, c.41.

¶Ex rebus eccleſiæ epiſcopus, ſi indiget, ſibi, & ſuis neceſſaria ſumat.

C A P. XXII.

EX his autem, quibus epiſcopus indiget (ſi tamen indiget [r]) ad ſuas neceſſitates, & peregrinorum fratrum vſus & ipſe percipiat, vt nihil ei [A] poſſit omnino deeſſe. Lex enim Dei præcipit, vt qui altario deſeruiunt, paſcantur de ipſo.

1.Cor.9.

A ¶Ei poſſit.] *Legitur etiam*, eis poſſit. *Nam & in Græcis codicibus partim eſt,* αὐτῷ, *partim* αὐτοὺς.

Item ex concilio Antiocheno, capitu.25. [3]

3 Et in Pariſ.cõcil. l.j. c.15.

¶Res eccleſiaſticas epiſcopus diſpenſet.

C A P. XXIII.

4 EPISCO-

4 Anſel.l.6. c.163.

a ¶*Malum.*]i. occaſio mali: quia rei familiaris cura ſine peccato vix poteſt exerceri. 25. diſt. qualis. Vel intellige propriè: "peius enim eſt per hypocriſim peccare, quàm manifeſtè, vt ext. de hær. cum ex iniũcto. ff. de rit. nup. palam. & plus eſt veneno occidere quàm gladio. C. de maleſi. l. vnica. & plus eſt perſuadere quàm compellere. ff. de ſer. corrup. l. j. §. vl. & ſic nõ obſtat 32. q.4. nemo.

" hypocrita plus peccat q̃ manifeſtè delinquens.

b ¶*Malum.*]hoc, ſ.

c *Cadere.*]id eſt, non aſſumere.

d ¶*Sanctitatem.*]i. minus periculum eſt eſſe manifeſtum quàm occultum. & ſic non eſt contra. 32. q.4. nemo. vbi dicitur quòd tolerabilior eſt culpa, ſi lateat.

ECONTRA. CASVS. Amodo vult Grat. quòd clerici poſſint habere propria. quod verum eſt in ijs qui non renuntiauerunt proprijs: in quo caſu loquitur vſque ad §. *De reb.*

E*Piſcopi.*]CASVS. Statuitur in hoc c. ꝙ ſi epiſcopi habent aliq̃d de rebus proprijs, poſſunt relinquere cui velint. Sed quidquid de rebus eccleſiæ habuerũt, totũ eccleſiæ reſeruẽt.

e ¶*Acquiſitis.*]de proprio. Vel dic, acquiſitis non occaſione eccleſiæ, vt ext. đ teſt. q̃a nos.

f ¶*Habent.*]de hoc dicemus. ĩ. ea. q.4. c.1.

g ¶*De prouiſione.*]"clerici de rebus mobilibus nihil in vltima voluntate poſſunt dare, niſi talis ſit eccleſiæ cõſuetudo, vt ext. de teſta. ad hęc. & c. relatum. §. licet.

" Clerici nihil pñt dare in vltima voluntate.

h ¶*De fructibus.*] nõdum perceptis. arg. ff. quemadm. vſusfr. ami. ſi vſufructurius, in fi. imo etiam de perceptis non poſſunt condere teſtamentum. extra de teſta. q̃a nos admonet.

M*Anifeſta.*]CASVS. Dicitur, ꝙ manifeſtum debet eſſe ijs qui circa epiſcopos morantur, quę ſunt res eccleſiæ & quæ ſunt res propriæ epiſcoporum, ne ſi tranſitus inopinatus emergat, propter confuſionem res epiſcopi pro rebus eccleſiæ, vel èconuerſo detrimentum patiatur.

i ¶*Manifeſta.*] faciet ergo inuentarium, vt 28. diſt. de Syracuſanæ.

k ¶*Iis qui circa.*]i. vicedominis, vt 89. di. volumus. & cap. ſeq. qui erit teſtis adminiſtrationis ſuæ. alij erunt teſtes vitæ ſuæ. ſ̃. 2. q.7. cum paſtoris.

S*Int manifeſtæ.*]CASVS. Dicitur, quòd res propriæ epiſcopi, & res eccleſiæ debent eſſe ſeparatæ, vt epiſcopus in obitu ſuo ſine interdictione, vel contradictione quibus voluerit, propria relinquere poſſit. iuſtum enim eſt, vt nec eccleſia, nec propinqui epiſcopi detrimentum patiantur, & in cauſas incidant vel lites. Seq. c. planum eſt, & inducitur à contrario ſenſu, quaſi non ſufficiant ei ſua propria.

l ¶*Sint manifeſtæ.*]id eſt, diſtinctæ.

m ¶*Dominicæ.*]id eſt, eccleſiæ.

n ¶*Probantur.*]ex hoc ca. & in auth. de eccl. ti. §. interdicimus. colla. 9. ff. de do. inter vir. & vx. Quintus Mutius. C. e. ti. "etiã videtur ꝙ ſemper res acquiſitæ præſumuntur eſſe de bonis eccleſiæ, niſi probetur contrarium. Arg. contra C. arb. tu. ſi defunctus. ibi enim dicitur, ꝙ tutor qui nihil ante habebat, poſteà ꝑ induſtriam ſuã multa potuit fuiſſe lucratus. vnde pupillus cogitur probare illas ſuas eſſe. Tu dicas, ꝙ ſi epiſcopus vel alius prælatus permiſtim vtitur rebus ſuis & eccleſiæ, cum non ſit facta diſtinctio, cogentur hęredes epiſcopi probare illas res non eſſe eccleſiæ: ſicut vxor cogitur probare res aliquas nõ eſſe mariti: q̃a promiſcuè vtitur rebꝰ mariti vt ſuis. Vel aliter diſtinguas. Si certũ eſt, ꝙ eps ante epiſcopatũ habuit proprium, tũc incũbit eccleſię onus probandi res acquiſitas eſſe tantùm de rebus eccleſię. arg. ĩ. q.4. c.1. & 2. Vel dic quòd ſi poſt mortẽ epiſcopi eccleſia inuenitur in poſſeſſione rerum, tũc hęredibus incumbit probatio. Sed ſi hæredes ſunt in poſſeſſione, tunc eccleſia probabit, vt ĩ. e. q.5. c.1. in fi.

" Clericorũ bona an ꝓſumãtur eſſe de bonis eccleſiæ.

o ¶*Aut filios.*]ſ̃. 28. diſt. de Syracuſanæ. cõtra. Sed hoc permittebatur tempore Apoſtolorum, quorum [a] canõ iſte eſt.

a Arg. cõtra ſ̃. e. q. c. 2. & ſeq. Dic ꝙ l; illo tpe primitiuo ñ liceret cleric. hr̃e ꝓpria: tñ Apoſtoli inſtinctu ſpiritus ſancti ꝓuiderũt eccleſiã & clericos poſſeſſiões habiturã. ſ̃. c. futurã. & ſic potuit eſſe iſte canon Apoſtolorũ. Ar.

p ¶*Aut ſeruos.*]quos poteſt facere hęredes & liberos.

q ¶*In cauſas incidant.*] i. litigare cogantur.

r E*X his.*] ¶ *Indiget.*] quia de rebus eccleſię non debet quis paſci, ſi habet propria, vt 1. q.2. clericos. & c. paſtor.

E*Piſcopus.*]CASVS. In concilio Antiocheno ſuper quatuor querimonia facta fuit de epiſcopis. Primò, quòd res eccleſiæ vertebant in ſuos vſus. Secundò, quòd res eccleſiæ ſine conſcientia clericorum pertractabant. Tertiò, quòd domeſticis & conſanguineis & propinquis

de rebus eccleſiæ poteſtatem dabant, vt per huiuſmodi perſonas res eccleſiæ lęderentur. Quartò, quod quidam ex eis pauperibus alimoniam ſubtrahebant. vnde ſermo prædicationis, & hi q res eccleſiæ diſpenſabant infamabantur: quare ſtatutũ fuit in concilio Antiocheno, vt epiſcopi habeant rerum eccleſiaſticarum poteſtatem ad ſui & fratrum ſuorum victum & veſtitum, ſi indigent. ſi verò ſuper prędictis quatuor accuſati & conuicti fuerint, pœnas ſuſtineant.

a ¶ *Epiſcopus*.] hoc ca. habes 10.q.2. epiſcopus.

b ¶ *Vſibus*.] hic oſtenditur qua neceſſitate clerici debent eſſe contenti, ſ. vt habeant victum & veſtitum, & ita refertur hic neceſſitas ad naturæ neceſſitatem. & eſt arg. contra illos, qui dicunt ſe propter neceſſitatem habere plures eccleſias. (1.Tim.6.)

c ¶ *Fructus*.] ergo res mobiles non poſſunt dare ſine conſcientia[a] cleri ſui. ext. de do. c. 2.

a Hoc nõ verũ. ext. de don. cęterũ. vbi d hoc & ſ.e.c. vl. 16. q.j. poſſeſſiones. in gl. in fi. Arch.

d ¶ *Conſcientia*.] ſ.e.q. 2. fine. & cap. alienationes.

e ¶ *Propinquis*.] ſ. 89. diſt. decenter.

PRæcipimus.] CASVS. Quæſitum fuit, an epiſcopi debent habere poteſtatem de rebus eccleſiæ. Et reſpondetur quòd ſic ad diſpenſandum eas per presbyteros, & diaconos cum timore & ſolicitudine. Et hoc probatur argumento à maiori, quia animæ hominum multò pretioſiores rebus ſunt illis commiſſæ.

f ¶ *Pretioſiores*.] ſic ſ. 16.q.7.c.1. (†al. à ſancta)

g ¶ *Multò magis*.] ſimile eſt quod oſtēdit† ius. ex quo mulier credit ſe viro de corpore, dignum eſt vt credat de dote reſtituenda. “ vnde non tenetur vir dare fideiuſſorem de dote reſtituenda, niſi vir laberetur in facultatibus. extr. de don. inter vir. & vxo. per veſtras. C. ne fideiuſſ. do. den. l. 1.

†al. dicit.
† al. cæteræ lędantur eccleſiæ.
“vir ꝑ dote nõ tenetur fideiuſſorẽ dare.

h ¶ *Presbyteros*.] ſupra 89. diſtinct. capit. volumus.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratia. ex cap. epiſcopi. & ex ca. manifeſta. & ex capit. ſint manifeſtæ. & ex ca. epiſcopus. quòd epiſcopis licet habere propria. ſed ex hoc mouet quandam quæſtionem, cum epiſcopus habeat propria, quare dicitur ſ. in cap. nolo. quòd clericus habens propria non erit clericus? cui quæſtioni reſpondet Gratia. pro ſuo arbitrio, dicens quoſdam epiſcopos in oriente habere vxores & filios, & quoſdã clericos in occidente in minoribus ordinibus habere vxores & filios, quibus licet habere propria: alijs verò clericis qui ab infantia clerici facti ſunt, non licet habere propria niſi retinendo ſua, à ſumptibus eccleſię abſtineant. & ad hoc inducit ſequens capitulum.

1 Anſ. l. 6. c. 160.
† pretioſæ] Orig.
† πιστευτέον, i. credendę.

pus[a] eccleſiaſticarũ rerũ hēat poteſtatē ad diſpenſandũ erga omnes, qui indigent, cũ ſumma reuerentia, & timore Dei. Participet autem & ipſe quibus indiget (ſi tamen indiget) tam in ſuis, quàm in fratrum, qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſarijs vſibus[b] profuturis: ita vt in nullo qualibet occaſione fraudentur, iuxta ſanctũ Apoſtolum ſic dicentem [Habentes victum, & tegumentũ, his contenti ſumus.] Quòd ſi contentus iſtis minimè fuerit, conuertat autem res eccleſiæ in ſuos vſus domeſticos, & eius commoda, vel agrorũ fructus[c], non cum presbyterorũ conſcientia[d] diaconorumq́ue pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis[e] aut fratribus, filijsq́ue committat, vt per huiuſmodi perſonas occultè A res lædantur eccleſiæ, ſynodo prouinciæ pœnas iſte perſoluat. Si autem & aliter accuſetur epiſcopus, aut presbyteri, qui cum ipſo ſunt, q ea, quę pertinent ad eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet eccleſiaſtica facultate ſibimet vſurpent, ita vt ex hoc affligantur quidem pauperes, criminationi verò, & blaſphemijs tam ſermo prædicationis, quàm ij, qui diſpenſant, taliter exponantur, & hos oportet corrigi, ſancta †ſynodo id quod condecet, approbante.

A ¶ Occultè res.] *In verſione Dionyſij legitur*, vt per huiuſmodi perſonas occultè cæteri† lædantur fratres eccleſię, *& concordat cum alia antiqua verſione, quæ & ipſa eſt in tomis conciliorum*, vt per eorum ſecretam diligentiam eccleſiaſtici lædi videantur. *Græcè in codicibus, qui lecti ſunt, habetur* εἰς τὸ διὰ τῶν τοιούτων λεληθότως βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς ἐκκλησίας. *Id eſt*, vt ex his rationes eccleſiæ latenter lædantur.

Item in canonibus Apoſtolorum, cap. 41.

¶ Res eccleſiæ ſint in epiſcopi poteſtate.

CAP. XXIIII.

1 PRęcipimus, vt in poteſtate ſua epiſcopus eccleſiæ res habeat. Si enim animæ hominum pretioſiores †[f] illi ſunt creditæ †, multò magis[g] oportet eum curam pecuniarum gerere, ita vt poteſtate eius, indigentibus omnia diſpenſentur per presbyteros[h], & diaconos, & cum Dei timore, & omni ſolicitudine† miniſtrentur. Ex his autem, quibus indiget, &c. *vt ſuprà*. 2

Cum ergo[i] *in concilio Agathenſi, & Martini, & canonibus Apoſtolorum dicatur* [*Sint manifeſtę res propriæ epiſcopi,*] *cum in eiſdem canonibus, & in concilio Antiocheno præcipiatur, vt epiſcopus participet res† eccleſiæ ſi tamen indiget, nonne patenter oſtenditur, quòd epiſcopus habeat liberè propria? Dicendo enim* [*ſi indiget rebus eccleſiæ*] *notat eum habere propria, quæ fortaſſe ſuis neceſſitatibus non ſufficiunt. Quomodo ergo*[k] *clericus, ſi proprium habere voluerit, clericus non erit? & epiſcopus habens propria, non ſolùm non deſinit eſſe epiſcopus, verùmetiam cunctas eccleſiaſticas facultates in ſua iubetur habere poteſtate.*

¶ *Sed notandum eſt*[l] *epiſcopos orientales vxores habere, & filios: quoſdam autem ex noſtris partibus, cum in laicatu, ſiue in minoribus ordinibus conſtituti habeant vxores, & filios, ſiue morte vxoris interueniente, ſiue continentia pari voto ſeruata, ad ſacros ordines accedere. His omnibus conceditur habere propria ad ſuos, & ſuorũ vſus. Qui autem ab infantia ſacræ militiæ traditi ſunt, nullo modo eis permittitur habere propria: quia nulla eſt eis excuſatio proprietatis: niſi fortaſſe retinendo ſua, à ſumptibus eccleſiæ abſtineant. Quod fieri poſſe Proſper de vita contemplatiua, lib. 2. ca. 12. teſtatur dicens.*

¶ De ijs, qui tam infirmi ſunt, vt ſuis rebus renuntiare non poſſint.

CAP. XXV.

ILli autem, qui tam infirmi[m] ſunt, vt poſſeſſionibus ſuis renuntiare non poſſint, ſi ea, quæ accepturi erant, diſpenſatori[n] relinquant nihil habentibus[o] conferenda, ſine peccato[p] poſſident ſua: quia & ipſi quodammodo ſua relinquunt, quando proprijs cõtenti rebus, nihil eorum, quæ labori, vel ordini ſuo deberi arbitrantur, accipiunt.

De rebus verò eccleſiæ quæritur, an liceat eas per præbēdas diuidi, vt annuos ſeditus quiſque ſibi ſpãliter vēdicet. Hoc nõ poſſe fieri, argumēto

i ¶ *Cum ergo in concilio*.] concludit quòd clerici poſſunt habere propria.

† εὐλαβείᾳ i. integritate.
2 ſ. ca. c. ex his autem.

k ¶ *Quomodo ergo*.] modò quærit de contrarietate illorum capit. ſ. cap. nolo. & ſ. ca. expedit.

l ¶ *Sed notandum eſt*.] malè ſoluitur. [b] Sed dic vt dixi ſ.e. in prin. quæſtionis.

†al. rebus.
b Qđ nulla nititur rõe, nulla fulcitur veritate. Laur. H.

ILli autem.] CASVS. Quidam clerici proprijs renuntiare nolebant. quæſitũ eſt à Proſpero, an ſine peccato poſſint hoc facere? Et reſpondet quòd ſic, ſi præbendam diſpenſatori relinquant: qa quodammodo ſua relinquunt, quando contenti rebus proprijs nihil de rebus eccleſiæ accipiunt.

m ¶ *Infirmi*.] ſcilicet animo.

n ¶ *Diſpenſatori*.] ſcilicet ſuo: vel diſpenſatori, id eſt, epiſcopo.

o ¶ *Nihil habentibus*.] id eſt, pauperibus. 16. q.1.c. fi.

p ¶ *Sine peccato*.] hic patet, quòd ſi clerico ſufficiant propria, non habebit eccleſiaſtica, vt 16.q.1. quoniam qd quid. 1.q.2. clericos. & c. paſtor. & ſ. ea. ſi priuatum. 10.q.3 cauendũ. Sed contra, nemo ſuis ſtipendijs cogitur militare. extra. de ſimon. cũ ſit Romana. & qui altario deſeruit, &c. vt ſ. ea. ex his. Solu. hoc ca. de conſilio loquitur, vel de clericis vagabundis, vel loquitur de oblationibus quæ illis nõ ſunt communicandæ: vel poſſunt habere dona eccleſiaſtica, non vt ſibi reſeruent, ſed vt diſtribuant pauperibus. 16.q.1.c. fi.

De REBVS. CASVS. Hic Gratia. mouet quandam quæſtionem incidentem, an poſſeſſiones eccleſiæ poſſint diuidi per pręb endas. Et primò probat, quòd non, exemplo Apoſtolorũ, & duobus ca. ſeq. Seq. c. patet.

Res

a ¶*Res eccleſiæ.*] ¶*Propriæ.*] ſi ergo de rebus eccleſiæ emiſti equum vel aliud, illud non eſt tuum: "ſed dicas, ꝙ illud ſolũ clericorum eſt, quod probabili ratione cõſumunt, [a] vt ſ. ea. expedit. & j. ead. ſi priuatum. & j. ead. q. 2. ſine exceptione. Quidquid enim habes ſupra illud quod ſufficit tibi, illud violenter detines, vt ſ. diſtinct. 47. ſicut.

« Clerici q̃ bona hñt.

a Ad hoc fa. q̃d le. & no. 44. di. in pr. verſ. ſi ſacerdos. & 47. di. c. ſicut hi. verſ. ꝓpriũ. & ſ. ea. e̋pi. ver. quidqd. vbi d̃ hoc. A.

¶*Nulli.*] Casus. Præcepit Eugenius in ſynodo habita Romæ, vt nullus epiſcopus res mobiles, vel immobiles de eccleſiis ſibi ſubiectis in proprios vſus aſſumat, ne maiores eccleſię locupletentur, & minores pauperes fiant. & qui contra hoc fecerit, canonica ſententia feriatur.

Act. 4.

b ¶*Enormiter.*] argu. quòd epiſcopus de iure vnius eccleſiæ poteſt detrahere, & alij conferre, dummodo alij eccleſię grauia damna nõ infligat. vt j. e. q. 2. bonæ. Quid iuris ſit, dicemus ibi, & 16. q. 1. §. q̃d autem.

1 Anſ. l. 5. c. 35. Pol. l. 6. ti. 15.

SI ERGO. Casus. Concludit Grat. ex ſupradictis duobus c. dicens: ſi res eccleſiæ ſint habendæ tanquam communes, & non tanquam propriæ, cum de communi nullus dicat, hoc eſt meum, ergo de rebus eccleſiæ nõ poteſt quis dicere, hæc eſt mea: quia ſi diceret, non videretur imitari Apoſtolos, quibus nihil proprij erat, ſed omnia communiter poſſidebant. Poſtea huic cõcluſioni reſpondet, dicens quòd ſicut poſſeſſiones diuiſæ ſunt per vniuerſum orbem, & aliæ ſunt aſſignatæ vni eccleſiæ, & aliæ alij: ex quibus licet res eccleſiæ debeant eſſe communes omnibus, diſpenſator tamen eccleſiæ ſibi & ſuis primò neceſſaria miniſtrabit, & reliqua quæ ſuperſunt, fidelibus miniſtrentur, ita & præbendę, & prędia eccleſiarum inter canonicos diuidi poſſunt, vt ex his non tanquam proprijs, ſed communibus primò ſibi neceſſaria percipiant, & reſidua in communes vſus eccleſiæ expendant.

Act. 4.

& auctoritate probatur: clerici ſucceſſores eorum ſunt, de quibus dicitur [*Multitudinis autem credentium erat cor vnũ, & anima vna.*] *Neceſſe eſt ergo, vt eorum ſequantur vitam, quorum in eccleſia gradum adminiſtrant. Non ergo aliquid proprium ſibi vendicabunt, ſed erunt eis omnia communia.*

Item Urbanus Papa ait in epiſtola vnica, cap. 2.

¶ Res eccleſiæ quaſi communes epiſcopus diſpenſet.

CAP. XXVI.

1 RES eccleſiæ non quaſi proprię [a], ſed vt communes, & Domino oblatæ, cum ſummo timore non in alios, quàm in præfatos vſus ſunt fideliter diſpenſandæ.

Item ex ſynodo habita Romæ ab Eugenio Papa I. c. 16.

¶ Non liceat epiſcopo res eccleſiarum in proprios vſus conuertere.

CAP. XXVII.

NVlli epiſcoporum liceat res mobiles, aut immobiles de ſubiectis plebibus, alijſque pijs locis in proprio vſu habere: ne maiores enormiter [b] locupletentur, & minores tali facto pauperes inueniantur. Contra agens, canonica auctoritate coarctatus exiſtat.

Si ergo res eccleſiæ, non quaſi propriæ, ſed quaſi communes habendæ ſunt, cum de communi nullus dicat, hoc meum eſt, [c] nec de rebus eccleſiæ, hæc eſt mea, poteſt aliquis dicere; ne videatur non imitari charitatem illorum, in qua nulli aliquid erat proprium, ſed erant illis omnia communia. His ita reſpondetur. Sicut perfectione charitatis manente, ſecundum diſcretionem eccleſiarum, diſtributio fit eccleſiaſticarum facultatum, dum alijs poſſeſſiones huius eccleſiæ ad diſpenſandum committuntur, ex quibus, licet res eccleſiæ omnibus debeant eſſe communes, primùm tamen ſibi, & ſuæ eccleſiæ deſeruientibus neceſſaria ſubminiſtret†, reliqua, quæ ſuperſunt, fidelium vſibus miniſtraturus: ita & præbendæ eccleſiarum, eadem charitate manente, piè & religiosè poſſunt diſtribui: nec tunc rebus eccleſię, ut proprijs, ſed vt communib. vtilitatibus deſeruituris: vt ex his, quę ſibi aſſignata ſunt, primùm ſibi neceſſaria percipiat: ſi qua verò ſuis neceſſitatibus ſuperſunt, in communes vſus eccleſiæ expendat. [d]

† al. epiſcopus ſubminiſtret

Vnde Auguſtinus ad Bonifacium comitem, epiſt. 50.

¶ De eodem.

CAP. XXVIII.

SI priuatum † [e] poſſidemus, quod nobis ſufficiat, non illa noſtra ſunt [f], ſed pauperũ: quorum procurationem [g] quodammodo gerimus, non proprietatem nobis vſurpatione damnabili vendicamus.

† priuatim, quæ nobis ſufficiant, poſſidem⁹] Orig. & j. 23. q. 7. quòd autẽ. §. ſi autem priuatim.

Oſtenſum eſt, quomodo liceat clericis habere proprium, & quomodo non. Item, quomodo res eccleſiæ per præbendas diuidi poſſint.

QVAESTIO II.

1 ps NVnc quę ritur [h], ſi ſacerdotes aliqua de rebus eccleſiæ dediſſe noſcuntur, an his, qui eas acceperũt, aliqua firmitate conſtabunt. Quòd res eccleſiæ nullo modo diſtrahi poſſunt, & diſtractæ poſſideri, multis auctoritatibus probatur.

Ait enim Stephanus Papa.

¶ Eccleſiæ pecunias auferens velut homicida damnatur.

c ¶*Hoc meum eſt.*] falſum dicit. nam res quæ communis eſt aliquibus, omnium illorum eſt [b], vt ff. de rit. nup. illud. vnde hoc verbum, ſuum, ambiguum eſt pro toto, & pro parte. & qui iurat ſuum non eſſe, iurabit etiam ſibi commune non eſſe. ff. de ver. ſig. pupillus. §. vlti. & cum quis legat ſeruos ſuos, tam illi qui ex toto ſui ſunt, quàm qui pro parte, intelliguntur legati, vt ff. de leg. 3. ſi quis ſeruos. Si autem eſt aliquid vniuerſitatis, vel ciuitatis, illud non eſt cuiuſlibet. j. ead. q. 2. qui manumittitur.

b Arg. ext. d̃ vſu pal. c. 1. & d̃ pb. ꝑ illorum. i pr. & de priuil. paſtoralis. i pr. ar. ff. d̃ cõtr. emp. qui tabulas. Arc.

d ¶*Expendat.*] mirum eſt quare Gratianus non inducit c. quòd poſſeſſiones eccleſiæ poſſunt diuidi, quæ longè melius faciunt ad propoſitum, vt j. q. 2. quiſquis. & c. ſæpe. ſ. 10. q. 2. caſellas. in fin. & 16. q. 1. poſſeſſiones. & q. 3. clerici. arg. contra. j. q. 2. vobis. 10. q. 3. vnio. & ſ. ead. quia tua. & c. neceſſaria.

e ¶*Si priuatum.*] Poteſt intelligi ſi, id eſt, quamuis priuatum. i. ſeparatim aliquid eccleſiaſticum poſſidemus: non tamen illud eſt noſtrum. quorum procurationẽ, id eſt, quia tantùm illius procuratio nobis eſt commiſſa. Vel dic, priuatum, id eſt, proprium.

f ¶*Non illa noſtra ſunt.*] id eſt, à nobis recipienda, & retinẽda.

g ¶*Procurationem.*] "ergo prelati dicuntur procuratores rerum eccleſiaſticarum, vt hic, & 14. qu. 1. §. 1. quandoque domini dicuntur. 16. q. 1. & temporis. quãdoque defenſores. 16. q. 1. in canonibus. quãdoque patres, vt 68. di. quorum vices. non tamen habent liberam & generalem adminiſtrationem ſicut procurator Cæſaris, vt ff. de officio procu. Cæſaris. l. 1. modicum tamen donare poſſunt. extr. de don. ceterùm. tamen loco domini habentur, cum bene adminiſtrãt, loco prædonis, cum malè, vt ff. pro empto. qui fundum. §. ſi tutor.

" ꝑlati dñr ꝓcuratores rerũ eccleſiaſticarũ.

¶*Nunc quæritur.*] Hæc quæſt. diuiditur in nouẽ partes: in quarum prima probat magiſter per 16. canones, ꝙ res eccleſiæ vẽdi non debent, vel alienari in caſu non conceſſo, & ponit pœnas diuerſas alienantibus, & vendentibus eas quoquo modo. Secunda ibi, *Quæ verò.* Tertia ibi, *Monemus.* Quarta ibi, *Vobis enim.* Quinta ibi, *Statuim⁹.* Sexta ibi, *Terrulas.* Septima ibi, *Item ſi rectores.* Octaua ibi, *Item ſi ſeruos.* Nona ibi, *Ne verò.* Io. de Fan.

Casus. Supra dictũ eſt, quõ liceat clericis habere proprium, & quõ non, & qualiter res eccleſiæ poſſint diuidi ꝑ præbendas. Nunc autẽ in hac 2. q. quæritur, an res eccleſiæ alienatæ poſſint apud alios remanere quibus alienatæ ſunt. & certum eſt, ꝙ non, niſi ſint alienatæ in caſibus conceſſis à iure, vt j. ea. aurum. & c. ſine exceptione. in quo ca. dicitur, ꝙ pro vtilitate poſſunt res eccleſię alienari, vt 10. q. 2. hoc ius porrectum. & procedit hoc ordine Grat. primò ꝓbat, quòd res alienari non poſſunt, nec alienatę poſſideri, vſque ad §. his omnibus auctoritatibus. poſteà ſupponit quoſdam caſus ſpeciales, in quibus licitè res eccleſiæ alienantur. Primum autem c. huius quæſtionis planum eſt.

h ¶*Nunc quæritur.*] "Alienatio eſt omnis contractus, per quem dominium transfertur, vt C. de fun. do. l. 1. ſed hic largius ſumitur alienatio, quia nec obligari poſſunt res eccleſię. Quid aũt ſub ſe contineat hoc nomen, alienatio, dicitur ext. de reb.

"Alienatio quid comprehẽdit.

de reb.eccle. non al.c.nulli. in auth. de non alien. vel permu. coll.2.§.nos igitur.prohibent res eccleſię alienari, vt ĩ.e.ſine. 10.q.2.hoc ius.& res Cæſaris.ff.de leg.1. apud Iulianũ.§. vlt.“ Sed excipiuntur quatuor caſus.Cauſa neceſſitatis, vt ſi debitum vrget,vt in illa l.hoc ius. Cauſa pietatis pro redemptione captiuorum,vel alimonia pauperum, vt ĩ.e.aurũ. Cã neceſſitatis, vel vtilitatis,vt ĩ.e.ſine exceptione.Cã incommoditatis, vel minoris vtilitatis,vt ĩ.ea.terrulas. aliæ cauſæ põt aſſignari, ſed ad has põt oẽs canones reduci:tes tñ eccleſiæ q̃ ſeruando ſeruari non poſſunt,citra aliquam ſolemnitatem alienãtur, vt C. de admi.tut.l.lex, quæ. §. vlt.C.quando decre.nõ eſt opus.l.vlt.& 96.diſt. bene.“ Sed aliæ res eccleſię cum ſolemnitate alienãdæ ſunt[a]. & olim quidem duo de vicinis epiſcopis intererant, & de cauſa alienationis cognoſcebant, & ſubſcribebant, vt 10. q. 2. caſellas.in fi.ĩ.ea. quicũque ſuffragio. & 17. q. 4.nullus.ſed hodie ſufficit cõſenſus capituli, & epiſcopi,vt ĩ. ea.c.ſine. & ſi res ſit modica, & neceſſitas magna, nõ eſt neceſſarius conſenſus capituli,vt ĩ.ea.terrulas. In rebus monaſteriorum alienandis requiritur conſenſus abbatis, & capituli & epiſcopi. ĩ. ea. abbatibus. 17. q.4.in venditionib. Idem in eccleſiis parochialibus, vbi etiam cõſenſus ſacerdotis requiritur.ĩ.e.placuit. 10. q. 2.ſi quis epiſcopus. Facta alienatio contra dictam formam, eſt nulla, licet ſit in caſu licito,[b] vt ĩ.ea. ſine. ſed cũ præſcripta forma facta, & etiam in caſu non conceſſo,tenet ipſo iure.arg.ext. de his quę fi. à præla. ſine conſenſu ca. cum nos. extra de empt. & vend. cum dilecti.ſed ſi damnoſa fuerit eccleſiæ reſtituitur. ext.de reſt.in integ.c.1.

“Eccleſiaſticæ res in 4. caſib. licitè alienantur.

1 Anacl.ep. 1.c.2.Luci⁹, c.6. In cõc. Trib.c.7. Bur. l. 11.c. 18.Iuo p.14. c.88.

“ Eccleſiæ bona cum qua ſolemnitate ſunt alienanda.

a Adde q̃ ſolẽnitates requirũtur in alienõe rerũ eccleſię, pro. in auth. hoc ius porrectũ. q eſt canonizata. 10 q.2. C.ď ſa.ſan. ec.

b Licito. Cõtrarium ex diametro ad hanc gl. no. doc.in l. cũ hi.§.eam trãſactioné. de trãſa.vidͤ Ant.Corſ. i ſing.verſi.alienatio. & qď meli⁹ t3 gl. pe.ĩ.e.q. c.ſine exceptione.

CAP. I.

1 QVi Chriſti pecunias[a],& eccleſiæ aufert,fraudat[b],& rapit[c],vt homicida[d] in cõſpectu iudicis deputabitur.

¶In epiſtolis Stephani primi,quę extant, caput hoc non habetur: ſed in epiſtola prima Anatleti,ex quo citatur à Burchardo,& Iuone,& in concilio Triburienſi, & infrà ea.c. qui abſtulerit. Idem etiam legitur apud Lucium Papam.

Item Pelagius Hoſtilio Epiſcopo.

¶Quidquid de ſacratis vaſis, vel miniſterijs à quolibet clerico vſurpatum fuerit,eccleſiæ reſtituatur.

CAP. II.

AVguſtino[e] noſtræ ſedis notario ſuggerente didicimus,quòd ei dilectio tua directis apicibus indicaſſet,quoſdam de clero tuo, & maximè parochiarum ad te pertinentium non pauca ſacrata vaſa, vel miniſteria diſtraxiſſe, & aliqua huiuſmodi perpetraſſe,quæ à religioſo aliena ſunt propoſito. Charitatem verò tuam(vt hoc competenti ſolicitudine debeat inſequi, vel vlciſci) noſtræ præceptionis auctoritate cupis communiri[f].Qua de re præſentibns mãdamus affatibus, vt competentis viuacitatis inſtantia,quidquid de ſacratis vaſis, vel miniſterijs à quolibet clericorum vſurpatum,vel diſtractum fuiſſe compereris, ſine cuiuſquam moræ interuentu exigere non dimittas, & eccleſiaſticis vſibus reformare.

Item Bonifacius †Papa.[2]

† al. Ex decretis Bonifacij Papæ.

a QVi Chriſti pecunias.] largè ſumitur,vt ĩ.q.3.per totũ.
b ¶Fraudat.] occultè.
c ¶Et rapit.]vi.
d ¶Homicida.]etiam eſt ſacrilegus, vt infrà ca. prox. & 16. qu.1.decimas.

AVguſtino.] CASVS. Hoſtilius epiſcopus ſignificauit Auguſtino notario Papæ, ꝙ quidam clerici ſui diſtraxerant illicitè multa ſacra vaſa vel miniſteria ſuarum eccleſiarum,propter quę reuocahda cupiebat auctoritate Apoſtolica communiri.Auguſtinus ergo illud Papæ ſignificauit.quo audito Pelagius ſcripſit Hoſtilio epiſcopo,vt Apoſtolica functus auctoritate, ſine mora omnia reuocet ad vſus eccleſiarum,per quemcunque clericum fuerint alienata.

2 6.capitul. c.303.

e ¶Auguſtino.]aliàs incipit, Notario noſtræ ſedis Auguſtino ſuggerente,&c.
f ¶Communiri.]cum tamen & illud de iure communi poſſet facere.[c] & ſic eſt contra id quod dicit lex, ſuperfluum eſt poſtulare quod lex indulſit.C.de theſau.l.1.ſed fit ideo, quia plus timetur quod ſingulariter pollicetur, quàm quod generali ſponſione fit,vt 23.diſt. quanquam.

c Si.eſt huic ext.ď of. or. licet.& cap. graue.11.diſtin.c. fin.in fi.Arc.

NVlli.]CASVS.Docet Bonifacius Papa in hoc ca.quòd quidquid fuerit ſemel eccleſiæ oblatum, Domini eſt,& ad ius pertinet ſacerdotum. vnde quicunque illud inuaſerit, vel vſurpauerit,ſacrilegiũ committit: & ſi non emendauerit, debet excommunicari. *Conſecratur,* id eſt, datur, vel deputatur,vel offertur.*Sanctum,*id eſt, eccleſię deputatum erit. *Sanctorum,* id eſt, ſacerdotũ. & *Domino,*id eſt, ad honorem Domini.ſic conſtruc, ꝙ omne ſanctum quod conſecratur Domino,erit ſanctum.

¶Quidquid Domino conſecratur, ad ius pertinet ſacerdotum.

CAP. III.

3 NVlli[g] liceat ignorare,omne,quod Domino conſecratur[h], ſiue fuerit homo, ſiue animal[i], ſiue ager, vel quidquid ſemel fuerit conſecratũ, ſanctum ſanctorum[k] Domino erit, & ad ius pertinebit ſacerdotum.Propter quod inexcuſabilis erit omnis,qui à Domino,& eccleſia,cui competunt, aufert,vaſtat,inuadit[l], vel eripit, & vſque ad emendationẽ, eccleſiæque ſatisfactionem, vt ſacrilegus iudicetur: & ſi emendare noluerit, excommunicetur.[m]

3 Pol.l.6.ti. 15.Bur.l.11. c. 17. Iuo p. 14.c.87.Pã. l.5.c. 113.

g ¶Nulli.]quod ſemel eſt conſecratum Deo,etiam licet ſit alienum,poſtea non fiet ꝓfanum,vt ĩ.17.q.4.quęſtio.ff.de re.diui. in tantum.arg. contra.ſ̃. diſt. 54.ex antiquis.& c. frequens.
h ¶Conſecratur.]id eſt, datur.
i ¶Siue animal.]aliud ab homine. aliàs ſequeretur quòd homo non eſſet animal.
k ¶Sanctum ſanctorũ.] id eſt, ad vſum ſanctorum ſacerdotum pertinet.
l ¶Inuadit.]ergo qui ſeruum eccleſiæ inuadit, ſacrilegus eſt, ſed fortè non eſt: ſed reputatur.ſimi. ſ̃. eod.capitu.1.
m ¶Excõmunicetur.] ergo non omnis ſacrilegus ipſo iure eſt excõmunicatus, vt ĩ. ca. proxim. De hoc dixi 11. quęſtione 3. canonica.

Item Gregorius ſeptimus, lib. 6. Regeſti,in concilio,c.1.

¶Excommunicationi ſubiaceat, qui eccleſiaſtica prædia inuadit.

CAP. IIII.

4 QVicunque militum, vel cuiuſcunque ordinis, vel profeſſionis perſona, prædia eccleſiaſtica,à quocũque[n] rege,ſeu ſeculari principe, vel ab epiſcopis inuitis, ſeu abbatibus[o], aut aliquibus eccleſiarum rectoribus[p] ſuſceperit,vel inuaſerit, vel de rectorum deprauato, ſeu vitioſo conſenſu[q] tenuerit, niſi eadem prædia eccleſiis reſtituerit, excommunicationi ſubiaceat.

4 Polyc.l.6. tit.15.

QVicunque.] CASVS.In hoc ca.dicitur, quòd quicunque prædia eccleſiaſtica à rege, vel ab alio principe ſeculari ſuſceperit, niſi reſtituat,debet excommunicari. Idem ſtatuitur de eo,qui ab inuitis prælatis bona eccleſiæ ſuſceperit, vel inuaſerit, vel de conſenſu eorum retinuerit.

Item Pius Papa,epiſt.2.

¶Sacrilegij crimen incurrit, qui prædia eccleſiaſtica vexat.

n ¶A quocunque.] ille ergo conueniendus eſt, qui rem eccleſiæ qualemcunque detinet, licet exhibeat auctorem ſuum, vt infra 16. quæſtione prima, in canonibus. Sed diſtingue,an rem mobilem detineat, vel immobilem, vt C. vbi in rem actio.l.2.extra vt lit. non conteſta. quoniam. “& hoc intelligas quando quis ſuo nomine aliquid poſſidet, vt tunc ſemper poſſeſſor ſit conueniendus, & tunc non eſt neceſſe vocare illum cuius auctoritate poſſidet: ſecus ſi alieno nomine, vt extra vt lite non conteſtata, quoniam. Item hoc ſcias, quòd licet conuentus rei vendicatione poſſet dominum nominare, non tamen conuentus poſſeſſorio iudicio,vt hic.

“Poſſidens rẽ eccleſiæ ſiue ſuo ſiue alieno noĩe an ſp ſit cõueniendus.

o ¶Seu abbatibus.]inuitis.
p ¶Rectoribus.]inuitis.
q ¶Conſenſu.]Conſenſus enim prælati nõ obſtat clericis repeten-

“ Poſſidens ab Imperatore nõ eſt ſemp tutus.

petentibus res eccleſiæ, vt j̃.ca.non liceat. “Sed quare non eſt ille tutus qui ab Imperatore poſſidet. C.de quadri.præſcr. bene.cum iuſtè poſſidet qui auctore prætore poſſidet, vt ff. de acq. poſ. iuſte? Sed dicas [a] iſtud obtinere in rebus priuatorum: quia nec eccleſia tuta eſt, ſi rem recipit ab Imperatore, niſi eam præſcripſerit, vt 16.q.3. placuit.1.

a Dicas gl. ſingu. ſcd̃m Lu.Ro.ſing. 612. li. 7. Alc.cõſ.52. lib.7. Fel. c. q̃ ĩ eccleſiarũ.co.12. de conſt.

CAP. V.

1 PRædia diuinis vſibus tradita quidam humanis applicant vſibus, & Domino, cui tradita ſunt, ea ſubtrahunt, vt ſibi † inſeruiant. Quapropter ab omnibus illius vſurpationis contumelia depellẽda eſt: ne prædia vſibus ſecretorum cœleſtium [a] dicata à quibuſdã irruentibus vexentur [b]. Quòd ſi quiſquam præſumpſerit, vt ſacrilegus [c] habeatur.

1 Poly.ibid. Anſ.l. 5. c. 36. Iuo par. 13.c.39.

† al. ſuis vſibus.

PRædia.] CASVS. Significatum fuit Pio Papæ, quòd quidã prædia eccleſiarum vſurpabant, & Deo cui tradita ſunt ſubtrahunt. quare Pius Papa ſtatuit, vt q̃cunque hoc præſumpſerit, debeat vt ſacrilegus iudicari.

a ¶ *Secretorum cæleſtium.*] id eſt, eccleſiæ. ADDITIO. Vbi tractantur ſecreta cæleſtia. de conſecr. diſt. 1. cap.1. Arc.

b ¶ *Vexentur.*] iniuſtè. nam ad tributa & ſeruitia tenẽtur. 11. q.1. ſi tributum. vel expone, vt ibi dixi.

c ¶ *Sacrilegus.*] alia pœna ſacrilegij eſt ſecundum legem. ff. ad leg. Iul.pec. ſacrilegij. Alia ſecundum canones. 17. q.4. per totum.

Item Anacletus Papa, epiſt.1. [2]

2 Et in epiſt. Lucij, c.6.

¶ De eodem.

CAP. VI.

3 QVi abſtulerit aliquid patri [d], vel matri, dicitque hoc peccatum non eſſe, homicidæ particeps eſt. Pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creauit 4: mater verò noſtra, eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritaliter regenerauit. 5 Ergo, qui Chriſti pecunias, & eccleſiæ rapit, aufert, vel fraudat, homicida eſt.

3 Poly.ibid. Bur.l. 11.c. 18. Iuo par. 14.c.88.

4 Concord. Alc. de Im. ĩ l.cũ alienã. C. de lega.

5 ĩ.ead.qui Chriſti.

QVi abſtulerit.] CASVS. Dicit Anacletus in hoc c. ꝙ Deus eſt pater noſter, & eccleſia mater: & ideo qui Dei, & eccleſię pecuniam aufert, vſurpat & fraudat, homicida eſt: ſicut ille qui patri vel matri carnali abſtulit aliquid iniuſtè, dicitur homicida.

d ¶ *Patri.*] homicida enim eſt, qui non paſcit patrem, vel matrem, [b] vt 22. q.4. inter cętera. & 86. diſ.non ſatis.in ſi.

Item Ioãnes Papa primus ad Zachariam Archiepiſcopum. [6]

6 Et ĩ epiſt. 2. Euſeb.Papæ ad Aegyptios. & in decr.Iulij, c. 1.& Symmachꝰ ĩ 5.ſyno.

b Arg.cõtra iſta.ĩ.93.di. diaconi ſũt. in prin. ſed ibi alter exponitur.

¶ Quadruplum reſtituat, qui res eccleſiæ inuadit.

CAP. VII.

7 IN antiquis eccleſiæ ſtatutis decretum eſt, vt qui aliena inuadit, non exeat impunitus: ſed cum multiplicatione [e] omnia reſtituat. Vnde & in Euãgelio ſcriptum eſt [Quòd ſi aliquid defraudaui, reddo quadruplum.] Et in legibus ſeculi cautum habetur [8 Qui rem ſurripit alienam, &c.] *vt infrà in auctoritate* [f] *Euſebij Papæ.*

7 Bur.l.11.c. 25. Iuo p.3. c.149. & 13. c.j. & par.5. c.249.

Luc.19.

8 j̃.c.ĩ legib.

IN antiquis.] CASVS. Quæſitum fuit à Io. Papa, quam pœnam debeat pati q̃ inuadit aliena. & reſpondet quòd ſecundum antiqua ſtatuta quadruplum debet reddere. Idem probat duabus auctoritatibus, ſcilicet Euangelij, & Euſebij Papæ.

e ¶ *Multiplicatione.*] “ar. pœnam pecuniarum poſſe ab eccleſia infligi. 21. q. 5. ſi quis cuiuſlibet. 23. di.quanquam.extr.de arb. dilecti.in ſi.ext.de relig.do. conſtitutus.in ſi.ar.contra.j̃.ca.fraternitas. vbi de hoc dicitur. & ext.de pœ.ſuam.' Sed illud poteſt intelligi de æquitate canonica, hoc de rigore iuris.

“Pœna pecuniaria an poſſit infligi ab eccleſia.

e Et c. licet. vbi de hoc. 14. qu. 1. quod debetur. in prin. vbi de hoc. Arc.

Item Gregorius ad Conſtantiam reginam Galliæ, lib.4. epiſt. 33. ſeu, cap.77.

¶ Pro tenore ſecularium legum puniantur inuaſores rerum eccleſiaſticarum.

CAP. VIII.

9 CVm deuotiſſimam† [g] dominam ſciam de cœleſti vita†, atque remedio animę ſuæ ſedulò cogitare, culpam me committere vehementer exiſtimo, ſi ea, quæ pro timore omnipotentis Domini ſunt ſuggerenda, ſiluero: & te ſanctiſſimam de eccleſiaſtica pace ſedulò non commonuero.. Nimis me Iuliani fratris, & coëpiſcopi noſtri proclamatio nuper contriſtauit, maximè cum villæ ſuæ, videlicet eccleſiæ à nequiſſimis prædonibus ſint deprædatæ, atque nocturnis incendijs more furum combuſtæ: & dum ijdem maligni iuxta noſtri prędeceſſoris Bonifacij decreta pro violata A emunitate [h] illud emendare noluerint: dũ & ſeculi leges [i] hæc eadem ita ſe habere voluerint, lege vulgari [k] teſte, in qua ſic ſcribitur [10 Si quis manu armata vſque ad quatuor homines in vicum alterius ad malefaciendum venerit, ille, q̃ prior eſt [l], pro illicita præſumptione componat [m] ſolidos nongentos: ſequaces verò eius, vnuſquiſque ſolidos octuaginta. Si verò incendium [n] fecerint, ibi nonies tantùm componant: ſi prædam verò: in quadruplum reſtituant.

9 Bur.l.11.c. 26. Iuo p. 13.c.36.

† ſereniſſimam] Orig.

† al. patriæ atq; animæ ſuæ vita ſedulò.

10 li.j.legũ Lõgob. ti. d aggreſ. ĩ vic. fact.leg.1.

¶ *Initium huius capitis vſque ad ver.* ſiluero, *eſt acceptum ex epiſtola indicata. Reliqua non ſunt inuenta.*

A ¶ Violata.] *Hæc dictio abeſt à pleriſque vetuſtis & hic, & in ſequenti capite, vbi in vulgatis eſt,* emunitas violata.

f ¶ *In auctoritate.*] j̃.ea.in legibus.

CVm deuotiſſimam..] CASVS. Iulianus epiſcopus conqueſtus eſt Papæ de quibuſdam, qui de nocte quaſdam villas ſuæ eccleſiæ combuſſerunt, & prædam inde exportauerunt: tamen ſæpe admoniti damnum emendare noluerunt. Scribit ergo Papa Conſtantiæ Reginæ Galliæ. & ei primò applaudit commendando ipſam, & hoc in prima parte. In ſecunda parte oſtendit, quòd damnum illud debent cum multiplicatione pœnæ reſtituere. & hoc probat per legem Lombardam, & per exemplum Zachæi dicentis in præſentia Chriſti ſe velle reſtituere quadruplum ſi aliquẽ defraudauit, vt continetur in Euangelio ſecundum Lucam. In tertia parte inſinuat ei, ꝙ in menſe Nouembris præſentis anni, mittet in Galliã Petrũ ep̃m, & monet ipſam Reginã, vt cũ eo, & cũ alijs ep̃is eiuſdẽ prouincię congregatis ſic faciat damnum emendari, vt cęteri terreanť. Secũda pars ĩcipit ibi, *Dũ & ſeculi.* Tertia ibi, *Ea pp.*

g ¶ *Cum deuotiſſimam.*] Intercedit Papa pro eccleſia apud Reginam, ſicut alibi apud principem, vt 97.diſ.eccleſię.

h ¶ *Pro violata emunitate.*] “& dicitur emunitas priuilegium, quo gaudet eccleſia, vt in ambitu ſuo non fiat pugna vel inſultus, vel rapina per quadraginta vel triginta paſſus, vt 17. quæſtio. 4. ſicut antiquitus. Quæ autem pœna pro emunitate eccleſiæ læſa ſit ſoluenda, habes 17. q. 4. ſi quis contumax.

“Emunitas eccleſię quę eſt.

i ¶ *Leges.*] ſ. Lõbardę.

k ¶ *Vulgari.*] ſ. Lombarda. 23.q.8. ſi quis membrorum. & c.peſſimam.

l ¶ *Qui prior eſt.*] nam tot ſunt iniuriæ, quot ſunt iniuriantes, vt ff. de iniur. ſi plures. & ideo pœna vnius non liberat alios. ff. ad le. Aq. itẽ Mela. §. ſed ſi plures.

m ¶ *Componat.*] inſt.de act. §. omnes. contra. “ vbi dicitur, quòd nulla pœna debet excedere quadruplum. Sol. quidam dicunt, quòd pœna legalis non poteſt excedere quadruplum, ſed conuentionalis poteſt: melius dicas, quòd legalis & conuentionalis in infinitum poteſt extendi ſecundum qualitatem negotij, vel delicti. ſed ſi habeť reſpectus purè ad rẽ ipſam, tũc ſufficit pęna quadrupli. arg. C.de ſer.fug.quicũque. & l. ſi quis ſeruũ. & licet hæc lex non teneat, tñ ex ea argumentať hic Greg. ſic ext.de iud. nouit.

“ Pœna an poſſit excedere quadruplum.

Item.

¶ De eodem.

CAP. IX.

11 SI ſeculi leges talem iuſtitiam habere voluerunt, lex diuina cur inferior eſſe debebit? cum in ipſius veritatis præſentia à Zachæo collaudatum ſit, vt ſi aliquem defraudarat, in quadruplum reſtitueret? Et quia ſummum in rebus

11 Burch. & Iuo ibid.

Luc.19.

n ¶ *Si verò incendium.*] “incendiarius eſt ipſo iure excõicatus, nec prius abſoluitur, q̃ ſatisfaciat, & iuret id ſe amodo nõ facturũ. 23.q.8. ſi qs mẽbrorũ. & c.peſſimã. & ſi fuerit denuntiatus, amodo nõ põt abſolui niſi à Papa, vt ext.de ſen.exc.tua. ſecũdũ leges capite puniť. ff.de pę.capitaliũ. §. nonnunq̃. vbi dicit, ꝙ ſi qs intra oppidũ,

“incẽdiariꝰ an ſit ipſo iure excõicatus.

vel propter inimicitias,vel ob prædam aliquid exuſſerit,[l]igne crematur. ſed ſi villam combuſſit,leuius punitur.ff. de incen. rui. nau. qui ædes.Ioann.non inuenio, quòd incendiarius ſit ipſo iure excommunicatus,niſi incendiarius eccleſiæ,vt extra de rap.cap.in literis.

a ¶[*Iuſtitiam colere.*] inſt.de iuſt.& iur.§. præcepta iuris.

b ¶[*Regia.*]ergo fœmina poteſt eſſe iudex,[a] vt hic, & 23.q.4. ſi quos. & 15.q.3.c.1.arg. contra.33.q.vlt.mulierem. C.de arb.l. vlt. Sed dic vbi conſuetudo eſt, bene poſsũt iudicare. ext. de arb.dilecti.

a Hoc fuit ex cõmiſſione Papæ.

ADDITIO.Vbi no. Inn. quòd ſi fœmina habet regimen,vel comitatum,de iure poteſt iudicare,vt hic patet. Archid.

IN *legibus.*]CASVS. Quæſitum fuit ab Euſebio,quantam pœnam debeat pati raptor rerum eccleſiarum: & reſpondet,quòd ſecundum leges ſeculi, ſcilicet Goticam & Salicam, in decuplum debet emendare. dicit enim in fi.c. vt ſacrilegus iudicetur, & quadruplam reſtituat, & canonicę pęnitentię ſubijciatur.

c ¶[*In legibus ſeculi.*] in Lombarda & Gotica,& Salica,non in Romana.

1 Et Symmachus in 5.ſynod. & Ioannes 1.epiſt. 1.ſ.c. in antiquis.

d ¶[*Terminos.*]ſecundum leges punitur talis pœna quinquaginta aureorum, vt ff. de termin. moto.l.1. & 2.

e ¶[*Quadruplum.*]vt in illo quadruplo rei pſecutio computetur, vt inſt.vi bo. rapt. in prin. ſed in furto eſt rei perſecutio præter pœnam furti, vt inſt. de oblig. quæ ex delic.in fi.& eſt ſimile 79. diſt. decẽter.

2 Pol.l.8.tit. 15. Anſ.l.5. c.41. Bur.l. 11.c.27.Iuo p.13.c.37.& p.5.c.249.& p.3.c. 149. Pan.l.4. c. 47.

†al.decuplum

Deut.27. in decr. Iulij,c.1.

CONTRA GREGORIVS. CASVS. Supra in quibuſdã c.dictum eſt, quòd res eccleſiæ vſurpatæ cum pœna debent reſtitui.Nũc verò probat contrariũ per ſequens ca.

FRaternitas tua.]CASVS. Aug. Anglorũ epiſcopus de duob. quæſiuit à Grego. Primò qua pœna ſit puniẽdus fur. reſpondet dicens, quòd quidam furantur propter cupiditatem, quidam propter inopiam:& ideo qui cupiditate furantur,damnis: qui inopia, verberibus ſunt corrigendi, & cum diſtrictius agitur in verberibus ex charitate agendum eſt. Secundò quæſiuit ſub quo augmento eccleſia ſuum debeat recipere.Et reſpondet,ſub nullo augmento.Secũda pars incipit ibi, *Addis etiã.*

bonum eſt iuſtitiam colere[a], ac ſua cuique iura ſeruare, & in ſubiectos non ſinere qđ poteſtatis eſt,fieri,ſed quod ęquũ eſt, cuſtodiri (quod & vos diligere, & omnino confidimus ſtudere,) eapropter excellentiæ veſtræ, menſe Nouembri præſentis anni, ſecunda indictione,Petrum fratrem, & coëpiſcopum noſtrum à gremio ſanctæ Romanæ eccleſiæ tranſmittemus, vt fratribus eiuſdẽ prouinciæ in vnum congregatis,emunitas violata, & præſumptio, & ſacrilegium canonica auctoritate, & veſtra regia[b] dignitate talem terminum accipiant, ne poſthac mẽbra diaboli,filij nequam,in sãcta eccleſia, te etiam ibi regnante,talia præſumant.

¶ *In plerisque vetuſtis codicibus, & apud Burchardum,& Iuonem caput hoc eſt coniunctum ſuperiori.*

Item Euſebius Papa epiſt.2.[1]

¶Eccleſiæ res ſurripiens in decuplum reſtituat, quod abſtulit.

C A P. X.

2 IN legibus ſeculi[c] cautum habetur§ Qui rem ſurripit alienam, illi, cuius res direpta eſt,in vndecuplum†, quæ ſublata ſunt,reſtituat.]Et in lege diuina legitur[Maledict⁹ omnis, qui transfert terminos[d] proximi ſui, & dicet omnis populus,Amen,]Talia ergo non præſumantur abſque vltione, nec exerceantur abſque ſua damnatione.Proinde A,ſi quis eccleſiaſticas oblationes, & quod Deo conſecratum eſt rapuerit,vel conſenſerit facientibus, vt ſacrilegus dijudicetur, & damnum in quadruplum[e] reſtituat, & canonicè pœniteat.

A ¶[Proinde.]*Hinc vſque ad finem non ſunt in epiſtola Euſebij, neque apud Ioannẽ,aut Symmachum.Habentur tamen apud Burchardum, et Iuonem par.13.c.37.& in Polycarpo interpoſitis etiam aliquot verbis, quæ in epiſtola habentur poſt ver.*damnatione.

Contra Gregorius ſcribit, c.4.reſponſionum ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum,de his qui furtim auferunt aliquid de eccleſia.

¶Sine augmento ſibi ablata eccleſiam recipere oportet.

C A P. XI.

3 FRaternitas tua ex perſona furis penſare poteſt, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes ſubſidia,furtum perpetrant:& ſunt alij, qui hac in re ex inopia[f] delinquunt. Vnde neceſſe eſt,vt quidam damnis, quidam verò verberibus[g],& quidam diſtrictius, quidam verò leuius corrigantur. Et cũ paulò diſtrictius agitur,ex charitate agendum eſt, & non ex furore: quia ipſi hoc præſtatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignib⁹ tradatur.*& infrà.* ¶ Addis etiam quo augmento ea, quæ furto de eccleſijs abſtulerunt, reddere debeant. Sed abſit, vt eccleſia cum augmento[h] recipiat,quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quærat.

Verùm illud Euſebij de legum ſeueritate:illud† Gregorij de eccleſiaſtica manſuetudine dictũ intelligitur.

Idem Gregorius lib.10.epiſt.42. Deuſdedit† Epiſcopo Mediolanenſi.

¶Non ſunt alienanda in epiſcopatu acquiſita.

C A P. XII.

4 RES in epiſcopatu acquiſitas[i] ſacerdotibus nulla eſt alienandi licentia.

Item ex octaua A *ſynodo vniuerſali,cap.15.*

A ¶[Octaua.]*Sic eſt emendatum ex Anſelmo,cum antea legeretur,* ſexta.*Eſt autem canon decimuſquintus ſynodi.8. habitæ tempore Hadriani Papæ ij.contra Photium, ex verſione Anaſtaſij bibliothecarij.*

¶Vaſa ſacra, niſi pro redemptione captiuorum,non ſunt alienanda.

f ¶[*Ex inopia.*]“in delictis non excuſat inopia, vt hic, & 32.q.4.ſicut ſatius.ff. de rit.nu.l.palam. 32.q.5.ita ne.22.q.2. faciat.Arg.contra de conſec.diſt.5.diſcipulos.& diſ.1.ſicut.contra.extr.de furt.ſi quis propter neceſſitatem. Quidam dicunt, quòd potius debet homo mori quàm furrari. Humanius eſt dicere,quòd ſumma neceſſitas excuſat. extr.de reg.iur.c.quod non eſt. vnde hic non fuit tanta neceſſitas quæ poſſet excuſare.

“ Paupertas in delictis ñ excuſat.

g ¶[*Verberibus.*]hoc generale eſt,vt verberibus caſtigentur q ſunt inopes.vt ff.de iur. om. iud. ſi quis id.§. in ſeruos. & ff. de in ius voc. l.vlt.ĵ. ea.q.§. libertus. 14.quæſ. 6.ſi res aliena. Alio etiam modo puniuntur nobiles quàm ignobiles, vt 24. q. 1. qui contra.

3 Pol.l.6.tit. 16. Iuo p. 13.c.5.

h ¶[*Cum augmento.*]ſcilicet innaturali, & illegitimo, ne ſit contra ſ. diſ. 89. decenter.17.q.4.quiſquis.ĵ.e.q.5.c.pe. & ſ.ea. q.1.in antiquis. Ad hoc reſpondent quidam, ſi vult liberè fur, vel prædo reſtituere rẽ ante quàm conueniatur,pœnam euitat: hoc falſum eſt,quia non ſufficit raptori reſtituere rem ad euitandam pœnam, vt ff.vi bo.rapt. l. non prodeſt. Vel dic quòd eccleſia non petet pœnam, ſed iudex ex officio ſuo eam infliget, & dabit eccleſiæ, cui ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit. C.de epiſ. & cle. ſi quis & eſt ad hoc bonum. arg.23.q. 3. §.1. in fi.“ Vel dic quòd poteſt petere naturale augmentum,i.intereſſe, ſed innaturale non poteſt. Vel dic, quòd non poteſt petere intereſſe qđ eſt extra rem. vt ſi fortè occaſione rei ſublatæ familia, vel pecora mortua ſunt,illud non poteſt petere, ſicut nec emptor,vt ff.de act. empt. & vend. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. Vel ponas caſum ſic. Quæſitum fuit ſi aliquis cõfeſſus fuit ſe furtum feciſſe ſacerdoti ſuo, an in pœnitentia debet ei iniungi, vt illam rem reſtituat cùm pœna? [b] Reſpondeo ꝙ non: [c] & ſic contraria non tangunt caſum.

“ Eccleſia an poſſit petere rẽ ſuã cũ augmẽto

†al.iſtud.

†al.Deodato

4 ĵ. e.q.5. c.nulli.

VERVM.CASVS.Determinat Grat. in hoc §. qualiter intelliguntur duo proxima pręcedentia cap. dicens quòd primum ex rigore,ſecundum ex manſuetudine intelligitur.Sequens c. patet.

b iſtam gl.dt eſſe ſing. Ale.de Im.ĩ l. ſi pœnæ. ff. de cõd. ind.

c tenetur tñ damnũ reſtituere,vt ex. de iniu. ſi læſerit.& duo. c.ſeq.& ext. de rap.c.1.2 & 3.& c. in literis.in fi.

i RES.]¶*Acquiſitas.*]occaſione eccleſiæ,vt infrà eadem, quæſtio.5.§.fixum.

Apoſto-

CAP. XIII.

1 APoſtolicos, & [a] paternos canones renouans hæc ſancta, & vniuerſalis ſynodus diffiniuit neminẽ prorſus epm vendere, vel vtcunque alienare cimelia 2, & vaſa [b] ſacrata, excepta cauſa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet A pro redemptione captiuorum [c]: ſed nec tradere ſalaria eccleſiarum in emphyteutica pacta, nec alias ruſticas poſſeſſiones venundare, ac per hoc eccleſiaſticos reditus lædere: quos ad propriam vtilitatem, & ob eſcam pauperum, & peregriorum ſuſtentationem eſſe decernimus B. & paulò poſt. ¶ Quiſquis autem apparuerit poſt hanc diffinitionem noſtram contrariũ quid huic ſanctæ, ac vniuerſali ſynodo agere, deponatur [d] vt præuaricator diuinarum legum, & pręceptorum: caſſata videlicet omnino, quæ facta eſt in ſcriptis, vel ſine ſcriptis ab epiſcopo, venditione, vel emphyteutica traditione, vel alia qualibet alienatione, cimeliorum ſcilicet, & ſalariorum locorũ. Qui verò emerit, aut perceperit aliquid ex prædictis cimelijs, vel ſalarijs, & non reſtituerit eccleſiæ iterum, quæ eccleſiæ ſunt, vel non dederit ad incidendum chartam venditionis, vel emphyteuſeos, ſit anathema vſque dum fecerit, quod ab hac ſancta, & vniuerſali ſynodo confirmatum eſt. ¶ Si autem epiſcopus conuictus fuerit conſtruxiſſe [e] monaſterium de reditibus eccleſiaſticis, tradat [f] ipſum eidem eccleſiæ monaſterium.

A ¶ Videlicet pro redemptione.] *In concilio ipſo, & apud Anſelmum legitur*, quæ accipiuntur in redemptione captiuorum.

B ¶ Decernimus.] *In ipſo canone ſequuntur hæc*, Omnem verò eccleſiaſticarum rerum poteſtatem habentem, & has meliorare, ac dilatare, prout oportuerit: eccleſiaſtica loca, quæ per reditus fiunt, & inſuper propriam rerum diſpoſitionem diſtribuere, ac committere, ſeu conferre quibuſcunque voluerit, & iudicauerit, iuxta propriam poteſtatem, ac dominatum. Quiſquis autẽ apparuerit, &c.

Item Gregorius lib. 6. epiſt. 35. ſeu cap. 199. Domino Epiſcopo Meſſanenſi.

¶ Pro redemptione captiuorum ſacra vaſa non prohibentur alienari.

CAP. XIIII.

3 ET ſacrorum canonum, & legalia ſtatuta permittunt miniſteria eccleſiæ pro captiuorum eſſe redemptione vendenda.

Idem Demetrio, & Valeriano clericis Firmanis, lib. 7. indict. 2. ep. 14.

¶ Res eccleſiæ licitè impenduntur pro redemptione captiuorum.

CAP. XV.

4 SAcrorum canonum ſtatuta, & legalis permittit auctoritas licitè res eccleſiaſticas in redemptionem captiuorum impendi. Et ideo, quia edocti à vobis ſumus ante annos ferè 18. virum reuerendiſſimum quendam Fabium epiſcopum eccleſiæ Firmanæ libras 11. argenti de eadem eccleſia pro redẽptione veſtra, ac patris veſtri Paſſiui, fratris, & coëpiſcopi noſtri, tunc verò clerici, nec non matris veſtræ hoſtibus impendiſſe, atque ex hoc quandam formidinem vos habere, ne hoc, quod datum eſt, à vobis quolibet tempore repetatur; huius pręcepti auctoritate ſuſpicionem veſtram præuidimus auferendam, conſtituẽtes nullam vos exinde, hæredeſque veſtros quolibet tempore repetitionis [g] moleſtiam ſuſtinere: nec à quoquam vobis aliquam obijci quæſtionem.

Idem lib. 6. epiſt. 35. ad Domnum Epiſcopum.

¶ Res eccleſiæ deſolatæ non præponantur captiuis.

APoſtolicos. CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ſtatuitur, quòd ſi quis clericus alienat quocunque titulo alienationis poſſeſſiones vel reditus vel vaſa eccleſiæ in caſu non conceſſo, deponi debet, alienatione reſciſſa: ſiue ſit facta in ſcriptis, ſiue non: & emptor debet rem reſtituere, & chartam ad incidendum: quod ſi non fecerit, excommunicetur. In ſecunda parte dicit, ꝙ ſi eps cõſtruxerit monaſteriũ de reditibus eccleſiæ, eidẽ eccleſiæ monaſteriũ ſubijciat. Scda pars incipit ibi, *Si autem epiſcopus. Salaria.* i. reditus. Iterum habeat ſicut prius habebat. "Et interſerit Grat. tria ſequẽtia c. pręter principale propoſitum, vt oſtendat caſum in quo licitè res eccleſiæ poſſunt alienari, quorum primum patet.

1 Anſ. l. 6. c. 171.

2 κειμήλια Græcè theſauri dñr, opes, pecuniæ repoſitæ, inſtra p̃tioſa, aurea vaſa, clinodia. inde cimeliarchus. C. de agr. & cenſ. l. litib. lib. 11.

a ¶ *Et.*] pro, id eſt.

b ¶ *Vaſa.*] ſ. 10. q. 2. hoc ius. contra.

c ¶ *Captiuorum.*] & alijs cauſis.

«Eccleſiaſticas res malè alienans, qualiter punitur.

d ¶ *Deponatur.*] hæc eſt pœna malè alienantis res eccleſiæ, vt ĵ. ea. quiſquis. & c. non liceat. & cap. ſtatuimus. [a] Sed contra ext. de reb. ec. non al. ſi quis presbyterorũ. ext. de elect. quod ſicut. in fi. ff. de al. iud. mut. cau. l. ex hoc edicto. §. ſi quis alienauerit. Ex quibus omnibus habes quòd ſufficit ſi ſtatim reddat eccleſiam indemnem. Poſſet dici hoc verum eſſe quo ad hoc, vt exinde non poſſit vlterius conueniri: ſed non quo ad hoc ne pro huiuſmodi mala electione ab adminiſtratione remoueatur. Ar. contra ff. vi boni. rap. non prodeſt. vbi habes quod nõ ſufficit prædoni ad pœnam euitandum rem reſtituere. Item ſufficit ſemel dolum commiſiſſe, vt de depo. l. 1. §. ſi rem depoſitam. Io. Ego ſto illi decr. ſi quis presbyterorum. B.

a Et c. diaconi. 17. q. 4. p̃t tñ eps diſpenſare cũ prælato ſibi ſubdito, vt ſi deponat. vt 50. diſt. ſi quis presbyter. Arc.

e ¶ *Conſtruxiſſe.*] lædendo eccleſiam priorem. poteſt tamen conſtruere, cum tamen nõ lædat eccleſiam. ĵ. ea. ſi epiſcopus. & c. bonæ rei. Tradetur ergo eccleſię, vt habeat in ipſa ius patronatus, quod habetur ex ædificatione, ſeu fundatione. 16. qu. 7. quicunque. & c. decernimus. & c. filijs. ext. de ecc. ædi. ad audientiam. vel aliquod honeſtum ſeruitium. ext. de iu. pat. præterea. vel ob alia temporalia. ext. de ca. mo. in eccleſijs. 16. qu. 2. ſane. Et eſt. arg. quòd acquiſita de rebus eccleſię poteſt eccleſia vendicare. ĵ. e q. 4. ſacerdotes. & q. vlt. fixũ." Sed quid ſi clericus de peculio eccleſiæ in proprio ſolo ædificat? tunc videtur ædificium ſolo cedere. ff. de re. di. in tantum. Sed dicas [b] in fauorem eccleſiæ ſolum ædificio cedere. 17. q. 4. c. queſti. & hoc eſt ſpeciale in eccleſia, quòd ſi res comparatur de bonis eccleſiæ, ſtatim eſt facta eccleſiæ, vt hic, & ext. de pecu. cle. c. 1. & c. ſi quis. Idem eſt in milite. C. de rei ven. vt ſi proponis. & ĩ pupillo. C. arb. tu. l. 3. & in vxore. ff. de do. inter vir. & vx. vxor.

«ædificium de pecunia eccleſiæ factum, an ac... ir ip... iæ.

b Dicas hãc gl. ſeq. Spe. de empt. & vend. §. tertio loco. 1. ver. quod ſi clericus. & ibi p Io. An. ĩ add. Bal. in l. in tm. đ re. di. Phil. Frã. ĩ c. ſemel. de reg. iu. in 6.

f ¶ *Tradat.*] i. ſubijciat. ĵ. 14. quæſtio. 6. comperimus. 17. quæſtione 4. queſti. contra. vbi habes quòd res conſecrata non debeat reſtitui. ſed ſupple laicis, & ad profanos vſus. & licet hic dicatur quòd debet ſubijci priori eccleſiæ: nihilominus tamen epiſcopus poteſt vnam eccleſiam alij ſubijcere cui vult: argumen. extr. de exceſ. prælato. ſicut vnire.

3 l. ſancim9 C. de ſacro. ecc. Anſ. l. 5. c. 48.

SAcrorum.] CASVS. Fabius Firmanæ ciuitatis epiſcopus dedit xj. libras argenti de ſua eccleſia pro redemptione quatuor perſonarum, ſcilicet Paſſiui tunc clerici, & vxoris, & duorum ſuorum filiorum, ſcilicet Demetrij & Valeriani, quo præfato epiſcopo mortuo Paſſiuus factus eſt epiſcopus, poſt cuius obitum filij timebant ne illæ xj. libræ argenti ab eis, vel hæredibus eorum repeterentur. & ideo à Papa ſuper hoc poſtulauerunt ſecuritatem. Papa igitur eis plenam ſecuritatem cõcedit, ita vt de cætero ſuper hoc nulla quæſtio eis moueatur. Sequens c. patet.

4 Iuo p. 3. c. 145.

g ¶ *Repetitionis.*] quia quod ex cauſa pietatis impenditur, non repetitur. C. de nego. geſt. alimenta. niſi fortè fuerit proteſtatus. ff. de reli. ſi quis. §. hæc actio. & in alio caſu. C. de nup. patrem. hic tamen non valet proteſtatio: quia eccleſia tenetur redimere, vt infra capitulo proximo. ſi verò priuatus redemiſſet, pretium datum repeteret ſine diſtinctione, ſecundum quoſdã." Et hic redemptus operas præſtabit eccleſiæ per quinquennium, ſi non poſſit ſoluere. C. de cap. l. 2. & vlti. Item nunquid hoc de quolibet capto verum eſt? ita. Sed nunquid de capto in maleficijs? quod videtur [c] 86. diſtinctione non ſatis. 23. queſtione quinta, capitu. 1. & capitu. reos. & 14. quæſtio. 6. ſi res. Argum. contra 1. quæſtio. 1. iubemus. Tamen ſi priuatus det pecuniam pro redemptione alicuius, bene eam repetit, vt C. de cap. l. vlt.

"Redẽptus ab eccleſia, illi ſeruiat p qnquenniũ.

c Qđ vr. idẽ F el. i c. ſignificauit. de iud. Phil. Deci. in c. q in eccleſiarũ. đ conſti. Lud. Gom. ſup 6. cha. 100. in paruis.

a SIcut.] ¶ *Suis.*] Suis potius quàm alienis ſubueniat, ſubueniat tamen & extraneis. 86. diſt. non ſatis. 42. diſtin. quieſcamus. Sed qui dicuntur hic captiui? “Dic quòd ſi ab hæreticis, vel gentilibus capti ſunt, vel à talibus vbi timetur periculum corporis [a] vel animę, tales tenetur redimere eccleſia, & etiam quilibet priuatus, vt 86. diſt. non ſatis. ǰ. ea. aurum. 23. q. 3. non inferenda.

“ Redéptio q̃nque eſt neceſſaria.

a Id eſt, mortis, vt leg. & no. ǰ. c. aurũ. ver. cur tot. Arch.

QVAE VERO. Hęc eſt 2. pars q. in qua ponit pœnam ſacrilegij, & hoc per ca. ſeq. Io. de Fant.

1 Iuo p. 3. c. 176.

CASVS. Suprà facta eſt mentio de inuaſoribus rerum eccleſiæ. Nunc verò docet Gra. quæ pœnitentia ſit huiuſmodi inuaſoribus imponenda, qui ſacra vaſa & alia Deo dedicata pollutis manibus quaſi profana rapiunt, & contrectant.

DE viro.] CASVS. Frontarius Burdegalen. archiepiſcopus cum vellet beati Petri limina viſitare, & in quadam villa ſuæ eccleſiæ celebraret diuina, & populum ſaluberrimis dogmatibus erudiret, quidam nomine Burgandus vir nefandus inſidians ei, cum complicibus ſuę malitiæ venit ad villam præfatam, & ſacra vaſa dominici corporis, & ſanctum chriſma pollutis manibus accipere præſumpſit. quare dictus Frontarius quæſiuit à Nicolao, ſi aliquo tempore ad gremium matris eccleſiæ redierint, quæ pœnitentia ſit eis indicenda. Qui reſpondet dicens, quòd primò debent iurare, quòd talia non faciant decetero, & poſtea pœniteant iuxta modum in c. expreſſum.

Cõpita q̃d ſit.

b ¶ *Et compita.*] Compitum eſt locus vbi plures vię concurrunt. 48. di. ſicut.

ADDITIO. Et dicitur à con, quod eſt ſimul, & pita, quod eſt via, ſecundum Hug. & Lau.

† al. tacti.

c ¶ *Conſuluit.*] quæ ſit pœna talium qui inferunt iniuriam clericis dum inſiſtunt diuinis officijs & obſequijs, habes 17. q. 4. §. qui autẽ. & c. ſi quis ſuadente. C. de epiſ. & cle. ſi quis in hoc genus.

d ¶ *Ante fores.*] ſed nõne in primo anno eſt extra eccleſiam? Sed dic quòd in primo anno ſtet extra cœmeterium quod violauit, & ſecundo anno iuxta fores eccleſiæ.

e ¶ *Audientes.*] non communicantes, vt 33. q. 2. latorem.

f ¶ *Spondentes.*] ſacrilegos argue promittere cogendos ſe nũquam ſimile facturos, ſic 23. q. 8. peſſimam. & c. ſi quis membrorum, vt dixi 11. q. 3. cum aliquis.

CAP. XVI.

1 SIcut omnino graue eſt fruſtrà eccleſiaſtica miniſteria venundare, ſic iterum culpa eſt, imminente hmõi neceſſitate res maximè deſolatæ eccleſiæ captiuis ſuis [a] p̃ponere, & in eorũ redẽptione ceſſare.

2 *Quæ verò pęnitentia huiuſmodi inuaſoribus, atque prædonibus, qui vaſa ſacra, & reliqua diuino cultui dedicata arripiunt, & quaſi profana contrectant, ſit indicenda, Nicolaus Papa definit ſcribens Frontario Archiepiſcopo Burdegalenſi.*

¶ Inuaſoribus rerum eccleſiaſticarũ quæ pœnitentia ſit imponenda.

CAP. XVII.

DE viro nefando, Burgando nomine, qui rabie inſana commotus diabolicis ſe irretire laqueis non dubitauit, atque gentilium more per abrupta itinera, & compita [b] inſidians vobis in veſtræ eccleſiæ villa, vnà cum clericis veſtris manentibus, & populum ſalubribus inſtruere dogmatũ monitis decertantibus, paneq́ue ſpiritualis verbi vacua hominum corda reficientibus, atque laudabile propriæ ſalutis deſiderium habentibus, ſancta apoſtolorum Petri, & Pauli limina viſitare, collectis malitiæ ſuæ ſequacibus, & iniquitatis complicibus nefarias inuaſiones, & deprædationes violentas inferre dæmoniaco auſu præſumpſit: &, vt epiſtolæ veſtræ textus eloquitur, ſacrum altare, ſacraq́ue Dominici corporis & ſanguinis vaſa, inſuper & ſanctum chriſma pollutis arripere manib. quaſi vilia, & ad vſum communem apta præſumpſit, dilectio nos veſtra conſuluit [c], ſi ipſe, vel qui cum eo in tam impio, & iniquo ſcelere fuerunt, ad pœnitentiam quandoque gratia tracti † diuina venire voluerint, quo eos pęnitentiæ vinculo conſtringatis, noſtræ inſtitutionis cenſuram expoſcere curaſtis. De quibus (ſi tamẽ ita eſt) iubemus, cum ad pęnitentiam reuerti accelerauerint, vno anno extra eccleſiã Dei conſiſtere, cuius ſacratiſſima vaſa, extra ritũ fidei Chriſtianæ, diripiendo auferre non dubitauerunt. Secundo verò anno ante fores [d] eccleſiæ ſine cõmunione maneant. Tertio verò anno eccleſiam Dei ingrediantur, & inter audientes [e] adſtent ſine oblatione, non mãducantes carnem, neque bibentes vinum, præter Natalis, & Reſurrectionis Dominicæ dies. Quarto pręterea anno (ſi his prioribus tribus eorum fructuoſus fuerit pęnitentiæ labor) communioni fidelium reſtituantur: totaq́ue mentis intentione ſpondentes [f] talia ſe vlterius nunquam facturos, corpus & ſanguinem Domini ſuſcipere mereantur, & vſque ad ſeptimum annum tribus in hebdomada diebus ſine eſu carnium, & vini potatione maneant pœnitentes.

¶ *Caput hoc alibi non eſt inuentum, quàm in collectione canonum incerti auctoris.*

Item in concilio Leonis Papæ quarti.

¶ Res eccleſiæ epiſcopus vſurpare, vel alienare non præſumat.

CAP. XVIII.

3 [2] MOnemus, & irrefragabiliter affirmam⁹, vt nullus epiſcoporum, vel ſacerdotum, rem tituli [g] ſui vſurpare præſumat: ſed neque ſalarium à Chriſtianis, ſanctis locis oblatum cauſa amicitiæ, vel timoris, aut muneris pertentet auferre: ne eccleſia Dei ad nihilum redigatur. Quod qui facere præſumpſerit epiſcopus, vel ſacerdos, canonicã ſine dubio ſubeat vltionem: & quod eccleſiæ iniuſtè ablatũ eſt, reddere [h] compellatur, ita vt deinceps nullas vires ꝑ his ad litigandum [i], vel poſſidendum habere poſſit.

Item ex ſeptima ſynodo, c. 12.

¶ *Apud Gratianum, quemadmodũ & apud Anſelmum citabatur, hiſtoria Euſebij epiſcopi Cęſarienſis. Iuo verum auctorem citauit. Verſio autem eſt Anaſtaſij Bibliothecarij, ex cuius codicibus manuſcriptis nõnulla ſunt emendata.*

MOnemus.] Hæc eſt tertia pars q. in qua reuertit̃ ad principale, & probat per 5. c. quòd res eccleſiæ non ſunt alienandę in caſu non conceſſo. Io. de Fant.

CASVS. Quæſitum fuit à Leone Papa quam pœnam pati debeat epiſcopus, vel ſacerdos, qui cauſa amicitiæ, timoris, vel muneris rem ſuæ eccleſię, vel ſalarium à Chriſtianis oblatum auferre vel vſurpare præſumit. Et reſpondet, quòd debet deponi, & q̃d iniuſtè abſtulit, reddere cõpellatur, & pro his nullas deinceps vires habeat ad litigandum, vel poſſidendum.

g ¶ *Rem tituli.*] i. ſpectantem ad eccleſiam ſuam non aufert alij propria auctoritate. [b] Nam & tutor & curator punitur, qui aufert alij rem pupilli ſui, vt C. vnde vi. meminerint. in fi.

b Nam pro tali exceſſu vr̃ deponendus. I.

h ¶ *Reddere.*] ipſe ergo qui alienauit, poteſt conueniri, vt hic, & ǰ. ea. ſtatuimus. & duobus c. ſequentibus. Itẽ & poſſeſſor poteſt conueniri, vt ſ̃. ea. Auguſtino. & no. ſ̃. ea. quicunque. & ſ̃. ea. Apoſtolicos. cum enim eccleſia habet in optione quem velit conuenire, ſi primò cœpit vnum conuenire, & poſteà velit aliũ conuenire, non fiet ei pręiudicium aliquod per electionem. vt C. ſi tut. vel cur. l. vltim. “ Sed quid ſi eccleſia eſt conſecuta ius ſuum à poſſeſſore, nunquid adhuc poteſt conuenire ipſum qui alienauit? non videtur: quia bona fides non patitur, vt bis idem exigatur. ff. de re. iu. bona fides. Quòd autem poſſet ipſum cõuenire. ad hoc eſt arg. ǰ. e. Vulteranę. & c. ſtatuimus. & c. quicunque. & ff. de pet. hæ. nec vllam. §. vlt. Reſpondeo, aut eccleſia agit ad pœnam, aut ad intereſſe. ſi ad pœnam, poteſt agere adhuc contra alienantem: quia pœna vnius non liberat aliũ, vt ſup. ead. cum deuotiſſimam. ſi agit ad intereſſe, non poteſt [c]. Itẽ quæritur, ſi eccleſia conſecuta eſt ſuum ius à poſſeſſore, an teneatur cedere actionem quã habet contra alienantem? Reſpondeo, quòd non: quia qua fronte poteſt petere ceſſionem, qui ex contumacia ſua condemnatur, vt ff. de admin. tuto. ſi plures. & ff. de tut. ſi plures. & ff. de tut. & rat. diſt. l. 1. §. nunc tractemus?

2 Deuſd. p. 4. Pol. l. 4. ti. 19.

“ Eccleſia cum ab vno ſuũ ius cõſecuta eſt, an poſſit alium conuenire.

c Hoc ideo quia iã ſuũ cõſecut⁹ eſt, & ita intereſſe deſijt. ff. de eo per quẽ fac. eſt. l. j. §. plures.

i ¶ *Litigandum.*] arg. eſt hic, ꝙ qui malè alienauit rem eccleſiæ, non poteſt eam repetere.

Quiſ-

QVisquis.] Casvs. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quòd epiſcopus, vel abbas de ſalarijs epiſcopi, vel monaſterij principi, vel aliæ perſonæ in caſu non conceſſo nil dare debeat, & ſi dederit, irritetur. Et ad hoc probandum inducitur canon Apoſtolorum, qui dicit, quòd de rebus eccleſiæ non debet aliquid defraudari. In ſecunda parte dicitur, quòd ſi epiſcopus dicat agrum nullum fructum eccleſiæ reddere, imo potius damnum, propter hoc principi concedere non debet, ſed clericis vel colonis. In tertia parte dicitur, quòd ſi princeps callidè à colono, vel clero agrum eccleſiæ emerit, venditione reſciſſa ager reſtituatur epiſcopo, vel monaſterio. Epiſcopus autem, vel abbas hoc faciens deponatur. Secunda pars incipit ibi, *Quòd ſi excuſationem.* Tertia ibi, *Quòd ſi calliditate.*

1 Pol.l.6.tit. 15. Anſ.l.6. ca. 184. Iuo p.5.c.375.

2 Can.apoſ. 39.

a ¶ *Cognatis.*] niſi victum & veſtitum, vt 86. diſ. non ſatis. & 16. qu. 1. ſi cupis. in fi.

b ¶ *A colono.*] licet enim colonus tradat alij poſſeſſionem, nō ideo perdit eccleſia poſſeſſionem. C. de acqui. poſ. l. vlt.

† al. agri vel locum.

c ¶ *Abijciatur.*] mitius cum eo agitur, ſ. ea. ſi quis qualibet. & q. 5. ſi epiſcopus.ª

a De hoc le. & no. ſ. e. apoſtolicos. ſcd̄m Hu. illæ intellig. tur cū actū fuit ab initio cū toto clero ipſius eccleſiæ. A.

NOn liceat.] Casvs. Symmachus Papa ſtatuit in hoc c. vt Papæ non liceat prædia eccleſiæ alienare, quo ad proprietatem, vel vſumfructum, niſi tantùm domos, quæ in vrbibus modica impenſa non ſuſtentātur, ſub qua lege omnes prælati eccleſiarum conſtringantur. Cōtra quā conſtitutionem ſi aliquid fuerit alienatum, donator vel venditor, & mediator deponantur. Subſcribentes ſint anathematizati cū eo qui dedit, & cum eo qui recipit, niſi reſtituat quod alienatum eſt. Sit licentia cuilibet eccleſiaſticæ perſonæ contradicendi, & repoſcere cum fructibus alienata. hoc intellige, niſi alienatio facta eſſent in caſu licito & conceſſo.

d ¶ *Papæ.*] Symmachus Papa ſucceſſori ſuo legem imponit vt Imperatori ſuo. ſ. 16. q. 1. quia iuxta. Sed qualiter hoc potuit, "cū nullus mortalium Papam poſſit iudicare. ext. de elect. innotuit. 40. diſ. ſi Papa. nec inferior ſuperiorem. 21. diſ. inferior? ſed certè licet ſit ſolutus legibus, tamen ſecundum leges viuere debet. ff. de le. princ eps.

3 Et in eōc. Pariſ. l. 1. c. 27.

"Papā nullus mortalium iudicare poteſt.

e ¶ *Quibuslibet.*] Videtur ergo quod ad hanc accuſationem quilibet admittatur. ext. de reb. eccl. non al. ſi quis. & Auth. de non alie. aut perm. in fi. coll. 3. & no. 16. q. 7. filius. & q. 1. cōſtitutū.

f ¶ *Et cum fructibus.*] hic aduerte, quòd fructus poſſūt peti. "Sciēdum eſt, quòd ſi agitur per interdictum aliquid ad petendum rem cum fructibus, tunc reſtituētur omnes fructus percepti à tempore eo, quo eſt propoſitum interdictum, niſi in interdicto vnde vi: in quo veniūt fructus omnes percepti à tempore deiectionis, vt ff. de interd. l. interdictis. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. ex die. Si autem agitur rei vendicatio. aut poſſeſſor fuit bonæ fidei, aut malę. Si bonę, reſtituet omnes fructus perceptos à tempore litis conteſt. vel qui culpa ſua non ſunt percepti, ſed ante litem conteſtatam perceptos non tenetur reſtituere, ſed tātùm extantes, vt C. de rei vend. certum eſt. Inſti. de off. iud. §. poſt inchoatam. Si fuerit poſſeſſor malæ fidei: tam perceptos, quàm quos percipere potuit, tenetur reſtituere, vt ext. de reſt. ſpol. grauis. & ff. de rei ven. ſi nauis. §. generaliter. & C. de rei ven. certum eſt. Si verò malæ fidei poſſeſſor titulum habuit, tunc excuſatur à percipiendis propter titulum, vt C. de rei ven. ſi fundum. niſi ita ſit, quòd ille titulus habeatur pro non titulo, ᵇ, vt cum quis emit contra interdicta legis, vt C. de agr. & cenſi. quemadmodum. li. 11. & alios caſus habes notatos. ff. quod met. cau. ſed & partus.

4 Anſ. l. 4. c. 29.

"fructus an ab oī poſſeſſore ſint reſtituendi.

b Nā tūc eт ꝗ ꝑcipiēdis tenetur. ff. ꝗ his q̄ ī frau. cre. ait ꝑtor. §. ꝑ hanc. L.

INdignè.] Casvs. In hoc c. notant̄ tria gn̄a hominum qui contrectant res eccleſiarū, ſ. inuaſor, & iniuſtè poſſidens ſua auctoritate, & qui iniuſtè poſſident auctoritate alterius, & iſti oēs niſi cito ſe correxerint malè ablata reſtituendo, debent anathematizari ēt cum admonitione. Valde n. iniquum eſt, vt ab aliquo maximè Chriſtiano vſurpet qd̄ eccleſiæ relinquitur, vel confert.

5 Iuo p. 3. c. 182.

g ¶ *Ad altare.*] quia nec oblatio eius recipitur, vt

¶ Epiſcopo, vel abbati res eccleſiæ alienare non licet.

CAP. XIX.

1 QVisquis epiſcopus, vel abbas inuentus fuerit de ſalarijs A epiſcopij, vel monaſterij transferre quidquam in principum manus, vel etiā alij perſonæ conferre, irritum ſit quod datum eſſe conſtiterit; ſecundum canonem ſanctorum Apoſtolorum, qui dicit [2 Omnium eccleſiaſticarum rerum epiſcopus habeat ſolicitudinem, & diſpenſet eas, tanquam Deo contēplante. Non liceat autem ei fraudare B quidquam ex illis, vel cognatis a proprijs donare, quæ Dei ſunt. Quòd ſi pauperes fuerint, vt pauperibus largiatur: ſed non ſub horum occaſione, quę ſunt eccleſiæ, defraudentur.] ¶ Quòd ſi excuſationem prætenderit damnū facere, & nihil ad profectum agrum† exiſtere, nec ſic principibus, qui per loca illa ſunt, tribuatur ager, vel locus: ſed clericis, vel agricultorib. ¶ Quòd ſi calliditate vſus fuerit, & à colono, b vel à clerico emerit princeps agrum, irrita ſit venditio, & reſtituatur epiſcopio, vel monaſterio: & epiſcopus, vel abbas hoc faciens abijciatur c: epiſcopus c quidem ab epiſcopio, abbas autem à monaſterio, tanquàm qui diſpergit, quæ non collegit.

A ¶ Salarijs.] *græcè eſt,* ἐκ τῶν αὐτουργιῶν, *pro qua voce in Pariſienſi græcorum canonum editione legitur in rubrica,* ἐκ τῶν προαστείων, *id eſt,* ex ſuburbanis, *quaſi ſuburbana vocentur auturgia, quòd ipſius poßeſſoris manibus colantur: Balſamon tamē eos agros interpretatur, qui per ſe ipſi ſine magna cultura fructum ferre poſſunt, vt ſiluæ, & alia huiuſmodi.*

B ¶ Fraudare.] σφετερίζεσθαι, *id eſt,* ſibi vendicare & ſuum facere.

C ¶ Epiſcopus.] quidem ab epiſcopio, abbas autem à monaſterio.] *Hæc ad ſententiæ integritatem addita ſunt ex ipſo canone.*

Item Symmachus Papa in ſynodo tertia c. 4. & ſequentibus vſque ad nonum. 3

¶ Prædia eccleſiæ non liceat Papæ alienare.

CAP. XX.

4 NOn liceat Papæ d prædium eccleſię alienare aliquo modo pro aliqua neceſſitate, nec in vſumfructum A rura dare: niſi tantummodo domos, quæ in quibuslibet e vrbibus non modica impenſa ſuſtentantur. Qua lege omnes cuſtodes adſtringantur, vt donator, accenſator, venditor honorem perdat. Et qui ſubſcripſerit, anathema ſit cum eo, qui dedit, vel qui recepit, niſi reſtituatur. Liceat etiam quibuslibet eccleſiaſticis perſonis contradicere, & cum fructibus f alienata repoſcere. Quod non modò in Apoſtolica ſeruandum eſt eccleſia, verùmetiam vniuerſis eccleſijs per prouincias quidem dicitur conuenire.

¶ *Caput hoc collectum eſt ex pluribus capitibus ſynodi Romanæ tertiæ ſub Symmacho, in epitomen tamen redactis.*

A ¶ In vſumfructum.] *In conciliorum editionibus partim legitur,* ſed nec in vſufructuario iure aliquibus dare liceat, *partim,* ſed nec in vſufructum iura aliquibus, &c. *quemadmodum & in codice canonum impreſſo. Nam in vetuſto manuſcripto eſt,* ſed nec vſufructuario aliquibus dari liceat. *Idem verò ſignificare vſufructuarium, & vſumfructum ſcribit Smaragdus in expoſitione regulæ B. Benedicti. cap. 59. his verbis.* vſumfructum dicit, quod nos dicimus vſufructuarium.

¶ Quod non modo,] *In ipſa ſynodo longè aliter habetur.* Huius autē conſtitutionis legem in Apoſtolica tantùm volumus ſede ſeruari, vniuerſis eccleſijs per prouincias ſecūdum animarum conſiderationem, quem propoſito religionis conuenire rectores earum viderint, more ſeruato.

Idem in ſynodo ſexta.

¶ Qui res eccleſiaſticas vendit, ad altare non audeat accedere.

CAP. XXI.

5 INdignè ad altare g Dei properare permittitur, qui res eccleſiaſticas audet inuadere, aut iniuſtè A poſſidere, aut iniqua, vel iniuſta defenſione in eis perdurat. *& paulò poſt.* ¶ Dēt tn̄ eſſe prouiſio, vt

vt ſ.ca.de viro.& etiam à ſacramentis eccleſię ſuſpenſus eſt. vt 17.q.4.quiſquis.

" Admonitio ſp vindictā p̄cedat.

a ¶*Admonitio.*]Arg. " quòd admonitio ſemper præcedat vindictam,vt hic,& 2. q. 7.accuſatio. & ca.ſeq.11. q. 1. petimus.Sed verum eſt cum agitur ad pœnam excommunicationis: quia nemo excommunicandus eſt niſi p̄cedat admonitio trina,[a] vt 16.q. 7. omnes decimę. & 17.q.4. presbyterorum.& extra de ſent.exc.ca.ſacro. Item & in illis criminibus p̄cedet admonitio vbi ab brachium ſeculare eſt recurrendum, vt 1. qu. 7. patet. Item vbicunque non agitur ad depoſitionem. Et generaliter vbicunque agitur ad denuntiationē, vt ext.de ſimo. licet Hely. Sed vbicunque agetur ad depoſitionem, non præcedat admonitio.ext.de accu. qualiter.ad quid enim admoneretur tunc, cum ſufficit ad depoſitionem quòd homo ſemel deliquerit. 25. diſt. primum? Non ob. ext. de accu.ſi quis. quia loquitur ibi in denuntiatione. Item non obſt. 2. qu. 7. ſi quis erga. quia loquitur ibi de alijs cauſis, quæ non inducunt depoſitionem, vt 5. q. 4.in loco.

a Sed cõtra 24.q.2.c.ſanè.ver.imperium. vbi de hoc ĩ gl. ſed dicitur, &c.

1 16.q.1.in canonibus. §.valde.

b ¶*Maturata.*]id eſt, maturè prolata.j.16.q. 1.in canonibus.

c ¶*Et inſtitutæ.*]id eſt, deſtinatæ à talibus.

DE *rebus.*]CASVS. Quidam inuadebant, vel rapiebant res eccleſiarum, & dicebāt ſe habere à principibus conceſſionem. quare Adon Vieneñ.archiepiſcopus quæſiuit à Nicolao quid eſſet ſuper hoc faciendum. qui reſpondet dicens, quòd ſi princeps conceſſit, redarguatur ſuper hoc. Si autem inuaſor ſua auctoritate facere præſumpſerit, excommunicetur donec reſipiſcat.

d ¶*Vt prius.*]Eſt hic arg.[b] quòd auctoritas maioris excuſat. 28. diſtin.diaconi. & 63. diſt. Salonitanæ. " ſed non eſt hoc verum,vt ſ.ead. quicunque. & licet hic dicatur, quòd princeps ſit redarguendus, bene tamen poteſt excommunicari. 11.q.3.ſi autem nobis. Sed qualiter agi poteſt contra illum, qui recipit poſſeſſionem vel à principe,vel ab alio: cum ſcriptum ſit in lege, Non videor vi poſſidere ſi recipio poſſeſſionem ab illo, quem ſcio eſſe in poſſeſſione.ff.vti poſſi.ſi duo.§. non videor. & arg. extra de reſtit.ſpolia.cum ad ſedem? Sed hæc quæſt. hodie exſufflata eſt per id quod eſt hodie extra de reſt.ſpo. ſępe cõtingit.

b Hoc arg. ſumitur ex eo qđ dixit textus: ipſe princeps ſit redarguēd[o]. q.d.non ille q ei[9] auctoritate accepit,ſcđm H.

" Maioris auctoritas non ſemper excuſat.

2 Iuo p.3.c. 152.

VObis.]Hæc eſt quarta pars quæſtionis, in qua probat q̄ eccleſiæ facultates debent diuidi in quatuor partes: & hoc probat per 9.auctori.Io. de Fant.

vindictā admonitio B [a]p̄cedat, & res vſurpatas iniuſtè qui abſtulit, aut iniuſtè ablatas retinet,æquitate patrocinãte legibus reſtituat. Quod ſi neglexerit, & neceſſitas compulerit, demũ prædonem ſacerdotalis diſtrictio maturata [b] percellat. 1 *& infrà.*¶Valde iniquum ergo, & ingens ſacrilegium eſt, vt quæcunque vel pro remedio peccatorum, vel ſalute, vel requie animarum ſuarum vnuſquiſque uenerabili eccleſiæ contulerit, aut certè reliquerit, ab ijs, quibus hæc maximè ſeruari conuenit, id eſt, Chriſtianis, & Deum timentibus hominibus C, & ſuper omnia à principibus,& primis regionum in aliud transferri, vel conuerti permittatur. Propterea, qui hæc non præuiderit, & aliter quàm ſcriptum eſt, prædia eccleſiis tradita petierit, vel acceperit, aut poſſederit vel D iniuſtè defenderit, aut retinuerit, niſi citò ſe correxerit, quo iratus Deus animas percutit anathemate feriatur, ſitque accipienti, & danti,& poſſidenti anathema, & inſtitutæ [c] pęnæ contubernium aſſiduum. Nec aliquo ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat,qui à religioſis animabus ad ſubſtantiam pauperum derelicta, contra fas ſine aliqua pietatis conſideratione diſpergit.

A Aut iniuſtè.] *In ſynodo legitur*, aut iniuſtè, id eſt ſine licentia epiſcopi poſſidere.

B ¶Admonitio.] *In ſynodo additur*, manifeſta.

C ¶Hominibus.] *Quæ ſequuntur vſque ad ver.* in aliud. *addita ſunt ex ſynodo.*

D ¶Vel iniuſtè dederint,aut retinuerint.] *Addita ſunt & iſta: ſicque omnia, quæ in vſurpatione huiuſmodi rerum accidere ſolent, exponuntur.*

Itē Nicolaus Papa Adoni Vienněſi Archiepiſcopo in epiſtola,cuius initium[Quia ſanctitatis veſtræ.

¶Excommunicentur, qui principum auctoritate res inuadunt eccleſiæ.

CAP. XXII.

2 DE rebus,quę ſemel Deo contributæ, atque dicatæ ſunt, & poſteà ſub occaſione conceſſionis principum à quibuſdam inuaduntur, atque diripiuntur ſancimus, vt prius [d] conſulatis principem ad reſecandam tam præſumptiuam factionem, & cognoſcendum, vtrum illius ſit conceſſio, an inuaſoris præſumptio. Quòd ſi principis inordinata fuerit largitio,ipſe ſit prĩceps pro emendatione redarguendus. Si autem inuaſoris declaratur prę ſumptio, vſque ad emendationem excommunicationis ſit vindicta coërcendus.

¶*Extat epiſtola hæc in libro ſæpe citato bibliothecę Dominicanæ: in qua reſpondet Nicolaus ad nõnullas quæſtiones ab Adone † ſibi propoſitas.*

Item Gelaſius Iuſtino archidiacono, & Fauſtino † defenſori.

† al. Odone

† al. Fauſto

¶De rebus eccleſiæ nõ eſt aliquid alienandum.

CAP. XXIII.

3 [3] VObis enim,& famę veſtræ conſultum duximus,vt pontificis [e] veſtri loco, vobiſcum ab eodem [f] aliquis ſubrogetur, qui eius nomine pariter vniuerſa diſponat:quatenus omnia prædia ad veſtrũ reuocetis ſtudium,nec cuiquã clerico pro portione ſua aliquod ſolum eccleſiæ putetis eſſe deputandum:ne per incuriam, & negligantiam minuatur:ſed omnis penſionis ſummam ex omnibus prædijs ruſticis, vrbaniſque collectam ad antiſtitem deferatis. Ex qua tamen collectione habeatur ratio, quid ad cauſas [g], vel expenſas accidentium neceſſitatum opus eſſe perſpicitur, vt de medio ſequeſtretur:& quatuor portiones [h] vel de fideliũ oblatione,vel de hac fiãt modis omnibus penſione: ita, vt vnam ſibi tollat antiſtes,aliam clericis pro ſuo iudicio, & electione diſpertiat, tertiam pauperibus ſub omni † conſcientia faciat erogari: fabricis verò quartam, quæ competit, ad ordinationem pontificis

3 Deuſd. p. 3.c.98.

† al.omniũ

CASVS.Quidam epiſcopus ſuſpectus remotus fuit ab adminiſtratione rerum eccleſiæ: remanſit tamen in officio & adminiſtratione ſpiritualium. committit ergo Gelaſius curam rerum eccleſiaſticarum duobus, ſcilicet archidiacono Iuſtino, & Fauſtino defenſori: & ne epiſcopus iſte infametur, præcepit Gelaſius, vt ab ipſo epiſcopo tertius eligatur: q̄ nomine epiſcopi vniuerſa diſponat, & ut oĩa prædia prauè alienata ad vſũ eccleſię reuocent: nec alicui clerico pro ſua portione aliqđ prædium aſſignent: & omnem penſionem prędiorum vrbanorũ vel ruſticorum ad epiſcopum deferat, vt ſequeſtrando de medio qđ ad cauſas & expẽſas ſuperuenientium neceſſitatum eſſe opus proſpicitur, dè reliquo, & de fidelium oblatione quatuor inde fiant portiones. Primam habebit epiſcopus. Secundã canonici. Tertiam pauperes. De quarta eccleſiæ fabrica reparetur:& ſi aliqd fuerit reſiduũ, idoneo cuſtodi ab vtraque parte electo tradatur,vt vel inde in futuro fabrica reparetur,vel ematur inde poſſeſſio pro vtilitate communi. *Ad noſtrum ſtudium,* id eſt,per noſtrum ſtudiũ.

e ¶*Pontificis veſtri.*] Epiſcopus iſte remotus fuit ab adminiſtratione[c] temporaliũ: ſed non ſpiritualium.

c intelliges nõ omni: & hoc colligitur j. vbi đt q̄ oẽs reditus debent ad ipſum deferri, vel ab eo diuidi. A. Expenſæ ſp ſunt deducendæ.

f ¶ *Ab eodem.*] Iſto enim remoto ab adminiſtratione reſeruatur, vt ipſius auctoritate adminiſtratores eligãtur.

g ¶*Quid ad cauſas.*]ſcilicet, vt expenſæ prius deducantur, quæ factæ ſunt in colligendis fructibus: quod ius deductionis nullus caſus poteſt impedire. ff. famil. erciſcund. fundus. ff.de petit.hæred.ſi à domino.§. fructus. in decimis ſecus, vt extra de decim. cum homines. ſed cum diſtinctione, quam habes extra de decim.paſtoralis.

h ¶ *Portiones.*] Arg. quòd prædia eccleſiarum non debent diuidi per præbendas, vt no.ſ.q.prox.§.vlt.hoc non eſt verum:hic autem prohibentur

tur diuidi, ideo qa clerici fuerunt ſuſpecti.[a] ſed vbi non ſunt ſuſpecti, bene diuidẽtur vt meliorentur per eos poſſeſſiones, vt ĵ.ca. ſæpe ſit. nam diligentius tractantur res propriæ quàm communes, vt 47.diſt.§.neceſſe eſt. vt C.quand.& qui. quarta pars debe.l.vlt.lib.10.

a Hoc colligitur ex illa lra, ne p incuriam, &c. vñ ibi innuitur à contrario, ꝙ ſi illa cã ceſſaret, ſ.ꝙ eſſent diligẽtes clerici, ꝙ pñt diuidi, ſecũdũ H. & Lau.

a ¶*Vt ſi maior.*] optimum arg. contra prælatos eccleſiarum, vt non poſſint allegare ſterilitatem temporis, vel incurſum hoſtiũ, ſi pcedentibus annis fuerunt vberes anni: ſicut nec colonus.ſi.ff.loc.ex conducto.§.ſi vno. huic contrarium ſignatur. 10.q.3.vnio. ſed ibi ſpluitur.

Qui & diuinis.] Casvs. Serenus epiſcopus conqueſtus eſt de quibuſdam, qui contemptis diuinis & humanis legibus eccleſiaſtica priuilegia deprimebant, ſiue deſtruebant, pauperes opprimentes: nec commoniti res eccleſiæ ablatas reſtituere volebant: quos à communione corporis Chriſti ſuſpẽderat propter hoc: quibus ſupradictus Cæleſtinus presbyter contra interdictum proprij epiſcopi ſacram prębuit communionem. Commiſit ergo Gelaſius Maiorico, & Sereno, & Ioanni epiſcopis mandans eis, vt illos vſurpatores participatione corporis Chriſti priuent. Cæleſtinus verò presbyter qui ſententiam ſui epiſcopi, nec debuit nec potuit ignorare, ab eccleſiaſtico repellatur officio, vt cęteri metum habeât. Ego Bartho. ſic puto caſum ponendum: licet Bene. aliquantulum minus dixerit. *Inciuili*, i. non ciuili, ſed praua & incongrua.

1 Iuo p.3.c.150.& p.4.c.185.

†Qui & humanis] pleraq; exemp. & Iuo.

b ¶*Inciuili.*] i. impia.

c ¶*Ignorare.*] ſic ſ.16. diſt. quod dicitis. ſ. 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis.& 36.q.2. nullus. ſ. diſ.20. ſi decreta. ſ. 87. diſ.c.vlt.& 17.q.2.c.vl. audiretur tamen iſte ſi vellet probare ſe ignoraſſe. 82. diſ. propoſuiſti. in ſi.& 1.q 1. ſi quis à ſimoniacis. & ext. de ele. innotuit. in ſi. Sed qualiter probabit ſe ignoraſſe? "Reſpõdeo, probabit quòd fuit in alia prouincia, vt extra de teſti. ex tenore. & C. de contrah. ſtip. optimam. vel etiã proprio iuramento, vt 34.q.2. in lectum.

" ignorãtia probat dupliciter.

2 Iuo p.3.c.151.

Vlteranæ.] Casvs. Poſt damnationem epiſcopi Euchariſti quantum ad adminiſtrationem temporalium, qui patrimonium eccleſię Vulteranæ diſſipauerat, commiſit, Papa quibuſdam epiſcopis vt reuocent prædia, & mancipia malè alienata, ſimiliter & poſſeſſiones quos Eumancius Opilio epiſcopi, vel cęteri quocunque modo detinent, reuocent: & emptores recurſum habeant ad venditores. Pẽſiones verò vel oblationes deferant ad epiſcopum: de qbus fiant quatuor portiones, vt dictum eſt in ca. ſupradicto, vobis.

†al. Volateranæ

erogatione veſtra decernimus eſſe penſandam. Si quid fortè ſub annua remanebit expenſa, electo idoneo ab vtraque parte cuſtode tradatur enthecis: vt ſi maior[a] emerſerit fabrica, ſit ſubſidio, quod ex diuerſi temporis diligentia potuerit cuſtodiri: aut certè ematur poſſeſſio, quæ vtilitates reſpiciat communes.

Idem Maiorico, Sereno, & Ioanni epiſcopis.

¶ Diuini muneris participatione priuetur, qui eccleſiaſtica priuilegia calcat.

CAP. XXIIII.

1 Qui & †diuinis, & humanis legibus inciuili[b] damnatione calcatis, & reuerentia religionis abiecta, vel eccleſiaſtica priuilegia calcare contendunt, vel vbilibet in pauperum proſilire diſpẽdiũ, nec huiuſmodi, ſaltem commoniti, conuictique, nequitiã ſopire conſentiunt, atque illata ſacris rebus detrimenta ſarcire: meritò diuini muneris participatione ſunt priuandi: vt huius perceptione careant, quod ſacrilegis auſibus habuere deſpectui. Cœleſtinus verò presbyter fratris & coëpiſcopi noſtri Sereni, qui contra pontificale iudicium, contráque Apoſtolicæ ſedis mandata prumpens, ſupradictis communionem ſacram miniſtrare pręſumpſit, cũ non potuerit ignorare[c] ſentẽtiam proprij ſacerdotis, ab officio protinus eccleſiaſtico pellatur: vt nullus eccleſiæ miniſtrorũ contra pontificalia inſtituta venire contendat.

Idem eiſdem Iuſtino A *archidiacono, & Fauſto defenſori.*

A ¶Iuſtino, &c.] *Antea legebatur,* Idem eiſdem. *Emendatum eſt, & poſita iſtorum virorum nomina ex Iuone: ad quos etiam ſcriptum eſt ſuperius penultimũ caput, vobis enim. Nec verò hæc q̃ nũc afferentur pertinere poſſe ad epiſcopos, quibus proximè præcedens caput ſcribebatur, indicant non modò quæ à Gratiano hic referuntur, ſed etiam apertius verba, quæ apud Iuonem poſt vltima huius capitis ſequuntur.* Si quis verò in eccleſiæ veſtræ damnum, aut in his, quæ ſunt præceptionis noſtræ, prohibita pontificem veſtrũ videritis admittere, &c.

¶De eodem.

CAP. XXV.

2 Vlteranę eccleſię actus, vel patrimonium, quod hactenus comperibus deſtitutum poſt damnationem Euchariſti, quo fuerat deprauante diſperſum, curæ veſtræ decreuimus eſſe delegandũ: vt diligẽtia (qua vos pro vtilitatibus eccleſiæ exiſtimamus eſſe vigilantes) prædia culturę reſtituatis antiquæ, & reuocetis, ſi qua ſunt vendita, aut donata mancipia. Poſſeſſiones etiam, quas ab Eumancio, & Opilione epiſcopis, vel cæteris quouis iure videritis teneri (quia cõtra cõſtituta ſynodi ab epiſcopis prędia alienari nullo potuerunt commento,) nihilominus reuocentur[d]. Sit emptoribus[e] ad eum recurſus qui pręſumpſit aliquid de eccleſiæ rebus illicita venditione diſtrahere: ita vt penſiones annuas ad põtificem deferatis: cui priuilegia ſua integra conuenit omni ratione ſeruari, vt eius diſpenſatione portiones proueniant conſuetæ: ita vt portionem quartam, quæ ad eos pertinet, ſua pontifex ordinatione diſtribuat, prout cuiuſque locum[f] meritumque cognoſcit. Pariter etiam ex fidelium oblatione faciẽdum eſt, vt clericis quartam eroget pro conſideratione ſuæ electionis antiſtes. Fabricarum etiam portio epiſcopo ſciente, & diſponente, veſtra erogatione pendatur: quatenus nihil penitus in detrimentum alicuius rei patiamini generari.

Idem clero, & ordini, & Plebi Brunduſij.

¶ Redituum, & oblationum duæ portiones clericis committantur.

CAP. XXVI.

3 Conceſſo vobis, quem petiſtis, antiſtite fratre iam & coëpiſcopo meo Iuliano, neceſſarium fuit (eodem ad eccleſiam ſuam mox remiſſo) ad vos noſtra ſcripta pariter deſtinari: quibus agnoſceretis eidem fuiſſe præceptum, ne vnquam ordinationes præſumat illicitas. *& infrà.* ¶ Reditus, & oblationes fidelium in quatuor partes diuidat, quarum vnam ſibi ipſe retineat: alteram clericis pro officiorũ ſuorum ſedulitate[g] diſtribuat:

d ¶*Reuocentur.*] C. ſi tu. vel cu. inter. l. vlt.

e ¶*Emptoribus.*] ſ.10. q.2. hoc ius porrectum. in ſi.§. qui verò res. Sed contra. 16.q.3. vniuerſas. C. de euic. ſi fundus. Sol. hoc c. loquitur de poſſeſſore bonę fidei: contraria de poſſeſſore malæ fidei. Sed ad hæc obijcitur: malę fidei dicitur, qui contra legum interdicta mercatur. C. de agri. & cenſ. quemadmodum. lib.11. Reſp. quantum ad hoc eſt malæ fidei poſſeſſor, quia non vſucapit: ſed quantum ad hoc eſt bonæ fidei poſſeſſor, quòd habet recurſum cõtra ſuum vẽditorem.

f ¶*Locum.*] Arg. "quòd ſecundum priorem locum & maius meritũ conferendæ ſunt dignitates, vt ĵ.c. prox. & ſ. diſt.1. ius militare. & 1.q.2. clerici. & 75.[b] di. c. vlt. & ille gradus cęteros antecedat, quem ſtipendia longiora, & labor prolixior fecerũt anteire, vt C. de of. ma. offi. l. nemo. 61. diſt. c. 1. & c. miramur. & ſtipendiorum ratio habenda eſt, vt ff. de re milita. l. non omnes. in prin. Arg. contra 16.q. 7. omnes decimæ. & c. 1. in ſi. & ext. de conſti. cum omnes.[c]

" dignitates conferãtur ſecundum merita.

b Aliàs, 74.

c Vbi d hoc. ét & pleni' extr. de ma. & ob. ſtatuimus. Arch.

Conceſſo.] C a s vs. Clerus & populus Brunduſij petierunt à Gelaſio epiſcopum Iulianum, quem eis conceſſit: & cum eum illis deſtinaret, ſignificauit eis per ſcripta ſua, ꝙ duo ſibi præceperat, ſ. quòd nunquam faceret illicitas ordinationes: & reditus & oblationes in quatuor diuideret portiones. Primã haberet antiſtes: ſecundam clerici: tertiam fabrica: quartam pauperes.

3 Anſel. l.6. c.43.

g ¶*Sedulitate.*] Arg. cõtra clericos exiſtentes in ſcholis, vt non debeant percipere eccleſiaſtica

ſiaſtica ſtipẽdia, vt 16. q.1. generaliter. & cap. charitatem. Arg. cõtra. 32. diſt. ſi qui verò.

QVatuor.] CASVS. In hoc ca. ſtatuitur, vt de reditibus & oblationibus eccleſiæ quatuor fiant portiones: quarum vna ſit epiſcopi: ſecunda clericorum: tertia pauperum: quarta verè eſt fabricę applicanda: ita quòd clerici vltra quartam non expetant: & manifeſtum ſit qualiter duæ quartę ſint in vsũ pauperum, & in vſum fabricę conuerſæ, vt de hoc bona fama inter homines oriatur.

1 Et in cõc. Pariſ. l. 1. c. 15.

a ¶Doceat.] Arg. per vnum factum probari aliud: & cauſam probari per effectum: quia per reparationem fabricarum probatur, ꝙ bene ſit expenſa quarta fabricæ: & ſic 18. di. peruenit. ſic C. de admit. tu. l. lex quæ. in fin. "Item ex omnibus his capitulis collige laicos non eſſe compellendos ad reparationem fabricæ: ſed tantùm clericos. [a] 10. q. 1. decernimus.

2 Pol. l. 3. ti. 11. Anſ. l. 5. c. 68. Bur. l. 3. cap. 137. Iuo p. 3. ca. 203. Pan. l. 2. c. 7.

" Clerici ſoli ad reparõnẽ fabricæ cõpellãtur.

a Arg. ꝙ ẽt principes teneantur ad hoc. 96. diſt. c. vlt. L.

b ¶Teſtificatione.] Arg. quòd res ſemper ſunt gerendæ in illorum præſentia, quorum intereſt, vt 8. q. 1.

DE reditibus.] CASVS. Gaudentius epiſcopus non diuidebat reditus & oblationes in quatuor portiones: ſed eas ſibi vendicabat ex toto. quare Simplicius Papa præcepit Florentio & Equitio epiſcopis, vt vnam tantummodo portionem de reditibus & oblationibus concedant epiſcopo: alia diuidatur clericis pro meritis ſingulorum: reliquis duabus fabricis & pauperibus pro futuris: & compellant ipſum Gaudentium epiſcopum iſtas tres portiones reſtituere: quas per tres annos ſibi tantùm illicitè & indebitè vendicauit.

Matth. 5.

3 2. q. 7. quapropter.

c ¶Triennio.] licet iſte epiſcopus per trienniũ poſſederit res eccleſiæ mobiles, non tamen vſucapiebat eas. quia furtum cõmiſit in eis, vt 10. q. 2. ca. vltim.

COgnouimus.] CASVS. Quidam epiſcopi faciebant quatuor partes tantùm de antiquis reditibus: ſed

4 Anſ. l. 5. c. 66.

fabricis tertiam, quartam pauperibus, & peregrinis habeat fideliter erogandam: quarum rationem diuino eſt redditurus examini.

¶Epiſtola Gelaſij, in qua eſt hoc caput, miſſa eſt cum alijs ex Hiſpania. Eadem verò inter epiſtolas Gregorij I. impreſſas eſt tertia clero, & plebi Turingiæ ſcripta. Talis quędam epiſtola, ſed breuior, refertur in libro, qui inſcribitur Ordo Romanus, & formata epiſcopo danda nuncupatur.

Idem in epiſtola ad epiſcopos per Lucaniam, & Brutios, c. 29.[1]

¶De oblationibus fidelium quot portiones fiant, & quæ cuique proueniat.

CAP. XXVII.

2 QVatuor autem tam de reditu, quàm de oblatione fidelium, prout cuiuslibet eccleſiæ facultas admittit (ſicut dudũ rationabiliter eſt decretum) conuenit fieri portiones: quarum ſit vna pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda. De quibus ſicut ſacerdotis intererit integrã miniſtris eccleſiæ memoratã dependere quantitatem, ſic clerus vltra delegatam ſibi ſummam nihil inſolenter nouerit expetendum. Ea verò, quæ eccleſiaſticis ædificijs attributa ſunt, huic operi veraciter prærogata, locorum doceat [a] inſtauratio manifeſta ſanctorũ: quia nefas eſt, ſi ſacris ædibus deſtitutis, in lucrum ſuum pręſul impendia his deputata conuertat. Ipſam nihilominus adſcriptam pauperibus portionem, quanquam diuinis rationibus ſe diſpenſaſſe monſtraturus eſſe videatur, tamen iuxta quod ſcriptum eſt [Vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt] oportet etiam præſenti teſtificatione [b] prædicari, & bonæ famæ pręconijs non taceri. 3 Quapropter nec clericorum quiſpiam, &c.

Item Simplicius Papa Florentino, & Equitio, & Seuero Epiſcopis, epiſt. 3.

¶De reditibus oblationum, & reditũum eccleſiæ quatuor portiones presbytero diſpenſandæ credantur.

CAP. XXVIII.

4 DE reditibus eccleſiæ, vel oblatione fidelium quid deceat neſcienti nihil licere permittat: ſed ſola epiſcopo ex his vna portio remittitur: duæ eccleſiaſticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profuturæ, à Bonagro † presbytero ſub periculo ſui ordinis miniſtrentur: vltima inter ſe clericis pro ſingulorum meritis diuidatur. & *infrà.* ¶Cui, *Ideſt Gaudentio*, hoc ſpecialiter pręcipimus, vt tres illas portiones, quas triẽnio† [c] dicitur ſibi tantummodo vendicaſſe, reſtituat.

¶Addita ſunt in hoc capite aliquot verba ex originali, quæ ad ſententiã facere aliquid videbantur.

Item Gregorius Maximiano Epiſcopo Syracuſano, lib. 3. epist. 11.[5]

¶De reditibus eccleſiæ etiam nouiter quæſitis quarta pars clericis erogetur.

CAP. XXIX.

6 COgnouimus de reditibus eccleſiæ nouiter acquiſitis canonicam diſpoſitionem quartarũ minimè prouenire: ſed epiſcopos locorum diſtribuere tantummodo quartam antiquorum redituũ, nũc verò quæſita ſuis vſibus retinere. Quam rem † prauã ſubintroductamque conſuetudinem fraternitas tua viuaciter emendare feſtinet: vt ſiue de pręteritis reditibus, ſiue de his, quę obuenient† [d], vel obueniẽtibus quartę ſecundum diſtributionem canonicam diſpenſentur. Incongruum namque eſt vnam, eandemque eccleſię ſubſtantiam duplici [e] quodam modo iure cenſeri, id eſt † vſurpationis, & canonum.

Idem Auguſtino Epiſcopo Anglorum in reſpon. ad primam interrogationem.

¶De ſtipendio eccleſiæ quatuor debent fieri portiones.

CAP. XXX.

7 MOs eſt Apoſtolicę ſedis ordinatis epiſcopis pręceptum tradere, vt de omni ſtipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones, vna videlicet epiſcopo, & familię eius propter hoſpitalitatem, & ſuſceptionem, alia clero, tertia verò pauperibus, quarta eccleſijs reparandis.

7 Anſel. l. 5. c. 64. Pann. l. 2. c. 8.

[*Item ex concilio Toletano.*]

¶De eodem. PALEA.

CAP. XXXI.

SAncimus omnibus epiſcopis curam laicorum inſtare: vt ſi quos in fide Chriſti inuenerint, nimio affectu diligant. Inſuper confirmamus, vt ſi aliqua ab ipſis accipiant dona [f], ſtatim in quatuor diuidant partes: ita, vt prima pars ſecundum Apoſtolorum præcepa, titulorum [g], nec non cœmeteriorum reſtaurationibus diligenter attibuatur, ſecunda clericis, tertia cunctis pauperibus, quarta verò aduenis.

¶Caput

nouos omnes ſibi retinebant. pręcepit Greg. Maximiano epiſcopo Syracuſano, vt tam de antiquis reditibus, ꝗ de nouis quatuor faciat fieri portiones: cum antiqui & noui non debeant diuerſo iure cenſeri: quia incongruum eſt eandem ſubſtantiã eccleſiæ duplici quodãmodo iure cenſeri. Sequens c. planum eſt. Aliud quod poſtea ſequitur, eſt palea, ſcilicet ſancimus. eſt tamen eius caſus planus p ſe.

† al. ob Ocagro

† al. per triẽnium.

d ¶Obuenient.] Arg. contra. ff. de iur. dot. cũ in fundo. §. ſi fundus. ſi. ff. de pac. do. inter ſocerum. §. 2. ſi. C. de allu. l. 2.

e ¶Duplici.] "No. duplicitatem à canone reprobari. 16. q. 7. in nona. & 18. q. 2. in nullo. ſic ff. de vſuc. cum qui ędes. Item argu. quòd idem iuris eſt in veteribus quod in nouis. ext. de cen. cum olim. & c. cum in eccleſiis. Arg. contra. de deci. tua. nã licet veteres decimæ ſint conceſſę laico, nõ ideo nouę, vt ibi dicitur. Quandoque tamen eadem res duplici iure cenſetur. ext. de reli. do. quia. & ff. de pec. hinc queritur. §. 1. vbi habes, quòd peculium quandoque duplici iure cenſetur, ſed iſti ſunt caſus ſpeciales.[b]

" duplicitas reprobatur,

5 Ioan. diac. l. 4. nu. 34.

6 Anſ. l. 5. c. 70.

† al. ob rem.

b Quod aũt hic dr̃ regulare eſt. de hoc ẽt le. & not. extr. de deci. cum in tua. in fi.

f SAncimus.] ¶Dona.] ſecundum diſtinctionem, ext. de teſta. requiſiſti.

g ¶Titulorum.] i. eccleſiarum, ad quas intitulati ſunt.

† al. nunc obuenerunt, vel obuenerint

† addita ex Orig.

Statui-

STatuimus.] Hæc eſt 5. pars q. in qua magiſter reuertitur & probat per 20. c. ꝙ res eccleſiæ non ſunt alienandæ, niſi in caſu conceſſo: aliàs alienatio nō tenet, & alienatores quocúque caſu debent puniri. Ioan. de Fant.

Casus. Relatum fuit in Agathenſi concilio, ꝙ clerici exiſtentes in ciuitate, vel extra, res eccleſiarum ſuarū nō gubernabant ſecundum epiſcoporū ſuorum diſpoſitionē, ſed vendebant vel donabant ſicut eis placebat. quare cōciliū ſtatuit, vt hoc de cætero non faciant: & ſi fecerint, irritetur. & de proprio ſi quod habent, eccleſiam reddant indemnem, & communione priuentur.

a ¶ *Indènem.*] De hoc dixi ſ. e. monemus.

SI quis.] Casus. Quidam abſcondebant, vel denegabant inſtrumenta eccleſiarum: aut ea aduerſarijs dabant. quæſitum fuit quā pœnam pati debeant. Et reſpondetur ꝙ omne dānum eccleſiæ illatū per abſentiam inſtrumētorum, debent reſtituere de proprijs facultatibus, & cōmunione priuentur. Qui verò talia documēta recipiūt, eadē pęna debent puniri.

1 Pol. l. 3. tit. 12.

b ¶ *Documenta.*] Idem eſſet ſi teſtes aliquos impediret dicere veritatē, vt extr. de teſt. cog. peruenit.

c ¶ *Supprimere.*] q a crimē falſi incurrūt. ff. de fal. l. 1. §. is q depoſita.

d ¶ *Quidquid.*] Arg. ꝙ eccleſia poteſt petere intereſſe, quod eſt extra rem. [a] ſed illud non eſt extra rem: quia inſtrumento tradito poſſeſſionis, & poſſeſſio tradi videtur, vt C. de don. l. 1.

a idem L. & idē no. ext. de iniur. in noſtra. de ſent. exc. ſacro. in gl. 1. Arc.

EPiſcopus.] Casus. Statutū fuit in concilio Agathenſi, vt epiſcopus, qui non habet filios, vel nepotes, non inſtituat alium heredē quàm eccleſiam ſuam. ſi verò illicitè de rebus eccleſiæ aliquid alienauerit, alienatio talis irrita habeatur: & ad eccleſiā quod alienatum eſt reuocetur. ſi verò filios habet, quibus ſua bona relinquit, de bonis illis indemnitati eccleſiæ conſulatur.

2 ȷ̃. c. ſi quis de clericis. Burch. l. 3. c. 183. Iuo p. 3. c. 156.

e ¶ *Alium.*] hoc eſt cōſilium, quia etiam vxorem & ſeruum ſuum poſſet inſtituere hæredem, vt ſ. ead. q. 1. ſint manifeſtæ.

f ¶ *Ab hæredibus.*] Hic duo contraria dici videntur, ſ. quòd eccleſia debeat eſſe hęres defuncti: & quòd eccleſia poſſit conuenire filium defuncti de eo quod malè alienauit defunctus. nam ſi eccleſia eſt hęres defuncti, etiam ſi defunctus aliquid indebitè alienauit, illud non poteſt reuocare eccleſia, vt C. de re. ali. l. 3. & C. de li. cau. l. ſi ab eo. & C. de rei ven. cū à matre. tenetur enim ſeq voluntatem defuncti, vt 11. q. 1. Silueſter. ideo ſic exponas. eccleſiam ſibi relinquat hęredē. ſed ſi eccleſiam nō inſtituit hęredem, ſupple tunc ſi quid de eccleſia. &c. [«] Generaliter enim omnis hęres tenet ad omnia onera defuncti, niſi fecerit inuentarium, vt C. de iur. delib. ſancimus. hoc tamē teneas quòd ſecundum canones in contractibus & in delictis ſiue aliquid peruenerit ad hęredē, ſiue nō: ſiue lis ſit conteſtata cum defuncto, ſiue nō, hęres ſemper tenetur inſolidum, vt 16. q. 6. ſi epiſcopum. [b] in fi. ext. de rap. in literis.

ŧal. pari

3 & in Hiſpa len. 1. c. 1.

« Heres onera defuncti ſuſtineat.

4 Polyc. l. 3. tit. 12.

b Vbi d hoc & ſ. 1. q. 4. §. itē peccato ciuiū. vt ibi ſatis dixi. A.

DIaconi.] Casus. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd diaconi, presbyteri, vel epiſcopi de rebus eccleſiæ nil debēt illicitè alienare: quod ſi fecerint, de hoc conuicti deponantur, & de ſuo proprio tantundem reſtituant. In ſecunda parte dicitur, ꝙ liberti eccleſiæ, negotia eccleſiæ proſeq debent: qd ſi cōtempſerint: in ſeruitutē adducent. Scda pars incipit ibi, *Libertos etiā.*

5 Iuo par. 3. c. 161.

g ¶ *Fecerint.*] æſtimatione ſeruorum reddita de proprio: alioquin reuocarentur, vt ȷ̃. e. & ſi illi. niſi ſint bene meriti, vt ȷ̃. e. ſi quos de ſeruis. Et eſt in hoc dura conditio libertorum eccleſiæ, ꝙ propter operas non præſtitas reuocantur in ſeruitutem. aliud in liberto priuati, vt C. de li. cau. ſolo obſequij. quod eſt hic ſpeciale. [«] Itē aliud ſpeciale, ꝙ filij iſtorum libertorum ſunt obnoxij eccleſiæ. ȷ̃. e. de libertis. ſecus in alijs, vt C. de lib. & eor. lib. l. 1. & 2. Item aliud ſpāle ꝙ liberti tenent ſeruire eccleſiæ nulla eis opera impoſita, vt hic, & ȷ̃. ea. liberti. hodie tamen diſtinguitur, vt ext. de ſer. non or. eo libentius.

« liberti eccleſię diſſerunt à liberis priuatorum.

h ¶ *Aliud.*] i. ipsā rē reſtituet, & aliud tm̄ de ſuo. ſic 89. di. decenter. & 10. q. 2. hoc ius. ver. qui verò res.

i ¶ *Actus.*] i. negotia. Quid-

6 & in Epaunenſi, c. 7.

¶ *Caput hoc (quod in omnibus vetuſtis exemplaribus, exceptis duobus, & ſine Paleæ nomine habetur, & gloſſam habet) in nullo Toletano cōcilio aut impreſſo, aut manuſcripto inuentum eſt. In collectione canonū incerti auctoris, quæ aſſeruatur in Vaticana bibliotheca, tribuitur Silueſtro: quamuis in ſynodo Romana ſub ipſo habita, c. 4. paulò aliter hæ partes aſſignentur, i. vt in præcedentibus huic capitibus.*

A ¶ Secundum Apoſtolorum pręcepta.] *In ea collectione non ſunt hæc verba. In vno vetuſto Gratiani codice eſt,* ſecundum Apoſtolicorum præcepta.

Item ex concilio Agathēſi, c. 22.

¶ Omnes presbyteri ſecundū iuſſionem epiſcopi res eccleſiæ diſpenſare ſtudeant.

CAP. XXXII.

5 [1] STatuimus (quod omnes canones A iubent) vt ciuitatenſes, ſiue diœceſani presbyteri, vel clerici, ſaluo iure eccleſię, rem eccleſiæ, ſicut permiſerunt epiſcopi teneant: vēdere autem, aut donare penitus non pręſumant. Quod ſi fecerint, vel fecerunt, & facta venditio non valebit, & de facultatibus, ſi quas habent proprias, indemnem [a] eccleſiā reddant, & communione priuentur.

A ¶ Canones.] *Reſtituta eſt hæc vox ex originali. Antea legabatur,* epiſcopi. *In Polycarpo autem tantùm eſt,* quod omnes iubent.

Item ex eodem concilio, c. 26.

¶ De clericis, qui documenta eccleſiæ ſuppriment, aut aduerſarijs tradunt.

CAP. XXXIII.

2 SI quis de clericis documēta [b], quibus eccleſiæ poſſeſſio firmatur, aut ſupprimere [c], aut negare, aut aduerſarijs fortaſſe tradere, damnabili, & punienda obſtinatione præſumpſerit, quidquid [d] per abſentiam documentorum, damni eccleſiæ illatum eſt, de proprijs facultatibus reddat, & communione priuetur. Hi etiā, qui in damno eccleſię impiè ſolicitati, à traditoribus aliquid acceperint, ſuperiori † ſententia teneantur.

Item ex eodem, c. 33. [3]

¶ Epiſcopus hæredem non habens, non alium, quàm eccleſiam ſibi hæredem inſtituat.

CAP. XXXIIII.

4 EPiſcopus, qui filios, aut nepotes non habuerit, A alium [e] quàm eccleſiam non relinquat hæredem. Si quid de eccleſia non in eccleſię cauſa, aut neceſſitate præſumpſerit, quod diſtraxit, aut donauit, irritum habeatur. Qui verò filios habet, de bonis, quæ reliquit, ab hæredibus [f] eius, indemnitatibus eccleſiæ conſulatur.

A ¶ Non habuerit.] *In originali impreſſo, & manuſcripto, & in Polycarpo legitur,* non habens alium, quàm eccleſiam reliquit hæredem, ſi quid, &c. *& ad hanc lectionem propius accedunt verba Hiſpalenſis concilij primi, cap. 1. ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item ex eodem, c. 49.

¶ Qui in clero conſtituti ſunt, de rebus eccleſiæ nihil alienare præſumant.

CAP. XXXV.

5 DIaconi, vel presbyteri in parochia conſtituti de rebus eccleſiæ ſibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare: quia res ſacratæ Deo eſſe noſcuntur. Similiter & ſacerdotes nihil de rebus eccleſiæ ſibi commiſſæ (vt ſuperius comprehenſum eſt) alienare præſumant. Quod ſi fecerint [g], conuicti in concilio, & ab honore depoſiti, de ſuo aliud [h] tantum reſtituant, quantum viſi ſunt præſumpſiſſe. A *& infrà.* ¶ Libertos tamen, quos ſacerdotes, vel diaconos de eccleſia ſibi commiſſa facere voluerint, actus [i] eccleſię proſequi iubemus. Quod ſi facere contempſerint, placuit eos ad proprium reuerti ſeruitium.

A ¶ Præſumpſiſſe.] *Si hic interponas. c. ſi quis qualibet. infrà ea. habebis integrum canonem 49. ipſius cōcilij Agathenſis.*

Item ex eodem, c. 53. [6]

QVidquid.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd ſi presbyter illicitè alienat aliquam poſſeſſionem eccleſiæ, irrita ſit talis alienatio: ita vt emptor nullam habeat actionem ad poſſeſſionem petendam: nec venditor ad pretium habendum.

a ¶Vendicatione.] in emptorem enim non transfertur dominium. Vnde nō poteſt rem vendicare: habet tamen contra venditorem actionem ex empto, vt ſuprà eadem, Vulteranæ. in authen. de non alie. aut permut. §. quia verò leonis. coll. 2. Sed nonne venditor poteſt petere pretium re nondum euicta? quia venditor non ad aliud tenetur, niſi vt faciat emptorem habere rem. non enim tenetur rem eius facere: vt ff. de ac. empt. ſeruus quem. §. ſi ſciens. ſed hic contractus eſt nullus.

1 Ivo p. 3. c. 162.

ALienationes.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. in prima parte dicitur, quòd alienationes, quę fiunt ab epiſcopis vel abbatibus intruſis, vel canonicè electis, ſimiliter ordinationes factæ ſine conſenſu clericorum, vel per ſimoniam, irritæ ſunt. In ſecunda parte dicitur, quòd ſi quis clericus ſuam prebendam alienare pręſumpſerit, olim, vel modò præſumat alienare, irritum ſit, & canonicæ ſubiacebit vltioni. Secunda pars incipit ibi, illud etiam.

b ¶Alienationes.] hoc ad canonicè electos referas: quia intruſi vel ſchiſmatici, nec etiam cum conſenſu capituli poſſunt aliquid alienare. infrà capitu. precariæ. extr. de ſchiſma. quod à prædeceſſore. a 7. quæſtio. 1. factus. 25. quæſtio. 1. omne. ff. de rebus eorum, qui ſub tut. vel cu. l. quicunque. argum. contra infrà de conſecrat. diſ. 2. & dixit. 1. quæſtio. 1. ſi quis à ſimoniacis. 3. quæſtio. 7. tria. in prin.

a Et extr. de ele. nihil ē ī gl. ī duobꝰ caſibus, &c. ibi videas. Sed p hēti eū bñ acqritur loco religioſo ſiue eccleſiæ. ar. 32. q. 4. recurrat. ver. qūo ergo. vbi de hoc. Arc.

c ¶ Conſecrandus.] id eſt benedicendus "abbas. nam non conſecratur, niſi cum ordinatur in ſacerdotem: ſed tamen dicitur, quòd ei manus imponitur ab epiſcopo. 69. diſtinct. quoniam videmus. vnde abbas ſine benedictione poteſt monachos benedicere. extra de ſup. neglig. prælat. ſtatuimus.

"Abbas nō cōſecratur.

d ¶Ordinationes.] hoc non poteſt facere ſine

¶De poſſeſſione eccleſiaſtici iuris quidquid à presbytero diſtrahitur inane habeatur, & vacuum.

CAP. XXXVI.

1 QVidquid parochiarum presbyter de eccleſiaſtici iuris poſſeſſione diſtraxerit, inane habeatur & vacuum vendicatione a A comparantis, & actione vendentis.

A ¶Vendicatione.] *Sic etiam in recentioribus conciliorum editionibus. In alijs, & duobus etiam Vaticanis codicibus legitur*, venditore comparantis. *apud Iuonem*, venditione comparantis. *In Epaunenſi, vbi hoc videtur repeti*, in venditorem comparantis actione vertēda.

Item Vrbanus Papa.

¶Alienationes factæ ab intruſis, & ordinationes ſine conſenſu clericorum irritæ ſunt.

CAP. XXXVII.

ALienationes b omnium per intruſionem, ſeu canonicè electorum ſub epiſcopi nomine, aut abbatis, qui ſecundum eccleſiæ ſuæ vſum conſecrandus c eſt, alienationes dico quocunque modo factas, nec non & ordinationes d perſonarum ab eiſdem ſine cōmuni conſenſu clericorum eccleſię, ſiue per ſimoniam itidem factas, irritas iudicamus. ¶Illud etiam per omnia interdicimus, vt nullus clericus prębendam e ſuam, ſeu beneficiū aliquod eccleſiarum aliquo modo alienare præſumat. Qđ ſi præſumptum olim fuit, vel aliquando fuerit, irritum erit, & vltioni canonicę ſubiacebit.

¶*Poſt collectionem Anſelmi in codice perantiquo, habetur fragmentum cuiuſdam concilij Vrbani ſecundi. in cuius initio hæc leguntur.* Alienationes, quæ ſpecialiter per Ottonem, Guidonē, Hieremiam, ſeu fortè Philippum vbilibet de poſſeſſionibus Rauennatis exarchatus factæ ſunt, damnamus. Generaliter autem omnium per intruſionem, ſeu canonicè electorū ſub epiſcopi nomine, vel abbatis . . . eccleſiæ ſuæ conſecrandus eſt, alienationes quocunque modo factas, *& cætera vſque ad finem huius capitis ſine vlla varietate.*

Item ex concilio Ilerdenſi, c. 16.

¶Epiſcopo defuncto, vel adhuc in ſupremis agente, de rebus eccleſiæ nihil eſt vſurpandum.

CAP. XXXVIII.

2 HÆc huius f placiti g cōſtitutione inter nos cēſura placuit cuſtodiri, vt defuncto antiſtite, vel etiam adhuc in ſupremis agente, nullus clericorum cuiuslibet ordinis, officij, gradusúe ſit, quidquam de domo præſumat, vel quod de vtilitate inſtrumenti domus eſſe agnoſcitur, id eſt mobilis & immobilis rei eccleſiaſticæ conetur inuadere, nihil furto A, nihil dolo ſupprimens, auferens, atque abſcondens. Sed is, cui domus commiſſa eſt, ſubiunctis B ſibi vno, vel duobus fideliſſimis clericis omnia vſque ad tempus pontificis ſubſtituēdi debeat conſeruare h, & his, qui in domo inueniuntur, clericis conſuetam alimoniam adminiſtrare. Subſtitutus autem antiſtes ſuſceptæ C ſedis commoda ordinabit, velut Deus imperabit: vt eis vti cum his debeat, quos cognouerit diſciplinæ, & charitati prædeceſſoris ſui fideliter paruiſſe.

Quòd ſi quiſquam poſt hæc cuiuslibet ordinis (vt ſuperius dictum eſt) clericus quacunque occaſione de omni facultate quidpiam probatus fuerit abſtuliſſe, vel forſitan dolo aliquo ſuppreſſiſſe, reus ſacrilegij prolixiori anathemate cōdemnetur, & vix i quoque peregrina ei communio concedatur: quia k durum eſt, vt hi, quos conſtat in ſeruitio Domini cum primæ ſedis antiſtite deſudaſſe, ab his, qui ſuarum rerum incubatores †, vel vtilitatibus ſeruientes, atque vacantes fuiſſe noſcuntur, deſpecti aliquatenus crucietur.

A ¶Nihil furto.] *In codice Lucenſi regio ſequitur*, nihil vi.

B ¶Subiunctis ſibi.] *In conciliorū editionibus ſequitur*, cum conſilio: *& in codice regio additur*, clerici: *fortaſſe autem legendum*, cum conſilio clerici.

C ¶Suſceptæ ſedis.] *In eodem regio codice eſt*, ſuſcepta ea, prout deceſſor ſuus ordinauit, vel vt Deus imperauit.

conſenſu capituli ſui: vt 24. diſt. c. vlt. & pen.

c ¶ Præbendam.] fructus poteſt. extra ne præla. vices ſuas. capitu. vltim. ad inſtar fructuarij. ff. de vſufru. arboribus. "ſicut fructus decimarum & oblationum poſſunt vendi, licet hoc non ſit honeſtum: quia prohibitum non inuenitur, b ſed tantùm cum conſenſu epiſcopi, extra de reb. eccl. non alie. nulli. niſi ad modicum tempus. argum. extra de cen. præterea. & extra de tranſact. de cętero. Sed quid ſi obligauit ad quinquennium: nunquid ſtabit ſucceſſor cōtractui? ita, ſi nomine eccleſiæ contraxit, & cum epiſcopi auctoritate. extr. de ſol. capitu. 1. ſecus ſi nomine ſuo. ff. de pi. l. lex vectigali. ff. qui. mo. pig. vel hy. ſol. ſi res diſtracta. ff. loca. ſi quis domum. §. hic ſubiungi ſolet. Ioan. Sed certè quidquid dicat Io. ego credo, quòd ſicut clerius poteſt vendere fructus præbendæ ſuæ ſine conſenſu epiſcopi, ita obligare, maximè ad modicum tempus: ſicut tutor vendit fructus ſine auctoritate iudicis, vt C. de admi. tut. lex quę. nec aliqua decre. contra dicit legi. B.

"Bñficij fructꝰ vēdi pñt

b Hoc planè olim probatur extr. de emp. & ven. c. 1. vbi hñr iſta verba hic poſita p Ioan.

2 Concord. concil. Valent. c. 2.

HAec hui⁹ placiti.] CASVS. querimonia facta fuit in concilio Ilerden. de clericis, qui poſt obitum epi oīa bona defuncti antiſtitis vſurpabāt, facta eſt conſtitutio ne hoc de cętero fiat: ſed œconomus adiuncto ſibi vno, vel duobus fidelibus viris paſcat ex illis bonis clericos, ſi q ſunt in domo epāli: vel ſeruet ad vſum ſucceſſoris, qui vti debet bonis illis cū clericis ſui anteceſſoris, clericus autem contra hanc conſtitutionem faciens, anathematizetur.

f ¶Hæc huius.] Sic cōſtrue, hæc cenſura placuit cuſtodiri placiti cōſtitutione. & ſecūdū hoc verbum, placuit, eſt perſonale verbum.

† al. incubitatores, atque vagantes fuiſſe.

g ¶Placiti.] i. decreti.

h ¶Conſeruare.] Ar. ſucceſſori oīa ſeruanda à morte pdeceſſoris. extr. de off. & po. iu. or. cum vos plerūque. & ext. de teſt. relatum. Itē arg. q mobilia prædeceſſoris pertinent ad ſucceſſorem, vt ꝫ. c. de laicis.

i ¶ Et vix.] Quod vix ſit, tñ ſit. ſ. diſtin. 19. in memoriam. ar. contra. ff. ad Vell. tutor. ī prin.

k ¶Quia.] hoc refertur ad id quod ſ. dixit.

Etſi

ET ſi illi.] CASVS. Quęſitum fuit in con cilio Toletano, an ſucceſſor poſſit reuocare in ſeruitutem illos quos anteceſſor manumiſit, qui nihil de reb. ſuis eccleſiæ contulerat. Et reſpondet quòd ſic. & ideo qui hoc faciunt, in futuro damnabunt̃, & hoc probatur vna ratione: quia ſi illi qui nihil pauperibus erogant, in futuro damnabuntur, multò magis illi qui pauperibus auferunt quod non dederunt: cum iniquum ſit, vt illi qui nihil eccleſiæ contulerunt, ius eccleſiæ alienare contendant.

Item ex concilio Toletano 4. capitu. 66.

¶ Epiſcopi, qui nihil eccleſiæ conferunt, famulos eius libertate non donent.

CAP. XXXIX.

1 ET, ſi illi qui nulla ex rebus ſuis pauperib. Chriſti diſtribuunt[a], æterni iudicis voce in futuro condemnabuntur, quantò magis[b] ij, qui auferunt pauperibus quod non dederunt? Quapropter epiſcopi, qui nihil ex ſuo proprio eccleſiæ Chriſti compenſauerunt, hanc diuinam ſentẽtiam metuant, & liberos† ex familia eccleſiæ ad condemnationem ſuam facere non præſumant. Impiũ enim eſt, vt qui res ſuas eccleſiæ Chriſti non contulerit[c], damnũ inferat, & ius eccleſię alienare cõtendat. Tales ergo liberos † ſucceſſor[d] epiſcopus abſque vlla oppoſitione ad ius eccleſiæ reuocabit[e]: quia eos non æquitas, ſed improbitas abſoluit.

Item ex concilio Aurelianenſi.

¶ *Hoc idem citatur ſup. ea. ſi quis de clericis. ex cõcilio Agathenſi, in quo habetur. Non eſt autem mutatus titulus: quia potuit in aliquo etiam Aurelianenſi, quod non extet, eſſe repetitum.*

¶ De clericis, qui documenta eccleſiæ ſupprimunt, aut negant, aut alijs damnabiliter tradunt.

CAP. XL.

2 SI quis de clericis documẽta, quibus eccleſiæ poſſeſſio firma tenetur, aut ſupprimere, aut negare, aut auertere, aut fortaſſe tradere, damnabili, & punienda obſtinatione præſumpſerit, quidquid pro abſentia documẽtorum damni eccleſiæ illatum eſt, de proprijs facultatibus reddat.

Item ex concilio Aurelianenſi. 3. cap. 23.[3]

¶ Miniſtris eccleſiæ de rebus eiuſdem eccleſiæ abſque epiſcopi permiſſu nihil alienare licet.

CAP. XLI.

4 ABbatibus, presbyteris, cæteriſque miniſtris de rebus eccleſiaſticis, vel ſacro miniſterio deditis alienare, vel obligare abſque permiſſu, & ſubſcriptione epiſcopi[f] ſui nihil liceat. Quod qui præſumpſerit, degradetur communione conceſſa: & quod temerè præſumptum, aut alienatũ eſt, ordinatione epiſcopi reuocetur.

Item ex ſynodo Ancyrana, c. 15.

¶ Res eccleſiæ, quæ abſente epiſcopo diſtrahuntur, ad ius eccleſiaſticum reuocentur.

CAP. XLII.

5 SI qua[g] de rebus eccleſiæ, cum epiſcopus non eſt, presbyteri[h] vẽdiderint, placuit reſciſſo[i] contractu ad ius † eccleſiaſticum reuocari. In iudicio autem erit epiſcopi conſtitutum†, ſi pretium debeat recipi[k], nec ne: proptereà quòd[l] ſæpe contingit diſtractarum rerum reditus ampliorem ſummam pro accepto pretio reddi.[A]

A ¶ Reddi.] *Sic in quibuſdam exẽplaribus priſcæ verſionis. In alijs verò eſt,* reddidiſſe. *Græcè leigtur.* διὰ τὸ πολλάκις τὴν εἴσοδον τῶν πεπραγμένων ἀποδεδωκέναι αὐτοῖς τούτοις πλείονα τὴν τιμήν, *id eſt,* propter quòd ſæpe rerum venditarum reditus maius pretium his ipſis reddiderit. *Sed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item ex concilio Chalcedonenſi. cap. 22.[6]

¶ Poſt mortem epiſcopi res ad eũ pertinentes clerici non rapiant.

CAP. XLIII.

NOn liceat clericis poſt mortem[m] epiſcopi ſui rapere[n] res pertinentes ad eũ: ſicut iam præcedentibus regulis conſtitutum habetur. Si verò hoc fecerint, periclitari ſe nouerint in proprio gradu.

Item ex concilio Mediomatricis.[7]

¶ Reſcindantur precariæ, & commutationes ab inuaſoribus factæ.

---

1 Burch. l. 3. ca. 189. Iuo p. 3. c. 249.

a ¶ *Diſtribuũt.*] neceſſitatis articulo. de hoc not. 47. diſt. ſicut hi.

b ¶ *Quantò magis.*] innuitur hic quòd magis ſit auferre quàm non dare: cum tamen quandoque æquiparentur, & ſic eſt contra 67. di. ſicut.

c ¶ *Non contulerit.*] ſic videtur, quòd ſi res ſuas contulerit eccleſiæ, quòd tunc alienare poſſit. arg. j. c. ſi quis qualibet. ext. de reb. ec. non al. epiſcopi. ad hoc dicunt quidam, quòd nullo caſu poteſt alienare, niſi communi cõſenſu canonicorũ. ſed hoc nihil eſt: quia ſi habet conſenſum cleri, quare reſtituet tantundem de ſuo: cú nec alienare poſſet, licet adeſſet omnium conſenſus, niſi eſſet communis vtilitas eccleſiæ, vt j. e. ſine. "Sed intellige cum ille manuiſſus nõ erat benemeritus: & ſic erat malæ fidei poſſeſſor, aliàs poſſet præſcribere libertatem, vt C. de pſcr. long. temp. l. 1.

† al. libertos ex familijs

† al. libertos

"Eps ſeruũ eccleſiæ an poſſit manumittere.

d ¶ *Succeſſor.*] vel ipſemet. 35. q. 9. quod quis. & eſt arg. quòd ſucceſſor reuocat malefactum ſui anteceſſoris[a], vt 16. q. 3. ſi ſacerdos. ext. de preca. c. 2.

a Dũ tñ toleretur in adminiſtrõe, aliàs ſecus. vt s. ea. monemus. & đ hoc no. ext. de re. ec. nõ al. ſi qs presbyterorũ. Arch.

e ¶ *Reuocabit.*] niſi per decem annos ſteterint in libertate. ff. qui & à qui. ma. ſicut. §. Ariſto. ſic ergo reſtituitur contra libertatem eccleſia: quod non eſt in minore, niſi ex magna cauſa, vt ff. de min. ſi ex cauſa, in ſi.

2 Iuo p. 3. c. 156.

SI quis de clericis.] caſum iſtum habes. s. ea. in c. ſi quis de clericis. & ideo ibi videbis.

3 lib. 7. cap. c. 275.

ABbatib.] CASVS. conſtitutum eſt in concilio Aurelianen. vt abbates, presbyteri, vel alij prælati nil de rebus ſuarum eccleſiarum alienare præſumant ſine licentia & ſubſcriptione epiſcopi: & qui hoc præſumpſerit, deponatur. & quod temerè alienatum eſt, per epm reuocetur.

f ¶ *Subſcriptione epiſcopi.*] "licet abbas non poſſet ſine conſenſu epiſcopi alienare rem eccleſiæ, vt hic. & j. 17. q. 4. in venditionibus. & ext. de reb. ecc. non al. nulli. tamen ſi conſuetudo loci habet, bene poteſt dare modicum. ext. de do. c. 2. & 3. & infeudare poteſt. ext. de reb. ec. non ali. ad noſtram. & hoc poteſt epiſcopus vel abbas ſine conſenſu capituli, ſi ſubeſt neceſſitas, & res eſt modica. j. e. ca. terrulas. Ioan. quod falſum eſt, niſi in paruis reb'.

" Abbas an poſſit donare.

g SI qua de rebus.] CASVS. Vacante epiſcopali eccleſia quidam presbyter vendidit eccleſiaſticam poſſeſſionem: tempore procedente epiſcopus eſt ſubſtitutus. quæſitum eſt in ſynodo Ancyrana, vtrum talis venditio poſſit reſcindi. Et reſpondet quòd ſic. in arbitrio tamen epiſcopi erit, vtrum pretium recipiat, vel recuperet poſſeſſionem: quia quãdoque magis expedit habere pretium quàm poſſeſſionem. Sequens cap. planum eſt, & per ſe patet.

4 Pol. l. 3. c. 12.

h ¶ *Presbyteri.*] id eſt, canonici.

i ¶ *Reſciſſo.*] "hic patet ꝙ ſed vacãte clerici nihil diſponere poſſunt de rebus eccleſię, vt 10. q. 2. ſi quis epiſcopus. & 75. diſt. quoniam. imo potius ſede vacante nõ poſſunt immutare ſtatum eius. ext. ne ſe. va. c. nouit. tamẽ ſi eſt magna neceſſitas, clerici poſſunt aliqua alienare, ſecundum H. vt dixi 71. diſt. fraternitatẽ. & arg. j. e. precariæ. tñ de auctoritate ſuperioris. Nam & iudex pſtat auctoritatẽ facto minoris eo tpe, cũ nõ hẽt curatorem, vt C. q admit. ad bo. poſ. l. bonorũ. Itẽ in minorib. eccleſijs poteſt eps aliqua alienare mortuo ſacerdote[b] tpe neceſſitatis, vt 10. q. 2. ſi quis eps. & not. ꝙ contractus ipſo iure tenet, quem faciunt clerici mortuo epo, ſed reſtituit eccleſia ſi probat ſe læſam, ſicut eſt in cõtractu minoris, qui nõ hẽt curatorem, vt C. de in integ. reſt. ſi curatorẽ. & iõ bene dicit, hic reſciſſo contractu, ſ. p in integrũ reſtitutionẽ.

" Sede vacãte an poſſint clerici đ reb. eccleſię diſponere.

5 Anſ. l. 6. c. 162.

† ἀναβάλλεσθαι τὸ κυριακόν

† al. ſi conſtitutum pretium

b Vr̃ cõtra ext. lib. 6. de reb. ec. ñ al. dudũ. ſed pt intelligi qđ ibi dr̃ cum hac determinatione: & ita hoc ñ corrigetur, ad hoc j. ea. pcariæ. Arc.

6 Et in Aquiſgr. c. 88.

k ¶ *Recipi.*] ab emptore.

l ¶ *Propterea quòd.*] i. quia ſæpè cõtingit ampliorem ſummam reditus diſtractarum rerum reddi, ſ. emptori pretio accepto, hoc eſt dicere, ꝙ emptor amplius ſæpe percipit de reditibus, q̃ ſit pretium quod dedit, vel q̃ eccleſia inueniat pro pretio quod accepit: & ideo magis expedit epiſcopo repetere fructus perceptos, quàm retinere pretium.

7 in Meldẽſi c. 21.

m NOn liceat.] ¶ *Poſt mortem.*] Narrat, quod contingere ſolet. vnde ſub. maximè. s. ca. hæc huius.

n ¶ *Rapere.*] vitiũ. no. j. e. de laicis. & c. illud. ea. q. 5. ſicubi. H.

Preca-

PRecariæ.] Casvs. Statuit̄ in hoc c. vt precariæ, & cōmutationes, quæ factæ ſunt ab intruſis vacantibus eccleſijs, reſcindantur: & ſi expediat, fiant ſecundum canones, vel ſecundum leges.

a ¶Precariæ.] ergo clerici pn̄t alienare eccleſia vacāte, quia capitulum ſupplet defectum epi. ext. de hær. ad 1 Bur. l. 3. c. 166. Iuo p. 3. c. 227. ex Belluacēſi. abolendā. Io. ꝙ falſum eſt, vt ext. ne ſe. va. c. j. B.

b ¶Vel ciuili.] s̄. 96. di. bene. in fi. Vel dic ciuili, i. principis: cuius auctoritas requiritur in rebus ab ipſo collatis, 10. q. 2. precariæ.

CHaritatem.] Casvs. Hoc ca. duas hēt partes. In prima p̄cipit Greg. Maximiano epo Syracuſano, quem fecerat in Sicilia legatum, vt ſi quis eps moriatur, vel deponat̄, cōueniant œconomus & clerici eccleſiæ & p̄lati: & in pn̄tia eius de reb. eccl. faciant inuentarium: pro quo neque ſpēs, neq; pretiū aliud ſcriptori tribuat̄. In ſecūda parte præcipit ei, vt cum viſitatores parochias vacantium eccleſiarum, viſitant, eo diſponente, ipſi & clerici eorum qui cum eis viſitant, aliquid emolumenti propter ſuum 2 Ioan. diac. lib. 3. c. 23. laborē percipiant, vt illi conſequantur ſtipēdiū, &c. Subſidij. Dicit Hu. quòd nomine ſubſidij intelligitur procuratio tantùm, licet poſſet etiā aliter intelligi. Secunda pars incipit ibi, Viſitatores.

c ¶Pro faciendi.] hoc intellige cū habet ſalarium de publico, vt 23. †al. cleris q. 1. militare. in fi. & 1. q. 3. ſi quis epiſcopus. aliàs ſecus. 10. q. 2. precariæ.

d ¶Stipendium.] argu. quòd ad quem onus ſpectat, & emolumentum. j̄. e. quicunque. 7. q. 1. pontifices. 16. q. 6. de lapſis. Item eſt hic arg. quòd iudices licitè poſſunt petere ſumptus à partibus, vt dixi 11. q. 3. non licet. & eſt ſimile quod dicitur alibi, quòd labor non debet eſſe ſine fructu, vt 7. q. 1. ibi.

DE laicis.] Hoc c. diuiditur ī duàs partes. †al. illic In prima parte dicitur, quòd in Aluernia †al. quo erat quædam praua conſuetudo, ſ quòd morientibus epiſcopis ſiue alijs clericis laici res defunctorum inuadebant. Statuit ergo Vrbanus Papa in concilio Aluerniæ congregato, vt ſi qs decętero talia pſumpſerit, excōicet̄ donec reſipiſcat. In ſecūda parte dicitur, quòd res epiſcoporum defunctorum per archidiaconos, archipresbyteros & ſecundum defunctorum iudiciū pauperibus erogentur, aut ſucceſſori reſeruētur. Idē etiam ſeruari debet de rebus aliorum clericorum defunctorum: & qui contra fecerit, anathema ſit. Secūda pars incipit ibi, Epiſcoporum verò.

e ¶Cognitionem.] non ligat conſtitutio niſi à tempore ſciētiæ. 82. di. propoſuiſti. in fi. ff. de decre. ab ord. fa. l. vlt.

f ¶Res.] proprias. ſ. qa de rebus eccleſiæ non poſſunt teſtari, vt ext. de teſt. qa. ſed morientes poſſunt aliqua dare, ſi hoc habet eccleſiæ conſuetudo. extra de te. ad hęc.

g ¶Per archipresbyterorum.] ſi defunctus nihil de his diſpoſuit, tūc ſi habet heredē, ei tradet: ſi non habet, eccleſia ſuccedit, ſicut collegium ſuccedit in hęreditatem decurionis. C. de hær. decur. l. 2. & 3 & j̄. e. q. 5. c. vlt. & s̄. e. epiſcopus qui.

h ¶Iudicium.] poteſt etiam moriens ſuam voluntatem[a] committere iudicio alterius, vt ext. de teſt. cum tibi. a i. diſpenſationē rerū ſuarū, ſcd̄m Inn. & H.

ILlud quod.] Casvs. In concilio Chalced. ſtatutum fuit, vt nullus rapiat bona defunctorū eporum, vel aliorū clericorum: ſed oīa p œconomos ad opus eccleſię & ſucceſſores reſeruentur. Innocentius verò modò confirmat illud, & ſtatuit ꝙ ſi quis contra hoc fecerit, excommunicetur.

i ¶Succeſſoris.] " hoc teneas, quòd moriente epiſcopo, vel ſacerdote ſucceſſori eius reſeruantur bona eius, vt hic dicitur, & s̄. cap. hæc huius. " Epi morientis bona cui ſunt reſeruanda. ſed moriente canonico nihil reſeruatur ſucceſſori, ſed diuiditur inter canonicos, vt ext. de teſta. relatum. 2 s̄. e. non liceat. Pan. l. 8. c. 141.

k ¶Oeconomi.] ſi eccleſia habet œconomū, in poteſtate eius erunt res eccleſiæ decedentium epiſcoporum, [b] vt hic, & 75. diſ. quoniam quidem. ſi non habet, erunt in poteſtate maiorum eccleſię, vt s̄. c. prox. ſi illi nō ſunt idonei, tunc erūt in poteſtate aliorum clericorum, vt j̄. c. prox. omnibus deficientib. erunt in poteſtate metropolitani, vt j̄. e. nō liceat. niſi ibi viſitator ſit, qa tunc ille cuſtodiet eas. 61. diſt. obitum.

b Quidquid dicat hic gl. dic, ꝙ œconom⁹ & clerici cathedralis eccleſię gubernabunt bona ipſius eccleſiæ, vt s̄. ca. charitatem. cui c. ſtādū ē. & hoc hr̄ expſsè, vt p; ex tex. h⁹ c. cui ſtādū eſt ſecundū Inn. pro vt hoc not. ext. d̄ of. or. cū vos. & vt eccl. benef. c. 1. Arc.

CAP. XLIIII.

1 PRecariæ[a] & commutationes tempore viduatarum eccleſiarum factæ ab his, qui loca epiſcoporum occupauerant, reſcindantur, & cum auctoritate eccleſiaſtica, vel ciuili[b]: ſi faciendę ſunt, fiat.

¶*Quod hic ex concilio Mediomatricis citatur, in concilio Meldenſi refertur ex concilio Belluacenſi, ex quo etiā citant Burchardus & Iuo. Sed quia in cōcilijs Gallicis, & Germanicis ſæpe eadem repetuntur, non eſt mutata inſcriptio. In adiectis capitularib. quæ ex Gallia ſunt habita, inter cætera leguntur quædam capitula excerpta à domino Rege Carolo & Principibus ſuis ex his capitulis, quæ anno DCCCXLVI. ediderunt eipſcopi in ſynodis, &c. Quorum capitulorum vnum eſt hoc,* vt precariæ & commutationes tempore viduarum eccleſiarum factæ ab his, qui loca epiſcoporum occupauerunt, reſcindantur, & cum auctoritate eccleſiaſtica, vel ciuili denuo ſi fienda fiant.

Item Gregorius Maximiano Syracuſano Epiſcopo, lib. 3. ep. 11.[2]

¶Pro labore inuentarij nihil accipiant œconomi de rebus eccleſiæ.

CAP. XLV.

CHaritatem tuam commonere curauimus, vt ſi quiſpiam epiſcoporum de hac luce migrauerit, vel (quod abſit) pro ſuis fuerit remotus exceſſibus, conuenientibus œconomis A, cunctiſque clericis † prioribus, atque in ſui præſentia inuentarium eccleſiæ rerum facientibus, omnia, quæ reperta fuerint, ſubtiliter deſcribantur: nec (ſicut antea fieri dicebatur) ſpecies quędam, aut aliud quodlibet de rebus eccleſiæ, quaſi pro faciendi[c] inuentarij labore tollatur. *& infrà.* ¶Viſitatores eccleſiarum, clericique eorum, qui cum ipſis per non ſuæ ciuitatis parochias fatigantur, aliquod laboris ſui capiant te diſponente ſubſidium. Iuſtum namque eſt, vt illi † conſequantur ſtipēdium[d], qui † pro tempore ſuū commodare reperiuntur obſequium.

A ¶Oeconomis.] *Sic etiam in omnibus vetuſtis: ſed in originali tam impreſſo, quàm manuſcripto legitur,* hierarchicis. *Ioannes Diaconus habet,* hieraticis.

Item ex concilio Vrbani Papæ Aluerniæ celebrato.

¶Excōicentur laici, qui morientiū clericorum audent bona diripere.

CAP. XLVI.

DE laicis quæſtio facta eſt, qui morientibus epiſcopis, ſiue alijs clericis res defunctorum inuaſas, eccleſiæ, pauperibuſque ſubripiunt. Contra quos commune totius concilij anathema prolatum eſt, ipſo Papa huiuſmodi ſententiam promulgāte. Si quis poſt interdicti præſentis cognitionem[e] eporum, ſeu presbyterorum, aut aliorum clericorum res[f] inuaſerit, vſque ad ſatisfactionem excommunicetur. ¶Eporum verò deficientium res p archipresbyterorū,[g] ſeu archidiaconorum manus, aut ſecundum mortuorum iudicium[h] pro ipſorum ſalute in eleemoſynas diſpēſentur, aut ſucceſſori, qui futurus eſt reſeruentur. Idipſum de presbyterorum, ſeu clericorum aliorū rebus per epiſcopum, vel ſupradictas perſonas, aut cui deficientes commiſerint, fiat. Si quis autem aduerſus iſta præſumpſerit, anathema ſit.

¶ *In titulis capitulorum concilij Claremontenſis (quod Aluerniæ celebratum eſt) titulo penultimo hæc leguntur ad caput hoc ſpectantia.* Ne aliquis clericus res epiſcoporū, vel clericorum, vel in vita, vel poſt mortem eorum diripiat, vel in vſus proprios conferat. Quod ſi quis fecerit, anathema ſit: & dictum eſt ab omnibus, fiat.

Item Innocentius Papa II. in concilio Lateranenſi, c. 4.

¶De eodem.

CAP. XLVII.

2 ILlud, quod in ſacro Chalcedonenſi concilio cōſtitutum eſt, irrefragabiliter conſeruari præcipimus: vt videlicet decedentium bona eporū à nullo oīno hominum diripiātur: ſed ad opus eccleſię, & ſucceſſoris[i] ſui in libera œconomi[k], & clericorū permaneant poteſtate. Ceſſet igit̄ decętero illa deteſtabilis, & ſęua rapacitas. Si qs aūt amodo hoc attentare pſumpſerit, excōicationi ſubiaceat. Qui verò moriētiū A pſbyterorū, vel clericorū bona rapuerūt, ſimili ſnīę ſubiaceāt.

A ¶Morientium.] *In vulgatis ſequebatur,* eporū: *quę vox & à vetuſtis, & ab ipſo concilio manuſcripto abeſt, & fruſtra repeteretur. Sunt autem ex originali addita, paulò ſuperius aliquot verba.*

HOC

HOC NON SOLVM. Casvs. Supra dictum eſt, quòd laici bona clericorum defunctorũ inuadere non præſumant: nunc verò docet idem Gratian. de metropolitanis, & de quibuſlibet alijs clericis, & ad hoc inducit ſeq. c.

NOn liceat.] Casvs. Conſtitutum eſt in ſexta ſynodo, vt moriente epiſcopo res illius, vel eccleſiæ ſuæ non præſumat auferre metropolit. ſed ſeruentur à clericis eiuſdem eccleſiæ. ſi verò clerici non ſunt ibi idonei, metropolitanus futuro epiſcopo omnia illibata reſeruet. Seq. §. cum c. ſeq. per ſe patet.

a SIcut.] ¶ Alienas.] Rem ailenam ſemper tenetur reſtituere, niſi illa iam ſit conſecrata, vt 17. q. 4. contra. quia nihil, &c. 54. diſt. generalis. & 14. q. vlt. comperimus.

HIS OMNIBVS. Casvs. Infert G. ex omnibus ferè ſupradictis c. quòd prælati res eccleſiaſticas alienare non debent: & ſi alienatæ ſunt, reſtitui debet: quod verum eſt ſi illicitè alienentur. Nunc verò dicit, quòd ex cauſa neceſſitatis vel vtilitatis licitè poſſunt res eccleſiæ alienare. De neceſſitate probat per ca. prima. De vtilitate probat per tria ſeq. cap. ſ. ſine exceptione. item domus. & terrulas. Seq. cap. patet. *Vt meliorari.* vt cauſa vtilitatis.

b ¶ *Sed notandum.*] nunc incipit oſtendere quãdo poſſunt alienari res eccleſiæ.

1Et in Moguntino ſub Rabano, c. 8 c NOn habenti.] ¶ *Sui tituli.*] id eſt, eccleſiæ. vel ſui tituli, id eſt, ad ſuum commodum, vt s. ca. monemus.

d ¶ *Vſurpare.*] id eſt, alienare. & ponitur in mala ſignificatione, cũ non ſubeſt neceſſitas.

2 Burc. l. 3. c. 178. Iuo p. 3. c. 239.

†habente] Orig.

PLacuit.] Casvs. Statuitur in hoc c. vt ſine conſenſu epiſcoporum presbyteri non vendant res eccleſiarũ, ſicut nec epiſcopi vendere poſſunt prædia eccleſiarum inconſulto concilio. & inducit hoc ca. à contrario ſenſu. *Concilio*, hoc quo ad res matricis eccleſię. *Vel cuncto presbyterio.* hoc quo ad res aliarum eccleſiarum quarum prædia alienantur. & ſic concilium dicitur collegium matricis eccleſiæ, presbyterium dicitur collegium aliarum eccleſiarum.

Hoc non ſolùm de laicis, verùm etiam de metropolitanis, & quibuſlibet alijs clericis intelligendum eſt: ſicut in ſexta ſynodo, cap. 35. legitur.

¶Res epiſcopi morientis metropolitano non licet inuadere.

CAP. XLVIII.

NOn liceat alicui metropolitano, mortuo epiſcopo, qui ſub eo eſt, aut res eius, aut eccleſiæ ſuæ auferre: ſed ſint ſub cuſtodia cleri eccleſiæ defuncti epiſcopi, vſque dum alius ordinetur epiſcopus. Si verò clerici in eccleſia non fuerint, tunc metropolitanus illibata omnia epiſcopo, qui ibi ordinabitur, reddat.

Sicut autem res eccleſiæ nulli vſurpare licet: ita eccleſiæ aliena inuadere non permittitur.

Vnde Gregorius, lib. 2. epiſt. 43. ad Bonifacium Epiſcopum.

¶Aliena eccleſiæ non licet inuadere.

CAP. XLIX.

SIcut eccleſia proprias res amittere nõ debet: ita eam rapacitatis ardore inuadere alienas[a] non oportet.

His omnibus auctoritatibus perſpicuè moſtratur, quòd nulli ſacerdotum res eccleſiaſticas alicui tradere licet: & ille, qui de manu ſacerdotis facultates eccleſiæ acceperit, nullo iure eas vendicare poterit: ſed potius cogeretur reſtituere quod illicitè accepit. Sed notandum [b] *eſt, quòd quibuſdam cauſis exigentibus res eccleſiæ diſtrahi poſſunt. Cauſa enim neceſſitatis cum cõſilio clericorum, vel vt meliora proſpiciant, res eccleſiæ à ſacerdotibus diſtrahi poſſunt.*

Vnde in Africano concilio legitur. [1]

¶Niſi cauſa neceſſitatis nec epiſcopo rem eccleſiæ ſuæ vſurpare licet.

CAP. L.

2 NOn habenti† neceſſitatẽ nec epiſcopo licet matricis eccleſię rem ſui tituli[c] vſurpare.[d]

¶ *Gratianus citat hoc ex concilio Africano, & ſequens ex Carthaginenſi. Sed in vnico Carthaginenſi inſerto in codice canonum hoc quidem eſt pars poſterior, ſeq. verò prior capitis eiuſdem, quod eſt vltimum, id eſt, 33. & Burchardus & Iuo integrum caput referunt ex Carthaginenſi.*

A ¶Eccleſiæ.] *In codice canonum, & apud Burchardum ſequitur.* nec presbyterorum: *apud Iuonem verò legitur,* nec epiſcopo liceat rem matris eccleſiæ ignorante concilio, vel presbyteris, ſuis titulis vſurpare. *Poſt ſequens autem caput apponetur integer conon græcè noua cum verſione.*

Item ex concilio Carthaginenſi vnico, c. vltimo.

¶Nec presbyteri ignorantibus epiſcopis, nec epiſcopi ignorante concilio rem eccleſiæ vendant.

CAP. LI.

3 PLacuit, vt presbyteri non vendant rem eccleſię, vbi ſunt conſtituti, neſcientibus epiſcopis ſuis: quomodo nec epiſcopis liceat vendere prædia eccleſiæ inconſulto concilio,[e] vel A cuncto presbyterio[f] ſine vlla neceſſitate.[g]

A ¶Vel cuncto.] *In canone vnici Carthaginenſis legitur,* vel presbyteris ſuis. Non habente ergo neceſſitatem, &c. *vt proximo ſuperiore cap. quemadmodum apud Burchard. etiam, & Iuonem: licet ipſi legant,* habenti: *Gracè autem ita totus canon habet.*

Ὁμοίως ἤρεσεν, ὥστε τοὺς πρεσβυτέρους παρὰ γνώμην τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων πρᾶγμα μὴ πιπράσκειν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ καθιέρωνται. ὃν τρόπον καὶ τοῖς ἐπισκόποις οὐκ ἔξεστι πιπράσκειν χωρία τῆς ἐκκλησίας, ἀγνοούσης τῆς συνόδου, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. μὴ οὔσης τοίνυν ἀνάγκης, μηδὲ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι καταχρήσασθαι πράγματι ἐκ τοῦ τίτλου τῆς ἐκκλησιαστικῆς μάτρικος.

Similiter placuit, vt presbyteri præter ſuorum epiſcoporum ſententiam non vendant rem eccleſię, in qua conſecrantur: quemadmodum neque epiſcopis licet prædia eccleſiæ vendere inſciente ſynodo, vel proprijs presbyteris. Ergo, niſi adſit neceſſitas, neque epiſcopo liceat abuti re aliqua ex titulo eccleſiaſticæ matricis.

Item ex epiſtola Leonis Papæ, vniuerſis epiſcopis per Siciliam conſtitutis.

¶Niſi vt meliora proſpiciat, rem eccleſiæ non licet diſtrahere epiſcopo.

CAP. LII.

4 SIne exceptione[h] decernimus, ne quis epiſcopus de rebus eccleſię ſuę quidquam donare,[i] vel commutare, vel vendere[k] audeat, niſi fortè aliquid horum faciat, vt meliora proſpiciat, & cum totius[l] cleri tractatu[m] atque conſenſu id eligat, quod non ſit dubium profuturum[n] eccleſiæ. & in-

Decret. ij. Pars.

e ¶*Concilio.*] ſcilicet clericorum, vt ſuprà capitu. proxim.

Additio. Et vide quod nota. 17. diſtin. in ſum. 33. diſtin. quando. in gl. vlt. vbi hoc capitu. placuit. allegatur. Arch.

f ¶ *Presbyterio.*] hic habes, quòd epiſcopus requiret conſenſum ſacerdotum in alienatione, vt 10. quæſtio. 2. ſi quis epiſcopus. 3 Burc. ibid. Iuo ibid.

g ¶*Neceſſitate.*] ergo in neceſſitate poſſunt eis inconſultis,[a] vt infrà eadem, terrulas.

a Dic q̃ ſi tanta immineat neceſſitas, q̃ conciliũ canonicorũ expectari ñ poſſit, tunc ep̃s alienare poterit. ar. ff. d̃ adm. tu. §. 1. ff. de pe. hę. diu°. dũmõ id gerat qđ d̃ iure reprobari ñ dẽat. arg. ff. de ri. nup. § filius.

SIne exceptione.] Casvs. Leo Papa præcipit epiſcopis Siciliæ, vt res ſuarum eccleſiarum aliquo modo non alienent, niſi cauſa vtilitatis hoc faciant, & cum tractatu & cõſenſu totius capituli & ſubſcriptione. & ſi aliter facta fuerit alienatio, irrita erit & vacua. Seq. duo c. patent.

h ¶*Sine exceptione.*] & tamen poſſunt aliqui caſus excipi. & ſic eſt arg. quòd licet Papa præcipiat nullam audiendam exceptionem, tamen eſt admittenda, vt extra de off. deleg. ex parte. & extra de reſcr. ſi quando. & c. cum adeo.

i ¶*Quidquam donare.*] niſi modicum.[b] ext. de don. cęterũ.

b Intelligo ex cauſa, vt j. ſeqtur. ar. s. 44. diſt. in prin. Arc.

k ¶*Vendere.*] vel obligare, vt extra de reb. eccl. non alie. nulli.

l ¶*Totius.*] 65. di. ſanč.

m ¶ *Tractatu.*] quis debeat eſſe tractatus, habes. 10. q. 2. hoc ius.

Additio. Extra de ijs quæ fiunt à pręl. tua. & de reb. ec. dudũ. C. de vend. re. ciu. l. fi. lib. 11. Arch.

n ¶*Profuturum.*] ſed nonne ſufficit, quòd vtiliter cæptum eſt, licet non ſit inde ſecutus effectus, vt ff. de ne. geſt. ſed an vltro? Reſpond. quòd non: quia cum eccleſiam comparemus pupillo, non ſufficit vtiliter cæptum, niſi eccleſia ſit facta locupletior, vt ff. de ne. geſt. ſi pupilli. in princ. niſi ita ſit, quòd res illa naturaliter, vel terræ motu 4 Ar. l. 5. c. 69 & l. 6. c. 169.

tu perierit, vt ff. de mino. verùm. §. ſi locupleti. Sed quid ſi eccleſia ex illo contractu nō eſt locupletata, vel damnificata? Tunc dicam contractum tenere a, quia ſufficit, q nihil ad læſionem diuinæ domus ſit factum, vt 10. q. 2. hoc ius. nam eo ipſo, q non eſt pauperior facta, intelligitur locupletior. ff. de ſolu. l. in pupillo. Hoc ſcias, q licet oēs clerici conſentiant, ſi tñ nō obſeruatur forma alienationis, alienatio nulla eſt b, vt C. de ſacroſ. eccl. iubemus. in fin. & hic idem dicitur. Item ſi fiat alienatio in caſu non conceſſo, dummodo ſeruetur forma alienationis, tenet c alienatio, vt ext. de his quę fi. à præl. cum nos. & ext. de emp. & ven. cum dilecti. & c. cū cauſa. ſed reſtituitur eccleſia ſi probat ſe læſam.

a ¶*Conniuentia.*] ſufficit tamen eorū taciturnitas. ext. de ijs quæ fi. à præl. continebatur. & eſt hic argu. q nulla ſit alienatio niſi adſit ſubſcriptio, vt 96. diſt. bene quidem.

Terrulas.] Hæc eſt 6. pars q. in qua ꝑ ponit, ſeu proponere intendit caſus, in quibus poſſit alienatio fieri, capitulo inconſulto: credo tñ, q non in omni caſu capitulum ſit conſulendum. extra de ijs quæ fi. à ma. par. cap. per totū. Io. de Fā. ſed hic contradicit.

b ¶*Exiguas.*] fortè exiguas vocat non valentes vltra xx. ſolidos d, vt ſ. ead. ſi quos. varijs enim modis dicit aliquid eſſe modicum, vt dixi 2. qu. 6. anteriorū. vbi dicit, q ſine decreto non poſſunt alienari res exiguæ, vt ff. de reb. eo. qui ſub tu. l. vlt. in prin. 17. q. 4. quicunque. & ff. de tranſactio. cum hi. §. ſi in annos ſingulos. quod conceſſo, dum tñ ſint vtiles nec ineſt neceſſitas, vt alienentur: aliàs ſecus. & hoc verum eſt, niſi conſuetudo ſit contraria. arg. contra, extr. de dona. ceterùm.

Fugitiui.] Casvs. Quidam ſerui eccleſiarū fugitiui erant, & ſi reuocentur ſiue vocabantur, non poterant teneri. Statuit ergo concilium, vt ab epiſcopis ſi voluerint diſtrahantur tales fugitiui. Idem poterunt epi facere, ſi illi ſerui meruerint aliàs. Vel fortè de alijs ſeruis, & non fugitiuis loquitur quod dicit c. in fi.

c ¶*Fugitiui.*] ſed quandiu eſt in fuga, vendi non poteſt. C. ad leg. Flau. de plag. in fuga. Item poteſt fugitiuus vendi ſub ea conditione, ſi apprehendatur. ff. eo. l. 2. ideo autem prohibetur vendi ſeruus fugitiuus: quia fuga eſt quædam ſpecies libertatis. ff. de ædil. edict. quis ſit fugitiuus. §. idem rectè.

d ¶*Meruerint.*] in alio.

Iniuſtum.] ITEM. Hæc eſt 7. pars q. in qua dicit, q ſi alienator reddat eccleſiam indemnem, ſ. ſponte, euadet depoſitionem.

Casvs. Ponit quartum caſum Gratia. in quo poſſunt prælati eccleſiæ res alienare licitè, ſ. ſi tantundem velint de proprijs facultatib. recompenſare, quod probatur ſequenti c. cuius caſus patet. Qualiter tamen illud c. intelligatur, melius dicitur in apparatu.

e *Si quis.* ¶*Contulerit.*] Ergo ſi de ſuo tantùm eccleſię dedit, euadit pœnam depoſitionis, & ſic eſt cōtra ſ. ead. monemus. & c. ſtatuimus. & c. diaconi. vbi non euadit pœnam depoſitionis, licet tantùm de ſuo det. ſed hic loquitur in eo caſu, quando prius habitus eſt tractatus cum clericis, quòd de ſuo tantùm vellet dare, vt poſſet rem illam alienare, & clerici hoc permiſerunt e. Vel dic, q ſi epiſcopus primò aliquid dedit eccleſię, ſed poſteà tātumdem alienat ab eccleſia, hoc intelligitur feciſſe ex voluntate eccleſiæ. arg. ff. ſol. mat. dotem.

ITEM SI SERVOS. Hæc eſt octaua pars q. in qua ponit quid iuris ſit de libertis eccleſiæ: & hæc eſt ſententia, quòd ſerui benemeriti poſſunt manumitti, & de reb. eccleſiæ habere vnde viuant, &c. Io. de Fan.

Casvs. Ponit hic Gratia. quintum caſum, in quo prelatus poteſt aliquid de rebus eccleſiæ alienare. Nam cum manumittit ſeruum, pōt ei donare vſque ad xx. ſolidos, & non vltra: & ad hoc inducit ſeq. cap.

Si quos.] Casvs. Quidam epiſcopus quoſdam ſeruos ſuæ eccleſiæ benemeritos manumiſit, & eis quædam de rebus eccleſiæ donauit, quos ſucceſſor eius voluit in ſeruitutem reuocare, & ea quæ eis donata fuerāt. quare quæſitum fuit in concilio Agath. vtrū hoc facere poſſit. Et reſpondetur, q non poteſt eos in ſeruitutem reuocare, nec, quod datum eſt vſque ad viginti ſolid. poterit reuocare. vltra verò datum reuocabit.

f ¶*Benemeritos.*] ſed qui dicuntur benemeriti? Sunt tales qui aliquod inſigne ſeruitiū fecerunt eccleſiæ. & ponas exemplum 79 di. ſi quis Papa. Nā pro pmio remunerandus eſt ſeruus libertate, vt ſ. e. §. in criminali. C. de ſer. qui ꝑ præ. li. ac. per totum. largè tamen benemeritus dicitur quicunq; non demeruerit, vt ff. de manu. teſt. ſeruos. ſic quilibet dicitur dignus, qui non eſt indignus, vt extra de præſum. dudum.

g ¶*Libertatem.*] ſ. ea. qu. & ſi illi. argu. contra. ff. ſi quid in frau. pa. vnius.

---

frā.¶ 1 Epiſcopus rebus eccleſiæ tanquàm commendatis, non tanquàm proprijs vtatur. Irrita enim epiſcoporum venditio, & commutatio rei eccleſiaſticæ erit abſque conniuentia A a, & ſubſcriptione clericorum.

A ¶Conniuentia.] *Antea legebatur,* abſque omnium conniuentia. *Inducta verò eſt dictio,* omnium: *quia neque in vetuſtis exemplarib. neque in Decretalibus, cap. 1. de his quæ fiunt à præl. neque apud cęteros collectores habetur. Apud Iuonem, qui citat concilium Carthagin. 4. & in Pannormia, qui Leonem ex concilio apud Valentias, loco iſtius vocis,* conniuentia, *eſt,* collaudatione.

Item domus vrbium, vel caſtrorum, quæ eccleſiæ plus incommodi, quàm vtilitatis afferunt, licet rectoribus eccleſiarum (ſicut in ſuperiori capitulo Symmachi [2 Non liceat Papæ, &c.] continetur) vendere, vel commutare.

Item, ſicut in Agathenſi cōcilio, c. 45. legitur.

¶De eodem.

CAP. LIII.

6 3 Terrulas 4, aut vineolas exiguas b, & eccleſiæ minus vtiles, aut longè poſitas paruas, epiſcopus ſine conſilio fratrum (ſi neceſſitas fuerit) diſtrahendi habeat poteſtatem.

¶*Capitulum hoc in aliquot vetuſtis codicibus eſt coniunctum ſuperiori.*

Seruos quoque fugitiuos, qui reuocati retineri non poſſunt, ſimiliter epiſcopis diſtrahere licet.

Vnde in eod. concil. c. 46. legitur.

¶Alienentur fugitiui, qui retineri non poſſunt.

CAP. LIIII.

Fugitiui c domos ſuas, aut familias *deſerentes, qui etiam ſi reuocati fuerint, non poſſunt teneri, ſimili ratione ab epiſcopo, ſi voluerit, aut ſi ita illi meruerint d, diſtrahant.

[*Item ex concilio apud Tanſiacum,* † c. 2.

PALEA. CAP. LV.

5 Iniuſtum videtur, & impium, vt mancipia, quæ fidelis viri, ſeu fęminæ pro redemptione † animæ ſuæ Deo, & ſanctis eius cōſecrauerint, cuiuſcunque muneris pretio, vel commutationis commercio iterum in ſecularem ſeruitutem redigantur: cum canonica auctoritas ſeruos fugitiuos tantummodo diſtrahi permittat. Et ideo omnes rectores eccleſiarum ſummoperè caueant, ne vnius eleemoſyna, alterius peccatum fiat: & eſt abſurdum, vt ab eccleſiaſtica dignitate ſeruus decedens, humanæ obnoxius ſit ſeruituti.

¶*A Burchardo, & Iuone citatur ex concilio apud Cariſiacum, in Decretalibus verò tit. de rer. permuta. ex concilio apud Syluanectum. Et habetur hæc palea in plerisque vetuſtis Gratiani exemplaribus.*

7 *Item ſi rectores eccleſiæ de rebus proprijs tantūdem eccleſiæ reſtituere voluerint, eccleſiaſticas facultates liberè dare poſſunt: & conſtabunt his, quibus datæ fuerint, perpetua firmitate.*

Vnde in Agathenſi concilio, cap. 49. legitur.

¶Alienatio de rebus eccleſiæ quomodo rata eſſe poterit.

CAP. LVI.

6 Si quis qualibet † conditione de rebus eccleſiæ aliquid alienare præſumpſerit: ſi de ſuo proprio tantum eccleſiæ contulerit e, quātum viſus eſt abſtuliſſe: tum demū illud ſtare licebit.

8 *Item ſi ſeruos eccleſiæ libertate epiſcopus donauerit: ea, quæ in manumiſſione data illis fuerint, perpetua firmitate tenebunt: ſi tamen quātitatem canonibus præfixam data non exceſſerint.*

Vnde in eodem concil. c. 7. legitur.

¶De eodem.

CAP. LVII.

7 Si quos de ſeruis eccleſiæ benemeritos f ſibi A eps libertate donauerit: collatā libertatem g à ſucceſſorib. placuit cuſtodiri cum hoc, quod

---

a Tenere. q̃d eſt æqſſimū & tenet Do. in l. cū hi. §. eā tranſactionē. de tranſa.

3 In concil. Carthag. 4. c. 31. Ibid. c. 32. & ext. de his q̃ fi. à prel. c. j. Iuo p. 3. ca. 231. Pann. l. 2. c. 86.

b Adde Bal. & Alex. de Imo. in l. cū alienā. C. d leg.

c Tenet. Idē gl. ſ. c. ī ſumma. ſed cōiter reprobatur à Doct. pñt tñ ſaluari, ſcdm Anto. Bur. in c. cum Apoſtolica. de his q̃ fi à pl. ſi. conſ. p gl. ibi, ver. pſuturū. qñ alienatio communi opi. reputabat vtilis eccleſiæ, licet nō eſſet. Anton. Corſ. i ſing. verſ. alienatio.

2 ſ. eadem.

3 Iuo p. 3. c. 160.

4 Ca. 45. & hoc c. terrulas ſeruat in praxi. & ita cōſuluerūt Io. Cal. cōſi. 11. de iu. iu. cōſ. 7. d reb. eccl. non al. Bal. cōſ. 156 lib. 1. Socin. conſil. 203. col. 3. lib. 1. Guid. Papæ deci. delphi. 156. idē Pā. c. vt ſ. d reb. ecc. nō alie. Phi. Franc. c. 1. col. 6. eo. ī 6. Fabia. de Mōte, in tractā. de emp. & vend. q. 5. ī principali. in fin. Fran. Curt. tract. feud. par. 2. q. 21.

† al. Cariſiacum.

d iſta fuit ſētentia Lau. vel dic melius ſm Hoſt. conſuetudinē terræ & facultates eccle & rei venditæ vel datæ facultatē attendendā, vt in decre. hic in fi. gl. alle. & hoc ipſe Ho. no. i ſum. de his q̃ fi. à prę la. §. vlti. in prin. & hoc etiam tenet Gof. vt no. ī ſum. e. tit. §. in ſūma notandum eſt, & c. Arch.

5 ext. d rer. permu. c. iniuſtū. Burc. l. 3. ca. 174. Iuo par. 3. c. 235.

† al. remedio.

e Ad hoc fuit ſnia H. q credit ſufficere cōſenſum clericorum in gñe. fuit etiā ſententia L.

6 Iuo par. 3. c. 161.

† al. pro qua libet.

7 Iuo p. 16. c. 50.

ff Benemeritus quis dicitur.

a ¶*Amplius.*

a ¶*Amplius.*] & ita donatio pro parte valet, & pro parte nō. Item eſt hic ar. q vtile non vitiatur per inutile. ſi. C. de dona. ſancimus. j. de conſec. diſt. 4. ſi non ſanctificatur. infrà 17. q. 4. queſti. & j. ca. q. ſ. quia. Io.

b ¶*Poſt manumiſſoris.*] & ante poſſet, ſed poſteà magis commodè reuocare poſſet.

SED NOTANDVM EST. Casvs. Suprà dictum eſt q ſerui eccleſiarū poſſunt manumitti quandoque. Nunc verò docet, q ipſa manumiſſio non eſt facienda niſi retento patrocinio, niſi manumiſſor recompēſet eccleſiæ alium ſeruum eiuſdem meriti, & eiuſdem peculij. tamen dicit c. de duobus.

† al. numeri modum.

EPiſcopus qui mancipium.] Casvs. Quidā epiſcopus quendam ſeruū eccleſiæ ſuę manumittere deſiderabat nullo patrocinio ī ipſo retento: queſitum fuit in concilio Toletano qualiter hoc fieri poſſet. Et reſp. q ſi manumiſſor cōferat eccleſiæ duos ſeruos eiuſdē meriti, & eiuſdem peculij de conſenſu canonicorū ſubſcribētium in commutatione, rata erit commutatio & manumiſſio talis: q a quē epiſcopus manumiſit, iam iuri proprio acquiſierat: ita tamen vt prę fatus libertus non habeat licentiam accuſandi, vel teſtificandi contra eccleſiam, qđ ſi præ ſumpſerit, cōmutatione manente reuocabitur in ſeruitutem.

a Pol. l. 3. ti. 13. Bur. 3. c. 176. Iuo p. 3. ca. 237.

c ¶*Patrocinio.*] tali, ſ. quod conſiſtit in faciendo, ſcilicet in ſeruiendo: " ſed patrocinium quod conſiſtit in non faciendo, ſcilicet quòd eum non vocet in ius, illud nō poteſt remittere, vt patet per id quod ſequitur. vtrum autem patronus ex toto poſſit remittere ius patronatus, notaui 54. diſt. quicunque. Sed quæritur quare pro vno ſeruo dantur duo ſerui, & non pro vna re eccleſiæ dantur duæ res, vt ſupra ead. cap. ſi quis? Reſpondeo: quia ſi ſeruus eſt bonus, diligenter gerit res eccleſiæ & negotia, & non permittit fieri fraudē. ſi eſt malus, per eum poteſt extorqueri veritas. & hanc rationē aſſignat lex. C. de admin. tut. lex quæ. in prin.

" Pſociniū à libertis debitū an poſſit remitti.

d ¶*Diffinitio.*] id eſt, voluntas.

e ¶*Iuri proprio.*] id eſt, ſeruus ipſe proprij iuris eſt factus.

f ¶*Accuſandi.*] ergo videtur, quòd alter quàm libertus poſſit accuſare eccleſiam, vt ſi accuſatur, quòd ſimoniacè elegit aliquem, vt extra de ſim. veniens. vel quòd metum intulit alicui, vt ff. quod me. cau. metum. § 2. Sed contra, vniuerſitas nō poteſt dolum committere, vt ff. de dol. ſed ſi ex dolo. ſic nec dicitur aliquid poſſidere. ff. de acq. poſſ. l. 1. §. vlt. Nec ciuitas poteſt excommunicari, vt 24. q. 3. ſi habes. Item vniuerſitas per actorem, vel procuratorem ſuum debet ſe defendere: ſed in crimine non interuenit procurator: " ergo vniuerſitas non poteſt de crimine conueniri, quod verum eſt. Dicas ergo hic poni verbum accuſandi pro verbo agendi [a]. Vel intellige cum epiſcopus accuſatur de crimine, quod commiſit de conſilio vniuerſitatis [b], vt 16. quæſt. 6. placuit. Item per modum inquiſitionis poteſt agi contra vniuerſitatem, prout legitur extra de ſi. veniens. 2. Vel dic, quòd non proceditur contra vniuerſitatem, ſed potius contra ſingulos. Ioan. ego credo quòd vniuerſitas (niſi ſint infantes & ſimiles perſonæ) accuſari poteſt, quia dolum committere poteſt: nec ob. lex illa, ff. de dolo, l. ſed ſi ex dolo. quia quod ibi dicitur, non poteſt committere dolum, ſupple de facili. & videmus, quòd ſæpe capitulum accuſatur, & excommunicatur cōcilium vniuerſitatis. Et delictum quod maiores de vniuerſitate committunt, ad omnes refertur. ff. de re iu. l. aliud. B.

" Vniuerſitas an poſſit accuſari.

a Ad idē qđ no. C. de in offi. teſt. l. 2. ff. e. poſthumus. §. ſi qs.

b Quæ delīquere pt ſicut & eccleſia, vt leg. & no. 5. 7. q. 1. ſicut vir. ver. ſi verò. Archid.

g ¶*Vt ſtante.*] ergo pœna ſoluta remanet contractus in ſua firmitate. 25. quæſtio. 2. quæcunque. qđ aliàs non eſt verum niſi ſit hoc dictum, vt ff. de traſact. qui fidem. Nam iniquum eſt, quòd ſimul habeatur pœna & res. ff. de do. exce. apud. Labeo. extra de pœn. ſuam.

eis manumiſſor in libertatem cōtulerit. Quod tamen iubemus viginti ſolidorum numerum †, & modum in terrula, & vineola, vel hoſpitiolo tenere. Quod amplius [a] datum fuerit, poſt manumiſſoris [b] mortem eccleſiæ reuocetur.

A ¶Sibi.] *Sic etiam legitur in editionibus conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis. Sed apud Iuon. & in vno vetuſto Gratiani exemplari abeſt dictio, ſibi.*

Sed notandum eſt, quòd ſerui eccleſiarum manumitti non poſſunt non retēto eccleſiaſtico patrocinio: niſi fortè manumiſſor duos eiuſdem meriti, & eiuſdem peculij eccleſiæ conferre voluerit.

Vnde in concilio Toletano, 4. ca. 67. legitur.

¶De epiſcopo, qui non retento patrocinio ſeruos eccleſiæ manumittit.

CAP. LVIII.

1 EPiſcopus, qui mancipium iuris eccleſiæ nō retento eccleſiaſtico patrocinio [c] manumitti deſiderat: duo meriti eiuſdem, & peculij coram concilio eccleſiæ, cui præeminet, per commutationem ſubſcribentibus ſacerdotibus offerat: vt rata, & iuſta inueniatur diffinitio [d] commutantis. Tunc etiam liberam manumiſſionem ſine patrocinio eccleſiæ concedere poterit: quia eum, quem libertati tradere diſponit, iam iuri proprio [e] acquiſiuit. 2 Huiuſmodi autem liberto, aduerſus eccleſiam, cuius iuris extitit, accuſandi [f], vel teſtificandi denegetur licentia. Quod ſi præſumpſerit, placet, vt ſtante [g] commutatione in ſeruitutem proprię eccleſiæ reuocetur, cui nocere conatur.

2 Iuo p. 16. cap. 65.

Libertus enim (niſi venia [h] impetrata) patronum in ius vocare non permittitur. Vnde in 2. libro digeſtorum, tit. de in ius voc. l. fi.

¶[3 *Si ſine venia edicti impetrata libertus patronum in ius vocaue rit: ex querela patroni, vel † ſupra dictam pœnam, ideſt quinquaginta aureos [i] dat: vel à præfecto vrbis † quaſi inofficioſus [k] caſtigatur, ſi ino pia [l] dignoſcitur laborare.*]

3 tit. 4. le. 5.

† al. vel quinquagita aureorum pœnam dat.]

† al. vrbi.

¶*Si verò à collegio quis manumiſſus fuerit, non ſingulis, ſed vniuerſitati reuerentiam debet. Vnde in eodem libro, tit. eod. l. ſed ſi hac.*

¶[4 *Qui manumittitur à corpore aliquo, vel collegio, vel ciuitate, ſingulos [m] in ius vocabit. Nam non eſt illorum libertus, ſed reip. honorem habere debet.*

4 le. 10. §. q manumittitur.

¶*Et ſi aduerſus remp. vel vniuerſitatem velit experiri, veniam edicti petere debet: quamuis actore [n] eorum conſtitutum in ius ſit vocaturus.*] *Si verò ingenuum [o] princeps facit, patrono reuerentiā non debet.*

LIBERTVS. Casvs. Suprà dictū eſt, quòd libertus ſuum patronum accuſare nō poteſt, vel cōtra ipſum teſtificari. Nunc verò docet G. quòd in ciuili cauſa non poteſt eū in ius vocare, niſi venia impetrata à maiori.

h ¶*Niſi venia.*] id eſt, licentia agendi.

SI SINE. Casvs. Quidam libertus licentia non impetrata patronum ſuum in ciuili cauſa in ius vocauit. queſitū fuit quam pœnam libertus ille pati debeat. Et reſp. quòd ſi patronus cōqueritur, punietur libertus pœna aureorum 50. ſi fuerit diues. ſi fuerit pauper, tanquam inofficioſus verberibus caſtigabitur.

i ¶*Quinquaginta aureos.*[niſi pœniteat ante litis conteſt. vt ff. de in ius voc. quamuis.

k ¶*Inofficioſus.*] id eſt, impius.

l ¶*Si inopia.*] pauperes enim ſemper puniuntur verberibus. ſuprà ead fraternitas.

SI VERÒ. Casvs. Suprà dictum eſt, quid iuris ſit cū ſeruus ab vno manumittitur. Nunc verò docet G. quid iuris ſit cum manumittitur à collegio: quia tunc non ſingulis, ſed vniuerſitati reuerentiam debet.

QVI MANVMITTITVR. Casvs. Dicitur hic, quòd ſi quis manumittitur à corpore aliquo, id eſt, à ſocietate cerdonum, vel pelliparioꝛum, vel à collegio clericorum, vel à ciuitate, ſingulos de vniuerſitate in ius vocabit ſine venia impetrata: quia non eſt libertus ſingulorum, ſed vniuerſitatis tantùm. ſed ſi aduerſus ciuitatem vel vniuerſitatem aliam cuius eſt libertus, habeat actionem, non poteſt in ius vocare rectores, vel actorem ipſius ciuitatis, vel vniuerſitatis, niſi venia impetratra. Sed ſi princeps aliquem faciat ingenuum, nullam reuerentiam debet patrono. *Corpore.* Corpus dicitur ſocietas hominum non habitantium ſimul. Collegiū verò ſimul habitantium dicitur.

m ¶*Singulos.*] ſed communis libertus duorum neutrum poteſt in ius vocare. ff. de in ius vocand. communis libertus. quia res communis omnium eſt. ff. de ritu nupt. illud.

n ¶*Actorem.*] gloſſauerunt autem quidam hæc in propria cauſa, non in cauſa vniuerſitatis: hæc gloſſa falſa eſt: quia bene poteſt conueniri procurator [c] patroni, licet non ipſe patronus. vt ff. de obſeq. l. licet. ff. de in ius voc. ſed & ſi. §. vltim. " ſed ipſe patronus, ſiue ſuo, ſiue alieno nomine agat, non poteſt conueniri à liberto, vt per eandem l. probatur. ſed ècōuerſo eſt in liberto: quia licet libertus ſuo nomine non poſſit conuenire patronum: tamen nomine alterius poteſt, vt ff. eo. quæſitum.

c i. tutor vel curator. & è p cā prōni, ſed i ſimplici pcuratore ſecus, ſm quoſdā. ff. đ obſeq. honori. & q a tūc ſp prōn⁹ cōueniet, & h; iurare de calūnia. C. de iu. ca. l. 2. Archid.

" Pronus à liberto non poteſt conueniri.

o ¶*Ingenuum.*] reſtituendo eum natalibus vt ff. de nat. reſt. l. 2.

¶ [1] *In criminali verò cauſa, ſi libertus patronum in ius vocauerit, caput eius, & fortunas petiturus: ante litis exordium capite puniendus eſt.* [2] *Crimen verò læſæ maieſtatis excipitur, vel ſi patronam illicito ſerui concubitu vti deprehenderit, quo caſu, etiam ſeruo cum munere libertatis dominam accuſare permittitur: ſicut Cod. libro nono. titul. de mulieribus quæ ſe proprijs ſeruis iunxerunt.* [3] *l. vnica. Imperator Conſtantinus conſtituiſſe legitur.*

[*Si qua cum ſeruo ſuo occultè rem habere detegitur: capitali* [a] *ſententia ſubiugetur* [4]*, tradendo ignibus verberone* [b]. *Sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi: ſit officio copia nuntiandi: ſit etiam ſeruo licentia deferendi, cui probato crimine libertas dabitur.*]

¶ *In patronos etiam teſtificari non poſſunt, niſi in quibuſdam caſibus, in quibus etiam ſerui in dominos torqueri iubentur.*

Vnde in libro eodem Codicis, titu. [5] *de quæſtionibus.l.prima.Impp. Antoninus & Verus.*

¶De eodem.

CAP. LIX.

QVæſtionem de ſeruis contra dominos haberi non oportet, exceptis adulterij criminibus, item fraudati cenſus [c] accuſationibus, & crimine maieſtatis, quod ad ſalutem principis pertinet. ¶In cęteris autem,quãquam † ea, quæ ſeruus contra dominum dixit, iudicaturi ſententiam formare non debeant: tamen, ſi alijs [d] quoque probationibus fides veritatis inueſtigetur,præſcriptionis [e] inuidia euaneſcit.¶In pecuniarijs verò cauſis ex A inopia probationum ſeruos contra dominum poſſe interrogari [f] manifeſtum eſt.

¶*In aliquot vetuſtis codicibus caput hoc coniunctum eſt ſuperiori.*

A ¶Ex inopia.] *In antiquis codicibus Gratiani legitur,*nec inopia. *et ſic videtur etiam legiſſe auctor gloſſæ,In antiquiore etiam editione Codicis Iuſtiani titul. de quæſt. l.quæſtionem.eodem modo habet,eandemque lectionem ſecutus eſt auctor illarum gloſſarum, & in Baſil. titul. 50. de quæſt. ead. eſt lectio. Sed quia in codice ab Haloãdro edito legitur,* ex inopia. *& in l.Diuus.ff.de quæſt. videtur ſtatutum, ex inopia probationum ẽt in cauſis pecuniarijs poſſe torqueri ſeruos,nihil eſt mutatum.*

Item ibidem.l.2.

¶De eodem.

CAP. LX.

INſolitum eſt,& graue exemplo,audiri ſeruuos aduerſus tutores, vel matrem [g] dominorũ ſuorum, niſi tutelæ agatur.

Si verò libertus ſua auctoritate à patrocinio eccleſiæ receſſerit,ſi admonitus redire contempſerit,in ſeruitutem reuocabitur.

Vnde in eodem concilio Toletano, 4.cap.70.legitur.

¶De libertis eccleſiæ, qui ab eius patrocinio diſcedunt.

CAP. LXI.

[6] LIberti eccleſiæ, qui ab eius patrocinio diſcedẽtes quibuslibet perſonis adhæſerunt, ſi admoniti redire [h] cõtempſerint,manumiſſio eorum irrita ſit: quia per inobedientiæ † contemptum ingrati actione [i] tenentur.

Item ex concilio Hiſpalenſi, 2. capit.8.

¶Reuocentur in ſeruitutem eccleſiarum liberti, qui contra eius libertatem ſuperbiunt.

IN CRIMINALI. CASVS. Dictum eſt s̃.in l.ſi fine.quid iuris ſit cum libertus vocat patronum in ius ſine venia in cauſa ciuili: Nunc verò docet Gra. quòd ſi vult patronum accuſare de crimine, de quo patronus caput & diuitias perderet ſi probaretur,ante lit.conteſt. debet decapitari libertus,niſi in crimine lęſæ maieſtatis,& niſi patrona cũ ſeruo ſuo concubuerit:quo caſu cũ munere libertatis ſeruo p̃mittitur accuſare.& ad hoc inducit l.ſeq.

1 ex l.ſi.qs ex familiaribus.

2 C.qui ac. non poſ.

SI QVA CVM SERVO. CASVS. Quædam mulier cum ſeruo ſuo concubuit. quæſitũ fuit quam pœnam debeat pati vterque? Et reſpond.quòd fęmina debet decapitari,ſeruus autẽ comburi debet, & datur licentia omnibus accuſandi de hoc crimine,& officialibus copia nuntiandi. Seruus etiã poterit de hoc crimine accuſare, & ſi crimẽ probauerit, pro munere libertatẽ habebit.

3 tit. 11.le. vnica.

4 Concord. tex. in l.qm Alex.& in l. caſtitati. cũ ibi not.C.d̃ adult.

a ¶*Capitali.*] hodie adultera verberatur, & detruditur in monaſterium, vt C.de adult.auth.ſed hodie. Vel dic, quòd auth. intelligitur quando non adulteratur cũ proprio ſeruo. " Sed nunquid ſeruus p̃t accuſare dominam ſuã ſi cum alio ſeruo adulteratur? Reſpon.quòd non: quia hic loquitur de proprio tantùm ſeruo.ſimiliter nec domina virum ſuum poteſt accuſare, ſi cum ancilla ſua iacet,vel cũ aliena [a], cum hoc cautũ non inuenio.hoc ideo, qa deteſtabili⁹ eſt hoc crimen in muliere,quã in viro. Io. Malè dicit Io,quia accuſari poteſt mulier, & vir ſi cũ ancilla ſua fornicetur, aut fęmina ſi adulteriũ committat, ext.de diuor.ex literis.B.

5 tit.41.l.1.

" dña adultera an poſſit à ſeruo ſuo accuſari.

a Adde qđ not. gl.Bar. Pe.& Cy.in l.1.C. de adul.Spe. tit. de adul.ver. ſed nũquid.

† al. quanquam ſecũdum ea.

b ¶*Verberone.*]id eſt, ſeruo qui poſt verbera comburitur.

IN PATRONOS. CASVS. Suprà dictũ eſt quòd liberti patronos ſuos accuſare non poſſunt: Nuncverò dicit, quòd contra eos teſtificari non poſſunt, niſi in caſibus quibuſdam, in quibus ſerui contra dominos, & liberti contra patronos verberari iubentur.

QVæſtionem.]CASVS. Lex iſta diuiditur in tres partes. In prima dicitur,quòd ſerui contra dominos in criminibus nõ admittunt̃ ſine indicijs alijs,niſi in exceptis criminibus, in quibus ſerui contra dominos torquentur ẽt ſoli,etſi alia indicia non præcedant.In ſecunda parte dicitur, quòd in certis criminibus non creditur ſolis ſeruis contra dominos, ſed eis fides cum alijs probationibus adhibetur. In tertia parte dicitur, quòd in pecuniaria cauſa, nec ſoli, nec cum alijs probationibus contra dominos admittuntur. Secunda pars incipit ibi,*In cęteris autem.*Tertia ibi,*In pecuniarijs.*Sequens c.patet per ſe.

c ¶*Cenſus.*]reipublic.vel etiam eccleſiæ: quia eccleſia comparatur reipub.vt C.de ſac.ſan.eccl.l.vt inter diuinum.

d ¶*Si alijs.*] dicunt quidam, quòd nec in exceptis criminibus ſeruus contra dominum admittitur, niſi aliqua præſumptio pręcedat. nam ſerui & viles perſonæ ſemper quæſtionibus ſubduntur, vt 4.quæſtio.3.ſi autem ea rei conditio ſit. " Sed à quæſtionibus nũquam eſt incipiendum, niſi præcedant indicia, vt extra de regulis iuris,cum in contemplatiõe. ſed litera iſta hoc non patitur [b]. Dico ergo hoc ſpeciale, vt initium ſumatur à tormentis. ſimiliter cũ maritus dicitur vxorẽ occidiſſe.C. ad l.Corn.de ſic.l.vltim. & cum agitur de occiſo domino. ff.ad Syllan. & ſi certus ſit percuſſor.

" Initiũ q̃ſi que ſumit à tormẽtis.

b Dñt quidã q̃ de facto hoc accidit hic, ſc.q̃ fortes fuerũt, qa ſufficienter aliàs probatũ.vñ l3 dominus dicat non debere torqueri ſeruum cõtra eũ, & verũ dicat: non tñ per hoc abſoluitur, cũ aliàs inſufficienter ſit ꝓbatũ.& ſic dñi exceptio nulla eſt.ar.ext.d̃ re iud. cum Io.&c. Arc.

e ¶*Præſcriptionis.*]id eſt, pręſcriptionis talis, ſcilicet iſte eſt ſeruus meus & ideo non audiętur contra me.

f ¶*Interrogari.*] niſi cum de facto ſuo interrogatur, vt 4.quęſt. 3. item ſerui.

g IN *ſolitum.*]¶*Matrem.*] Nam mater quandoque gerit tutelam filiorum, vt C. quan,mu. tu. of. fung. l.2. & finita tutela poteſt agi contra eos qui non habentur loco dominorum, cum pupillum ſpoliãt. ff. de vſuc. pro emp. qui fundum. §.ſi tutor.

SI VERÒ. CASVS. Dictum eſt ſuprà in capit. epiſcopus qui.quòd libertus à patrocinio eccleſię recedere põt, ſi epiſcopus duos ſeruos eiuſdem meriti & peculij ꝓ eo dederit.Nunc verò dicit Gratia, quòd ſi ſua auctoritate à patrocinio eccleſiæ recedat,niſi admonit⁹ reſipiſcat, reuocetur in ſeruitutẽ: & hoc probat per ſequen.cap.

6 Burc.l.3. ca.184. Iuo p.3.c.244.

† al. obediẽtiæ.

LIberti.]CASVS. Conſtitutum fuit in Toletano concilio, vt ſi liberti eccleſiæ ab eius patrocinio deceſſerint: ſi commoniti ad eccleſiam non redierint, reuocentur in ſeruitutem. *Ingrati actione*, id eſt, actionę intentata propter ingratitudinẽm, ſcilicet actione in factum.

h ¶*Redire.*] ſed quare coguntur iſti redire, cum nullæ operæ ſint eis impoſitæ: " libertus enim non tenetur pręſtare operas, niſi ſint ei impoſitæ. C. de opę. lib. l. 1. licet honorem ei exhibere teneatur. & etiam alere ipſum, vt C. de oper. lib. l. 1. & l. mater. Sed dicas aliud eſſe in libertis eccleſiæ, vt ſuprà eadem,diaconi. tamen licet liberti eccleſiæ teneantur ei pręſtare operas, non tamen tales,quales ſerui. aliqua enim debet eſſe differentia. vt ff. de oper. lib. ſi libertus.

" Libertus an teneatur ad operas.

i ¶ *Ingrati actione.*] id eſt, actione in factum, quæ datur propter ingratitudinem. non enim eſt hoc proprium nomen actionis. ſic dicitur actio oneris aduerſi, ideſt quæ datur propter onus aduerſum,vt ff.loc.in naue.

Octaua.

Octaua diſcuſſio[a] agitata eſt de quodam Heliſæo ex familia Agabrẽſis eccleſię: qui ab epiſcopo ſuo traditus libertati, de libertate confeſtim ad contumacię morbum tranſiliuit: ſicque per ſuperbiam non ſolùm eiuſdem epiſcopi veneficis † artibus ſalutem lædere voluit, ſed etiam patronã eccleſiam libertatis immemor prædãnauit[b]. Aduerſus quẽ ingrati actio, canonum, & legũ auctoritate, iuſtè dirigitur: ſcilicet, vt immeritæ libertatis damno mulctatus, ad ſeruitutis nexum reuocetur[c]. 1 Taliũ enim ſtatus, qui contra epiſcopum ſuum, vel patronã eccleſiam nitũtur, decidi potius quàm conſeruari conuenit, vt quorũ libertas pernicioſa eſt, ſit ſalutifera ſeruitus: & qui ſuperbire nouerunt adepta A libertate, proditi[d], diſcant obedire ſubiecti.

CAP. LXII.

A ¶Adepta libertate.] *Magna hoc loco eſt varietas in vetuſtis Gratiani codicibus. Nam partim concordant cũ hac vulgata, partim habent,* adempta libertate proditi, *partim,* adepta libertate prædití, *vt concilium ipſum impreſſum, & manuſcriptum, etiam in codice Lucenſi regio. Apud Iuonem verò legitur,* adepta libertate elati, perdita diſcant obedire ſubiecti.

Item ex concilio Toletano, 3. c. 6.

¶A patrocinio non diſcedant eccleſiæ liberti ad ſacros ordines promoti.

CAP. LXIII.

De libertis autem hoc præcipit ſancta ſynodus, vt ſi qui presbyteri A, vel diaconi ab epiſcopis facti ſunt ſecũdum modum, quo canones antiqui dant licentiam, ſint liberi: & tamen à patrocinio eccleſiæ tam ipſi, quàm ab eis progeniti[e] non recedant[f]. ¶Ab alijs quoque libertati traditi, & eccleſijs commẽdati, patrocinio epiſcopi † colligantur: & ne cuiquã donentur, à principe hoc epiſcopus poſtulet.

A ¶Presbyteri, vel diaconi.] *In concilijs Coloniæ quatuor tomis impreſſis, & in codice Lucenſi regio legitur.* De libertis autem id Dei præcipiunt ſacerdotes, vt ſi qui ab epiſcopis, &c. *nulla presbyterorũ, aut diaconorum mentione facta.*

Ne verò longinquitate temporis obſcuretur conditio originis: tempore ſuæ manumiſſionis ſcribant liberti profeſſionem, qua ſe profiteantur de familia eſſe eccleſiæ, & ab ei' obſequio ſe nunquam receſſuros.

Vnde in concilio Toletano, 6. cap. 9. legitur.

¶Profeſſionem ſuę conditionis liberti eccleſiæ faciant.

CAP. LXIIII.

Longinquitate[g] ſępe fit temporis, vt non pateat conditio originis. Vnde iam decretum eſt in anteriori A[h]. vniuerſalis concilij canone, 2 vt profeſſionem ſuam liberti eccleſiæ debeant facere, qua profiteantur ſe & de familijs eccleſię eſſe†, & eius obſequiũ nunquam relicturos. Vnde his quoque nos adijcimus, vt quoties curſum vitæ ſacerdos impleuerit, & de hac vita migrauerit: mox cum ſucceſſor eius aduenerit, omnes liberti eccleſię, vel ab eis progeniti chartulas ſuas in cõſpectu omnium debeant ipſi ſubſtituto põtifici publicare, & profeſſiones ſuas in conſpectu eccleſiæ renouare: quatenus ſtatus ſui vigorẽ & illi obtineant, & obedientia eorum eccleſia non careat. Si aũt aut ſcripturas libertatis ſuę intra annũ[i] ordinationis noui pontificis manifeſtare contempſerint, aut profeſ-

Octaua.] Casvs. Eliſęus ſeruus Agabreñ. eccleſiæ, ſtatim cum fuit ab epiſcopo manumiſſus, nõ ſolùm voluit ipſum epiſcopum interficere, ſed etiam patronã eccleſiam in quadam cauſa ciuili, vbi arbiter reſidebat, iniuſtè damnauit, vel eius bona propter rapinã vſurpauit: quare quæſitũ fuit de iſto in Hiſpalẽſi cõcilio in octaua die ipſius concilij, quam pœnam debeat pati iſte libertus. Et reſ. ꝙ debet in ſeruitutẽ reuocari, vt cuius libertas erat pnicioſa, ſit ſeruitus ſalutifera: & qui adepta libertate voluit ſuperbire, diſcat obedire ſubiectus. & dicit H. *damnauit,* id eſt, damnificauit, vel ad damnificandum eccleſiam alios † inſtigauit, vocando eccleſiam in ius ſine venia.

† al. maleficis.

a ¶*Diſcuſſio.*] id eſt, quæſtio.

b ¶*Prædamnauit.*] i. valde damnificauit.

1 Iuo p. 16. c. 66.

c ¶*Reuocetur.*] " hic habes ꝙ propter ingratitudinem reuocetur libertus in ſeruitutem. & intelligas ingratitudinem grauem offenſam, quia non niſi pro graui offenſa reuocatur libertus in ſeruitutem, & propter eaſdem cauſas, propter quas reuocat̃ donatio. in auth. vt lib. de cęter. coll. 6. §. illud. ſecũdum leges veteres ſufficit leuis offenſa. C. de li. & eo. li. l. 2. Item hic habes, ꝙ ſiue committat libertus eccleſię ingratitudinem cõtra eccleſiã, ſiue contra epiſcopum, reuocatur in ſeruitutem. ſecus ſi contra alium de eccleſia. s. ead. qui manumittitur.

" Libertus pp ingratitudinem reuocatur in ſeruitutem.

d ¶*Proditi.*] id eſt, de inobedientia conuicti.

De libertis.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ ſi liberti eccleſiarum facti ſunt presbyteri, vel diaconi, iuxta modum quem canones antiqui docent, ſint liberi, tamẽ à patrocinio eccleſiæ nec ipſi, nec eorum filij recedere debent. In ſecunda parte dicitur, ꝙ libertos eccleſię commẽdatos debet eps tueri, nec poteſt epiſcopus impetrare à principe, vt eos alicui donet. quod intelligit Hu. ſi manumiſſi fuerant pleno iure, vel quò ad onus indebitum, vel in caſu non conceſſo. Sed ego intelligo ſicut litera ſonat, quia licet ſint eccleſiæ commendati, non tamen ſunt liberti eccleſiæ: & ideo eos eps donare non poteſt. Secunda pars, ibi, *Ab alijs quoque.*

e ¶*Ab eis progeniti.*] " ergo filij libertorum debẽt obedientiam præſtare eccleſiæ patronæ ſuæ, ſicut & patres eorum, vt hic, & C. de lib. & eo. lib. libertinæ. Sed contra, quod ex liberta naſcitur, ingenuum eſt, vt C. de ope. liber. quod ex liberta. Sol. quidam intelligunt l. illam libertinę. de filijs manumiſſis cum patre & ante manumiſſionem natis. leges contrarias intelligunt de natis poſt manumiſſionem. ſed hoc ſtare non poteſt, quia hic dicitur: tam ipſi, quàm ab eis progeniti. Item ex ſeq. c. j. ead. liberti. patet quòd intelligitur de filijs natis poſt manumiſſionem, vbi dicit de futura prole, quòd ab eccleſiæ patrocinio ſe non poteſt ſubtrahere. Ideo quidam dixerunt iſtud ſpeciale eſſe in libertis eccleſię, vt filij nati poſt manumiſſionem patrum ſuorũ ſint liberti eccleſiæ. Tu dicas quòd filij nati poſt manumiſſionẽ ſunt ingenui: ſunt tamen obnoxij eccleſiæ quo ad quaſdam operas, quę cõſiſtunt in honore, in aſſurgendo, & in ſalutando: item ꝙ non vocabunt eam in ius. aliàs reuocantur in ſeruitutem, vt in cap. ſeq. Ioan.

"Libertorũ eccleſię filij ſunt eccleſiæ obnoxij.

† al. epiſcopali regant.

f ¶*Non recedant.*] hic habet locum diſtinctio decretal. extra de ſeru. non ordinand. eò libẽtius. Eſt tñ hoc ſpeciale in libertis eccleſię, ꝙ etiam licet facti ſint ſacerdotes, quòd propter ingratitudinẽ reuocantur in ſeruitutẽ, vt 54. diſt. qui ex famulis. ſecus tamen in famulis priuatorum.

Ne verò. Casvs. Suprà dictũ eſt, quòd liberti eccleſiarum nõ debẽt ab eorum patrocinio recedere: ſed ꝗa factum ſæpe longinquitate temporis obſcuratur: ideo hic docetur, vt liberti tempore ſuæ manumiſſionis ſcribãt profeſſionem, qua confiteantur ſe eſſe libertos eccleſię, & ab eius obſequio nunquam receſſuros: & ad hoc duo c. ſeq. inducuntur.

2 j. ca. prox.

† al. manumiſſos.

Longinquitate.] Casvs. Statutũ fuit in concil. Toletano, vt liberti eccleſiarũ profeſſionẽ facere debeãt, qua confiteãtur ſe eſſe libertos eccleſię, & ab eius obſequio nõ receſſuros. Sed cum idẽ concilium fuit iterum congregatum, adiecit vt cũ eps eccleſiæ fuerit defunctus, & ei alius ſubſtitutus: omnes liberti eccleſiæ, vel ab eis progeniti ſubſtituto pontifici intra annum à tpe ſuæ ordinationis chartulas ſuas in conſpectu ecclæſię debeant publicare & renouare: quatenus illi ſuum ſtatum teneant, & eccleſia eorum obedientia non careat. ſi verò hoc contemnent, reuocentur in ſeruitutẽ.

g ¶*Longinquitate.*] quia ſi per decẽ ann. ſteterit in libertate, amodo liber habetur, vt extra de coniu. ſer. licet. ff. qui & à quibus ma. ſi cum. §. Ariſto. Vel ſi mater alicuius tempore mortis eius ſe pro libera geſſerit, & filius eius per quinquennium vixerit vt liber, amodo liber erit, vt C. ne de ſtat. defun. l. 2. & 3. ſed licet ſeruus fugitiuus ſe pro libero geſſerit, non ideo eſt in poſſeſſione libertatis, vt C. de agr. & cen. cũ ſimus. in fi. li. 11. & ff. de ac. poſ. per eum. in fi.

h ¶*In anteriori.*] non determinat hic de quo dicat.

i ¶*Intra annum.*] ſimiliter ſi vaſallus intra annũ nõ petit inueſtitu-

ueſtiturã,cadit à iure feudi,vt in conſt.Friderici,imperialis. §.præterea.de feu.nec ob.quod legitur ext.de iu.iu.veritatis. vbi dicit ꝙ nõ iuratur ſucceſſori Papæ. poteſt enim dici ſpeciale ibi eſſe indulgentiam:in emphyteota ſecus eſt, q̃a licet nõ ſoluat canonẽ intra annum,tñ non expellitur, vt 10.q.2. hoc ius. Not. " ꝙ hic excurſus anni priuat aliquẽ libertate, ſicut excurſus anni probat crimen. 11.q.3.rurſus. ſic 20.qu.2. puella. ſic ext.de of.or.paſtoralis. ſic 54.diſt. ſi ſeruus.

" Anni excurſus aliqua facit.

Liberti.] Casvs. Statuitur in cap. iſto, vt liberti eccleſiæ à patrocinio eccleſiæ nunquam recedant : quia eorũ patrona,ſ.eccleſia nũquam moritur, nec poſteritas eorum,ſicut antiqui canones decreuerunt. & hoc in prima parte. In 2.parte dicitur, ꝙ liberti & eorũ filij faciant profeſſionem,qua profiteantur ſe eſſe libertos eccleſiæ,& ꝙ ab eius patrocinio non recedent,ne libertas in futura prole non pateat : & ipſa poſteritas à patrocinio eccleſiæ ſe non ſubtrahat.

1 Pol.l.3.ti. 12. Bur.l.3. ca.185. Iuo p.3.c.245.

a ¶*Moritur.*] eccleſia enim non poteſt eſſe nulla [a],vt 24. q.1. pudenda.

b ¶*Geniti.*] propter hoc dixerunt quidam, quòd ſpeciale eſſet in eccleſia ꝙ filij libertorum eccleſiæ ſint liberti eccleſiæ : ꝙ non eſt verum, ſed tamen quo ad quid sũt adſtricti eccleſiæ, vt ei aſſurgant,vt eam non accuſent. ſ. ead. epiſcopus qui.cum §.ſeq.

† al. libertinitas.

a iſtã gl.ſequitur Alex.de Im.i 1.pactũ q.col.2. C. đ pac.& idẽ Ale.in l.extraneũ. col. 3.de hæred. inſt.vbi vide concor.

† al patrocinio ſubtrahat.

† al. progeniti.

PRO REMVNERATIONE. Casvs. Ponit hic Grat. 6. caſum, in quo res eccleſiarum licitè poſſunt alienari:ſ.pro remuneratione facienda.

Qvicunque.] Casvs. Aliqui ſuſtinuerunt laborem ꝓ eccleſia aliqua. prælatus illius eccleſiæ promiſit aliquid illis pro remuneratione laboris ſuis,terram, ſ.vel aliqd aliud: poſteà nolebat ſoluere promiſſum.vnde quæſitum fuit in cõcilio Toletano vtrum ad hoc poſſit compelli de iure ? Et reſpõ.ꝙ ſic:hoc probatur auctoritate Pauli:ita tamen, vt illa remuneratio ꝑ concilium prouinciale confirmetur.

c ¶*Suffragio.*] id eſt, quia ſuffragium præſtitit eccleſiæ conſilio,vel auxilio.

†aliàs,abſoluere.

†al.deductũ eorum conuentu confirmetur.

1.Tim.5.

ſiones renouare noluerint: vacuæ & inanes chartulæ ipſæ remaneant, & illi origini ſuæ redditi,ſint perpetuò ſerui.

A ¶In anteriori.] *Significatur canon 69.cocilij Tolet.4. qui proximo c.refertur. Nam quartum illud Toletanum, quod fuit pleniſſimum in ſequentibus Toletanis vocari ſolet vniuerſale concilium, vt in 5.c.2.& 7.& in 6. cocilio c.1.3.7. & 18. Et in principio ipſius 4. concilij epiſcopi aiunt,* quoniam generale concilium agimus.

Item ex concilio Toletano.4.c.69.

¶Nec liberti, nec eorum poſteri à patrocinio diſcedant eccleſię.

CAP. LXV.

1 Liberti eccleſiæ (quia nũquam moritur [a] eorum patrona) à patrocinio eiuſdẽ nunquam diſcedant, nec poſteritas quidem eorum : ſicut priores canones decreuerunt. Ac ne fortè libertas † eorum in futura prole non pateat, ipſáq; poſteritas naturali ingenuitate obnitens ſeſè ab eccleſiæ patrocinio† non ſubtrahat:neceſſe eſt, vt tam hi liberti, quàm ab eis geniti † [b] profeſſionẽ epiſcopo ſuo faciant: per quam ex familia eccleſiæ libertos effectos ſe eſſe fateantur,eiuſque patrocinium non relinquãt: ſed iuxtà virtutem ſuam obſequium ei, vel obedientiam præbeant.

Pro remuneratione etiam impenſi obſequij res eccleſiaſticæ vtiliter poſſunt donari.

Vnde in Toletano concilio,4.cap. 36.legitur.

¶Quæ de reb.eccleſiæ in remunerationem obſequij præſtantur,rata permaneant.

CAP. LXVI.

Qvicunq; epiſcopi ſuffragio [c] cuiuſlibet aliqd eccleſiaſticæ vtilitatis prouiderint [d], & pro eo quodcunque commodum in remunerationem promiſerint [e],promiſſi ſolutionem eos exoluere† oportebit:ita vt id ad conciliũ prouinciale deferatur †,vt eorum conniuentia cõfirmetur; quia (ſicut Paulus ait) dignus eſt operarius mercede ſua.

Item Gregorius,lib. 2. indict. 11. epiſt.18.Theodoro conſiliario.

d ¶*Prouiderint.*] alicui.

e ¶*Promiſerint.*] videt ꝙ aliquis obligetur nudis verbis, licet non interceſſit ſtipulatio, vt ext.de teſta. indicante. 22.q.5.iuramenti.& ʃ.e.q.5.quia Ioan. quod verum eſt. & poteſt dici,ꝙ competit actio ex nuda promiſſione [b], ſ.condictio ex canone illo. ʃ.22. q. 2. iuramenti.

b Hoc non habet locũ apđ Cathelanos, apud quos nõ datur actio ex promiſſo. teneri tñ debet Cathelanus q vanis ꝑmiſſionib.& inutilibus inuitationib. detinet viatorẽ, ſaltẽ đ dolo ff. ſi qs cau. ſi actio. ſm Vin. qui ita not. extr. ĩn ꝓœm. Rex pacific.

¶Serui eccleſiarum in eorũ dominium transferri poſſunt, qui eccleſiaſticis vtilitatib. deſeruiunt.

CAP. LXVII.

2 Eccleſiaſticis vtilitatib. deſudantes, eccleſiaſtica dignũ eſt remuneratione gaudere,vt qui ſe voluntarijs [f] obſequiorũ neceſſitatib. ſponte ſubijciunt,dignè noſtris ꝓuiſionibus conſolentur. Quia igitur te A Theodorum virum eloquẽtiſſimũ cõſiliarium noſtrũ mancipiorũ cognouimus miniſterio deſtitutum:iõ puerum nomine Acoſimum natione Siculũ iuri, dominioq; tuo dari, tradiq; præcipimus: quem quoniam traditum ex noſtra volũtate iam poſſides: huius te neceſſe fuit ſcripti, † pro futuri temporis teſtimonio [g],ac robore largitatis, auctoritate fulciri:quatenus,Domino protegente,ſecurè eum ſemp,& ſine vllius retractationis ſuſpicione, quippe vt dominus valeas poſſidere B.

2 Pol. l. 3. tit.13.

† abeſt ab Orig.

A ¶Te.] *Addita eſt vox iſta,& cętera ſunt emendata ex originali, vt intelligatur eundem eſſe cui ſcribitur,& cui ſit donatio.*

B ¶Poſſidere.] *Apud B.Greg. hæc ſequuntur.* Neq; .n.quenquam fore credimus, qui tam paruam largitatem pro tua tibi deuotione conceſſam deſideret,vel tẽtet vllo modo reuocare:cum vno eodemq; tẽpore & verecundum ſit à deceſſorib.bene geſta reſoluere, & verecũdum ſit docere cęteros in ſua quandoque reſolutoriam proferre largitate ſententiam.

Miſerationis quoq; intuitu ſerui eccleſiarum libertati donari poſſũt.

*Vnde Gregorius Montanæ †, & Thomæ lib.5.epiſt.*12.*ſeu,c.*112.

† al. Montano.

¶Miſerationis, & pietatis intuitu ſerui eccleſiarum poſſunt manumitti.

CAP. LXVIII.

Cvm redemptor [h] noſter totius conditor creaturæ ad hoc propitiatus humanam uoluerit carnem aſſumere, ut diuinitatis ſuæ gratia, dirupto, quo tenebamur captiui, uinculo ſeruitutis, priſtinæ nos reſtitueret libertati : ſalubriter agitur, ſi homines,quos ab initio natura liberos protulit,& ius gentium [i] iugo ſubſti

Eccleſiaſticis. Casvs. Theodorus vir eloquentiſſimus cõſiliarius Romanę ſedis ſeruo aliquo indigebat,& ideo G. tradidit ei Acoſimum ſeruum natione Siculum,& vt hæc donatio nullo tpe valeat retractari, ad cautelam futuri temporis ſibi fecit publicum inſtrumẽtum, qđ G. ſubſcriptione ſua roborauit. *Huius.*ſ.largitatis. *Futuri.* ſcilicet temporis.

f ¶*Voluntarijs.*] voluntarium vocat, & tamen ipſe dicit ineſſe neceſſitatem, quia ab initio eſt voluntarium: ſed poſtquàm illud incepit,tenetur illud cõſumare, vt C.de act. & obl.ſicut.Et habes hic, ꝙ eccleſia tenetur ad antidora. extr. de teſt. cum in officijs.

g ¶*Teſtimonio.*]i. inſtrumento ſuo, quod fuit ei teſtimonium profuturum.

MISERATIONIS QVOQVE. Casvs. Ponit hic Gratianus vij.caſum,in quo ſerui eccleſiarũ miſerationis intuitu libertate donari poſſunt, & ſic quodãmodo alienantur.

Cvm redemptor noſter.] Casvs. Dicitur in hoc c. ꝙ Grego. ĩtuitu pietatis duos ſeruos Romanę eccleſiæ, ſ.Montanũ & Thomam manumiſit, & eis omne peculium quod habebant relaxauit : & hoc fecit ad iſtar Ieſu Chriſti, qui venit in mundum, vt vinculum diabolicę ſeruitutis rumperet, quo tenebamur adſtricti. vnde præcipit Paterio notario, vt ſcriberet inſtrumentum, cui Gregor. Papa propria manu ſubſcripſit cum tribus presbyteris & tribus diaconis.

h ¶*Cum redemptor.*] hic habetur forma ſub qua fiunt manumiſſiones, & planum eſt.

i ¶*Iusgentium.*] alibi dicitur, ꝙ iure diuino eſt inducta ſeruitus. Sed hoc dixi ſ. diſt. 1. ius gentium.

a ¶Rela-

a ¶*Relaxamus.*] Sed nonne eo ipſo, ꝙ aliquis inter viuos manu mittitur, videtur ei peculium datum, niſi expreſſè hoc adimatur. C. de pe. eius qui li. me. l. vnica? Sed dicas, ꝙ aliud eſt in libertis eccleſiæ: nã eis in manumiſſione nõ licet dari vltra ſummã xx. ſolidorum, vt ſ. ead. ſi quos. b ¶*Cum tribus.*] ergo non requiritur cõſenſus omniũ vbi libertas datur a, & hoc in fauorem libertatis fit, vt C. de com. ſeru. ma. l. 1. ar. cõtra. 54. diſt. c. 1. ſ. ea. eps qui. Item videt hic, ꝙ ſigillum b Papę non facit chartam authenticã, niſi adſit ſubſcriptio. Ioan.

† al. Montanum.

a ſ. à Papa, vt hic fuit: qđ nõ obtinet in alijs ſtatis, ſcđm L. & Hug.

b Circa iſtã materiã, an notari⁹ poſſit omittere in inſtrũ ſuũ ſolitũ ſignũ & apponere aliud, đ quo vide p Arc. hic, cui addẽ G. de Cu. in cõparões. l. & ibi Bal. in vlt. col. C. đ fi. inſtr. & p Bal. in prin. C. col. 2. & Ang. ĩ auth. đ inſtr. cau. & fi. in pr.

ITEM SERVI. CASVS. Dictum eſt ſ. ead. q. 2. ca. prædia. ꝙ poſſeſſiones eccleſiarũ non debent à laicis fatigari. Idem nunc dicit gra. đ ſeruis eccleſiarũ.

Eccleſiarũ ſeruos.] CASVS. Relatũ eſt in concilio Tolet. ꝙ quidã iudices & adminiſtratores poblicorum officiorum ſeruos eccleſiarum vel epiſcoporũ, vel aliorum clericorũ diuerſis angarijs fatigabant. Quare conciliũ poſtulauit à Gre. vt tales præſumptores prohiberet, & ſtatuit concilium, vt ſi quis de cętero talia præſumeret, ab eccleſiaſtica cõmunione repelleretur. c ¶*Clericorum.*] argu. ꝙ eodẽ priuilegio gaudent ſerui clericorum quo eccleſiæ. j. 16. q. 1. ſimiliter. ſi. 87. diſt. cũs qui. & 89. diſt. indicatum. "Clerici enim & eorum mancipia ſunt exempta ab omnibus muneribus ciuitatum, niſi ſubſit magna neceſſitas. extra de imm. ec. non minus. C. de epiſ. & cler. l. 2.

1 Lib. 6. ca. 190. Iuo p. 3. c. 138.

† al. exactoribus.

" clerici ſũt à munerib⁹ ciuilibus. exempti.

ITEM PRO ALIMONIA. CASVS. ponit hic Grat. viij. caſum in quo res eccleſiæ licitè diſtrahi poſſunt, ſ. p alimonia pauperum: & redemptione captiuorũ. Et ad hęc ſequentia c. inducunt vſq; ad §. itẽ largitate.

Avrum.] CASVS. Beneuenẽ. hunc caſum ſic poſuit. Amb. in hoc c. ponit tria gñra largitionis. Primum eſt, cũ res eccleſiæ pauperibus vel captiuis largiuntur. Secũdum eſt,

tuit ſeruitutis, in ea, in qua nati fuerant, manumittentis beneficio libertate reddantur. Atque ideo pietatis intuitu, & huius rei cõſideratione permoti vos Montanam †, atque Thomam famulos ſanctæ Romanę eccleſię, cui, Deo adiutore, deſeruimus, liberos ex hac die, ciueſque Romanos efficimus, omneque veſtrum vobis relaxamus a ſeruitutis peculium A. *& infrà.* ¶Hanc autem manumiſſionis paginã Paterio notario ſcribendã dictauimus, & propria manu vnã cũ tribus b presbyteris prioribus, & tribus diaconis pro pleniſſima firmitate ſubſcripſimus, vobiſque tradidimus. Actum in vrbe Romana.

A ¶Peculium.] *In vetuſto codice epiſtolarum B. Gregorij bibliothecæ Vaticanæ legitur,* periculum.

Item ſerui eccleſiarum publicis angarijs non debent fatigari.

Vnde in concilio Toletano, 3. cap. 21. legitur.

¶Serui eccleſiarum publicis angarijs non fatigentur.

CAP. LXIX.

1 Eccleſiarum A ſeruos, & epiſcoporũ, vel omnium clericorum c à iudicibus, vel actoribus † publicis in diuerſis angarijs fatigari dolemus. Propter quod omne concilium à pietate glorioſiſſimi Domini noſtri popoſcit, vt tales deinceps auſus inhibeat: ſed ſerui ſupraſcriptorum officiorum in eorum vſibus, vel eccleſię laborent. Si quis verò iudicum, aut actorum, clericum, aut ſeruum clerici, vel eccleſiæ, in publicis, ac priuatis negotijs occupare voluerit, à cõmunione eccleſiaſtica, cui impedimentum facit, efficiatur extraneus.

A ¶Eccleſiarum.] *In cęteris huius concilij exemplaribus impreſſis, & manuſcriptis, quæ collata ſunt, & apud Iuonem legitur quemadmodũ apud Gratianum, prӕterquam in editione quatuor tomorũ, & codice Lucenſi regio: in quibus initium capitis 21. ſic habet.* Quoniam cognouimus in multis ciuitatibus eccleſiarum ſeruos, & epiſcoporum, vel o. c. a. i. v. a. p. in diuerſis angarijs fatigari omne concilium, &c. *Et hic quidem nulla facta eſt mutatio: alia verò, in quibus omnes conciliorum codices concordant, ſunt emendata.*

Item pro alimonia pauperum, pro redemptione captiuorum res ſacras diſtrahi licet.

Vnde Ambroſ. ait libro 2. de officijs, capit. 28.

¶Res ſacræ quibus ex cauſis alienari debeant.

CAP. LXX.

2 Avrum eccleſia habet, non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus. Quid opus eſt cuſtodire, quod nihil adiuuat? An ignoramus, quantum auri, atque argenti de templo Domini, Aſſyrij d ſuſtulerunt? Nonne melius conflat ſacerdos propter alimoniam pauperum, ſi alia ſubſidia deſint, quàm ſacri legus cõtaminata aſportet hoſtis. † Nonne dicturus eſt Dominus, cur paſſus es tot inopes fame emori? Et certè habebas aurũ, vnde † miniſtraſſes e alimoniam. Cur tot captiui deducti in commercium † ſunt, nec † redempti, ab hoſte occiſi ſunt f? Melius fuerat, vt vaſa viuentium ſeruares, quàm metallorum. His non poſſet reſponſum referri. Quid g enim diceres? Timui h, ne templo Dei ornatus deeſſet? Reſponderet, aurum ſacramenta non quærunt: neque auro placent, quæ auro non emuntur, Ornatus ſacramentorum, redemptio captiuorum eſt: & verè illa ſunt vaſa pretioſa, quæ redimunt animas à morte. Ille verus theſaurus eſt Domini, qui operatur quod ſanguis eius operatus eſt. *& poſt pauca.* Nemo enim poteſt dicere, cur pauper viuit? nemo põt queri: quia captiui redempti ſunt. Nemo poteſt accuſare, quia templum Dei ædificatum eſt. Nemo poteſt indignari, quia humandis fideliũ reliquijs ſpatia laxata i ſunt. Nemo poteſt dolere, quia in ſepulturis Chriſtianorum requies defunctorũ eſt. In his tribus k generibus vaſa eccleſiæ etiam initiata confringere, conflare, vendere licet. opus eſt, vt de eccleſia myſtici l populi forma non exeat: ne ad vſus nefarios ſacri calicis miniſterium transferatur. Ideo intra eccleſiam primũm quæſita ſunt vaſa, quę initiata non eſſent, deinde cõminuta: poſtremò conflata, per minutas erogationes diſpẽſata egentibus, captiuorũ quoque pretijs profecerũt. Quòd ſi deſunt noua, & quæ nequaquam initiata videãtur: in huiuſmodi vſus, quos ſuprà dixi-

cũ alienantur pro templo ædificando. Tertiũ eſt, cum largiuntur pro cęmeterio emendãdo, vel ampliando. in iſtis tribus generibus docet aurũ & pecuniã eccleſię non eſſe ſeruãdam, ſed erogãdam tempore neceſſitatis: quod ſi p latus non fecerit, aſportabit hoſtis: ſicut Aſſyrij aurum & argentum de templo Domini ſuſtulerũt. Et hoc primò debet fieri de auro & argento, quod non cõſiſtit ĩ vaſis diuino officio deputatis. Si verò sũt vaſa diuinis officijs deputata, primò non cõſecrata, ſunt largiẽda, deinde etiam ea q̃ ſunt cõſecrata, in pios vſus ſunt expendenda: ita tñ, vt forma calicis in ſua forma nõ remaneat, niſi alij eccleſię diſtrahat: laicis verò cõfracta & conflata. H. hunc caſum ſic ponit. Ambr. intendit oſtendere, ꝙ res eccleſiaſticę debent dari & alienari tpe neceſſitatis. Et ponit 5. caſus. quib. licitè alienãtur res eccleſię, ſ. pro alimonia pauperũ, pro redemptione captiuorum, pro loco religioſo ædificando, pro cœmiterijs ampliãdis, pro ſepulturis mortuorum extruendis. In his quidẽ vaſa pretioſa & ſacrata debent alienari alij eccleſiæ in eadẽ forma, laicis confracta & cõflata. *Tribus.* quinque poſuit, non dicit trib⁹, ſed duos primos ponit ſub vno mẽbro, & duos vltimos ſub alio, medium verò ſub tertio.

2 Pol. l. 6. ti. 20. Iuo p. 3. c. 180. Anſ. l. 13. c. 20.

4. Reg. 24.

† al. quã ſi ſacrileg⁹ cõtaminat, & aſportat hoſtis.

† al. vt.

† in vulgatis legebatur, in captiuitatem ducti]

† nec redẽpti? Cur tot ab hoſte]

d ¶*Aſſyrij.*] i. Babylonij, q. cũ Nabucdonoſor ceperunt Hieruſalem, & abſtulerũt vaſa de templo Dñi. j. de cõ ſec. diſt. 1. veſtimenta.

e ¶*Miniſtraſſes.*] i. miniſtrare debuiſſes.

f ¶*Occiſi ſunt.*] ergo tunc demũ cum timeatur mors c, redimi debent captiui, vt no. ſ. ead. ſicut omnino.

c ſc. corporis. itẽ vbi timetur mors animę, vt j. c. cap. ver. & vera. velut ſi cogeretur adorare idola. 23. q. 4. ipſa pietas. ſecundũ L. & C. diſplicet. & 24. q. 3. ſi habes. ſecũdum Hu.

g ¶*Quid.*] id eſt ſimile illi.

h ¶*Timui.*] ſic fortè ſe excuſabat.

i ¶*Spatia laxata.*] id eſt, ampliata.

k ¶*In his tribus.*] in alimonia pauperum, in redẽptione captiuorũ, in ædificatione templi, vel augmentatione cœmeterij.

l ¶*Myſticis.*] id eſt, in

forma calicis, in quo myſticum poculum ſanguinis Chriſti conficitur. Et quod dixi de eccleſia, intelligunt quidam de eccleſia in qua eſt: quia cum ſit res ſacra, non poteſt vendi etiam alij eccleſiæ. Et de hoc notaui 10.q.2.hoc ius.

G*Loria epiſcopi.*]C A S V S. Hoc c. diuiditur in 4. partes. in 1. parte. Hier. reprehendit epiſcopos, qui cũ pauperes erant, vili cibo libenter reficiebantur: cum verò facti ſunt diuites, vel delitijs incumbẽtes, cibos delicatos abhorrẽt & vt eos liberius redarguat, ſemetipſum talibus connumerat. In 2. parte reprehendit epiſcopos, qui ornant tẽplum gemmis & lapidibus ad inſtar ſacerdotũ veteris teſtamenti: ſed de clericis per quos eccleſia gubernatur, nullam curam habent. & dicit, ꝙ in veteri teſtamento factus fuit ex ꝓcepto Domini ornatꝰ in templo. In 3. parte dicit, ꝙ amico aliquid rapere, furtũ eſt: eccleſiam verò fraudare, ſacrilegium eſt. & de his quæ pauperib. ſunt erogãda ſubtrahere prædonis ſuperat crudelitatem. In 4. parte inuitat nos ad contemptũ diuitiarũ exemplo Cratis, qui cum Athenas ꝑgeret ad philoſophandum, aurum proiecit quod portabat, cũ non crederet ſe poſſe virtutes ſimul & diuitias poſſidere. Secunda pars incip. ibi, *Multi ędificant.* Tertia ibi, *Amico rapere.* Quarta ibi, *Crates ille Thebanus.*

1 epiſt. 2.

† al. operibus.

† ſubſtruũt vera lectio.

† al. redemptio.

a ¶*Cibario.*] ſ. familię.

b ¶*Rugientem.*] id eſt, famelicum.

c ¶*Parietes.*] id eſt, imperitos [a]. ſic. 46. diſt. ſunt nonnulli.

a ſc. eos promouẽdo ad bñficia, contra illud ex tr. de præb. graue. & c. ſuper inordinata. A.

d ¶*Columnas.*] id eſt, peritos.

e ¶*Subtrahunt.*] id eſt, non recipiunt.

f ¶*Opponat.*] argu. ab exemplis non eſſe argumentandum.

† al. cogitemus.

1. Cor. 10.

g ¶*Hæc probabãtur.*] ſed nonne hæc hodie probantur à Domino ĩ. de conſec. di. 1. & calix? ita: ſed non in ſuperabundantiam, vt nõ habeatur delectus perſonarum. 86. diſt. non ſatis. 47. diſt. ſicut.

h ¶*Peccatorum.*] venialium: quia cœremonialia tollebant tantùm venialia peccata, ſicut hodie aqua benedicta, vt ĩ de conſec. di. 3. aqua.

i ¶*Crucem.*] ſuſtinendo contumelias.

k ¶*Vel cautum.*] cum ideo fit, quia expectatur maior neceſſitas.

l ¶*Timidum.*] ſi ideo facit, quia timet ne ſibi deficiat.

m ¶*Diuitias.*] nam verè philoſophantes contemnunt [b] pecuniam. ff. de vac. mu. l. in honoribus. §. pen.

b i. ñ ponũt amorẽ ſiue animũ i diuitiis, cũ bonis opibus non abijcimus 30. di. c. pe. Arch.

n ¶*Aliena.*] id eſt, res eccleſię.

mus, arbitror omnia piè poſſe conuerti.

Item Hieronymus ad Nepotianũ de vita clericorum [1].

¶Non parietes templi ornare, ſed pauperibus prouidere, gloria epiſcopi eſt.

CAP. LXXI.

GLloria epiſcopi eſt pauperum inopię † prouidere, ignominia ſacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitijs. Natus in paupere domo, & ĩ tugurio ruſticano, qui vix milio, & cibario [a] pane rugientem [b] ſaturare ventrem poteram: nunc ſimilam, & mella faſtidio. *Item paulò inferius.* ¶Multi ædificant parietes [c], & columnas [d] eccleſiæ ſubtrahunt † [e], marmora nitẽt, auro ſplẽdent laquearia, gẽmis altare diſtinguitur: & miniſtrorum Chriſti nulla electio eſt. Neque verò mihi aliquis opponat [f] diues in Iudæa templum, menſam, lucernas, thuribula, patellas, ſcyphos, mortariola, & cętera ex auro fabrefacta. Tunc hæc probabantur [g] à Domino, quando ſacerdotes hoſtias immolabãt, & ſanguis pecudum erat remiſſio † peccatorum [h]: quãquam hæc omnia pręceſſerint in figura, ſcripta autem ſunt propter nos, in quos fines ſeculorum deuenerunt. Nunc verò, cum paupertatem domus ſuæ pauper Dominus dedicarit: portemus † crucem [i], & diuitias lutum putabimus. *Item ibidem in extremo.* ¶Amico quidpiam rapere furtum eſt: eccleſiam fraudare, ſacrilegiũ eſt: accepiſſe, quod pauperibus erogandum ſit, & eſurientibus plurimis, vel cautũ [k] eſſe velle, vel timidum [l], aut quod apertiſſimi ſceleris eſt, aliquid inde ſubtrahere, omniũ prædonum crudelitatem ſuperat.

Item eiuſdem ad Paulinum de inſtitutione monachi.

o ¶*Plenus venter.*] id eſt, prælatus plenus diuitijs.

p ¶*Non Hieroſolymis.*] id eſt, non tantùm eſſe prælatũ: ſed opera prælati facere laudabile eſt. 27. q. 5. cauete.

ITEM LARGITATE. C A S V S. Ponit Grat. ix. caſum, in quo epiſcopi res eccleſiaſticas poſſunt alienare quo ad vſumfructum, dando eas clericis ſub nomine precariæ: & ad hoc probandum inducit ſeq. c.

2 ¶Crates ille Thebanus homo quondam ditiſſimus, cum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit: neque putauit ſe ſimul poſſe & virtutes, & diuitias [m] poſſidere. Nos ſuffarcinati auro Chriſtum pauperem ſequimur: & ſub prætextu eleemoſynæ priſtinis opibus incubantes, quomodo poſſumus aliena [n] fideliter diſtribuere, qui noſtra timidè reſeruamus? Plenus venter [o] facilè de ieiunijs diſputat. Non Hieroſolymis [p] fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe laudandum eſt.

2 epiſt. 13.

Item largitate etiam epiſcopi ſtipendiũ de rebus eccleſiæ clericis dare licet: cuius profeſſio ſub precariæ nomine fieri debet.

Vnde in concilio Toletano, 6. c. 5.

¶Qui beneficium ab eccleſia accepit, eius profeſſionem nomine præcariæ faciat.

CAP. LXXII.

3 SÆpe fit, vt proprietati originis obſiſtat [q] lõginquitas temporis. Quapropter prouidentes decernimus, vt ſi quis clericorum [A], ſtipendiũ de rebus eccleſiæ, cuiuſquam epiſcopi [r] percepit largitate [ſ], ſub præcariæ [t] nomine debeat profeſſionem ſcribere: vt nec per tentionem † diuturnã pręiudicium afferat eccleſię, & quęcunque in vſu perceperit, debeat vtiliter laborare [u]: vt nec res diuini iuris videantur aliqua occaſione negligi: & ſubſidium ab eccleſia, cui deſeruiunt, percipere poſſint clerici. Quod ſi quis eorum contempſerit facere: ipſe ſe ſtipendio ſuo videbitur priuare [x].

3 Iuo pa. 6. c. 372.

† al. retentionem.

A ¶Clericorum.] *In codice conciliorum Lucenſi regio ſequitur*, vel aliarum quarumlibet perſonarum.

Religionis quoque intuitu ea, in quibus eccleſia detrimentum non patitur, monaſterijs tradi poßunt.

S*Aepæ fit.*]C A S V S. Quidam epiſcopus volebat concedere prædium eccleſiæ cuidam clerico quo ad vſumfructum. Quæſitum eſt in concilio Toletan. qualiter ei concedere poſſet, ne eccleſia præiudicium patiatur propter diuturnam retentionem. Et reſpon. ſub precario nomine debet clericus ab eccleſia recipere, & poſſeſſionem ſuam ſcribere, & quod ab eccleſia recepit, fideliter colere, ne res deterioretur: quòd ſi quis facere contempſerit, à precaria repelletur.

q ¶*Obſiſtat.*] de facto, non de iure, vt ſuprà ead. capit. longinquitate.

r ¶*Cuiuſquam epiſcopi.*] infrà 16. quęſtio. 3. ſi epiſcopus. & capitul. clerici.

ſ ¶*Largitate.*] ſed quo modo eſt largitas, ſi dicitur precaria, cum de precaria certa penſio ſtatuatur. 10. quæſt. 2. precariæ? reſpond. non eſt precaria, ſed donatio gratuita quo ad vſumfructum: & ideo dicit, quòd interueniet ſcriptura, ne poſſit allegare præſcriptionem. nam per quantũcunque tempus poſſideret, nunquam præſcriberet, vt 16. quæſt. 3. clerici. “ Fructuarius enim non poteſt præſcribere. inſti. per quas perſo. no. acqui. §. fructuarius. nec ille q alieno nomine poſſidet, vt extra de præſcrip. ſi diligenti. C. de pręſcriptio. xxx. annor. malè.

“ Fructuarius nõ præſcribit.

t ¶*Sub precariæ.*] id eſt ſicut ſolet fieri in precaria. non enim eſt hic contractus precariæ: ſed donatio vſuſfructus epiſcopi. 16. quęſtione 3. ſi epiſcopus. & cap. clerici.

u ¶*Laborare.*] id eſt colere.

x ¶*Priuare.*] argum. clericum poſſe remoueri ab eccleſia ſi negligit agros, vel alias vtilitates eccleſię. ſic ff. de pe. her. ei qui partes. §. cum prædia. & C. loc. l. 3. nam propter negligentiam aliquis deponitur, vt 81. diſt. dictum.

RELIGIONIS. C A S V S. Ponit hic G. decimum caſum, in quo poteſt epiſcopus aliquid alienare de rebus eccleſię ſuę tradendo eas monaſterijs cauſa religionis: dũmodo eccleſiam

Vnde in 3. Toletano concilio, cap. 4. legitur.

¶Licet religionis intuitu res eccleſiæ alienare.

CAP. LXXIII.

1 SI epiſcopus [a] vnā de parochianis eccleſijs ſuis monaſterium dicare voluerit, vt in ea monachorū regulariter congregatio viuat: hoc de cōſenſu concilij ſui habeat licentiam faciendi. Qui etiam ſi de rebus eccleſiæ pro eorum ſubſtantia aliquid, quod detrimētum [b] eccleſiæ non exhibeat, eidem loco donauerit, ſit ſtabile. Rei enim bonæ ſtatuendæ ſanctum concilium dat cōſenſum [c].

Item ex Toletano, 9. c. 5.

¶Non vltra quinquageſimam partem rerum eccleſiæ, monaſterio, quod cōſtituit, epiſcopo licet conferre.

CAP. LXXIIII.

2 BOnæ rei dare conſultū †, & præſentis habetur vitæ ſubſidium, & æternæ remunerationis expectare cernitur præmium. Quiſquis itaque epiſcoporum in parochia ſua monaſterium conſtruere fortè voluerit, & hoc ex rebus eccleſiæ, cui præſidet, ditare decreuerit: non amplius ibidem, quàm quinquageſimā [d] partem dare debebit: vt hac temperamenti æquitate ſeruata, & cui tribuit, competens ſubſidium conferat, & cui tollit, damna grauia non infligat. Ad eccleſiam verò quæ monaſticis non informabitur regulis, aut quam pro ſuis magnificare † voluerit ſepulturis: nō amplius quàm centeſimā partem cenſus [e] eccleſiæ, cui præſidet, ibidem conferre licebit: ea tamen cautela ſeruata, vt vnam tantummodo, quę placuerit, ex his duabus remunerationem † aſſumat.

Item Gregorius, lib. 2. indict. 11. epiſt. 17. Gratioſo ſubdiacono.

¶Iure proprietatis res eccleſiæ monaſteriorum ædificijs tradere licet.

CAP. LXXV.

3 REligioſam [f] vitam eligentibus congrua nos oportet conſideratione proſpicere, ne cuiuſquam neceſſitatis occaſio, aut deſides faciat, aut robur (quod abſit) conuerſationis infringat. Idcirco præſenti tibi auctoritate præcipimus, quatenus domum poſitam in hac vrbe, regione quarta, iuxta locum, qui appellatur, ad gallinas albas, vel hortum iuris ſanctæ Romanæ eccleſię, cui auctore Deo pręſidemus, in qua Campana quōdam vxor [A] Patritij manſiſſe dignoſcitur, ſimul & hortum, atque hoſpitia, quæ intra eandem domum ianua concludit, Floræ † abbatiſſę debeas tradere proprietatis iure proculdubio poſſidendam: in qua domo monaſterium vrginum (vbi cū cōgregatione ſua habitare poſſit) Chriſto queat adiuuante conſtruere: & † tam ipſa, quàm quæ in eius loco, honoreque ſucceſſerit, prędictam domum, & hortum cum omnibus ad ſe pertinentibus (ſicut diximus) quieto, inconcuſſoque iure à nobis pietatis conſideratione conceſſa valeat poſſidere.

A ¶Vxor.] *In aliquot epiſtolarum editionibus, & nonnullis Gratiani exemplaribus non eſt iſta dictio. In vetuſto autem Vaticano epiſtolar codice legitur,* quondam patritia.

Ecce oſtenſum eſt, quomodo res eccleſiæ ſine culpa dari poſſint, & cōſtare his quibus datæ fuerint.

---

eccleſiam ſuam non lędat enormiter. Et ad hoc inducit ſequentia cap.

SI epiſcopus.]CASVS. Quidam epiſcopus volebat facere monaſterium de quadam eccleſia parochiali: & aliquid de rebus epiſcopalis eccleſię ei conferre volebat. Vnde quæſitum fuit in cōcilio Toletano vtrum hoc facere poſſet? Et reſpondetur ꝙ ſic, dummodo de conſenſu c. hoc faciat, & eccleſię ſuę detrimētum non exhibeat.

a ¶Si epiſcopus.]" hic habes ꝙ de ſeculari eccleſia poteſt fieri ab epiſcopo monaſterium, vt ext. de eccl. ædif. ad audientiam. ſed èconuerſo non poteſt, vt 19. q. 3. quæ ſemel. ext. de relig. do. inter quatuor. niſi fiat auctoritate Papæ, vt extra de cenſib. cum venerabilis. & extrà ne cler. vel mon. c. relatum. vel vbi aliter non poſſit locus reformari, niſi p canonicos ſeculares, vt ext. in ead. decr. inter quatuor.

" eccleſia ſecularis poterit cōuerti in monaſterium, ſed non ècōtra.

1 Iuo p. 3. c. 168.

b ¶Detrimentum.]graue. ſi enim læderet eccleſiam grauiter, poſſet reuocari, vt s̄. ead. Apoſtolicos. in fi. & j̄. c. px.

c ¶Conſenſum.] quæro de quorum clericorum cōſenſu hoc intelligas, an de clericis epiſcopalis eccleſię, an de clericis parochię illius? reſp. de clericis eccleſię cathedralis. " Nam cōſenſus clericorū eccleſiæ cathedralis requiritur circa ordinationē & depoſitionē clericorum, vt 24. diſt. epiſcopus. 67. di. reliqui. s̄. ea. alienationes. L. tamen & H. intelligunt etiam requirendū cōſenſum clericorum parochialis eccleſiæ. Nam iſti ſine culpa nō debent priuari ſuis ſtipendijs. 16. q. 7. inuētum. videtur [a] tamen ſufficere, ſi epiſcopus eis prouidet neceſſaria, vel ibi vel alibi, vt ext. de ec. ædif. ad audientiam. & ſic videtur quòd eis inuitis poſſit hoc facere. argum. extra de exce. prel. ſicut vnire.

2 Iuo p. 3. c. 170.

† al. conſilium.

" Eps conuertens eccleſiā ſecularē in regularē, quorū clericorum conſenſum requirere debeat.

a Allegādo dīt, qm̄ n̄ eſt verū. ſm L. Vin. Gof. & B. vt ipſi no. ex. de re. ec. nō al. poſſeſſiōes. d̄ hoc no. in decr. ad audientiam. al. in gl. Arc.

† al. munificare.

BOnę rei.]CASVS. Quidam epiſcopus volebat ędificare monaſterium in parochia ſua, vel aliquam eccleſiam ſecularem magnificare: apud quam fortè ſepeliri volebat, & deſiderabat ditare monaſterium vel eccleſiam de rebus eccleſiæ ſuæ. quæſitum eſt in concilio Toletano quantum monaſterio vel eccleſię dare poſſet? Et reſpon. quòd monaſterio dabit quinquageſimam partem de rebus eccleſiæ ſuę, dummodo ei damna grauia non infligat: eccleſiæ verò ſeculari nō amplius quā centeſimam dabit partem, & in arbitrio epiſcopi erit vt vel monaſterium tantùm, vel eccleſiam tantùm debeat de rebus eccleſiæ ditare.

d ¶Quinquageſimam.]Sed nunquid " epiſcopus poteſt dare centeſimam vel quinquageſimam ſine conſenſu canonicorum? videtur ꝙ ſic. ex. de ijs quæ fi. à præl. ſine conſenſu cap. paſtoralis. etiam non obſtante iuramento de non alienandis rebus eccleſię, vt ext. de ec. ędif. tua. nemo enim poteſt accuſare epiſcopum, quòd templum Dei ędificauerit, vt s̄. ea. aurum. Item quia ſufficit ſemel à iure eſſe conceſſum: vnde non eſt neceſſe requirere nouū conſenſum. ff de cōdi. inſti. quæ ſub conditione. §. vlt. ſed contra de don. paſtoralis. ext. de ijs quæ fi. à pręla. cū vos. Tu dicas, quòd licet à iure permittatur ei talis donatio, tamen facit eandem de conſenſu clericorum, vt s̄. ea. c. prox. s̄. ea. Apoſtolicos. vehementer tamen obuiat illa decre. paſtoralis. niſi vis fiat literæ. Vn̄ dic, illis decr. ſtandū eſt. " Sed quid ſi eps̄ plures donatiōes fecit, ita ꝙ oēs ſimul excedant quinquageſimā, an dices vltimā reuocari, vel oēs? Videt̄ ꝙ tantū vltimā: quia ſola illa fuit vitioſa, vt s̄. ea. ſi quos. & 17. q. 4. queſti. ècōtra videt̄, ꝙ de qualibet donatione eſt detrahendū, vt C. d̄ inof. do. ſi totas. ff. ad l. Fal. pœnales. §. annua. Hęc q. ſoluit̄ ex. de do. Apoſtolicæ. Io. quid iuris ſit de hoc, in quæſtionibus notaui. B.

" Eps̄ p̄t dare quinquageſimā, vel centeſimā.

k ¶ *Audiatis.*] verbum eſt Terentij: Qui dicit quod vult, audiet quod non vult.

4 Terent.

AD HAEC CALLIDA. Hæc eſt tertia pars quæſtio. in qua inducit plura argumẽta, & finaliter concludit. Ioann. de Fan.

Casus. Hic reſpondent actores ſupradictis allegationibus, rationes pro ſe multiplices inducendo, & in ſumma concludunt, quòd oblationes quotidianæ debent perſolui illi eccleſię vbi quotidiana officia percipiuntur: decimæ verò prædiorum priori eccleſiæ perſoluantur, cõparantes ipſos reos muri, igni, & ſerpenti. & ad probandum decimas priori eccleſiæ fore perſoluendas, inducũt c. decimaſexta, quæſtio. prima. cap. ſi quis laicus.

l ¶ *Verba.*] Res dare pro rebus, pro verbis verba ſolemus.

m ¶ *Sapienti.*] ironicè loquitur.

n ¶ *Recompenſare.*] hoc eſt dicere, videte ne ita contriſtemini de illa amiſſione, ꝙ propter hæc deteriora commitatis, ſcilicet ſuſpendatis vos, ſicut fecit Iudas, b qui ita triſtabatur de effuſione vnguenti, de quo propoſuerat decimam partem furari: ſicut de alijs rebus conſueuerat: vnde vt recompenſaret illud damnum, vendidit dominum pro xxx. quę ſunt decima pars trecentorum. tanti enim potuiſſet vendi vnguentum. & ad ſimilitudinem Iudæ camerarij ſemper furantur decimam partem illorum quæ dantur dominis ſuis. [b]

5 ext. de Iudæ. c. etſi. citatur hoc tãq̃ vulgare prouerbiũ, ſerpens in gremio]

b Iudas quare ſe ſuſpendit. — 1. Tim. 6.

b Ad idẽ qđ legi. & not. 1. q. 1. Chriſtus. Arc.

o ¶ *Paſtinatores.*] paſtinare idèm eſt quod colere. ſic ponitur. ff. quod vi aut clam. lege, ſemper. §. primo.

p ¶ *Recepta.*] id eſt, ſi deberetis recipere aliquid, deberetis tantùm mercedem recipere, vnde non confiterentur, quòd aliquid recipere deberent. extra de teſtibus. ex tenore.

q ¶ *In ſinu.*] hæc verba habes extra de Iudæ. & ſi Iudæos.

r ¶ *Vobis.*] ſic vigeſimaquinta, quæſtione ſecunda, ſic decet. ſimile vndecima, quæſtione tertia, priuilegium. & extra de ſimo. quia. in fine.

6 16. qu. 1. ſi quis laicus.

ſ ¶ *Laicus.*] vt decimaſexta, quæſtio. 1. ſi quis laicus.

AD hæc. *Decimationes.*] Hæc queſtio diuiditur in 12. partes. In prima quæritur vtrum præſcriptione tollantur decimę, & probat, quòd ſic, per cap. ſeq. Secunda ibi, *Nunc autem.* Tertia ibi, *Vnaquæque.* Quarta ibi, *Quòd de libero.* Quinta ibi, *Quia ergo.* Sexta ibi, *Oblationes.* Septima ibi, *Item quæritur.* Octaua ibi, *Quibus peccata.* Nona ibi, *De obſeruatione.* Decima ibi, *Lugere.* Vndecima ibi, *De mortuis.* Duodecima ibi, *De his autem.* Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur ſecunda quæſtio. qua quæritur, an præſcriptione tẽporis ius percipiendi decimas, & ius funerandi tollatur, & reſpondet quòd ſic quadragenaria præſcriptione, vt ĩ. 16. q. 4. volumus. olim tamen præſcriptio currebat tricennalis, vt ĩ. cap. 1. & continet hæc quæſt. duos articulos. Primus eſt circa ius decimandi, vt in hoc §. Secundus circa ius funerandi, vt ĩ. e. §. quomodo. Reſpondent ergo rei in hoc primo articulo, quòd licet iure territorij priori eccleſiæ decimæ ſint perſoluendæ: tamen à ſua actiõe excluditur prior eccleſia tricẽnaria, vel quadragenaria præſcriptione. & ad hoc inducit ſeq. cap. *Ad hæc*, id eſt, contra hæc, vel præter hæc.

1 Adde qđ hæc dictio, ad hæc, aduerbialiter & cõtinuatiuè ponitur. idẽ in l. 1. §. ad hæc. C. đ ann. exce.

2 16. q. 3. c. 2. §. illud ẽt. Anſ. l. 5. ca. 19. Bur. l. 3. c. 149. Pan. l. 2. c. 65.

quæ intra terminos noſtræ parochię continentur, nobis auferre poſſunt. Quantum enim ad ius percipiendarum decimarum attinet, idem eſt poßeſſorem de diœceſi ad diœceſim tranſire, quod poſſeſſionem de diœceſano ad diœceſanum transferre.

QVÆSTIO II.

1 ps AD hęc. 1 *Decimationes iſtæ, & ſi iure vobis debentur, vt aſſeritis*[a], *tamen tricennalis*[b] *obiectio vobis ſilentium imponit. Omnis enim poſſeſſio tricennaria præſcriptione tollitur, vel quadragenaria (ſicut poſſeſſiones religioſorum domorum) vel centenaria, ſicut prædia ſanctę Romanæ eccleſiæ.*

Vnde Gelaſius Papa ait epiſcopis Siciliæ, epiſt. 2. c. 2.

¶Quæ triginta annis ab epiſcopis poſſidentur, iure ab eis vendicantur.

CAP. I.

2 FAcultates[c] eccleſiæ, necnon & diœceſes, ſi quæ ab aliquibus poſſidentur epiſcopis, iure ſibi vendicent, quod[d] tricennalis lex concluſit: quia & filiorum noſtrorum principum ita emanauit auctoritas, vt vltra xxx.[e] annos nulli liceat pro eo appellare[f], quod legum tempus excluſit.

At illi ècontra. Cuius auctoritate nobis ſilentiũ imponitis, eiuſdem auctoritate veſtra ora claudimus. Ait enim idem Gelaſius [3 *Nulla*[g] *præſumptione ſtatum parochiarum, &c.*] *Si ergo temporalis obiectio diœceſim ſemel conſtitutam diuellere non poteſt, patet, quòd nec vobis patrocinabitur, vt ſtatum parochiæ noſtræ mutantes, decimationes nobis quondam legitimè aßignatas, vindicabili*[h] *vſurpatione vobis vendicetis.*

¶Quomodo autẽ diſtinguendæ ſint hæ auctoritates, in cauſa monachorum 4 inuenietur.

2 *Nunc autem*[i] *quæritur de iure funerandi: quæ harum eccleſiarum habeat ius tumulandi iſtos. Sicut Hieronymus ſcribit, coniugati in vno ſepulchro videntur eſſe ponendi.*

a ¶[*Vt aſſeritis.*] hic de vna exceptione tranſitur ad aliam. ſi quis enim ſuccubuerit in vna exceptione, tranſire ad aliam poteſt, & etiam ad contrariam tranſire poteſt, vt extra de pręſcriptio. auditis. ff. de except. nemo. ſimiliter de vna actione poteſt tranſire ad contrariam qui in vna ſuccubuit, vt extra de iudi. examinata. & C. de inoffic. teſtamen. contra maiores. & ff. de euict. minor. Sed quid ſi iurauit, quòd omnes exceptiones proponeret intra certum terminum? non videtur, quòd poſſit vnam poſt aliam proponere, vt extra de except. paſtoralis. Nam etiam qui vnam exceptionem propoſuit, ſi poſtmodum cum in illa ſuccubuit, vult aliam proponere, debet hoc facere intra terminum præfixum, vt inſt. de excu. tu. §. qui autem. Ad hoc dico, quòd ſi alicui competerent plures exceptiones, quæ non ſunt contrariæ: in eo caſu ſi intra præfixum terminum nõ proponit omnes exceptiones, ſi in vna ſuccubuit, non auditur in altera: & ſic intelligitur inſtit. de excu. tut. §. qui autem. & extra de except. paſtoralis. ſi autem ſunt contrariæ, vt ſi primò dixit ſe exemptum, tunc licet ſuccubuerit, nihilominus poſt tempus præfixum poteſt aliam proponere, vt C. de inof. teſt. l. contra maiores. " Sed in actionib. ita eſt dicendum, quòd ſi alicui competebant plures actiones, & poterat eligere qua vellet agere, eligendo vnam, ſi in illa ſuccubuerit, non poterit tranſire ad aliam[a], vt ff. de trib. ꝙ in hæredem. §. eligere. Item qui negat ſe aliquid debere, ſi vincatur, poteſt adhuc alia exceptione vti, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt ff. de reg. iur. nemo ex his. Nam ſi quis neget numeratã pecuniã ſibi, ſi poſtmodũ conuictus eſt, & velit dicere ſe ſoluiſſe, non audietur, vt C. de non nume. pec. in auth. contra q. & ita non eſt incõueniens, ſi de vna exceptione tranſit ad contrariam. ſic 24. q. 1. quiſquis. ext. de teſtib. ex tenore. ſic extra de excep. cum venerabilis.

" Actiones plures hñs, an vna electa perdat alias.

a Adde an hoc ſit indiſtinctè verũ p Cy. i l. edita. & ibi ẽt Bal. C. đ ed.

b ¶[*Tricennalis.*] hic tacitè annectit ſecundam " quæſt. ſ. an ius decimarum, vel etiam ius funerandi poſſit præſcribi. Et eſt expeditum, ꝙ ius, id eſt, libertas nõ dandi[b] decimas à clerico nomine eccleſiæ ſuæ poteſt præſcribi, vt contra epiſcopum, vt ext. de præſcr. de quarta. Item vna eccleſia poteſt præſcribere decimas intra parochiam alterius eccleſiæ, vt extra de præſcr. ad aures. ſimiliter ius funerandi præſcribitur ſecundum leges, vt C. de reli. monumentorum. ſimiliter alia ſacramenta eccleſiaſtica præſcribuntur, vt ext. de reli. do. conſtitutus. Si quæras qualiter præſcribuntur decimæ, cum non continuè dentur, & ſeruitutes præſcribi non poſſunt, cum non continuò poſſideantur, vt ff. de ſer. ſeruitutes? Reſp. licet perceptio decimarum nõ ſit cõtinua, tamen ius percipiendi eſt continuum. Vel aliter, licet perceptio non ſit continua: tñ cã percipiendi (ſcilicet præceptum Dñi, qđ perpetuum & continuũ eſt) perpetua eſt & naturalis. & hoc ſufficit ad p̃ſcriptionem, quod cã ſit perpetua & naturalis, vt ff. de ſerui. vrban. prædio. foramen. ibi. n. dicitur, ſi cauſam à cœlo hẽt, continuũ dicĩt.

" Decimæ an poſſint præſcribi.

b De hoc ẽt not. 10. q. 3. quia. in gl. 2

FAcultates.] CASVS. Quidam epiſcopi poſſeſſiones aliarũ eccleſiarum, ſimiliter & diœceſes aliorum epiſcoporũ xxx. annis poſſederunt. Quæſitum fuit à Gelaſio, vtrum ſint tuti, vel ſecuri tanti tẽporis præſcriptione. Et reſp. ꝙ ſic, quia principum ita emanauit auctoritas, vt poſt xxx. annos nulli ſuper his liceat iudicem interpellare. *Concluſit*, id eſt, acquiſiuit. *Excluſit*, illas poſſeſſiones ab epiſcopis quorũ erant.

3 16. q. 3. licet in regulis.

4 16. q. 4.

c ¶[*Facultates.*] ſic cõſtrue, facultates eccleſiæ, q̃ ab aliquib. ẽpis poſſidentĩ, ſupple ipſi ẽpi iure ſibi vẽdicẽt, i. defendant.

d ¶[*Quòd.*] i. quia tricennalis lex concluſit, i. acquiſiuit illas poſſeſſiones eis. Vel pone caſum, ꝙ ille ẽps qui præſcripſerat res alterius, cecidit à poſſeſſione illarum rerum: tunc. n. licitè poſſet eas vendicare à poſſeſſore, vt 16. q. 3. §. poteſt.

e ¶[*Xxx.*] cum eccleſia pręſcribit contra priuatum[c]. ſed ſi eccleſia p̃ſcribit contra eccleſiam, & priuatus contra eccleſiam, requiruntur 40. anni, vt 16. q. 3. §. poteſt. in fi.

c Ar. ad hoc ext. de p̃ſcr. illud. vbi de hoc. Arch.

f ¶[*Appellare.*] id eſt, interpellare.

AT ILLI. CASVS. Per c. ſupradictum videbatur imponi ſilentium actorib. & ideo actores eccleſiæ nituntur claudere os reis eiuſdem Gelaſij auctoritate, quę eſt 16. q. 3. licet in regulis. vbi dicitur quòd ſtatus parochiarum temporali præſcriptione diuelli non poteſt: & ideo decimationes priori eccleſiæ aſſignatas nullus ſibi debet vſurpare.

g ¶[*Nulla.*] ĩ. 16. q. 3. licet in regulis.

h ¶[*Vindicabili.*] ideſt, iniuſta. Io. de Fan.

QVOMODO. CASVS. Non ſoluit hic G. contrarietatem duorum præmiſſorũ cap. Gelaſij: ſed ſeruat reſolutionẽ infrà 16. quæſt. 3. Poſteà autem annectit ſecundũ articulum huius quæſtio. ſcilicet, vtrum ius funerandi præſcriptione tollatur. & certum eſt, quòd ſic, cum quadragenaria præſcriptione omne ius, omnis actio tollatur. procedit G. ſic in hoc articulo. Primò inducit actores allegantes. Secundò reos reſpondentes. Probant ergo actores, ꝙ ius funerandi ad ſuam eccleſiam debet pertinere: quia vxores & filij in ſepulchro virorum & parentum ſunt collocandi: quod probat 9. auctoritatib. & exemplis.

NVNC AVTEM. Hæc eſt 2. pars q. in qua probat per c. Hierony. (ſuperficialiter tamen) ꝙ omnes conſanguinei debent ſimul ſepeliri. Io. de Fan.

i ¶[*Nunc autem.*] hic explicatur alter articulus primę queſtionis, ſ. vbi iſti ſint ſepeliendi. De hac materia loquuntur variè iura. Hug. dicit ꝙ quilibet poteſt ſepelliri in ſua eccleſia, vbi audiuit diuinum officium, vt extra de ſepul. in noſtra. niſi in tribus caſib. ſi velit tranſire ad ẽpalem eccleſiã, vt ĩ. e. vbicunque. vel ſi elegit ſepulturam in loco magis religioſo, vt extra de ſepul. fraternitatem. vel ſi velit ſepeliri in ſepulchris parentum ſuorum, vt infrà ead. placuit. " Ego credo

" ſepulturæ electio vnicuique libera eſt.

quòd

quòd liberè poteſt quis eligere ſepulturam vbicunq; voluerit, [a] vt extra eo.tit. cum liberum ſit.dum tamen legitimam portionem relinquat priori eccleſiæ,vt eod. tit. nos inſtituta. etiam apud locum minus religioſum,vt extra eo. in noſtra. & omnia contraria intelligas,quando eſt illectus,vel quando ex contemptu, vel temeritate deſerit ſuam eccleſiam,vel quando legitimam portionẽ non vult relinquere eccleſię priori, parentes tamen non poſſunt filijs intra annos diſcretionis eligere ſepulturam, niſi hoc habeat conſuetudo,vt extra de ſepul. de vxore. & extra eod. tit.in noſtra.in fi.ſi quis autem in caſu non conceſſo receperit corpus alienum, etiam ſepultum reddere cogetur. cum omnibus quæ occaſione ipſius receperat,vt extra e.fraternitatem.in fi. & extra eo.c. 1.& 2.

a Dũmodo hoc non faciat ex odio, vel temeritate. J. e. placuit. ſm L. & B.

1 in quæſt. hebraicis in Geneſim.& de locis hebraicis.

2 Pol.l.8.ti. 5.Burc.l.3. ca.160.Iuo p.3.c.223.

EBron.] CASVS. Dicit in hoc c.Hie. vxores eſſe ſepeliendas in ſepulchris virorum ſuorum: & hoc probat exemplo quinque virorum, ſcilicet Abrahæ, Iſaac,& Iacob, Adæ, & Tobiæ.Seq. duo capit. patent per ſe.

3 Burc.l.3. ca.161.Iuo p.3. c.224. Matth.19.

a ¶*In ſpelunca duplici.*] id eſt, quia duo receptacula habuit. i vno recipiebantur maſculi,in alio fœminæ.

b ¶*Præter.*] hæc dictio, prẹter, hic ponitur incluſiuè, [b] ſic 35. quæſt.3.ff.de pig.act.l. 1.in fi.

b Sed excluſiuè ponit 16. q. 1. adijcimur. Arc.

c ¶*Quos coniunxit.*] largius hic interpretatur Hieronymus auctoritatem Domini, quàm in Euangelio Matthæi intelligatur. & eſt ſi.28. q.1. idololatria.

4 aliqd ſimile 9.confeſ. c.11.ex ſnia aliqñ matris ſuæ.

5 Poly. ibi. Burc. l. 3.c. 162.& 163. Iuo p. 3.ca. 225.& 226.

6 B.Greg.l. 2.dial.c.34.

VNaquæque.]hæc eſt 3.pars queſt.in qua probat, quòd omnes non poſſunt ſimul ſepeliri.Io.de Fan.

d ¶*Sequatur.*] " Nunquid ergo tenetur ſequi virum vagantem? Videtur quòd non, vt 34.qu. 2.ſi quis.ſic nec libertus tenetur ſequi patronum vagantem, vt ff. de ope. lib. quod niſi. arg.ff. de proc. ſed & hæ. §. non ſolùm. ff. de an. leg. l. Mæuia. §. 1. Sed contra, quia etiam tenetur ſequi leproſum.extra de coniu. lepro.c. 2.& 3. Credo,quòd ſi ſciret eum eſſe hiſtrionem,tenetur eum ſequi, aliàs non.H.tamen dicit, quòd ſemper debet ipſum ſequi, & dicit,quòd illud c.ſi quis.eſt abrogatum.ſimiliter dicit, quòd debet ipſum ſequi etiam ſi mittatur in carcerem, vel ſi cogatur ire in exercitum. Sed eadem ratione debet ipſum ſequi quoties dominus petit à viro qui eſt ſeruus,vt ſeruiat ſibi.lex tamen dicit, quòd poſtquàm liberta nupſit volũtate patroni, quòd amodo nõ debet ſeruire patrono,propter ſuſpicionem: ſed patronæ ſuæ poteſt honeſtè ſeruire, vt ff. de op.l.ſicut.

" Vxor an teneatur ſequi virũ vagantem. Tob. 4. & 14.

Geneſ.50.

Ait enim. [1]

¶ In ſepulchro parentum ſuorum filij ſunt collocandi.

CAP. II.

2 EBron dicitur eſſe ciuitas quatuor A virorum,quia in ea ſepulti ſunt tres patriarchæ in ſpelunca [a] duplici cum tribus vxorib.ſuis,idеſt, Abraham & Sara,Iſaac & Rebecca, Iacob & Lia, præter [b] ipſum Adam & Euam vxorem ſuã. Tobia dicit ad filium ſuum. [Cum acceperit Deus animã meam,corpus meum ſepelies, & honorem habebis matri tuę omnibus diebus vitæ eius: & cum ipſa compleuerit tempus ſuum, ſepelias eam iuxta me in vno ſepulchro. *ibidem.*

¶ 3 Quos coniunxit [c] vnum coniugium, coniungat vnum ſepulchrum: quia vna caro ſunt,& quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.

A ¶Quatuor.] *Sic emendatum eſt, cum antea legeretur,* trium.*Sic.n.legitur apud B. Hieronymom in quæſtionibus hebraicis in Geneſim,de locis hebraicis,& in epitaphio Paulę. Ac dictio hebraica ſignificat quatuor, & quatuor Patriarchę hic numerantur, qui ibi ſepulti ſunt: Abraham,Iſaac, Iacob,& Adam cum vxoribus ſuis.*

Item Auguſtinus. [4]

CAP. III.

3 [5] VNaquæque mulier ſe quatur [d] virum ſuum ſiue in vita, ſiue in morte. [e]

Item Gregorius. ¶ 6 Soror beati Benedicti ſepulta eſt in ſepulchro, quod ipſe ſibi præparauerat: vt quorum mens vna fuit ſemper in Domino, eorum quoque corpora ſepultura non ſepararet.

¶*In plerisque vetuſtis caput hoc coniunctum eſt ſuperiori, nec ipſa prorſus auctorum verba afferuntur.*

Item Ioſeph moriens in Aegypto rogauit fratres ſuos,vt tempore viſitationis [f] *ſuæ oſſa ſua ſecum deferrent,et in ſepulchro patrum ſuorum ea collocarem.* ¶*Item. Dictum eſt prophetæ,* [g] *qui contra pręceptum Domini comederat in Bethel.* [*Non inferetur cadauer tuum in ſepulchrum patrum tuorum.*]¶*Item. De nonnullis legitur in libro Regum* [*obÿt, & appoſitus eſt ad patres ſuos*] *hoc eſt in ſepulchro patrum ſuorum.*¶ [7] *Item in nouo* [h] *teſtamento beatus Philippus legitur ædificaſſe ſibi ſepulchrum, in quo ipſe, & filiæ eius quieuerunt.* ¶ [8] *Item Beatus Seuerus Rauennatum archiepiſcopus tumulum fieri iuſſit, in quo ſe,& vxorem, & filiam collocauit.* ¶*His omnibus exemplis colligitur, ꝙ in ſepulchris parentum corpora filiorum collocanda ſunt. Quia ergo parentes iſtorum apud priores eccleſias ſepulti ſunt, & hi apud eaſdem debent tumulari.*¶*Econtrà,* [i] *Adã, vt aſſeritis, in ciuitate Arbee* [k] *tumulatus eſt.Sed nunquid omnes filij eius ſepulti ſunt ibi? tanta multitudo humani generis tam breui tumulo non tam facilè poſſet includi.* ¶*Item Abraham ibi ſepultus eſt. Sed nunquid Iſmaël, & Madai, & alij, quos de Cethura* [l] *genuit,ibi ſepulti ſunt?* ¶*Item Iſaac ibi ſepultus eſt.Sed nunquid Eſau cum eo tumulatus eſt?*¶*Itẽ Iacob ibi collocatus eſt:Sed nunquid aliquis filiorum eius præter Ioſeph ibi ſepultus eſt? Rachel* [m] *quoque non in Ebron, ſed iuxta Bethleem* † *tumulata legitur. Exemplo igitur iſtorum liquet, quòd liberum eſt filijs ſepeliri in ſepulchris patrum ſuorum,& liberum eſt eis alibi pro locorum & temporum opportunitate corpori ſuo hoſpitalium inuenire. Non ergo hoc exemplo iſti cogũtur ſepeliri in ſepulchris patrum ſuorum.*¶*Item,quæ legibus definita ſunt, mutari non licet. Quæ autem legibus expreſſa non ſunt, arbitrium* [n] *ſequuntur humanæ voluntatis. At legibus definitum eſt, quibus decimæ ſint perſoluendæ,& ideo danti mutare non licet. Vbi autem quiſque tumulandus ſit, legibus expreſſum non eſt, & ideo in voluntate tumulandi conſiſtit.*

Vnde beatus Gregorius ait. [9]

¶Vltima voluntas defuncti ſeruari debet.

CAP. IIII.

VLtima [o] voluntas defuncti modis omnibus conſeruari debet.

e ¶*In morte.*] hoc eſt conſilium, vt extra eod. tit. de vxore. " Quærit Hug. (pone quòd mulier plures viros habuit: quem illorum debeat ſequi in ſepultura ſibi eligenda? ſecundum Ioan.non eſt quæſtio,quia poteſt eligere ſepulturam vbi voluerit.H.dicit, [c] quòd tenetur vltimum ſequi: ſicut vltima eccleſia ſuccedit clerico. 18.quæſt. 1. cap. vno. ſicut vltimum virum ſequitur in domicilio & honore. ff. ad mun. filij.§.j.

" vxor q plures viros habuit cũ quo ſepelietur.

c iſtã opi.ſequitur Alc. de Im.i.l.cũ qdã.co.3.ff. d iu. om.iu.

3.Reg.13.

SOROR. CASVS. Probat G. in hoc cap. quòd omnes de eadem parentela & coniugati omnes ſunt in eodem ſepulchro ponendi, & hoc probat exemplis v. & auctoritatibus.

7 Rufinus hiſ.eccl.l.3. ca.31.

8 in vit.SS. to.1.& i pomœrio eccleſiæ Rauennatis.

f ¶ *Viſitationis.*] id eſt,cum Deus eos viſitaret, & educeret eos de terra Aegypti.id eſt, Aegyptiaca ſeruitute:" & hoc petijt,quia ignominioſum erat tunc, quòd aliquis non ſepeliretur in ſepulchro patrum ſuorum, vt ſtatim ſequitur. " vel qa in ſpiritu viderat, quia dominus reſurgere deberet ibi,& præuiderat multos reſurrecturos ibi cum illo,& ipſe forte erat vnus ex illis.

Geneſ. 25.

" Ioſeph.in ſepulchro maiorum ſe pultus fuit certa rõne.

Gen.35.49. & 50.

g ¶ *Prophetæ.*] Abdo.ſcilicet hanc hiſtoriam habes.1. quæſt.1. ſi quis inquit.

Geneſ. 35. † in vulgatis legebat] Bethel.

h ¶*In nouo teſtamento.*] id eſt, tempore noui teſtamenti, non fuit iſte Philippus Apoſtolus,ſed vnus de ſeptem diaconibus.

HIS OMNIBVS. CASVS.Concludunt actores ex ſupradictis x. auctoritatibus, vel exemplis,quòd iſti parochiani, qui ſuperſunt, apud eccleſiam ſuam cum parentibus ſunt tumulandi, quia parentes apud illam ſepulti fuerunt.

ECONTRA. CASVS. Nunc reſpondent rei, ꝙ vxores vel filij non coguntur virorum ſuorũ vel parentum ſepulturas ſeq: ſed vbicũq; voluerint, ſuo corpori ſepulturam poſſunt quærere pro locorum & temporum opportunitate. hoc probant trib.exemplis,vna ratione,& vna auctoritate.Et omnia plana ſunt vſq; ad §. *quod de libero.*

9 16.q.1.ad monere.

i ¶*Econtrà.*] reſponſio defenſorum.

k ¶*Arbee.*] id eſt,Ebron.

l ¶*De Cethura.*] quæ etiam Agar dicitur.

m ¶*Rachel.*] vxor Iacob.

n ¶*Arbitrium.*] ſic extra de off.del.de cauſis.

o VLtima.] " Vltima voluntas defuncti pro lege ſeruanda eſt, vt in auth.de nupt. §. diſponat. col. 4. & ſi quis eam

" Defuncti voluntas an ſit ſemper ſeruanda.

eam non ſeruat, hoc ipſum quod ei eſt relictum, ab eo aufertur, vt 11. quæſt. 1. Siluester. & hoc intelligas cum voluntas eſt rationabilis. nam ſi moriens exhæredare vult filium ſine cauſa, hæc voluntas non eſt ſeruanda, vt ĵ. ead. ſi quis. ſimiliter ſi quis præcipiat corpus ſuum iactari in mare, vt ff. de cond. inſti. quidam. ſed ipſe moriens bene poteſt mutare voluntatem ſuam. nam ambulatoria eſt voluntas defuncti, vt ff. de adim. leg. l. 2. Sed pone, quòd quis iurauit, quòd non veniret contra voluntatem ſuam, nunquid poteſt venire contra? Videtur quòd non, [a] quia hoc iuramentum non vergit in interitum ſalutis æternæ, ergo eſt ſeruãdum, vt extra de iureiu. ſi verò. Sed contra nemo poteſt ſibi indicere legem, [b] vt non liceat ſi bi recedere à priori voluntate, vt ff. de leg. 3. ſi quis in prin. & libertatem ſupremi iudicij nemo poteſt conſtringere, vt ff. pro ſo. cum duobus. §. Papinianus, in fin. argum. contra extra de iureiur. cum contingat. Ioan. hoc plenè notaui in quæſtionibus. B.

a Quód & verum eſt hic arg. C. ſi adver. ven. auth. ſacraméta. ext. đ iurei. cũ cõtingat. ſm Io. de Fan.

b Dicas, ꝙ nemo ꝑt ſibi imponeŕ legẽ, niſi interſit alterius ff. de ſer. quoties. ſecundum Gof. qui ita no. extra de conſt. ex literis. Arch.

1 Iuo p. 16. c. 111.

QVOD DE LIBERO. Hæc eſt quarta pars qu. in qua probat contra, ſcilicet, quòd ſeruus non poteſt facere teſtamentum. & hoc probat per c. ſeq. Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſ. ꝙ vltima voluntas defuncti modis omnibus eſt ſeruanda. Nunc verò dicit Grat. quòd hoc intelligendum eſt de voluntate liberi hominis, & non ſerui. ſeruus enim teſtamẽtum condere non poteſt. & ad hoc inducit ſeq. c. & non facit iſte §. ad principale ꝓpoſitum Gratiani.

ILlud etiam.] CASVS. Ampliatus ſeruus Romanę eccleſię conduxerat quędam prædia, de quibus tertiam partem, vel quartam iuxta Siciliæ prouinciæ morem Papæ reddebat: qui cum ægrotaret, condidit teſtamentum. Præcepit ergo Gelaſius Honorio epiſcopo, vt omne peculium, & omnem ſubſtantiam eius, filijs eius fideli deſcriptione faciat tradi, vt per eos eccleſia reddatur indemnis. ſic poſuit Ben. hunc caſum. H. verò ponit ſic. Ampliatus iſte ſeruus erat eccleſię Romanæ, & cuiuſdam patrimonij eccleſiaſtici procurationem geſſerat cum quibuſdam filijs ſuis: ex qua adminiſtratione adhuc non reddiderat ratiocinia. Teſtamentum tamen licet eſſet ſeruus, facere volebat. Scribit ergo Gelaſius Honorio epiſcopo mandans ei, vt non permittat illum facere teſtamentum, & ſi contigerit eum mori, totum patrimonium eccleſiæ ſibi commiſſum faciat deſcribi, & intactum apud filios ſeruari, donec ipſi pro tempore ratiocinia reddãt, & eccleſiam ſeruent indemnem. Sed certè ego Barth. Brix. magis approbo caſum Hu.

a ¶Conductor.] impropriè dicitur ſeruus conductor. Nam nec ſeruus aliquid dẽt, nec aliquid ei debetur: ſed potius per talia verba reſpicitur factũ quàm ius, vt ff. de pec. nec ſeruus.

† al. vnanimitas.

¶Sententia huius capituli habetur li. 3. ep. 9. in verbis quæ referuntur ĵ. 16. q. 1. admonere. itemque lib. 9. ep. 20. Neceſſe eſt, inquit, vt ſi impletum hoc fuerit, defuncti diſpoſitio conſeruetur. *Sic enim in manuſcriptis: licet in vulgatis ſit*, depoſitio conſeruetur.

4 *Quod de libero, & non de ſeruo intelligendum eſt. Seruus enim teſtamenti paginam condere non poteſt.*

Vnde Gelaſius Papa ſcribit Honorio Epiſcopo.

¶Seruus teſtamentum facere non poteſt.

CAP. V.

1 ILlud etiam ſinceritatem tuam volumus non latere, ad nos fuiſſe perlatum, quòd Ampliatus conductor [a] (quem non ſolùm ſeruum conſtat eſſe eccleſię, ſed ita eius rationibus à multis temporibus implicatum, vt etiam ſi eſſet ingenuus, donec ratiocinia cuncta deduceret, modis omnibus obnoxius haberetur) auſu temerario molitus fuerit condere paginam teſtamenti: cuius omne peculium eccleſiaſtico iuri legibus non dubitetur obſtrictum. [b] Quapropter his præſumptionibus vice noſtra, tua fraternitas contradicat: nec fieri prorſus aliqua ſurreptione permittat. Ac, ſi eidem quidquam humanitus fortè contigerit, quia grandæuus eſſe memoratur, mox eius ſine dilatione ſubſtantiam præcipiat humanitas † tua, filijs eius duntaxat, quibus patrimonium probatur eſſe commiſſum, ſub fideli deſcriptione contradi, [c] donec vniuerſis temporibus, qui bus hoc patrimonium gubernaſſe cognoſcitur, partes Dominicas reddere cogantur indemnes.

b ¶Obſtrictum.] non intellige obſtrictum, i. obligatum: quia cum peculium quod ſeruus habet, ſit domini, domino non poteſt res ſuas obligare, vt ff. de reg. iur. neque.

c ¶Contradi.] non tanquàm hęredibus, “quia ſeruus non poteſt habere hęredem, vt C. commu. de ſuc. ſeruus. ſed conſuetudo eſt plurium locorum, quòd filijs relinquatur peculium, quod pater habuit.

“Seruus hęredem habere nõ ꝑt.

QVIA ERGO. Hæc eſt 5. pars in qua dicitur, quòd nullus ſine cauſa debet dimittere ſepulturam patrum, & hoc probat ꝑ tres aucto. Io. de Fan.

CASVS. Hic reuertitur G. ad principale ꝓpoſitum, & concludit ex illo c. Gre. ſ. vltima voluntas. quòd quilibet poteſt ſibi eligere ſepulturam pro arbitrio ſuo, & non pro arbitrio prioris eccleſiæ, & ad hoc probandum inducit ſeq. c.

5 *Quia ergo ſecundum Gregorium vltima voluntas defuncti conſeruanda eſt, pro iſtorum voluntate corpora eorum ſunt tumulanda, non pro arbitrio veſtræ diſpoſitionis.*

Item in Triburienſi concilio legitur.

¶In Triburienſi impreſſo, c. 15. habetur eadem ſententia, ſed non iiſdẽ omnino verbis expreſſa.

¶Vbi quiſque decimas perſoluerit, ibi, ſepulturam eligere debet.

CAP. VI.

2 VBicunq; [d] temporum, vel locorum facultas tulerit, apud maiorem eccleſiã, vbi ſedes eſt epiſcopi, ſepulturæ celebrentur. Si autem propter temporis, vel loci aſperitatem hoc difficile fuerit viſum, apud eccleſiam, in qua religioſorum canonicorum, vel monachorum, vel ſancti monialium religioſa congregatio communiter degerit, ſepeliatur. Si autem & hoc ineptum viſum fuerit, vbi quis decimas perſoluebat viuus, ibi ſepeliatur & mortuus.

2 16. qu. 1. vbicunque. Bur. l. 3. ca. 237. Iuo p. 3. c. 278.

Quia ergo decimam [e] nobis perſoluebat viuus, & apud nos ſepeliendus eſt mortuus. Item, ſi quis de prouincia ad prouinciam tranſiret, & ibi domicilium ſibi collocaret, liber [f] factus à ditione prioris iudicis, iuriſdictioni illius iudicis ſubijceretur, in cuius prouincia ſedem ſibi eligeret. Quia ergo iſti à veſtra diœceſi in noſtram tranſierunt, liberi à veſtra ditione noſtro iuri ſubijciuntur. Noſtrum ergo ius funerandi eos.

VBicunq;. CASVS. Triburien. conciliũ ſtatuit, ꝙ ſi quis poteſt, dẽt ſepeliri apud epiſcopalẽ eccleſiã: ſin autẽ apud aliquod monaſterium, vel eccleſiã regularem. Sed ſi hoc aptè fieri non poteſt: ſepeliatur apud illam eccleſiam, vbi viuus decimas magis ꝑſoluebat. Et dicit H. ꝙ illud qđ dicitur de epali eccleſia, intelligitur de illis q habent antiquam ſepulturã in epali eccleſia: qa de omnib. ciuib. non poſſet intelligi, qa non impediuntur rõne loci, vel tpis: nec de illis qui ſunt in epatu, cũ ratio & conſuetudo nõ obtineat. nec de peregrinis poteſt intelligi, cum eis c. contradicat: quia tales, ibi decimas non perſoluunt.

d ¶Vbicunq;.] “ ſed nõne quilibet ſepeliẽdus eſt, vbi recepit ſacra eccleſiaſtica? vt ĵ. c. ꝓx. & ext. e. ti. noſtra. Ad qđ ergo diuiſa eſſent cœmeteria. ſ. e. c. 1? Reſp. verum eſt. Sed iſtud c. inſtruit, ꝙ ſi quis vult eligere aliã ſepulturã, ꝙ hunc ſeruabit ordinẽ in eligendo. potius. n. eliget epalem eccleſiã quàm alterã. ſi tñ alio mõ eligit, ſtandum eſt voluntati ſuæ: dum tñ habeat iuſtam cãm eligendi, epo autem non præfigitur talis doctrina. nam poteſt eligere ſepulturam in minori eccleſia, vt 12. q. 2. bonæ. & intelligo qđ ſemper ex temeritate, vel contẽptu, vel ex electione mutatur ſepultura: niſi appareat certa cã mutationis, vel niſi ſeruet hũc ordinem, q hic ſtatuitur in eligendo ſepulturã.

“Sepulturã an poſſit aliquis ſibi eligere.

QVIA ERGO. CASVS. Concludunt rei quòd apud ſuam eccleſiam iſti parochiani ſunt tumulandi, duabus rationibus. Prima ex fine præcedentis capit. ſcilicet, quia viui epiſcopo eccleſiæ decimas perſoluerũt: ergo ibi ſepeliendi ſunt. ſecunda ratio, quia poſtquàm quis tranſit de prouincia in prouinciam, liber factus eſt à iuriſdictione prioris iudicis, & ſubijcitur illi in cuius prouincia ſedem collocauit: vnde iſti ſubijciuntur iuriſdictioni ſecundæ eccleſiæ, & apud eam debent ſepeliri.

e ¶Decimam.] perſonalem.

f ¶Liber factus.] hoc eſt verum, quando plenè ſe tranſtulit, vt 21.

vt 21.quæſt.2.ſi quis iam translatus. ſecus ſi transferret ſe ad ſecundum locum,non tamen animo relinquendi primum locum.tunc enim retinet primum locum & ſecundum, vt ff.ad munici. ſi quis inſtructus. “ Et quod hic dicitur, intellige quòd quis poteſt ſe transferre de vno foro ad aliud re integra. nam ſi quis in vno loco eſt conuentus, licet tranſeat ad aliud forum, tamen in priori foro reſpondebit, vt ff. de iuriſd. omn. iudi. l. pen. Item & hic ſcias ꝙ ſola habitatio non facit aliquem eſſe de iuriſdictione alicuius, niſi per decem annos ſteterit ibi, [a] vt C. de inco. l. ſecunda. libro decimo. niſi quo ad hoc quod ibi reſpondebit, [b] vt ff. de iudi. hæres.

“ Forũ mutare,an alicui liceat.

a Idem tũc dicas cũ de iuriſdõne ſecũdi, cũ eo animo larẽ mutat,vt ibi permaneat C. de incol. ciues. ſecundùm L.

b ſc. rõe cõtractus. & ĩ alijs caſib. no.3. q.6.in ſumma. Io. de Fan.

SED OBIICITVR. CASVS. Adhuc obijciunt actores contra reos & inducunt ſequen. capit. ſed per illud non reſpondent vltimæ allegationi reorum, ſed ſolùm illis quas collegerunt ex illo capitulo, vltima voluntas. & etiam ex illo capitulo, vbicunq;.

PLacuit.] CASVS. Quæſitũ fuit à Melchiade Papa, vtrum aliquis poteſt ſepulturam nouam propria temeritate eligere: & antiquã parentum ſuorum deſerere? Et reſpondet ꝙ non. ſi quis prælatus contra fecerit, debet excommunicari.

a ¶[*Temeritate.*] iſtud verbum ſoluit contraria: nam aliàs poteſt quis ſibi eligere ſepulturam, vt ext.eo. ca.1. & ca. cum ſit liberum. & ca.in noſtra.

b ¶[*Niſi infirmitatis.*] hoc eſt contra H. qui dicit, quòd in tribus caſibus poteſt mutari ſepultura, vt dixi in ſumma. hic habet locum diſtinctio decre.extra eo. tit.de his.

SED ALIVD. CASVS. Iſte §. diuiditur in tres partes. In prima parte ponit G. quandam ſolutionem pro reis, dicens ꝙ aliquis ex temeritate, ſ.ſuperbia, vel odio, vel vanis perſuaſionibus, vel muneribus illectus non debet eligere ſepulturam nouam, & contemnere ſepulturam parentum ſuorum, ſed rationabili cauſa,& iuſta nouam eligere poteſt. Nec obſtat quod dicit Gregor. ꝙ vltima voluntas libera debet eſſe: quia libera eſt cum quis certa ratione ductus, nouam ſibi quærit ſepulturam. In ſecunda parte ponit quandam ſolutionem aliorum, quæ videntur facere contra reos, dicentium, ꝙ libera eſt voluntas vltima cuiuſcunque, non in ſepultura ſibi eligenda, ſed in teſtamento conficiendo. Vnde teſtamentum dicitur, quia eo quiſque liberè teſtatur. In tertia parte obijcit Gratianus, ꝙ etiam in teſtamento non videtur libera voluntas. Et hoc probat duabus auctoritatibus: vna Auguſtini dicentis, ꝙ pro numero filiorum debet fieri diſtributio facultatum. Et alia Leonis dicentis, ꝙ quilibet debet medietatem eorum quæ teſtatur, eccleſiæ ſuæ relinquere. Tandem dicit ꝙ Auguſtinus loquitur exhortatiuè, vel de cõſilio, ne pater iratus filium exhæredet. Secunda pars incipit ibi, *Vel vt quidam.* Tertia ibi, *Sed non videtur libera.*

c ¶[*Sed aliud.*] G.hic ponit duas ſolutiones.

d ¶[*Vel vt quidam.*] ſecunda ſolutio.

e ¶[*Sed non videtur.*] nunc obijcit ſolutioni ſuæ.

Sed obijcitur illud Melchiadis Papæ.

¶ Propria temeritate ſepulturam parentum relinquere non licet.

CAP. VII.

PLacuit per omnia magno concilio, vt nullus proprij arbitrij temeritate [a] aliam eccleſiam, niſi cui vſus antiquorum parentum canonica inſtitutione ſubiacere perhibetur, ſepulturæ cauſa adire procuret: niſi infirmitatis [b] cauſa præpeditus in aliam fuerit regionem quolibet negotio progreſſus. Ad hæc, ſi quis prælatus contra hoc agere ſategerit, eccleſiaſtico vinculo ſe ſubdi cognoſcat.

Sed aliud [c] eſt ex temeritatis ſuperbia vſum antiquorum parentum non ſequi: atque aliud, rationabili occaſione nouam ſibi ſepulturam eligere. Contra Melchiadis Papæ auctoritatem nititur, qui ſuperbia, vel odio ductus, ſiue vanis perſuaſionibus, aut varijs munuſculis illectus, ſepulturam parentum ſuorum ſequi contemnit. A *Secundum Gregorium autem liberam habet volutatem: qui certæ rationis cauſa nouum ſuo corpori quærit hoſpitium.*

¶ *Vel vt quidam [d] diſtinguunt, libera eſt vltima voluntas cuiuſque, non in ſepultura ſibi eligenda, ſed in teſtamento conficiendo. Vnde & teſtamentum appellatur, quia eo quiſque liberè teſtatur, quod poſt ſuum deceſſum de proprijs reb. fieri velit*

¶ *Sed non videtur [e] libera teſtatoris voluntas, cum ſecundum Auguſtinum [1] pro numero filiorum debeat fieri teſtamentaria diſtributio facultatum: veluti, ſi quis habet vnum filium, Chriſtum putet alterum: ſi verò duos, Chriſtum faciat tertium: & ſic per ordinem. Et ſecundum Leonem [2] quiſq; medietatem [f] eorum, quæ Chriſto teſtatur, eccleſiæ iubetur relinquere, apud quam fidei ſacramenta ſuſcepit. Sed illud Auguſtini non eſt iubentis, ſed dehortantis: ne quis iratus filium ſuum exhæredaret, atq; totum Chriſto relinqueret.*

1 j.ca.prox.

2 ex ti.de ſepul. cap.relatum.

Ait enim in ſermone 2. de vita clericorum. [3]

A ¶[Sequi contemnit.] *In duobus exemplaribus Gratiani Vaticanis ſequitur,* Ait Leo epiſcopus, &c. *& ponitur integrum ca.*relatum. *extra ti.de ſepul. quod etiam refertur ab Iuone par.7. c.150. & ab Anſelmo l.5.c.55. & in Polycarpo lib. 4. tit. 34. ex Leone nono. Verùm in alijs duobus vetuſtis, & valde emendatis hoc idem caput ponitur poſt ver.* Sacramenta ſuſcepit. *Et certè verba iſta,* & ſecundum Leonem, &c. *indicant alicubi hanc Leonis auctoritatem à Gratiano eſſe relatam.*

¶ Pro numero filiorum pars hæreditatis Deo offeratur.

CAP. VIII.

4 SI quis iraſcitur [g] filio ſuo, & moriens exhæredat eũ, ſi viueret, non eum placarem? non ei filium reconciliare deberem? Quomodo ergo cum filio ſuo volo vt habeat pacẽ, cuius appeto [h] hæreditatem? Sed planè ſic faciat: quod ſæpè hortatus ſum. Vnũ filium habet, putet Chriſtum alterũ: duos hẽt, putet Chriſtũ tertiũ: decem habet, Chriſtum vndecimum faciat, & ſuſcipio.

Hac nimirum auctoritate menſura teſtatori præfigitur, non quam cogatur exòluere, ſed quam prohibetur [i] tranſcendere.

6 *Oblationes ergo defunctorum qui reddere noluerit, excommunicetur.*

Vnde in Carthaginenſi concilio, 4.c.95.

¶ Excommunicentur, qui defunctorum oblationes eccleſijs negant.

CAP. IX.

5 QVi oblationes [k] defunctorum aut negant [l]

f ¶[*Medietatem.*] qñque tertiam, ſecundùm conſuetudines diuerſas, vt extra eod. ti.certificari.

SI quis. CASVS. Quidam clerici parati erant totam hæreditatem recipere, cum pater filium ſuum exhæredabat, quos repræhendit Auguſtinus, cũ potius debeant patri filium reconciliare, quã hæreditatem appetere. Vnde docet, quòd ſi pater vult tantum relinquere Chriſto quantum vni filiorum, paratus eſt ſuſcipere. *Non eum*, id eſt, nonne. & ponitur interrogatiuè, & litera ſequens ſimiliter ponitur interrogatiuè.

3 Siue ſerm. 52. ad fratres in eremo: omittũtur autem verba aliquot.

g ¶[*Iraſcitur.*] “ hodie enim non poteſt quis exhæredare filium ſuum, niſi habeat iuſtam cauſam exhæredationis, & illa debet ſcribit in teſtamento, vt C. de li. præt. auth. non licet. tamen ex iracundia omnia ſua dare poteſt eccleſiæ, dum tamen relinquat legitimam filijs, vt 17.qu.4. ſunt qui opes. Item ſi qs relinquit bona ſua eccleſiæ propter defectum filiorum, honeſtum eſt, ꝙ eccleſia reſtituat ei bona, ſi cœperit habere filios, vt 17.q.4.c.vlt.

“ Pater ſine cauſa filiũ exhæredare non poteſt.

4 in cõc. Aquiſgr. cap. 112. Iuo p. 3.c.178.

h ¶[*Appeto.*] ſic 22. q.2.non enim.

HAC NIMIRVM. CASVS. Ponit hic Gratian. quã dam ſolutionem falſam, dicens, quòd Aug. non præcipit teſtatori vt tantum Chriſto relinqueret quantum vni filiorum, ſed prohibet ne plus Chriſto relinquat quàm vni filiorum, quod falſum eſt, cum pater filijs ſuis vltra tertiam, ſi ſunt quatuor vel pauciores, vel medietatem ſi ſunt ſex, & vltra relinquere non teneatur, vt in auth. de tri.& ſe.circa prin. In fine oſtendit, ꝙ qui oblationes defunctorum reddere nolunt, ſunt excommunicandi. Primum cap. quod ſequitur, planum eſt.

5 Burc.l. 3. c. 142. Iuo p.3. c. 208. c Et cap. ſi qua. quæ ſignantur ꝑ contrarijs: ſ; ĩtellige, prohibetur tranſcẽdere ex calore iracundiæ & ex odio, vel ꝓhibetur, i. diſſuadetur & cõſulitur ei, i. conſilio Aug. ſuadetur, & cõſulitur ei, vt non tranſcẽdat eam ſecundùm H. hæc vltima expoſitio vr̃ melior quã prima, vt ñ cõtradicat. quod dic vt ſ.c. proxi. in gl.1. Arc.

i ¶[*Prohibetur.*] falſum dicit, quia etiam totum dare poteſt eccleſiæ, vt 19.q.3. perlatum. [c] dum tamen legitimam relinquat filijs, vt C.de inoffi.teſt. auth. nouiſſima.

OBLATIONES. Hæc eſt 6.pars quæſt. in qua probat magiſter, ꝙ ille qui detinet oblationes defunctorum, quas defunctus mandauit, peccat mortaliter. & hoc probat per tria cap. Io. de Fan.

k QVi oblationes.] Non intelligas hoc de oblationib. volũtarijs, ſed de illis quæ relicta ſunt eccleſijs. qui.n. debitas oblationes tenet, vel decimas, vel primitias, excommunicatur, vt 32.diſt. præter hoc.& 16.q.1. ſtatuimus.

l ¶[*Negant eccleſiis.*] ſi autem confitentur, ꝙ debeant, ſed exceptio-

exceptionem aliquam proponunt, quare dare nō debent, audiendi ſunt, vt ff. de leg. 1. ſi domus. §. qui confitentur. extra de offi. deleg. ex parte. 2.

a ¶*Egentium.*] vt 66. diſt. paſce. & 16. q. 1. decimæ. & extra de reſc. ſi quando.

QVi oblationes.] Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur quòd excommunicandi ſunt qui tradere nolunt eccleſijs oblationes defunctorum. Et hoc probat tribus rationibus. Prima eſt, quia infideles reputantur. Secunda, quia voluntatem defunctorum nō ſeruant. Tertia, quia pauperibus neceſſaria ſubtrahunt. In ſecunda parte dicitur, quòd tales ſacrilegium committunt. Secunda pars incipit ibi, *Vnde & quidam patrum.*

b ¶*Et quidam.*] ſ. Hieronymus, vt 12. qu. 2. gloria epiſcopi.

c ¶*Sacrilegium.*] alibi dicitur talis homicida: vt 12. qu. 2. qui abſtulerit.

CLerici.] Casvs. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd clerici, vel laici ſunt excommunicādi qui nolunt reſtituere oblationes, quas parentes dederunt in vita, vel reliquerunt in teſtamento, vel qui volunt auferre eccleſię id quod ipſi donauerunt. In ſecunda parte dicitur, quòd clerico furtum facienti peregrina communio tribuatur. *Peregrina communio,* id eſt, viaticum in morte, cum incipiunt peregrinari, id eſt, recedere de hac vita. Secunda pars incipit ibi, *Si quis autem.*

d ¶*Vel ſeculares.*] id eſt, laici.

e ¶*Excludantur.*] arg. quòd ſacrilegi non ſunt ipſo iure excommunicati.

f ¶*Peregrina.*] id eſt, commorabitur inter laicos, vel peregrina, id eſt, cum recedit vel peregrinatur de hoc mundo.

ITEM QVAERITVR. Hæc eſt ſeptima pars quæſt. in qua prohibet ne pro ſepultura aliquid exigatur, niſi detur ſpontanea voluntate. & hoc probat per 4. capit. Ioan. de Fan.

eccleſijs aut difficulter reddunt: tanquam egentium [a] necatores excommunicentur.

Item ex concilio Vaſenſi, 1. cap. 64.

¶Vt infideles eijciantur ab eccleſijs, qui defunctorum oblationes retinent.

CAP. X.

1 QVi oblationes defunctorum retinent, & eccleſijs tradere demorantur, vt infideles ſunt ab eccleſia abijciendi: quia vſque ad inanitionem fidei peruenire certum eſt hanc pietatis diuinæ exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes, votorum ſuorum plenitudine, & pauperes conſolatu alimonię, & neceſſaria ſuſtētatione fraudantur. Hi enim tales quaſi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi ſunt. Vnde & quidam [b] Patrū hoc ſcriptis ſuis inſeruit, congruente ſnīa, qua ait [2 Amico quidpiam rapere, furtum eſt: eccleſiam verò fraudare, ſacrilegium. [c]]

1 Deuſd. p. 4. Iuo p. 3. c. 155.

2 s. 12. q. 2. gloria.

Item ex concilio Agathenſi, c. 4.

¶Qui oblata eccleſijs, aut teſtamento relicta retinere præſumpſerint, excommunicentur.

CAP. XI.

3 CLerici, vel ſeculares, [d] qui oblationes parentū aut donatas, aut teſtamento relictas retinere perſtiterint, aut id, quod ipſi donauerint eccleſijs, vel monaſterijs, crediderint auferendum, ſicut ſancta ſynodus conſtituit, velut necatores pauperum, quouſq; reddant excludantur [e] eccleſijs. † ¶Si quis autem clericus furtum eccleſiæ fecerit, peregrina [f] ei communio tribuatur.

3 Bur. l. 3. c. 140. ex cōci. apud Valentias. Iuo p. 3. c. 206. Pā. l. 2. c. 5.

† aliàs, ab eccleſijs,

7 *Item quæritur,* [g] *an pro ſepultura mortuorum aliquid ſit exigendum.*

De his ita ſcribit Gregor. libro 7. regeſti, indi. 2. epiſt. 55. Ianuario Epiſcopo Sardiniæ. 4

4 & in concil. Meldēſ. c. 72.

Casvs. Quærit hic Gratianus incidenter, an pro ſepultura mortuorum ſit aliquid exigendum. Et certè ſepultura quadrupliciter dicitur, ſcilicet terra nondum dedicata, hæc vendi poteſt, vt argum. 12. quęſt. 2. aurum. Item dicitur ſepultura officium ſepeliendi, iſtud ſine ſimonia vendi nō poteſt, vt prima, quæſt. 1. dictum. Tertiò dicitur terra dedicata. Quartò, ius ſepeliendi: hæc vendi non debent, vt infra eadem, in eccleſiaſtico.

g ¶*Item quæritur.*] Hic ponit incidentem quæſtionem, [a] " an ſepultura poſſit vē di. H. ponit quatuor ſignificationes huius nominis ſepulturæ. Quandoque dicitur ſepultura locus vbi quis ſepelitur. talis locus licitè venditur, ſi non eſt ſacer, vel religioſus, id eſt, qui non ſit in cœmeterio aliquo, quia licitè venditur ad eccleſiam ædificandam, vel ad cœmeterium ampliandum, vt 12. quæſt. 2. aurum. Secundo modo dicitur ſepultura, ipſa ſepultura iam facta, & hæc vendi non poteſt, ſpecialiter ſi locus eſt ſacer. Tertio modo dicitur ius inſerendi in ſepulchrum, nec pro hoc aliquid recipi poteſt. Quartò dicitur ipſe actus, vel officium ſepeliendi, & illud non poſſunt vendere clerici, qui ex officio ſuo ad hoc tenentur, vt infra eadem, pręcipiendum. & prima, quæſt. prima, dictum. & ext. de ſimō. nō ſatis.

a Hoc ideo, quia s. fecerat mētionē de iure funerādi, ſcdm L. "Sepultura an poſſit vē di.

¶Pro ſepultura nihil muneris exigendum eſt. C. XII.

5 QVæſta eſt nobis Nereida fœmina clariſſima, quòd ab ea centum A ſolidos pro filiæ ſuæ ſepultura fraternitas veſtra velit † exigere. *& infrà.* ¶Hoc autem vitium & nos poſtquàm, Deo auctore, ad epiſcopatus honorē acceſſimus, de eccleſia noſtra omnino vetuimus: & prauam denuo conſuetudinem nequaquam vſurpari permiſimus: memores, quia dum Abrahā à filijs Ephron, B hoc eſt à filijs Seor, [h] ſepulchri terram pretio ad humandum corpus coniugis poſtularet, præmium accipere renuit, [i] ne commodum videretur de cadauere conſecutus. Si ergo tantę conſiderationis paganus vir fuit: quantò magis nos, qui ſacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Vnde ne hoc auaritiæ vitium vel in alienis denuo tentari pręſumatur, admoneo: Sed ſi quādo aliquem in eccleſia veſtra ſepeliri conceditis: ſiquidem parentes ipſius proximi, vel hæredes pro luminaribus ſponte quid offerre voluerint: accipi non vetamus. Pēti verò aliquid, aut exigi omnino prohibemus: ne (quod valde irreligioſum eſt) aut venalis fortaſſe (quod abſit) dicatur eccleſia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, ſi ex eorum cadaueribus ſtudeatis quærere quolibet modo compendium. C

5 Poly. l. 8. ti. 5. Iuo p. 3. c. 101.

† al. nō erubeſcat.

Gen. 23. Act. 7.

QVæſta eſt.] Casvs. Nereida conqueſta eſt Greg. de epiſcopo Ianuario, qui pro ſepultura filiæ ſuæ ſolidos centum ab ea exigebat. Grego. verò reſcribens ei dicit, quòd hoc vitium de eccleſia ſua remoueret: vnde præcipit ſibi ne decetero hanc cupiditatem exerceat, & hoc probat exemplo Ephron, qui ab Abraham pro ſepultura Saræ pretium recipere noluit. Vnde ſi paganus ille pro ſepultura nil accipere voluit, multò fortius ſacerdotes nil accipere debent. Sponte tamen oblata reſpui non debēt. Iſte Ephrō primò accipere noluit. vnde de hoc commendatur: ſed poſteà victus precibus pretium pro ſepultura accepit. & de hoc reprehenditur in ſeq. c. & iſte Ephrō fuit filius Seor. *Renuit*, ſ. Ephron, & licet s. diceret de filijs Seor in plurali, dicit tamē poſteà in ſingulari de Ephron, quòd ipſe renuit.

A ¶Centum.] *Dictio iſta abeſt à nonnullis exemplaribus Gratiani, et epiſtolarum B. Gregorij. Sed quia in alijs earundem codicib. etiam manu ſcriptis legitur, non eſt inducta.*

B ¶Ephron.] *Locus hic variè legitur. In epiſtolis B. Gregorij magis recepta lectio hæc eſt,* à filijs Emor: hoc eſt Ephron filio Seor. *& Gen. 23. habetur*, intercedite pro me apud Ephron filium Seor.

C ¶Compendium.] *Poſt hoc ca. in duobus antiquis exemplaribus recitantur duo Vrbani ij, quæ placuit hic afferri, ne planè interirent, quòd alibi non facilè inueniuntur, & vnum eorum citatur extra de ſepult. cap. certificari.* Vrbanus II. Gothfredo Magalonenſi epiſcopo.

h ¶*Seor.*] Seor fuit pater Ephron, & ab eo nominati ſunt deſcendentes ab eo propter famam ipſius.

i ¶*Renuit.*] primò. n. commendatur in hoc c. poſteà tamen conuictus precibus ſumpſit quadringentos ſiclos argenti, & inde vituperatur in ſeq. c.

Poſtquam.]

POſtquàm.] Casvs. Hieronymus docet in hoc c. ꝙ nullus debet vendere ſepulturam. Et hoc probatur exemplo Ephron, qui licet cogente Abraham acceperit aliquid pro ſepultura, poſteà vocatus eſt Ephra, id eſt, imperfectus: cum primò vocaretur Ephron, i. perfectus: & hoc in prima parte. In ſecunda parte dicitur, quòd de iuſtis fiunt iniuſti, qui pro ſepultura ab inuitis aliquid extorquent, cum etiam Ephron de iuſto ſit factus iniuſtus, & tamen inuitus accepit. Secunda pars incipit ibi, *Sciant igitur*. *Memoriam*, i. ſepulturam.

a ¶*Cogente.*] per preces populi, & licet contractus factus ad clamorem populi teneat, non tamen electio, vt extra de elect. Oſius. & 61. diſtinct. miramur. in prin. & 8. qu. 1. ſi ergo.

b ¶*Pro o.*] o, eſt vltima litera Græcorum: & a, prima. & deſignat o, conſummationem & perfectionẽ. a, initium & imperfectionem. & Hebræi ponunt vau, pro o, in iſta dictione Ephron, quæ ablata eſt, &c. videtur hic Hierony. velle, quòd Ephron peccauit: ſed nunquid Abraham peccauit, qui coëgit ipſum vendere locum talem, maximè quia locus ille iam deputatus erat ſepulturę, erant enim ibi ſepulti Adam & Eua? dicit tamen P. manducator, quòd neuter peccauit. Sed quare reprehenditur hic à Hieronymo? Reſpon. non propter ſuum factum, ſed propter futuros, volens oſtendere, quòd illi peccarent qui tali modo venderent.

c ¶*Ephron.*] id eſt, perfectus.

d ¶*Ephran.*] id eſt, imperfectus.

IN eccleſiaſtico.] Casvs. Quæſitum fuit in concilio Triburien. vtrum terra cęmeteriata vendi poſſit pro ſepultura? & reſpondetur ꝙ non: & hoc probatur duabus auctoritatib. vna Salomonis, & alia Dauid: & vna ratione, ſponte tamen oblata recipi poſſunt. Ratio incipit ibi, *Si terram vendis*. *Quare interdictum ſit*, id eſt, interdicatur, vel quare, id eſt, ergo.

e ¶*In eccleſiaſtico.*] id eſt, in eccleſiaſte. [a] & ille liber eſt Salomonis, & incipit: Vanitas. Eſt aliter qui dicitur eccleſiaſticus, qui incipit: Omnis ſapientia à Domino. & ille liber eſt Ieſu filij Syrach.

a imo in Eccleſiaſtico.

¶ Mortuorum, qui in monaſterijs ſepeliri deſiderant, aut omnino iuxta prædeceſſoris noſtri Leonis decretum, partem eleemoſynarũ mediam, aut iuxta diſpenſationem noſtram in Lateranenſi concilio promulgatam, partem tertiam parochialibus eccleſijs ſtatuimus derelinquendam. Idem eidem.

¶ Capellanos quoque monachorum, ſicut reliquos parochię tuę clericos, debitam tibi obediẽtiam perſoluere volumus.

Item Hieronymus in quæſt. Hebra. ad c. 23. Gen.

¶Etiam coacti de ſepultura pretium non debemus accipere.

CAP. XIII.

1 Polyc. l. 2. c. 26.

1 POſtquàm pretio victus eſt Ephron, vt ſepulchrũ venderet argento, licet cogente [a] Abraham: vau litera, quæ apud illos pro o [b] legitur, ablata de eius nomine eſt, & pro Ephrõ [c] appellatus eſt Ephrã: [d] ſignificante ſcriptura nõ eum fuiſſe conſummatæ, perfectæque virtutis, qui potuerit memorias vendere mortuorum. ¶Sciant igitur, qui ſepulchra venditant nec coguntur, vt accipiant pretium, ſed à nolentibus quoq; extorquent, immutari nomen ſuum, & perire q̃d de merito eorum: cum etiam ille reprehendatur occultè, qui inuitus acceperit.

Item ex concilio Triburienſi, cap. 16.

¶De eodem. C. XIIII.

2 Iuo p. 3. c. 215. Eccl. 7. Eccl. 40. Gen. 3.

2 IN Eccleſiaſtico [e] namq; libro ſcriptum eſt [Mortuo non prohibeas gratiam, ſciẽs, quoniam omnes moriemur.] & item [omnia, quæ de terra ſunt, in terram conuertuntur] Quid terra terram vendis? memento, quoniam terra es, & in terrã ibis A, & quoniam mors tibi futura eſt: appropiat, & nõ tardat. Recordare, quoniam non hominis eſt terra: ſed vt Pſalmiſta commemorat [Domini eſt terra, & qui habitant in ea] ſi terram [f] vendis, inuaſione alienę † rei reus teneberis. Gratis accepiſti à Deo: gratis da pro eo. Quare interdictum ſit omnibus omnino Chriſtianis, terram mortuis vendere, & debitam ſepulturam denegare: niſi fortè proximi, & amici defuncti propter nomen, † & redemptionem animæ gratis aliquid dare velint.

Pſal. 23.

† al. Dominicæ.

† al. nomen Domini.

A ¶Ibis.] *In codicib. vulgatis erat, reuerteris, & ſequebantur hæc, &* alibi de homine dictum eſt: terram teris, terram geris, & in terram conuerteris, qui de terra ſumeris: *quæ ſunt expuncta: quia abſunt à pleriſque vetuſtis, & ab originali.*

f ¶*Si terram.*] ſacram vel religioſam. & dico, quòd terra fit ſacra vel religioſa auctoritate pontificis, non ex eo, ꝙ mortuus infertur ad locum, vt extra de reli. domi. ad hoc. ſed ſecundum legem ſecus eſt: nam ſi transfertur corpus ad alium locum, deſinit locus eſſe religioſus, vel etiam ſi capitur ab hoſtib. vt ff. de reli. cum in diuerſis. & l. cum loca. Et not. quòd quidquid eſt ſacrum, eſt religioſum: ſed non conuertitur. vbi enim mortuus infertur, fit religioſus, [b] ſed non ſacer, vt ff. de rer. diuiſ. intantum. §. ſacræ. Item dicitur locus religioſus vbi corpus eo propoſitò ponitur, vt ibi perpetuò remaneat: aliàs remaneret profanus, vt ff. de religio. ſi quis eo animo. & remoueri poteſt quãdocunque placuerit, vt C. eod. titul. ſi nec dum. Et licet partes hominis in diuerſis ſepulchris ſepeliantur, non ideo omnia loca fiunt religioſa: ſed tantùm vbi caput eſt ſepultum, vt ff. eod. cum in diuerſis. Item nec totus locus deputatus ſepulturæ fit religioſus, ſed ille in quo corpus eſt humatum. vt ff. e. l. 2. §. ſepulchrum.

b Hoc ñ eſt verũ, ſi mortuus eẽt excõicatus. & ita ſentit Gof. ext. de ſepul. ſacris & ibi ď hoc per Ber.

Item ex concilio Varenſi.

¶ De eodem.

CAP. XV.

3 Bur. l. 3. c. 159. Iuo p. 3. c. 222.

3 PRæcipiendum eſt ſcd'm canonum auctoritatem, vt de ſepulchris, & hominibus ſepeliendis nihil muneris exigant: niſi fortè qui ſepelitur, viuens iuſſerit eccleſiæ, in cuius atrio ſepelitur, aliquid de ſuis rebus tribuere; aut etiam poſt mortem ipſius, illi, quibus commiſſum eſt eius eleemoſynam facere, de rebus illius aliquid ſponte dare voluerint: & tamen nullatenus à presbyteris eccleſiæ † illius aliquid exigatur: ſiue ab illis, qui locis, & villis † præſunt. ¶Prohibendum eſt etiam ſecundum maiorum inſtituta, vt in eccleſia nullatenus ſepeliantur: ſed in atrio, aut in porticu, aut in † exhedris [g] eccleſiæ. Intra eccleſiam verò, & propè altare, vbi corpus & ſanguis Domini conficitur, nullatenus ſepeliantur. [h]

† al. illis aliquid.

† al. vicis.

† al. extra eccleſiam.

¶Extat in concilio Nannetenſi, ca. 6. ex quo citatur à Burchardo, & Iuone: ſed quia potuit eſſe repetitum in aliquo Varenſi, ſeu Vaſenſi, non eſt mutatum. In epitome quidem conciliorum eſt in Vaſenſi, c. 3.

PRæcipiendum.] Casvs. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd pro ſepultura, id eſt, pro hominib. ſepeliendis clerici nihil exigent niſi in duobus caſibus, ſcilicet ſi defunctus iuſſit aliquid eccleſię dari, & niſi viuente ſponte aliquid obtulerit. In ſecunda parte dicitur, quòd intra eccleſiam nullus eſt ſepeliendus, ſed in cœmeterio, vel etiam in arcubus muri eccleſię. Secunda pars incipit ibi, *Prohibendum eſt*.

g ¶*In exhedris.*] exhedræ dicuntur quædam voltæ, quæ exterius adhærent parietibus eccleſiæ. [c]

c Exhedræ hodie dici pñt loca, q̃ i periſtylis canonicorũ aut monachorũ, id eſt, clauſtris vulgò capitula dñr. Vid Budæũ i adno. priorib. ad l. ſi verò. ff. de iis qui deiec.

h ¶*Sepeliantur.*] ſi ſint modicæ perſonæ, vt inf. eo. nullus. & ideo prohibetur fieri ſepultura in eccleſia: quia locus ille ſpecialiter Deo dedicatus eſt: cui mors vltra non dominabitur.

Item Auguſtinus.

¶A ſacris locis non iuuantur poſt mortem, quibus peccata non ſunt dimiſſa.

CAP. XVI.

4 Pol. l. 8. ti. 5. Bur. l. 3. ca. 152. Iuo p. 3. c. 314.

4 QVibus peccata dimiſſa non ſunt, à ſacris lo-

QVibus peccata.] Hæc eſt 8. pars q. in qua dicitur, quòd nullus debeat ſepeliri in eccleſia niſi ſit ſanctus, niſi in atrio, vel in exhedris: & ponit etiam, quòd proficiant mortuis cœmeteria, & qualiter & vbi animæ ſunt defunctorum. & hoc probat per octo auctor. Io. de Fan.

Casus. Dicitur in hoc c. quòd non prodeſt decedentibus in mortali delicto, ſi in ſacris locis ſepeliantur: imo ſi ibi ſe faciant ſepeliri, de ſua præſumptione damnantur: quia loca ſacra eos non liberant, ſed temeritas accuſat eos.

a ¶*A ſacris locis.*] id eſt, ab orationibus, quæ in eis fiunt, vel ad literam intelligas, quia locus non ſanctificat hominem, vt 40. diſt. non loca.

Cum grauia peccata.] Casus. Quæſitum fuit à Greg. vtrum proſit mortuis in cœmeterio ſepeliri. Et reſpon. q ſic, ſi cum mortali delicto non deceſſerint: quia proximi eorum ſepulturas aſpicientes pro eis orant ad Dominum. ſi verò cum mortali deceſſerint, potius obeſt, quã prodeſt. Sequens cap. cum §. patet.

1 in concil. Tribur. cap. 17.

b ¶*Sepeliantur.*] " Ecce ratio vna quare homines potius ſunt ſepeliendi apud eccleſias quàm alibi. Secunda ratio, quia ſpecialiter commendantur patrocinijs ſanctorum illorum, in quorum nomine dedicata eſt eccleſia illa, vt ſ. ea. non æſtimemus. in fi. Tertia ratio eſt, quia minus ibi vexantur à ſpiritibus immundis. vnde in cœmeterijs dicitur eſſe requies defunctorum, vt 12. qu. 2. aurum. lex tamen alia conſideratione præcepit ne corpora in ciuitate ſepelirentur, ne ciuitas corrumperetur fætore, vt C. de relig. & ſumpt. funer. l. mortuorum. & hic arg. quòd ibi potius ſepeliẽdi ſunt homines, vbi eſt maior concurſus populorum, vt in cathedralibus eccleſijs, vt ſ. ea. vbicunque.

" ſepeliãtur corpora in eccleſijs, aut cœmeterijs.

2 Nic. ad cõſulta Bulgarorũ, ca. 99.

3 Poly. ibi. Bur. l. 3. ca. 153. Iuo p. 3. c. 216.

† Quos] Orig.

c ¶*Nullus.*] ¶ *Fideles.*] Vocantur laici hic fideles à fidei virtute, ita vt faciant miracula. a Alij intelligunt à fide baptiſmi. ſecundum hoc intellige. C. de ſac. ſan. eccl. l. 2. Vel dic quòd omnis Chriſtianus poteſt ſepeliri in eccleſia, ſed non gentilis, vt j. de conſecr. diſtin. 1. eccleſiam. & hoc intelligas niſi aliàs in mortali deceſſerit, vel impœnitẽs, vel niſi eccleſia interdicta ſit, vel niſi ſint torneamentarij, quibus propter terrorem interdicitur eccleſiaſtica ſepultura. extra de tornea. c. 1. & extra de rap. ſuper eo.

a Hęc ſnia fuit Laur. & H. ſed qđ ſequitur, fuit ſnia B. q̃ſi. H. reprobat.

4 Bur. l. 3. c. 233. Iuo p. 3. c. 274.

Non æſtimemus.] Casus. Hoc cap. diuiditur in quatuor partes. In prima parte dicitur, quòd tria bona virorum proſunt defunctis, ſcilicet, ſacrificium, oratio, & eleemoſyna, quæ defuncti in præſenti vita egerunt vt eis prodeſſent. & quia neſcitur qui ſint, pro omnibus regeneratis generaliter orare debemus. In ſecunda parte dicitur, quòd ſpecialius & cum maiori diligentia oramus pro conſanguineis noſtris. In tertia parte dicitur, q ſeruitium impenſum corpori defuncti non prodeſt defuncto, ſed eſt ſolatium viuorum: quia cũ illi qui reſurrectionem non credunt, hoc faciant: multò fortius nos hoc facere debemus. In quarta parte dicitur, quòd ſi defunctus ſepeliatur apud eccleſias martyrum, prodeſt ei: quia patrocinio martyrum commendatur. Secunda pars incipit ibi, *Diligentius*. Tertia ibi, *Corpori*. Quarta ibi, *Quòd vero*. Sequens c. cum §. patet.

d ¶*Sacrificijs.*] aut ieiunijs parentum, vt j. ea. c. animę.

e ¶ *Quia non diſcernimus.*] Argum. quòd ratione dubitationis melius eſt totum & ſuperfluum facere, quàm nihil facere, vel etiam aliquid omittere. ſic 42. diſtin. quieſcamus. 24. quæſt. 3. corripiantur. " Item ratione dubitationis fiunt, quæ aliàs eſſent illicita, vt extra de ſepul. ſacris. extra de vſu. in ciuitate. 11. quæſt. 3. nolite. & ratione dubitationis poſſum vendicare incertam partem, vel rem. ff. de rei vend. quæ de tota. & nummos meos non poſſum vendicare, ſi ſint mixti alijs. ff. de ſol. ſi alieni.

5 Iuo p. 2. c. 113.

† al. exiſtimemus.

" Dubitationis rõe fiũt aliqua.

† aliàs, cooperantur.

6 Adde q verbũ gñale oĩa cõprehendit ĩ l. à, pcuratore. & ibi bona glo. cum concor. C. mand.

f ¶ *Omnibus.*] infrà ead. pro obeuntibus. contra. Sol. " eccleſia pro omnibus viuis ſiue bonis ſiue malis poteſt orare generali ſiue ſpeciali oratione: b & pro Iudæis & paganis, vt conuertantur: quia de nemine eſt deſperandum, dum eſt in vita iſta. vt j. de pœn. diſtin. 7. nemo. ſed pro paganis, vel Iudæis mortuis non eſt orandum, nec pro cathecumenis: ſed pro baptizatis mortuis orandum eſt generali oratione, vt hic dicitur, & 23. quæſt. 4. ſicut. & hoc ſiue ſint damnati, ſiue non: dum tamen hoc non conſtet: ſed ſpeciali oratione non eſt orandum pro eis mortuis, quos conſtat eſſe damnatos. ſic loquitur illud capit. pro obeuntibus. ſed pro illis qui non ſunt damnati oratione ſpeciali & generali oramus licitè: niſi ſint valde boni, vt j. ea. tempus.

" Eccleſia an poſſit p oib. orare.

† al. quod Eph. 5.

b De nocẽtia no. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. & ibi dixi. Ar.

† al. regebat

g ¶*Cum ille.*] ſcilicet.

h ¶*Vt reſurrecturo.*] Niſi enim quis reſurrecturos ſperaret, &c. c eſt ergo hoc ſignum quòd credamus futuram reſurrectionem, vt j. ead. habent.

c Superfluũ videretur & vanũ orare p mortuis, ſm Laur. & hoc cõtinetur ſub iſto, &c. ſm L. cuius fuit iſta glo.

a ¶*Econ-*

cis a poſt mortem adiuuari non poſſunt: quia, quos peccata grauiora deprimunt, ſi in ſacris locis ſe ſepeliri faciunt, reſtat, vt de ſua præſumptione iudicentur: 1 quia eos ſacra loca non liberant, ſed culpa temeritatis accuſat.

¶*Caput hoc à Burchardo etiam & Iuone citatur ex Auguſtino, et nonnihil ad hanc rem faciens, habetur in libro de cura agenda pro mortuis, c. 1. ſed videtur confectum ex duob. locis lib. 4. dialog. B. Gregorij: vno quidem in c. 51. altero autem in ca. 53. quod refertur in concil. Tribur. c. 17. Nam ca. quidem 51. cum narraſſet quandam ſanctimonialem, quę in eccleſia ſepulta fuerat, viſam fuiſſe ibi cremari, ex eo colligit,* Qua ex re apertè datur intelligi: quia hi, quib. peccata dimiſſa non fuerint, ad euitandum iudicium ſacris locis poſt mortem non valeant adiuuari. *In c. autem 53. cum memoraſſet corpus cuiuſdam Valentini à ſepulchro per dæmones fuiſſe extractum, & extra eccleſiam protectum, hæc ſubiungit.* Ex quo Petre collige: quia his, quos peccata grauia deprimunt, ſi in ſacro loco ſepeliri ſe faciant, reſtat, vt etiam de ſua præſumptione iudicentur: quatenus eos ſacra loca non liberent: ſed etiam culpa temeritatis accuſet.

Item Gregorius lib. 4. dial. c. 50. 2

¶Quibus proſit in eccleſia ſepeliri.

CAP. XVII.

3 Cum † grauia peccata non deprimunt, hoc prodeſt mortuis, ſi in eccleſia ſepeliantur, b q eorum proximi quoties ad eadem ſacra loca veniunt, ſuorum, quorum ſepulchra aſpiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata grauia deprimunt: non ad abſolutionem potius, quàm ad maiorem damnationis cumulum, eorum corpora in eccleſijs ponuntur.

Item ex concilio Moguntiaco, 1. cap. 52.

¶Qui ſepeliantur in eccleſia.

CAP. XVIII.

4 Nullus mortuus intra eccleſiam ſepeliatur, niſi epiſcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, vel fideles c laici.

Quid verò mortuis proſit iuxta eccleſiam ſepeliri, quidúe ad eos perueniat, Auguſtinus in libro de agenda cura pro mortuis, cap. vlt. oſtendit dicens.

¶Quare mortui iuxta eccleſiam ſepeliemur.

CAP. XIX.

5 Non æſtimemus † ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire, niſi q pro eis ſiue altaris, ſiue orationum, ſiue eleemoſynarum ſacrificijs d ſolemniter ſupplicamus. Quamuis non pro quib. fiunt, omnibus proſint: ſed his tantùm, quibus dum viuunt, comparatur, † vt proſint. Sed quia non diſcernimus, e qui ſint: oportet ea pro regeneratis omnibus f facere: 6 vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſſint & debeant peruenire. Melius enim ſupererunt iſta eis, quibus nec obſunt, nec proſunt, quam eis deerunt, quibus proſunt. ¶Diligentius tamen facit hoc quiſque pro neceſſarijs ſuis, quò † pro illo fiat ſimiliter à ſuis. ¶Corpori autem humano quidquid impenditur: non eſt præſidium ſalutis, ſed humanitatis officium, ſecundum affectum, quo nemo vnquam carnem ſuam odio habet. Vnde oportet, vt quàm poteſt, pro carne proximi curam gerat, cũ ille g receſſerit, qui gerebat. † Et ſi hæc faciunt, qui carnis reſurrectionem non credunt: quantò magis debent facere, qui credunt? vt corpori mortuo, ſed tamen reſurrecturo, h & in æternitate manſuro impenſum eiuſmodi officium, ſit etiam quodammodo eiuſdem fidei teſtimonium. ¶Quòd vero quiſq; apud memoriã martyrũ ſepelitur: hoc tantùm mihi vr̃ prodeſſe de-

functo, vt commendans eum etiam martyrum patrocinio, affectus pro illo ſupplicationis augeatur.

Econtrà[a] *Hieronym. in epiſtola ad Gal. c. 6. ad ea verba.*

[*Vnuſquiſque onus ſuum.*]

¶ Poſt mortem orationes viuentium mortuis damnatis non proſunt.

CAP. XX.

IN præſenti ſeculo ſcimus ſiue orationibus, ſiue conſilijs inuicem poſſe nos coadiuuari. Cum autem ante tribunal Chriſti venerimus, non Iob,[b] non Daniel,[c] nec Noë[d] rogare poſſe pro quoquam, ſed vnumquenque portare onus ſuum.

¶*Verba B. Hieronymi ſunt hęc:* Obſcurè licet, docemur per hanc ſententiolam nouum dogma, quod latitat, dum in pręſenti ſeculo ſumus, ſiue, &c.

Verùm hoc de impęnitentibus accipiendum eſt, de quibus propheta dicit: Non dabit Deo placationem ſuam, nec pretium redemptionis animæ ſuæ: & ideo frater non redimet eum, ſed laborabit[e] *in æternum, & viuet adhuc in finem. De alijs autem intelligi non poteſt.* Pſal. 48.

Vnde Gregorius Papa II. Bonifacio Epiſcopo, epiſt. vltima.

¶ In pœnitentia defunctis bona proſunt viuentium.

CAP. XXI.

1 PRo obeuntibus quippe conſuluiſſe dignoſceris, ſi liceat oblationes offerre: ſancta ſic tenet eccleſia, vt quiſque pro ſuis mortuis verè Chriſtianis offerat oblationes, atq; presbyter eorum memoriam faciat: & quamuis omnes peccatis ſubiaceamus, congruit, vt ſacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, & intercedat: non tamen pro impijs[f] (quamuis Chriſtiani fuerint) tale quid agere licebit.

1 Polyc. l. 8. tit. 7.

Item. †

† al. Idem.

¶ Animæ mortuorum quatuor modis ſoluuntur.

CAP. XXII.

2 ANimæ A[g] defunctorum quatuor modis ſoluuntur, aut oblationibus ſacerdotum, aut precibus ſanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorum.

2 Poly. l. 8. ti. 6. Burc. l. 19. cap. 112. Iuo par. 15. c. 124.

¶ 3 Curatio verò funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum, magis viuorum ſolatia ſunt, quàm ſubſidia mortuorum. Si aliquid prodeſt impio ſepultura pretioſa, oberit pio vilis, aut nulla. *& infrà.*

3 Augu. de cura pro mort. c. 2. & lib. 1. de ciuit. cap. 12. & 13.

¶ Nec ideo tamen contemnenda, & abijcienda ſunt corpora defunctorum, maximeq; iuſtorum, ac fidelium. *& infrà.* ¶ Vbi & illud ſalubriter diſcitur, quanta poſſit eſſe remuneratio pro eleemoſynis, quas viuentibus, & ſentientibus exhibemus, ſi neque hoc apud Deum perit, quod exanimis[h] hominum membris officij, diligentiæq; perſoluitur.

A ¶ Animæ.] *Horum verborum vſque ad ver.* curatio. *nullus auctor inuentus eſt. Ea Burchardus citat ex dictis Origenis, Iuo ex dictis Gregorij.*

Item Auguſtinus in Enchiridio, c. 109. & 110.

¶ Ante diem iudicij, ſacrificijs, & eleemoſynis mortui iuuantur.

CAP. XXIII.

4 TEmpus, quod inter hominis mortem, & vltimam reſurrectionem interpoſitum eſt, animas[i] abditis[k] receptaculis continet, ſicut vnaquæq; digna eſt vel requie, vel ærumna pro eo, quod ſortita eſt in carne, dum viueret.

4 Sent. 4. di. 45. Anſ. l. 7. c. 170.

¶ Neque negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in eccleſia fiunt. Sed hęc eis proſunt, qui cum viuerent, vt hæc ſibi poſteà poſſent prodeſſe, meruerunt. ¶ Eſt enim quidã viuendi modus, nec tam bonus, vt non requirat iſta poſt mortem; nec tam malus, vt ei non proſint iſta poſt mortem. Eſt verò talis in bono, vt iſta non requirat: & eſt rurſus talis in malo, vt nec his valeat, cùm hæc vita tranſierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo poſſit poſt hanc vitam releuari quiſpiam, vel grauari. *& poſt pauca.* ¶ Cum ſacrificia altaris, ſiue quarumcunque eleemoſynarum pro baptizatis[l] defunctis omnibus offeruntur: pro valde bonis gratiarũ actiones ſunt: pro non valde malis propitiationes[m] ſunt: pro valde[n] malis, etſi nulla ſint adiu-

a ¶ *Econtra.*] contra id quod dicit, quod poſſumus orare pro mortuis. Ioan.

IN præſenti.] b ¶ *Iob.*] id eſt, coniugati.

c ¶ *Daniel.*] id eſt, virgines, vel continentes.

d ¶ *Noë.*] id eſt, rectores eccleſiarum. & hoc intellige ſi deceſſerint in mortali. ſic 25. diſt. qualis.

e ¶ *Sed laborabit.*] id eſt, punietur æternaliter.

PRo *obeuntibus.*] CASVS. Bonifacius archiepiſcopus quæſiuit à Gregorio ſi liceat ſpecialiter pro defunctis celebrare diuina, & oblationes offerre. Et reſpondet quod pro catholicis licet: pro impijs autem ſpecialiter hoc fieri non licet.

f ¶ *Pro impijs.*] " Sed nunquid eccleſia orabit pro illis, quos conſtat deceſſiſſe in mortali? Videtur quòd ſic: quia eis viuis communicauit: ergo & mortuis, vt 24. q. 2. ſane. argu. contra. 21. q. 3. Cyprianus. Reſpon. ſi euidens eſt aliquem deceſſiſſe in mortali, vt cum quis ſuſpendit ſe, vel præcipitat, aut alio modo ſe interficit, pro illo non eſt orandum, vt 23. q. 5. placuit. & q. 8. quicunque clericus. ſecus ſi eſt dubium. vnde ſi aliquis occiſus eſt in ebrietate: non oratur pro illo, vt extra de reliqu. audiuimus. & 23. q. 5. placuit.

" Orãdum ne eſt pro his qui in mortali peccato deceſſerunt.

ANimæ.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd quatuor proſunt defunctis, ſcilicet oblatio ſacerdotum, preces ſanctorũ, amicorum eleemoſynæ, & ieiunia cognatorum. In ſecunda parte dicitur, quòd illa obſequia quæ fiunt circa corpus mortui, magis ſunt ſolatia viuorum, quàm defunctorum ſubſidia: non tamen ideo corpora defunctorum, & maximè iuſtorum ſunt abijcienda. iſtud tamen ſeruitium quod corpori impenditur, apud Deum non perit. multo magis eleemoſyna quam viuentib. & ſentientib. facimus, apud Deum perire non debet.

g ¶ *Animæ.*] Hoc ca. eſt quaſi pars illius, non æſtimemus.

h ¶ *Exanimis.*] id eſt, exanimatis. id eſt, mortuis. & eſt hic arg. " quod magis meretur homo impendendo aliquid viuis quàm mortuis. Vnde patet quòd ſicut ieiunium alicuius liberat mortuum, multò potius alterius ieiunium prodeſt viuo. quod concedo ſi ille eſt vicinè coniunctus illi, vt dixi 83. diſt. presbyter. in gl. & ita.

" ieiunium plus prodeſt viuis quàm defunctis.

TEmpus.] CASVS. Licet Beneuen. diuiſerit hoc c. in duas partes, ego tamen Bar. B. hoc cap. diuido in 4. partes. In prima parte dicitur, quòd inter mortem hominis & iudicium futurum animæ morantur in locis nobis occultis, prout quæquæ digna eſt requie, vel ærumna. In ij. parte dicitur, quòd beneficia viuorum proſunt defunctis, qui in præſenti vita ita egerunt vt ſibi prodeſſent. In iij. parte dicitur, quod hæc beneficia non proſunt ſummè bonis, vel ſummè malis, ſed mediocriter bonis, & mediocriter malis. In quarta parte dicitur quod pro ſummè bonis fiũt gratiarum actiones, ſed pro non valde malis propitiationes: ſed valde malis beneficia nõ proſunt, ſed ſunt conſolationes viuorum: ſed in mediocriter bonis operantur plenam remiſſionem: in mediocriter verò malis mitiorem damnationem. Secunda pars incip. ibi, *Neque negandum eſt.* Tertia ibi, *Eſt enim quidam.* Quarta ibi, *Et poſt pauca.*

i ¶ *Animas.*] non ſummè bonas: nam tales credo ſtatim ad cœlos volare, iuxta illud: Gaudent in cœlis animæ ſanctorum. 25. diſ. ſanctorum.

k ¶ *Abditis.*] id eſt, locis nobis occultis. Ex his verbis videtur quòd Auguſtinus dubitabat quò animæ defunctorum recedant, cum infernus ſit ſub terra, & cœlum ſit ſuprà, vt 23. quæſt. 4. hęc autem.

l ¶ *Pro baptizatis.*] Tantùm proſunt orationes cuilibet, ſi fiant generaliter † pro omnibus. ſicut ſi fierent ſpecialiter pro quolibet, vt j. de conſecra. diſtin. 5. non mediocriter.

† Hoc cæteris parib. nõ eſt verũ. vid. S. Th. quol. 2. ar. 14.

m ¶ *Propitiationes.*] id eſt, vt Deus propitius ſit eis.

n ¶ *Pro valde.*] " Hic Augu. diſtinguit quatuor genera hominũ, ſcilicet valde bonos & valde malos, mediocriter bonos & mediocriter malos. pro valde

" Hominũ genera quatuor ſunt.

valde boonis non eſt orandum. iniuriam enim facit martyri, qui orat pro martyre, vt extra de cel. Miſ. cum Marthæ. §. vlt. Item nec valde malis proſunt, ſed mediocriter bonis ꝓſunt, vt citius liberentur ab igne purgatorij. † mediocriter malis proſunt ad hoc vt minus puniantur, nunquam tamen liberabuntur: & ſecundum hoc etiam patet, quòd oratione ſpeciali oramus pro illis qui deceſſerunt in mortali: dummodo non ſint ſummè mali: licet arg. contra. s. ead. pro obeuntibus. « ſed pone quòd aliquis dat eleemoſynam pro eo qui deceſſit in mortali peccato; qui eſt mediocriter malus, eleemoſynæ vel orationes proſunt talibus ad mitiorem pœnam, vt hic dicit, ergo aliquantulum de pœna ſublatum eſt. a Ponamus quòd centeſima pars pœnæ ſit ſublata per vnam eleemoſynam. ſi ergo dentur centum eleemoſynæ, tota pœna erit remiſſa, ergo iſte liberabitur, quod hic negatur. Ad hoc dico, quòd ſi prima eleemoſyna tollit centeſimam partem pœnæ, ſecunda eleemoſyna etiam tollit tantam pœnam, ſed non tantam in quantitate, ſed tantam in proportione, & ſic ſemper aliquid remanet de pœna: & ſic ſoluo illud quod obijcitur de indulgentijs. quòd ſi propter oblationem vnius denarij tollitur quarta pars peccatorum mortalium, vel venialium, per oblationem ſecundi denarij tollitur tantùm in proportione, non tantùm in quantitate: & ſemper aliquid remanet, licet omne argentum effunderetur.

† Vide S. Th. 4. ſent. di. 45. 2. qu. art. 2.

« Eleemoſynæ defunctis ꝓſunt.

a Hoc vult dicere, prima eleemoſyna tollit cētesimā totius pœnæ, ſc̄da non totius centeſimā, ſed reſiduū. & ſic de alijs. & ſic ēt intelligitur quod j. dicitur. Ar. 1 Pol. l. 8. ti. 7. Anſ. l. 7. c. 169.

DE OBSERVATIONE. Hæc eſt 9. pars quæſt. in qua continetur quod in ſe quen. cap. declaratur. Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt s. quòd ſacrificia, vel eleemoſynæ, & huiuſmodi fiunt pro mortuis: ſed quia hęc obſeruantur circa diuerſos dies: ideo vnde ſumpſit initium talis obſeruatio, videamus: & & propter hoc inducit ſeq. c.

menta mortuorum, qualeſcunque viuorum conſolationes ſunt. Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, vt ſit plena remiſſio; aut certè, vt tolerabilior fiat ipſa damnatio.

9 De obſeruatione autem tertij, ſeptimi, trigeſimi, vel quadrageſimi diei quæritur, vnde exordium ſumpſerit.

Ambroſius in lib. de obitu Theodoſij imperatoris dicit ferè in principio.

¶ Quare certi dies in mortuorum commemoratione ſeruentur.

CAP. XXIIII.

I QVia alij tertium A diē, alij triceſimum, alij ſeptimum, alij quadrageſimum obſeruare conſueuerunt: quid doceat lectio,[a] conſideremus. [Defuncto, inquit, Iacob, præcepit Ioſeph pueris ſuis ſepultoribus, vt ſepelirent eum, & ſepelierunt ſepultores Iſraël, & repleti ſunt ei quadraginta dies. Sic enim dinumerantur† dies ſepulturę. Et luxit eum Iſraël B ſeptem diebus.] Hæc ergo ſequenda ſolemnitas, quam præſcribit lectio. Sic etiam in Deuter. ſcriptum eſt. [Quia planxerunt filij Iſraël Moyſem diebus triginta: & conſummati ſunt dies luctus.] Vtraque ergo obſeruatio habet auctoritatem, qua neceſſarium pietatis z impletur officium.

Gen. 50.

† aliàs, dinumerabant.

Deut. 34.

z ſc. humanę cōſolōis, & officij humanitatis debiti, vt docet Amb. in lib. de Abrahā patriarcha. & Ioā. Chryſoſt. c. vbicūq; j. c.

A ¶Alij tertium.] *Apud B. Ambroſium legitur:* Quia alij tertium diē, & triceſimum, alij ſeptimum, & quadrageſimum. *Verùm in miſſalibus Romanis tam antiquis, quàm recentioribus, & Ambroſianis nulla eſt mentio diei quadrageſimi, neque in c. nullus. s. diſt. 44. & j. de conſecra. diſt. 5. ex concilio Nannetenſi. Eſt tamen frequens apud Græcos.*

B ¶Iſrael ſeptem.] *Codices B. Ambroſij habent*, & luxit eum Aegyptus ſeptuaginta diebus: *quemadmodum habet editio. 70. & vulgata. Sed tamen viſa eſt ferri poſſe lectio hæc, quæ eſt in omnibus etiam Gratiani manuſcriptis: quoniam paulò poſt in eodem, c. 50. Geneſ. hæc adduntur de Ioſeph, & cæteris filijs Iſrael.* Veneruntque ad aream Adad, quæ ſita eſt trans Iordanē, vbi celebrantes exequias planctu magno, atque vehementi impleuerunt ſeptem dies.

QVia.] CASVS. Quæſitum fuit ab Ambroſ. vnde ſumpſit initium obſeruatio 3. 7. & 30. & 40. diei in officijs mortuorum. Et reſpondet quòd à veteri teſtamento: & hoc probat auctoritate Gen. & Deut. nam filij Iacob ſeruauerunt eum aromatibus conditum in Aegypto 40. diebus: & cum portarent eum ſepeliendum in ſpelunca duplici, luxerunt eum 7. diebus. Similiter legitur, quòd filij Iſrael luxerunt Moyſem 30. diebus. De initio tertij diei non dicitur aliquid in hoc cap.

a ¶Lectio.] ſcilicet Geneſis 50. cap.

LVGERE. Hic incipit 10. pars queſt. in qua probat per 4. cap. quòd non debemus plāgere mortuos ex diffidentia tanquam non debeant reſurgere. Io. de Fan.

CASVS. Suprà facta eſt mentio de luctu, & ideo ponit hic Gratianus qualiter ſit lugendum, & quòd lugere nimium ex deſperatione futuræ reſurrectionis non licet, ſed intuitu pietatis licet, vt j. ead. habent.

QVàm præpoſterū.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes In j. parte oſtenditur, quòd ſicut ſerui rebelles à dominis ſuis non remunerantur, ſic nos cœleſtibus prēmijs non honoramur: cum quotidie dicamus, Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra: & tamen dolentes & inuiti de hoc ſeculo recedimus, quādo vocamur à Domino. In ij. parte dicit Cyprianus, quòd Deus multoties ſibi reuelauit, vt inter homines prædicaret mortuos non eſſe lugendos: qa non amittuntur, ſed præmittuntur in patriam vitæ ad inſtar ꝓficiſcentium & nauigatorum. Secunda pars incipit ibi, Nobis quoque. Seq. capit. planum eſt. Efficiatur, id eſt, debitum officij funeris impleatur.

b ¶Poſtulemus.] cum dicimus, Fiat voluntas tua. & eſt arg. ꝙ opere id complere debemus quod voce proteſtamur. diſt. 23. pſalmiſta.

c ¶Inuiti.] ſic 23. q. 5. ad fidem. & ſic eſt arg. ꝙ non debemus conſequi commodum ex eo quod inuiti facimus, vt ff. ad Treb. ſi patroni. §. 2. ſic 17. q. 4. ſunt qui opes. 8. qu. 1. ſciendum.

d VBicunque.] *Libera fortuna mors eſt: capit omnia tellus. Quæ genuit: cęlo tegitur qui non habet vrnam.* arg. contra. *Mollius oſſa cubant manib. tumulata ſuorum.*

10 Lugere autem, & triſtari tam pro noſtra, quàm pro aliorum morte Cyprianus prohibet, dicens in ſermone de mortalitate.

¶ Nec pro noſtra, nec pro aliorum morte triſtari debemus.

CAP. XXV.

QVàm præpoſterum eſt, quámque peruerſum, vt cum Dei voluntatem fieri poſtulemus, [b] quando euocat nos, & accerſit de hoc mundo Deus, non ſtatim voluntatis eius imperio pareamus: obnitimur, & reluctamur: & peruicacium more ſeruorum ad cōſpectum Domini cum triſtitia, & mœrore perducimur, exeuntes iſtinc neceſſitatis vinculo, non obſequio voluntatis: & volumus ab eo præmijs cœleſtibus honorari, ad quem venimus inuiti. [c] *Idem paulò inferius.* ¶ Nobis quoque ipſis, minimis, & extremis quoties reuelatum eſt, quàm frequenter, atque manifeſtè, de Dei dignatione, præceptum eſt, vt conteſtarer aſſiduè, & publicè prædicarem, fratres noſtros nō eſſe lugendos accerſione† Dominica de ſeculo liberatos: cum ſciamus non eos amitti ſed præmitti: recedentes præcedere, vt proficiſcentes, &† nauigantes ſolent.

† al. accerſitione.

† al. vt

Item Ioannes Chryſoſtomus hom. 26. in c. 11. epiſtolæ ad Hebreos.

¶ Ex puſillanimitate mortuos lugere contingit.

CAP. XXVI.

VBicunque [d] ſepeliamur, Domini eſt terra, & plenitudo eius. Omnino fit, quod oportet fieri. Lugere autem, & deplorare, & lamentari eos, qui de hac vita decedunt, ex puſillanimitate contingit.

Pſal. 23.

Hoc autem ex deſperatione fu-

HOC AVTEM. CASVS. Nunc ſoluit Grat. dicens non eſſe lugendum ex deſperatione futuræ reſurrectionis: & hoc probat auctoritate Pauli. ſed propter pietatem lugere non prohibemur, ſicut multos ſanctos legimus feciſſe: & ad hoc inducit duo ſeq. cap

Habent.]

1.Theſ.4.

HAbent.] CASVS. Non eſt mirum, ſi pagani lugent mortuos ſuos, quia excuſationem habent, cum de alia vita non confidant. Sed nos Chriſtiani nimium contriſtari de obeuntib. non debemus, ne quodammodo diffidere videamur: & hoc probatur exemplo Apoſtoli dicentis: Nolumus vos ignorare, &c. *Apud alios*, i. laicos aut idiotas.

1 Et ī regeſ. B.Greg.lib. 7.epiſt.111.

a ¶*Neſciunt.*] id eſt, non credunt. Ioan.

2 Anſ.l.7.c. 271. Bur.l. 19.ca.129. Iuo par.15. c.139.

QVi diuina.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Tolet. vtrum mortui ſepeliendi ſunt cum pſalmodia & luctu. Et reſpondet quòd cum pſalmodijs ſic: & lugere non debemus. quod probatur auctoritate Apoſtoli dicentis: De dormientib. autem, &c. & hoc quilibet epiſcopus parochianis ſuis prohibeat. religioſis tamen hoc ſpecialiter prohibetur.

b ¶*Religioſis.*] illi. n. magis tenentur abſtinere ab huiuſmodi quàm laici.

1.Theſ.4.

DE MORTVIS. Hoc eſt 11. pars quæſ. ſecundum Io. de Fan.

CASVS. Facit Gratian. quandam incidentem quæſtionem, vtrū defuncti ſciant quæ in mundo geruntur à viuis? & reſpond. quòd non: & hoc probat auctoritate Eſaiæ.

c ¶*Sciant.*] " mali neſciunt niſi quod eis ſcire permittitur. ſimiliter nec boni qui adhuc ſunt in igne purgatorio: quia adhuc non fruuntur viſione Dei, vt ī. ca. fatendum. ſed boni qui fruuntur viſione Dei, ſciunt quid agatur hic: iuxta illud Greg. Quid eſt quod neſciant qui videntem omnia vident? [a] Et alij dicunt, quòd boni dicūtur ſcire omnia quæ ſunt eis neceſſaria.

" Defuncti vtrum ſciāt quæ hic aguntur.

a Dñt qdā ꝙ animę immediatę vidēt ī ſpeculo trinitatis ſicut Angeli: vnde Beda ſuper Lucam, in illo Euang. Homo quidam erat diues, &c. vbi dī, ꝙ iuſti qui vident claritatē, nihil eſt ī creatura ꝙ videre non poſſint: ſub ſ. quātū pmittit diuina potētia, ſcdm Ioan. de hoc ſatis no. ar. ī. px. c. i. †

d ¶*Neſciuit.*] quia nondum erat hoſtia oblata, per quam aperta fuit ianua paradiſi, vt extra de bapt. maiores. Ioan.

FAtendum.] CASVS. Quæſitum eſt ab Auguſt. vtrum mortui ſciant quid in hoc mundo agatur à viuis? & reſpondet quòd non, donec aliquid agitur hic. ſed poſteà per mortuos qui vadunt ad eos turæ reſurrectionis intelligitur. Vnde & Apoſtolus non ſimpliciter ait [Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini,] ſed addidit [ſicut & cæteri, qui ſpem non habent] Pietatis namque affectu, et humanitatis intuitu mortuos lugere non prohibemur: ſicut nonnullos ſanctorum, aliorum exequiis pias lachrymas impendiſſe legimus.

† Sed tu vid̄ S.Th.4.ſēt. diſt.45.q.3. art.1. & diſ. 49.q.2.ar.5

† al. funeris præcamen.

1.Theſ.4.

Ioan.11.

Hinc etiam Anaſtaſius Papa, epiſt. 2. ad Nerianum. [1]

¶Qui ſpem futuræ reſurrectionis habent, de mortuis triſtari non debent.

CAP. XXVII.

2 HAbent forſitan illi iuſtā longi doloris excuſationem: qui vitam alteram neſciunt: [a] qui de hoc ſeculo ad melius eſſe tranſitum non cōfidunt. Nos autem, qui nouimus, qui hoc credimus, & docemus: contriſtari nimium de obeuntibus non debemus: ne quod apud alios pietatis tenet ſpeciem, hoc magis nobis in culpa ſit. Nam diffidentię quodammodo genus eſt, contra hoc, quod quiſque prædicat, torqueri c mœſtitia, dicente Apoſtolo [Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.]

A ¶Torqueri.] *Sic eſt emendatum ex epiſtola B. Gregorij, in qua hoc idem habetur. In epiſtola Anaſtaſij legitur:* contra quod quiſque prędicator quæritur, iuſtitiam amans, dicente, &c. *In codicibus autem Gratiani etiam manuſcriptis videbatur miſta eſſe lectio ex vtraque hoc modo,* contra hoc, quod quiſque prędicat quærere, iuſtitiam amans, dicente, &c.

Item ex concilio Toletano, 3. cap. 22.

¶ De eodem.

CAP. XXVIII.

QVi diuina vocatione ab hac vita recedunt, cū pſalmis tantummodo: & pſallentium vocibus debent ad ſe pulchra deferri. Nam A funebre † carmen, quod vulgò defunctis cantari ſolet, vel in pectoribus ſe aut proximos, aut familias cędere omnino prohibemus. Sufficiat autem, quòd in ſpe reſurrectionis, Chriſtianorum corporibus famulatus diuinorum impendītur canticorum. Prohibet enim nos Apoſtolus noſtros lugere defunctos, dicens [De dormientibus autem nolo vos contriſtari, ſicut & cęteri, qui ſpem non habent.] Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, ſed ad vitæ huius plorauit ærumnas reſuſcitandum. Si autem † poteſt hoc epiſcopus omnes Chriſtianos prohibere, agere non moretur. Religioſis [b] † tamen omnino aliter fieri non debere cenſemus. Sic enim Chriſtianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

† al. enim.

† al. A religioſis.

A Nam funebre.] *Hinc vſque ad ver.* ſufficiat *addita ſunt ex originali, vt intelligatur, quæ illa ſint, quæ in hoc canone prohibentur.*

11 De mortuis etiam quæritur, vtrum ſciant [c] *ea, quæ hic à viuis geruntur. Eſaias ex perſona populi afflicti ait* [*Abraham pater noſter neſciuit.*] [d] *Auguſtinus quoque in libro de agenda cura pro mortuis, illud idem teſtatur, dicens, c. 15.*

Eſa.63.

¶Mortui ex ſe neſciunt, quid hic à viuis geratur.

CAP. XXIX.

FAtendum eſt, neſcire quidem mortuos, quid hic agatur: ſed dum hic agitur, poſteà verò audire ab eis, ꝗ hinc ad eos moriendo pergūt, non quidem omnia, ſed quæ ſinuntur indicare, qui ſinuntur etiā iſta meminiſſe, & quæ illos, q̄bus hęc indicant, oportet audire. Poſſunt & ab Angelis, qui rebus, quæ aguntur hic, præſtò ſunt, audire aliquid mortui, quod vnumquemque illorum audire debere iudicat, cui cuncta ſubiecta ſunt. *& infra.*

¶Multi A quoque ad viuos, aliquos ex mortuis venire credunt, [e] ſicut ècontrario Paulum ex viuis in paradiſum raptum eſſe diuina ſcriptura teſtatur.

A ¶Multi quoque.] *Apud B. Aug. ſic legitur,* Mitti quoque ad viuos aliquos ex mortuis, ſicut ècontrario Paulus ex viuis raptus eſt, diuina ſcriptura teſtatur. *Sed ob gloſſam non eſt emendatum. Veritatem verò ſuæ ſententiæ confirmat B. Auguſt. aliquot alijs exemplis ſcripturæ ſacræ: quare ex textu deprauato auctor gloſſæ errandi occaſionem ſumpſit.*

12 De his autem, qui in patibulis ſuſpenduntur, quæritur, an iuxta eccleſias ſint ſepeliendi. De quibus in Moguntinenſi concilio 2. ſub Rabano, c. 27. ita ſtatutum eſt. [3]

¶Non eſt deneganda communio his, qui in patibulis ſuſpenduntur.

CAP. XXX.

4 QVæſitum eſt ab aliquibus fratribus de his, qui in patibulis [f] ſuſpenduntur pro ſuis ſceleribus poſt confeſſionem Deo peractam, vtrum cadauera eorum ad eccleſias deferenda ſint, & oblationes pro eis offerendæ, & Miſſæ celebrandæ,

ſciunt non omnia, ſed quæ illis permittuntur audire, & quæ iſtos recordari licet: aut per Angelos qui præſentes ſunt rebus quæ in mundo aguntur, aut per ipſos qui quandoque ad nos venire creduntur, ſicut ècontrario Paulus viuus dicitur eſſe raptus in paradiſum.

e ¶Credunt.] & malè, quia ſunt phantaſmata, vt 26. quæſtio 5. epiſcopi.

DE HIS AVTEM. Hæc eſt 12. pars quæſt. ſecundùm Io. de Fan.

CASVS. Quæritur an homines qui ſuſpenduntur in patibulis, ſint ſepeliendi in cœmeterio? Et reſpondet quòd ſic, ſi ipſi pœnituerint.

QVæſitum.] CASVS. Quidam quæſiuerunt in concilio Moguntin. vtrum corpora illorum, qui in patibulis ſuſpenduntur, ſint ad eccleſias deferenda, & diuina pro eis ſint celebranda? Et reſpond. quòd ſic, ſi dignè pœnituerint, quia ſicut communio ſacramentorum eis in fine non denegatur, ita cōmunio corporis Chriſti vel ſepultura eis denegari non debet: quia ſcriptum eſt, Non iudicabit Deus bis in idipſum.

f ¶*In patibulis.*] " licitè ergo ſepeliuntur ſuſpenſi, & concremati. dummodo hoc fiat auctoritate pricipis, vt ff. de cadau. l. 2. & non eſt contra 23. q. 5. placuit. " Quæri conſueuit quare liberetur ille qui fugit ad eccleſiam, & non ille qui recipit corpus Chriſti, cum corpus Chriſti maius ſit omnibus, vt de conſec. diſt. 2. nihil? Reſpon. quia corpus Chriſti eſt cibus animæ, & non corporis, ergo animam liberat, & non corpus. Vel dic ꝙ priuilegiū eccleſię eſt, & non debet trahi ad conſequentiam, [b] vt ī. 17. queſ. 4. ſicut. nec aliquod priuilegium trahendum eſt ad conſequentiam. 7. q. 1. petiſti. & 16. q. 1. hinc.

Canonici

" Speliri p̄nt ſuſpēſi.

" Eccleſia & non corpus Chriſti protegit malefactorem.

3 Et in Vuorm. c. vlt.

b Ad idem ext. de priuel. ſane. ve rumtn̄ qui tali fugitiuo deferret bn̄ faceret: ſ ̄ n̄ eſt ſtatutum, ēm Vin. Sed tu defendas ꝙ talis eſt per eccleſiā defendendus, qa corpori Chriſti aliqua res an̄poni n̄ dēt. 1. q. 1. c. multi. 95. diſ. ecce. de conſ. di. 5. nihil. Arch.

4 Bur.l.11. c.76. Iuo p. 14. ca. 124. Pan.l 5. ca. 22.

lebrandæ, an non. Quibus reſpondimus, ſi omnibus de peccatis ſuis puram confeſſionem agentibus, & dignè pęnitentibus communio in fine ſecundum canonicum iuſſum danda eſt: cur non A eis, qui pro peccatis ſuis pœnam extremam perſoluunt? Scriptum eſt enim. [1 Non vindicat Deus bis in idipſum.]

A ¶Cur non eis.] *Reſtitutus eſt hic locus ex ipſo concilio Moguntino, & Vuormacienſi, inductis aliquot verbis, quæ potius perturbabant, quàm illuſtrarent.*

¶PALEA. C. XXXI.

2 FVres, & latrones, ſi in furando, aut deprædando occidantur: viſum eſt pro eis non orandum. Si comprehenſi, aut vulnerati, presbytero, vel diacono confeſſi fuerint: communionem A eis non negamus.

A ¶Communionem.] *Antea legebatur*, confeſſionem. *Emendatum verò ſic eſt ex Burchardo, Iuone & decretali: quibus locis hoc idem citatur ex concilio Triburienſi, & in eo, quod extat, habetur ſententia c. 31. copioſius expoſita: vbi etiam diaconi nulla fit mentio, ſed ita dicitur*, Deóque & ſacerdoti.

[*Item ex concilio Aurelianenſi.*]

¶*Sic in omnibus codicibus, in quibus eſt hæc palea, & apud Burchardum, & Iuonem, & in decretali: ex quibus ſunt multa emendata, & magni ponderis.*

¶De eodem.

PALEA. C. XXXII.

3 SI fur, aut latro captus in præda abſq; occiſione poteſt comprehendi, & tamen interficitur: quia ad imaginē Dei creati, & in nomine eius baptizati ſunt, interſectores eorum quadraginta dieb. non intrent eccleſiam. Lanea veſte induti ab eſcis, & potibus, qui interdicti ſunt, à thoro, à gladio, ab equitatu ſe abſtineant. In tertia, quinta feria, & ſabbato, aliquo genere leguminum, vel olerum, & pomis, paruiſque piſciculis cum mediocri ceruiſia viciſſim vtantur, & temperatè. Sin autem à veridicis comprobatur teſtibus, quòd ſine odij meditatione ſe, ſuaque liberando, Diaboli membra interfecerint, & A capi non poterant: pœnitentiam pro homicidio eis non iniungimus, niſi ipſi voluerint aliquid, quod humanitatis eſt, facere. Aut ſi presbyter eſt, non deponatur: cunctis tamen diebus vitæ ſuæ pœnitentiam agat.

A ¶Et capi non poterant.] *Loco iſtorum verborum in codicibus Gratiani erant hæc*, & pariter pęniteant, *quæ videntur pugnare cum proximè ſequentibus*, pęnitentiam pro homicidio eis non iniungimus. *Reſtitutus autem eſt locus ex cęteris collectoribus.*

CAVSA XIIII.

CAnonici † cuiuſdã eccleſię quæſtionem mouent de prædijs: teſtes ex fratribus ſuis producunt: negotiatoribus pecuniam crediderunt, vt ex eorum mercibus emolumenta acciperent.

† al. clerici.

1 *Hic primùm quæritur, an liceat eis ſua* [a] *repetere.*
2 *Secundò, an illi teſtes ſint audiendi.*
3 *Tertiò, an illud ſit vſuras exigere.*
4 *Quartò, an liceat clericis, vel laicis à quolibet vſuras expetere.*
5 *Quintò, an eleemoſynæ de vſuris fieri poſſint.*
6 *Sextò, an vſurarij pęnitentiam agere valeant, niſi quod malè acceperunt, reſtituant.*

QVAESTIO. I.

QVòd autem ſua repetere non poſſint, facilè videtur poſſe probari. Ait.n. Dominus in Euangelio [Si vis perfectus [b] *eſſe, vade, & vende omnia, quę habes, & da pauperibus.] Quia ergo iſti iter perfectionis arripiunt, non licet eis ſua habere. Multò ergo minus licet eis repetere: quia non debet repeti, quod poſſideri* [c] *non licet.* ¶ *Item [Si quis voluerit tunicam tuam tollere, et in iudicio tecum contendere, dimitte ei & pallium.]* ¶*Item Apoſtolus in epiſtola ad Corinth. [Secularia igitur iudicia ſi habueritis,* [d] *omnino peccatum eſt in vobis.]* ¶*Item Gregorius exponens* 4 *[Omnia mihi licent: ſed ego ſub nullius* [e] *redigar poteſtate.] inquit. [Cum mens concepta deſideria ſequitur: ſeruire rebus conuincitur, quarum amore ſuperatur.]*

Matth. 19. Luc. 18. Marc. 10.
Matth. 5.
1. Cor. 6.
4 L. 5. moral. ca. 8. ad 3. c. Iob.

Item ex concilio Carthaginenſi, 4. cap. 19.

CAnonici cuiuſdam.] CASVS. Suprà in proxima cauſa clerici introducuntur litigantes de ſpiritualibus. Nunc autem ſubnectit Grat. hanc 14. cauſam, in qua introducuntur litigantes de temporalibus, oſtendens qualiter clericis liceat repetere ſua, & an domeſtici teſtes ſint admittendi, vel aſſumendi. Addit etiam de vſuris & de turpi quæſtu clericis interdicto, & vtrum eleemoſynæ fieri poſſunt de malè acquiſitis. & vt hæc omnia facilius pateat, proponit thema, de quo ſex elicit quæſt.

1 Naum j. ſecundùm 70.

a ¶*Sua repetere.*] " Omnes clerici qui habent proprium vel habere poſſunt, poſſunt repetere ſua: ſi non habent proprium non poſſunt, ſed bona eccleſiæ ſuæ repetere poſſunt ſi ſunt prælati: vel ſi prælati non ſunt, de mãdato ſuperioris poſſunt ea repetere, vt 16. q. 1. monachi. 2. Item omnes clerici poſſunt agere pro miſerabilib. perſonis de mandato ſuperioris. vt 86. diſtin. peruenit.

"Clerici an poſſint ſua repetere.

2 Extra de furt. ca. 1. in Tribur. cap. 31. Pol. l. 6. ti. 16. Burc. l. 11. ca. 59. Iuo par. 13. c. 45.

QVòd autẽ.] CASVS. Hic intitulatur j. q. qua quæritur, an clericis liceat repetere ſua: & certum eſt, quòd omnes qui renũciauerunt proprijs cum nihil habeant, ſua repetere non poſſunt, nomine tamen eccleſię ſuæ de mandato ſui ſuperioris experiri poſſunt, & eſſe in iudicio, vt 16. q. 1. monachi. clerici verò ſeculares, & omnes qui non renuntiauerunt proprijs, ſua repetere poſſunt, quia neque lege, neque canone prohibentur. Et procedit hoc ordine Grat. in hac quæſtione. Primò probat v. auctoritatibus, quòd clericis ſua repetere non licet; & hoc duabus: Domini, & alia Apoſtoli, quarta Grego. quinta Carthaginen. concil. tandem allegatis reſpondet duplicem adhibendo ſolutionem. & ita omnia plana ſunt vſq; ad §. *Sicut ergo*.

3 Sñia hr̃ ext. d̃ hom. c. 2. Pol. ibi. Burc. l. 11. c. 60. & l. 19. c. 5. interfeciſti furem. Iuo par. 13. c. 46.

b ¶*Perfectus.*] id eſt, ſine mortali peccato, & ſine veniali. nam curam propriorum non poſſumus habere ſine peccato, vt 25. diſtin. qualis.

c ¶*Poſſideri.*] ſimile eſt tertia, quæſt. prima. §. patet. vnde hæreticus non poteſt petere reſtitutionem aliquorum: quia nihil proprium poteſt poſſidere, vt ſ. diſtinct. 8. quo iure. & 23. q. 7. cap. 1. & 2. nec laicus poteſt repetere decimas: quia eas non poteſt poſſidere, vt extra de preſcri. cauſam ad hoc enim vt quis poſſit aliquid repetere, requiritur quòd fuerit in poſſeſſione iuris, vel facti, vt extra de reſti. ſpolia. ex parte. vnde non ſufficit probare ſpoliationem, niſi probauerit quòd poſſederit, vt extra de off. deleg. conſultationibus. vnde patet, quòd quilibet ſpoliatus habet reſtitutionis beneficium. extra de appell. ſignificauerunt. & extra de reſti. ſpol. olim. " Inuenio tamen ꝙ quis poteſt petere reſtitutionem, qui de iure poſſidere non poteſt. nam petitur reſtitutio conſanguineæ, cum qua de iure quis non poteſt commiſceri, vt extra de reſti. ſpol. literas. Item ſeruus petit reſtitutionem rerum domini abſentis, quas de iure non poteſt poſſidere, vt C. ſi per vim vel alio modo. l. 1. ſimiliter vxor poteſt petere res à viro ſibi datas ſi ſpoliata eſt: quarum rerum dominium non poteſt habere. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. deijcitur. Item habens plura ſtipendia petit reſtitutionem alicuius: cùm tamen de iure non poſſit illud poſſidere cum alijs, vt extra de præb. referente. Ioan. " Ego credo ſaluo meliori cõſilio, quòd laicus ſpoliatus decimis poteſt petere reſtitutionem, cum latro reſtituatur, vt extra de reſt. ſpol. in literis. cum laici quotidie poſſideant [a] decimas ex tolerantia prælatorum. ſecus in hęretico, cum ſit excommunicatus, vt extra de hęretic. excommunicamus. & decret. illa, cauſam. dicit detinere, & non poſſidere. B.

"Reſtõnem quilibet petit qui poſſidere nequit.

"Laicus ſit decimas petere quibus ſpoliat⁹ eſt.

a De facto. quod dic, vt not. 16. q. 7. c. 1. Arch.

d ¶*Habueritis.*] iniurioſè. ita vt ſcandalizemini propter hoc.

e ¶*Sub nullius.*] id eſt, ſub rei temporalis poteſtate nolo redigi intantum vt aliquem offendam, iuxta illud: " *Et mihi res: non me rebus ſubmittere conor.* vt extra de ver. ſig. intelligentia.

" Horatius in epiſtolis.

Epiſcopus.

¶Pro

¶ Pro rebus tranſitorijs epiſcopus prouocatus non litiget.

C A P. I.

EPiſcopus nec prouocatus[a] pro rebus tranſitorijs litiget.

Quia ergo[b] *generaliter perfectis prohibetur in iudicio contendere: patet, quòd iſtis non licet ſtare coram iudice.¶His ita reſpondetur. Prohibetur perfectò, in iudicio ſtare captando lucrum ſed non euitando damnum. Vel aliter. Aliud eſt ſua poſſidere: aliud eſt communium procuratorem eſſe. Canonici non poſſident ſua: quia res Deo oblatæ non ſunt alicuius. Vtũtur enim rebus eccleſiæ non vt ſuis, ſed tanquam ad diſpenſandum ſibi creditis. Vnde Proſper in lib. de vita contemplatiua [*[1] *Sacerdos cui diſpenſationis cura commiſſa eſt, &c.*] *require in cauſa eius, à quo pro ingreſſu monaſterij pecunia exigebatur.¶Sicut ergo iſti non ſua poſſident: ita nec ſua repetunt: ſed res eccleſiæ, quarum procurationem gerunt. Similiter, quòd in iudicio prohibentur contendere, ſic intelligendum eſt: videlicet, vt non ſibi ſtent coram iudice, ſed alijs. Alijs autem coram iudice aſtitiſſe, & pro eis iudicem interpellaſſe nonnullos ſanctorum*[c] *legimus. Hi autem non ſibi ſtant, ſed pauperibus, quorum neceſſitatibus profutura repetunt: & ita non prohibentur ſtare coram iudice.* ¶ *Illud verò Euãgelij* [*Si quis abſtulerit tibi tunicam, &c.*] *non eſt præcipientis, ſed exhortantis.*

Vnde Auguſtinus ait libro 19. contra Fauſtum, c. 25.

¶Peccat qui vltra debitum exigit, non qui ſibi debita repoſcit.

C A P. II.

QVod debetur,[d] etſi benignè dimittitur, non tamen iniquè repetitur. Peccat autem, qui exigit[e] vltra debitum: ideoque lex modum figens, pœnam talionis[f] inſtituit. Sed tu eò longè es à peccato iniuſti exactoris, quò omnino nõ exigis debitum: ideoque bonus magiſter ait § Qui te percutit in vnã maxillam, præbe ei alteram: § præſertim ne cogamur & ipſi reddere debitum ab eo, qui nullum[g] habet debitum.[h]

¶*In aliquot vetuſtis exemplaribus cap. hoc coniunctum eſt ſuperiori, & confectum eſt ex verbis B. Auguſtini lib. 19. contra Fauſtum, cap. 25. hinc inde acceptis, & interdum etiã immutatis. Quare præſtat integrum illud caput perlegere.*

Sic[i] *& cætera*[k] *accipias. Item in libro de ſancta virginitate* A, *cap. 14. & 15.*

A ¶Virginitate.] *Reſtituta eſt citatio ex Polycarpo. Antea citabatur,* ex ſermone Domini in monte. *Sic etiam §. Quod præcipitur reſtitutũ eſt B. Hieronymo.*

¶De eodem.

C A P. III.

[2] QViſquis præceptis non obtemperat: reus eſt, & debitor pœnæ. *& paulò poſt.* ¶Præcepto Domini non obedire, peccatum eſt: conſilio ſi vti nolueris, minus boni adipiſceris, non mali aliquid perpetrabis. *Item Hieronymus*† *lib. 1. contra Iouinianum.* Quod præcipitũ, imperatur: quod imperatur[l], neceſſe eſt fieri: ſi non fiat, pœnam habeat. *& infrà.* ¶ Vbi cõſilium datur: offerentis arbitrium eſt, vbi præceptum, neceſſitas eſt ſeruientis A.

A ¶Seruientis.] *Sequebantur hæc verba,* vt obediat, vel imperantis, vt ei obediatur, *quæ ſunt expuncta, auctoritate codicum vetuſtorum, & originalis.*

Luc. 6. Matth. 5.

2 Polyc. l. 1. tit. 24. c. 15.

† in vulgatis erat, Greg. in epiſtol. ad Iouianum.

QVAESTIO II.

DE eo autem, quod quæritur, an de ſuis[m] fratribus teſtes produceré poſſint, multis auctoritatibus videtur eſſe prohibitũ.

---

a EPiſcopus.] ¶Prouocatus.] id eſt, in iudicium vocatus. debet enim per alium litigare, vt not. 5. q. 3. c. vlt. & ſi mala eſt cauſa eccleſiæ, non debet eam fouere: ſicut nec tutor pupilli, vt ff. de admin. tut. l. quoties. §. ſicut autem.

b ¶Quia ergo.] require ſ. 1. q. 2. ſacerdos.

SICVT ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, quòd clericis ſua repetere non licet, poſteà reſpondet dupliciter allegatis. Et primò ſic: ſcilicet quòd perfecti non debent contendere in iudicio captando lucrum, ſed vitando damnum poſſunt eſſe in iudicio. Secundò dicit, ꝙ licet clerici regulares ſua repetere non poſſunt, cum nihil habeãt: tamen res eccleſiaſticas tanquã communes quarum procurationem gerunt, repetere non prohibentur: qui in iudicio contendere poſſunt non ſibi, ſed alijs, ſcilicet, pauperibus: ſicut multi ſancti fecerunt.

c ¶Sanctorum.] ſ. 12. q. 1. expedit. — 1 ſ. 1. q. 2. ſacerdos.

ILLVD. CASVS. Nunc reſpondet auctoritati Euãgelij, ſi quis, &c. & dicit quòd conſilium Domini eſt, & nõ præceptum: & ad hoc inducit ſeq. cap.

QVod debetur.] CASVS. Quæſitum fuit ab Aug. vtrũ ſit peccatum repetere ſua? Et reſpõdet quòd non, licet non poſſint benignè remitti. ſed illi peccant qui vltra debitum exigunt: contra quos lex pœnam talionis inſtituit. ſed qui nullo modo repetunt, remoti ſunt à peccato & pœna iniuſtè pœnitentis. *Eo*, id eſt, in tantùm. *Quo*, id eſt, inquantum.

d ¶Quod debetur.] ex aliquo maleficio, vel intellige ex quolibet debito.

e ¶Vltra.] "Videtur ergo quòd non poſſit licitè peti pœna dupli, vel quadrupli à fure, vt[a] no. 12. q. 2. in antiquis. quod concedit Hug. ſed nõ eſt ita: quia hoc habetur ex canone ꝙ peti poſſit. 11. q. 2. in legibus[a].

"fur ad pœnam dupli vel quadrupli poteſt conueniri.

a De hoc not. 12. q. 2. fraternitas. ibi videas. & facit ad hoc ext. de ſen. exc. q̃uis. & c. ea. noſcit. vbi plenè de hoc no. per Hoſt.

f ¶Talionis.] contra delinquentem, ſcilicet vt tãta ſatisfactio petatur ab eo, quanta iniuria præceſſit, vt 23. q. 3. ſex differentię. vel loquitur de pœna talionis infligenda actori, qui iniuſtè litigat: & quia calũniosè agens punitur in ſumptibus litis, vt extra de pœ. calumniam.

g ¶Nullum.] ſcilicet quo ipſe teneatur alijs. vel aliter, id eſt, nulli vult ſoluere pœnam pro peccato debitam.

h ¶Debitum.] id eſt, pœnam debitam ex peccato.

i ¶Sic &.] hic eſt §.

k ¶Cætera.] id eſt, quòd omnia ſunt conſilij: ſicut illud, qui percuſſerit te in vnam maxillam, &c.

QViſquis.] CASVS. In hoc ca. & ſequenti aſſignatur differentia inter præceptum & conſilium: quia peccatum eſt non obedire pręcepto, & pœnam ſuſtinet, qui non obſeruat: conſilio verò non obedire peccatum non eſt, ſed qui non obedit, minus boni adipiſcitur.

l ¶Quod præcipitur, imperatur.] Hic Greg. innuit differentiam inter præcipere & imperare.[b] nam aliàs Aug. dicit: quod Cæſar præcipit, faciendum eſt, quod imperat, tolerandum eſt, vt 23. q. 1. militare. Item inter mandatum & præceptum videtur eſſe differentia: quia finitur[c] mandatum morte mandatoris, vt extra de off. deleg. relatum. ſed præceptum non, vt in auth. vt nulli iud. §. & hoc verò iubemus. coll. 9. Item quãdoque ea quę ſunt præcepti, conſuluntur, vt 28. q. 1. ſic enim. quandoque etiã quæ ſunt mandati, præcipimus, vt ſic ęquiparentur præceptum & mandatum, vt C. de ac. & obl. ſi quidam. Item quandoque verbum rogandi pro verbo præcipiẽdi ponitur, vt 11. q. 3. rogo.

b iſtã gl. approbat & dr eam verã & not. Alc de Im. in l. more. co. 10. ff. de iu. omn. iu. & p Speti. de iu. del. §. reſtat. ad fi. 1. co. & in tit. de leg. §. finit. in ver. ſed pone ꝺ facto.

c Ope exceptiõis, vt dicã 18. q. 2. dudũ. ibi videas. 63. di. principali. Arc.

DE eo autẽ.] CASVS. Hic intitulatur ſecunda quęſt. qua quęritur, an fratres, vel domeſtici teſtes ſint audiendi. Et certum eſt quòd in cauſa criminali non admittuntur, vt 3. q. 5. c. 1. niſi quando clerici accuſant ſuum prælatum, vt 2. q. 7. lator. & cum accuſatur matrimonium propter conſanguinitatem, vt 35. q. 6. c. 1. ſimiliter in cauſa ciuili, domeſtici teſtes non admittuntur, vt 4. q. 3. etiam in re propria. clerici tamen tã pro ſua eccleſia quã pro aliena bene admittuntur, vt ĩ. ea. c. 1. & c. quanquam. Et procedit hoc ordine. Primò probat quòd fratres & domeſtici teſtes non ſunt admittendi. poſteà dat ſolutionem. Dicitur ergo, quòd tam leges, quàm canones prohibent domeſticos teſtes aduerſus extraneũ aſſumi. Nam pro ſe quis teſtificari non poteſt, ſed contra ſe ſic. & ideo cum iſti ferunt teſtimonium ſuper rebus eccleſiæ ſuæ, quæ ſpectant ad ſuam vtilitatem, non ſunt audiendi. Poſteà ſoluit dicens, quòd in cauſa criminali eſt hoc ſeruandum, ſed in cauſa eccleſiæ bene admittuntur domeſtici teſtes, vt in ſeq. c. patet.

m ¶An de ſuis fratribus.] in cauſa criminali nunquam admittuntur domeſtici, vt 3. q. 5. c. 1. "niſi in duobus caſibus. ſ. cum canonici accuſant prælatum ſuum, vt 2. q. 7. lator: & cũ accuſatur matrimonium propter conſanguinitatem, vt 35. q. 6. ca. 1. ſimiliter in cauſa ciuili non admittitur domeſticus. 4. q. 3. etiam ciuili iure. Item etiam niſi in cauſa eccleſiæ ſuæ, vt ĩ. ea. c. 1. & extra de teſtib. inſuper. Similiter ad probandum conſanguinitatem admittitur domeſticus, vt 35. q. 6. c. 1. ſiue agatur ad contrahendum, ſiue ad dirimendum matrimoniũ,

"Teſtificari põt q̃nque domeſtici.

vt ex-

vt extra qui matri.acc.poſſ.videtur.Sed pro alio impedimento matrimonij domeſtici non admittuntur, etiam ſi velint probare affinitatem,vt extra de teſti.in literis.Ioan. ſed contra videtur dicere decr.extra de teſta. ſuper eo. & ſic de facto ſeruatur: & in illa decr. in literis. ſuſpicio erat contra eum: quia ſteterat cum vxore per ſeptem annos,& etiam ibi ſuper affinitate inducebantur domeſtici.Præterea vt notauit ibi T. familiares ſui erant,vel domeſtici, quib. imperare poteſt ratione dominicæ, vel patriæ poteſtatis. aliàs domeſtici bene admittuntur. [a] Ber.

† al. extraneum.

a Alij contra 4.q.3.ét ciuili iure. nam mercenarij ſunt domeſtici. ff.de pœ. reſpiciẽdũ. §. furti. C. de his qui ad ec.confu.p̃ſenti.Arch.

† al.diſtrictio.

SVper prudentia.] C A S V S. Guido archiepiſcopus Vienẽſis Apoſtolicæ ſedis legatus in cauſa,quę vertebatur inter canonicos S.Stephani, & canonicos S.Ioannis, canonicos S.Stephani ad perhibendum teſtimonium veritati recipere nolebat, quia domeſtici erant:quare Paſchalis II. ſcribit ſibi,& docet, ꝙ in cauſa criminali teſtes domeſtici non aſſumantur,ſed in ciuili eccleſiaſtica, potius ipſi quàm alij recipiantur. præcipit ergo ſibi vt à teſtimonio ferendo nullo modo repellat clericos B. Stephani, dummodo idonei videantur. *Alijs literis*, quibus cauſam illam commiſerat ſibi: vel alijs literis ſuper teſtibus recipiendis ſibi miſſis prius.

† al. criminalibus.

a ¶[*Stephani.*] “ Vnus canonicus poteſt inducere in teſtimonium ſuum concanonicum contra eiuſdem eccleſiæ canonicos: quia nõ eſt magis domeſticus vni quàm alij: & par affectionis cauſa ſuſpicionem excludit, vt ff. de ri. nup. non ſolùm. §.ſicut. & poteſt ipſum inducere contra ſuum prælatum, vt 2. qu. 7. lator.Sed nunquid poteſt eum inducere contra canonicum alterius eccleſiæ? Hug. dicit quòd non. Tu potes dicere quòd ſic: quia non eſt domeſticus iſtius, ſed eccleſiæ tantùm. ſimiliter prælatus iſte poteſt induci in teſtem pro eccleſia ſua:dum tamen alius conſtituatur,qui nomine eccleſiæ agat,vt extra de teſt.inſuper. [b] nec dicuntur iſti ferrè teſtimonium in propria cauſa: quia cauſa eccleſiæ non eſt cauſa ſingulorum,vt 12.quæſt.2. qui manumittitur.ſic legatarius fert teſtimonium in cauſa teſtamenti, in quo aliquid ei relictum eſt,vt inſtit.de teſtam.§. legatarius. Sed nonne talibus imperatur ab eccleſia? ergo non poſſunt eſſe teſtes pro illa,vt 4.quæſt.3. idonei? Sed iſtud eſt in fauorem religionis. “ nam contra rationem pro religione iudicatur,vt ff.de relig.& ſum.ſunt perſonę.Sed licet dicam,quòd vnus canonicus poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui concanonici: non tamen dico, quòd poſſit eſſe iudex ſuus contra extraneum,quia minor cauſa repellit aliquem à iudicio quàm à teſtimonio,vt extra de offi.deleg.cum R.

“ Canonic⁹ pro canonico teſtificari poteſt.

b Ad idẽ ff. de verb. ſig. prĩceps. C. de dign. ius ſenatorũ.ſ3 cõtra, quia executores negotiorũ, & adminiſtratores in eiſdẽ negotijs teſtes eſſe non pñt. ff.đ teſt. mãdatis. Arch. “ Cõtra rõnem cõem ꝑ religione. iudicatur.

Leges enim tam ſacrorum canonum, quàm ſecularium principum prohibent aduerſus aliquem, † teſtem de ſua domo produci. Contra ſe enim quiſque teſtari poteſt,pro ſe verò minimè. Quia ergo iſti producuntur, vt pro ſeipſis teſtimonium ferant (Non enim vtilitatis ſuę eccleſiæ ſe penitus immunes arbitrantur futuros) patet, quòd eorum vox in talibus non eſt audienda. Sed diſtinctio † hæc,& teſtium examinatio in criminalibus cauſis ſeruanda eſt: in ciuilibus autem non vſquequaque. In criminali enim cauſa non licet teſtem de propria domo produci, in ciuili autem prælatis eccleſiæ licet.

Vnde Paſchalis II. Guidoni Archiepiſcopo Vienenſi Apoſtolicæ ſedis legato ſcribit dicens.

¶Clerici pro ſua eccleſia teſtimonium ferre poſſunt.

C A P. I.

SVper prudentia tua pluri- mum admiramur, quòd in negotio beati Stephani, [a] clericorum ipſorum acceptare nolueris teſtimonium. Diuerſæ namque ſunt ſpecies cauſarum: nec in omnibus cauſis crimina agitantur. In criminib. † ſiquidem, accuſatorum & teſtium illa diſtinctio obſeruanda eſt,quæ in canonibus continetur: ne qui ad probationem domeſtici aſſumantur. Cæterùm in poſſeſſionum,vel huiuſmodi negotijs hi potiſſimùm aſſumendi ſunt, qui eadem negotia tractauerunt, [b] de quorum auditu, & viſu [c] hæſitatio eſſe non debeat. Si ergo iidem clerici idonei ſunt ad aſſertionem cauſæ illius, nullatenus remoueantur: ſed ſicut alijs literis deliberatum eſt, inter ſancti Ioannis, & ſancti Stephani canonicos lis illa plenius decidatur.

b ¶[*Tractauerunt.*] quia ea quæ in capitulo geſta ſunt, melius poſſunt probari per canonicos quàm per alios, vt extra de teſtibus.veniens.in fin. licet lex dicat, aliàs inter domeſticos facilè quid confingi poſſe pro negotij qualitate, vt C.de donat.data.

c ¶[*Et viſu.*] 3. quæſt. 9.teſtes.

P O T E S T. Iſte §.diuiditur in duas partes.In prima ſoluit aliter quàm ſuperius dixerat, dicens quòd domeſtici ad teſtimoniũ non admittuntur pro eo cuius ſunt domeſtici.ſupradicti autem clerici non pro domeſticis admittuntur, ſed pro eccleſia, quæ mater eſt omnium. In ſecunda parte dicitur, quòd presbyteri in cõtractibus ſecularium non debent ad teſtimonium vocari. ſi tamen caſu interfuerint, iubente epiſcopo teſtimonium ferre poſſunt,vt in ſeq. cap. docetur.

Poteſt etiam intelligi aliter. Domeſtici ad probationem non admittantur,vt pro his videlicet, quorum ſunt domeſtici, teſtimonium ferant. Hi autem (ſicut ſuprà de actorib.dictum eſt) non pro domeſticis,ſed pro eccleſia,quæ mater eſt omnium pauperum,teſtimonium dicant. In conficiendis autem inſtrumentis ſecularium negotiorum,presbyteri non vocentur ad teſtimonium: ſed ſi caſu contractui eos interfuiſſe contigerit iubente epiſcopo teſtimonium dicant.

Vnde in ſynodo habita Romæ ab Eugenio Papa II.ſtatutum eſt,c.13.

¶In conficiendis inſtrumentis ſacerdotes ad teſtimonium non vocentur.

C A P. II.

1 QVanquam ſacerdotum teſtimonium credibilius habeatur: tamen ipſi in ſecularibus negotijs pro A teſtimonio,aut conficiendis inſtrumentis non rogentur: [d] quia eos in talibus rebus eſſe non conuenit. Si autem B euentu [e] aliquo cauſæ interfuerint, & aliquid viderint, vel audierint, [f] vbi nullæ idoneæ ſecularium inueniantur perſonæ, ne veritas occultetur, [g] & malus vt bonus æſtimetur, in prouidentia proprij epiſcopi ſit, vt aut coram ſe [h] & competentibus [i] iudicibus, aut aliter [k] honorificè veritatem attollant. †

1 Poly.l.4. tit.31.

QVamquam.] C A S V S. Quæſitum fuit ab Eugenio, vtrum ſacerdotes ſint vocandi ad teſtimonium ſuper conficiendis inſtrumentis in negotijs ſecularibus? Et reſpondet quòd non, ſi tamen caſu interfuerunt, vbi laici non inueniuntur idonei, iubente epiſcopo poſſunt dicere teſtimonium, ne veritas occultetur.

d ¶[*Non rogentur.*] an poſſit clericus cogi, no. 2. quæſt. 6. ſtatuendum.

e ¶[*Euentu.*] ſ.4.quæſt. 3.ad fidem.

† al. teſtificentur.

f ¶[*Vel audierint.*] & hoc eſt in illis caſibus, vbi teſtimonium valet de auditu, vt 3. qu.9.ſi debitum.

g ¶[*Occultetur.*] iſtud eſt regulare, quòd in defectum probationũ quilibet poſſit cogi, vt extra de teſt. cog. peruenit. imo talis admittitur qui aliàs non eſt idoneus, vt 4. quæſt. 3.item ſerui reſponſo. ſimile eſt 55. diſtinct.priſcis.& de conſec.diſt.4. in neceſſitate. & C.de hæretic.l.vlt.

A ¶[Pro teſtimonio.] *Sic eſt emendatum ex concilijs Eugenij II. & Leonis IIII. & Polycarpo. Antea enim legebatur*, pro conficiendis inſtrumentis ad teſtimonium non rogentur.

B ¶[Et ſi autem.] *In concilijs ipſis, & Polycarpo legitur*, ſi enim euentæ cauſæ aliquid viderint,&c.

h ¶ *Coram ſe.*] ſed qualiter teſtatur clericus coram epiſcopo, cum cauſa verſatur coram laico iudice, cum continentia cauſæ diuidi non debeat, vt extra de ſequeſt. ad hęc? Reſpon. “ hoc eſt priuilegium clericorum, quòd non coguntur coram quolibet iudice teſtificari, ſicut egregiæ perſonæ non coguntur coram quolibet iudice teſtificari,vt ff.de iureiur.ad perſonas. [c]

i ¶[*Competentibus.*] ſcilicet iudicibus eccleſiaſticis.

k ¶[*Aut aliter.*] i.vt committat epiſcopus aliquibus, qui recipiant teſtimonia ipſorum.

“Clerici nõ coguntur teſtificari.

c Ad idẽ ex. đ teſ.c. ſi qs & maximè cũ tũc iurare dẽant, ꝙ facere non debent laico.22 quęſ. vlt. cap. vlt. ſecundùm Io. de Fan.

Quòd

Q*Vòd autem.*] C A S V S. Hic intitulatur 3.q. in qua quæritur vtrum ſit vſura, ſi aliquid præter ſortem exigatur? Et certum eſt, ꝙ ſic: niſi cum eccleſia mutuat pecuniam laico, ad hoc vt prædium eccleſiaſticum de manu laici redimatur: quo caſu fructus eccleſiaſtici fundi præter ſortem retinebit, vt dicit Inno. III. in prima decre. de feu. & Alex. de vſu. in prima decr. in fi. Similiter non licet aliquid expectare præter ſortem. vt j. ea. cap. 1. Spes enim facit vſurarium ſicut ſimoniacũ. ar. 1. q. 3. non ſolùm.

QVAESTIO III.

Q*Vòd autem* [a] *præter ſummam emolumenta ſectari, ſit vſuras exigere, Auguſtini auctoritate probatur, qui in Pſalmum 36. ad ver.* [*Tota die*] *ſcribit dicens.*

¶Qui plus, quàm dederit, accipit, vſuras expetit.

CAP. I.

1 SI fœneraueris homini, id eſt, mutuam pecuniam tuam dederis, à quo aliquid plus, quàm [b] dediſti, expectes accipere, non pecuniam ſolam, ſed aliquid plus, quàm dediſti, 2 ſiue illud triticum ſit, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud, ſi plus, quàm dediſti, expectas [c] accipere, fęnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus.

Item Hieronymus ſuper Ezechielem, lib. 6. ad c. 18. 3

¶Quidquid ſupra datum exigitur, vſura eſt.

CAP. II.

4 PVtant quidam vſuram tantùm eſſe in pecunia. [d]

Quod præuidens ſcriptura diuina omnis rei aufert ſuperabundantiam, vt plus non recipias, quàm dediſti. 5 *Item ibidē.*

¶Alij pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula accipere diuerſi generis: & non intelligũt vſuram appellari, & ſuperabundantiam, quidquid illud eſt, ſi ab eo, quod dederint, plus acceperint.

Item Ambroſius in lib. de Tobia, cap. 14.

¶Quidquid ſorti accedit, vſura eſt.

CAP. III.

6 PLerique refugientes præcepta [e] legis, [f] cum dederint pecuniã negotiatoribus, [g] non in pecunia vſuras exigũt, ſed de mercibus eorum, tanquam vſurarum emolumenta percipiunt. Ideo audiant, quid lex [h] dicat. 7 [Neque vſuram, inquit, eſcarum accipies, neq; omnium rerũ.] *Item paulò poſt.*

¶Et eſca vſura eſt, & veſtis vſura eſt, & quodcunque ſorti accedit, [i] vſura eſt, quod velis ei nomen imponas, vſura eſt. *Item paucis interiectis.*

¶Si quis inſtaurandum conuiuium putat, ad negotiato-

a ¶*Quòd autem.*] Hic quæritur an " vſura ſit vltra ſortem aliquid recipere? Et certe ſic: niſi in quinq; caſib. Primò in caſu fauore eccleſiæ. extra de vſur. ca. 1. & c. conqueſtus. Secundò, & cum fideiuſſor ſoluit ſortem & vſuras, poteſt vſuras petere, vt ff. de fideiuſſ. conſtitutus. Tertiò, & cum pęna petitur pręter ſortem, vt 12. qu. 2. in legibus. Quartò, & cum petitur vſura tanquam intereſſe, vt dicam j. e. q. 4. quoniam multi. & ff. pro ſo. l. ſocius qui. Quintò, & cum recipitur aliquid pro re quæ non conſiſtit in pondere, numero, vel menſura, ſicut in locatione. Item in ſexto caſu ratione incertitudinis, vt extra de vſur. in ciuitate. & non ſolùm quodcunq; lucrum, ſed etiam ipſa ſpes facit hominem vſurarium, vt j. e. c. 1. ſicut ſpes facit hominem ſimoniacum, vt 1. qu. 3. non ſolùm. " Ad intelligentiam autem huius quæſtionis ſcias, ꝙ duo ſunt contractus, qui de natura ſui gratuiti ſunt, vt mutuum & commodatum. In mutuo certũ eſt ꝙ requiritur, quòd ſit gratuitum: alioquin eſt vſura. Item ſi commodatum non eſt gratuitum, non quidem eſt vſura, ſed tamen ſi aliquid recipitur pro commodato, ſtatim deſinit eſſe commodatum: quia aut recipitur aliquid pro re ipſa, aut pro vſu rei. ſi pro re ipſa aliquid recipitur, aut eſt pecunia, aut alia res. ſi pecunia, eſt emptio ſeu venditio. ſi alia res, erit contractus permutationis. ſi pro vſu rei accipitur pecunia, erit contractus locationis. ſi res alia, erit contractus innominatus, do, vt des, vel do, vt facias. omnes iſti contractus ſunt liciti laicis etiam cauſa negotiationis, vt 88. diſ. fornicari. Clerici tamen in quãtum poſſunt debent abſtinere ab emptione & venditione: quia illud non facilè fit ſine peccato, vt j. de pœn. diſtin. 5. qualitas. tamen in cauſa neceſſitatis permiſſum eſt clericis negotiari, vt extra ne cler. vel mona. cap. 1. licitum tamen eſt clericis emere aliquam rudem materiam, & inde aliquod artificium facere, ſi eis ſua non ſufficiunt, vt 91. diſt. clericus victum. & 21. quæſt. 1. c. 1. de conſec. diſt. 5. nunquam. & tunc non acquiritur lucrum ex negotiatione, ſed ex artificio. talia enim lucra licita erant Apoſtolis, vt 21. q. 1. c. 1.

" Vſura aliquã non cõmittitur licet vltra ſortẽ quid accipiatur.
1 ſẽt. 3. diſt. 37. Iuo par. 13. c. 17.
2 Adde hic Bal. in rubr. C. de cõſti. pec. in j. glo. & in l. 3. & ibi clarius p eũdẽ Bal. & Sal. C. de exer. Bal. l. 2. i pr. C. de vſu. rei iu. & c. j. col. 5. de plus pe. latè per Sa. in aut. ad hęc q. 11. C. de vſu. Iaſ. l. cũctos. col. 14. ver. 6. & vlt. quęro. C. de sũ. trin. lo. Cal. cõſ. 11. poſito ſub tit. de vſur. D. Ale. cõſ. 303. inc. viſo proceſſu cauſæ vertẽtis inter Io. col. vlt.
3 & ibi glo. ord.
4 Sent. ibid. Iuo p. 13. c. 18. Pann. l. 3. c. 160.
" Contractus duo sũt gratuiti.

S*I fœneraueris.*] C A S V S. Aliquis dedit pecuniam mutuam, & præter ſortem aliquid expectabat. quæſitum fuit ab Auguſtino, vtrum ſit vſurarius? Et reſpondet quòd ſic.

b ¶*Plus quàm.*] ſupple quod conſiſtit in pondere, numero, & menſura. ſed in equo & domo aliud eſt: quia ibi licitum eſt recipere ſortem & lucrum. & eſt ratio, quia in prædictis quæ conſiſtunt in pondere, numero, & menſura, transfertur dominium, cum illud ſit mutuum. Vnde res illa ſtatim eſt periculo [a] illius qui recipit eam. vnde inconueniens eſſet vt nomine illius rei magis grauaretur, [b] ſed domus & equus nõ ſunt periculo ſui. vnde non eſt inconueniens, ſi aliàs grauetur pro re tali dando aliquid. ad hoc facit ff. de iureiur. eum qui. Sed contra hoc obijcitur. Pone ꝙ aliquis vendat vſum pecuniæ, & recipiat in ſe periculum pecuniæ. talis contractus non eſt vitioſus, quia cum vſus ſit illius qui vendit, licitè poteſt eum vendere. [c] & ſic habes ꝙ aliquis pro pecunia poteſt recipere pecuniam & aliud in hoc caſu, aliàs non: & hoc ideo, quia pecunia non deterioratur, ſed aliæ res deteriorantur. Item nonne ſi creditor alicui gratis mutuat pecuniam, debitor tenetur ei ad antidora, vt ext. de teſta. cum in officijs. & ff. de pet. hęr. ſed & ſi. §. cõſuluit. & naturaliter eſt ei obligatus ad aliam. quare ergo illam naturalem obligationem nõ poteſt deducere in ciuilem, ſ vt pactum fiat pro illa dãda, ad quam tamen tenetur, cum ẽt talia pacta interueniãt in ſpiritualibus ad quæ aliàs quis tenetur. ext. de præben. ſignificatum. & extra de ele. ſignificaſti?

a Periculo. l. ſi vnus ex ſocijs. §. ſi vnus pro ſocio.
b Arg. ff. de iureiu. cum qui.

c Vendere puta locando. Fr. Purp. l. 2. §. j. co. 9. nume. 68. ſi cer. pe.
5 Concord. tex. in l. j. §. cum vrbẽ. ff. de of. pręfe. vr. & l. 1. C. d hęred. inſt.
6 Iuo par. 13. c. 26.
7 Adde ad hoc plenè no. p Iaſ. in l. cunctos. col. 12. C. d ſum. trin. Deut. 23.
dIſtã ſnĩam tenet Gofr. ext. de vſu. conſuluit ſed gl. pced. vr innuere cõtrarium, ver. itẽ non ne. Arch.

c ¶*Expectas.*] ex pacto ſecundum quoſdã, vel etiam ſine pacto: quia ſola ſpes facit vſurarium, vt hic. Sed quid ſi mutuet eo pacto, vt ſibi etiam remutuet cum opus habuerit? Non credo quòd illud poſſet deducere in pactum: & ita hic naturalis obligatio non poteſt deduci in pactũ. [d]

P*Vtant.*] C A S V S. Quidam pecunia mutuata pecuniam ꝓ vſura recipere nolebant, ſed munuſcula, ꝙ dicebant non eſſe vſuram. ſed Hiero. dicit quòd quidquid vltra ſortem recipitur, vſura reputatur.

d ¶*Pecunia.*] ſtrictè ſumitur hic nomen pecunia. nam generaliter dicitur pecunia quidquid habes, vt 1. q. 3. totum.

P*Lerique.*] C A S V S. Quidam cum pecuniam mutuaſſent negotiatoribus, de lucro mercium partẽ recipiebant: quæſitũ fuit ab Ambro. vtrũ hoc dẽat reputari vſura? Et rñdet ꝙ ſic: & non ſolũ hoc, ſed ẽt quidquid vltra ſortẽ exigitur, quocunq; nomine cenſeatur, dr̃ vſura. & ad hoc probandum auctoritatem legis Moſaicæ inducit. Sequens c. planum eſt.

e ¶*Præcepta.*] nolunt qdam facere contra legẽ, ſed faciunt fraudẽ legi. Ille verò facit fraudẽ legi, q obſeruat verba legis, ſed mẽtẽ eius circumuenit, vt ff. de legib. fraus. " Fit fraus legi quatuor modis. De re ad rẽ, i. qñ in fraudẽ dat aliqua res, vt hic, & prima, q̃ſtione prima. ſunt nõnulli. talis eſt fraus Macedoniani. ff. ad Macedo. l. ſed Iulianus. § mutui. Item de pſona ad pſonã, vt cũ qs ſub pſona alterius exercet vſurã. vt 46. diſt. ſicut nõ ſuo. & cũ maritus non põt aliqd dare vxori, ſupponit aliã pſonã cui det, vt ff. de don. inter vir. & vxo. hæc eſt ratio. §. vlti. Itẽ de vno cõtractu ad aliũ cõtractũ fit fraus, vt cũ mulier non poſſit dare aliqd viro, fingit ſe vendere ei, vt ff. de don. inter vir. & vxo. ſi ſponſus. §. circa. ſic decimaſexta, q. 3. ſi ſacerdotes. Item de vno contractu ad alium fit fraus, ſed alio mõ, vt cũ mulier non poſſit fideiubere, conſtituit ſe principalem debitricem, vt ff. ad Velle. quamuis. 33. q. 5. mulierem. [e]

f ¶*Legis.*] i. canonis legitimè agentis, ſ. legis propheticæ dicentis: Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.

g ¶*Negotiatoribus.*] vr̃, ꝙ ſi quis pecuniã ſuam dedit negotiatori, vt inde emat merces, & det ſibi partẽ lucri, ꝙ illud ſit licitum. ꝙ non concedo, ſi periculum ſpectet ad recipiẽtem, vt ſit inter eos contractus mutui. ſed ſi per illa verba ſocietatẽ contrahunt, & tunc periculum ſpectat ad vtrunq;, tunc bene licitum eſt, ꝙ vnus ſocius det pecuniam, & alter ſuppleat laborem qui deeſt in pecunia, vt ff. pro ſoc. l. 5.

h ¶*Lex.*] Moſaica.

i *Accedit.*] ex pacto.

" Legi fit fraus quadrupliciter.

e De hac materia plenè no. ext. d priui. quo. ibi videas i ſum. Hoſt. d cõtrah. emptio. §. vlt.

1 ¶*Ad*

† al. abſynthiati.

a ¶[*Ad negotiatorē.*] cui credidit pecuniam. b ¶[*Poma.*] Videtur ergo quòd vſura differat in hoc à crimine ſimoniæ, " quia crimen ſimonię non committitur in modico, vt extra de ſimon. & ſi queſtiones. ſed non eſt ita.& cap.& ſi quæſtiones. intelligas, ꝙ non preſumitur in modico committi ſimonia ratione perſonæ.

† al. theriacum.

" Simonia an in modico committatur.

† al. vuluā.

QVòd verò nec.] CASVS. Hic intitulat 4.q. qua quæritur vtrū laicis,vel clericis liceat vſuras accipere:Et certum eſt,ꝙ non, niſi in caſib. notatis ſuprà in prox.quæſt. & in apparatu,& in ſumma illius quæſtionis.

† fortaſſe, abſynthiaco, aut abſynthiato.

1 capit. l. 1. c.125.

2 Bur.l.2.c. 126. Iuo p. 6.c.200.Pā. l.3.c.161.

c ¶[*Quòd verò.*] Nulli licitum eſt vſuras ſumere, nec etiam Iudæo, vt extra de vſu. poſt miſerabilem. videtur tamen ꝙ in caſu licitum ſit etiam Chriſtiano ſumere vſuram, vt ī.e.c.vlt. tamen licitum eſt aliquando vltra ſortem aliquid recipere, vt notaui in proxima quæſt. ſuprà in ſumma.

CLerici.] CASVS. Præcipit Gelaſius in hoc ca. vt clerici ab omni illicita cupiditate cuiuslibet negotiationis ſe abſtineant: alioquin in quocunque gradu fuerint, deponentur. Sequens capitulum patet.

3 diſt.88.cō ſequēs. §.ꝑ inde. Iuo p. 13.c.28.

d ¶[*Indignis.*]licitas n. negotiationes pñt clerici facere, vt extra ne cle.vel mon.c.1.& hoc cum eis ſua non ſufficiunt,vt 91.di.clericus.

e ¶[*Si ceſſare.*] non ergo ſtatim deponendus eſt clericus ꝓpter vſuras. 47.diſtin. ca.1.arg. contra.47.diſt.c.2.Sol. ſtatim deponendus eſt, & quod hic dicitur, refertur ad facultatem diſpenſandi. a

a Vel de turpi lucro hoc itellige: ſed cōtra in vſura, ſcđm L. de hoc le.& no. extra de vſur.ꝓterea. ibi videas. Arch.

f MIniſtri.] ¶[*Damtam.*] ſuprà 46.diſt.non licet.

CAnonum.] CASVS. Quidam clerici emebant vilius vt carius venderent:& hoc faciebant ſtudioſa cupiditate lucrandi. Ideo ſtatutum fuit in concilio Tarraconenſi,vt de cętero hoc non faciant,alioquin deponentur. *Stndio*,i. ſtudioſa cupiditate.

4 Iuo p.13. c.10.

† De miniſtris] Orig.

rem a mittit, vt abſynthiaci † A capellam ſibi gratis deferat,ad cauponem dirigit, vt Picenum vinum, aut tyriacum † requirat: ad lanium, vt hilam † ſibi procuret, ad alium, vt poma b ſibi adornet.

A ¶Abſynthiaci.] *De hoc vino, quod tardam coctionem accelerat, ideoq; inſtaurandis conuiuiis aptum eſt, meminit Dioſcorides, lib.5.cap.49. Lampridius de Heliogabalo, inquit,* & roſato, atque abſynthio † vulgus ad bibendum inuitauit. *De hoc Alciatus parer.li.7.c.vl.*

Item ex concilio Agathenſi. 1

¶Quando amplius, quàm debetur, exigitur,vſura eſt.

CAP. IIII.

2 VSura eſt,vbi amplius requiritur, quàm datur. Verbi gratia,ſi dederis ſolidos decem, & amplius quæſieris: vel dederis frumenti modium vnum, & ſuper aliquid exegeris.

Ecce euidenter oſtenditur, quòd quidquid vltra ſortem exigitur, vſura eſt.

QVAESTIO IIII.

QVòd verò, c nec clericis,nec laicis liceat vſuras exigere, probatur auctoritate Gelaſij, & aliorum.

Ait enim Gelaſius Papa ſcribens epiſcopis per Lucaniam, & Siciliam,c.17.

¶A quæſtibus negotiationis clerici abſtineant.

CAP. I.

3 CLerici aut ab indignis d quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuſlibet negotiationis ingenio, vel cupiditate ceſſandum; aut in quocunque gradu ſint poſiti,ſi ceſſare A e noluerint, mox à clericalibus officijs abſtinere cogantur.

A ¶Si ceſſare noluerint.] *Hæc non ſunt in epiſtola, neque referuntur ī. di.88.c.conſequens. ſed non ſunt expuncta ob gloſſam.*

Item ex concilio Arelatenſi primo, quod confirmauit Papa Silueſter,c.12.

¶Excommunicentnr miniſtri, qui fœnerantur.

CAP. II.

4 MIniſtri, † qui fœnerantur, placuit iuxta formam diuinitus datam f eos à communione abſtinere.

Item ex concilio Tarraconenſi, cap.2.

¶Qui volunt eſſe in clero, à ſtudio negotiationis abſtineant.

CAP. III.

5 CAnonicum ſtatutis firmatum eſt, vt quicunq; in clero eſſe voluerit, emendi vilius, vel vendendi g carius ſtudio non vtatur. Quod certè ſi voluerit exercere, cohibeatur à clero.

Item ex concilio Martini Papæ, cap.62. 6

¶Alienetur à clero vſuras, aut ſuperabundantiam exigens.

CAP. IIII.

j SI quis oblitus timorem Domini, & ſanctam ſcripturam,quæ dicit: [Pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.] Poſt hanc cognitionem magni B concilij fœnerauerit, & centeſimas exegerit, aut ex quolibet h negotio turpe lucrum quæſierit, aut per diuerſas ſpecies vini,vel frugis, vel cuiuslibet rei,emendo, vel vēdendo aliqua incrementa ſuſceperit, de gradu ſuo deiectus, alienus habeatur à clero.

B ¶Magni concilij.] *Sic loquitur Martinus Bracharenſis: quoniam hanc ſententiam accipit ex capite 17.concilij Nicæni,quod citatur infra ea.c.quoniam.& in duobus vetuſtis Gratiani exemplaribus,poſt hoc continuò illud ſubiungitur.*

Item ex concilio Tarraconenſi, cap.3.

¶Pro pecunia, quam clericus mutuo dedit, iuſto pretio ſpecies accipere poteſt.

CAP. V.

ij7 SI quis clericus ſolidum i in neceſſitate pręſtiterit, hoc k de vino,vel frumento accipiat, quod l mercandi m cauſa tempore n ſtatuto decretū o fuerit venundari. Cęterùm ſi ſpeciem non habuerit neceſſariam, ipſum, quod dedit, ſine vllo augmento recipiat.

Item ex concilio Carthaginenſi, † 3.cap.16.

¶Clericus non accipiat plus quàm commodauit.

CAP. VI.

8 NVllus clericorum amplius recipiat,quàm cui quam accommodauerit: ſi pecuniam, pecuniam accipiat: ſpeciem eandem, quātam dederit, accipiat: & quidquid aliud,tantum,quantum dederit,accipiat.

Item Leo Papa epiſt.1.c.3. 9

g ¶[*Et vendendi.*] in eadem forma:ſed in rudi materia poſſunt emere corium & chartas, & inde facere ſotulares & libros,vt 21.q.1. c.1.& 91.diſt.clericus. nec eſt negotiatio. ſed artificium.

5 Burc.l.2. c. 122. Iuo p.13.ca.13. & p.6. cap. 197.

SI quis oblitus.]CASVS.Quidam clerici vſuras centeſimas exigebant, vel aliquid aliud præter ſortem. & vilius emebant, vt carius alijs vendant.quare conſtitutum fuit à Martino Papa, vt qui de cętero talia fecerint,deponantur.Idem eſt caſus ſequentis capituli.

6 in capitu. Mart. Brac.

Pſal.14.

h ¶[*Ex quolibet.*] 21. q.3.placuit.

SI quis clericus.]CASVS. Quidam clericus mutuauit certam quantitatem pecuniæ alicui certo tempore ſoluendam. quæſitum eſt in Nicæno concilio, ſi tempore ſtatuto ad ſolutionem faciendam velit recipere frumentum, vel aliam ſpeciem loco pecunię,ſub quo pretio debeat eam recipere.Et reſpondet, ꝙ ſub eo pretio quo vendi poteſt tempore ſolutionis faciendę, & tantum recipiat ſub eo pretio donec perueniat ad ſummam quam mutuauit.Si verò non vult ſpeciem, ſed pecuniā: recipiat eam ſine augmento. Ita videtur mihi quæſtio huius c. formanda, licet Beneu.aliter eam formauerit: nec in ea caſus poſitio à ſua differt, niſi in formatione queſtionis. & Hugo ferè idem dicit cum Beneuen. Sequēs c.patet.

7 Iuo p.6.c. 369.& p.13 c.14. Pan.l. 3.c.159.

† In vulgatis erat Agathenſi 3.]

i ¶[*Solidum.*] ſ. pecuniam numeratam.

k ¶[*Hoc.*] i. tantum.

l ¶[*Quod.*] i. quantū.

m ¶[*Mercandi.*] ſi deberent vendi.

8 Anſ.l.7.c. 153.Bur l.2 ca.124. Iuo p.7.ca.198. & p.13.c.9. Pan.l.3.ca. 158. Rab. pœn.c.32.

n ¶[*Tempore ſtatuto.*] id eſt, ſolutionis tempore.

o ¶[*Decretum.*] à iudice, vel ab alio: ſci. hoc vult dicere, quòd creditor frumentum pro tāta pecunia debet recipere, quantum valuit tempore ſolutionis, b & ita conſiderandum eſt tempus ſolutionis. ſed ſi non eſt præfixa: tunc æſtimatur quantum valet tēpore quo res petitur, vt ff.ſi cert. pet.l.vinum.

b Nō intelligas ꝙ hic īponatur neceſſitas vēditori aliud ꝗ debeat accipiendi,ſed plus nō exigendi.aliud enim ꝓ alio ñ pt ſolui inuito.ff.d ſolu. ſi qs. C. e. ti. cū aſit. ſcđm Bart. Iſid. Ar.

9 & in concil. Aquiſgra.c.62.

Nec

NEc hoc.] Casvs. Dicit Leo Papa, quòd quidam turpia lucra ſectantes, vſuras exercent: de quo dicit ſe valde dolere non ſolùm in clericis, ſed etiam in laicis: quod dicit eſſe acrius vindicandum in clericos quàm in laicos, vt cęteris metus incutiatur.

a QVoniam.] ¶ Ad quæſtum.] " videtur hic quòd prohibeamur ſumere vſurã cauſa lucri captandi, non autem vitandi dãni.ar.ad hoc ſuprà eo.ſi quis oblitus. vbi dicit incrementa ſuſceperit. maximè ſi ſit bonæfidei contractus, ª vbi ex ſola mora veniunt vſuræ.vt ff.de vſur.mora.§.in bonæ.ſi quis ergo eſt in mora ſoluendi, ab eo poſſunt repeti vſuræ, non tanquam vſuræ, ſed tanquam intereſſe, vt ff. pro ſo.ſocius qui.& tunc petuntur vſuræ iudicis officio, non iure actionis. licitè enim poteſt quis agere ad hoc vt reddatur indemnis, vt extra de fideiuſ. peruenit. & 12. quæſt. 2. ſi quis de clericis. vbi agitur ad intereſſe.

" Vſurę cã dãni vitandi pãt peti.

1 Pol.l.4.ti. 31.Bur.l.2. c.123. Anſ. l.7.ca. 149. Iuo p.6.ca. 65.

a Quæ ſint actiões ſiue cõtract⁹ bonæ fidei, hñ inſti.de act. §.actionũ. & no. ext.ď exce. cũ venerabilis.in gl.q̃ſitũ, &c.

2 & in Aqſgran.ca.40.

3 diſtin.46. qm̃ multi. Bur. l.2.ca. 12.Iuo par. 13. cap. 8. Pſal.14.

QVicunque.] Casvs. Aliqui tempore meſſium, vel vindemiarum, non neceſſitate, ſed propter lucri cupiditatem emunt vinum, vel annonam pro duobus denarijs, hac intentione, vt ſeruent poſteà, donec pro quatuor vendant, vel pro pluribus. Quæſitum eſt à Iulio Papa, vtrum hoc ſit turpe lucrum? Et reſpondet ꝙ ſic.& dicit Hugo, quòd hoc capit. loquitur generaliter tam de clerico, quàm de laico. Sequens cap. patet.

† al. commentus.

b ¶ Modium.] " ſi aliquis vendat merces quæ modò valent quatuor, & facit pactum, vt ei dentur quinque ad terminum præfixum: illud non eſt vſura, ſi dubium eſt quantum poſſunt valere merces illæ ad terminum præfixum, vt extra de vſur. in ciuitate. ſed ſi venderet longè cariori foro, quàm modò valeant, tunc eſſet vſura, vt extra eo.tit. conſuluit.Io. Et quod dicitur de vẽditione mercium, intelligitur ſi tempore contractus non fuerat venditurus: alioquin eſſet vſura, vt extra eod.tit.cap.vlt.B.

" Vſura qñ que ñ ſit, licet pro quatuor quinq; ſoluantur.

4 capit.l.1. c.131.

5 Pol.ibid. Burc.l.2.c. 127. Iuo p. 6. c. 201.& p.13.ca.21. Pan.l. 3.ca. 162.

cSI quis.] ¶ Rapinam.] ſic ergo vſurarius eſt raptor. ergo in eum non transfertur dominium, ſicut nec in ſimoniacum. " poteſt tamen concedi, ꝙ transfertur dominium in eum. Item cum vſurarius non audiatur, niſi reſtituat vſuras quas ab aliquo receperit, ergo nec raptor, vt videtur: quod non admitto, & rapina largè ſumitur pro qualibet iniuſta vſurpatione, vt 32. quæſtio 4. meretrices.

" dñium an trãsferatur in vſurariũ.

¶ Etiam laicis vſura damnabilis eſt.

C A P. VII.

1 NEc hoc quoque prætereundum eſſe duximus, quoſdam lucri turpis cupiditate captos vſurariam exercere pecuniam, & fœnore velle diteſcere. Quod nos, non dicam in eos, qui ſunt in clericali officio conſtituti, ſed & in laicos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, vt omnis peccandi opportunitas adimatur.

Item ex Niceno concilio, c. 17. ²

¶ Eijciantur à clero turpia lucra ſectantes.

C A P. VIII.

3 QVoniam multi clerici auaritię cauſa turpia lucra ſectantes, obliti ſunt diuini præcepti, quo dictum eſt [Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.] fœnerantes, cẽteſimas exigunt, ſtatuit hoc ſanctum concilium, vt ſi quis inuentus fuerit poſt hanc definitionem vſuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra ſectari, vel etiam ſpecies frumentorum ad ſeſcuplũ dare, omnis, qui tale aliquid conatus † fuerit ad quæſtum ª, deiiciatur à clero, & alienus ab eccleſiaſtico habeat gradu.

¶ *Suprà diſt. 47. hic idem canon affertur ex verſione Dionyſij, qui nunc ex priſca, quæ eſt in collectione Iſidori.*

Item Iulius Papa. ⁴

¶ Turpe lucrum ſequitur, qui minus emit vt plus vendat.

C A P. IX.

5 QVicunque tẽpore meſſis, vel vindemiæ, non neceſſitate, ſed propter cupiditatem comparat annonam, vel vinũ, verbi gratia de duobus denarijs cõparat modiũ ᵇ vnum, & ſeruat vſque dũ vendatur denarijs quatuor, aut ſex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.

¶ *Caput hoc apud Burchardum, & Iuonem par. 6. c. 201. & in Pannormia citatur ex decretis Iulij Papæ vſurarijs miſſis. Verùm idem Iuo p. 13. c. 21. citat ex capitularibus, quorum lib. 1. c. 131. habetur.*

Item Ambroſius in libro de bono mortis, c. 12.

¶ Rapinam facit, qui vſuram accipit.

C A P. X.

SI quis vſuram acceperit, rapinã ᶜ facit, vita nõ viuit.

Item Auguſt. ad Macedonium, epiſt. 54.

¶ Non minus crudelis eſt, qui pauperem trucidat fœnore, quàm qui diuiti aliqua rapit.

C A P. XI.

6 QVid dicam de vſuris, quas etiam ipſę leges, & iudices reddi ᵈ iubent? An crudelior eſt, qui ſubtrahit aliquid, vel eripit diuiti, quàm qui trucidat pauperem fęnore? Hæc, atq; huiuſmodi malè vtique poſſidentur, & vellem, vt reſtituerẽtur, ſed non eſt, quo iudice repetantur. Iam verò, ſi prudenter intueamur, quod ſcriptum eſt ᵉ [Fidelis hominis totus mũdus ᶠ diuitiæ ſunt: Infidelis autem, nec obolus ᵍ.] nonne omnes, qui ſibi videntur gaudere licitè conquiſitis, eiſque vti neſciunt, aliena poſſidere cõuincimus? Hoc enim certè alienum ʰ non eſt, quod iure poſſidetur: hoc autem iure, quod iuſtè: & hoc iuſtè, qđ bene. 7 Omne igitur, qđ malè poſſidetur, alienum eſt: malè autem poſſidet, qui malè vtitur.

Porrò, à quo vſuræ exigendę ſint, Ambroſius teſtatur dicens in libro de Tobia, c. 15.

¶ Ab illo vſuram exigere poſſumus, cui iure nocemus.

C A P. XII.

8 AB † illo vſuram exige, cui meritò nocere deſideras, cui ⁱ iure inferuntur arma, huic legitimè indicãtur vſurę.

QVid dicam.] Casvs. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In 1. par. dicitur, ꝙ crudelis eſt, qui vſuram exercet, ſicut ille qui facit rapinam: quia vſura reſtitui debet, ſi ſit ſub quo iudice repeti poſſit. In 2. par. inuehitur contra auaritiam & cupiditatem vſurarij, quæ ſatiari non poteſt. Et oſtendit, ꝙ vſurarius cũ peccato poſſidet vſuram, quia alienum eſt: & ideo reſtituendum, quia iniuſtè poſſidet, & eo malè vtitur.

d ¶ Reddi.] id eſt, dari, quia verbum reddẽdi ponitur pro verbo dandi, ff. de ver.ſig. verbum reddendi. " Poteſt tamen dici, quòd ſecundum leges non ſunt dandæ vſuræ, tum quia ſacræ leges non dedignantur imitari ſacros canones, vt 2.q.3. §.notandum. tum quia Imperator iubet ſeruari ea quæ ſtatuta ſunt in Nicæno concilio, vt in Auth. de eccle.tit.in prin. col. 9. ſed Nicænum concilium prohibet vſuras, vt 47. diſtin. quoniam. & j. ea. quoniam. cum ergo Imperator conſtitutione ſua confirmauit ſtatuta Nicæni concilij, patet ꝙ voluit derogare omnibus legibus, quæ loquuntur de vſuris. Vel dic vt dixi 10. diſt. lege.

" Vſuræ ẽt ſcđm leges non ſunt dandæ.

6 Pol.l.6. tit.20.

e ¶ Scriptum eſt.] in prologo Bibliæ.

Prouerb.17

f ¶ Totus mundus.] id eſt, quælibet parua pars mundi, ᵇ vt hæc dictio, totus, hic ponatur diſtributiuè.

b Hic vult dicere, ꝙ ea quæ poſſidet, licet pauca, ita ei ſufficiũt ac ſi totus mũdus eiſſet ſuus, ſcđm Gofr. Arch.

g ¶ Nec obolus.] ſupple eſt totus mundus.

h ¶ Alienum.] canon fingit rem alienam illam, qua quis malè vtitur, vt hic, & 47. diſt. ſicut hi. & ext. de ver.ſig. c. ius dicitur.

7 Hinc B.T. Aq. i opuſc. tra. de vſur. c.5. ifert, ꝙ ſecũdũ legẽ diuinã non transfertur diũ i vſurariũ, ſed tm̃ ſecundũ legem humanam.

PORRO. Casvs. Suprà dictum eſt, ꝙ vſuræ non debent exigi: nunc ponit caſum, in quo poſſunt exigi. & ad hoc inducit ſequens. c.

ABillo.] Casvs. Quæſitum fuit ab Ambroſio, à quo vſurę exigi ſine peccato, vel recipi poſſint. Et reſpondet quòd ab illo cui nocere meritò deſideramus, & contra quem bellum iuſtè mouemus, ſed bello vincere non valemus. Hoc c. intelligit H. generaliter de Iudæo, pagano, hæretico, & Chriſtiano quolibet contra quem bellum iuſtè mouetur.

8 Iuo p.23. c.37. † ibi inqt] Orig.

i ¶ Cui.] ſicut nulli nocere debes. ſic à nullo debes petere vſuras, vt c. intelligatur negatiuè, & ſic planum eſt. Alij dicũt, ꝙ ab hoſtib. licitum eſt petere vſuras. nam & omnia eorum licitè poſſumus auferre, vt 23. q. 7. c. 1. & 2. & quibuſcunque inſidijs poſſumus nocere eis, vt 23. q. 2. dominus.

a ¶ Vbi

a ¶ *Vbi ius.*] iuſtum bellum eſt quod geritur ex edicto principis, vt 33.q.2.iuſtum. Ioan.

QVòd verò.] Hæc qu. diuiditur in quatuor par. in 1. quarum probat per 9. auctorit. quòd de vſuris & rebus malè acquiſitis de quibus dominium non transfertur, non poſſunt fieri eleemoſynæ. Secunda ibi, *Econtrà*. Tertia ibi, *Item obijcitur*. Quarta ibi, *Sed Auguſti.* Ioan.

CASVS. Hic intitulatur quinta quæſtio, vbi quæritur an ex vſuris, & reb. malè acquiſitis poſſint eleemoſynæ fieri. Et certè quidam dicunt, quòd ex nulla re illicitè acquiſita poteſt eleemoſyna fieri, vt ĩ.ead. eleemoſyna. & 1. quæſt. 1. non eſt putanda. vbi dicitur: Honora Dominum de tuis iuſtis laboribus. & in Deutero. Non accipies mercedem proſtibuli. Alij diſtinguunt vtrum trãſferatur dominium, vel non. Vbi non transfertur dominium, de rebus illis eleemoſyna fieri non poteſt, vt de rapina & furto. Vel vbi transfertur, ſed datur repetitio, ſimiliter eleemoſyna fieri non poteſt, vt in vſura, & re per metum extorta, & etiam in ſimonia. Vbi autem transfertur dominium, & non cõpetit repetitio, eleemoſyna fieri poteſt, vt de re per meretricium acquiſita, & de re quę datur hiſtrioni. vt ĩ. cap. qui habetis. & capitu. non ſane. Quod dicitur, non accipies mercedem proſtibuli, non obſtat: quia oblatio licet de ea fieri non poſſit, non prohibetur ꝗn eleemoſyna fieri poſſit. & quod dicitur: Honora Dominum de iuſtis laboribus, non prohibet quin idem de alijs.

1 Iuo p.13. c. 16.

† immolantis] Orig.

2 Fa. ad hũc tex. l. cũ hi. cũ ibi no. ff. de tranſa.

" Eleemoſyna, vtrum fieri poſſit de illicitè acquiſitis.

quem bello vincere facilè non potes. De hoc citò potes centeſima vindicare te. Ab hoc vſuram exige, quem non ſit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui vſuram flagitat: ſine gladio ſe de hoſte vlciſcitur, qui fuerit vſurarius exactor inimici. Ergo vbi ius [a] belli, ibi etiam ius vſuræ.

QVAESTIO V.

ps 1 QVòd verò [b] *eleemoſynę non ſint faciendæ ex fęnore, vel vſuris, nec ex quolibet malè acquiſito, Auguſtinus teſtatur in libro de verbis Domini, ſermone. 35.*

¶ De vſuris eleemoſynæ fieri non poſſunt.

CAP. I.

1 NOlite velle eleemoſynas facere de fęnore, & vſuris. [c]

Item eccleſiaſtici 34.

¶ Oblatio de rapina reprobatur à Deo.

CAP. II.

IMmolans † ex iniquo oblatio eſt maculata. *& infrà.* ¶ Dona iniquorum [d] non probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine [e] ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Panis egentium, vita pauperis eſt. 2 Qui defraudat illum, homo ſanguinis [f] eſt. Qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum. Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres [g] ſunt.

b ¶ *Quòd verò.*] " Quidam generaliter dicunt, ꝙ de nullo illicitè acquiſito poteſt fieri eleemoſyna, nec de meretricio, nec de vſura, nec de alea, nec de hiſtrionatu, nec de ſimonia. ſcriptum eſt enim: Honorabis Dominum Deum tuum ex iuſtis tuis laboribus. prima, quæſtione 1. non eſt putanda. & in Deuteron. dicitur: Non accipies mercedem proſtibuli. & eſt arg. ad hoc infra eadem, eleemoſyna. & 32.qu.4. ſicut non ſunt. nam illicitè acquiſita non ſunt in bonis noſtris, nec noſtra, vt ff. pro ſoc. cum duob. §. vltimo. Alij dicunt. ꝙ ſi de illicitè acquiſitis non transfertur dominium, vel etiam transfertur, ſed competit repetitio, non poteſt tamen fieri eleemoſyna, vt in vſura. argu. extra de iureiur. debitores. & in ſimonia, vt extra de ſimon. veniens. Sed ſi non datur repetitio, & transfertur dominium, bene fit inde eleemoſyna, vt ſi aliquid datur meretrici, illud non poteſt repeti, vt ff. de condict. ob turpem cauſam. idem ꝙ ſi. §. quoties. vnde de tali poteſt meretrix facere eleemoſynam. Idẽ de eo eſt quod datur hiſtrioni, & de eo quod extorquetur ratione officij alicuius, vt infra eadem, non ſanè. Quod autem dicitur, ꝙ ſacerdos non poteſt percipere mercedem proſtibuli, poteſt dici, quòd non debet recipi oblatio meretricis, licet eleemoſyna poſſit inde fieri. & hæc eſt ratio, vt propter ruborem citius cõuertatur, vt nonageſima diſtinctione. oblationes. & decimaſeptima, quæſtione quarta. miror. Sed de illis quæ ſunt extorta per violentiam, non ratione officij alicuius, vt de rapina & de furto: non poteſt fieri eleemoſyna. Dicunt tamen quidã, ꝙ ſi res furtiua vendatur, de nummis illis poteſt fieri eleemoſyna: quia non ſunt nummi furtiui qui dantur pro re furtiua, vt ff. de furt. qui vas. §. vltimo. quod non credo, vt extra de vſur. cum tu. in fine. [a]

a De hoc no. extra de deci. ex trãſmiſſa.

Item Auguſtinus in lib. 50. Homiliarum, Hom. 7.

¶ Non eſt aliquid rapiendum diuitibus, vt detur egenis.

CAP. III.

FOrtè aliquis hoc ſecum cogitat, & dicit: multi ſunt Chriſtiani diuites, auari, cupidi: non habebo [h] peccatum, ſi ſuum illis abſtulero, & pauperibus dedero. Vnde enim illi nihil boni agunt, mercedem habere potero, ſi ego eleęmoſynas dedero. Etiam in hac re parcat vnuſquiſq; animę ſuę: quia huiuſmodi cogitatio ex diaboli calliditate ſuggeritur. Nam etiam ſi totum tribuat pauperibus, quod abſtulerit, addit potius peccata, quàm minuat.

[*Item Hieronymus.*]

¶ De eodem.

¶ PALEA. C. IIII.

NEmo qui † rapit, moriens, ſi habet vnde reddat, ſaluatur. Si eos quorum fuit inuenire non poterit, eccleſiæ, vel pauperibus tribuat.

† al. in rapina moriẽs.

¶ *Hæc & ſequens Palea abſunt à plerìſque vetuſtis, etiam in quibus cætera eſſe ſolent. In vno autem habetur ſupra ead. q. 4. poſt cap. ſi quis vſuram.*

[*Item Ambroſius.*]

¶ De eodem.

PALEA. C. V.

RApinam emere non licet, niſi ea intentione, vt cui eſt ablata, reddatur.

Item Auguſtinus in lib. 50. Homiliarum, Hom. 9. 3

¶ Furtum committit, qui inuentum non reddit.

CAP. VI.

4 SI quid inueniſti, [i] & non reddidiſti, rapuiſti: quan-

3 & ſerm. 21. de verbis Apoſtoli.

4 Pol. l.6. tit.16.

c ¶ *Nolite.*] ¶ *Vſuris.*] hic inculcatio verborum eſt, & fœnus dicitur vſurarum. Vnde Lucanus. *Hinc vſura vorax, auidumque in tempore fœnus.*

IMmolans.] CASVS. Aug. in hoc c. reprehẽdit illos qui ex malè acqſito faciũt oblõnes. Nam qui offert ſacrificium vel oblationes ex iniuſtè acquiſito, ſimilis eſt illi qui interficit filium in conſpectu patris. nam qui rapit pauperibus, & qui ſanguinem fundit humanũ, & homicida reputatur, & ſimiles ſunt in malo. *Immolans*, id eſt, immolantis.

d ¶ *Iniquorum.*] Suprà prima, quæſtione prima. nullus. & c. non eſt putanda.

e ¶ *Nec in multitudine.*] ſed in meritis, vt 24.q.1.odi.

f ¶ *Sanguinis.*] Suprà 86. diſt. paſce.

g ¶ *Fratres.*] id eſt, pares ſiue ſimiles in peccato. ĩ. ead. c. multi. & de pœn. diſt. 1. homicidiorum.

FOrtè.] CASVS. Quidam putant ſe non peccare ſi auferant auaro & diuiti, vt pauperibus largiantur: ſed dicit Aug. ꝙ tales diabolica ſuggeſtione mouentur: quia qui talia faciunt, addunt iniquitatem iniquitati.

h ¶ *Non habebo.*] " nec. n. propter bonum eſt faciendum malum, vt 30.q.1. noſſe. 32.q.4. ſicut non ſunt. [b] non videtur tamen, ꝙ talis furtum committat: quia furtum non fit niſi adſit animus lucrandi, vt ff. de fur. l. 1. ſed nõ eſt ita. quia ſpecies furti eſt ex alieno largiri, vt ff. de fur. ſi pignore. §. 1.

" Malũ pp bonũ nõ eſt faciendum. b Ad hoc plenè extra ne cleri. vel mon. c. 3.

SI quid inueniſti.] CASVS. dicit Auguſtinus in hoc ca. quòd ſi aliquis inueniat aliquid, & animo lucrandi retinuit, talis dicitur raptor: nam qui alienum negat, ſi inueniret alienum, tolleret, & dolet quòd plus non inuenit. Deus enim reſpicit cor, & non manum. Sequentia duo capitula patent.

i ¶ *Si quid inueniſti.*] " hic notabis ꝙ ſi inueni rem aliquam habitam

" Furari intẽdẽs qñq; furtum non committit.

habitã pro derelicto, licet intendam eam furari: non tamen committo furtum. Item ſi non habetur pro derelicto, credo tamen quòd habeatur pro derelicto, ſimiliter non committo furtum. ſi autem non habetur pro derelicto, nec credas quòd habeatur, ſi eo animo accepiſti, vt domino reſtituas, non committis furtum: hoc tamen in libello debes proteſtari. hoc totum habes ff. de fur. falſus. §. qui alienum. “Item & hoc ſcias, quòd ſi quis inuenit theſaurum in loco proprio, ſtatim inuentoris eſt: ſi autem in loco alieno, & caſu fortuito cum inuenerit, dimidius ſit inuentoris, & dimidius ſit domini loci. ſi verò ſtudio ſè quæſiuit, & inuenit eum in loco alterius, totus erit domini loci. ſi verò in ſacro, vel religioſo loco caſu fortuito inuenit theſaurum, totus eſt inuentoris, vt inſt. de re. di. §. theſaurus. & C. de theſaur. l. nemo. li. 10. Io.

“theſaurus inuẽtus cuius eſt.

‡Pol. l. 2. ti. 2. Pan. l. 2. c. 191.

a ¶ Multi.] ¶ Dicũt. Iſti malè dicũt: quia omnes ſcire debent quod ſuum non eſt, ad alios pertinere, vt C. vnde vi. conquerebatur.

2 Origenes homil. 4. ad c. 6. Leuitic.

Neque.] Casvs. In hoc ca. oſtendit Aug. quòd malum præcedens (vt rapina vel inuaſio) non excuſatur propter bonum ſequens. & hoc probatur duobus exemplis: ſ. primo & tertio. Et è conuerſo bonum præcedens non vitiatur malo ſequenti. & hoc probat duobus exemplis: ſ. ſecundo & quarto. Et no. quòd prima duo exempla opponũtur ſibi: & ſequentia duo ſimiliter. Secundum exemplum eſt ibi, *Neque ſi aliàs*. Tertiũ ibi, *Nec tyrannicè*. Quartum ibi, *Nec vituperabilis ordo*.

b ¶ *Iuſtificat.*] ar. quòd non improbatur propter malum cohærens: nec malum approbatur propter bonum cohærens,[a] vt 56. di. vndecunque. & 23. q. 5. relegentes. Ar. contra. 22. q. 2. ſi quælibet.

† al. quiſquam

a Ad hoc 1. q. 6. cõſuetudo. 32. q. 2. §. his ita. & c. qdqd. 11. q. 3 q recte. arg. cõtra. 23. q. 5. tũc ſaluabitur. Arc.

c ¶ *Laudabilis.*] i. licet iniuſtè electus bene vtatur dignitate, per hoc non conualeſcit dignitas, vt 1. q. 1. principatus. hoc tamen fallit, vt ext. de ren. niſi.

d ¶ *Iniuſta.*] i. iniuſtè acquiſita. Omnis enim poteſtas à Deo eſt. ar. 23. q. 1. quid culpatur.

Denique.] Casvs. Quæſitum eſt ab Ambr. vtrum in cauſa pecuniaria, quę vertitur inter aliquos, poſſit ſacerdos pro altero licitè poſtulare? Et reſp. quòd non: quia commodius eſt vt neuter iuuetur quàm grauetur alter: quia ad officiũ ſacerdotis ſpectat: vt nemini noceat, ſed proſit omnib. & facit principium c. ad propoſitum Gratiani; ſ. vt alienum non auferam, vt alteri ſubueniam, pecuniariter maximè.

tum potuiſti, feciſti. Quia plus non inueniſti, ideo non plus rapuiſti. Qui alienum negat, ſi poſſet, & tolleret. *& paucis interiectis.* ¶ Deus cor interrogat, non manum.

Item Gregorius lib. 7. epi. 110. ad Siagrium.

¶ Qui de rebus conceſſis, & bene quęſitis eleemoſynam impendit, illa placet Deo.

CAP. VII.

1 Eleemoſyna redemptoris noſtri oculis illa placet, quæ non ex illicitis rebus, & iniquitate congeritur, ſed quæ de rebus conceſſis, & bene acquiſitis impenditur.

¶ *In epiſtola B. Gregorij verbis huius capitis præponuntur verba capitis, non eſt putanda. ſup. 1. q. 1.*

Item Hieronymus in lib. Leuitici.[2]

¶ Peccat, qui rem inuentam non reddit.

CAP. VIII.

Mvlti ſine peccato putãt eſſe, ſi alienum, quod inuenerint, teneant: & dicunt[a], Deus mihi dedit: cui habeo reddere? Diſcant ergo peccatum hoc eſſe ſimile rapinæ, ſi quis inuenta non reddat.

Item Aug. lib. de bono coniugali, c. 14.

¶ Bonus vſus non iuſtificat iniuſtè quæſita.

CAP. IX.

Neque enim ſi agris iniquè, ac perperam inuaſis ita quiſque† vtatur, vt ex eorũ fructibus largas eleemoſynas faciat, ideo rapinã iuſtificat[b]. ¶ Neque ſi alius ruri paterno, vel iuſtè quęſito auarus incumbat, ideo culpanda eſt iuris ciuilis regula, qua poſſeſſor legitimus factus eſt. ¶ Nec tyrannicæ factionis peruerſitas laudabilis[c] erit, ſi regia clementia tyrannus ſubditos tractet. ¶ Nec vituperabilis ordo regię poteſtatis, ſi rex crudelitate tyrannica ſæuiat. Aliud eſt namque iniuſta[d] poteſtate iuſtè velle vti, & aliud eſt iuſta poteſtate iniuſtè velle A vti.

A ¶ Velle vti.] *Poſt hæc verba B. Auguſtinum ſequitur, c. concubina. infra 32. q. 2.*

Item Ambroſius lib. 3. de officijs. cap. 9.

¶ Cum alterius detrimento alteri ſubuenire non licet.

CAP. X.

Denique[e] ſi nõ poteſt ſubueniri alteri, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrũ[f] iuuari, quàm grauari alterum. Ideóque in cauſis pecuniarijs interuenire non[g] eſt ſacerdotis: in quibus non poteſt fieri, quin frequenter lędatur alter, qui vincitur: quoniam interceſſoris beneficio ſe victum arbitratur. Sacerdotis eſt igitur nulli nocere, prodeſſe velle omnibus: poſſe autem ſolius Dei eſt.

Item Gregorius in regeſto lib. 7. indic. 2. ep. 126. Recaredo regi.

¶ Eleemoſynæ, & ſacrificia non placent Deo, quæ offeruntur ex ſcelere.

CAP. XI.

3 Scriptum[h] eſt § Victimæ impiorum abominabiles Deo: vota iuſtorum placabilia. § Neque enim in omnipotentis Dei iudicio quod datur, ſed à quo detur, inſpicitur. Hinc eſt enim quod ſcriptum eſt [Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & munera eius non reſpexit.] Dicturus quippe, quia Dominus reſpexit ad munera: præmiſit ſolicitè, quia reſpexit ad Abel. Ex qua re patenter oſtenditur, quia non offerens à muneribus, ſed munera ab offerente placuerunt. A [Dona quippe iniquorum nõ probat altiſſimus: nec reſpicit in oblationes eorũ, nec in multitudine ſacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis.] *Item.* § Longè eſt Dñs ab impijs: & orationes iuſtorũ exaudiet. §

A ¶ Placuerunt.] *Hucuſque B. Gregorius: ſicut ſupra 3. q. 7. c. in grauibus. eſt notatum.*

Contrà in Exodo legitur, quòd filij Iſrael exituri de Aegypto à vicinis ſuis acceperunt mutuo vaſa aurea, & argentea: ex quibus poſteà ædificauerunt tabernaculum Domino.

e ¶ *Deniquè.*] ſic 11. q. 3. nolite. cum ſuis concor. & 13. q. 2. non æſtimemus.

f ¶ *Neutrum.*] Ar. “quòd nulli ſubueniendum eſt cum iniuria alterius, vt 22. q. 2. primũ.[b] & cauendum eſt ne prętextu nocentis innocens puniatur. C. de his qui latr. oc. l. 2. in fi. quæ ſanctius eſt, & c. ff. de pœ. abſentem. & pœna ſuos tenebit auctores. C. de pœ. ſancimus. ext. de his quæ fi. à ma. par. c. quæſiuit. nec debet alteri per alterum iniqua conditio afferri, vt ff. de reg. iu. non debet.

“Puniri nõ debet alter pro altero.

b Arg. 32. q. 4. ſicut nõ ſunt. 14. di. quòd ait. C. de ſtat. & ima. l. vlt.

g ¶ *Nõ eſt ſacerdotis.*] Ar. quòd ſacerdotes non poſſunt aduocare in cauſis, vt hic, & 88. di. perlatum. Ar. contra. 15. q. 2. obſeruandum. Sol. coram ſeculari iudice non poſſunt allegare niſi pro certis perſonis, vt extr. de poſt. c. 1. ſed coram eccleſiaſtico bene. Io. Hodie ſacerdos non poteſt poſtulare niſi pro ſe & eccleſia ſua, vel pro coniũctis & miſerabilib. perſonis, vt ext. eo. c. vlt. B.

3 3. q. 7. in grauibus. Prouerb. 15. Geneſ. 4.

Scriptum.] Casvs. Quæſitũ fuit à Gregor. an de illicitè acquiſitis poſſint facere peccatores ſacrificia, vel oblationes? Et reſp. quòd non: & hoc probat exẽplo Cain, ad cuius munera, vel perſonam dominus non reſpexit, cum malus eſſet & impius: ſed ad Abel & ad munera eius reſpexit. Dona enim iniquorum non probat altiſſimus, ſed bonorum.

Gen. 4.

h ¶ *Scriptum.*] hoc c. expoſitum eſt ſuprà 3. q. 7. in grauibus. §. ecce.

CONTRA. Hæc eſt 2. pars q. ſecundum Ioan. de Fan.

Casvs. Suprà probatum eſt, quòd de furto, vel rapina, vel conſimilib. eleemoſynæ, vel oblationes fieri non debent. Nunc probat cõtra exemplo Iudæorum, qui de vaſis quæ mutuo acceperunt ab Aegyptijs, ædificauerũt poſteà tabernaculum Dño. Sed huic obiectioni reſp. Gra. per ſeq. c.

Eccleſ. 34. Prouerb. 15

Exod. 3.

Dixit.] Casvs. Quæſitum fuit ab Aug. vtrum exemplo Iudæorum, qui Aegyptios expoliauerunt auro & argento, poſſit quis ſuum proximum ſpoliare? Et reſpondet quòd nõ. nec Iudæi furtum fecerunt, ſed præceptum Domini ſeruauerunt.
a ¶ *Sumendum exemplum.*] Arg. ab exemplis nõ eſſe argumentãdum. 12. q. 2. gloria. ver. neq; verò. Arg. contra. 37. diſt. qui de menſa.
b ¶ *Furtum.*] ar. quòd hoſtes poſſumus decipere & eis ſua auferre, vt 43. di. in mandatis. 23. q. 7. c. 1. & 2. ſ. diſt. 8. quo iure. & C. de commer. & merca. l. 2. "Hic tamen ideo excuſantur, quia maioris auctoritate hoc fecerunt: & ita eſt ar. hic. quòd auctoritas maioris excuſat in illicitis, vt 63. di. Salonitanæ. & de conſe. diſt. 5. diſcipulos. 23. q. 1. quod culpatur. ſic Abraham & Sampſon, & alij multi fuerunt excuſati auctoritate Domini, vt 23. q. 5. ſi non licet. arg. cõtra 16. q. 1. in canonibus. & 12. quæſtio. 2. quicunque.

«Delicta excuſantur auctoritate maioris.

1 paulò aliter in orig. Bur. l. 11. c. 53. Iuo p. 13. c. 2.

ITEM OBIICITVR. Hæc eſt 3. pars qu. in qua quærit vtrũ rapina in decalogo inueniatur prohibita: & probat quòd ſic per c. ſeq. Io. de Fan.

Casvs. Adhuc probat Grat. quòd ex illicitè acquiſito velut ex rapina poſſunt eleemoſynæ fieri. nam rapina nullo Dei mandato videtur eſſe prohibita. ſed reſpondet quòd cum furtum ſit prohibitum, omnis illicita vſurpatio intelligitur eſſe prohibita, vt probatur ſeq. c.

2 32. q. 4. meretrices. Sẽt. 3. di. 37. Burc. l. 11. c. 54. Iuo p. 13. c. 3. Pol. l. 6. tit. 16. Anſ. l. 11. c. 109.

Poenale.] Casvs. Docet hic Augu. quòd maius eſt peccatum rapere manifeſtè, quàm occultè furari: & quòd nomine furti in lege veteri rapina & omnis illicita vſurpatio intelligitur. A parte enim totum ſignificatur. *A parte.* Furtum ſecundum quod dicitur à furto, & rapina, ſunt ſpecies illicitæ vſurpationis: ſed ſecundum quod dicitur furtum contrectatio rei alienæ inuito domino, furtũ non eſt ſpecies rapinæ, ſed contra.

c ¶ *Pœnale.*] i. dignum pœna. a

d ¶ *Maioris.*] magis enim delinquit raptor quàm fur, vt inſt. vi bon. rap. in prin.

e ¶ *Rapinam.*] arg. quòd aliquo prohibito prohibita ſunt oĩa ſimilia, vt ext. de conſti. tranſlato. & ſ. diſt. 4. denique. in fi. & quæ ſequuntur ex illo, ext. de conſti. nam concupiſcentiam.

f ¶ *A parte enim.*] ſimile 32. q. 4. meretrices. eſt autem furtũ pars rapinæ, eodem mõ quo genus eſt pars ſpẽi. rapina. n. eſt ſpẽs furti: nam oĩs raptor eſt fur, vt inſti. vi bon. rapt. in princ.

a Non mirũ cum pcedat culpa: quia put dt Au. plus fraudator læditur dãno innocentiæ, quã alius dãno pecuniæ. Pe.

HIS AVCTORITATIBVS. Casvs. Concludit Grat. ex omnibus ſupradictis c. à prin. q. quòd ex rebus malè acquiſitis eleemoſyna fieri non debet, poſteà probat contrarium.

His reſpondet Augu. in lib. quæſt. Exodi, q. 30.

¶ Non licet aliena rapere exemplo Iſraelitarum ſpoliantium Aegyptios.

CAP. XII.

1 Dixit Dominus ad Moyſem: § Petat vir à proximo, & mulier à proxima, vaſa aurea, & argentea, & veſtem. § Non hinc quiſquam ſumendum exemplum [a] putare debet ad expoliandum iſto modo proximũ. Hoc enim Deus iuſſit, qui nouerat, quid quemque pati oporteret. Nec Iſraëlitæ furtum [b] fecerunt: ſed Deo iubenti miniſterium præbuerunt.

3 *Item obijcitur. Aliena rapere nõ eſt contra præceptum. Nullo ſiquidẽ Dei mandato rapina videtur prohibita. Sed nomine furti omnis illicita vſurpatio rei alienæ intelligitur.*

Vnde Auguſtinus in eodem libro quæſtio. 71.

¶ Maioris pœnæ eſt violenter aliquid eripere, quam furari.

CAP. XIII.

2 Poenale [c] eſt occultè auferre: multò maioris [d] pœnæ eſt viſibiliter eripere. Auferre ergo nolenti ſiue occultè, ſiue palàm, habet præceptum ſuum. Furti A enim nomine bene intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ. Non enim rapinam permiſit, qui furtum prohibuit: ſed vtique furti nomine in lege veteris teſtamenti & rapinam [e] intelligi voluit. A parte enim [f] totum ſignificauit, quidquid illicitè rerum proximi aufert.

A ¶ Furti enim.] *Hæc ſunt verba B. Auguſtini licet mutato orationis ductu: quæ autem antecedunt apud ipſum non ſunt inuenta. Integer locus B. Augu. de furto, & mœchia habetur inf. 32. q. 4. meretrices.*

His auctoritatibus probatur, quòd neque ex rebus inuentis, neque ex malè conquiſitis eleemoſynam quiſquam facere poteſt.

4 *Sed Auguſtinus contra teſtatur ſer. 35. de verbis Domini dicens.*

¶ De malè acquiſitis bonum fieri poteſt.

CAP. XIIII.

3 Qvi habetis de malo [g], facite inde bonũ. Qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Eſto bonus tu, qui bonum facis de malo, & cum cœperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus. Nummi tui cõuertuntur in bonum, tu autem remanes malus?

Sed hoc multipliciter intelligitur. Facit enim de malo bonum, qui reddit [h] quod illicitè abſtulit. Nomine etiam mali cura, & ſolicitudo mortalium exprimitur. De malo ergo bonum facit, qui pauperibus diſpenſat quod cum labore, & ſolicitudine acquiſiuit, iuxta illud Euangelij. [*Facite uobis amicos de mammona [i] iniquitatis. Vel ex malo acquiritur, quod ex turpi cauſa poſſidetur: veluti cum mathematicus ex arte, quam docet, vel ex futuris, quæ prænuntiat, nonnulla lucratur. Quæ verò de malo ſic acquiruntur, in bonũ poſſunt conuerti. De peccato etiam aliqua nonnunquam acquiruntur, quæ pauperibus iuſtè erogantur.*

Vnde Auguſtinus ad Macedoniũ, epiſt. 54.

¶ Quæ malè acquiruntur, aliquando bene poſſunt expendi.

CAP. XV.

4 Non ſanè, quidquid ab inuito ſumitur, iniurioſè aufertur [k]. Nam plerique nec medico [l] volunt red-

SED AVGVSTINVS. Hæc eſt quarta pars q. in qua dicitur, quòd de quibuſdam malè acquiſitis quandoque tranſit dominium, & tunc poteſt fieri eleemoſyna. Io. de Fan.

Qvi habetis] Casvs. Docet hic Auguſt. quòd qui habet pecuniam de malo acquiſitã, conuertat illam in bonum, & ipſe malus non remaneat. abſit enim vt nummi tui conuertantur in bonum, & tu remaneas malus.

g ¶ *De malo.*] Grat. tribus modis exponit illud verbum, facite de malo bonũ, & bene, &c.

SED HOC MVLTIPLICITER. Casvs. Exponit Gratian. hic quod dictum eſt ſupra in præcedenti cap. vbi dicitur, quòd de malo poteſt quis facere bonum, & exponit illa verba tripliciter. Primò dicitur de malo facere bonum, cum reddit quæ illicitè abſtulit. Secundò, cum pauperibus diſpenſat ea, quæ cum malo, id eſt cura & ſolicitudine acquiſiuit. & hoc probat auctoritate Euangelij dicentis, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Tertiò cum bonum quis expendit, id eſt, quod ex arte mathematica acquiſiuit. 3 Iuo p. 31. c. 16.

h ¶ *Reddit.*] vt in furto & rapina & in talibus omnibus, vbi non transfertur dominium, nec datur repetitio. Luc. 15.

i ¶ *De mammona.*] mamon dicitur dæmon, qui præeſt diuitijs. Additio. Sub. non quòd in eis poteſtatem habeat, ſed quia homines tentat per eas. Archidiaco.

Non ſanè.] Casvs. Hoc capit. diuiditur in duas partes. In prima parte oſtenditur quæ perſonæ poſſint vendere ſuum patrocinium vel laborem, vt medici, operarij, aduocati, & officiales: ſed officiales ab vtraque parte recipiũt: alij verò tantùm ab vna. Sunt & aliæ perſonæ, quæ vendere nõ poſſunt, vt iudices & teſtes, qui magis peccant ſi pecuniam pro falſis & iniquis iudicijs & teſtimonijs accipiunt, quàm ſi accipiunt pro veris. In ſecunda parte dicitur, quòd illud quod officiales acquirunt ratione officij etiam cum peccato, poſſunt pauperibus erogare: quæ verò furto, vel rapina, vel inuaſione acquiruntur, non ſunt pauperibus eroganda. Secunda pars incipit ibi, *Iſti ſi viam.* Ego B. ſic credo caſum ponendum. Beneuen. verò breuius ponit. Et ſcias, quòd H. intelligit illud verbum, *Iſti ſi viam*, de omnibus ſupradictis, ſcilicet iudice, aduocato, teſte, officiali, & iuriſperito. 4 Poly. l. 6. tit. 10.

k ¶ *Aufertur.*] per iudicem.

l ¶ *Nec medico.*] præmittit enim hic medicos quaſi digniores, cum tamen medici nõ ſint maioris valoris, quàm obſtetrices, vt C. com. de leg. ſi duobus. 1. reſpon.

a ¶ *Patro-*

dere honorem ſuum, nec operario mercedem: nec tamen hæc qui ab inuito accipiunt, per iniuriam accipiunt, quæ potius per iniuriam non darentur. 1 Sed non ideo debet iudex vendere iuſtum iudicium, aut teſtis verum teſtimonium, quia vendit aduocatus iuſtum patrocinium[a], iuriſperitus verum conſilium. Illi enim inter vtranque partem ad examen † adhibentur: iſti ex vna parte conſiſtunt. Cum autem iudicia, & teſtimonia 2, quæ nec iuſta, nec vera vendenda ſunt, iniqua, & falſa venduntur, multò ſceleratius vtique pecunia ſumitur, quia ſceleratè etiam, quãuis à volentibus datur. Ille[b] tamen ſolet tanquàm malè ſibi ablatam pecuniam repetere, qui iuſtum iudicium emit: quoniam venale eſſe non debuit. Qui verò pro iniquo iudicio dedit, vellet quidem repetere, niſi timeret, vel puderet emiſſe. Sunt aliæ perſonæ inferioris loci, quæ ab vtraque parte non inſolenter accipiunt[c], ſicut officialis, & qui † amouetur[d], & cui admouetur officium. Ab his extorta per immoderatam improbitatẽ, repeti[e] ſolent: data A per tolerabilem conſuetudinem nõ ſolent, magiſque[f] reprehendimus, qui talia inuſitatè repetiuerunt, quàm qui ea de more ſumpſerunt; quoniam multæ neceſſariæ perſonæ[g] rebus humanis vel inuitantur huiuſmodi commodis, vel tenentur. ¶ Iſti, ſi viam vitæ mutauerint, aut excellentioris conſcẽderint ſanctitatis gradum, facilius ea, quæ hoc modo acquiſierunt, tanquàm ſua[h], pauperibus largiuntur, quàm eis, à quibus accepta ſunt tanquam aliena reſtituant. Qui verò contra ius ſocietatis humanæ furtis, rapinis, calumnijs, oppreſſionibus, inuaſionibus abſtulerit: reddẽda potius, quàm donanda[i] cenſemus, 3 Zachæi publicani[k] Euangelico exemplo. 4

† al. examina

2 Cõcor. l. diuus. cũ not. ff. de re iud. & Bal. i l. cõparõnes. C. de fid. inſtr.

Luc. 19.

3 Concord. tex. in l. 1. §. eſt enim. ff. de va. & extraor. cogn.

4 Sequiť apud B. Aug. c. qd dicam. s̃. ea. q. 4.

† à quo] Orig.

A ¶ Data per tolerabilem conſuetudinem non ſolent.] *Addita ſunt hæc ex originali, ſine quibus ſequentia non ſatis conſtabant.*

QVÆSTIO VI.

1 ps Q*Vòd verò* [1] *pœnitentia agi nõ poſſit, niſi res aliena reddatur, teſtatur Auguſtinus ad Macedonium, epiſtola 54.*

¶ Pœnitentia non agitur, ſi aliena res non reſtituatur.

CAP. I.

5 SI res aliena, propter quã peccatum eſt, cum reddi poſſit, non redditur, non agitur pœnitentia, ſed fingitur. Si autem veraciter agitur, nõ remittitur peccatum niſi reſtituatur[m] ablatum, ſed, vt dixi, cum reſtitui poteſt. Plerunque enim qui aufert, amittit, ſiue alios patiendo[n] malos, ſiue ipſe malè viuendo, nec aliud habet, vnde reſtituat. ¶ Huic certè non poſſumus dicere, redde[o] quod abſtuliſti, niſi cum habere credimus, & negare. Vbi quidem ſi aliquos ſuſtinet cruciatus[p] à repetente A, dum exiſtimatur habere quod reddat, nulla eſt iniquitas: quia etſi non eſt, vnde reddat † ablatam pecuniam, meritò tamen, dum eam per moleſtias corporales reddere † com

5 Pol. l. 6. ti. 20. Iuo par. 13. c. 4. & p. 15. c. 25.

† al. luat

† al. redhibere.

a ¶ *Patrocinium.*] Hoc eſt contra G. qui dixit nihil poſſe recipi pro iuſto patrocinio, vt not. 11. q. 3. non licet.[a]

a Adde qñ debẽt recipere not. gl. & Cy. in l. 1. C. de ſuf.

b ¶ *Ille.*] ar. contra illos qui dicunt, ſi dedi tibi pecuniam, vt pro me iudicares iniuſta cauſa, quod non poſſum repetere pecuniam datam, vt ff. de cond. ob turp. cau. l. 2. vbi dicitur, quòd talis litẽ perdit, quia videtur velle iudicem corrumpere. Ego credo quòd poſſit talis repetere pecuniam, ſi non eo animo dat, vt iudicem corrumpat. nam ſi dat eo animo vt ius & quietem ſibi conſeruet, tunc poteſt repetere, vt probatur ext. de ſim. dilectus. ſed ibi dicitur, quòd repetit ſi non ſeruatur pactum.

1 s̃. 11. q. 3. non licet.

c ¶ *Accipiunt.*] ſportulas.

ADDITIO. Hoc intellige cum non recipiunt ſalarium de publico. 23. q. 1. militare. 86. diſ. non ſatis. ver. in ſingulis. Ioan. de Fan.

d ¶ *Amouetur.*] Videtur diſtinguere inter perpetuos & temporales officiales. Temporalem vocat eum qui amouetur: perpetuum vocat eum cui perpetuò admouetur, ideſt, traditur tale officium.

e ¶ *Repeti.*] de facto.

f ¶ *Magiſque.*] hic vult dicere, quòd officiati reprehenduntur. non ex eo, quòd aliqua extorquent, ſed quia ea immoderatè exquirunt. vnde talia non repetuntur ab eis, niſi certum ſit eis ſalarium conſtitutum: tũc enim ſi aliquid vltra hoc petierint, crimine concuſſionis tenẽtur, vt 13. q. 1. militare. & ſoluent quadruplum. 18. diſt. quoniam.

g ¶ *Neceſſariæ perſonæ.*] ad officium tale.

h ¶ *Tanquam ſua.*] arg. quòd de rebus illicitè acquiſitis, dum tamen transferatur dominium in accipentem, fit eleemoſyna, vt s̃. c. qui habetis.

i ¶ *Donanda.*] pauperibus.

k ¶ *Zachæi publicani.*] Qui dixit: Si quem defraudaui, reddo quadruplũ. & ſic patet, ꝙ licitè quadruplum, vel duplum peti poteſt, vt 12. q. 2. cum deuotiſſimum.

Q*Vòd verò.*] Hęc q. diuiditur in quatuor par. in prima quarum probat per c. Aug. quòd non agitur pœnitentia digna ſi res non reſtituitur. Secũda ibi, *Si verò.* Tertia ibi, *Pro malis*. Quarta ibi, *Furtum autem.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 6. q. in qua quæritur, vtrum quis pœnitere poſſit, niſi reddat aliena? Et reſpondetur quòd non, ſi poteſt reddere ea, vel earum æſtimationem.

l ¶ *Quòd verò.*] ſiue ſint raptores, ſiue fures, veram pœnitentiam non poſſunt agere, id eſt, fructum veræ pœnitentiæ nõ cõſequũtur, vt j̃. c. c. 1. tñ admitti debent ad pœnitẽtiã, vt ext. de pę. & remiſ. quod qdã. & j̃. de pę. diſt. 3. §. vlt. & diſ. 5. falſas.

SI *res.*] CASVS. Macedonius de quatuor quęſiuit ab Aug. primò, an dimittatur peccatum niſi reſtituatur ablatum. & reſp. quòd non, ſi poteſt reſtitui. Secundò, an fur poſſit verberari, cum ſe negat habere quod reddat, putatur tamen habere. & reſp. ꝙ ſic. Tertiò, an eccleſia pro talib. verberatis poſſit intercedere. & reſp. ꝙ ſic. nõ vt ablata non reddantur: qa ſic ſocia criminis videretur. Quartò, an clerici debeant tales verberare, vel verberandos iudici tradere ſeculari: & reſp. ꝙ non: ſed minari ſibi humanum iudicium aliquando, diuinum verò ſemper: quandoq; clã, quandoque manifeſtè, prout peccatum eſt occultum, vel manifeſtũ, vel prout exigit diuerſitas perſonarum. Secũda reſpõſio eſt ibi, *Huic certè non.* Tertia ibi, *Sed non inhumanum.* Quarta ibi, *Sed nunquid Nos*, ſupple clerici.

m ¶ *Niſi reſtituatur.*] videtur hic, ꝙ quantocunque tempore quis alienam rem poſſederit, ꝙ non currit in ea præſcriptio, vt 34. qõ. 2. ſi virgo. nam diuturnitas temporis non minuit, ſed auget peccatum & aggrauat,[b] vt 24. quęſt. 1. ſchiſma. vnde in præſcriptione requiritur bona fides à principio & in medio & in fine, & ex omni tẽpore præſcriptionis, vt extr. de præſc. quoniã omne. Tu dicas, ꝙ ſi ex omni parte præſcriptionis habuit bonã fidem, tunc res illa facta eſt ſua, de beneficio iuris, vnde tunc non eſt dicendum, ꝙ habeat cõſcientiam rei alienæ, licet poſt tempus p̃ſcriptionis incipiat ſcire rem alienam fuiſſe; niſi velis intelligere, ideſt, rei quæ fuit aliena. Quidam[c] tamen dicũt, ꝙ ſi aliquis rem pręſcriptam haberet ex cauſa lucratiua, teneť ipſam reſtituere, ſi remordet ipſum conſcientia: qa nihil deperire credimus eccleſiæ vtilitatib. ſi ea quæ ſunt aliena reddantur, vt 54. diſt. generalis. ſed ſi eam habet ex cauſa non lucratiua, non tenetur, vt ff. de his quæ in fraud. cred. qui autem. §. ſi quid cum pupillo.

b Vt ext. de cõſue. c. vlt. ext. de ſim. cũ in eccleſiæ. ext. de eo q du. in ma. cũ haberet. iuxta fi. Ar.

c Vt Alan⁹. quod dic vt not. ext. de p̃ſcr. vigiianti. & de conceſ. præb. c. nulla. Arc.

n ¶ *Patiendo.*] id eſt, permittendo, ꝙ alij malè ei auferant.

o ¶ *Redde.*] hoc intellige quando fur, vel raptoŕ non eſt ſoluendo. ſed ſi eſſet ſoluendo, licet res quam abſtulerit, ſine culpa ſua perijſſet, tamen tenetur reddere æſtimationem ipſius, vt C. de fur. ſubtracto.

p ¶ *Cruciatus.*] argu. ꝙ qui pauperes ſunt, & non ſunt ſoluẽdo, ſemper verberandi ſunt pro debito, vt 12. q. 2. fraternitas. & in l. libertus. & hoc eſt verum vbi cõueniuntur ex maleficio: "ſed ſi conueniuň ratione contractus alicuius, tunc ſufficit cedere bonis, vt C. qui bo. ced. poſ. l. vlt.

"Pauperib⁹ qñque ſufficit bonis cedere.

a ¶*Peccati.*]ergo adhuc nõ eſt liberatus à debito, ſed tantũ à pœna. vnde ſi poſteà peruenerit ad pinguiorem fortunam, æquè poteſt conueniri ſicut ille qui ex aliquo contractu eſt obligatus.inſtit.de act.§.vlt.& ext.de ſol.Odoardus.

b ¶*Intercedere.*]vt 23.q.5.reos.17.q.4. reum. & eſt hic arg. quòd clericus in foro ſeculari poteſt aliquem defendere in cauſa ſanguinis.vt 23.q.5.cap.1.2.& 3.

c ¶*Subtrahimus.*]arg. ſuprà 5.quæſtio.5.non omnis.

d ¶*Adiuuat.*]arguitur, quòd non debemus dominos noſtros iuuare in illicitis. vnde cima, quæſtione tertia, ſi dominus. & capitu. non ſemper.

e ¶*Exigere.*]id eſt, pœnas corporales infligere. "Sed nonne clerici poſſunt vel eccleſia poteſt pœnas corporales infligere, vt 5.q.5.illi qui. & 23.q.5. circuncelliones? Reſpondeo, poteſt, vel poſſunt, ſed non tantas quantas ſecularis iudex.non enim poteſt punire quãtum ad membri mutilationem,vt extra de rap. in archiepiſcopatu.

"Pœna corporalis ab eccleſia poteſt infligi.

f ¶*Tradere.*]"Si ergo clericus cepit furem in domo, non tradet ipſum iudici: ſed ſi iudex furem captum ei abſtulerit vi, non imputatur clerico: alioquin licitè auferentur clericis ſua,vt 23.q.5.vnum ſolum. Item nec clericum depoſitum tradet epiſcopus iudici. ext. de iud.at ſi clerici. Vel dic ꝙ clerici tales maleficos poſſunt tradere curiæ, non vt puniantur ad ſanguinis effuſionem, ſed alio modo, vt extr. de Iudæis. ita quorundam. & 11.qu.1.ſi quis ſacerdotum.[a]

" Clericus an poſſit furem tradere iudici.

†dat] Ori.

†& deteſtamur] Ori.

† al.vel velle accipere.

aDe hoc ĕt not.23.q.3. Maximian[b] ibi videas. & 2.q.7.laicos. Arc.

g ¶*Clam.*]ſi eſt occultum.2.q.1. ſi peccauerit.

h ¶*Palam.*]ſi eſt manifeſtum.6.qu.1.ſi omnia.

i ¶*Diuerſitas.*]ar.quòd ſecundum diuerſitatẽ perſonarum diuerſæ pœnæ ſtatuuntur, vt 12.q.2. fraternitas.24. q.3.corripiantur.

SI VERO REM ALIENAM. Hic eſt 2.pars.Io.de Fan.

CASVS.Dictum eſt ſ. quòd res aliena domino reſtitui debet. nunc verò ponit Grat.caſum, in quo non ipſa, ſed eius æſtimatio eſt reſtituenda, puta cum res aliena fuerit conſecrata. & ad hoc inducit ſeq.c.

pellitur,peccati[a], quo malè ablata eſt, pœnas luit.¶Sed inhumanum non eſt, etiam pro talibus intercedere[b], tanquã pro reis criminum,nõ ad hoc, vt minimè reſtituantur aliena, ſed ne fruſtrà homo in hominem ſæuiat, *& paulò poſt.* ¶Illud verò fidentiſſimè dixerim, eum, qui pro homine ad hoc interuenit,nec malè ablata reſtituat, & qui ad ſe confugientem (quantum honeſtè poteſt)ad reſtituendum nõ compellit, ſocium eſſe fraudis, & criminis. Nam miſericordius opem noſtrãm talibus ſubtrahimus[c], quàm impendimus. Non enim opem fert, qui ad peccandum adiuuat[d], ac non potius ſubuerit, atque opprimit. Sed nunquid ideo nos aut exigere[e],aut ad exigendum tradere[f] vel poſſumus, vel debemus? Agimus quantum epiſcopalis facultas dat†, & humanum quidem nonnunquã, ſed maximè, ac ſemper diuinũ iudicium comminantes. Nolentes autem reddere,quos nouimus & malè abſtuliſſe, & vnde reddant,habere, arguimus, increpamus, obteſtamur †, quoſdam clam[g], quoſdam palam[h], ſicut diuerſitas[i] perſonarum diuerſam videtur poſſe recipere†medicinam.

A¶Repetente.] *Sic eſt emendatum ex codice epiſtolarum Vaticano, & editione Antuerpiana, cum antea legeretur,*repente.

B ¶Adiuuat.] *Quæ ſequuntur, emendata ſunt ex codicibus epiſtolarum impreſſis, & manuſcriptis. Antea legebatur,* qui ad peccãdum adiuuat,ac non potius adiuuat, ſed obuiat ſubuertendo, atque opprimendo.*Gloſſa autem optimè conuenit in vocem*, adiuuat.*ſuo loco poſitam.*

2 *Si verò rem alienam quis conſecrauerit,non eandem, ſed æſtimationem eius reſtituere debet.*

Vnde Gregorius lib.7. indict. 2. epiſt.58.Fantino defenſori.

¶Qui rem alienam conſecrat, eius æſtimationem reſtituat.

COmperimus.]CASVS.Aliquis rapuit argentum, vel aurum. epiſcopus hoc ſciens, calices inde factos temerè & inconſultè conſecrauit. Pręcepit ergo Greg.cuidam, vt compellat epiſcopum ad æſtimationem rei ablatę, & non ad rem ipſam conſecratam.Et dicit Beneu.& etiam Hug.hoc innuit, ꝙ epiſcopus qui conſecrauit,raptor fuit illius argenti & auri.

k ¶*Eis.*] id eſt, laicis: quia res ſemel conſecrata non debet amodo ad profanos vſus redigi,vt 12.qu.2.aurum.& j. de cõſe. diſt. 1. ligna.Si autem res illa fuiſſet alicuius eccleſiæ, illi bene eſſet reſtituenda, vt 12.q.2. Apoſtolicos.[b] & 17.q.4. quæſti. aliud tamen eſt in re animata. Nam ſi ſeruus alicuius fuit conſecratus, bene reſtituitur domino ſuo,vt 54. diſtin. ex antiqs. ſed hoc ideo eſt, quia cum ſeruus ſit res animata, delinquit permittendo ſe ordinari.ſed res inanimata in nullo delinquit, vt vides in ſimili. ſeptima, quæſtione prima, epiſcopus in diœceſi. Eandem rationem aſſignat lex, quòd ſi neſcio vbi ſit ſeruus meus,nõ ideo poſſeſſionem ipſius perdidi. ſed aliud eſt in his quæ anima carent, vt ff. de acquiren. poſſeſſio. ſi rem mobilem. & l.Pomponius. in prin.

Conſecratio rei inanimatæ tollit dñiũ.ſecus in re animata.

b vbi d' hoc, vbi loquitur de monaſterio de reb' eccleſię cõſtructo, q d3 reddi ipſi eccleſiæ, ſcđm Lau. & hoc etiã no. Ray. in ſum. de im. eccl.§. item pone.Arc.

1 Ex iſto tex. infert, ꝙ aliqũ qs rẽ ſuã vendere cogit, concor.tex. in l.ſi. ff. ad l.Iul. de an. Bar. in l.annonam. ff. de extraor. cri.

PRO MALIS AVTEM. Hæc eſt tertia pars q.Io.de Fan.

CASVS.Adhuc probat Gratianus, quòd eccleſia pro malis intercedere poteſt, & non eos temerè defendere. & ad hoc inducit ſequens c.

HI qui in furtis.] CASVS.Quidam nomine Romanus, Romanæ eccleſiæ defenſor, latrones temerè defendebat. quare Greg. præcipi ei,ne fures iniuſtè defendat, ne ex hoc ipſa infametur eccleſia: ſed monendo,& intercedendo opem ferat inquantum decet eccleſiam.

1 Poly.l.6. tit.16.

l ¶*Iniuſtè.*] id eſt, nimis improbè & importunè & hoc verum eſt cum ſcit, aut credit eos iuſtè condemnatos. Si autem fugerint ad eccleſiam, tunc omnib. modis quibus poteſt tenetur eos defendere:"niſi ſit publicus latro, vel nocturnus depopulator agrorum, vt 17.q.4.reum.& c.ſicut. & ext.de immu.eccl. in ter alia.Si autem fuerit iniuſtè condemnatus: tunc eccleſia tenet eũ modis omnib. iuuare. vnde illud eſt præceptum: Eripe eum qui ducitur ad mortem,vt 23.q.3.non inferenda.

" Eccleſiæ immunitate ñ oẽs malefactores potiuntur.

3 Poly.ibid. Bur.l.11.c. 55.Iuo par. 13.c.41.

CAP. II.

COmperimus nullam extitiſſe cauſam,pro qua res Iudęorum A potuiſſent rationabiliter occupari, atque eas eſſe inconſultè, ac temerè conſecratas. Idcirco experientiæ tuæ præcipimus,vt quia, quod ſemel conſecratum eſt, eis[k] non valet vltra reſtitui, ſtudij tui ſit, vt ipſe epiſcopus debeat pretium dare.1

A ¶Iudæorum.] *repoſita eſt hæc dictio ex epi. B. Gregorij, vt intelligatur facilius, quò referantur ea, quæ in hoc capite continentur,ac nõnulla etiam alia ſunt emendata.*

3 *Pro malis autem apud principes eccleſia debet intercedere, non eos temerario auſu defendere.*

Vnde Gregorius Romano defenſori lib.7.indict.2.epiſt.24.

¶Eccleſia pro malis intercedat, non eos temerario auſu defendat.

CAP. III.

2 HI, qui in furtis publicis implicati ſunt, a nobis non videantur iniuſtè[l] defendi,ne opinionem malè agentium ex indiſcretæ defenſionis auſu in nos vllo modo trãſferamus: ſed, quantum decet eccleſiam admonendo,& verbum interceſſionis adhibendo,quibus valetis, ſuccurrite: vt & illis opem feratis, & opinionem ſanctæ eccleſiæ non inquinetis.

¶*Infrà 23. q. 5. reos. refertur ſumma huius capitis, cum hic ſint propria verba B.Gregorij.*

4 *Furtum autem non tam in quantitate rei, quàm in affectu furantis conſideratur.*

Vnde Hieronymus in epiſtolam ad Titum,ad c.2.

¶Non ſolùm in maioribus furtum committitur, ſed etiam in minoribus.

CAP. IIII.

3 FVr† autem non ſolùm in maioribus,ſed etiam in

FVRTVM AVTEM. Hęc eſt quarta pars. q. ſecundum Io.de Fan.

†al.Furtum

CASVS.Quia ſuprà facta eſt mentio de furto:ideo nunc oſtendit Grat.ꝙ furtum magis conſideratur in affectu furantis, q̃ in quantitate exteriori:& ad hoc inducit ſeq.c.

FVr autem.]CASVS. Oſtendit Hieron. in hoc c. quòd furtum

tum ita committitur in reparua ſicut in re magna : vbi magis attenditur mens furantis , quàm quantitas rei ablatæ. Et hoc probat ad inſtar fornicationis , quæ ita committitur in muliere pulchra ,ſicut in turpi : ita in ancilla , ſicut in ingenua : æque in paupere vt in opulenta.

minoribus iudicatur . Non enim id,quod furto [a] ablatum eſt,ſed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione [b] , non idcirco diuerſa fit fornicatio , ſi mulier ſit pulchra,aut deformis,ancilla aut ingenua,paupercula aut opulenta, ſed qualiſcunque illa fuerit, vna eſt fornicatio, ita & in furto , quantumcunque quis abſtulerit, furti crimen incurrit.

¶ Referuntur verba B. Hieronymi nonnullis tamen omiſſis , & mutatis,quemadmodum etiam apud Burchardum & Iuonem.

CAVSA XV.

QVidam ſacerdos† in crimen carnis lapſus eſſe perhibetur, antequam ſacerdotalem benedictionem conſequeretur . Poſtquam verò ſacerdotium adeptus eſt , in furorem verſus, quendam interfecit. Recuperata verò ſanitate,apud epiſcopum accuſatur ab ea , cum qua lapſus eſſe dicitur. Epiſcopus autem die Dominico cauſam examinat. Sacerdos inficiatur crimen ſibi illatum: quorundam clericorum ſibi patrocinia quærit: illi verò non ſine pretio ſibi patrocinantur: tandem epiſcopus confeſſionem quæſtionibus extorquet: demum ſolus , & abſque ſynodali audientia illum ſententia ferit.

1 *Quæritur autē, an ea,quæ mente alienata fiunt,ſint imputanda.*

2 *Secundò, an pro impenſis patrocinijs liceat clericis munera exigere.*

3 *Tertiò, an ex mulieris confeſſione iſte ſit condemnandus.*

4 *Quartò , an die Dominico eius cauſa ſit ventilanda.*

5 *Quintò, an ſibi neganti purgatio ſit deferenda.*

6 *Sextò, an eius confeſſio cruciatibus ſit extorquenda.*

7 *Septimò,an abſque ſynodali audientia epiſcopus valeat ſacerdotem damnare.*

8 *Octauò,ſi ſponte confeſſus,aut ab alijs conuictus fuerit, quòd ante ordinationem peccauerit, an ſuſcepti ordinis officium exequi ſibi liceat.*

QVÆSTIO I.

1 ps *QVòd autem [c] ea, quæ alienata mente fiūt, non ſint [d] imputanda , facilè videtur poſſe probari. Peccata namque alia penes voluntatem animi , alia circa naturæ infirmitatem videntur conſiſtere : Eſt autem voluntas (vt ait Auguſtinus lib. 1.retractat.c.15.[1]) animi motus cogente A nullo ad aliquid vel non imitandum [e] B,vel adipiſcendum [f]. Quod propterea [g] dictū eſt,vt hac definitione volens à nolente diſcerneretur. ¶ [2] Ex voluntate itaque peccata procedunt,quę libero mentis arbitrio,& delinquētis propoſito comittūtur. Porrò infirmitas alia eſt animi,alia carnis . Infirmitas animi,eſt ignorātia. Carnis infirmitas,eſt concupiſcētia [h]. Ex vtraq; autē infirmitate quæ procedunt, imputantur ad pęnam [i] . Vnde de quibuſdam ignorantibus dictum eſt. [Si quis ignorat [k],ignorabitur.] Ta-*

a ¶[*Quod furto.*]Huic obuiat quod dicitur.ff. de abig.l.prima.vbi perpenditur , quòd magis quis punitur pro boue quàm ꝓ oue : quia pro boue dat 5.boues: pro oue 4. Sed dicas,quòd ibi dicitur quòd dabit 4. oues , intellige præter illam quam abſtulit. Item eſt contra. extra de ſimon. & ſi quæſtiones. “vbi non committitur ſimonia in modico , ſicut in magno , ſed intellige quòd ita non præſumitur committi in modico ſicut in magno. quandoque tamen pro modico nec magis nec minus, vt de conſe. diſt 2. reuera. in prin. vbi dicitur , quòd omnes in deſerto mortui ſunt : & tamen duo ex eis non fuerunt mortui. ſcilicet Caleph , & Ioſue. 76.diſtinct.ieiunium. “ſic ergo pro minima re poteſt agi de furto,vt hic, & inſt. de rer.diui.§. gallinarū. licet actio de dolo non detur pro minima re , vt ff.de dolo.idem.

“ Simonia non fit in modico.

† al.clericus

“Furti agitur pro modico.

b ¶[*Fornicatione.*]Hu. dixit magis peccari cū pulchra, [a] quàm cùm deformi:quia magis voluptuosè cognoſcit pulchram : ſed in deformi quàm citius poteſt abſoluit ſe. Baz.dixit magis peccari cum deformi:quia plura ſunt quæ ſuadent cōmiſceri pulchræ quàm deformi:ſcilicet pulchritudo eius & libido.

a Pulchra. D. And.Tiraq.d le.cōnub.char.5. vbi latè.

QVidam ſacerdos.]C a s v s. Suprà in proxima cauſa tractatum eſt de auaritia , quæ obumbrat mentem clericorum ſed quia incontinentia idem facit:ideo ſubnectit xv.cauſam,in qua de incontinentia tractat,& de his quæ fiunt mente alienata : & de alijs multis,quæ vt melius pateant,thema proponit , de quo octo elicit quæſtiones.

C a s v s. thematis talis eſt,Quidam cum eſſet clericus fornicationem commiſit : poſteà ſacerdos factus furioſus quendam hominem interfecit: recuperata ſanitate mulier quam cognouit,ipſum apud epiſcopum accuſat.Dic verò Dominica epiſcopus cauſam examinat : ſacerdos crimen negans acquirit patronos pro pretio : tandem epiſcopus ille confeſſionem verberibus extorquens , abſque ſynodo epiſcoporum & concilio illum condemnauit.

QVòd autem.]Hæc q. diuiditur in duas part. in quarum prima probatur , quòd ignorantes & pueri non peccant, ſi ignorantia eſt inuincibilis,ſcilicet cum nullo modo potuit ſcire , quamuis daret operam. Si autem ſcire potuit,& non dedit operam,non excuſat̄ à toto:ſed à tanto,id eſt,in parte.ita intelligenda eſt litera vſque ad c.*meritò quæritur*.Secunda ibi , *De furioſis*. Io. de Fan.

C a s v s. Hic intitulatur prima quæſtio,vbi quęritur an ea quę fiunt mente alienata,debeant imputari ? Et reſpondet quòd non, vt j.eadem,aliquos.& c.illa. & s.3. quæſt.9. indicas. & procedit hoc ordine G. Primò probat. quòd ea quæ fiunt in alienatione mentis , imputantur. poſteà probat contrarium,& reſpondet allgatis.tandem dat veram ſolutionem, vt infrà ead.§.vlt.Oſtendit ergo primò G. quòd ſiue peccata procedant ex voluntate,ſiue ex carnis infirmitate , ſemper imputantur ad pęnam: quod probat quatuor auctoritatibus . poſteà probat contrarium : cum peccatum ſecundum Auguſtinum ſit adeo voluntarium , vt nullo modo ſit peccatum niſi de voluntate procedat.

c ¶[*Quòd autem.*]No. “quòd ſi quis eſt ita alienatus mente, quòd neſcit quid faciat : nec diſcernit,nec intelligit: nō imputatur ei quod facit. infrà eadem , aliquos. & ca. illa. & 17. quæſtio.2. Gonſaldus. & 3.quæſtio. 9. indicas. Quidam tamen diſtingunt, quòd ſi ſua culpa incidit quis in alienationem mentis , imputatur ei : ſi ſine culpa , non : vt infrà eadem ,ſi quis inſaniens . quā diſtinctionem non admitto. G.allegat pro & cōtra. Et ad intelligentiā eius quod dixi,nota “ꝙ infirmitas alia eſt animæ,alia eſt carnis. Infirmitas aīæ duplex eſt: vna dicit̄ ira , vel odiū, vel delectatio , & hæc eſt peccatum:& quæ ex tali infirmitate fiunt , imputantur. Alia eſt pęna,vt eſt obliuio,ignorantia : & quæ ex hac fiunt,quandoque imputantur, quandoque nō. Similirer infirmitas carnis duplex eſt. Vna eſt fomes peccati , ſcilicet originale peccatum † , & quæ ex hac cauſa fiunt,imputantur. Alia eſt pœna peccati , vt febris,& furor:& quæ ex hac cauſa fiunt non imputantur, ſi non diſcernit quid agat.

“Méte alienato an ſit imputandū quod facit.

“animæ infirmitas eſt duplex.

1 Et in l. de duabus anīmabus, c.x.

2 Sent.2. diſtin.47.

† Fomes nō eſt propriè originale pctm̄, cōcil. Tri. ſeſ.5.in extremo, quinto anathematiſmo.

d ¶[*Non ſint.*] melius eſſet ſine non. quia primò probat ꝙ imputantur.

e ¶[*Non imitandum.*]i.non faciendum.

f ¶[*Vel adipiſcendum.*]i.faciendum.

g ¶ [*Quod propterea.*]id eſt, in diffinitione voluntatis ideo ponitur affirmatio & negatio , vt oſtendatur qua voluntate quis dicatur volens,& qua voluntate dicatur nolēs: nam voluntate ad aliquid faciendum dicitur quis volens : & voluntate ad aliquid non faciendum dicitur quis nolens:& ſic omnis nolens dicitur volens : & eadem qualitas dici poteſt voluntas,& noluntas. Nam nolle facere idem eſt quod non velle facere.vnde lapis non dicitur nolens cum non habeat voluntatem non faciendi.nam ſecundum regulam iuris,eius eſt nolle cuius eſt velle,vt ff. de regu.iur.l.eius. Hinc patet quòd Auguſt. “vult quòd eadem vis animæ ſit vis concupiſcibilis , & vis iraſcibilis. Nam per vim concupiſcibilem appetimus aliquid:& per vim iraſcibilem deteſtamur aliquid.

“animæ vis eſt duplex.

h ¶[*Concupiſcentia.*]id eſt,fomes originalis peccati .

i ¶[*Ad pænam.*]ſed non ſemper puniuntur peccata quę proueniunt ex ignorantia.trigeſima quarta, quæſtione ſecunda. in lectum.

k ¶[*Ignorat.*]id eſt,q appetit ignorare: vel q contemnit ſcire: vel negligit ſcire , cum poſſit quærere à peritioribus.“ Vnde quædam ignorantia eſt ex ſimplicitate, vt illorum qui ad literam aliquid intelligunt : quædam ex culpa : quædam ex negligentia: & ſecundum hoc magis vel minus punitur.

“ ignorātia eſt triplex.

vndecima, quęſtione tertia. excellentiſſimus. capit. quoniam. & capitul. fina.

a ¶*Zelum.*]"Quidam ex Iudæis de bono zelo mouebantur[a] contra diſcipulos Domini, & ipſum Dominum: & ipſe Dominus in cruce pro illis orauit. cum dixit: Pater dimitte illis: quia, &c. Lucæ 23. Iſti habebant zelum: ſed non ſecundum ſcientiam, id eſt, ſecundum fidem: quia erroneam habuerunt conſcientiam. alij autem ſcienter deliquerunt. vigeſimatertia quæſtione prima, paratus.

"zelū bonū quidam ex Iudæis habuerunt.

a iſti erant ſimplices & errabāt ñ in motu ad feriēdum, ſed in mō feriendi. Lau.

1. Cor. 14. Ioan. 16.

b ¶*De corpore.*] id eſt, de domino carnis, in qua mors eſt. ſuprà diſtinctione quinta. ſed penſandum. palea eſt.

Rom. 10.

c ¶*Semper.*] allegando dicit.

Rom. 7.

d ¶*Cui.*] Hic allegat in contrarium, quòd ea quæ mente alienata fiunt non imputantur: vnde hic ponebant antiqui notulam, defenſor.

1 Sent. 2. diſtin. 35.

SED HOC. CASVS. Superius dictum eſt, quòd peccatum vſque adeo eſt voluntarium, vt nullo modo ſit peccatum niſi ſit voluntarium. ſed quia multum facere videbatur pro defenſione ſacerdotis furioſi: ideo eius impugnator dicit quòd auctoritas illa Auguſt. intelligitur de eo quod eſt tantummodo peccatum: & non de eo qđ eſt pœna peccati. & ad hoc probandum inducit duas auctoritates Aug. quamuis quodāmodo voluntaria peccata dici poſſint quæ à neſcientibus & coactis perpetrantur. *Non immeritò:* ſed meritò. Nō omnimodo nō volūtaria dicit, ſed quodā modo voluntaria dici poſſunt.

2 Et in l. de duabus animabus c. 11.

3 Hic omittuntur aliquot verba.

† ſine voluntate cōmitti] Orig.

e ¶*Sed hoc.*]eſt notula impugnatoris.

f ¶*Nullo modo.*] Quę dam dicuntur ſimpliciter peccatum, & non pœna, & quædam pœna peccati, & non peccatum. Pœna peccati, ſicut ignorantia, infirmitas, & obliuio. Illud autem dicitur ſimpliciter peccatū, quod ex libera volūtate procedit. "Quidam tamen dicunt, quòd omne peccatum præter peccatum primi parentis ſit peccatum, & pœna peccati: peccata enim quæ quotidie facimus, ſunt pœna originalis peccati. ſed qualiter hoc ſtare poteſt, cum omnis pœna à Deo ſit: & nullum peccatum à Deo ſit: ergo nullum peccatum eſt pœna? Item omnis pœna eſt paſſio, & omne peccatum eſt actio. cum ergo actio non ſit paſſio, non eſt dicendum quòd peccatum ſit pęna. ſi autem alicubi inuenias quòd peccatum eſt pœna, expone, id eſt pro quolibet peccato debetur pœna: quia eſt pœna, & paſſio animæ.

"Peccatum & peccati pęna diuerſa ſunt.

les illi erant, de quibus Chriſtus ait Apoſtolis [*Extra ſynagogam facient vos: quia arbitrabuntur obſequium ſe præſtare Deo.*] *De eiſdem etiam Apoſtolus ſcribit in epiſtola ad Romanos.* [*Teſtimonium illis perhibeo, quia zelum[a] Dei habent, ſed nō ſecundum ſcientiam.*] *Nullum tamen eorum in ſua perfidia perſeuerantem hæc ignorantia excuſat. Ex carnis infirmitate procedunt, quæ naturæ languore fiunt: quæ, niſi imputarentur ad pœnam, nequaquam Apoſtolus lege carnis grauatus diceret* [*Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore[b] mortis huius? &c.*] *ſiue ergo penes voluntatem, ſiue penes infirmitatem peccata conſiſtant, ſemper[c] imputantur ad pęnam. Cui[d] ſententiæ illud Auguſtini de vera religione, capitulo decimoquarto. contrarium videtur* [[1] *Vſque adeo peccatum, voluntarium malum eſt: vt nullo modo peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium, & hoc quidem adeò manifeſtum eſt, vt nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba diſſentiat. Quare aut negandum eſt peccatum committi, aut fatendum eſt voluntate committi.*] *Sed hoc[e] non generaliter de omnibus peccatis intelligendū eſſe idem Auguſtinus in libro primo retractat. capitulo decimotertio.* [2] *oſtendit dicens.* [*Vſque adeo peccatum, voluntarium malum eſt, vt nullo modo[f] peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium. Poteſt videri falſa hæc definitio: ſed ſi diligenter diſcutiatur, inuenietur eſſe veriſſima. Peccatum quippe illud cogitandum eſt, quod tantummodo peccatum eſt, non quod eſt etiam pęna peccati.*[3] *Quamuis & illa, quæ non* c *immeritò non voluntaria peccata dicuntur, quia vel à neſcientibus, vel à coactis perpetrantur, non omnino poſſint non* † *voluntaria dici.* [*Idem in eodem lib. cap. 15.*] *Definitio peccati, quam diximus, peccatum eſt voluntas retinendi, vel conſequendi, quod iuſtitia vetat, & vnde liberum eſt abſtinere, propterea vera eſt, quia id definitum eſt, quod tantummodo peccatum eſt, non quod eſt etiam pœna peccati.*]

A ¶Cogente nullo.] *Hæc ſunt addita ex B. Auguſtino, vt verba ſequentia melius intelligantur.*

B ¶Imitandum.] *Apud B. Auguſtinum in lib. de duabus animabus, & lib. 1. retractationum legitur,* amittendum. *Ob gloſſam tamen non eſt mutatum: ſed ſublata eſt priore loco vox,* imitandum. *Quæ abeſt etiā à manuſcriptis Gratiani codicibus. Nam in vulgatis erat,* ad aliquid imitandum, vel non imitandum.

C ¶Nō immeritò] *In libris B. Auguſtini impreſſis legitur,* immeritò.

Idem lib. 4. quæſtionum, q. 24. ad c. 15. Numerorum.

¶Non ſunt peccata nolentium, niſi neſcientium.

CAP. I.

MEritò quæritur, quæ ſint ipſa peccata nolētium, vtrum quæ à neſcientibus cōmittuntur, an etiam poſſit rectè dici peccatum eſſe nolentis, quod facere compellitur.[g] Nam & hoc contra voluntatem facere dici ſolet: ſed vtique vult[h], propter quod facit: tanquàm A ſi peierare nolit: quod tamen facit, cum vult viuere, ſi ſcilicet quiſquam, niſi fecerit, mortem minetur. Vult[i] ergo facere, quia vult viuere: & ideo non per ſeipſum appetendo, vt falſum iuret, ſed vt falſum iurando viuat. Quod ſi ita eſt, neſcio vtrum poſſint dici iſta peccata nolentium, qualia hic dicuntur expianda. Nam ſi diligenter conſideratur, fortè ipſum peccare nemo velit, ſed propter aliud fit, quod vult, qui peccat. Omnes quippe homines, qui ſcientes faciunt, quod non licet, vellent licere. Vſque adeò ipſum peccare nemo[k] appetit propter hoc ipſum, ſed propter illud, quod ex eo conſequitur. Hæc ſi ita ſe habent, non ſunt peccata nolentium, niſi neſcientium[l], quæ diſcernuntur à peccatis volentium.

A ¶Tanquam ſi peierare nolit, qđ tamen facit.] *Hæc non ſunt in vulgatis codicibus B. Auguſtini.*

ff. tit. de iniurijs. l. 3.[4]

MEritò.] CASVS. Duę ſunt hic quæſtiones: quarum prima eſt, an peccata neſcientium dicantur peccata nolentium? Et reſpondet q̄ ſic: & iſta ſolutio eſt in fin. c. Secunda eſt, an peccatum quod quis per metum facit, dicatur eſſe peccatum volentis, vel nolentis? & reſpondetur quòd volentis: quia licet quis nolit directè ipſum peccatū ad quod compellitur, indirectè tamen vult illud per aliud quod habere non poteſt ſine illo peccato. Et ad hoc probandum inducit exemplū de peierante. Hæc ſi ita ſe habent, ſequitur q̄ peccata coactiua ſunt volentium.

g ¶*Compellitur.*] Refert qualis ſit coactio[b], an abſoluta, vel conditionalis, vt extra quod metus cau. ſacris.

bSed cōtra, quia animo violētia nō infertur, vt 32. q. 5. §. qđ aūt. in prin. dic vt ibi nota.

h ¶*Vult.*] Argu. quòd coacta voluntas, eſt voluntas, vt hic, & 23. q. 4. diſplicet. & q. 6. vides. & 74. diſt. conſuluit. & ff. quod me. cau. ſi mulier. §. vlt. Eſt ergo in iſtis caſibus arg. q̄ tenet matrimonium, licet coactio interueniat, vt 22. q. 4. iter cętera. & ff. de rit. nupt. ſi patre. "Sed hoc non eſt verum, vt ext. de ſpon. veniens. & c. cum locū. & 31. q. 2. c. 1. & 2. Itē ſicut coacta voluntas, eſt voluntas: ſic decepta voluntas dicitur voluntas, vt 20. q. 3. conſtituit. & ext. quod me. cau. cum dilectus. & extra de conuer. coniu. ex parte. Arg. contra. ff. de li. ho. exhi. l. 3. §. ſi quis volentem. tamen coacta licentia, non eſt licentia, vt argument. 33. quæſtione 5. notificaſti.

"Matrimonium coactè factum non tenet.

i ¶*Vult.*] Certè argumentatio hæc non valet: volo hoc, ergo volo omne quod ſequitur ex illo: vt iſte vult fornicari, ergo vult dānari: niſi intelligas indirectè, & per conſequentiam, vt di. 8. quo iure.

k ¶*Nemo.*] Vnde Seneca. "Etſi ſcirē Deos ignoſcituros, homines autē neſcituros, adhuc dedignarer peccare.

"Senec. dictū aureū.

l ¶*Neſcientium.*] Sic neſciens non peccat. & & ſic eſt contra 32. q. 7. quemadmodū. Solut. varijs modis dicitur quis neſcire. "Dicitur enim neſcire qui non ſcit id quod facit, eſſe peccatum, vel non ſcit tantum eſſe peccatum quantum eſt: & talis neſciens punitur, licet non adeò grauiter, vt 8. diſt. conſuetudo. & pone exemplum de tali. 14. quæſtione quinta, fortè. Item dicitur neſcire qui ſcit factum, ſed neſcit qualitatem facti. talis quandoque punitur ſi errat in iure. ſic ignorabat Paulus concupiſcentiam eſſe peccatum. extr. de conſti. nam concupiſcentiam. quandoque non punitur, ſcilicet cum errat circa factum ipſum, vt 34. q. 2. in lectum. Item dicitur neſcire propter caſum ſequentem, vt ſi

4 Lib. 47. ff. tit. 10.

"Neſcire dī quis multipliciter.

vt ſi aliquis volens interficere Leonem dum vult defendere hominem, caſu interficit hominem, vt 50.diſt.ſæpe. Item dicitur neſcire qui omnino neſcit, vt puer, ebrius, furioſus. talis enim non peccat.ĩ.e.aliquos.

ILlud.] Casvs. Redit nunc Grat.ad principale propoſitum, & inducit legẽ iſtam ad probandum, quòd ea quæ fiunt ex ignorantia, vel mente alienata, nõ imputantur. Caſus ergo ſic ponitur. Quæſitum fuit à iuriſperito, vtrum quicũque poteſt pati iniuriam, poſſit facere iniuriam? Et reſpondet ꝙ ſic, niſi ſit furioſus, vel impubes, qui non eſt doli capax. nã iſti iniuriam pati poſſunt, facere verò nunquam, cum iniuria non procedat niſi ex voluntate. & probat duobus exemplis, ſcilicet exemplo iocoſè alium percutientis, & domini interficientis liberum hominẽ, quẽ putat eſſe ſeruum ſuum. Et not. quòd lex iſta (vt dicit Hug. & Ioan. Bene) malè ponitur hic, cum inducatur pro defenſione ad oſtẽdendum, quòd ea quæ fiunt mente alienata, non imputantur. ſed deberet legi poſt §. ſequẽtem, vel in ſequenti §. poſt illud verbum. *non proceſſerunt.*

CAP. II.

ILlud relatum peræquè eſt, eos qui iniuriam pati poſſunt, & facere poſſe: ſanè ſunt quidam, qui facere non poſſunt, vtputa furioſus [a], & impubes, qui doli capax [b] non eſt. Namque hi iniuriam pati ſolent, non facere. Cum enim iniuria ex affectu facientis cõſiſtat, conſequens erit dicere hos, ſiue pulſent, ſiue conuitium dicant, iniuriam feciſſe non videri. Itaque pati quis iniuriam etiam ſi non ſentiat, poteſt: facere nemo, niſi qui ſcit ſe iniuriam facere, & ſi neſciat, cui faciat. Quare ſi quis per iocum [c] percutiat, aut dũ certat, iniuriarum non tenetur. Si quis hominem liberum ceciderit†, dum putat ſeruum ſuum [d], in ea cauſa eſt, ne iniuriarum teneatur.

† al. occiderit.

¶*In aliquot vetuſtis exemplaribus à capite,* merito. *vſque ad cap.* mulier. *nulla eſt diſtinctio capitulorũ.*

Itaque, vt ex præmiſsis apparet, ſiue ex voluntate, ſiue ex infirmitate peccata procedant, palam eſt illa imputari. Sed carnis infirmitas dupliciter intelligitur. Eſt enim languor naturæ, qui carnis concupiſcentia appellatur: quæ verius animæ infirmitas dici poteſt: ſed ideo carnis infirmitas dicĩ, q accidit animæ ex corruptæ† carnis coniunctione. Porrò alia eſt infirmitas, quæ propriè carnis dicitur: qua elementorum, ſeu humorum concordia turbata, ipſa caro afficitur, & tandem diſſoluitur. Similiter animi infirmitas duplex eſt. Vna, quæ vitium appellatur, qua anima à Deo ſeparatur: vt eſt ira, odium, & alia huiuſmodi. Alia infirmitas animi: quæ cum ipſa non ſit peccatum, eſt tamen pęna, & cauſa peccati, vt eſt obliuio, & ignorantia. Furor autem, cum non ſit peccatum, eſt tamen pęna peccati: vt febrís, & cæteræ paſſiones, quas propriè carnis dicimus eſſe: quarum motus, id eſt, ea, quæ illis perturbantibus fiunt, nulli imputantur ad pęnam. ¶ *Sed obijcitur de Lamech, qui cum cæcus eſſet, Cain interfecit; nec eum excuſauit cæcitatis infirmitas. Vnde dictum eſt [Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech verò ſeptuagies ſepties.] Sed cęcitas ignorantiæ ſimilis eſt.* ¶ *Ex vtraque enim quædam fiunt, quæ imputantur: quædam verò minimè. Cæcus namque ſi debitum ſuæ vxori ſe credens reddere, alienam polluit, non eſt reus [e] adulterij. Si autem ludo, vel exercitatione virium, vel venatione iaculum mittens aliquem perimat, quia ab eo penitus [f] hoc debet eſſe alienum, homicidij reus habetur. Mens verò alienata furore, cum ſui compos non ſit, eorum, quæ admittit, reatum non contrahit: quia facultatem deliberandi non habuit. Vnde pupillo, & furioſo in maleficijs ſubuenitur, vt non eis imputentur ad pęnam, quæ ex mentis deliberatione non proceſſerunt* A. *Quod non ſolùm humanis, ſed etiam diuinis legibus noſcitur approbatum.*

† al. coniunctæ carnis corruptione

Geneſ.4.

Ait enim Auguſtinus de paruulis, in lib. de fide ad Petrum diaconum, c. 30.

A ¶Proceſſerunt.] *Hoc loco in vulgatis erant interiecta hęc verba,* ff. tit. de iniurijs, Illud relatum. require. ſ. *quæ abſunt à manuſcriptis, ideoq́ue inducta.*

CAP. III.

1 FIrmiſſimè tene, & nullatenus dubites, exceptis illis, qui pro nomine Chriſti, [g] ſuo ſanguine baptizantur, nullum hominem accepturum vitam æternam, qui nõ hic à malis ſuis fuerit per pœnitentiã, fidemq́ue conuerſus, & per ſacramentum fidei, & pœnitentiæ, id eſt per baptiſmum [h] liberatus: Et maioribus quidem neceſſarium eſſe & pęnitentiã de malis ſuis agere, & fidem catholicam ſecundum regulam veritatis tenere, & ſacramentum baptiſmatis accipere: paruulis verò, qui nec propria voluntate credere, nec pęnitentiã pro peccato, qđ originaliter trahunt, agere poſſunt, ſacramentum fidei, quod eſt ſanctum baptiſma, quãdiu rationis ætas eorum capax eſſe non poteſt, ſufficere ad ſalutẽ.

1 Iuo p.1.c.30.

a ¶*Furioſus.*] Not. qđ furioſus facit, idem eſt ac ſi caſu accidiſſet, vt ff. de admin. tut. l. vlti. in fin.

b ¶*Qui doli capax.*] ſi enim eſt doli capax, bene punitur, vt extr. de delic. puc c. 1. [a] & de conſer. diſt. 4. cos. ſed in impubere minori diſtinguiĩ an delinquat ex animo, an ex culpa, vt C. ſi aduer. deli. l. 1. & 2.

a & hoc omnino videas qđ le. & no. c.ti.c.2. & đ hom.exhibita.ĩ gl.qđ ei & in glo. ex hoc. Arc.

c ¶*Per iocum.*] dum tamen iocus ille non ſit noxius, vt ext. de præſump. ca. 1. nam ludus noxius eſt in culpa, vt ff. ad l. Aqui. nã ludus.

d ¶*Seruum ſuum.*] ſecus ſi alienum ſeruum vel etiam aliquem liberum hominem voluit percutere, & percuſſit alium: quia tunc tenetur actione iniuriarum illi qui percutitur, vt ff. de iniur. cũ qui. §. ſi iniuria. & hoc ideo, q̃a hic omnibns modis intẽdit nocere, & ſi nõ illi cui nocet: ſed ſecus in caſu priori. Et eſt arg. ꝙ ſi aliquis credit ſolutã cognoſcere, & cognoſcat vxoratam, videtur quòd non puniatur quaſi adulter. [b]

b iſta fuit ſnĩa dñi Pilei, ſ. ꝙ ñ punitur. ꝑ hoc facit ꝙ ñ cõmittitur adulteriũ ſine dolo. ff. đ adul. l. pen. ad idẽ ſa. ff. de iniur. itẽ apud Labeonem. §. ſi q̃s. Arc.

ITAQVE. Casvs. Concludit Grat. ex ſupradictis dicens, quòd peccata imputantur ſiue ex voluntate, ſiue ex infirmitate ꝓcedant. poſteà reſpondet huic concluſioni diſtinguẽs. quòd infirmitas carnis, eſt duplex. Alia eſt cõcupiſcentia carnis, quæ imputatur, & hæc non dicitur propriè infirmitas carnis: quia accidit animæ ex coniunctione carnis. Alia eſt turbatio elementorum & humorum, quæ dicitur propriè infirmitas carnis, vnde febrís & furor oriuntur: quæ non imputantur. Similiter infirmitas animi duplex eſt. Alia eſt mala qualitas, vt ira & odium, quæ imputantur. Alia eſt obliuio vel ignorantia, quæ non imputantur. cum ſint pœna peccati. Sed poſteà obijcitur de Lamech, quem non excuſauit infirmitas cæcitatis, cum Cain interfecit ſagittando. Et tandem ſoluit, dicens quòd cæcitas & ignorantia ſimiles ſunt. Nã ex vtraque quædam fiunt quæ imputantur, & quædam quæ non imputantur. nam ſi cæcus cognoſcat aliquã, quam putat eſſe ſuam vxorem, non eſt reus adulterij. Si verò cæcus aliquem perimat iactando, reus eſt homicidij: quia officium alienum vſurpat. Sed furioſus cum non ſit compos mentis, in occidendo non peccat, quia deliberare non poteſt. vnde pupillo & furioſo in maleficijs ſubuenitur. Et ad hoc inducit legem illam, ſcilicet, illud. quæ deberet hic legi & c. ſequens, ſcilicet firmiſſimè.

e ¶*Nõ eſt reus.*] vt 34. q. 2. in lectum.

f ¶*Penitus.*] Cũ enim inſiſtit quis operi illicito, tunc non excuſat caſus, ſecus ſi licito: quia tunc excuſat, vt 50. diſt. ſæpe.

FIrmiſſimè.] Casvs. Petrus quæſiuit ab Aug. vtrum quilibet ſit accepturus vitam æternam niſi fuerit baptizatus, & pœnitentiam egerit: & reſpondet quòd non, niſi fuerit baptizatus ſanguine ſuo, vel in aqua, vel niſi habuerit cordis cõtritionem: & docet ꝙ baptiſmus & pœnitentia adultis ſit neceſſaria, paruulis verò baptiſmus ſolummodo ſufficit, quandiu ratione vti non poſſunt.

g ¶*Pro nomine Chriſti.*] dum tamen adſit charitas. aliter non ſufficit alicui ad ſalutem pati martyrium, vt 90. diſtinctione, neque. [illegible]

h ¶*Per baptiſmum.*] Deberet addere tertium membrum, ſcilicet baptiſmum contritionis. "Eſt enim triplex baptiſmus, fluminis, flaminis, & ſanguinis, id eſt, aquæ, & ſanguinis, & contritionis, vt de conſecr. diſt. 4. c. baptiſmi vicem.

"Baptiſmus triplex.

EX EO AVTEM. Casvs. Concludit Gratianus ex fine ſuperioris capitu. ſcilicet quòd nec adulto nec paruulo poſt baptiſmum peccatum imputatur, niſi vtatur ratione: ſicut nec brutis animalibus aliquid imputatur. Et ad hoc probandum inducit auctoritatem Auguſtini. reperitur tamen in ſcriptura animalia eſſe interfecta non ratione delicti, ſed quia facti memoriam refricant, vt infra ſequen. cap.

a ¶*De bobus.*]ſcilicet quoad vitam æternam: ſed quo ad vitam temporalem bene, iuxta illud: Homines & iumenta ſaluabis Domine, ſcilicet pro ſalute temporali prouidendo eis neceſſaria: iuxta illud, Omnia expectant ad te Domine, vt des illis eſcam in tẽpore opportuno. 1. Cor.9.

M*Vlier.*]CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima ponitur auctoritas Leuitici, in qua dicitur, quòd mulier q̃ acceſſerit ad aliquod pecus, debet interfici, & pecus ſimiliter. In ſecũda parte ponuntur verba Aug. exponentis illam auctoritatem: & dicit ꝙ animalia iubentur interfici, non quia peccauerunt, ſed quia refricant memoriam facti. Secunda pars incipit ibi, *Quæritur quomodo.*

b ¶*Ad omne.*]id eſt, ad aliquod ex omnibus. ſimile eſt 1. q. 7. ſi quis omnem.

c ¶*Memoriam.*]Simile eſt 81. diſt. valet. Alibi tamen reſeruantur thuribula laminarũ, & publicè exponuntur, vt 7. q. 1. denique. & de cõſecr. diſt. 2. & dixit. ſed iſtud ad terrorẽ fit, &c.

1 Iuo p.9.c. 108. Leuit. 20.

DE FVRIOSIS. Hęc eſt ſecunda pars q. in qua intendit probare quòd ignorantes ex toto, furioſi & ebrij nõ peccant in illo actu, ſed peccãt ſe inebriando: & hoc probat per 9. auctoritates. Io. de Fant.

CASVS. Quia facta eſt ſuperius mentio de furioſis: ideo nunc euidẽter oſtendit Grat. quòd ea q̃ fiunt tempore furoris, non imputantur: & ad hoc inducit ſeq. cap.

A*Liquos ſcimus.*] CASVS. Quidam furioſi quoſdam interfecerunt. Quæſitũ fuit ab Auguſt. vtrũ eis imputetur? Et reſpondetur quòd non: quia nõ ex voluntate fecerũt, ſed impellente furore, & neſcientes fecerunt.

2 Iuo p.13. c.92.

†al. iudicib.

d ¶*Et iudicijs.*]id eſt, iudicibus.

e ¶*Reos.*]id eſt, condemnatos.

f ¶*Vi.*]id eſt, furore.

g ¶*Qui neſcit.*]hic manifeſte vides, quòd ea quæ à furioſis fiũt, nõ imputantur, a vt j. ca. prox. & 3. q. 9. indicas. licet quidam dicãt, ꝙ

a An furioſus vel ꝓdigus alienare poſſit añ interdictionẽ, vel poſt, ſibi factam, no. ff. de cu. fu. l. 1. & fa. ff. de teſt. is cui.

3 Lib.1.c.8.

Ex eo autem quod in fine huius auctoritatis dicitur [*Quandiu, ſcilicet, rationis eorum ætas capax eſſe non poteſt*]*euidenter datur intelligi, nulli poſt baptiſmum peccata imputari, ſiue ſit adultus, ſiue impubes, niſi rationis ſit capax. Vnde etiã de brutis animalibus eadem ratio ab Auguſtino in eodem lib. cap. 3. redditur, quare ſua facta eis non imputentur.* [*Animalia igitur, inquit, præſentis ſeculi curſum, atque ornatum ſecundum creatoris incomprehenſibilem peragunt voluntatem: quæ de ſuis factis nullam rationem reddituræ ſunt, quia rationabilia nõ ſunt. Nunquid enim de bobus* a *cura eſt Deo? Homines verò, quia rationales facti ſunt, & de ſe, & de omnibus rebus, quas in vſum vitæ præſentis acceperunt, rationem reddituri ſunt Deo: & pro ſuorum actuum qualitate recipient aut pęnam, aut gloriam.*] *Sacræ tamen legis auctoritate animalia iubentur interfici, non propter conſcientiam peccati, ſed quia refricant memoriam facti.*

Vnde Auguſtinus ſuper Leuiticum ad c. 20. q. 74.

¶ Non propter culpam, ſed propter memoriam facti pecus occiditur, ad quod mulier acceſſerit.

CAP. IIII.

1 MVlier, quæ acceſſerit ad omne b pecus aſcendi ab eo, interficietis mulierem, & pecus: morte moriantur: rei ſunt.] ¶Quæritur, quomodo ſit reum pecus, cum ſit irrationale, nec vllo modo legis capax. *& infrà.* ¶ Pecora inde credendum eſt iuſſa interfici: quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriam. c

2 *De furioſis autem euidentiſſimè ſcribit Auguſtinus in libro quæſtionum veteris, & noui teſtamenti, q. 2. in fine ita dicens.*

¶Culpa non neceſſitate, ſed voluntate reum conſtringit.

CAP. V.

2 ALiquos ſcimus ſubitò dementes factos iuſte, ferro, lapidibus, morſibus, multis nocuiſſe: quoſdam etiam occidiſſe: captos autem induſtria, & iudicijs† d oblatos, minimè reos e factos: eo quod non voluntate, ſed impellente vi f neſcio qua hæc geſſerint neſcientes. Quomodo enim reus conſtitueretur, qui neſcit g quid faciat?

Item Ambroſius in Hexameron in tractatu primi diei. 3

¶Reus voluntate, non neceſſitate conſtringitur.

CAP. V.

ILla cauenda ſunt, quæ ex noſtra voluntate prodeunt, delicta iuuentutis, & irrationabiles paſſiones corporis. Quorum igitur nos ſumus domini h, horum i principia k extrinſecus l non requiramus, nec deriuemus in alios: ſed agnoſcamus m ea, quæ propriè noſtra ſunt. Quod enim poſſumus non facere, ſi volumus, huius electionem mali nobis potius debemus, quàm alijs adſcribere. Ideo etiam in iudicijs iſtis voluntarios n reos, nõ ex neceſſitate compulſos culpa ſtringit, † pœna condemnat. Neque enim ſi per furorem aliquis innocentem peremerit, obnoxiꝰ morti eſt: quin etiam ipſius diuinæ legis o oraculo, ſi quis per imprudentiã intulerit necem, accipit impunitatis ſpem, refugij facultatem, vt poſſit euadere. Hoc igitur p de eo, quod propriè malum videtur, dictũ ſit. Mala enim non ſunt, niſi quæ crimine mentem implicant, & conſcientiam ligant. Cæterùm pauperiem, ignobilitatẽ, ęgritudinem, mortem nemo ſapiens mala dixerit, nec in malorum ſorte numerauerit: quia nec A contraria iſtis in bonis habentur maximis: quorum alia nobis ex natura, alia ex commoditate accidere videntur.

A ¶Nec contraria iſtis.]*Emendatum eſt ex originali. Nam antea legebatur:* quia neceſſaria iſta in bonis, &c. *In multis tamen antiquis finis huius capituli eſt in verbo,* numerauerit.

Idem in libro de Patriarchis, c. 6. lib. de Abraham.

¶Veniam habent, quæ ignorantes ebrij committunt.

CAP. VII.

SAnè dicimus vitandã ebrietatem, per quam crimina cauere non poſſumus. Nã quæ ſobrij cauemus, per ebrietatẽ ignorantes committimus. *& paulò poſt.* ¶Neſciunt quid loquantur, qui nimio vino indulgent, iacent ſepulti: ideoq́ue, ſi qua per vinum deliquerint, apud ſapientes iudices venia q quidẽ facta donantur, ſed leuitatis damnantur † r auctores.

ſi culpa ſua quis incidat in furorem, imputatur ei. j. c. ſi quis inſaniens.

I*Lla cauenda ſunt.*] CASVS. Quæſitũ fuit ab Ambroſ. quę ſunt illa quę imputantur alicui, & quę non? Et reſpondet ꝙ peccata quę procedunt ex voluntate, imputantur: & etiam quæ procedunt ex imperitia. In his tamen locus erat refugij in veteri teſtamẽto: quod probat auctoritate legis Moſaicæ: ſed ęgritudo, paupertas, mors, & ignobilitas, cum nõ ſint mala, non imputantur. Deut.4. & 19.

h ¶*Domini.*]id eſt, auctores.

i ¶*Horum.*]id eſt, vitiorum. †al. conſtringit.

k ¶*Principia.*]id eſt, cauſas.

l ¶*Extrinſecus.*]id eſt, alijs non imputemus.

m ¶*Agnoſcamus.*]id eſt, nobis attribuamus eadem.

n ¶*Voluntarios.*]quia vaſis irę, &c. vt 23. qu. 4. Nabuchodonoſor.

o ¶ *Legis.*]Moſaicæ. Tãgit quod legitur in Exodo & Deuteronomio, "quòd tres erant ciuitates refugij vltra Iordanẽ, b & res citra: c quarũ talis erat vſus, ꝙ ſi qs hominẽ nolens occidiſſet, & fugiebat ad vnã illarũ: ibi de conſanguineis occiſi erat tutus. ſed ſi antequàm illuc perueniſſet inuẽtus fuiſſet, ille q̃ poterat eſſe vltor ſanguinis effuſi, impunè occidebat eũ. ſed poſtq̃ illuc venerat, ſi ꝓpinqui occiſi volebant eũ cõuincere, ꝙ ſponte occidiſſet eũ, & hoc ꝓbabant corã ciuib. vrbis illius: tradebãt illis ad occidẽdũ. erat aũt ibi fugitiuꝰ vſq; ad reconciliationẽ cũ ꝓpinquis occiſi, vel vſq; ad mortẽ ſummi Pontificis, in qua omnes fugitiui ſecurè redibant ad propria.

" Ciuitates refugij erãt tres.

b Noĩa iſtarũ ciuitatũ ſunt illa, Boſor, Ramoth Golam.

c ſc. Cades, Sichem, Ebron.

p ¶*Hoc igitur.*]i. primò dictum.

S*Anè.*]CASVS. Oſtendit Ambro. in hoc c. ebrietatem eſſe vitãdã, pꝙ ſi qua mala faciunt ebrij, apud ſapiẽtes impunita relinquunt, & donant venia: & de hoc damnantur, quia faciles fuerunt ad bibendũ vltra modum.

q ¶ *Venia.*]i. minori pœna, quàm ſi ex certa ſcientia feciſſent. d

d Ad hoc ff. de re mil. oẽ delictum. §. qui ſe.

r ¶ *Damnantur.*] Et etiam

† notantur] Orig.

etiam redarguũt eos, qui ſunt nimis faciles ad inebriandũ ſe. Alij intelligunt ꝙ non punitur de eo quod ebrius fecit: ſed tãtum pro eo quòd leuis erat ad inebriandum ſe.

SI concupiſcentia.]CASVS. Oſtendit hic Augu. ꝙ ſi homo vigilans extra mentẽ poſitus aliquid per concupiſcentiam, vel inobediẽtiam faciat, non cõmittit mortale peccatum: & hoc ad inſtar dormitentis, in quo concupiſcentia ſine culpa ſua lege mouetur.

1 Et l.2. contra Iulianũ, in fi.

a ¶Si concupiſcentia.] id eſt, fomes originalis peccati.

b ¶Vel inobedientia.] id eſt, originale peccatum: quod ex inobedientia proceſſit.

c ¶Habitat.]Nõ enim tollitur penitus originale in baptiſmo † quo ad ſui eſſentiã: ſed eius effectum mitigat baptiſmus, ne per illud damnemur, vt j. de conſec. diſt.4.c.2.

† imo tollit totum illud qđ veram & propriã pec cati rõnem hẽt cõci. Triden. ſeſſ. 5. in ɣl. anathematiſmo.

d ¶Dormientis.] De hoc dictũ eſt, an dormiens peccet. s̃. diſt. 6. teſtametũ. Io. de Fant.

2 Adde ꝙ hæc dictio, abſque ponitur hic excluſiuè. concor. l. minimè. & ibi gl. C. de ap.

INebriauerunt.]CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Geneſ. *Inebriauerunt*, &c. In ſecũda parte verba Auguſt. exponentis verba illa. Dicit enim ꝙ propter inceſtũ Loth puniri non debet: ſed quia nimis fuit facilis ad inebriandum. Secunda pars eſt ibi, *Qua propter*. Ita videtur caſus ponendus ad hoc vt faciat ad propoſitum Grat. gl. tamen diuerſimodè verba illa exponunt.

3 Iuo p.9.c. 116.

Geneſ.19.

e ¶Culpandus eſt.]videtur ergo ꝙ peccat qui neſciens in ebritate aliquid facit, vt hic, & 35. diſt. ſexto die. Sed dic quòd hic non erat Loth neſciens. natura enim non patitur, ꝙ aliquis neſciens coeat ſed dicitur neſciens, quia neſciebat eẽ filias ſuas. credebat enim eſſe vxorem ſuam.

f ¶Quantum.]Tripliciter exponit hoc. Quidam ſic exponunt, ꝙ punitur pro inceſtu, & pro ebrietate. vel aliter: non punitur quantum inceſtus meretur, ſcilicet ſi eſſet commiſſus ex deliberatione. Alij dicunt quòd nullo modo punitur pro inceſtu: ſed tãtũ pro ebrietate: "quæ ebrietas tantùm eſt veniale peccatum, vt 25. diſt. §. criminis. Laur.

"quod in alios deriuemus] Orig.

" Loth etiã ebrius peccauit.

Item Auguſtinus lib. 1. de ciuitate Dei, c.25.[1]

¶Inobedientia, vel concupiſcentia non habet culpam in corpore non conſentientis.

CAP. VIII.

SI cõcupiſcentia[a] A, vel inobedientia[b], quæ adhuc in membris moribundis habitat[c], præter noſtræ voluntatis legem, quaſi lege ſua mouetur, quantò magis abſque culpa eſt in corpore non conſentientis, ſi abſque 2 culpa eſt in corpore dormientis[d]?

A ¶Concupiſcentia vel.] *In originali legitur.* Quòd ſi illa concupiſcẽtialis inobedientia.

Idem libro 22. contra F[illegible]*ſtum, c.44.*

¶Loth non de inceſtu, ſed de ebrietate culpatur.

CAP. IX.

3 INebriauerunt Loth filiæ eius, & ſe neſcienti miſcuerunt. ¶Quapropter culpãdus eſt[e] quidem: non tamen, quantum[f] ille inceſtus, ſed quantum illa meretur ebrietas.

Item Ambroſius lib. 1. de Iacob, & vita beata, c.3.

¶Nemo trahitur ad culpam, niſi ductus propria voluntate.

CAP. X.

NOn eſt, quòd cuiquam noſtram adſcribamus ærumnã A[g], niſi noſtræ voluntati. Nemõ tenetur ad culpã, niſi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen, quæ inferuntur reluctantibus.[h] Voluntaria tantùm commiſſa ſequitur delictorum inuidia[i], quam † in alios deriuamus.[k] Voluntarium ſibi militem legit Chriſtus: voluntarium ſeruum ſibi diabolus auctionatur[l] B. Neminem iugo ſeruitutis adſtrictum poſſidet, niſi ſe prius peccatorum ære[m] ei vendiderit.

A ¶Ærumnam.] *Apud B. Ambroſium legitur,* culpam, *ſed ob gloßam non eſt mutatum.*

B ¶Auctionatur.] *In vulgatis codicibus ſequebatur,* & acquirit iuri ſuo: *quæ ſunt expuncta, quoniam abſunt à manuſcriptis, & originali.*

Idem in lib 2. de Cain & Abel, cap.4.

¶Miniſter Dei eſt, qui inuitus homicidium facit.

CAP. XI.

NEc is, qui inuitus[n] aliquod fecerit homicidiũ, extra miniſterium eſt. Si quidem lex ait de eo § Quia Deus dedit eum in manus eius.[o] § Manus ergo eius, inſtrumenti modo, diuinæ vltioni miniſterium præbuerunt. Leuites[p] igitur miniſter remiſſionis[q] eſt. Percuſſor autem, qui tamen † non ex diſpoſitione, ſed præter voluntatem fecerit homicidium, diuinæ miniſter eſt vltionis. ¶Illud quoque ſpecta: quia cum interficitur impius, Chriſtus[r] infunditur[ſ]: & vbi abominatio[t] aboletur, ſanctificatio conſecratur[u] A, quia Dominus dixit [In ea die, qua interfecero omne primogenitum[x] Ægypti, ſanctificabo mihi omne primogenitũ Iſraël.§ Quod non ad vnum[y] diem afflictionis Ægypti referes, ſed ad omne tempus. B

A ¶Conſecratur.] *Apud B. Ambroſium legitur,* congregatur.

B ¶Omne tempus.] *Poſt hæc in originali ſequitur, ca. cum renuntiatur. inf. 32. q. 1.*

Cum itaque, qui inuitus hominem interfecerit, miniſter Dei ſit, cum innocentem furore perimens morti nequaquam obnoxius ſit, cum ſubitò dementes, eorum, quæ faciunt, reatum minimè geſtent, patet hunc ſacerdotem homicidij reum non eſſe: vnde nec ſacerdotio priuari debet.

Obijcitur autem illud, quod eſt in pœnitentiali Theodori.[4]

¶In ſe reuerſus pœnitentiam agat, qui inſaniens aliquem occidit.

NOn eſt.]CASVS. Quidam peccata quę committebat, in alios deriuabant: ſed probat Ambroſ. quòd crimina ex ꝓpria voluntate committuntur, per quæ quis ſe diabolo ſubijcit: ſicut quis ex propria voluntate miles Chriſti efficitur.

g ¶Aerumnam.]i. pœnam vel culpam.

h ¶Reluctantibus.]i. ex toto diſſentientibus, ſcilicet cum eſt abſoluta coactio. 50. diſt. presbyteros.

i ¶Inuidia.]id eſt, pœna.

k ¶In alios deriuamus.]id eſt, alijs exẽplum damus.

l ¶Auctionatur.]id eſt, emit. Vel auctionatur, id eſt, ꝑ auctionẽ petit.

m ¶Peccatorum ære.] id eſt, peccatis delectantibus. nam ipſum peccatum dat nobis diabolus pro pretio, vt nos demus ei ius ad occidẽdum nos.

NEc is.]CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd ſi quis caſu interfecerit aliquẽ, miniſter Dei eſt: quod probat auctoritate Deutero. ſicut leuita miniſter eſt remiſſionis. In ſecunda parte dicitur, quòd cum interficitur aliqs impius, Chriſtus diffunditur ꝑ orbem. Et hoc probat auctoritate Domini dicentis in Exodo: In ea die, &c. Scđa pars incipit ibi, *Illud quoque. In manus eius*, id eſt, occidentis caſu.

Exod. 21. Deut.19.

† al. abeſt hæc dictio tamen.

n ¶Inuitus.]Hoc vult dicere, qnòd cum aliquis caſualiter occidit hominem, nõ peccat, vt 23. quæſt. 5. ſi homicidium.

Num.3.

o ¶Eius.]ſcilicet occidentis.

p ¶Leuites.]id eſt, ſacerdos.

q ¶Remiſſionis.]peccatorum.

r ¶Chriſtus.]i. gratia Chriſti.

ſ ¶Infunditur.]alijs. alij enim per hoc emendantur.

t ¶Vbi abominatio[. i. pſona abominabilis.

u ¶Conſecratur.]in alijs.

x ¶Primogenitum.] totum hoc myſticè põt legi: & ſic appellantur primogenita Aegypti, vitia quæ quotidie facim⁹. primogenita Iſrael, virtutes.

y ¶Non ad vnum.]Ecce qualiter indiffinita exponitur vniuerſaliter. ſic 1. q.3. Saluator. circa fi. 28. q.1. idololatria.

4 in concil. Vvormac. c.28.

CVM ITAQVE. CASVS. Concludit Gra. ex ſupradictis, quòd ſacerdos iſte non eſt reus homicidij: & ideo ſacerdotio priuari nõ debet. ſed cõtra hoc ſtatim obijcit ſeq. c. cuius caſus patet.

Si quis

a SI quis.] ¶ *Pęnitentia.*] Iſtis imponitur pœnitentia: & tamen non deliquerunt. ſed hoc fit ad cautelam, vt 50. diſt. presbyteros. & 34. q. 2. in lectum. & ne diſciplina eccleſię deſeratur, vt 23. q. 5. excommunicatorum. Io. de Fant.

CAP. XII.

j [1] SI quis inſaniens aliquem occiderit, ſi ad ſanam mẽtem peruenerit, leuior ei pœnitentia [a] imponenda eſt.

1 Bur. l. 6. c. 25. Iuo p. 10. c. 154.

¶ *In concilio Vuormaciẽſi, & apud Burchardum, & Iuonem hæc ſequũtur*, quàm ei, qui ſana mente tale quid commiſerit.

Sed hoc fortè de eo intelligitur, quem propria [b] *culpa ad furorem perduxit.* ¶ *Item obijcitur. Sũt quædam, quę etſi non imputentur ad pęnam, tamen impediunt ſacramenti ſignaculum. Ambitio namque parentum filio non imputatur ad pęnam: cui tamen obeſt* [c] *ad eccleſiæ munus accipiendum. Sic quæ mente alienata fiunt, etſi non imputentur ad pœnam, tamen ſacri muneris executionem impediunt.*

Vnde Hieronymus ait. [2]

2 Auctor operis impf. in Matth. hom. 28.

¶ Innocens eſt, qui non iratus, ſed propter diſciplinam caſu aliquem interfecerit.

CAP. XIII.

ij SI quis non iratus, ſed propter diſciplinam [d], palmam† alicui dederit, & euentu occiderit, ſicut fieri ſolet, quantum ad gratiam innocens eſt: quia voluntatem, non opus requirit. Quantum autem ad legem [e], reus eſt: quia opera requirit. ¶ 3 Item ſi in perſecutione virgo fuerit oppreſſa, repellitur legę [f]: quia opus inſpicit, non voluntatem. [g] In gratia autem quaſi virgo ſuſcipitur: quia non opera quærit, ſed voluntatem.

† al. ſed pp diſciplinam aliquẽ verberauerit, vel

3 32. q. 5. de pudicitia.

SED HOC. CASVS. Modò ſoluit ſupradictum ca. G. & dicit quòd poteſt de eo intelligi, qui ſua culpa incidit in furorem. Poſteà obijcit cõtra hoc, & dicit ꝙ quædã ſunt, quæ non deijciũt promotum, nec imputantur ad pœnam, ſed impediũt executionẽ. Vnde ſicut parentum ambitio impedit promouendum, etſi ad pęnam filio non imputetur: ita ea quæ fiunt mente alienata, non imputantur ad pœnam, etſi executionem impediant. & ad hoc inducit ſequẽs capitulum.

b ¶ *Propria.*] hęc opinio non eſt approbanda: quia ſatis ipſo furore punitur, vt 3. q. 9. indicas. ff. de of. pręſid. l. diuus.

c ¶ *Obeſt.*] vt 1. q. 5. c. 1. Io. de Fant.

SI quis.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ ſi quis corrigendo diſcipulum ſuum caſu eum occiderit: nõ imputatur ei quoad Deum, qui voluntatem reſpicit, & nõ factum: ſed quantum ad legem promotionis eſt reus: in qua opus requirritur, & voluntas. & hoc probat Hiero. exemplo virginis oppreſſæ, quæ & ſi non peccauerit, inter virgines tamen conſecrari non poteſt.

d ¶ *Propter diſciplinam.*] leuis autem caſtigatio permittitur magiſtro, vt ff. ad leg. Aq. ſed & ſi. §. vlt.

e ¶ *Quantum autem ad legem.*] Moſaciam, quæ pmittebat quòd ſi qs caſu occidiſſet hominem, dummodo nõ inueniretur intra ciuitates refugij, poterant parentes occiſi interficere occiſorem ſecundum quoſdam: ſimiliter ſecundũ leges canonum impeditur à promotione [a] ſecundum quoſdã: quod non concedo, vt dixi 50. diſt. de his. Vel intellige quod hic dicit, quando exceſſit modum in corrigendo.

a Quia talis decętero ñ poterit promoueri, nõ qa peccauerit, ſed pp horrorẽ facti, & pp eccleſiaſticam diſciplinam ſeruãdã. ſed H. credit ꝙ iſte nõ dẽat repelli à pmotiõe. ſed quidqd hic dicatur, dic ꝙ bene per eum diſtinguitur. 50. di. §. caſu. A.

f ¶ *Lege.*] canonica: quia non poteſt inter virgines conſecrari, vt 33. quæſt. 5. ille.

g ¶ *Voluntatem.*] ſic 14. quæſt. 5. ſi quid inueniſti. j. ea. quæſt. 6. cap. 1. in fine.

SICVT. CASVS. Infert G. ex ſupradicto c. dicens, quòd iſte ſacerdos innocens eſt quo ad Deum: ſed quantum ad executionem officij reus habetur.

h ¶ *Ad gratiam.*] ſcilicet Dei.

HIS ITA. CASVS. Modò ponit G. veram ſolutionem, dicens quòd multa impediunt promouendum, quę non deijciant iam promotum. Vnde ſacerdos iſte & ſi promoueri nõ poſſit, non carebit ſacerdotio iam ſuſcepto: niſi fortè nunquam ad ſanam mentem rediret. & ad hoc inducit c. s̃. 7. q. 1. quamuis ſit triſte.

i ¶ *Deijciunt.*] vt 68. diſt. ſicut. 89. diſ. petrus. & turpius eijcitur, & c. 50. diſt. quicunque. 2. & ext. de iureiur. quemadmodũ.

k ¶ *Quamuis.*] ſcilicet. s̃. 7. q. 1. quamuis.

PRo impenſis.] CASVS. Hic intitulatur ſecunda quæſtio, vbi quæritur an clerici pro impenſis patrocinijs ſalaria petere poſſint? Et reſpondet, clerici aut ſunt religioſi, aut ſunt ſeculares. Religioſi exigere non poſſunt, vt j. ead. §. vlti. quia poſtulare non poſſunt niſi in cauſa monaſterij ſui, & de Abbatis licentia, vt 16. quæſtio. 1. monachi. Si verò ſunt ſeculares, coram ſeculari iudice poſtulare non poſſunt, ſi ſunt in ſacris ordinibus conſtituti: vel in minoribus, ſi habeant beneficium vnde viuant: niſi in propria cauſa, vel eccleſiæ ſuæ, vel miſerabilium perſonarum, vt dicebatur in concilio Lateranẽ. de poſtulando. Clerici in criminali cã coram ſeculari iudice non poſſunt aduocare, vt 51. diſtinct. aliquantos. ſed coram eccleſiaſtico aduocabunt: epiſcopi tamen & ſacerdotes aduocare non poſſunt. vt quinta, quæſtione tertia, quia epiſcopus.

¶ *Verba huius capitis vſque ad ver.* Item ſi in perſecutione, *leguntur in homil. 28. operis imperfecti, ad cap. 11. Matth. Reliqua autem, & ferè eadem ibi leguntur, & ſimillima in commen. B. Hieronymi in idem 11. cap. Matth. Ipſa autem prorſus B. Hieronymi verba referuntur infra 32. q. 5. cap. de pudicitia. ver. finge.*

Sicut ergo, qui propter diſciplinam caſu homicidium facit, quantum ad legem reus eſt, quantum ad gratiam [h] *innocens: ſic iſte ſacerdos, qui furore homicidium fecit, quantum ad culpam innocens eſt, quantum ad ſuſcepti muneris executionem reus probatur.* ¶ *His ita reſpondetur. Non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deijciunt.* [i]. ¶ *Non enim poteſt ad ſacerdotium prouehi, qui aliquando inſaniuit.* [4] *Veruntamen ſi poſt ſacerdotium furere cœperit, non ideo ſacerdotio carebit: niſi fortè nũquam ad ſanæ mẽtis officium illum redire contingat.* ¶ *Sicut de quodam epiſcopo Gregorius ſcribit in regeſto ad Eleutherium Epiſcopum.*] [5] *Quamuis* [k] *triſte ſit nobis, &c.*] *vt ſupra in cauſa* [*Longa inualetudine grauatus.*]

4 Adde idẽ eſſe ĩ matrimonio, vt no. ĩ l. furor. & ibi cõcor. ff. de ſpon.

5 7. q. j. q̃uis

QVAESTIO II.

PRo impenſis [l] verò patrocinijs in Tarraconenſi concilio clerici exigere munera prohibẽtur: in quo ſic ſtatutum legitur capitu. 10.

¶ Pro patrocinijs impenſis clericus munera exigere non debet.

CAP. I.

OBſeruandum quoque decreuimus, ne quis ſacerdotum, vel clericorũ, more ſe-

l ¶ *Pro impenſis.*] hic quæritur an clericis liceat recipere munera pro aduocationibus. " primò ergo ſcias, quòd clericus in cauſa criminali coram ſeculari iudice non poteſt allegare, vt quinquageſimaprima diſtinctione, aliquantos. & vigeſima tertia, quæſtione octaua, his à quibus. niſi ad hoc vt ſupplicet pro eis, vt decimaquarta, quæſt. 6. ſi res. & 23. quæſt. 5. cap. 1. & 2. & cap. reos. Item in ciuili cauſa coram ſeculari iudice nõ aduocabit niſi pro ſe & eccleſia ſua, & pro miſerabilibus perſonis: & hoc ſiue ſint in ſacris, ſiue in minoribus ordinibus conſtituti: dummodo beneficijs eccleſiaſticis ſuſtententur; & ſi non habẽt beneficium: tunc ſi ſunt in minoribus ordinibus, poſſunt, vt extra de poſtul. clerici. epiſcopi autem & ſacerdotes non debent indifferenter aduocare: ne vileſcant dignitates ipſorum, vt 88. diſtinct. perlatum. & 14. quæſt. 5. denique. ſed coram eccleſiaſtico iudice licitè poſſunt omnes aduocare: ſed non poſſunt petere ſalarium, ſi ſunt in ſacris ordinibus, vt infra ead. ca. 1. Derogatum tamen eſt huic canoni per contrariam conſuetudinem. nemo enim cogitur facere de ſuo beneficium, vt decima, quæſtione ſecunda. precariæ. Item dignum eſt eum recipere emolumentum, qui præſtat obſequium, vt 12. quæſt. 2. charitatem. Item imo cogitur ſuis ſtipendijs militare, vt extra de ſimo. cum ſit. in parte deciſa. imo eſt expreſſum extra de præſcript. cum ex officij. Religioſi verò & monachi, vel regulares non niſi pro ſua eccleſia debent aduocare & abbate ſuo præcipiente. 16. q. 1. monachi. Ioan. quod dicit de ſacerdote, hodie corrigitur. vt extra de poſtul. c. vltim. B.

" Clerici an poſſint aduocare.

OBſeruandum.] CASVS. Quęſitum fuit in Tarraconenſi cõcilio, vtrum clerici more ſecularium aduocatorum pro patrocinijs munerà exigere poſſent? Et reſpondet quòd nõ: ſed ſponte oblata poſſunt recipere: & ſi quis contrafecerit, tanquàm vſurarius deponatur.

a ¶ *Iudi-*

a ¶*Iudicum.*] id eſt, aduocatorum. Vel dic iſtum eſſe tenorem cap. quòd licet pro ſeculari honore aliquid dari, vt ff. de pol. pactum. & l. ſi quis ob honorem. non tamen pro eccleſiaſtico aliquid poteſt peti. Item not. quòd licet pro ſeculari honore aliquid poſſit promitti, non tamen pro ſeculari adminiſtratione, vt 1. q. 7. ſancimus.[a] Ioan.

a vide quod not. ſ. 1. q. 2. §. 1. in gl. 2.

HOC. CASVS. Dicit Gratianus ꝙ hoc capit. de regularibus loquitur. ſeculares verò clerici de conſuetudine eccleſiæ pro impenſis patrocinijs munera exigere poſſunt.

† al. exigere

1 Adde ꝙ doctor ſacerdos pt dare cõſiliũ in camera, nec dicitur aduocatus. nota. Bar. in l. 1. §. aduocat°. ff. de vari. & extraor. co. & l. 1. §. poſtulare. ff. ď poſtul.

cularium iudicum [a], pro impẽſis patrocinijs munera audeat accipere †, niſi[1] fortè in eccleſijs gratuitò oblata: quæ non fauore muneris, videatur accepta, ſed collatione deuotionis illata. Quòd ſi quis iſta† probatur, accipere, veluti exactor fœneris, aut vſurarum poſſeſſor, ſecundum ſtatuta patrum ſe nouerit degradandum.

Hoc autem de illis intelligendum eſt, qui canonicam vitam profeſſi regulariter ſe victuros propoſuerunt. Generali namque eccleſiæ conſuetudine receptum eſt, & moribus approbatum, vt clerici more aduocatorum patrocinia impendant, & pro impendẽdis munera exigant, & pro impenſis ſuſcipiant.

TErtiò.] CASVS. Hic ponit tertia quæſtio, in qua quæritur, vtrum ex mulieris confeſſione presbyter iſte ſit condemnandus: & certum eſt quòd non, vt infrà eadem, nemini. Primò tamen probat, quòd mulier ſacerdotem accuſare nõ valet duabus rationibus. Prima eſt, quia ſec undum canones nullus poteſt ſacerdotem accuſare, nec in eum teſtificari, qui non eſt ſacerdos: nec poteſt ad ſacerdotium promoueri: ſed mulier ad ſacerdotium promoueri nõ poteſt, nec etiam ad diaconatũ, & ita mulier accuſare non poteſt: ad quod inducit capitu. ſecunda, quæſtione ſeptima, ipſi Apoſtoli. Secunda ratio eſt, quia mulier ſecundum leges apud iudices poſtulare non poteſt, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur. Quare cum iſta mulier nec ſuam nec ſuorum iniuriam proſequatur: ad accuſandũ admitti non debet. Poſteà probat contrarium. Nam mulier admittitur ad maius, ſcilicet ad iudicandum: & hoc probat exemplo Delboræ propheteſſe: quæ populum Iſrael in veteri teſtamento iudicauit. ergo etiam poteſt ad accuſandum admitti, cũ non prohibeatur per diuinam ſcripturam.

† al. ita

2 2. q. 7. ſicut ſacerdotes.

3 ff. de reg. iur. fęminæ.

4 Concord. tex. in l. 1. §. ſecũdo loco verſ. ſexum. ff. de poſtu.

Iud. 4.

QVAESTIO III.

TErtiò [b] quæritur, an ex mulieris cõfeſſione iſte ſit condẽnãdus. In quo primò videndum eſt, an mulier ſacerdotem accuſare valeat. *Quod ſacris canonibus omnino videtur eſſe prohibitum.* [c] [2] *Generaliter* [d] *enim ſtatutum eſt ex decretis Fabiani Papæ, vt ſacerdotes Domini non accuſent, nec in eos teſtificentur, qui ſui ordinis nõ ſunt, nec eſſe poſſunt. Mulieres autem non ſolùm ad ſacerdotium, ſed nec etiã ad diaconatum prouehi poſſunt. Vnde nec ſacerdotes accuſare, nec in eos teſtificari valent.*[3] *Legibus* [e] *quoque cautum eſt, vt ob verecundiam ſui ſexus mulier apud prætorem pro alio non intercedat*[4]*: niſi fortè ſuas, vel ſuorum iniurias perſequi voluerit. Hæc autem, quæ nec ſuas, nec ſuorum iniurias perſequitur, ad hanc accuſationem admitti non debet.* ¶*Econtra* [f] *qui iudicis perſonam gerere valet, ab accuſatoris officio nõ remouetur. Mulieres* [g] *autem in veteri teſtamento populum iudicaſſe, qui cunque librum Iudicũ* [h] *legerit, ignorare non poteſt. Non itaque ab accuſatione remoueri poſſunt, quas etiã iudicis perſonam frequenter geſſiſſe conſtat: nec vlla ſerie diuinarum ſcripturarum ab accuſatione prohibentur.* ¶*His ita reſpondetur. In veteri lege multa permittebantur, quæ hodie perfectione gratiæ abolita sũt. Cum enim mulieribus permitteretur populum iudicare, hodie pro peccato, quod mulier induxit, ab Apoſtolo eis indicitur* [i] *verecundari, viro ſubditas eſſe, in ſignum ſubiectionis velatum caput habere. Quæ ergo his omnibus viro ſubiecta eſſe oſtenditur, cui pro alio poſtulare non conceditur, ad accuſationem admittenda non videtur. Econtra, quanquam paſſim, & indifferenter ad accuſationem mulier non admittatur, ſunt tamen quædam crimina, quorum accuſationem mulier ſubire non prohibetur.*

Epheſ. 5.

Vnde in libro Codicis nono, tit. 1. l. 12. [5] *Imp. Diocletianus ſcribit dicens.*

5 tit. q accu. non poſ.

CAP. I.

DE crimine, quod publicorum [k] fuerit iudiciorum, mulieri accuſare nõ permittitur, niſi certis ex cauſis, id eſt, ſi ſuam, ſuorumque perſequatur iniuriam ſecundum antiqui† [l] iuris ſtatuta tantùm, de quibus ſpecialiter eis conceſſum eſt, non exacta ſubſcriptione. Vnde aditus præſes prouinciæ in primis examinabit, an tale ſit crimen, cuius accuſationem mulier ſubire nõ prohibetur.

† al. antiquitus ſtatuta

¶*In aliquot vetuſtis exemplaribus ab initio quæſtionis, vſque ad capitu. ſanè. nulla eſt diſtinctio capitulorum.*

Item in libro digeſtorum Paulus lib. 2. de adulterijs, titu. de teſtibus, l. 18. [6]

6 l. ff. 22. ti. 5

CAP. II.

EX eo, quòd prohibet lex Iulia de adulterijs teſtimonium dicere condemnatã mulierem, colligitur [m] etiam

b ¶*Tertio.*] "per mulieris teſtimonium non poteſt clericus conuinci de crimine, tum quia mulier non eſt, nec poteſt eſſe eiuſdem ordinis, vt ſ. 2. q. 7. ipſi Apoſtoli. & ca. teſtes. tum quia ipſa quæ confitetur proprium delictum, non poteſt teſtificari de alterius delicto, vt infrà eadem, nemini. & regulariter confeſſio vnius alteri non præiudicat, vt 2. quæſtio. 5. interrogatum. "admittitur tamen mulier cum agitur de crimine in modum denuntiationis, vel inquiſitionis, vt extr. de teſti. quoniam. vel cum agitur in modum exceptionis, vt extr. de teſti. tam literis.

"Mulier an poſſit teſtificari in crimine cõtra clericum.

" Fœmina an poſſit eſſe iudex.

c ¶*Prohibitum.*]] vt infrà 33. quæſt. 5. mulierem. & extra de verb. ſignifi. forus.

d ¶*Generaliter.*] excipit.

e ¶*Legibus.*] ff. de regulis iuris fœminæ. ſupra 3. quæſtione 7. §. tria.

f ¶*Econtra.*] intendit.

g ¶*Mulieres.*] fœmina de iure non poteſt eſſe iudex, vt 33. quæſtio. 5. mulierem. & 3. quæſtione 7. §. tria. ff. de regu. iuris fœminæ. niſi ei princeps ſcienter deleget cauſam, vt 2. quæſtio. 5. Mennam. & 23. quæſtione quarta, ſi quos. 12. quæſtione 2. cum deuotiſſimam. Vel niſi ex præſcripta conſuetudine hoc habeat, vt extra de arbitr. dilecti. Item nec docere poteſt, vt 23. diſtinctione mulier.

h ¶*Iudicum.*] ibi enim legitur, quòd Delbora propheteſſa poſuit tentorium ſuum in mõte Effraim ſub arbore palmæ, quæ dicebatur palma Delboræ: & ibi iudicabat populum Iſrael.

HIS ITA RESPONDETVR. CASVS. Reſpondet Gratia. obiectioni ſupradictæ, dicens quòd licet in veteri teſtamento populum iudicaſſet, hodie tamen non permittitur, ſed potius propter peccatum quod induxit mulier, debet verecundari, & viro ſubijci: in cuius ſignum iubetur habere caput velatum. Poſteà probat, quòd in quibuſdam caſib. mulier admittitur ad accuſandũ, & probatur per leges ſequentes.

i ¶*Indicitur.*] vt infra 33. quæſtione 5. mulierem.

DE crimine.] CASVS. Quæſitum eſt ab Imperatore vtrũ mulier in publico iudicio quenquam valeat accuſare. Et reſpondetur, quòd non, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, & niſi in criminibus, in quibus eſt ei ſpecialiter conceſſum accuſare ſine inſcriptione: & iõ diſcretus iudex examinabit, vtrum tale ſit crimen, ad cuius accuſationem poſſit admitti.

k ¶*Publicorum.*] ſ. 32. q. 5. publico. quæ ſint publica, habes inſtit. de publ. iudi. in princ. & per totum.

l ¶ *Antiqui iuris.*] hoc vult dicere, quòd in quibus caſibus antiqua iura permittunt, quòd poſſit fieri accuſatio ſine inſcriptione, in illis fæmina non tenetur inſcribere. [b] Qui autem ſunt illi caſus, habes 4. quæſtio. 4. §. aliquando. & 2. quæſtio. 8. in ſumma. Quidam tamen dicunt ex hac lege, quòd fæmina in nullo caſu tenetur inſcribere.

b Aliter ponit H. & dicit ꝙ antiqua ſtatuta fuerũt, quæ fęminas in certis crib⁹ ſine inſcriptione accuſare permiſerunt: illa ſtatuta non hñr in iure nr̃o. forte apud Grecos hñr, fortè cõtinebatur ď crĩe lęſę maie. & de crĩe abigeatus. 4. q. 4. c. nullus. §. aliqñ. ſecundũ H.

EX eo.] CASVS. Lex Iulia de adulterijs prohibet mulierem condemnatam teſtificari: ergo à contrario ſenſu non condemnata ad teſtimonium poteſt admitti.

m ¶*Colligitur.*] argum. quod de vno negatur, de alijs omnibus conceditur. [c] Item argu. quòd poſſumus argumentari per

c Tex. eſt ꝑ hoc in l. cũ lex. ff. ď leg. & l. cũ ptor. cum cõcor. ff. de iudi.

per argumen. à contrarijs, vt hic, & 25. diſtinctio. qualis. & 45. diſtinctio. diſciplina. & 23. q. 4. quęſitum. Et lex dicit, quòd fortiſſimum eſt argumentum à contrario ſenſu, vt de offic. eius cui man. eſt iur. l. 1.

a ¶ *Teſtimonium.*] ſecundum leges mulier in omni cauſa poteſt teſtificari, ſiue ſit ciuilis, ſiue criminalis: niſi tantùm in vltimis voluntatibus. ſecundum canones verò mulier in nullo crimine poteſt teſtificari, niſi in exceptis, ſed in ciuilibus poteſt teſtificari. Nec obſt. 33. quæſtio. 5. mulierem. & extr. de verb. ſign. fortius. vbi dicit, quòd mulier non poteſt eſſe teſtis, ſed intelligas de criminalibus cauſis, & vltimis voluntatibus. Quidam tamen dicunt, quòd mulier ſecundum canones, non poteſt teſtificari niſi in caſibus à iure expreſſis.

† al. teſtimonij.

1 lib. 48. tit. 2. l. 1.

NON EST PERMISSVM. CASVS. Mulier non poteſt quemquam in iudicio publico accuſare: niſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam.

CErtis de cauſis.] CASVS. Dicitur in hac l. quòd conceſſum eſt mulieribus accuſare, ſi ſuam vel ſuorùm iniuriam proſequantur. contra quos non coguntur inuitę dicere teſtimonium. ſimiliter ſi volunt dicere teſtimonium ſuorũ conſanguineorum, vt liberti paterni vel materni eſſe falſum: admittuntur ad accuſandum. pupillus verò vel pupilla mortem patris, vel aui exequi poteſt auctoritate tutoris: ſimiliter de teſtamento patris poteſt experiri.

2 lib. 9. tit. j. l. vxor.

b ¶ *Inuitæ.*] quædam enim perſonæ ſunt contra quas non cogitur aliquis teſtificari, vt 4. quæſtio. 3. item lege Iulia.

c ¶ *Teſtamentaria.*] vt mulier poſſit accuſare teſtamentum falſum, ſi teſtamentum ad ſe vel ad ſuos pertineat.

d ¶ *Paterni.*] quia filij patronorum, & etiam hi qui ex tranſuerſo veniunt vſque ad quintum gradum vocantur ad ſucceſſionem liberti, vt in inſti. de ſucceſ. liber. §. ſi autem ſine liberis.

e ¶ *Pupillis.*] "regulare eſt, quòd minor annis ſine tutore, vel curatore nec agere poteſt, nec conueniri, vt C. de aucto. prę̈ſt. l. clarum. alioquin ſententia lata contra ipſum nulla eſt: ſi tamen lata fuerit pro ipſo, tenet, vt C. de proc. non eo minus. quandoque tamen agit vel cõuenit ſine tutore, vel curatore, vt in caſibus hic poſitis. Item ſi impetrauit veniam ętatis, vt C. de his qui ve. æta. imp. l. 3. Itẽ ſi agatur de libero homine exhibendo, vbi etiam pupillus admittitur, vt ff. de lib. ho. exhi. l. 3. §. pe. item ſi agatur de recuperanda poſſeſſione, vbi etiam impubes ſine tutore auditur, vt C. qui leg. perſo. l. vlt. item minor poteſt agere de thoro ſuo violato, vt ff. de adul. l. ſi maritus. §. lex Iulia. licet autem minor pro ſe non poſſit agere, pro alijs tamen poteſt ſi habet mandatum, vt ff. de mi. cum mandato. & ff. de procu. filiusfamiliàs. in fi. Vtrũ autem in cauſis ſpiritualibus, vt in matrimonio, vel pro eccleſia poſſit minor litigare pro ſe? Dicunt quidam quòd ſic: quia in his cenſetur maior. ſed certè cum ibi maius periculum vertitur, magis eſſet ibi conſulendũ minoribus, vt ff. ad Carbon. l. prima. §. tertio. nam circa maiora maius periculum vertitur, vt quadrageſimaſecunda diſtinctione, quieſcamus. Item video, quòd in matrimonio locum habet in integrum reſtitutio, vt extra de in integr. reſtitu. ex literis. ſimiliter in alijs cauſis ſpiritualibus, ſcilicet in religione aſſumẽda. vigeſima, quęſtione prima, illud. in ordine ſacro. ſeptuageſimaſeptima diſtinctione. capitulo primo & ſecundo. Item cum filius agit contra patrem ſecundum canones. ſecunda, quæſtione ſeptima, quæritur. In matrimonio certum eſt, quòd minor pro ſe admittitur ad agendum, vt extra de reſtitutione ſpoliato. ex parte. ſed de hoc poſſet dubitari, vtrum ibi locum habeat reſtitutio. ſed de hoc dixi ſuper illa decr. ex parte. ſuprà de reſti. ſpolia.

" Minor agere & conueniri nõ põt, niſi in certis caſibus.

mulieres in iudicio teſtimonium † [a] dicendi ius habere. *Item digeſtis titulo de accuſationibus, & inſcriptionibus. lib. 2.* [1]

¶ Non eſt permiſſum mulieri publico iudicio quenquam reum facere: niſi ſcilicet parentum, liberorumque, & patroni & patronæ, & eorum filij, filiæue, nepotis, neptisúe mortem exequatur.

Papianus l. 2. eod. tit.

CAP. III.

CErtis de cauſis conceſſa eſt mulieribus publica accuſatio: veluti ſi mortem exequantur eorum, earumque, in quos ex lege publicorum iudiciorum teſtimonium inuitæ [b] non dicunt. ¶ Idem & in lege Cornelia teſtamentaria [c] ſenatus ſtatuit: ſed & de teſtamento paterni [d] liberti, vel materni mulieribus publico iudicio dicere permiſſum eſt. ¶ Pupillis [e] ex conſilio tutorum patris mortem: item pupillæ aui ſui mortem exequi conceſſum eſt lege teſtamentaria. [f] Nam & de patris quidem teſtamento pupillis agere diuus Veſpaſianus permiſit. Sed etſi non exhibeantur tabulæ, per interdictum [g] poſſunt experiri. *Codice de ijs, qui accuſare poßunt, vel non, lege, quarta.* 2 Imp. Alexand. Dionyſio.

Vxor tua, ſi conſobrini ſui necem vindicandam exiſtimat adeat præſidem prouinciæ. *In digeſtis ad legem Iuliam Maieſtatis, lege, octaua, papinianus libro ſecundo reſponſorum.* 3 ¶ In quæſtionibus læſæ Maieſtatis etiã mulieres audiuntur. 4 ¶ Et cõiurationem denique Lucij † Catilinæ Fuluia mulier detexit, & M. Tullium conſulem indicio ſuo inſtruxit.

Quæcunque [h] verò perſona ad accuſationem publicorum iudiciorum, vel læſæ Maieſtatis admittitur, eadem accuſationem ſimoniæ ſubire non prohibetur.

Unde in primo libro Codicis Imp. Leo Armaſio præfecto Præt. leg. 29. [5]

¶ Lęſæ Maieſtatis, & publicorum iudiciorum, & ſimoniæ accuſatio æqualiter proponatur.

CAP. IIII.

SAnè † [i] quiſquis hanc ſanctam, & venerandam antiſtitis ſedem pecuniæ interuentu ſubijſſe, aut ſi quis, vt alterum ordinaret, vel eligeret, aliquid accepiſſe detegitur, ad † inſtar [k] publici criminis, & læſæ Maieſtatis accuſatione propoſita, à gradu ſacerdotij retrahatur. Nec ſolùm hoc deinceps honore priuari, ſed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus: vt eos

3 lib. 48. tit. 4. l. in qõnibus.

4 Add̄ cõtra quos p̄t admitti. no. ĩ l. ſi familia. ff. de iur. omn. iudi. & in l. nemo. C. de epi. audi.

| al. Sergij

f ¶ *Teſtamentaria.*] id eſt lege Cornelia de falſis.

g ¶ *Per interdictum.*] ſcilicet per interdictũ de tabulis exhibendis: quo experitur omnis ille cuius intereſt, vt ff. de tab. exhi. locum. [a]

5 ti. 3. de ep. & cleric. l. ſi quenquam.

a Sub. §. condemnatio. ĩ cuius tñ locũ ſuccedit hodie actio ĩ factũ, vt teſtamẽtũ exhibeatur. ff. de auct. p̄ſt. l. 4. ff. đ tab. exhib. locũ. Laur.

IN QVÆSTIONIBVS. CASVS. Dicitur hic quòd in crimine læſæ Maieſtatis mulier poteſt accuſare, quod probat exemplo mulieris Fuluiæ, quæ Catilinam coniurantem Marco Tullio detexit.

QVÆCVNQVE. CASVS. Dictum eſt ſuprà, quòd mulier admittitur in publico crimine, & in crimine læſæ Maieſtatis ad accuſandum. Nunc verò probat, quòd admittitur in crimine ſimonię, cum admittitur in publico crimine, & in crimine læſæ Maieſtatis. Et ad hoc inducit legem ſequentem.

† Cum ſanè ſi quis] Ori.

† al. inſtar

h ¶ *Quæcunque.*] hoc non facit adpropoſitum: ſed hoc ponit vt inducat ſeq. cap.

SAnè quiſquis.] CASVS. Statuit Leo Imperator in hac l. vt ſi quis Romanam ſedem per pecuniam acquiſierit, vel alium per pecuniam ordinauerit, vel elegerit, ad inſtar criminis læſæ Maieſtatis accuſatus & conuictus deponatur, & perpetuò infametur, cum ipſi ſint in crimine pares.

i ¶ *Sanè.*] Hæc lex eſt pars illius C. de epiſcopis & cleric. ſi quenquam.

k ¶ *Ad inſtar.*] "non tamen eſt ibi omnimoda ſimilitudo inter crimen ſimoniacum, & crimen læſæ Maieſtatis: quia pro crimine ſimoniæ imponitur pœna depoſitionis, ſed pro criminæ læſæ Maieſtatis pœna mortis, vt ſexta, quæſtione prima. §. verum. ſed quo ad accuſationem & teſtimonium parificari videntur, vt quicunque admittatur accuſator, vel teſtis in vno, & in reliquo, vt extra de ſimo. licet Hely. in fin. & capit. tanta. ſeptuageſimanona diſtinctione, ſi quis Papa. Item ſimonia † eſt maius crimen quàm hæreſis, vt prima, quæſtione prima. cos. imo eſt maius crimen quàm aliquod aliud crimen, vt prima, quæſtione vltima. patet. ſed in hæreſi quilibet admittitur, ergo multò fortius in ſimonia. argumen. tamen. contra eſt extra de teſtibus. veniens. 1. vbi dicitur, quòd in ſimonia ſocij criminis non admittuntur, ſed in criminæ læſæ Maieſtatis audiuntur, vt ſexta, quæſtio. prima. §. verum. & §. porrò. Sed dic, quòd non admittuntur ſocij criminis cum accuſatus

" Simonia, & crimẽ læſę maieſ. nõ omnino cõueniunt.

† Qũo ſimonia interdũ dicatur grauius crimẽ, viđ ſ. j. q. vl. c. patet. ĩ gl. in ver. reputãtur. Nã ꝓprie loquendo, hæreſis eſt maiꝰ crimen quàm ſimonia.

ſatus eſt bonæ famæ,aliàs quilibet auditur. Vel dic vt dixi ſecunda,quæſtione prima,in primis.in fin. [a] Vel dic quòd admittitur quilibet ad accuſandum in his criminibus, ſed non ad teſtificandum: quia tota vis conſiſtit in teſtimonio, ſed non in accuſatione.

a Et meli' 3. 1.q.2.ſi quis epſ. ibi vid.

a ¶ *Quos.*] non intellige quòd eandem pœnam patiatur conuictus de ſimonia, quã conuictus de læſa Maieſtate. Sed hoc vult dicere, quòd eandem pœnam patiatur tam dans quàm accipiens pecuniam.[b] Vel dic eadem pœna, id eſt, conſimili. nam pœna depoſitionis ſimilis eſt deportationi, ſiue decapitationi, vt quinta,quæſtione ſexta, de latori.

b Ad hoc 3. 1.q.1.quos conſtiterit.

quos[a] facinus par coinquinat, & æquat,vtroſque ſimilis pœna comitetur.

Cum autem ſacris canonibus accuſationes omnino ſubmoueantur, quas leges ſeculi non aſciſcunt, è diuerſo videntur admittendæ, quæ legibus[b] ſeculi non prohibentur. Verum hoc non infertur. Quicunque enim clericorum ſacris canonibus nuptias contrahere prohibentur, & legibus Imperatorum. Non autem conſequenter omnium copulam leges admittunt, quorum coniunctionem ſacri canones non prohibent. Legibus A *enim ſoli cantores, & lectores: canonibus autem etiam acolythi vxores ducere poßunt. Quamuis igitur ſacris canonibus ſubmoueantur accuſationes, quas leges ſeculi non aſciſcunt,non ideo conſequenter recipiũtur, quaſcunque principum leges admittunt.* ¶ *Sed (ſicut circa huius operis initium* [c] [1] *præmiſſum eſt) toties legibus Imperatorum in eccleſiaſticis negotijs vtendum eſt, quoties ſacris canonibus obuiare non inueniũtur.* ¶ *Unde aut ſpecialiter ſacris canonibus mulier ab accuſatione læſæ Maieſtatis, & ſimoniæ oſtendatur prohibita: aut præmiſſis rationibus ad huiuſmodi accuſationem admittenda probetur. Nec quiſquam diſtinguere quærat ad aliorum, non ad ſacerdotum accuſationem in hoc caſu ſimoniæ mulieres eſſe admittendas[2]. Cum enim generaliter[d] legibus hoc eis permißum inueniatur,niſi quis ſpecialiter aliqua lege hoc prohibitum oſtenderit, eius diſtinctio locum non habebit. Verùm, cum contra generales regulas quędam crimina ſpecialiter excepta ſint,in quibus mulieri accuſare permittitur, inter quæ fornicatio non numeratur,patet, quòd huius accuſatio dupliciter infirmatur, & quia fornicationis crimen intendit, & quia dum de ſe confitetur, ſuper alienum crimen ei credi non oportet.* †

Vnde Iulius Papa ſcribit in decretis,c.18.dicens. [3]

A ¶Legibus enim.] *Diſcrepantia hæc legum, & canonum vera non eſt. Sed fortaſſe in hanc opinionem venit Gratianus ex quibuſdam verbis nouellæ vigeſimæſecundæ, quæ in vulgatis authenticis habetur collatione quarta. tit. de nuptijs.* §. ſed & ſi quis inter reuerendiſſimos conſtitutos clericos (vltra lectorem, aut cantorem dicimus) omnino cõtraxerit nuptias, hunc ex noſtra conſtitutione cadere ſacerdotio conſtituimus, atque volumus. *Iulianus autem anteceſſor eadem nouella.22. nu.27.illud*, ſupra lectorem, & cantorẽ, *exponit*, veluti ſubdiaconus, & diaconus. *Hos autem canones etiam nuptijs prohibent. Et Leo in cap.*lex continentiæ.*ſup.diſt.31.ferè iiſdem verbis vſus eſt,quibus Iuſtinianus in hac nouella, & nomine lectorum omnes minores ordines ſignificauit.*

CVM AVTEM. CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit Gratianus ex ſupradictis dicens,quòd canones non recipiunt accuſationes, quas leges ſeculi repellunt: ergo à contrario ſenſu per canones ſunt admittendi, qui per leges non prohibentur. Poſteà reſpondet huic cõcluſioni dicens, quòd nõ bene infertur: quia leges prohibent omnes clericos nuptias cõtrahere, qui per canones prohibentur: non tamen leges admittunt copulam omnium clericorum, qui per canones non prohibentur. Et de hoc ponit exemplum. Et ita quamuis canones non admittunt accuſationes quas admittunt leges, non tamen recipiunt omnes quas leges admittunt. In ſecunda parte dicitur, quòd in negotijs eccleſiaſticis tunc legibus eſt vtendum, cum canonibus non contradicunt. Vnde cũ per leges mulier in crimine læſæ Maieſtatis & ſimoniæ admittitur ad accuſandum, & per canones eſt admittenda: vel oſtendatur canon per quam repellatur. Et ſi quis dicere velit,quòd mulier alios de ſimonia,& non ſacerdotes poſſit accuſari: tunc eius diſtinctio locum non habebit, niſi ſpecialiter hoc aliqua lege inueniatur eſſe prohibitum, cum legibus generaliter ei permiſſum videatur. Poſteà huic quæſtioni reſpondet dicens, quòd ſpecialia ſunt crimina, in quibus mulieri permittitur accuſare: inter quæ cum fornicatio non connumeretur, de qua mulier presbyterum accuſat, patet, quòd propter hoc mulier ſit repellenda, & etiam propter aliud,quia dum de ſe confitetur, contra ſacerdotem ei credi non debet,vt j.ſeq.ca. Secunda pars incipit ibi, *Sed ſicut*, &c.

1 di.10.c.1.

2 Concord. tex.in l.quę quã. cũ glo. C. de epi.& cle.

† l.vlti.in fi. C.de accuſ.

3 & Dionyſ. epiſt.2.

b ¶*Legibus.*] ſ.10.diſt.lege Imperatorum.

c ¶*Initium.*] ſ.diſt.10.c.1.

d ¶*Generaliter.*] Sic ergo argumentatur, cum nuſquam inueniatur prohibitum: ergo non debet prohiberi, vt vigeſima ſeptima, quæſtione ſecunda, lex diuina. ſimi. vigeſimaprima, quæſtione prima. quòd ſi dormierit. & quinquageſima quinta diſtinctione, ſi Euangelica.

NEmini.] CASVS. Quæſitum eſt à Iulio Papa, vtrum alicui de ſe confeſſo contra ſocium criminis ſit credendum? Et reſpondet quòd non, niſi in crimine læſæ Maieſtatis: quia omnis confeſſio accuſanti periculoſa eſt aduerſus quemlibet. Item §. qui poſtea ſequitur, planus eſt.

c ¶*Læſæ Maieſtatis.*] & præterquàm de crimine ſimoniæ, vt 79. diſtinctio. ſi quis Papa. & ſuprà eadem, ſanè. licet ſit arg. contra extra de teſtib. veniens. 1. Quidam tamen dicunt, quod in crimine ſimoniæ non auditur ſocius contra ſocium. & ad illud decretum 76. diſtinctio. ſi quis Papa. Reſpõdet, quòd ibi ſocius admittebatur contra ſocium. hoc ideo fuit: quia non fuit ibi tantùm crimen ſimonię, ſed etiam crimen læſæ Maieſtatis. " Item auditur confeſſio vnius latronis contra alios, vt C. de fer. prouinciarum. Item falſarius contra ſociũ ſuum auditur, [c] vt C. de falſ. mon. l.1. nunquam tamen valet confeſſio talium ad conuicendum ſocium, niſi adſit aliqua præſumptio, vt ff.de cu. re. diuus.10.

f ¶*Credi.*] præiudicatur tamen alteri ex tali cõfeſſione, intantum, quòd ei indicitur purgatio, vt extr. de adulte.ſignificaſti.quod verum eſt ſi laboret infamia: aliàs non, vt ext. de purga. ca. nos inter alios. & extra de confeſſ.cum monaſterium.

" Confeſſio latronis cõtra latronẽ auditur.

c iſta fuit ſnia B. Iſid. q dicebat, q nũquam valet confeſ ſio ſocij contra ſocium, niſi aliqua ſit præſumptio contra ipſum: ſed Azo dt ip valere, niſi expreſſũ in ueniret Ar.

4 Anſ.l.3.c.73.Iuo p 5. c.288. Pan. l.4.c.69.

† al. oportet] al.dẽt

¶ Rei profeſſio aduerſus quemlibet admitti non debet.

CAP. V.

f ¶[*De vltima verò.*] “ Hic quæritur, ſi aliquis confitetur crimen qđ fecit ante ordinationẽ ſuam, vel conuincitur peccaſſe ante ordinationẽ ſuam, an poſſit frui officio ſuo? Diſtinguas ergo: quia aut eſt tale crimen qđ inducit depoſitionem, aut nõ: ſi non inducit, acta pꝗnitẽtia remanet in ordine ſuo, vt hic, & 68. diſt. ſicut. Item ſi inducit depoſitionẽ, tũc ſi confitetur illud in pœnitentia, nõ abſtinebit ab officio, vt 50. di. de his verò. in fi. ſimiliter ſi confiteẽ illud extra ius, ꝙ talis confeſſio ei non p̃iudicat, vt ſ. e. q. 5. presbyter. licet ſit ar. contra extra de exceſ. p̃l. quã ſit graue [a]. Si verò confiteẽ in iure crimen ſuũ cõmiſſum ante ordinationẽ ſuã, deponitur ab officio ſacerdotali: retinebit tñ nomen presbyteri, & omne inferius officiũ, vt ĩ. e. c. 1. & cap. ſi quis præsbyter. & hoc cum ſponte illud cõfitetur. Si verò confiteatur illud timore probationum: tunc ſiue ante, ſiue poſt ordinationẽ ſuam illud commiſit, deponiẽ irreparabiliter, vt 24. diſt. c. vlt. 50. di. ex pꝗnitẽtib. 81. diſ. ſi qs ſine examinatiõe. & c. ſi quis eps. Si ergo qs ſponte confiteẽ crimen commiſſum poſt ordinationem, ad tempus debet ſuſpendi ad agendã pꝗnitentiã: ſed poſtea reſtituitur ex diſpẽſatione, vt ĩ. e. c. 2. “ Si quæras quæ crimina inducũt depoſitionẽ, dico ꝙ nõ eſt à canone exp̃ſſum. videm⁹ .n. ꝙ q̃dã nõ inducũt: nã cleric⁹ tumultũ faciẽs in ſynodo, nõ deponiẽ, vt 5. q. 4. ĩ loco. Itẽ q cãtat duas Miſſas ſub vno canone, vt de cõſ. di. 2. relatũ. Itẽ ſi eps citatur nõ venit ad ſynodũ. 18. di. ſi quis aũt. & c. decernimus. & tñ qđlibet tale eſt mortale. Similiter ꝓ temerario iuramẽto nõ deponiẽ aliqs, vt ext. de iureiu. ſicut. Tradũt aũt quidã pro regula. ꝙ omne crimẽ inducit depoſitionẽ: niſi ſpãliter à canone excipiaẽ. Alij dicũt ꝙ nullũ crimẽ inducit depoſitionẽ, niſi ſpecialiter à canone excipiaẽ [b]. & hꝗc opinio maiori ꝗqtati ĩnitiẽ: quare tenẽda eſt. Io. Sed hꝗc materia eſt hodie determinata ext. de tẽ. or. c. vl. B. [c]

a Non cõtra dicit. qm̃ ibi accipit ꝑ accidens .ſ. ꝑ ſcandalum & infamiã, non ꝑ cõfeſſionẽ, vt ibi not. p Vin. & B. ſed de hac mr̃ia dic vt plenè not. Inn. B. Com. & Hu. ext. de ele. p inqſitionẽ.

“ crimina q̃ ſunt depoſitione digna.

Q*Vi admiſit.*] CASVS. Quidã p̃sbyter in iudicio ſpõte cõfeſſus eſt fornicationẽ feciſſe ante ſuã ordinationẽ. q ſitũ eſt in cõcilio Neocꝗſariẽſi q̃ pꝗnã debeat pati? Et rñdet ꝙ ſi p̃sbyter eſt cõfeſſ⁹ ſpõte, executione ſacerdotali carebit: ſed in alijs officijs permanebit, ſi eſt vtilis. Si verò nõ eſt cõfeſſus, vel cõuictus, ſuo arbitrio relinquaẽ, Cꝗtera verò peccata, grauiora. ſ. vt dixerunt plurimi, inducunt depoſitionẽ. Vel *cꝗtera peccata*, id eſt cꝗteri peccatores, q cõuincunẽ nolẽtes cõfiteri: debent deponi. Idem ſtatuitur de diacono quod de ſacerdote ſtatutum eſt. Caſum ſequẽtis capituli inuenies. 50. di. hi q.

g ¶[*Corporale peccatum.*] ideſt fornicationem.

b idẽ tenet Alc. đ Im. in l. ſcim⁹. cir. pr. C. de iu. del. p tex. in §. cũ igitur. in aut. de ñ eli. ſec. nub. c De hoc ẽt no. 81. di. c. 1. ext. de tẽ. or. ex tenore. & c. vlt. & in p̃di. decr. ſicut. & ꝙ iſta ſñia tanquã verior ſit tenenda hic. not. H.

confeſſus fuerit[a], quòd ante ordinationem ſuam peccauerit, non quidem offerat[b]: maneat autem † in alijs officijs propter A eius ſtudij[c] vtilitatem. Nam cætera[d] peccata cẽ ſuerunt plurimi etiam ordinatione priuari B. Quòd ſi de his non fuerit confeſſus, nec ab aliquibus poteſt manifeſtè cõuinci, huic ipſi de ſe poteſtas[e] eſt committenda. Similiter & diaconus ſi in eodem culpæ genere fuerit inuolutus, ſeſè à miniſterio[f] cohibebit.

A ¶Propter eius ſtudij vtilitatem.] *Græcè eſt* διὰ τὴν ἄλλην σπουδὴν, *id eſt*, propter ſtudium, ac diligentiam, quam cætero quis adhibet.

B ¶ Priuari.] *Græcè legitur* τὴν χειροθεσίαν ἀφίεναι, *id eſt*, per manus impoſitionem dimitti. *quemadmodũ ferè vertit Dionyſius, cuius verſionem cęteri collectores attulerũt, hæc tamẽ clauſula omiſſa. Nã hæc verſio, quam Gratianus affert, eſt priſca, quę in collectione Iſidori. Ita ex his verbis longè alia elicitur ſententia, atque auctor gloſſæ putarit.*

Item ex concilio Ilerdenſi. c. 5.

¶Deſeruientes altario, ſi carnis fragilitate deliquerint, epiſcopi arbitrio ſubiaceant.

CAP. II.

1 HI, qui[g] altario Dei deſeruiunt, ſi ſubitò in flenda carnis fragilitate corruerint[h], & Domino reſpiciẽte dignè pęnituerĩt, ita vt mortificato corpore cordis cõtriti ſacrificium Deo offerant, maneat in poteſtate[i] pontificis, vel veraciter afflictos non diu ſuſpendere, vel deſidioſos prolixiore tẽpore ab eccleſiæ corpore ſegregare: ita tamẽ, vt ſic officiorum ſuorum loca recipiant, ne poſſint ad altiora officia vlteriꝰ promoueri. Quòd ſi iteratò[k] velut canes ad vomitum reuerſi fuerint, & veluti ſues in volutabris luti iacuerint, non ſolùm dignitate officij careant, ſed etiam ſanctam communionem, niſi in exitu, non percipiant.

1 Diſt. 52. hi, qui altario. Raba. l. pœ. c. 1. Bur. l. 19. c. 74. Iuo p. 15. c. 87.

Itẽ ex concilio Toletano 9. c. 10.

¶Ex miniſtris eccleſię geniti, in ſeruitutem deuocentur eiuſdem.

CAP. III.

2 CVm multæ ſuper incontinentia † ordinis clericorum hactenus emanauerint ſententiæ patrum, & nullatenus ipſorum reformari quiuerit correctio morum, vſque adeo ſententiam iudicantium protraxere commiſſa culparũ, vt non tantùm ferretur vltio in auctores ſcelerum, verũ & in progeniem damnatorum. Ideoque quilibet ab epiſcopo vſque ad ſubdiaconum deinceps, qui vel ex ancillæ[l], vel ex ingenuę[m] deteſtando connubio[n] in honore conſtituti filios procreauerint, illi quidẽ, ex quibus geniti probabũtur, canonica cenſura damnẽtur. Proles autem aliena † pollutione nata, non ſolùm hæreditatem[o] † nunquam accipiet, ſed etiam in ſeruitutẽ eius eccleſiæ, de cuius ſacerdotis, vel miniſtri ignominia nati ſunt, iure perenni manebunt.

2 Iuo p. 6. c. 425.

† al. innocẽtia

† al. tali

† al. hęreditatem parẽtum.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 35. 3

3 in capitul. Marti. Brac. Ex cõc. Neocæſarien. c. 9. & 10.

¶Qui cõfitetur ſe ante ordinationẽ peccaſſe, non ſacrificet: conuictus autem deponatur.

CAP. IIII.

4 SI qui presbyter ante ordinationem peccauerit, & poſt ordinationem confeſſus fuerit, quòd ante peccauerit, non offerat, ſed tantùm ꝑ religione nomen[p] presbyteri portet. Si autem non ipſe cõfeſſus, ſed ab alio publicè fuerit conuictus, nec hoc ipſum habeat, vt nomẽ ꝑsbyteri portet. Similiter & de diaconis obſeruandum eſt, vt ſi ipſi cõfeſſi fuerint, ordinem ſubdiaconi accipiant †.

4 Bur. l. 2. c. 48. Iuo p. 6. c. 149. Pan. l. 3. c. 150.

† al. retinęant.

Item Nicolaus ad conſulta Bulgarorum, c. 71.

¶ De manu ſacerdotis, qui ab eccleſia toleratur, licitè ſacramenta ſumuntur.

CAP. V.

5 SCISCITAN-

5 Extr. de coh. cler. & mul. ca. veſtra duxit. Iuo p. 2. ca. 83. Pan. l. 5. c. 13.

a ¶*Si confeſſus fuerit.*] ſponte, non metu probationum.
b ¶*Offerat.*] id eſt, officiet, aliàs conficiat.
c ¶*Studij.*] quia ſtudioſè confeſſus eſt: vel quia vtilis eſt eccleſiæ: cum tali enim diſpenſatur, vt 50. diſt. ſtudeat.
d ¶*Cætera.*] id eſt, cęteros peccatores, qui nolunt ſponte cõfiteri. Vel dic propriè alia peccata à fornicatione. & ſic eſt arg. ꝙ minus punitur aliquis propter fornicationẽ, quàm ꝑpter aliud crimen: hoc ideo, " quia pauci ſine illo crimine inueniuntur, 56. diſt. quia tua. & ad idem eſt arg. 82. diſt. presbyter. 81. diſt. ſi qui clerici. argu. contra. 33. diſt. c. vlt.

† al. tamen

" Fornicationem pauci euitant.

e ¶*Poteſtas.*] confitendi [a] crimen: ſed & ſi non vult confiteri, relinquitur arbitrio ſuo, vt trigeſimatertia diſt. habuiſſe.

a Subau. vel purgandi, ſi non eſt infamatus, ſed ſi eſt, cogitur ad purgationẽ. ar. 2. q. 5. ꝑsbyter. ſecũdũ H. & L.

f ¶*A miniſterio.*] diaconali: ſed non ſubdiaconali.
g HI *qui.*] Hoc c. ponitur s̃. di. 50. hi qui. 2.
h ¶*Corruerint.*] Loquitur ergo de eo q̃ poſt ordinationẽ deliquit. " Sed nonne magis delinquit ille qui delinquit in dignitate, quàm qui extra dignitatem delinquit, vt quadrageſima diſt. homo Chriſtianꝰ. & 25. q. 1. nulli? Reſp. ſic. ſed. ideo magis punitur, quia ſciens ſe permiſit ordinari. 50. diſt. ex pęnitentibus.

" Dignitas aggrauat peccatum.

i ¶*In poteſtate.*] Si intelligas hoc cap. de clerico depoſito, tunc eſt hic argument. ꝙ epiſcopus poteſt reſtituere clericum depoſitũ. Si autem de ſuſpenſo, tunc patet ꝙ relinquitur arbitrio epiſcopi, an velit ſuſpenſo reddere officiũ ſuum. ſed cum iſte clericus ratione criminis non poſſit promoueri ad ſublimiorem gradum: quomodo ergo poteſt ipſum reſtituere famæ: cum per pœnitentiam non tollatur infamia, vt 2. q. 3. §. hinc colligetur? Poteſt dici, ꝙ ex quo Papa dat poteſtatem diſpenſandi: ergo per conſequens reſtituendi famæ.
k ¶*Iterato.*] argum. grauius puniri iteratũ delictum, vt 25. q. 2. ita nos. extra de cohab. cler. clericos. & de hær. ad abolendam. Ioan. de Fant.

C*Vm multæ.*] CASVS. Conſtitutiones multæ factæ fuerant, vt clerici in ſacris ordinib. conſtituti viuerent continenter: quod cum non facerent, ſtatutum fuit in concilio Toletano, vt quicunque deinceps ab epiſcopo vſque ad ſubdiaconum ex deteſtando connubio liberæ, vel ancillæ liberos procreauerit, canonica cenſura damnetur: filij verò eius in ſeruitutem eccleſiæ, ad cuius ignominiam nati ſunt, redigantur.

l ¶*Ex ancillæ.*] Sed quare punitur Dominus ancillæ illius? Reſp. in fauorem eccleſiæ: vel ideo quia ratione criminis illa facta eſt de ſuo foro.
m ¶*Ingenuæ.*] Specialis eſt iſte caſus, vbi filius conditionem matris liberę non ſequitur, contra id quod eſt 32. q. 4. liberi.
n ¶*Connubio.*] Ergo patet ꝙ loquitur de ſacerdotibus, qui legitimè ducunt vxores. tales enim grauius puniuntur, vt 32. di. eos. 81. diſt. quidam. & 28. diſ. presbyter. Quidquid tamen hic dicãt: cũ eccleſia non ſit iſto iure vſa, ꝑdit ius iſtud, ſicut & illud, ꝙ poſſit exigere pęnam ſacrilegij, vt 17. q. 4. quiſquis.
o ¶*Hæreditatẽ.*] ſ. paternã. " nam matri ẽt ſuccedit ſpurius filius: & teſtamentum matris põt dici inofficioſum, vt ff. de inof. teſt. ſi ſuſpecti. §. 1. Io. hodie ſpurii omni beneficio excluduntur, vt C. de na. lib. auth. licet. B.

" Spuriꝰ ſuccedit matri.

S*I quis presbyter.*] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ſi quis ꝑsbyter confeſſus fuerit ſpõte ante ordinationem feciſſe fornicationẽ, nõ habebit executionẽ ſacerdotij, quia non celebrabit: ſed tm̃ nomẽ ſacerdotis habebit. Si aũt non fuerit ſponte confeſſus, ſed ab alio conuictus: tunc nec nomẽ ſacerdotis habebit. idẽ eſt de diacono, quod dictũ eſt de ſacerdote.
p ¶*Nomen.*] Si quæris quid ei valeat retineri nomen presbyteri? Dico ꝙ in omnibus retinet priuilegiũ preſbyteri in loco ſubſcriptionis, & in alijs: præter hoc ſolum ꝙ non poteſt Miſſam celebrare, vt s̃. ea. q. 7. Felix.

S*Ciſcitantibus.*] CASVS. Bulgari quę ſiuerunt à Nicolao, vtrum à ſacerdote in adulterio deprehenſo, vel tantùm de hoc infamato debeamus cõmunionem recipere? Et reſpondet quòd ſic: quouſque epiſcoporum iudicio reprobetur: quia nõ põt aliquis quantumcunque pollutus diuina polluere ſacramenta. Et ꝙ recipere debeamus, tribus rationibus probat. Prima eſt, quia ſicut cereus accenſus ſeipſum cõſumit, alijs verò lumẽ præbet: ſic presbyter peccãdo nocet ſibi, alijs verò ex officio

prodeſt

prodeſt. Secunda eſt, quia ſacramenta non habent effectum ſecundum merita dantis, ſed accipientis. Tertia eſt, quia ante examinationem & criminis probationem nullus eſt à communione ſuſpendendus. Prima ratio eſt ibi, *Quoniam mali*. Secunda ibi, *Sumite*. Tertia ibi, *Qui rurſus*.

tibus[a] vobis, ſi à ſacerdote, qui ſiue deprehenſus in adulterio, ſiue de hoc ſola fama reſperſus eſt, debeatis communionem ſuſcipere, nec ne, reſpondemus. Non poteſt aliquis, quantumcunque pollutus ſit, ſacramenta diuina polluere, quæ purgatoria cunctarum contagionum exiſtunt: nec poteſt ſolis radius per cloacas, & latrinas tranſiens aliquid exinde contaminationis attrahere. Proinde qualiſcunque ſacerdos ſit, quæ ſancta ſunt coinquinare non poteſt. Idcirco ab eo, vſquequo iudicio epiſcoporum reprobetur, communio percipienda eſt: quoniam mali bona adminiſtrando ſe tantummodo lædunt: & cerea A fax accenſa ſibi quidē detrimentum præſtat, alijs verò lumen in tenebris adminiſtrat: & vnde alijs commodū exhibet, inde ſibi diſpendium præbet. Sumite ergo intrepidi ab omni ſacerdote Chriſti myſteria†: quia omnia fide† Chriſti[b] purgantur. Fides eſt enim, quę hunc mundum[c] vincit: & quia, non dantis†, ſed accipientis[d] fit, dicente beato Hieronymo B. [2 Ad credēdum in anima omni baptiſmus eſt perfectus: & in omni ſacerdote corpus Chriſti eſt perfectum.] ¶Qui rurſus ſacræ ſcripturæ concordans ait. [Priuſquàm audias, ne iudicaueris quenquam:] atque ante probationem accuſationis illatæ neminem à tua communione ſuſpendas: quia nō ſtatim, qui accuſatur[e], reus eſt, ſed qui conuincitur, criminoſus.

A ¶Et cerea.] *Antea legebatur,&c. Reſtitutum eſt ex originali, ex quo alia etiam ſunt emendata, et addita.*
B ¶ Hieronymo.] *Eſt in epiſtola de ſeptem gradibus, quemadmodum & quod ſequitur:* priuſquàm audias,&c. *eſt ibidem ſuperius.*

a ¶ *Sciſcitantibus.*] ſ. diſt. 32. nullus. contra. Io. ſed ibi loquitur de crimine quod eſt notorium per ſententiā[a], ꝙ falſum eſt, vt ext. de coha. cler. veſtra. & c. ſeq. & c. vlti. vbi dicitur ꝙ ſufficit ſi eſt notorium rei euidentia. B. "Sed non ne eo ipſo quòd quis compreheſus eſt in adulterio, infamis eſt, licet nondum ſit damnatus, vt ff. de ri. nup. palā? Reſp. talis infamia non ſufficit ad hoc vt abſtinendum ſit à ſacramentis ſuis niſi infametur per ſententiam, vt dixi 32. diſt. §. verum. requiritur enim quòd ſit deprehenſus & conuict⁹, ext. de iud. cum nō ab homine. tamen bene concedo, quòd omnis ſacerdos in mortali exiſtens eſt ſuſpenſus quoad ſe, vt 1. q. 1. ſacerdotes. ſed non quoad alios: niſi ſit præciſus, vel niſi ſit notorius fornicator, vel ſimoniacus, vt 32. diſt. §. verum.
b ¶*In fide Chriſti.*] id eſt, per fidem Chriſti.
c ¶*Mundum.*] id eſt, amorem & delectationem mundanorum.
d ¶ *Sed accipientis.*] ideſt recipitur ſecundum meritum recipiētis: ſed non ſecundum meritum dantis. de cō ſecr. diſt. 2. vtrum.
e ¶*Accuſatur.*] Si 8. q. 4. nonne. 35. quæſt. 6. multorum. & 11. q. 3. eorum. ext. vt li. pen. laudabilem. Io.

a Hic arg. ꝗ occulto vel aliàs manifeſto, ſecundum H.
"infamis ne eſt in adulterio deprehenſus.
†al. miniſteria
†al. in fide
†al. dantis meritum
2 in epiſt. de 7. gradibus tomo 4.
Act. 15.
1. Ioan. 5.
Eccleſ. 11.

Q*Vidam abbas.*] Casvs. Magiſter hactenus de ſtatu eccleſiarū & ſeculariū clericorum. Sed quia religione monachorū multum decoratur ſtatus eccleſiarum, ideo in ſex ſequentibus cauſis tractat de ſtatu monaſteriorum & monachorum. In hac ergo prima cauſa agit de officio monachorū, oſtēdens an valeant officia celebrare, & eorū capellæ debeant per eos inſtitui. Annectit etiam generaliter de præſcriptione tam eccleſiarum, quàm monaſteriorum, & ꝙ nullus auctoritate ſua rem, quam ad ſe credit pertinere, valeat vſurpare. Addit etiam ꝙ laici nullam habent in eccleſiis poteſtatē. Et vt hoc & alia multa melius faciat, præmittit thema, de quo ſeptem elicit qōes. Caſus thematis planus eſt.

Q*Vòd monachi.*] Hæc quæſt. diuiditur in 7. partes: in quarū prima probat, ꝙ monachi debēt eſſe in monaſterio, & flere ſua & aliorum peccata. Scđa ibi, *Quod verò*. Tertia ibi, *His aūt oībus*. Quarta ibi, *De his verò* Quinta ibi, *Quod aūt*. Sexta ibi, *Ius ergo*. Septima ibi, *Quā verò*. Io. de Fāt. Casvs. Hic intitulatur prima queſtio, qua queritur, vtrum liceat monachis officia celebrare populis? Et reſpondetur quòd in monaſterijs ſuis poſſunt celebrare, vt ĩ. 18. quæſt. 2. & ĩ. ead. placuit. & in capellis monaſterij pleno iure poſſeſſis, vt ĩ. e. q. 2. viſis. ſimiliter ſi committitur eis regimen parochialium eccleſiarū, vt ĩ. e. in parochia. de licentia tamē abbatis, vt ſ. 58. diſt. c. 1. & 2. olim tamen non eligebantur in ſecularib. eccleſiis niſi ꝓpter neceſſitatē, vt 55. di. priſcis. Sed hodie vtilitate tm̄ inſpecta eliguntur, vt ĩ. e. cum pro vtilitate. & ſi eliguntur, ſoli morari non debent, vt in concilio Lateran̄. de ſtatu monachorū. monachi. Et credo ꝙ iure cōi poſſunt eligi, ſi ſocios ſecū habeant monachos. Et ꝓcedit hoc ordine Grat. Primò ꝓbat, ꝙ monachis nō licet populo officia celebrare. vſq; ad §. *His ita*. poſteà allegat pro cōtraria parte reſpondendo allegatis. B.

CAVSA XVI.

Q*Vidam abbas habebat parochialē eccleſiam: inſtituit ibi monachum, vt officium celebraret populo: poſſedit eam per quadraginta annos ſine aliqua interpellatione: tandem querela aduerſus abbatem mouetur à clericis baptiſmalis eccleſiæ in cuius diœceſi parochiana eccleſia illa conſiſtebat.*

1 *Hic primùm quæritur, vtrum monachis liceat populis officia celebrare, pęnitentiam dare, & baptizare.*
2 *Secundò, ſi contigerit eos capellam habere epiſcopali beneficio, an ab eis ſint inſtituendæ, an ab epiſcopis.*
3 *Tertiò, an iura eccleſiarum præſcriptione tollantur.*
4 *Quartò, ſi eccleſia aduerſus eccleſiam præſcribat, an etiam monaſterium aduerſus eccleſiam præſcribere poſſit.*
5 *Quintò ſi capellam in ſuo territorio ædificatam iure territorij ſibi vēdicare valeat.*
6 *Sextò, ſi archipresbyter, vel epiſcopus ſua auctoritate, non iudiciaria ſententia capellam illam irrepſerit, an cadat à cauſa: vt eccleſia, cui præſidet, non vltrà habeat ius repoſcendi, quod ſuus paſtor illicitè vſurpauit.*
7 *Septimò quæritur, ſi laici capellā illam tenebant (vt quibuſdam moris eſt) & in manibus abbatis eam refutauerint, & ordinandā tradiderint, an conſenſu epiſcopi, & clericorum abbas poſſit eam tenere.*

QVAESTIO I.

I ps Q*Vòd monachi*[f] *officia populis celebrare non poſſint, multis auctoritatibus ꝓbatur: quarum prima eſt illa ſanctę Nicenæ ſynodi, qua dicitur.*

¶ *Caput hoc neque in prima Nicæna ſynodo, neque in ſecunda hodie habetur. Eſt aliquid ſimile in canonibus Nicænis verſis ex Arabico, can. 76.*

f ¶*Quòd monachi.*] De hac materia canones variè loquuntur. "Dicas ergo ꝙ ſi regimē populi cōmittitur monacho ab epiſcopo cū abbatis licētia: tunc pōt celebrare officiū. 58. diſt. c. 1. ſ. e. doctores. & c. moderamine. & ex auctoritate. Sed an ipſo iure poſſit cōmitti, vel tantū ex diſpēſatione: de hoc dubitat. Dicūt quidā, ꝙ hodie iure cōi, ſed olim ex diſpēſatione tm̄. 55. diſt. priſcis. Alij dicūt ꝙ nec hodie, niſi ex diſpēſatione. ext. de cap. mo. in eccleſiis. & ext. de ſta. mo. c. 2. Satis pōt admitti, ꝙ ſcđm antiqua iura monachi nō poterāt pēſſe parochialib' eccleſiis niſi ex neceſſitate, vt 55. diſt. priſcis. hodie verò poſsūt vtilitate etiam ſuadente: quia magis probati ſunt quàm ſeculares: & ſic magis ſunt vtiles, vt ĩ. ea. cum pro vtilitate. & 47. diſt. quantumlibet. & hoc ſi abſit conſenſus epiſcopi & abbatis: ſed ſi monaſterium habet eccleſiam aliquam pleno iure, ſufficit conſenſus abbatis[b] vt ĩ. ead. q. 2. viſis. De regularibus canonicis non eſt dubium, quin licitè poſſint præfici eccleſiis: ſed in hoc eſt differentia, quòd monachus ſecum debet habere ſocios ſui ordinis: ſed regularis non tenetur, niſi commodè poſſit, vt extr. de ſtat. mo. quòd Dei timorem. Io. & ita de iure communi poteſt præfici monachus eccleſiæ parochiali, ſi poteſt habere ſecum ſocium ſui ordinis, vt ext. da ſta. mo. c. 2. B.

"Monach' vtrū poſſit præfici eccleſiæ parochiali.

b Dic et ſolius ſine ſuo cōuentu, vt ext. lib. 6. de elec. ſi religioſus. in fi. ꝗ hoc et ſatis dixi 7. q. 1. eps de loco. Arc.

PLacuit omnibus.] CASVS. Tria in hoc cap. ſtatuunt. Primum eſt, vt monachus debeat eſſe ſingularis. Secūdùm, vt pœnitentiam nulli tribuat niſi fratri. tertium, vt mortuum non ſepeliat, niſi monachum in monaſterio ſuo ſecum morantem: vel ſi aliquem aduenientem Chriſtianum ibidē mori contigerit.

¶ Monachorum conuerſatio ab omnibus debet eſſe diſcreta.

C A P. I.

1 Anſ.l.5.c.66.& l.6.c.214.Pol.l.4.tit.34.

j 1 PLacuit [a] omnibus reſidentibus in ſancta Nicæna ſynodo, vt monachorū conuerſatio, & vita ſecundum etymologiam nominis ab omnibus diſcrepet. Monachus enim græcè, latinè ſingularis dicitur. Vndè monachum per omnia ſingulariter [b] agere oportet. Quamobrem firmiter, & inſolubiliter omnes præcipimus, vt aliquis monachus pœnitentiam nemini tribuat, niſi ſibi inuicem, vt iuſtum eſt, mortuum non ſepeliat [c], niſi monachū [d] in monaſterio ſecum commorantium: vel ſi fortuitu quemquam aduenientium fratrum ibi mori contigerit.

Item Gregorius Ioanni Rauennati Epiſcopo, lib.4.epiſt.1.

¶ Monaſterij diſtrictionem, & eccleſiaſticum miniſterium qui libet ſimul tenere non poteſt.

C A P. II.

2 Iuo p. 3. c.18.

2 NEmo [e] poteſt & eccleſiaſticis obſequijs † deſeruire, & in monaſtica regula ordinatè perſiſtere: vt ipſe monaſterij diſtrictionem teneat, qui quotidie in miniſterio † eccleſiaſtico cogitur permanere.

† al. officijs.

† al. obſequio.

Item Innocentius ad Victricium, epiſt.2.cap.10.

a ¶ Placuit.] Hoc cap. loquitur de monaſterijs non habentibus populum.

b ¶ Singulariter.] id eſt, non ſeculariter viuere. nam ſingulariter, id eſt, ſolitariè viuere debent. j.ea. ſi clericatus. in fin.

c ¶ Sepeliat.] Dicūt quidam quòd nullus ſacerdos ſiue monachus, ſiue alter poteſt iniungere pęnitentias, niſi ab epiſcopo ſit cōmiſſa ei cura animarum, vt j. ead. peruenit. & c. cunctis. « niſi in caſu neceſſitatis: vbi etiam laicus poteſt pęnitentiam dare j. de cōſec. diſt.4. ſanctum. de pœn. diſt.1. quem pœnitet. vnde qui ab eis recipiunt pœnitentiā: nec quantum ad Deum, nec quantum ad eccleſiam ſunt abſoluti. Alij dicunt quòd quilibet ſacerdos poteſt hoc facere [a], nam eo ipſo quòd aliquis ſubmittit ſe ſuæ iuriſdictioni, habet poteſtatem ipſum abſoluēdi & ligandi, cum ſit ſacerdos. j. ea. §. hoc idē. tamen certū eſt quòd nullus ſuum ſacerdotem poteſt dimittere ſine cauſa. j. de pœn. diſt. 6. placuit. Hodie expeditū eſt quòd nulla eſt talis abſolutio, quam conſequitur ab alio ſacerdote, vt extra de pœ. & re. omnis. « Sed quid ſi parochianus alicuius deliquit in alterius epiſcopatu, vel territorio? Videtur quòd confitebitur ſacerdoti parochię illius, in cuius territorio deliquit: quia ratione criminis factus eſt de foro ſuo. Item alia ratione, quia per confeſſionem pœna æterna commutatur in pęnam temporalem: ſed pęnam temporalē nūquam extraneus iudex poteſt remittere [b]. Dic quòd proprius ſacerdos eſt iudex illius criminis quo ad vnam pœnam: & ille vbi deliquit, quo ad aliam pœnam.

« Pęnitētiā dare poteſt laicus in neceſſitate.

a Si de hac materia vis plenam hře notitiā vide qđ no. Hoſ. i ſum. de pœ. & re. §. cui cōfitēdū ſit. & Go. i ſum. eo. tit. §. facienda eſt.

« delinquēs in alteri' territorio, non tenetur ibi crimen confiteri.

b Hoc ideo quia nō pōt condemnare nec abſoluere. ff. de re iu. nemo. ext. de pœn. & re. ꝙ autem. ſcđm Io. de Fan.

d ¶ Niſi monachum.] Argu. ꝙ eſt licitum aliquid in hominē ſuæ profeſſionis, quod non eſt licitum in alium 2.q.7. ſi hæreticus. & 28.q.1. caue.

NEmo poteſt eccleſiaſticis.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ nemo poteſt eccleſiaſticis obſequijs deſeruire, & diſtrictionem monaſticam ſeruare: quia diſtrictionem monaſterij tenere non poteſt, qui in eccleſiaſtico miniſterio quotidie cogitur permanere. Licet Gratia. hoc ca. inducat ad ſuum propoſitum: non tamen intelligitur de monachis: ſed de clericis ſecularibus, qui volebant præeſſe monaſterijs: ſed nec habitum recipere, nec priores eccleſias volebant relinquere, vt dicit cap. cui' pars eſt iſtud. 18.q.2. pueni. in ſcđo puenit.

e ¶ Nemo.] diſt. 89. ſingula. Hoc cap. eſt pars illius 18. q. 2. peruenit. 2. Et non loquitur de monachis, ſed de ſecularibus clericis, qui volebant monaſterijs pręeſſe: & dicit ꝙ non poſſet fieri. Si vis hoc c. de monachis intelligere, tunc dicas ꝙ cum monachus pręficitur eccleſiæ, non tenetur ſeruare diſtrictā regulā vt prius, ſcilicet in ieiunijs & orōnib. & vigilijs.

DE monachis.] CASVS. Statuit Innocētius in hoc ca. vt quamuis monachi ad ſeculares eccleſias eligantur, à monachali tamen propoſito non diſcedant.

¶ Monachi, qui ad clericatum promouentur, à priori propoſito diſcedere non debēt.

C A P. III.

3 Poly. ibid. Anſ.l.5.ca.67.

3 DE monachis, qui diu morantes in monaſterijs, ſi poſteà ad clericatus ordinem peruenerint, ſtatuimus non debere eos à priore propoſito deſcedere † [f].

† al. deuiare.

Si ergo (ſicut Innocentius definit) à ſuo propoſito eis deſcedere non licet: & ſicut Gregorius teſtatur, in monaſtica regula deuotè perſiſtere, & eccleſiaſticis obſequijs ſimul deſeruire non poſſunt, patet, quòd parochianis eccleſiis monachi præfici non poſſunt.

Item Hieronymus ad Riparium presbyterum aduerſus Vigilātium.

¶ Monachus non habet officium docentis, ſed plangentis.

C A P. IIII.

4 Poly. ibid. Anſ.l.7.c.128. Iuo. p.7.c.128. Pānor.l.3.cap.176.

4 MOnachus [g] non docentis †, ſed plangentis habet officium [h]: qui vel ſe, vel mundum lugeat [i], & Domini pauidus præſtoletur aduentum.

† al. doctoris.

Idem ad Paulinum de inſtitutione monachi, epiſt. 13.

¶ In populari frequentia monachi eſſe non debent.

C A P. V.

5 Iuo p.7.c.2. Pann.l.3.c.175.

5 SI cupis eſſe, quod diceris [k] monachus, id eſt ſolus, quid facis in vrbibus, quæ vtique non ſunt ſolorū [l]

f ¶ Diſcedere.] quantum ad ea quæ ſunt de ſubſtantia monachatus, vt de habitu ſeruādo, & continentia, & de non habendo propria. in his enim non abſoluitur, licet tranſeat ad eccleſiam ſecularem: ſed in ieiunio, ſilentio, & vigilijs abſoluitur, vt s. ca. proxi. Diſtinguitur tamen: quia ſi monachus tranſit ad epiſcopatum, ex toto abſoluitur à iuriſdictione abbatis, vt 18. quæſt.1. cap. vnico. Si verò trāsfertur ad eccleſiā ſecularem, q non eſt ſubiecta abbati ſuo, vel in ſpiritualibus vel temporalibus, ex toto eximitur à iuriſdictione abbatis, vt infrà ea. in parochia. Si verò eccleſia ſubeſt abbati ſuo: quo ad tpalia reſpōdebit abbati ſuo: ſed quo ad ſpiritualia eximit ab obediētia abbatis, vt j. q.2. viſis. & ca. ſanè. & extra de cap. mon. in eccleſijs. Si verò eccleſia illa ex toto eſt ſubiecta abbati quo ad omnia, tunc remanet obediens abbati niſi in ieiunijs, & in aliis, vt dixi. vndè non debet regere eccleſiam illam ſecundùm officiū monachale. nā ad quācunque eccleſiam veneris, illius conſuetudinē ſeruabis. 12. diſt. illa. 41. diſt. quiſquis. Sed nunquid in comeſtione carnium eximitur à regula monachali? non videtur: quia canon tantùm infirmitatis cauſam excipit in monachis, vt j. de cōſecra. diſtin. 5. carnem. tamen poteſt ſatis dici ꝙ ſic: ne alijs ſit ſcandalum, vt 41. diſtin. quiſquis.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis duobus cap. proxi. quòd monachi parochialibus eccleſiis præfici non poſſunt: quod ipſe allegando dicit. Sequens c. patet.

g MOnachus.] ſupra ſeptima, quæſt.1. præcepit. & cap. hoc nequaquam.

h ¶ Habet officium.] non habens curam animarum.

i ¶ Lugeat.] Se vel mundum, id eſt, peccata ſua, vel aliorum qui in mundo ſunt lugeat [c].

c Vt j. đ pę. diſtin.1. qui ſanctus.

SI cupis.] CASVS. Ben. ſic ponit hunc caſum. Hieron. de quatuor reprehendit Paulinum. Primò, quia libenter morabatur in vrbibus. Secundò, quia propter ſimplicitatem ſuam aliorum ſupplantabatur inſidijs. Tertiò, quia loquentem de pecunia libenter audiebat. Quartò, quia truphatoribus malis monaſterij bona donabat.

k ¶ Diceris.] Arg. à nominis interpretatione. nomina enim debent eſſe conſona rebus. inſt. de don. §. eſt & aliud. & ff. de tut. l. 1. 2 1. diſt. cleros. & 12. q. 1. clericus. 24. q. 1. pudenda. in auth. de defen. ciui. coll. 3. in principio.

l ¶ Solorum.] i. ſolitariorum: ne ſit contra j. c. ſi clericatus. Et eſt arg. ꝙ monaſteria non ſunt conſtruenda in vrbibus, vt j. de conſec. diſt. 5. nunquam.

a ¶ Sim-

a ¶*Simplicitatem.*] " Duplex eſt ſimplicitas, quædam contraria doloſitati, & illa eſt bona: quędam contraria diſcretioni, & hęc eſt mala. 39. diſt. cap. Petrus. & 36. diſt. in principio. ADDITIO. Et repellit à promotione, vt 39. diſtinct. Petrus. vbi de hoc. Archid.

" Simplicitas eſt duplex.

b ¶*Non multum.*] Tamen quàdoque minus eſt falli quàm fallere, vt 22. q. 2. in ipſarum. " eſt ergo vitium falli, i. facilem eſſe ad fallendum. Intelligunt tamē quidā hoc de deceptione fidei. in contractibus autē decipi non eſt peccatum. 22. q. 4. innocēs.

" Falli vitiū eſt.

† al. decipi chriſtianū Quem] ori.

c ¶*Quæ indifferenter.*] Scriptū eſt. n. Omni petēti te, tribue: et excōicato. 11. q. 3. qm multos j. q. 2. quā pio. 23. q. 4. ita planè. & c. duo iſta. 13. q. 2. nō ęſtimemus. Sed cōtrà, Deſudet eleemoſyna in manu tua donec inuenias iuſtū, &c. & ar. 86. diſt. non ſatis. j. ea. c. vlt. & arg. 5. q. 5. non omnis. De hoc notaui s̄. 42. di. quieſcam[a].

d ¶*Inſtitorem.*] id eſt, negotiatorem.

e ¶*Ne filiorum.*] id eſt, pauperum.

f ¶*Canes.*] i. hiſtriones & meretrices & leccatores[a].

1 Poly. ibid. Anſelm. l. 7. c. 123.

a Adhoc ar. 43. di. in pr. ver. vnde.

Alia.] CASVS. Heliodorus epiſcopus quęſiuit à Hieronymo quis ſit maior, clericalis ordo, an monachalis. Et reſpondet q clericalis: & hoc probat quatuor rationibus. Prima eſt, quia monachi à clericis ſacramenta ſuſcipiunt. Secunda eſt, quia monachi mortui ſunt mundo, clerici verò de altari viuunt. Tertia eſt, quia monacho ante presbyterum ſedere nō licet, niſi munus deferat ad altare. Quarta eſt, quia monachi à clericis excommunicantur. Vbi autem rationes incipiant, facile eſt videre. & potes ibi finire caſum vt dixi: & hoc probat quatuor rationibus: & non procedes amplius.

1. Cor. 12.

2 Habetur ī com. ad c. 3. Eſaiæ.

3 Deuſd. pa. 5.

habitacula, ſed multorum? *et infrà.* ¶Habeto ſimplicitatē[a] columbæ, ne cuiquam machineris dolos, & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplanteris inſidijs. Non multum[b] diſtat in vitio, vel decipere poſſe, vel decipi Chriſtianum †, quem ſenſeris tibi aut ſemper, aut crebrò de nūmis loquentem (excepta eleemoſyna, quæ indifferenter[c] omnibus patet) inſtitorem[d] potius habeto, quàm monachum. Præter victum & veſtitum, & manifeſtas neceſſitates nihil cuiquam tribuas: ne filiorum[e] panem canes[f] comedant.

Idem ad Heliodorum de laude vitæ ſolitariæ, epiſt. 1.

¶Monachus paſcitur, clerici paſcunt.

CAP. VI.

1 Alia cauſa eſt monachorum, alia clericorum. Clerici paſcunt oues, ego paſcor[g]: illi de altario viuunt, mihi quaſi infructuoſæ arbori ſecuris[h] ponitur ad radicem, ſi munus[i] ad altare non defero. *& infrà.* ¶Mihi ante presbyterum ſedere non licet. Illi, ſi peccauero[k], licet me tradere ſatanæ in interitum carnis: vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini Ieſu.

Idem ad Ruſticum.[2]

¶Non licet aliquid monachis agere ſine presbyterorum conſilio.

CAP. VII.

3 Eccleſia habet ſenatum cœtum presbyterorū[l]: ſine quorum conſilio nihil monachis agere licet. Roboam filius Salomonis ideò perdidit regnum, quia noluit audire presbyteros ſuos. Senatum quoque Romani habebant, cuius conſilio cuncta agebant: & nos habemus ſenatū[m] noſtrum, cœtum presbyterorum.

¶*Apud B. Hieronymum in commentarijs ad c. 3. Eſaię, vnde hoc caput videtur acceptum, hæc legūtur.* Roboam filius Salomonis ideò perdidit regnum, quia noluit audire presbyteros. *& paulò inferius.* Senatus quoque conſulta dicuntur, & principes quondam Romani conſules appellati ſunt, vel à conſulendo ciuibus, vel ab agendo cuncta conſilio. Et nos habemus in eccleſia ſenatū noſtrum, cœtum presbyterorum.

Item Eugenius Papa.

¶Secundum etymologiam nominis ſolitariam vitam ducat monachus.

CAP. VIII.

ij 4 Placuit[n] communi noſtro concilio, vt nullus monachorum pro lucro terreno de monaſterio exire nefandiſſimo auſu præſumat, neque pœnitentiam dare, neque filium[o] de baptiſmo accipere, neque baptizare, neque infirmum viſitare, neque mortuum ſepelire, neque ad eccleſiam ſecularem tranſire, neque alijs qualibuſcunque negotijs[p] ſeſe implicare, ſit clauſtro ſuo contentus: quia ſicut piſcis ſine aqua caret vita, ita ſine monaſterio monachus. Sedeat itaq; ſolitarius, & taceat: qa mūdo mortuus[q] eſt, Deo au

cum reprehendit: quia eccleſia habet ſenatum cœtum presbyterorum, ſicut Romani olim habebant ſenatum: ſine quibus monachis nihil agere liceret. vnde dicit eum puniendum. & hoc probat exemplo Roboam filij Salomonis: qui perdidit regnum, quia noluit audire presbyteros ſuos.

l ¶*Presbyterorum.*] Si intelligas de illis perſonis, quę ſunt prælati monachorum, planum eſt[b]. 3. Reg. 14.

b Quia monachi ſine eis nihil agunt. vt ſ. e. monachi.

m ¶*Senatum.*] Et ſic capitulum dicitur ſenatus: & ſenatus reſtituit hominem famæ, vt ff. de poſtul. l. 1. §. de qua. ergo & capitulum. nam & capitulum quandoque diſpenſat, vt extrà de ſim. ex. inſinuatione. & argumen. ext. de præbend. cum non ignores. Item in hoc comparatur capitulum ſenatui. nam ſicut à ſententia ſenatus non appellatur, vt ff. à qui. appel. non licet. l. 1. ita nec à capitulo, vt extrà de his quæ fiunt à maio. part. cum in cunctis. " Vnde dico quòd capitulum eligendo in digum diſpenſat cum ipſo: niſi ſit talis diſpenſatio, quę prohibita ſit ei: quemadmodum dico in epiſcopo.

" Capitulū eligēdo indignū qnq; diſpenſat.

Placuit.] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in tres partes. In prima parte dicit Eugenius, quòd monachus propter lucrū temporale clauſtrum non egrediatur. In ſecunda parte ponit illa à quibus monachi ſe debent abſtinere, quòd clauſtro ſuo debet eſſe contentus: quia ſicut piſcis vita caret ſi ab aqua remoueatur: ita monachus ſi à monaſterio recedat: ſedeat itaque ſolitarius. In tertia parte dicitur, quòd monachus nomen ſuum agnoſcere debet. & ponitur interpretatio huius nominis, monachus. Secunda pars incipit ibi, *Neque pœnitentiam.* Tertia ibi, *Agnoſcat.*

4 Anſ. l. 5. c. 75. & l. 6. c. 113.

g ¶*Ego paſcor.*] à ſacramentis ipſorum.

h ¶*Securis.*] quia ſuccíſus eſt mundo. j. ea. placuit.

i ¶*Si munus.*] " Sed vnde faciet monachus eleemoſynam, vel oblationem, qui nihil habet proprium: nec ei preter neceſſaria licet aliquid recipere? arg. hic. & corpori ſuo non debet ſubtrahere neceſſaria. de conſecrat. diſtin. 5. non mediocriter. Quidam dicunt quòd nomine monaſterij offeret. arg. 54. diſt. abbati. & hoc ſi habet adminiſtrationem. Vel dic munus, id eſt, decimam.

": Monach an poſſit eleemoſynā facere.

k ¶*Si peccauero.*] Ergo ſecularis prælatus poteſt excommunicare monachum." Et eſt arg. quòd ſi monaſterium aliquod eſt intra terminos alicuius archidiaconatus, quòd archidiaconus habet iuriſdictionem in ipſum monaſterium. ad idem facit infrà cap. prox. & 93. diſt. à ſubdiacono. & extrà de off. archid. c. vlt. eccleſia enim quę eſt intra territorium alicuius, ſub illius eſt iuriſdictione, vt j. q. 7. omnes. arg. contrà 18. q. 2. peruenit. 2. & c. dudum. & ext. de cap. mo. dilectus.

" Monaſteriū pōt eſſe ſub iuriſdictiōe archidiaconi.

Eccleſia.] CASVS. Ruſticus monachus erat, nolebat tamen acquieſcere conſilio presbyterorum. de hoc Hiero.

n ¶*Placuit.*] Hic loquitur de monachis non habentibus populum.

o ¶*Neque filium.*] Non eſt licitum ſibi facere commatres, vt 18. q. 2. peruenit.

p ¶*Negotijs.*] niſi iubeatur. infra ea. qui verè.

q ¶*Mortuus.*] " Hic vides quòd ingreſſus religionis ęquiparatur morti naturali. vnde quod iuris eſt circa dotem, vel donationem propter nuptias in morte naturali, idem eſt in hac morte, id eſt, in ingreſſu religionis, vt C. de epiſco. & cleric. l. vltim. & ſicut donatio cauſa mortis confirmatur morte naturali, ita ſimiliter confirmatur morte ciuili, vt C. de donatio. inter vir. & vxor. res vxoris. Ioan. & hoc teneas pro regula, quòd in ſolis illis caſibus ciuilis mors æquiparatur morti naturali, vbi hoc in iure cautum inuenitur. B.

" religionis ingreſſus morti æquiparatur.

PEruenit.] Caſvs. Monachi in epiſcopatu Bonoñ. epiſcopalia iura & alia officia clericorum ſuperbè ſibi vendicabant ſine proprij epiſcopi vel Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Vnde Paſchalis Papa præcipit Victori Bon. epiſcopo, vt ſicut hoc prohibitum eſt in Chalcedo. concilio, ita prohibeat ſuis monachis, vt de cetero talia non præſumant.

† vinus.

a ¶ *Iura.*] " Ergo abbates non debent exercere epiſcopalia iura, nec de cauſis matrimonialibus cognoſcere, vt extrà de exceſ. prela. accedentibus. niſi epiſcopalia iura præſcripſerint, vt extrà de præſcrip. auditis.

" Abbates epalia non exerceant.

b ¶ *Vel Apoſtolicæ.*] Argument. contrà extrà de confir. vti vel inuti. porrecta [a]. Sed dic quòd non poſſunt confirmari, quo ad hoc quin poſſint remoueri cum opus fuerit. extrà de ſta. mo. c. 2.

a Nō eſt cōtra, quia nō tāgit caſum iſtum, ſcdm Ioā. de Fan.

c ¶ *In Chalcedonenſi.*] infrà ea. qui verè.

d ¶ *Et ſub anathematis.*] Infligendi.

I Anſel. l. 5. cap. vlt.

INterdicimus.] Caſvs. Hic octo interdicuntur monachis à Papa Calixto, in quibus tranſgrediebantur antè prohibitionē iſtā.

e ¶ *Publicas pœnitentias.*] Hoc enim ad epiſcopos pertinet, vt 50. diſt. in capite.

f ¶ *Et Miſſas.*] quas nec alij debent in monaſterijs publicè cantare populo, niſi fuerint inuitati, vt 18. quæſtione ſecunda, dubiū. & c. luminoſo. & c. abbatem.

2 ℸ. ead. qui verè

g ¶ *Oleum.*] infirmorum, vel catechumenorum [b].

b De eoc hr 95. diſtin. §. oleo.

h ¶ *Ab epiſcopis.*] Sed cum hoc cap. loquatur de non habentibus populum, quare recipiūt oleum, vel chriſma: cum populum non habeant? Reſpondeo, hoc præcipitur ad cautelam, ne aliquem ibi non baptizatum contingat mori.

IVxta.] Caſvs. Monachi quidā per caſtella, & ciuitates pagrabant officium prædicandi ſiue prædicationis vſurpantes ſibi. Præcipit ergo Alexander, vt extra clauſtrum non egrediantur, ſicut ſtatuit conciliū Chalcedoñ. & vt à populorum prędicatione penitus ceſſent: niſi intra clauſtrum aliquis eos cōſuleret de ſalute animæ ſuæ, vt eorum habitum ſumat.

†al. ordines.

tem viuit †. ¶ Agnoſcat nomen ſuum. Monos enim grecè, latinè eſt vnus: achos græcè, latinè triſtis ſonat. Inde dicitur monachus, id eſt, vnus triſtis. Sedeat ergo triſtis, & officio ſuo vacet.

¶ *Anſelmus etiam citat ex decretis Eugenij, & ex eodem habetur in vetuſto Decretorum libro.*

Item Paſchalis II. Victori Bononienſi Epiſcopo.

¶ Abſque epiſcoporum conſenſu epiſcopalia iura monachi non vſurpent.

CAP. IX.

1 PEruenit ad nos (vnde valde miramur) quòd quidam monachi, & abbates in parochia veſtra contra ſanctorum patrum decreta epiſcopalia iura [a], & officia ſibi arroganter vendicant: videlicet pœnitentiam, remiſſionem peccatorum, reconciliationem, decimas, & eccleſias: cum abſque proprij epiſcopi licentia, vel Apoſtolicæ [b] ſedis auctoritate hoc nullatenus præſumere debeant: ſicut in Chalcedonenſi [c] concilio de huiuſmodi à ſanctis patribus cautum eſt, 2 & ſub anathematis [d] vinculo monachis omnibus prohibitum. Mandamus itaque dilectioni tuæ, vt eos conuenias, & ne talia deinceps præſumant, omnino prohibeas.

Item Calixtus Papa II.

¶ De eodem.

CAP. X.

INterdicimus etiam abbatibus, & monachis publicas pœnitentias [e] dare, infirmos viſitare, & vnctiones facere, & Miſſas [f] publicas cantare. Chriſma, & oleum [g], conſecrationes altarium, ordinationes† clericorū ab epiſcopis [h] accipiant, in quorum parochijs manent.

Idem Alexander II.

QVi verè.] Caſvs. Hoc cap. diuiditur in quatuor partes. In prima parte dicitur, quòd illi qui ſolitariam vitā eligunt, ſcilicet eremitæ digni ſunt conuenienti honore. In ſecunda parte dicitur, quòd monachi ſubiecti debent eſſe epiſcopo loci, & in ſuis monaſterijs permanere: neque eccleſiaſticas, vel ſeculares actiones audeant tractare, niſi propter neceſſitates à ciuitatis epiſcopo iubeātur. In tertia parte iubetur, ne ſeruum aliquem recipiant ſine domini voluntate: & qui contrà fecerit, excōmunicetur. In quarta parte dicitur, quòd epiſcopus ciuitatis monaſterijs curam & ſolicitudinem exhibeat competentem. Secūda pars incipit ibi, *Eos verò.* Tertia ibi, *Et neminem.* Quarta ibi, *Conuenit.*

3 Iuo par. 7. c. 151.

i ¶ *Solitariam.*] id eſt, eremiticam.

k ¶ *Eos.*] qui ſcilicet digni ſint honore.

l ¶ *Verò.*] id eſt tamē. " Ex aduerſatione iſta, & ex eo quòd dicit ſubiectos, videtur quòd eremitæ non ſubſunt epiſcopis: quod quidam cōcedunt: " quia ſunt locuſtæ, quę non habebant regē [c]. Sed nos contrà [d], vt 93. diſt. nulla ratione 11. q. 3. ſi autem. Hic etiam not. quòd eremita poteſt vocari ad prælaturam, vt extrà de elect. cum monaſterium. Qualem autem vitam habere debeant, non reperi: tamen priuilegium clericorum habent, vt hic apparet. Sed ſi quæras quomodo eremita poſſit eligi ad prælaturam, cum de magis ſtricta ad minus ſtrictam vitam nō eſt licitum tranſire. 19. quæſtione prima, cap. vno? Reſpondeo, vita monachorum eſt magis ſtricta, quò ad hoc quia renuntiant proprijs, & ponunt hominem ſupra ſe: ſed eremita non renuntiat ꝓprijs, vt 19. quęſtione 3. §. econtra.

" Eremitæ ſubſūt epiſ. & poſſunt ad platurā vocari.

" Locuſta regem non habet.

4 Cōcor. c. l. 5. c. 25. Pol. l. 3. tit. j. & l. 4. ti. 34. Anſ. l. 5. c. 54. Iuo p. 7. c. 1. Pā. l. 3. c. 174.

c Tangit dictū Salomonis dicentis.

d Et bene, quia oīs aīa ſublimiorib. ptātibus dēt eſſe ſubdita, 11. q. 1. magnū. ext. de cenſ. omnis anima. Arc.

† al. eccleſiaſticis.

† al. conſcientia.] παρὰ γνώμην.

m ¶ *Ieiunia.*] Sed qd ſi prius tenebatur aliquis aliquos dies ieiunare: nunquid nihilominus monachus factus tenetur eos ieiunare? arg. q non. 33. q. 5. noluit. de pœ. di. 1. §. his auctoritatibus.

n ¶ *Curam.*] 18. q. 2. monaſteria. & c. abbates. & ca. cognouimus.

HIS ITA. Caſvs. dictum eſt ſ. in 1. c. huius q. quòd monachus mortuum ſepelire nō debet.

¶ Monachi intra clauſtra morantes, clericorū officia exterius non miniſtrent.

CAP. XI.

3 IVxta Chalcedonenſis tenorem optimi cōcilij monachis, quamuis religioſis, ad normam ſancti Benedicti intra clauſtrum morari præcipimus: vicos, caſtella, ciuitates peragrare prohibemus: & à populorum prædicatione omnino ceſſare cenſuimus: niſi fortè quis de ſuæ animæ ſalute ſolicitus, vt eorum habitum aſſumat, eos intra clauſtrum conſulere voluerit.

Item ex concilio Chalcedonenſi, capit. 4.

¶ Monachi, qui ſunt in ciuitatibus, epiſcopo debent eſſe ſubiecti.

CAP. XII.

4 QVi verè, purèque ſolitariam [i] eligunt vitam, digni ſunt conuenienti honore A. *& infrà.* ¶ Eos [k] verò [l], qui per ciuitates ſingulas, ſeu poſſeſſiones in monaſterijs ſunt, placet nobis epiſcopo eſſe ſubiectos, & quieti operam dare, atque obſeruare ieiunia [m], & orationes in locis, in quibus ſemel ſe Deo deuouerunt, permanentes, & neque B communicare eccleſiaſticas †, neque ſeculares aliquas attrectare actiones, relinquentes propria monaſteria: niſi fortè iubeantur propter vrgentes neceſſitates ab ipſius ciuitatis epiſcopo. Et neminem ſeruorum ſuſcipi in monaſterium, vt ſit cum eis monachus, niſi cum domini proprij licentia †. Prætereuntem verò hæc decreuimus extra communionem eſſe, ne nomen Domini blaſphemetur. ¶ Conuenit verò ciuitatis epiſcopo curam [n], ſolicitudinemque neceſſariā monaſterijs exhibere.

A ¶ Honore.] *ſequitur continenter c. Quidam monachorum.* ℸ. 18. q. 2. *quod eſt ex eadem priſca verſione, atque caput hoc.*

B ¶ Et neque communicare.] *Græcè eſt,* μήτε δὲ ἐκκλησιαστικοῖς μήτε βιωτικοῖς παρενοχλεῖν πράγμασιν, *h. e.* ἐπικοινωνεῖν. *i.* neque eccleſiaſtica neque ſecularia negotia turbare, vel ijs ſe immiſcere.

His ita reſpondet. Auctoritas illa

debet. Nunc verò dicit Grat. ꝙ illud c.intelligitur de monachis qui more ſecularium confluebant per capellas ad ſepulturas mortuorum celebrandas. ſed in monaſterio non prohibentur mortuos ſepellire,q. ibi elegerũt ſepulturam. & ad hoc inducit ſeq.cap.

a ¶*Nicænæ.*] s̃. ead. cap.1.

† Pol.ibid. Anſ.l.5. ca. 66. Hic aliquot epiſtolæ verba omittuntur.

† al.Georgij

A*Gapitus abbas.*] CASVS. Io.epiſcopus prohibebat Agapitum ſuo populo Miſſas celebrare, & mortuos ſepelire, ſup quo cum Greg. conquereretur, præcipit Grego. præfato Io. ne hoc de cætero ꝓhiberet. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt vſque ad c.quidam monachi.

b ¶*Miſſas.*] publicas. Sed nonne hoc licitè prohibuit. vt s̃.e. interdicimus? Sed dic ꝙ loquitur hic de monaſterio habente populum.

c ¶*Suſpendi.*] id eſt, abſtinere. Io.de Fan.

A*Dmonere.*]

d ¶*Ne piæ.*] ſecus ſi ſunt iniuſtæ. 17. q.4.quicunque.ff.de relig. at ſi quis. §. hæc actio.12.q.vlti.quia.ff. de condi.inſti.quidam. imo ad epiſcopum ſpectat exequi voluntates defunctorum [a], vt ext. de teſta. hæredes.

2 13. q. 2. vltima.

a Idẽ not.6. qu.1. Silueſter.vbi plenè dixi. & qđ dicit gl. ſatis probat per iſtud c. & ſeq.ſecundum Hug.

V*Bicunque.*]

e ¶*Legitur.*] s̃. 13.q.2.vbicunque.

f ¶*Improbitatem.*] imo quia non habent populum.

Q*Vidam monachi.*] CASVS. Monachi quidam ſine licentia epiſcoporum ſuorum, vel abbatum interdum etiam excommunicati ciuitatem Conſtantinopolitanam intrabant, errores ibi & diſcordias ſeminantes. quare ſtatuit cõcilium Chalcedon. vt niſi monachi illi commoniti ad ſua loca redeant, inuiti per defenſorem ciuitatis expellantur *iniunctum*, id eſt, præceptum.

3 13.q.2.vbi cunque.

“ Monachi ſubsũt epo.

g ¶*Epiſcopo.*] “ põt ergo epiſcopus monacho præcipere, & iniungere [b] ei aliquam legationem, vt s̃. e. qui verè. ſimiliter abbas, vt infrà eadem, monachi.

b Vr̃ tñ, ꝙ hoc ñ poterit monach⁹ niſi pmiſſione abbatis. 17.q.3.in fi. ad hoc fac. qđ no. 8. di. ꝗ cõtra. ĩ gl. vlt.11.q.3.q reſiſtit. Ar.

Nicænæ [a] *ſynodi prohibet monachos de monaſterijs exire, & per capellas mortuorum ſepulturas celebrare: confluere videlicet more clericorum ad cuiuſlibet exequias celebrandas. Cæterùm ſi apud monaſterium aliquis ſemetipſum tumulari voluerit, non eſt prohibendus.*

Vnde Gregorius ſcribit Ioanni Epiſcopo de vrbe veteri, libro 1. epiſt.12.

¶Miſſę celebrari, & mortui ſepeliri in monaſterio non prohibentur.

CAP. XIII.

1 AGapitus abbas monaſterij ſancti Gregorij † inſinuauit nobis plurima ſe à veſtra ſanctitate grauamina ſuſtinere: quòd in eodem monaſterio Miſſas [b] prohibeas celebrari: mortuos etiam ibidem interdicas ſepeliri. A qua inhumanitate vos hortamur ſuſpēdi[c]: & ſepeliri ibidem mortuos, Miſſas celebrari, nulla vlterius habita contradictione, permittas.

Idem Ianuario Caralitano Epiſcopo lib.3.epiſt.9.

¶Non ſunt caſſandæ piæ voluntates defunctorum.

CAP. XIIII.

2 ADmonere te volumus, ne piæ [d] viuorum, aut defunctorum voluntates tua (quod abſit) remiſſione caſſentur.

Item Gelaſius Papa.

¶Teſtatoris arbitrium ſeruari oportet.

CAP. XV.

COnſideratio eccleſiaſticę vtilitatis hoc poſtulat, ex iuſta diſpoſitione A teſtatoris ſeruandum arbitrium.

A ¶Diſpoſitione.] *In vetuſtis exemplaribus legitur*, diſpenſatione.

Item ex concilio Triburienſi, capitu.5.

¶De eodem.

CAP. XVI.

3 VBicunque facultas rerum, & opportunitas temporum ſuppetit, &c. [ſicut in eodē capite ſuprà legitur [e] in cauſa eorum, qui de diœceſi ad diœceſim tranſierunt.]

¶*In aliquot vetuſtis codicibus caput hoc coniunctum eſt ſuperiori.*

Ecce his auctoritatibus patet, quòd ſi quis apud monaſterium ſepulturam ſibi eligere voluerit, liberè à monachis poteſt ſepeliri. Vnde liquidò colligitur prohibitionem illam Nicenæ ſynodi propter improbitatem [f] *circumuagantium eſſe factam.*

Vnde in Chalcedonenſi concilio, cap.23. legitur.

¶Monachi, qui ſine licentia epiſcopi vagantur, ad propria loca redire cogantur.

CAP. XVII.

QVidam monachi nihil habentes ſibi iniunctum à proprio epiſcopo[g], interdum verò etiam illi, qui ab eo fuerant excommunicati [h], veniũt ad regiam ciuitatem Conſtantinopolitanam: & in ea perturbationes tranquillitati eccleſiaſticæ inferunt, & diuerſorũ domos corrumpunt. Statuit igitur ſancta ſynodus hos primùm commoneri A, vt exeant à regia ciuitate: demum eos inuitos [i] deijci, ac inde per defenſorem compelli, vt ad ſua loca [k] redeant.

A ¶Commoneri.] *In hac potiſſimùm poſtrema parte videtur de induſtria verſio priſca in epitomem redacta. Integer canon ſic habet.*

h ¶*Excommunicati.*] ergo monachi poſſunt excommunicari ab epiſcopo. vt 18.q.2. abbates. & ab alijs prælatis, vt s̃.ea.alia.

i ¶*Inuitos.*] per brachium ſeculare eſt inobediens corrigendus, vt s̃.diſtinct.17. nec licuit. & 11.quæſt.1.petimus.

k ¶*Vt ad ſua loca redeant.*] vel in exilium mittantur, vt j̃. cap. proxi.

k ¶*Vt ad ſua loca.*] hoc eſt regulare, vt ſemper primò cogantur redire ad monaſterium ſuum, vt 27.qu. 1.nec aliqua. in fi. & c. impudicas. & cap.peruenit.niſi ſepius delinquant, vel primum monaſterium ſit nimis diſſolutum, vt 17.quæſt. 1. ſi qua. & c.ſi quis rapuerit.

P*Robinum.*] CASVS. Paulinus Solitarius ſupplicauit Papę, vt in inſulam Reatinã quoſdam monachos relegaret eccleſiam offendentes: ſcilicet Probinum Phariæ, Milianum, atque Probinianum, & alios quoſdam falſos monachos. Præcepit ergo Pelagius Ioanni defenſori, vt eos detineat, & ad curiam mittat, ſi de ſua contentione aliquam volunt allegare rationem: alioquin in Reatinam inſulam eos faciat exulare.

Detine-

Ἦλθεν εἰς ἀκοὰς τῆς ἁγίας συνόδου, ὡς κληρικοί τινες καὶ μονάζοντες μηδὲν ἐγκεχειρισμένοι ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ ἀκοινώνητοι γενόμενοι παρ᾽ αὐτοῦ καταλαμβάνοντες τὴν βασιλεύουσαν κωνσταντινούπολιν, ἐπὶ πολὺ ἐν αὐτῇ διατρίβουσι, ταραχὰς ἐμποιοῦντες καὶ θορυβοῦντες τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, ἀνατρέπουσί τε οἴκους τινῶν. ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος, τοὺς τοιούτους ὑπομιμνήσκεσθαι μὲν πρότερον διὰ τοῦ ἐκδίκου τῆς κατὰ κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἐπὶ τὸ ἐξελθεῖν τῆς βασιλευούσης πόλεως. εἰ δ᾽ τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν ἐπιμένοιεν ἀναισχυντοῦντες, καὶ ἄκοντας αὐτοὺς διὰ τοῦ ἐκδίκου ἐκβάλλεσθαι, καὶ τοὺς ἰδίους καταλαμβάνειν τόπους.

¶Peruenit ad aures ſanctæ ſynodi nonnullos clericos, & monachos, quibus nihil à proprio epiſcopo commiſſum eſt, quibuſque interdum etiam ab eo communione eſt interdictum, ad regiam Conſtantinopolim ſe conferentes diu in ea morari, tumultus excitantes, & ſtatum eccleſiaſticum perturbantes, ac domos nonnullorum ſubuertere. Statuit igitur ſancta ſynodus huiuſmodi homines primùm quidem per defenſorem ſanctiſſimæ Conſtantinopolitanæ eccleſiæ admoneri, vt ex regia ciuitate exeant: deinde verò, ſi impudenter agentes iiſdem negotijs hærere perſeuerauerint, ipſos etiam inuitos per eundem defenſorem eijci, & ad propria reuerti loca.

Item Pelagius Papa Paulino Solitario. †

† al.Solonitano] al. Solatino.

¶Monachi circumuagantes per defenſores ſunt compellendi.

CAP. XVIII.

4 PRobinum Phariæ A & Milianum, atque Probinianum †, vel alios pſeudomonachos Ioanni defenſori præcipimus, vt eos debeat detine-

4 Pol.l.4.ti.34.Anſ.l.7.c.193.

† al.Probianum.

detinere [a] : quatenus, ſi quam deſiderant ſuæ cōtentionis rationem cognoſcere, ad nos [b], vt informentur, debeant exhiberi. Certè, ſi ſola obſtinatione ab eccleſiaſtico corpore ſūt ſciſſi, in Reatina † (ſicut petiſti) inſula [c] vt exulent, prædicto defenſori duximus iniungendum.

A ¶ Pharię.] *Sic eſt emendatum ex Anſelmo, & Policarpo, cum anteà legeretur*, Samarię. *Eſt autem Pharia ciuitas Dalmatiæ.*

Item Leo Papa ad Theodoritum Epiſcopum Cypri, epiſt. 61. al. 63.

¶ Nullus monachus præter Domini ſacerdotes audeat prædicare.

CAP. XIX.

1 ADiicimus illud etiam, quod nobis propter improbitatem quorundam monachorum religionis † veſtræ verbo mandaſtis per vicarios noſtros: & hoc ſpecialiter ſtatuentes, vt præter Domini ſacerdotes [d] nullus audeat prædicare, ſiue monachus, ſiue laicus ille ſit, qui cuiuſlibet ſcientiæ nomine glorietur.

Ecce in hoc capite & vitium eſt expreſſum, & generali conſtitutione euacuatum. Quòd verò pœnitentiam dare prohibentur, inde eſt, quia nulli ſacerdotum licet alterius parochianum [e] ligare, vel ſoluere. Monachi autē, & ſi in dedicatione ſui presbyteratus (ſicut & cæteri ſacerdotes) baptizandi, prædicādi, pœnitentiam dandi, peccata remittendi, beneficijs eccleſiaſticis perfruendi ritè poteſtatem accipiant, vt amplius, & perfectius agant ea, quæ ſacerdotalis officij eſſe ſanctorum Fratrum conſtitutionibus comprobantur: tamen executionem ſuæ poteſtatis non habent, niſi à populo fuerint electi, & ab epiſcopo cum conſenſu abbatis ordinati. Eccleſiaſticas verò, atque ſeculares actiones attrectare prohibentur, vt non præſumant ſibi patrocinia cauſarum, niſi ab epiſcopo commoniti fuerint, nec ſecularibus cauſis occupentur, vt reſideant cognitores dirimendarum litium.

Vnde Pelagius ſcribit Antoninæ patriciæ, & Deciæ.

¶ Monachus defenſor fieri non debet.

CAP. XX.

2 DE præſentium portitore, quòd defenſor [f] factus non eſt, nulla vobis animi moleſtia ſit: quia verè ſatis amariſſimum habeo de iſto propoſito ad illud † officium homines deduci, in quo nullo modo, quæ à monachis Deo promiſſa ſunt, valeant adimpleri. Omnimoda enim eſt illius habitus, & iſtius officii diuerſitas. Illic enim quies, oratio, labor manuum, at hic cauſarum cognitio, conuentiones, actus, publica litigia, & quæcunque vel eccleſiaſtica inſtituta, vel ſupplicantium neceſſitas poſcit. Faciat autē Deus, vt tales ſint hi, qui vel à nobis in iſto habitu nutriuntur, vel in monaſteriis creſcunt: ut prouecta ætate, & uita probata non ad litigiorum officia, ſed ad ſacerdotium ualeant promoueri.

3 *Gelaſius tamen (ſicut in tract. de promot. cleric. inuenitur in cap. illo, Monachus nouitius, &c.) permittit illos ex diſpenſatione fieri defenſores [g].*

2 ¶ *Quòd verò ſacerdotalium officiorum poteſtatem habeant, teſtatur Ambr. dicens.*

---

a ¶ *Detinere.*] nec talis detentor incidit in canonem. extrà de ſent. excom. vt famæ.

b ¶ *Ad nos.*] nam cum de fide dubitatur, Romana eccleſia eſt conſulenda, vt 23. q. 5. de Liguribus.

c ¶ *Inſula.*] not. pœnam canonicam eſſe auxilium. 50. diſt. accedens. & dixi 3. quæſtione 4. hi qui epiſcopos. Ioan.

ADijcimus illud.] CASVS. Monachi quidam non exiſtētes in ordine ſacerdotij improbè aſſumebāt officium prædicandi: hoc fuit ſignificatum Leoni Papæ: quare ſtatuit vt nullus monach' vel laicus præter ſacerdotem, vel eorum licētiam audeat prædicare, vt de ſua ſcientia glorietur. *Regionis*, i. parochialis, aliàs litera habet, religionis, & ſecundū hoc dicas quòd abbati loquitur, vel epiſcopo, vel monacho.

† fortaſſe, Rythymna.

d ¶ *Sacerdotes.*] vel p licentiam ſacerdotum. Nec obſt. 15. diſt. perlectis. vbi dicitur, quòd diaconus poteſt prædicare. ſic 92. diſt. in ſancta. vel ibi prædicare ponitur pro legere. Similiter laici prædicant, " & mulieres de licentia ſacerdotis, vt ſ. diſt. 23. mulier. in fi. Sed nūquid ſubdiaconus pōt prædicare? ita, quia prælationem & curam animarum habere poteſt, vt extrà de æta. & qual. præterea, prędicat ergo ratione prælationis, ſed non ratione ordinis: quia locum ſacerdotis obtinet, vt 93. di. præcipimus. Templarij aūt & hoſpitalarij ideò prædicant, quia habent de hoc priuilegiū. Sed qd ſi aliqui ſunt falſi prædicatores, & aliqua lucrentur: nunquid reſtituent illi eccleſiæ? Videtur quòd non: quia nō refert quis vel qualis pdicet, ſed quę prædicet. 19. di. ſecundū. Et Apoſtolus dicit in epiſt. ad Philip. " Siue per veritatem, ſiue per falſitatē Chriſtus annuntietur, & ī hoc gaudeo & gaudebo. Dic quòd Apoſtolus gaudebat de conuerſis, non de prædicantib. Arg. tamen quòd eccleſiæ acquiritur [a]. ff. de inoffi. teſt. l. poſthumus. §. ſi quis [b]. vbi dicitur, q ſi extraneus expugnauit teſtamentum: hoc ei non prodeſt, ſed legitimis. Io.

1 Burc. l. 2. c. 158.

" Mulieres prædicare poſſunt.

† al. regionis.

" pdicant & veri & falſi pdicatores.

a Hoc eſt verum ſecundnm Lau.

b Ad idē ff. de lè. 1. ſi ſeruus pluriū. §. 1.

ECCE IN HOC. CASVS. Dicit Grat. quòd cauſa eſt expreſſa ſuprà in prox. c. quare monachi prædicare non debeant, ſcilicet improbitas eorum: quod autem dictum eſt ſ. in c. placuit. quòd monachi pœnitentias dare, & ſimilia facere non poſſunt, hoc ideò ſtatutum fuit, quia nullus parochianū alterius ſoluere poteſt, vel ligare. Et licet monachi in tempore ſuæ ordinationis ſumant poteſtatem prædicandi, & alia officia faciendi ſicut cęteri ſacerdotes: tamē executionem illius poteſtatis non habent niſi à populo eligantur, & cum conſenſu abbatis ab epiſcopo loci ad hoc fuerint inſtituti. ſimiliter negotia eccleſiaſtica & ſecularia tractare non poſſunt, vt patroni cauſarum vel cognitores, niſi ab epiſcopo loci commoneantur. quod probat ſeq. cap.

e ¶ *Parochianum.*] j. de pœ. diſt. 6. placuit.

DE *præſentium.*] CASVS. Antonina patricia ſupplicauit Papæ Pelagio, vt concederet ſibi quendam monachum quem in ſuis negotijs defenſorem habere volebat. Pelagius verò cū ſibi non conceſſit: " quia monachi ſecularibus negotijs occupari non debent: nec de propoſito monachali ad officium illud deſcendere, quod probat multipliciter.

" Monach' an poſſit eē iudex vel aduocatus.

f ¶ *Defenſor.*] id eſt, iudex, vel aduocatus, vel procurator negotiorum ſecularium. ſic 1. q. 3. Saluator. & ext. ne cler. vel mon. ſed nec. Non poteſt ergo ſine ſuperioris licentia eſſe iudex, vel aduocatus [c] vel arbiter. Sed abbas poteſt hoc facere ſine licētia alicuius: nā abbas monachos habet in poteſtate, vt 12. q. 1. nō dicatis. vnde ipſe non eſt ſub poteſtate alicuius. ff. de adul. ſic eueniet. & q poſſit abbas eſſe procurator, habes extr. de cenſ. ſopitæ. extr. de trāſact. contingit. ſeculares ergo cauſas ēt iubentibus epīs nō poſſunt agere, vt hic, & ext. ne cle. vel mon. relatum. niſi miſerabiliū perſonarū, vt 86. di. c. vl. & 15. q. 2. ca. vnico. vbi plenè de hoc. Item nec ſyndicus pōt cōſtitui in propria eccleſia, vt ext. de ſynd. ſicut. nec procurator, vt in aut. đ ſan. epiſ. §. aliū. niſi alius non ſit æquè idoneus: tunc pt de licētia abbatis, vt ext. de teſt. inſuper. & j. ca. monachi. iudex tñ cōſtituitur monach' à ſuperiore, vt ext. de priuil. cum olim. Et not. q ſi quā cauſam mouent monachi, pręſumitur ſemper quòd bono zelo eam moueant, vt ext. de noui. oper. nun. cū ex iniūcto. Ioan. de Fan.

c Concord. text. in l. repetita. C. de epi. & cle. & tex. in aut. đ ſanct. epi. §. Deo nobis. col. 9.

2 Iuo pa. 7. c. 23.

† al. aliud.

3 diſtin. 77. c. vlt.

GELASIVS TAMEN. CASVS. Suprà c. prox. dictū eſt, q Papa noluit concedere, quòd monachus fieret defenſor. Sed cōtrarium videtur ſuprà 77. diſt. monachus nouitius. ſed quia vile fuit contrarium, non curauit Grat. ſoluere. nam ibi ſumitur defenſor, ideſt exorciſta, vel defenſor, i. oſtiarius, qui defendit inimicos ab ingreſſu eccleſiæ. Poſteà trāsfert ſe ad probandū, quòd monachi officia clericorum poſſunt exercere. quod probat per ſequentia c. vſque ad §. his omnibus. quæ oīa loquuntur de monachis quibus animarum cura committitur.

g ¶ *Defenſores.*] ſuprà diſtin. 77. cap. vlt. contrà. Vile eſt illud contrarium: quia ibi defenſor. ponitur pro oſtiario, & ideò magiſter illud noluit ſoluere.

QVOD VERO. Hæc eſt 2. pars quæſt. in qua probat, quòd ſi monachus habet populum de licentia epiſcopi, vel Papæ, quòd poteſt omnia officia celebrare ſiue miniſtrare ſicut clerici ſeculares. Ioan. de Fan.

Doctos

Doctos ac probos.] Casvs. Ambr. fuit interrogatus an monachi poſſent prędicare, & cætera clericorum officia exercere, & vti beneficijs, ſcilicet decimis & oblationibus? Et reſpond. ꝙ ſic: cum ipſi conficiant corpus Chriſti ſicut cæteri ſacerdotes.

Si monachus.] Casvs. Quidam non plenè dabant annonã, & decimas monachis, quibus animarum cura committebatur, quare Innocentius præcipit, vt omnia eis ſine diminutione conferantur, vt in tempore neceſſitatis monachi illi poſſint eccleſiã reſtaurare.

†decoratos.

a ¶*Minoratione.*] ſic 1. q. 3. c. vlt. & eſt argu. ex quo quis eſt electus canonicus, ſtatim habebit fructus præbendæ plenè, vt alij, extra de præb. relatũ. fallit hoc extra vt eccl. benefi. vt noſtrum. in fi. & de inſti. cum veniſſent. in fi.

1. Cor. 9.

b ¶*Reſtaurandam.*] ar. quòd habens eccleſiam debet reparare eã, vt ext. de ec. ædi. de his. & c. vlt. hoc verum eſt, ſi habet tertiam quę debetur fabricæ, vt 10. q. 1. decreuimus. & q. 3. vnio.

Moderamine.] Casvs. Monachi qui ſacerdotes erant, in iſtis quatuor erant deteriores quàm cæteri ſacerdotes, ſcilicet in decimis, primitijs, oblationibus & donationibus viuorum, & mortuorum: ideo præcipit Greg. vt monachi in omnibus iſtis nõ minus ſibi vendicent, quã cæteri ſacerdotes ad ſuam proximorumq́ue vtilitatem.

c ¶*Proximorumq́ue.*] arg. ꝙ de bonis eccleſiarum poſſumus ſubuenire conſanguineis, vt 86. di. non ſatis. "ſed proximos hic appellat fideles.

"Proximi q ſint.

d ¶*Sibi vendicent.*] "cum ergo eccleſia poſſit vendicare decimas, patet, quòd dominium decimarũ eſt penes eccleſiam[a], licet decima nondum ſit tradita ei. decimæ enim ſunt Dei: vt ĩ. e. reuertimini. Vnde etiã quemlibet poſſeſſorẽ eccleſia conuenit ſuper decimis, vt ĩ. e. decimæ. hoc enim eſt priuilegium eccleſiæ; quòd re nondum tradita facta eſt domina rei, vt ext. de conſu. c. 2. in fi. & C. de ſacr. ſan. eccle. vt inter diuinum. Quidam tamen dicunt, quòd eccleſia non poſſit vẽdicare decimam, niſi ſegregata ſit: quia qui rem vendicat, ſpecificare eam debet, vt extra de app. ſignificantibus. ſed hoc nihil eſt: quia incertam partem bene poſſum vendicare, vt ff. de rei ven. quæ de tota & l. ex diuerſo. & l. vlt. Sed adhuc alia ratione videtur, quòd eccleſia non poteſt decimam vendicare: quia niſi decima ſit ſegregata ab alijs bonis, non deſinit eſſe prioris domini. ff. de poll. l. 2. §. vlt. Sed aliud eſt quando decima debetur ex voto, aliud quando ex iure. Dicas ergo, ꝙ licet decima nondum ſit ſegregata, quod tamen eſt eccleſiæ. vel dicas, quòd totum illud frumentum eſt commune: quia cum frumentum voluntate dominorum commiſcetur, fit commune, & quodlibet granum fit cõmune. tunc detur actio communi diuidundo, vt diuidatur. Sed ſi ſine voluntate dominorum eſt commiſtum, tunc nec fit commune, ſed vendicare poteſt vterq; partem ſuã. ff. de rei vend. ſi frumẽtum. & inſt. de rer. di. §. ſi duorum. ſed nec illud videtur poſſe ſtare: quia cum ſemen non fuit commune, ergo nec frumentum. "Vel dicatur quòd decimæ petantur per actionem cõfeſſoriam: quia ius p̃ſtandi decimam eſt ſeruitus quædam. Vel verius dicas, quòd petuntur condictione[b] ex canone, vel iudicis officio, vt ff. de condi. ex leg. l. vnica.

1 Anſel. li. 7. in fi.

"Decimarũ dominiũ eſt penes eccleſiam.

†Decorati.

a Aliàs vendicare non poſſet. ff. de rei vé. in ré. in pr. & l. ſolũ. §. 1. Arc.

†al. iuſtè canone.

2 Anſ. ibid.

"Decimæ qua actione peti poſsũt.

b Quælibet cõdictio ex lege vel canone, & quęlibet alia cõdictio eſt actio in perſonam, inſt. de act. §. ſic itaque. Arch.

¶Clericorum officia celebrare monachi presbyteri non prohibentur.

CAP. XXI.

Doctos ac probos monachos presbyterij honore dedicatos † baptizare, prædicare, pœnitentiam dare, debita miſeris laxare, & decimarũ, primitiarum, oblationum viuorum & mortuorum portione iuſta perfrui debere moderata diſpenſatione commendamus, vt iuxta Apoſtolum de altario, cui ſeruiunt, viuentes, per obſequium Dominicę plebis panem & vinum immaculata benedictione trãsformẽt in corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

¶*Apud B. Ambroſium nihil tale eſt inuentum: & videtur auctoris alicuius longè recentioris.*

Item Innocentius Papa.

¶Beneficijs eccleſiaſticis monachus presbyter liberè perfruatur.

CAP. XXII.

Si monachus ad clericatum promoueatur, beneficia ei pleniter & annonæ, & decimę donentur abſque vlla minoratione[a], & dilatione: vt quantò melius poſſit, iuxta poſſibilitatem ſuam, quando neceſſitas extiterit, ad opera eccleſiaſtica, & ipſam reſtaurandam[b] eccleſiam adiutorium faciat.

Item Gregorius.

¶De eodem.

CAP. XXIII.

1 Moderamine Apoſtolicæ auctoritatis, decernimus, vt monachi, ſi presbyterij honore dedicati† ſunt, cum ligandi ſoluendiq́ue poteſtate, decimarum, primitiarum, oblationum, donationum, quę fiunt pro viuis, & pro defunctis portionem iuxta † canonẽ ad ſuam, proximorumq́ue[c] vtilitatem merito perfectioris iuſtitiæ non minus, quàm cæteri ſacerdotes laudabiliter ſibi vendicent[d].

Idem.

¶Clericorum officia monachi presbyteri liberè adminiſtrent.

CAP. XXIIII.

2 Ex auctoritate huius decreti (quod Apoſtolico moderamine, & pietatis officio à nobis eſt conſtitutum) ſacerdotibus monachis Apoſtolorũ[e] figuram tenentibus liceat prędicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, pœnitentiam imponere, atque peccata ſoluere.

Item ex decreto Bonifacij Papæ.

¶Monachi presbyterij honore decorati poteſtatem habent ligandi, & ſoluendi.

CAP. XXV.

3 Svnt nonnulli nullo dogmate fulti, audaciſſimè quidem zelo magis amaritudinis, quàm dilectionis inflammati, aſſerentes monachos, qa mundo mortui ſunt, & Deo viuunt, ſacerdotalis officij potentia indignos: neque pœnitentiam †, neque Chriſtianitatẽ largiri, neque abſoluere poſſe per ſacerdotalis officij diuinitus ſibi iniunctam poteſtatem: ſed omnino labuntur. *& infrà.* ¶Neque enim B. Benedictus[f] monachorum præceptor almificus huius rei aliquo modo fuit interdictor: ſed eos ſecularium negotiorum dixit expertes fore tantummodo. Quod quidem Apoſtolicis documentis, & omnium ſanctorum patrum inſtitutis non ſolùm monachis, ſed etiam canonicis[g] maximoperè imperatur.

Ex auctoritate.] Casvs. Quidam dicebant, quòd monachi qui ſacerdotes erant, non poterant exercere officia ſicut cæteri ſacerdotes. vnde Greg. ſuper hoc conſultus dicit. quòd cum ipſi teneant figuram Apoſtolorũ, ita licet eis exercere officium vel officia diuina ſicut Apoſtolis licuit, & ſicut cæteris ſacerdotibus licet.

3 Anſ. ibid. Pol. l. 4. titu. 34. Iuo p. 7. c. 22.

e ¶*Apoſtolorum.*] ſcilicet ſeptuaginta duorum diſcipulorum. 21. diſt. in nouo. epiſcopi enim tenent locum ipſorum. 68. diſ. quorum vices. Vel propriè, ſcilicet quo ad propriorũ renuntiationem.

†al. neq; pœnitentiã dare.

Svnt nonnulli.] Casvs. Bonifacius in hoc c. redarguit quoſdam zelo amaritudinis inflammatos, qui nitebantur monachos presbyteros ab executione ſacerdotalis officij remouere. & quòd hoc facere nõ debeant, probat exemplo B. Benedicti, & aliorum patrum, qui hoc monachis non interdixerunt. Præcipit ergo vt ab huiuſmodi auſib. in poſterum reprimantur. nam quantò quis melior eſt, tantò in illis officijs erit aptior, & habilior.

f ¶*Benedictus.*] arg. ꝙ omnia quæ non prohibuit ſanctus Benedictus, ſunt conceſſa monachis. ſic 28. q. 1. iam nunc. 30. q. 3. illud.

g ¶*Canonicis.*] regularib. imo omnib. vt vr̃, arg. 88. di. c. 1. & et per totũ. 11. q. 1. te quidẽ. 14. q. 4. c. 2. & 15. q. 2. c. 1. 23. q. vl. his à quibus extra de poſtul. clerici. & ext. ne cleric. vel mon. multa.

[Nemo A enim militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus.] Nos verò tantorum patrum inſtituti exemplis (quibus periculoſiſſimum eſt refragari) credimus à ſacerdotibus monachis ligandi ſoluendiq; officium Deo operante dignè adminiſtrari: ſi eos dignè contigerit hoc miniſterio ſublimari. *& infrà*. ¶Decertantes igitur monaſticę profeſſionis presbyteros ſacerdotalis potentiæ arcere officio, omni modo præcipimus, vt ab huiuſcemodi nefandis auſibus reprimantur inpoſterum: quia quantò quiſque eſt celſior, tantò eſt & in his potentior.

¶*Caput hoc cum nonnullis alijs miſſum eſt ex Hiſpania deſcriptum ex vetuſto codice monaſterij Populeti: cuius hic eſt titulus*, Ex concilio Bonifacij Papæ, qui quartus à beato Gregorio: quomodo Monachis liceat cum ſacerdotali officio vbi, & vbi miniſtrare.

A ¶Nemo enim.] *Hæc ſcripturæ ſententia abeſt à codice Populeti, Polycarpo, & Iuone.*

His omnibus auctoritatibus perſpicuè monſtratur monachos poſſe pœnitentiam dare, baptizare, & cætera ſacerdotalia officia licitè adminiſtrare. Quòd verò populi electione, epiſcoporum inſtitutione, & abbatis conſenſu poteſtatem ſuam exequi valeant, Hieronymi, Gelaſii, & Gregorij auctoritate probatur.

Ait enim Hieronymus ad Ruſticum monachum, epiſt. 4.

¶Dignè in monaſterio viuens, per populi electionem ad clericatum poterit promoueri.

CAP. XXVI.

SIc viue in monaſterio, vt clericus eſſe merearis. *& infrà*. ¶Multo A tempore [a] diſce, quæ poſtmodum doceas: & inter bonos ſemper ſectare meliores. Quòd ſi populus, vel epiſcopus te in clericum elegerit, age ea, quæ clerici ſunt.

A ¶ Multo tempore.] *Alia eſt verborum ſeries, & clarior apud B. Hieron.* Cum ad perfectam, inquit, ætatem veneris, ſi tamen vita comes fuerit, & te vel populus, vel pontifex ciuitatis in clerum elegerit, agito quæ clerici ſunt, & inter ipſos ſectare meliores: *& infrà*. Multo tempore diſce quod doceas.

Idem ad eundem, eadem epiſt. ſuperius.

¶Ad ordinem clericatus promoueri monachi poſſunt.

CAP. XXVII.

1 SI clericatus te titillat [b] deſiderium, diſcas quod poſſis docere: & rationabilem Chriſto hoſtiam offeras: ne miles antequàm tyro, ne prius magiſter ſis, quàm diſcipulus. ¶Non humilitatis [c] meæ, neque menſure iudicare de clericis, & de miniſtris eccleſiarum ſiniſtrum quidpiam dicere. Habeant illi ordinem, & gradum ſuum: quem ſi tenueris, quomodo tibi in eo viuendum ſit, editus ad Nepotianum liber docere te poterit. ¶Nunc monachi incunabula, moreſque diſcutimus, & eius monachi, qui liberalibus ſtudijs eruditus in adoleſcentia iugum Chriſti collo ſuo impoſuit. Primùmque tractandum eſt, vtrum ſolus, an cum alijs in monaſterio viuere debeas. Mihi quidem placet, vt habeas ſanctorum contubernium [d]: nec ipſe te doceas, & abſque doctore [e] ingrediaris viam, quam nunquam ingreſſus es.

[1 Iuo p.7. c.4.]

Item Gelaſius Papa.

¶In loco, quo abbas iudicauerit, monachus eligatur, & ab epiſcopo ſacerdos ordinetur.

CAP. XXVIII.

j SI quis monachus fuerit, qui venerabilis vitę merito, ſacerdotio dignus videatur, & abbas, ſub cuius imperio regi Chriſto militat, illum fieri presbyterum petierit [f]: ab epiſcopo A debet eligi, & in loco, quo iudicauerit ordinari: omnia, quæ ad ſacerdotis officium pertinent, vel populi [g], vel epiſcopi electione prouidè, ac iuſtè acturus.

A ¶Epiſcopo.] *In duobus vetuſtis codicibus legitur*, ipſo.

Item Syricius Papa ad Himerium, epiſt. 1. c. 13.

¶Tempore maturitatis, eccleſiaſticis monachi promoueantur ordinibus.

CAP. XXIX.

2 MOnachos quoque, quos tamen morum grauitas, & vitæ, ac fidei inſtitutio ſancta commendat, clericorum officijs aggregari & optamus, & volumus: ita vt, qui intra triceſimum ætatis annum ſunt digni in minoribus, per gradus ſingulos

[2 Pol. l.2. ti. 51. Anſ. l.7. c. 101. Iuo p.6. c. 53.]

[1. Tim. 2.]

HIS OMNIBVS. CASVS. Cõcludit Gra. ex ſupradictis, ꝙ monachi ſacerdotalia officia poſſunt adminiſtrare, ſi ad hoc eliguntur à populo de conſenſu abbatis, epiſcopo eos inſtituente. quod probat ꝑ ſequent. c. & primum c. per te videre potes: quia planum eſt.

a SIc viue.] ¶*Multo tempore.*] i. vſque ad decrepitam ætatẽ, vt 38. diſt. nullus. vel multò, id eſt per quinquennium, vt in proœ. digeſtorum. ff. de ſepar. l. 1. §. quod dictum. Vel per triennium. C. de fideic. l. 1. vel per biennium [a], vt inſtit. de lit. oblig. §. multum. argu. hic contra momentaneos magiſtros. 59. diſ. ſi officia. quia non mediocriter errat qui minus bonũ præfert, &c. vt j. de conſe. diſt. 5. nõ mediocriter. & argu. ꝙ potius ſeniores magiſtri ſunt audiendi, vt 20. diſt. de quibus [b], ar. contra. ff. de ædil. edict. præcipiunt.

[a Sub. vel ꝑ decennium. ff. qui & à q. l. ſi cum. §. Ariſto.]

[b Vide qđ leg. & not. 84. q. 1. cum beatiſſim⁹.]

SI clericatus.] CASVS. Ruſticus rogauit Hiero. vt ſcribeberet ſibi qualiter aliquis debeat aſcendere ad militiam clericalẽ, & vtrum ſit melius eſſe in eremo quàm in monaſterio cum fratribus. Scribit ergo Hiero. ſibi dicens, ſiue docens, ꝙ ſi dignitatem eccleſiaſticam deſiderat, multa ipſe prius diſcat vnde poſſit alios edocere. & hoc in prima parte. In ſecunda parte dicit, ꝙ non ſpectat ad ſuá paruitatem, vel prælationem reprehendere cæteros monachos, id eſt clericos. habent enim illi ordinem ſuum, quẽ qualiter debeant ſeruare, liber ad Nepotianũ factus plenè docebit. In tertia parte dicit, ꝙ tutius eſt eſſe in monaſterio cum fratribus, q̃ ſolus in eremo. Secunda pars incipit ibi, *Nõ eſt*. Tertia ibi, *Nunc monachi*.

b ¶*Titillat.*] id eſt, delectat.

c ¶.*Humilitatis*.] id eſt, paruitatis.

d ¶*Conturbenium*.] arg. ext. de ſta. mo. monachi. & 20. q. vlt. c. vlt.

d ¶*Conturbenium*.] argu. ꝙ plus valet vita communis q̃ vita cremitica, "vnde ab cremitica vita licitè tranſitur ad monachatum, vt dixi s̃. ea. qui verè. ſed à monachali ad cremiticam non poteſt niſi de abbatis licentia fiat ratione debilitatis, vt 20. q. 4. monachum.

["Eremita licitè tranſit ad monachatum.]

e ¶*Et abſq; doctore.*] ſi. 37. diſt. relatum [c].

[c Et 1. q. 1. quibuſdam.]

SI quis monachus.] CASVS. Quærebatur à Gelaſio qualiter aliquis monachus debeat præfici eccleſiæ ſeculari? Ei reſp. quòd ſi dignus videatur ſacerdotio, debet eligi ab eo ad quem electio ſpectat, & demum præſentante abbate debet ordinari ab epiſcopo, & inſtitui. Beneuen. verò ſic ponit caſum. Quæſitum eſt à Pelagio, vtrũ monachus curam populi poſſit exercere? Et reſp. ꝙ ſic, ſi à populo eligatur, ab epiſcopo inueſtiatur, abbate nihilominus offerente ipſum.

f ¶*Petierit.*] aliàs non poſſet, vt 58. diſt. c. 1. & 2. & j. ea. monachi.

g ¶*Vel populi.*] populi non eſt eligere [d], ſed teſtimonium dare electo, vt 23. diſt. c. 1. ſed epiſcopus, uel archipresbyter eligit ſecũdum conſuetudinem loci, vt extra de off. delegat. ſuper eo. Ioan.

[d Sed nominare ſcđm H. vt dixi ſecundum eũ s̃. c. ſic viue. Vnde Goſ. dicebat hic, ꝙ illud, vel, quod ponitur in text. non diſiungit, ſed coniungit, vt dicatur vel ꝑ &, Arch.]

MOnachos.] CASVS. Quæſitũ fuit à Syriaco Papa, vtrum monachi bonæ vitæ poſſint clericorũ officijs aggregari? Et reſp. ꝙ ſic, ita vt intra annos 30. à minoribus incipientes ordinibus, in tempore à canonib. præfixo gradatim aſcẽdant, nec ſaltu ad epiſcopatum promoueantur, niſi legitima temporis interſtitia fuerint cuſtodita. Tempore à canonibus prefixo, quare ſecundum tempus determinatum à iure. *Dignitatibus*, id eſt ordinibus alijs.

2 ¶*Nec*

ſingulos creſcente tempore promoueãtur ordinibus: & ſic ad diaconatus, vel presbyterij inſignia maturæ ætatis conſecratione perueniant: nec ſtatim ſaltu [a] ad epiſcopatus [b] culmen aſcendant, niſi in his eadem, quæ ſingulis dignitatibus ſuperius [c] prẽfiximus, tempora fuerint cuſtodita.

Item Auguſtinus ad Eudoxium, epiſt.81.

¶Eccleſiaſtica officia nec auida electione monachi ſuſcipiant, nec blandiente deſidia reſpuant.

CAP. XXX.

1 VOs autẽ fratres exhortamur in Domino, vt propoſitum veſtrum cuſtodiatis, & vſque ad finem perſeueretis: ac ſi quam operam [d] veſtram mater eccleſia deſiderauerit: nec elatione auida ſuſcipiatis [e]: nec blandiente deſidia reſpuatis: ſed miti corde obtemperetis Deo, cum manſuetudine portantes eum, qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet manſuetos vias ſuas: nec veſtrum otiũ neceſſitatibus [f] eccleſiæ præponatis 2: cui parturienti ſi nulli boni miniſtrare vellent, quõ naſceremini, non inueniretis.

1 Pan. li.3. c.179.

Pſal.24.

2 Concor.l. vnica. C. de ca.toll. §.fi. & C. đ ope. publ. l. ſi qñ conceſſa.

Item Pelagius Papa Bono Epiſcopo Sauinati.

¶Gelaſius † quendam Ruffinum monachum iubet ſacerdotem fieri, & in quadam baſilica ordinari.

† Pelagius.

CAP. XXXI.

3 IN parochia tua, baſilica ſancti Laurẽtij, quæ in poſſeſſione [g] filij, & conſiliarij noſtri viri magnifici Theodori fundata eſt, officiũ presbyterij deeſſe cognouimus. Et quia p̃fatus filius noſter nobis retulit, ſe inueniſſe Ruffinum quẽdam monachum olim ſibi vita, religione, & moribus comprobatum, & hũc poſtulat ibi presbyterum cõſecrari (quod ſubitò [h] fieri nos prorogata † [i] obſeruantia nõ acquieuimus) ideo dilectio tua his literis acceptis, ſabbato veniente faciat eum diaconum [k]: &, ſi Deus voluerit, & vixerimus, mediana [l] hebdomada presbyterum faciemus [m]: quatenus ſuperueniente Paſchali feſtiuitate ſacra miniſteria in memorata baſilica à perſona competenti valeant adimpleri.

3 Pol.l.2.ti. 32. Anſe.l. 7.c. 96. ex Gelaſio.

† al. prærogata.

Item Greg. lib. 1. regeſti, epi. 40.

¶Qui de clerico monachus efficitur, proprio epiſcopo ordinante poterit eligi, & conſecrari.

CAP. XXXII.

SI quem à clericatu in monaſticam [n] contigerit venire conuerſationem: ſi talis vitę monachus fuerit, vt epiſcop⁹, cui antea militauerat, eum dignum ſacerdotio prẽuideat, in loco, quo iudicauerit, eligi poterit, & ordinari.

¶*Verba ipſa B. Gregorij hæc ſunt.* Si quos autem à clericatu in monaſticam conuerſationem venire contigerit, non liceat eis ad eadem, vel aliam eccleſiam, quarum pridem milites fuerant, ſua voluntate denuo remeare: niſi talis vitæ monachus fuerit, vt epiſcopus, cui ante militauerat, ſacerdotio dignũ præuiderit, vt ab eo debeat eligi, & in loco, quo iudicauerit, ordinari.

Item ex cõcilio Agathenſi, c. 27.

¶Sine teſtimonio abbatis ad clericatus officium monachi non eligantur.

CAP. XXXIII.

4 MOnachi vagãtes, ad officium [o] clericatus (niſi eis teſtimoniũ abbas ſuus dederit) nec in ciuitatib. [p], nec in parochijs ordinẽtur A, *& infrà.* ¶Si.n. neceſſe fuerit clericũ đ monachis ordinari, cũ cõſẽſu [q]

4 Iuo p.3. c.157.

a ¶*Nec ſtatim ſaltu.*] id eſt, prætermiſſis ordinibus, vt 52. diſ. ſolicitudo. vel id eſt non ſeruatis debitis interſtitijs, vt 77. diſt. in ſingulis. ſed eſt contra, 77. diſt. c. vlt. vbi dicitur, ꝙ monachus omnes ordines intra annum poteſt recipere. ſed illud ex diſpenſatione, quod hic dicit, eſt ius commune.

b ¶*Ad epiſcopatus.*] vt ſi ſit presbyter, poſt decẽ annos põt eṗs fieri, vt 77. diſt. quicunq;.

c ¶*Superius.*] s̃. 77. di. c. 1. 2. & 3. Ioan.

VOs autem.] CASVS. Quidam erant monachi, vel canonici regulares, qui quando eligebãtur ad dignitates, reſpuebant omnino: quod dicit Augu. non eſſe faciendum, ſed auidè dignitates appetere non debent, nec eas reſpuere cum neceſſe eſt: ſed miti corde obtemperare: quoniam ſi otium neceſſitatib. eccleſiæ ſemper prẽponeretur, nullus inueniretur, ꝑ quẽ renaſceretur eccleſia.

d ¶*Operam.*] arg. ꝙ ſi clericus ſcit operas aliquas: illas tenetur præſtare eccleſiæ. extr. de poſtul. c. fi. ſed cuius expenſis præſtabit eas? videtur, quòd expẽſis eccleſiæ, vt arg. 12. qõ. 2. charitatem. maximè ſi non habet propriũ, de quo hic loquitur. "Secus tamen eſt in liberto, qui præſtabit operas proprijs ſumptibus patrono ſuo, niſi pauper ſit, vt ff. de oper. lib. ſuo. hic tamen non loquitur de talib. operis, ſed tantùm de poſtulatione, vel prælatione recipienda. Item arg. ꝙ ſi alicui de eccleſia iniungitur aliqua legatio, tenetur eam recipere, vt 3. q. 1. c. nulli.

" Libertus ꝓprijs ſumptibus præſtare debet operas patrono.

e ¶*Suſcipiatis.*] ſi. 8. q. 1. in ſcripturis [a].

f ¶*Neceſſitatibus.*] s̃. 7. q. 1. ſcias.

a Et c. ſciendũ. & c. qui epiſcopatũ. 2. q. 6. ſicut is. ſecũdũ L.

IN parochia.] CASVS. Caſum iſtum ſic pone. Theodorus conſiliarius Papæ petijt à Papa Ruffinum monachum in presbyterum ordinari in baſilica S. Laurentij: quam quondam in ſua poſſeſſione fundauerat, & in parochia Boni epiſcopi Sauinati. vnde Papa præcipit Bono epiſcopo, vt in proximo ſabbato faciat eum diaconum, & in media hebdomada Papa eum in presbyterum ordinabit, vt in præfata baſilica ſacra miniſteria in paſchali feſtiuitate valeat adimpleri.

g ¶*In poſſeſſione.*] id eſt, quæ fuit eius. ſim. 18. q. 2. abbatem. cum enim fundata eſt eccleſia, nullam habet ibi poteſtatem, vt 10. q. 1. nouerint.

h ¶*Quod ſubito.*] tempore enim indigemus vt aliquid maturius agamus, 50. diſt. penderet. in prin.

i ¶*Prorogata.*] id eſt, dilatata.

k ¶*Eum diaconum.*] ergo ſubdiaconus erat iſte, qui fuit electus ad regimen parochialis eccleſiæ. Subdiaconus enim ad hoc licitè eligitur, vt extr. de æta. & qual. præterea imo etiam ad epiſcopatum, vt extra eo. ti. à multis. "Item aliud notabile eſt hic, ꝙ ſi patronus præſentat epiſcopo monachum aliquem, ꝙ tenetur epiſcopus eum inſtituere. & dicunt quidam ꝙ tunc tenetur epiſcopus eum recipere cum ſubeſt neceſſitas, vel vtilitas, vt j̃. ca. cum pro vtilitate. & 55. diſt. priſcis. & id quod legitur extra de ſtat. mo. monachi. & c. quod Dei intelligunt; ꝙ non debent præfici parochialibus eccleſijs, niſi ſubſit neceſſitas, vel vtilitas. Io. Sed certè idem eſt de quolibet alio clerico. B.

"Monachũ à patrono ꝑſentatũ debet epiſcopus inſtituere.

l ¶*Mediana.*] cum cãtatur, Sitientes.

l ¶*Mediana.*] s̃. 77. diſt. in ſingulis. cõtra [b].

b Dic clari⁹ mediana, i. ĩ ſabbato qđ ꝑcedit Dominicam de Paſſione cũ cantatur, Sitientes. tũc .n. celebrat̃ generalis ordinatio clericorũ. 63. diſt. principali. 75. diſt. ordinationes. H.

m ¶*Faciemus.*] per alium. quem enim Papa in diaconum ordinat, amodo non poteſt recedere ab ipſa curia Romana, vt 1. quẽſt. 1. filium.

SI quem.] CASVS. Quidam clerici facti ſunt monachi. quẽſitum eſt à Greg. vtrũ de monachali propoſito poſſint eligi ad eccleſiam ſecularem? Et reſpondet quòd ſic: ſi epiſcopus cui ante militauerant, eos dignos iudicauerit.

n ¶*In monaſticam.*] s̃. 7. q. 1. hoc nequaquã. contra. ſed ille ad penitentiam deſcendit, hic meritum augere propoſuit, quod vbi non exprimitur ex varietate præſumitur adminiſtrationum relictarũ: & hoc bene diſtinguitur extra de renũ. poſt tranſlationem.

MOnachi.] CASVS. Statutum fuit in concilio Agathenſi, vt monachi exeuntes de monaſterijs cauſa vagandi, nec in ciuitate, nec extra ad clericatus officium ordinentur, niſi abbas dederit eis teſtimonium. Sed ſi expedierit, cum conſenſu & voluntate abbatis, ab ipſo fiat.

o ¶*Ad officium.*] officiando eccleſiam: ſed priuatim poſſunt celebrare, extra de cleric. pereg. cap. tuæ.

p ¶*Nec in ciuitatibus.*] "non eſt dubium quin à clericatu tranſeatur ad monachalem vitam: quia diſtrictior eſt vita monachorum, quàm clericorum. Sed mirum eſt quomodo ad clericalem vitam permittitur tranſire à monachali vita, vt hic & in præceden. cap. & 58. diſt. cap. 1. & 2. cum de magis diſtricta vita ad minus diſtrictam vitam tranſire non licet, vt 93. diſtinct. legimus. in fin. Reſp. ad prælaturam ideo tranſit ex diſpenſatione, vt proſit, & tunc votum non frangit, quia iſtud in melius commutatur. melior eſt enim publica vtilitas, quàm priuata. s̃. ead. vos autem. qui autem ſic tranſit, vt præſit, peccat mortaliter. votum enim frangit.

" Monach⁹ ad clericalẽ vitam tranſire permittitur.

q ¶*Conſenſu.*] hoc eſt s̃. 58. diſt. c. 1. & 2. Ioan.

C*Vm pro vtilitate.*] Caſvs. Duo epiſcopi contra iuſtitiam faciebant. nam ſine conſenſu abbatum monachos ordinabant, & à monaſterijs tertiam vel quartam decimarum & cathedraticum exigebant: & ideo reprehenduntur in concilio Ilerden. & prohibet concilium ne decætero talia fiant.

a ¶*Pro vtilitate.*] vel pro neceſſitate. ſ. cap. prox. & 55. diſt. priſcis. ſed ſ. e. ca. in parochia. indiſtinctè loquitur.

b ¶*Cum abbatis.*] videtur ergo, ꝙ epiſcopus inuito abbate non poſſit monachum pręficere eccleſiæ alicui, vel facere ipſum clericum ſuum, vt hic, & ſ. c. ꝓx. & 58. diſt. c. 1. & 2. Sed contra ſ. ea. qui verè. & 2. q. 7. cum paſtoris.

c ¶*Diœceſana.*] id eſt, nec tertiam, nec quartam dabunt epiſcopo: ſed de hoc notatū eſt 10. q. 1. in ſumma.

M*Onachi.*] Caſvs. Duo prohibentur in hoc c. Primum eſt ne monachi ſine abbatis imperio eccleſiaſticum aſſumāt officium. Secundū eſt, vt non ſint aduocati, vel iudices, vel procuratores, niſi pro vtilitate monaſterij, & abbate imperante.

d ¶*Eccleſiaſticum.*] officiando eccleſiam. ſed priuatim poſſunt celebrare.

e ¶*Vtilitas.*] ergo licet aliquid bonum & vtile ſit, non tamen eſt agendum, niſi eo modo quo fieri debet, vt 11. q. 3. quid ergo. 12. qō. 2. quatuor. & ĩ. de conſe. diſt. 5. non oportet. & ff. de re mil. l. 3. §. in bello.

f ¶*Abbate.*] "poteſt ergo monachus eſſe ꝓcurator eccleſiæ ſuę de licentia ſui abbatis, & etiam aliorum [a], ſ. ea. qui verè. & 86. diſt. peruenit. & dixi ſ. eo. de p̄ſentium. videtur etiam ꝙ ſine mandato, vt C. de proc. exigendi. ſicut miles ꝓcurat cauſam ſui numeri: qui aliàs non poteſt eſſe procurator, vt ff. de procu. filiusfamiliàs Sed hęc ratio non habet hic locum: quia monachus nec cauere poteſt de rato, nec præſtare cautionem iudicatum ſolui, ad quæ tenetur procurator, qui ſine mandato interuenit: ſi tamen geſſit vtiliter, & eccleſia habet ratum, non propter hoc poteſt irritari, quod factum eſt, vt C de procur. non eo minus. argum. contra. 96. di. bene. in fi.

" Monach' poteſt eſſe procu. eccleſiæ.

a Sed epi ēt ſolius ſine abbate, vbi eſt vtilitas monaſterij, vt in ca. qui verè. hic al. ſed non ſine mādato epi vel abbatis, ſecundum Inn. & Hoſt. qui ita not. extra de re iudi. cum I. & A.

& voluntate abbatis præſumat epiſcopus.

A ¶Ordinentur.] *In concilio ipſo ſequitur, c. fi. ĩ. 20. q. 4.*

Item ex concilio Ilerdenſi, c. 3.

¶Cum abbatis voluntate monachi ordinentur, quos pro vtilitate eccleſiæ epiſcopus ordinare voluerit.

CAP. XXXIIII.

CVm pro vtilitate [a] eccleſię aliquos monachorū epiſcopus probauerit in clericatus officio promouendos: cum abbatis [b] voluntate debent ordinari. Ea verò, quæ in iure monaſterij de facultatibus offeruntur, in nullo diœceſana [c] lege ab epiſcopis cōtingantur.

Item ex concilio Tarraconen. cap. 11.

¶Sine abbatis imperio eccleſiaſtica miniſteria monachi celebraræ non præſumant.

CAP. XXXV.

¶*Talis eſt rubrica in pleriſque vetuſtis. Nam in vulgatis erat*, Sine abbatis imperio ad clericatus officium monachi non eligantur.

MOnachi à monaſterio foras egredientes, ne aliquod miniſterium eccleſiaſticum [d] præſumant agere, prohibemus, niſi fortè cum abbatis imperio. Similiter, vt nullus eorum, id eſt monachorū, forenſis negotij ſuſceptor, vel executor exiſtat, niſi quod monaſterij expoſcit vtilitas [e], abbate [f] ſibi nihilominus imperante.

Item Auguſtinus ad Aurelium, epiſtola 76.

¶Ad clericatus militiam non eligantur deſertores monaſteriorum.

CAP. XXXVI.

1 LEgi epiſtolam benignitatis tuæ de Donato, & fratre eius: & quid reſponderem, diu fluctuaui. Sed tamen etiam, atque etiam cogitanti quid ſit vtile ſaluti eorum, qui bus in Chriſto nutriendis ſeruimus: nihil mihi aliud occurrere potuit, niſi non eſſe iſtam viam dandam ſeruis Dei, vt ſe facilius putēt eligi ad aliquid melius, ſi facti fuerint deteriores [g]. Et ipſis enim facilis † lapſus, & ordini clericorum fit indigniſſima iniuria, ſi deſertores monaſteriorum ad militiam clericatus eligātur: 2 cū ex eis, qui in monaſterio permanent, non tamen niſi probatiores, atque meliores in clerū aſſumere ſoleamus: niſi fortè (ſicut vulgares dicunt) malus choraula [h], bonus ſymphoniacus eſt: ita ijdem ipſi vulgares de nobis iocabuntur dicentes, malus monachus, bonus clericus eſt. Nimis dolendum, ſi ad tam ruinoſam ſuperbiam monachos ſurrigamus, & tam graui contumeliā clericos dignos putemus, in quorum numero ſumus: cū aliquando etiam bonus monachus vix bonum [i] clericum faciat, ſi adſit ei ſufficiens continentia, & tamen deſit inſtructio [k] neceſſaria, aut perſonæ regularis integritas. Sed de iſtis credo arbitrata ſit beatitudo tua, noſtra voluntate (vt ſuis potius corregionalib. vtiles eſſent) de monaſterio receſſiſſe: ſed falſum eſt; ſpontè abierunt, ſpontè deſeruerunt, nobis, quantum potuimus, pro eorum ſalute renitentibus.

1 Iuo p. 7. cap. 7.

† al. facilior.

2 Pan. l. 3. c. 180.

3 *His omnibus auctoritatibus monſtratur, quòd monachi qui ſunt à populo electi, & ab epiſcopo cum conſenſu ſui abbatis ſunt ordinati, legitimè poteſtatem ſuam exequi valent. Illud verò Gregorij* [l]*: [* [3] *Nemo poteſt obſequijs eccleſiaſticis deſeruire, &c.] de illis intelligendum eſt, qui in numero Cardinalium, vel epiſcoporum ordinati, monaſterij ſui diſpenſationem ſibi reſeruare contendunt.*

Vnde idē Gregorius ſcribit Mariniano Epiſcopo Rauennati, li. 6. epi. 40. ſeu, cap. 204.

L*Egi.*] Caſvs. Donatus & frater eius monachi erant in parochia Auguſtini: qui contra voluntatem eius egreſſi de monaſterio, reuerſi ſunt in regionem ſuam, vbi præſidebat Aurelianus epiſcopus, à quo petierunt ad clericale officium promoueri: aſſerentes ſe de voluntate Auguſtini veniſſe, vt potius eſſent vtiles ſuis quàm alienis. ſed Aurelianus de hoc dubitans conſulit Auguſtinum, ſi de voluntate eius receſſerunt, & an velit vt promoueantur ad ordinem, vel prælationem clericalem. Nunc Aug. reſcribit ei dicens, ꝙ eo renuente receſſerūt, & dicit ꝙ promoueri non debēt. Et hoc ꝓbat quatuor rationib. Prima eſt ꝑꝑ malum exemplū: quia ſi iſti fugitiui ordinarētur, putabūt alij facili' ſe promoueri, ſi eodē modo fugiant. Secūda eſt: quia iniuria fit ordini clericorū, ſi tales eligātur, cū de monaſterijs nō ſoleāt eligi vel aſſumi ad clerum, niſi meliores, & probatiores. Tertia ratio eſt: qa laici nos deridebūt dicentes, ꝙ malus monach' bonus clericus eſt. Quarta eſt: quia bonus monachus vix bonum clericū facit. Vbi autē rationes incipiunt, facilè per te videbis.

g ¶*Deteriores.*] nā nemo ex delicto ſuo facit conditionem ſuā meliorē. ſic 12. diſt. nos conſuetudinem. ff. de don. inter vir. & vxo. l. 3. §. 1. & ff. ꝙ vi aut clā. Seruius. ſic extra de ſimon. ſicut in fi. & extra de ſen. exc. ſi verè. Et ècōuerſo ex merito nō debet quis cōſequi pœnam: ext. de fideiuſ. peruenit. extr. de do. inter vir. & vx. & ſi neceſſe.

h ¶*Malus choraula.*] qui incipit cantum in choro, vel qui choreas ducit.

i ¶*Bonum.*] id eſt perfectum [b]. ſunt tamen monachi meliores, id eſt, perfectiores clericis, & ſic non obſtat cōtra. 47. di. quātūlibet.

b Scilicet quoad inſtructionem & integritatem regularis perſonæ, vt mox dicit: aliàs ſūt monachi, &c. vt ſequitur. L.

k ¶*Inſtructio.*] ſufficit monacho, ꝙ tm̄ bonus ſit, licet ſit illiteratus, vel irregularis: q̄ duo nocēt clerico ꝓmouēdo. 55. diſtin. c. 1. & 36. diſt. illiteratos.

HIS AVTEM OMNIBVS. Hæc eſt tertia pars q̄ſtio. in qua probat quod dicitur, ꝙ nullus debet tenere locum in monaſterijs, & in eccleſijs ſecularib. Ioan. de Fant.

3 ſ. eo. c. nemo.

Caſvs. Concludit Grat. ex ſupradictis c. dicens, quòd ſi monachi à populo eligātur, ab epiſcopis cum conſenſu abbatis poſſunt ad militiam eccleſiaſticam ordinari. Sed quia Greg. videtur dicere contrarium, vt ſ. ead. quæſt. nemo. ideo dicit illud c. intelligi de illis qui ordinati in numero epiſcoporum, vel cardinalium inſimul eccleſiaſticam militiam & monaſteriorum diſpenſationem ſibi reſeruare contendant: quod fieri non debet, vt probatur per duo ſeq. cap.

l ¶*Illud verò Gregorij.*] vt ſ. ead. cap. 2.

Ne pro

NE *pro cuiuſlibet.*] CASVS. In archiepiſcopatu Rauennæ cum monachi, vel abbates ad eccleſiaſticum officiũ promouerentur, in monaſterijs poteſtatem ſibi reſeruare volebant. præcepit ergo Greg. Mariniano epiſcopo Rauennati, ne hoc de cætero fieri patiatur.

a ¶*Sacrum.*] i. epiſcopatum [a].

b ¶*Acceſſerit.*] bene dicit, acceſſerit, ſcilicet cum effectu. non enim deſinit eſſe prioris eccleſiæ prælatus, niſi habeat corporalem poſſeſſionem ſecundæ, vt 21. q. 2. ſi quis iam. & ext. de elect. cum in cũctis. ſed de hoc dicitur 93. diſtin. ſi qui epiſcopi. Ioan.

a De hoc 18. qõ. 1. in ſumma.

† al. per promotionem.

P*Resbyteros.*] CASVS. In epiſcopatu Syracuſano quidã volebant dignitatem eccleſiaſticam gubernare, in monaſterijs eſſe abbates, vel ẽcõuerſo. quare præcipit Greg. Maximiano epiſcopo, vt hoc fieri nõ permittat. nam cum vnum officium propter ſui magnitudinem aliquis diligenter non poſſit adimplere, incõgruum eſt vt videatur ad vtrũque idoneus, & bonus.

1 Anſ. l. 7. c. 163. Pol. l. 3. tit. 15.

c ¶*Abbates.*] "Sed quomodo poterãt clerici ſeculares eligi in abbates, cum hoc ſit prohibitum, vt extra de elect. cum cauſam. & melius eo. tit. cum in magiſtrum. & eo. tit. cũ ad noſtram? Reſp. non eliguntur, ſed poſtulantur. ſic 55. diſtin. Oſius. ſed fortè, cùm prius erant monachi, fuerũt aſſumpti ad parochiales eccleſias, & poſtmodum cum electi eſſent in abbates, volebant retinere eccleſias priores [b]. & ex hoc videtur eſſe melior conditio monachorũ quã clericorum. ſi monachi licitè eliguntur ad ſeculares prælaturas, & clerici non poſſunt eligi ad monachorum prælaturas, cum ſit arg. contra. 2. q. 7. ſicut. ¶. 28. q. 1. omnes. Sed quæro rationem illius diuerſitatis. Si dicas ideo quia clericus non eſt peritus in regula monachali: eadem ratione nec monachus poteſt eligi in epiſcopum, ſi nõ eſt peritus in regula clericali, vt ſ. c. ſi viue. & cap. ſeq. quod cõcedo. Sed quid ſi clericus ſit peritus in regula monachali, nũquid poteſt eligi in abbatem, cum ratio conſtitutionis ceſſet in eo, vt 61. diſt. §. his omnibus. verſi. ſed ſciendum? Dico ꝙ non: quia licet ſciat regulam, non tamen probatus eſt in ea, & graue eſt inexpertos, &c. vt 19. q. 3. monaſterijs. quia nec ipſe eſt probatus in habitu, nec ipſe probauit habitum, in quo maxima vis ordinis conſiſtit.

"Clerici ſeculares non eligũtur ad prælaturas regulares.

† fieri] Ori.

b Scilicet parochiales, i quibus erãt intitulati: & hãc lectarã habes. ỹ. c. §. ſuperiori. ſecundũ Lau.

d ¶*Admiſſa.*] ergo delinquenti datur electio. ſic extra de iure patr. [c] eam te. arg. contra. ff. de pet. hær. ſi rem & pretium.

e ¶*Ad vtrunque.*] ſi. 70. diſt. ſanctorum. & C. de aſſeſ. l. vlt. ſ. 89. diſt. ſingula.

c Aliàs, de æta. & qual.

HOC VEL GENERALITER. CASVS. Dictum eſt ſ. ꝙ abbas electus in ſecularem prælatum non debet ipſe abbas rèmanere, vel etiam aliquis electus ſecularis prælatus in abbatem non permittitur habere militiam clericalem. Nunc verò dici, quòd hoc poteſt intelligi generaliter de omnibus, vel ſpecialiter de quibuſdam. quod probat per ſequẽ. cap. Sed prædictum proximum cap. intelligitur, quando ſimul volebãt habere vtrunque. ſed ad alterum poterit eligi, vnde videtur mihi ſine præiudicio melioris intellectus, quòd gratianus malè continuauerit. B.

¶Pro abbatis, vel monachi promotione nullo modo grauentur monaſteria.

CAP. XXXVII.

NE pro † cuiuſlibet monachi, aut abbatis promotione onus fortaſſe aliqđ monaſteria ſuſtineant, ſtudendum vobis eſt, vt ſi quiſpiam abbatum, aut monachorum ex quocunque monaſterio ad clericatus officium, vel ordinem ſacrum [a] acceſſerit [b], nõ illic aliquam habeat vlterius, vt diximus, poteſtatem.

Idem Maximiano Syracuſano Epiſcopo, lib. 3. epiſt. 11.

¶Qui eccleſijs quoquomodo militant, abbates monaſteriorum eſſe non poſſunt.

CAP. XXXVIII.

1 PResbyteros, diaconos, cæteroſq; cuiuſlibet ordinis clericos, qui eccleſijs quoquomodo A militant, abbates [c] per monaſteria eſſe † non permittas: ſed aut admiſſa B [d] clericatus militia monaſticis non prouehantur ordinibus: aut ſi in abbatis loco permanere decreuerint, clericatus nullatenus permittantur habere militiam. Satis enim incongruum eſt, ſi cum vnum ex his præ ſui magnitudine diligenter quis non poſſit explere, ad vtrunque [e] iudicetur idoneus.

A ¶Quoquomodo.] *Hæ voces abſunt ab originali impreſſo, & manu ſcripto.*

B ¶Admiſſa.] *Sic in vetuſtis quoque codicibus Gratiani, & epiſtolarum B. Gregorij, & cæteris earundem editionibus, præter antiquam Pariſienſem, in qua & apud Anſelmum legitur,* aut omiſſa clericatus militia monachis promoueantur ordinibus.

Hoc vel generaliter, vel ſpeciali priuilegio dictum poteſt intelligi: ſicut & de quodam monaſterio in regeſto Gregorij legitur hoc modo.

¶De quodam xenodochio, cuius abbas ad epiſcopatum eligi prohibetur.

CAP. XXXIX.

HInc eſt etiam, quòd xenodochium, atque † monaſterium, quod in eodem Francorum regno conſtitutum eſt, quia per ambitiones, & contentiones quorundam non canonicè tractabatur, à peruerſitate malorum liberare cupiẽs præcepit, vt ſine regali prouiſione †, & monachorum electione nullus ibi abbas aliqua vnquam ſubreptione introduceretur. Præcepit etiam, vt eiuſdem monaſterij abbas nũquam [f] ad epiſcopatum eligeretur: ne fortè occaſione epiſcopatus abbatia aliquid detrimenti [g] pateretur. Quod priuilegium ita eſt illius eccleſiæ: vt communem legem regibus, vel abbatibus omnino dare non poſſit. Non enim quod vni ſigillatim [h] conceditur, ſtatim omnibus conuenit.

¶*Author huius capitis refert conſtitutionem beati Gregorij de abbate Xenodochij in ciuitate Auguſtudunenſi, quæ habetur, lib. 21. regeſti, epiſt. 10.*

Superiori auctori-

HInc *eſt etiam.*] CASVS. Bene. ſic ponit hunc caſum. De quodam monaſterio Franciæ abbates in epiſcopos eligi conſueuerant, de quorum electione monaſteriũ grauabatur, & poſtea per ſeditiones & ambitiones abbates non canonicè ſubſtituebantur. Dedit ergo Grego. ſpeciale priuilegium & regi Francorum & ipſi monaſterio. Regi, vt deberet electioni abbatis intereſſe, ne aliqua ſeditio oriretur. Monaſterio, ne de cætero abbas inde ad epiſcopatum eligeretur. Quod priuilegium ita eſt ſpeciale illius regis & illius monaſterij, vt ad conſequẽtiam aliorum trahi nõ debeat.

† al. ſeu.

† al. prouidentia.

f ¶*Nunquam.*] ſed nonne potius eſt opprobrium quàm priuilegium, quòd abbas in epiſcopum eligi prohibeatur? "Reſpondeo, in hoc eſt priuilegium quòd eccleſia non cogitur [d] dare abbatem, ſi eligitur in epiſcopum.

" Abbas in ẽpm q̃nque nõ eligitur.

d id eſt, non pt cogi per aliquẽ aliũ à Papa.

g ¶*Detrimenti.*] ſolent enim abbates electi in epiſcopos diſpergere res eccleſiæ ſuæ, cum ſe receſſuros ſperant, quia non parcit populis regimen breue. arg. ff. de exerc. l. 1. circa princ. de pœn. diſtinct. 3. inter hæc hircum.

h ¶*Sigillatim.*] Argu. "quòd priuilegium cõceſſum vni non extenditur ad alios. ſ. 100. diſtin. contra morem. 7. q. 1. petiſti. tamen ius vni conceſſum extenditur ad alios. ſ. diſt. 5. eius verò. Item quod primatibus conceditur, videtur conceſſum & illis qui ſubſunt eis, vt C. de aduoc. diuer. iu. l. reſtituendæ. Item licet perſonalia iura non extendantur ad alios, tamen quandoque poſſunt concedi alijs. nam minor cedit alijs beneficium reſtitutionis, vt ff. eodem. l. quòd ſi minor. in princ. licet ſit arg. contra, vt ff. de adminiſtr. tut. licet ex pluribus. & ff. de re. iu. in omnibus.

" Priuilegiũ vnius ad alterum non extenditur.

SVPERIORI. CASVS. Grat. hic aliter interpretatur illud c. presbyteros. quàm in ſuperiori §. & melius. Diuiditur ergo iſte §. in tres partes. in prima parte dicitur, quòd per iſtud c. presbyteros & diaconos, non prohibentur abbates fieri ſacerdotes: cum B. Benedictus præceperit abbates dare benedictionem ſuis fratribus, quod officium non eſt niſi ſacerdotum: & Euangelium legere, quod eſt ſacerdotum officium. ſed prohibentur tales fieri ſacerdotes & diaconi, qui in clericali militia coguntur iugiter permanere retinendo abbatias, vel ẽconuerſo. In ſecunda parte reſpondet quibuſdam obiectionibus ſupradictis, in quibus dicitur, quòd officium monachi non eſt docere, ſed plangere. & quòd ſine conſilio

lio presbyterorum eis nil agere licet, & ſimilia. & dicit non eſſe ita intelligendum, vt monachis non liceat docere. quia ſecundum hoc negaremus Gregorium & B. Martinum & alios multos non habuiſſe officium prædicandi. ſed ſic ſunt ſupradictæ obiectiones intelligendæ, vt ex eo ꝙ quis monachus eſt, nõ doceat: ſed ſua & aliorum peccata plangat. & ex eo quòd ad clericatum eligitur, officium habeat docendi. In tertia parte ponit aliam ſolutionem, dicens quòd omnia ſupradicta cap. quæ prohibent monachis officia clericorum exercere, loquuntur de quibuſdam monachis laicis: & ad hoc probandum inducit auctoritatem Hierony & legem ſequentem. Secunda pars incipit ibi, *Item illud*. Tertia ibi, *Monachos verò*.

1 s̃. ea.monachus.

2 s̃.ead.alia cauſa.

3 s̃.ead.eccleſia.

a ¶*Superiori auctoritate.*] ſcilicet presbyteros.

b ¶*Abbates.*] id eſt, ſacerdotes non prohibentur fieri abbates.

c ¶*Niſi ſacerdotum.*] vt 25. diſtinctio. perlectis.

d ¶*Lectionem.*] hoc melius intelligunt illi, qui nouerunt regulam beati Benedicti.

e ¶*Fieri.*] ſupple abbates,

f ¶*Teſtatur.*] s̃.ead.de monachis.

g ¶*Ex eo.*] ſic aliud facit quis in eo quòd homo, & aliud in eo ꝙ peccator, vt 23.q.4. duo iſta.

h ¶*Monachos.*] alia ſolutio.

GEneraliter.] CASVS. In hac lege ponuntur quinque genera perſonarum, ſcilicet epiſcopi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi, & monachi, licet nõ ſint clerici, quibus omnibus Leo Imperator còncedit priuilegium, vt donec ſacroſanctis eccleſijs & omnipotenti Deo ſeruiunt, ſint immunes ab omni tutela & cura cuiuſcunque generis & cuiuſcunque perſonæ. Si verò diuagantes officijs non interſint, iſtam non habeant immunitatem, quod præcipit obſeruari non ſolùm in Romana ciuitate, ſed etiam in Conſtantinopolitana, & in omni terra, in qua nomen Chriſti colitur.

† al.Scetiæ.

i ¶*Monachos.*] "epiſcopis & monachis interdicitur cura & tutela, vt 88.diſtione, cap.epiſcopus. & ſupra eadem, de præſentium, & ca.monachi à monaſterio. niſi fortè miſerabilium perſonarum, vt 86.diſtinctione, cap. vltimo. alij verò clerici ſponte poſſunt ſuſcipere, vt octuageſimaſexta diſtinctione, ca. peruenit. Eſt ergo priuilegium clerici, quòd non tenetur recipere tutelam alicuius: cum tamen velit, & poſſit ſuccedere ab inteſtato, quod eſt contra legem illam. Inſtitut. de legit. patr.tutel.§.quia plerunque. & ſuprà 86.diſt.peruenit, vbi habes de hac materia.

"Epiſcopi & monachi nõ poſſunt eſſe tutores.

k ¶*Non diuagantes.*] argum. quòd [a] ſcholares in ſcholis nõ debent percipere ſtipendia, vt 12. quæſt.2. conceſſo.

k ¶*Non diuagantes*] "arg.cauſa ceſſante ceſſat priuilegium. 84. diſtinctio. quiſquis. extra de cler. non reſid. quia nonnulli. extra de decim. ſuggeſtum. C. de reſtit.mil.l. vlt. inſt. de excu.tut.§.item hi qui. reipublicæ enim cauſa abſens excuſatur à tutela. ſed ſi ante fuit tutor, ſimiliter refutat onus tutelæ.ff. de iudi. l.2.§.eleganter. in fi.ff. pro ſoc.l.actione.§. itẽ. vnde ſi aliquod priuilegium datum eſt religioſis, ceſſante religione ceſſat priuilegium, vt 25.quęſtio.ſecunda, c.vltim. & extra de verborum.ſignifi. abbate. in fi.

a Hoc arg. non colligitur ex hac litera, cum hic loquatur de abſẽtibus ex inhoneſta cã, & hic not. verbum, diuagantes. arg.s̃. c. monachi vagãtes. Arch.

"Priuilegiũ datũ religioſis ceſſante religione ceſſat.

NOVARVM. CASVS. In ſuperiori lege datum eſt priuilegium clericis, vt à tutela & à cura ſint immunes. nunc oſtenſtit Gratianus, quòd & aliud priuilegium habent, ſcilicet ne collationes & ſordida munera præſtare cogantur: & ad hoc probandum inducit Conſtantini legem cuius caſus patet, & etiam legem Honorij.

l ¶*Sordidorum.*] vt calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, & ſimilium.

m ¶*Mancipia veſtra.*] ſimiliter vxores, vt C. de epiſc. & cleric.l.2. & eorum coloni, vt 89. diſtin. indicatum, & eorum familia, vt 12. quæſt. 2. eccleſiarum.

n ¶*Nouis.*] ſic 10. quæſt.3. vnio. & capit. quia cognouimus. extra de cenſib.cum Apoſtolus.

o ¶*Collationibus.*] extraordinarijs, vel ſuperindictis, vt infrà l. proxi. ſoluant tamen tributum: vt 11.quæſtio.1.ſit tributum. 33. quæſt.8. tributum. & C.de epiſcop. & cler.de his. ſed nouas collationes non poſſunt laici ab eis petere propter aliquas neceſſitates, vt hic dicitur. & extra de immunit.eccle.non minus. ſed epiſcopus tempore neceſſitatis cum charitate aliquid moderatè poteſt ab eis petere, vt extra de cenſ.cum Apoſtolus [b]. non ergo tenet lex quæ dicit, quòd clerici tenentur ad inſtructionem murorum: aliàs itinerum, vt C. de ſacroſanct. eccle. ad inſtructionem.

b Ad idem extr. de im. ec. quia pleriſq;. ar.opt. ff.de lib.exhi.ſi quis ex liberis.

tate [a] *non prohibentur abbates* [b] *ſacerdotes fieri: cum beatus Benedictus iubeat abbatem fratribus egredientibus, & regredientibus benedictionem dare, quod non niſi ſacerdotum* [c] *eſt. Lectionem* [d] *quoque Euangelij ſimiliter abbati ad legendum tribuit: quam ſubſequenti oratione legere ſimiliter ſacerdotalis officij eſt. Sed tales ſacerdotes, vel diaconos fieri* [e] *prohibet, qui in eccleſiaſtica militia cogantur iugiter permanere.* ¶*Item illud Hieronymi ad Riparium presbyterum* [[1] *Monachus non docentis, ſed plangentis habet officium*] *& ad Heliodorum* [[2] *Alia cauſa eſt monachi, alia clerici.*] *& ad Ruſticum.* [[3] *Sine conſilio presbyterorum monachis nihil agere licet.*] *non ita generaliter intelligendum eſt, vt nulli monachorum liceat docendi officium aſſumere: ne beatum Gregorium, aut Auguſtinum Anglorum epiſcopum, beatum quoque Martinnm, innumeros etiam, quos de monaſtica conuerſatione ad ſummum ſacerdotij gradum ſcriptura teſtatur* [f] *eſſe promotos, cogamur negare officium docendi habuiſſe: aut in die conſecrationis ſuæ aſſeramus eos à priori propoſito diſceſſiſſe: quod (vt Innocentius teſtatur) nulli facere licet. Voluit ergo Hieronymus diſtinguere inter perſonam monachi, & clerici: oſtendens, quid cuique ex proprio officio conueniat.* ¶ *Aliud enim conuenit cuiq; ex eo* [g], *quòd monachus eſt: aliud ex eo, quòd clericus eſt. Ex eo, quòd monachus eſt, ſua, & aliorũ peccata deflendi habet officium: ex eo, quòd clericus, docendi, & paſcendi populum.* ¶*Monachos* [h] *verò vſque ad tempus Euſebij, Zozimi, & Syricij monachos ſimpliciter, & non clericos fuiſſe eccleſiaſtica teſtatur hiſtoria. Idem etiam Hieronymus* A *refert monachos Scythiæ* † *cõueniſſe in vnum, vt ſacerdotem ſibi inuenirent, qui eis Miſſarum ſolemnia celebraret.*

A ¶Hieronymus.] *Ioan. Andr. ait eſſe in epiſt de ope. & hum. monachorum. In tomo autem ſecundo operum ipſius B. Hieronymi in epiſt. 60. quæ eſt Epiphanij ad Ioan. Hieroſolymitanum, ab eo latinæ reddita, legitur Epiphanium ordinaſſe presbyterum monachis poſcentibus, qui eis Domini ſacramenta conficeret. Erat autem monaſterium in diœceſi Ioannis.*

Item Leo Auguſtus lib.1. Codicis de epiſcopis & clericis.l.40.

¶*In Codice Iuſtiniani hęc lex ipſi Iuſtiniano tribuitur, non Leoni.*

¶Omnes clerici, vel monachi tutelæ immunitatem habere debent.

CAP. XL.

GEneraliter ſancimus omnes viros reuerẽdiſſimos epiſcopos, necnon presbyteros, ſiue diaconos, & ſubdiaconos, & præcipuè monachos [i], licet non ſint clerici, immunitatem ipſo iure omnes habere tutelæ, ſiue teſtamẽtariæ, ſiue datiuæ, ſiue legitimæ: & non ſolùm tutelę eſſe eos expertes, ſed etiam curæ, non ſolùm pupillorum, & adultorum: ſed & furioſi, & ſurdi, & muti, & aliarum perſonarum: quibus tutores, vel curatores à veteribus legibus dantur. Eos tamen clericos, & monachos huiuſmodi habere beneficiũ ſancimus, qui apud ſacroſanctas eccleſias, vel monaſteria permanent, non diuagantes [k], neque circa diuina miniſteria deſides, cum propter hoc ipſum, beneficium eis indulgemus †: vt alijs omnib. derelictis, Dei omnipotentis miniſterijs inhęreant. Et hoc non ſolùm in vetere Roma, vel in hac regia ciuitate, ſed in omni terra, vbicunque Chriſtianorum nomen excolitur, obtinere ſancimus.

† al. indulgeamus.

¶*Nouarum etiam collationum, & ſordidorum* [l] *munerum immunitatẽ acceperunt. Vnde Conſtantinus cunctis ſcribit clericis ti.eo. l. 1.*

¶ 4 Iuxta ſanctionem, quam dudum A meruiſſe perhibemini, fundos, & mancipia [m] veſtra nullus nouis [n] collationibus [o] obligabit: ſed vacatione gaudebitis.

4 Et ĩ Cod. Theo. l. 16. tit. 11.ca.8. ex Conſtantio. Aug.

Item Imperator Honorius, & Theodoſius eodem libro, titulo de ſacroſanct.eccleſ.l.5.

PLA-

PLACET. Casvs. Præfectus pretorio quęſiuit ab Imperatore Honorio à quibus muneribus eccleſię eſſent immunes: & reſpondet, ꝙ à ſordidis muneribus ſunt immunes omnino. & ſi honeſta ſint, nil extraordinarium vel de nouo eis imponatur: ſed tantùm conſueta ſoluant tributa, & debitas penſiones, & niſi cum Imperator cauſa neceſſitatis per prouinciam tranſitum fecerit. & ſi quis contra hoc fecerit, poſt debitæ vltionis acrimoniam, quæ contra ſacrilegos depromitur, deportetur. *Præſcribere*, id eſt, ſtatuere, & in ſcriptis redigere. *Tranſlationis*, id eſt, tráſferendorum agrorum, id eſt, vt tráſferatur dominium in rebus eccleſiarum. *Signetur*, id eſt, aſſignetur. *Poſt acrimoniam*, id eſt, pœnam extraordinariam, vel excõmunicationem. *Erga*, id eſt, contra.

1 & 2 Theodo. ibid. cap. 40.

† al. tranſlatione] al. tráſlationũ.

† al. gignat.

a ¶*Cœleſtium.*] id eſt, eccleſiarum. Vel intellige ſecundum ꝙ eſt extra de cenſ. c. 1.

b ¶*Extraordinarium.*] id eſt, quod repentino caſu ſuperuenit. Extraordinarium & ſuperindictum idem eſt. C. de exact. trib. l. ſi diuina. libro 10.

† al. ppetuæ multetur.

c ¶*Tranſlationis.*] id eſt, non eſt transferenda poſſeſſio ab eis, licet non ſoluant tributum, ſicut fit in alijs, vt 10. q. 2. §. qui rem.

d ¶*Neceſſitatis.*] nec tunc per laicos, ſed per epiſcopũ petetur collatio à clericis, vt extra de immuni. eccleſ. non minus.[a]

a intellige vt hꝛ c. titu. aduerſus. & eo. tit. lib. 6. qm̃ nonnulli. & c. clericos. de hoc ẽt not. 23. q. 8. tributum. in gl. 1. ibi videas. Arch.

e ¶*Acrimoniam.*] id eſt, pœnam, quæ traditur. ff. ad l. Iul. pec. ſacrilegij. & 17. q. 4. per totum.

HOC IDEM. Casvs. Suprà in §. illo, ſuperiori auctoritate. & in illa l. generaliter. oſtendit Gratian. ꝙ monachi quondam nõ erant clerici. nũc idem vult probare per auctoritatem B. Silueſtri, quę habetur ſ. 93. diſt. à ſubdiacono. quibus monachis ſecundum Hierony. prædicare non licet ſine clericorum auctoritate, niſi ſancto ſpiritu reuelante. qđ probat exemplo beati Benedicti, & exemplo Equitij. Sed quia hæc ſolutio videbatur falſa, cum Hierony. ſacerdos ſe talibus connumeraſſet, vt ſ. ea. alia. ideo reſpondet Grat. & dicit Hieron. hoc feciſſe, vt alios monachos licentius redargueret. Et ad hoc pro bandum inducit duas auctoritates, ſ. Pauli & Hieronymi.

2 diſt. 39. A ſubdiacono

3 lib. 2. dial. cap. 8.

4 l. 1. c. 4.

f ¶*Datur intelligi.*] quòd monachi laici erant.

g ¶*Ait.*] ſ. diſt. 93. à ſubdiacono.

h ¶*Connumerat.*] ſuprà eadem, alia. licet ipſe eſſet presbyter Cardinalis.

¶ 1 Placet rationabilis concilij tenore perpenſo, diſtricta moderatione pręſcribere, à quibus ſpecialiter neceſſitatibus ſingularum vrbium eccleſię habeantur immunes. Prima quippe illius vſurpationis cõtumelia depellenda eſt, ne prædia vſibus cœleſtium [a] ſecretorum dedicata, ſordidorum munerum fæce vexentur; nil extraordinarium [b] ab hinc, ſuperindictumúe flagitet: nulla tranſlationis † [c] ſolicitudo ſignetur †: poſtremò nihil præter canonicam illationem [B], niſi quam aduentitiæ neceſſitatis [d] ſarcina repentina popoſcerit, eius functionibus adſcribatur, Si quis contra venerit, poſt debitæ vltionis acrimoniã [e], quæ erga ſacrilegos promenda eſt, exilio deportationis ꝑpetuo † ſubdatur.

A ¶Meruiſſe.] *In codice Iuſtiniani legitur*, meruiſtis & vos, & mancipia, &c. *In Theodoſiano*, meruiſſe perhibemini & vos, & mancipia, &c.

B ¶Illationem.] *In vulgatis codicibus ſequebatur*, niſi quam ſi aduentitiæ. *In codice Iuſtiniani vulgato legitur*, & quam aduentitiæ. *In manuſcripto, & Haloandri non eſt copula. In codice Theodoſiano*, quod aduentitiæ. *In plerìſque vetuſtis Gratiani*, præterquàm aduentitiæ. *Dictio verò*, ſi, *abeſt ab omnibus, & ideo inducta.*

Hoc idem datur intelligi [f] *de verbis beati Silueſtri, qui obedientiã minorum erga maiores aſſignans ait* [g] [[2] *Abbas oſtiario, monachus abbati ſit ſubditus*] *ſuprà in tractatu ordinandorum. Oſtendit ergo Hieronymus, quòd ſimpliciter monachis nihil liceat agere ſine conſilio presbyterorum. Nec officium docendi ſibi aſſumere liceat ſine auctoritate clericorum, niſi fortè ſint diuina gratia intus commoniti: ſicut beatus Gregorius refert in dialogo de beato Benedicto:* [3] *qui homines montis Caſſini ad fidem adduxit, & arã Apollinis, quæ erat ibi erecta, ſubuertit: & de quodam Equitio,* [4] *cui Angelus in ſomnis apparuit, eum ad prædicandum miſit: qui cum de vitio linguę conqueretur, Angelus phlebotomo linguam eius tetigit, & totum illud vitium curauit. Quòd verò Hieronymus ſeipſum talibus connumerat* [h]*: tale eſt, quale illud Apoſtoli ad Philippenſes* [*Quicunq; imperfecti* † *ſumus, hoc ſentiamus*] *ſeipſum imperfectis cõnumerans. Hinc idem Hieronymus alibi* [i] *ait* [*Natus in paupere domo, & tugurio ruſticano.*] *& infra* [*Nos ſuffarcinati auro*] *ſe famelicum faſtidientibus mella, pauperem diuitibus connumerans, ſuprà vbi agitur de clericis, qui propria relinquere nolunt, c. Gloria epiſcopi.* ¶ [5] *Ecce ſufficienter monſtratum eſt, quòd monachis presbyterij honore decoratis, à populo electis, ab epiſcopo inſtitutis eadem liceant, quæ & alijs ſacerdotibus. Probatur hoc etiam ex ſimilitudine conſecrationis. Non enim in conſecratione eorum aliud dicitur, & aliud in conſecratione aliorum. Vtriſque enim in commune à Domino benedictionem infundi epiſcopus obnixè depoſcit. Et dum conſecrat, cunctis ſacerdotibus ſigillatim dicit* [*Conſecrentur, & ſanctificentur Domine manus iſtæ, vt quidquid conſecrauerint, conſecratum ſit: & quæcunque benedixerint, benedicta ſint.*] *Ecce communis eſt benedictio: vnde igitur diuortium? Sicut ergo in benedictione vtrique commune nanciſcuntur poteſtatem: ita in inſtitutione communiter aſſequuntur poteſtatis executionem. Cęterùm abſque epiſcoporum licentia non ſolùm monachis, ſed etiam omnibus generaliter clericis poteſtatis executio interdicitur.*

Vnde Clemens, epiſt. 3.

¶Sacerdotalia ſine permiſſu epiſcoporum non agant presbyteri.

CAP. XLI.

6 CVnctis fidelibus, & ſummoperè omnibus preſbyteris, & diaconis, & reliquis clericis attendendum eſt, vt nihil abſque epiſcopi proprij [k] licentia [l] agant: non vtique Miſſas [m] ſine eius iuſſu quiſpiam presbyterorũ in ſua parochia agat: non baptizet, nec quidquã abſq; eius permiſſu faciat.

4 *De his* [n] *verò, qui intra monaſterij clauſtra conſiſtunt, quibus populus ad regendum non committitur, quæritur, vtrum dare, vel accipere decimas debeant. In quibus hæc diſcretio ſeruanda eſt, vt de agris & vineis, quæ ad proprium ſtipendium coluntur, decimas ſibi retineat. Si enim*

i ¶*Alibi ait.*] ſ. 12. q. 2. gloria.

ECCE. Casvs. Concludit Grat. ex ſupradictis ꝙ monachis electis à populo, & ab epiſcopo inſtitutis, ſi presbyteri fuerint, eadem liceant quæ & alijs ſacerdotibus. Nunc verò hoc idem probat ratione conſecrationis: quia ſic benedicuntur monachi cũ ordinantur, ſicut & alij presbyteri ſeculares, & eiſdem verbis. Igitur cum communis ſit benedictio, ita videntur habere poteſtatem prædicandi iſti ſicut alij: & ſicut alijs ſacerdotibus ſine licentia epiſcoporum nõ licet ſuum officium exercere: ita etiã nec monachis: & hoc probat ſequens cap.

Philip. 3. † apud Apoſtolum legitur, perfecti. in epiſto. ad Nepotianũ. in epiſto. ad Paulinum.

5 12. q. 2. gloria.

CVnctis.] Casvs. Statuitur in hoc cap. vt nullus fidelis, & præcipuè presbyter, vel alius clericus abſq; proprij epiſcopi licẽtia aliquid agat. nullus preſbyter abſque eius licẽtia Miſſas celebret, vel baptizet. *Licentia*, generali. *Iuſſu*, generali.

k ¶*Proprij.*] niſi inuitetur ab alio presbytero. tunc enim poteſt ſine licentia epiſcopi. vt 7. q. 1. epiſcopi. & 11. q. 2. nullus primas [b]. priuatim etiã poſſunt celebrare, vt extr. de cler. pereg. c. 3.

b iſte canon nullus. & c. præcedens. hic al. ſ. epi. non vidẽtur probare ꝑpoſitũ alleg antis: qm̃ in epis loquuntur. no ſter autẽ ca non. ſ. cunctis. loquiť in ſimplici ſacerdote parochiali, vt patet ex tex. dicebat Io. de Fant.

l ¶*Licentia.*] generali.

m ¶*Miſſas.*] publicè.

DE HIS VERO. Hæc eſt quarta pars quęſt. in qua probatur per ſex cap. quòd monachi tenẽtur ad ſolutionem decimarum. Ioan. de Fant.

Casvs. Facit hic Grat. incidentem quęſtionem: vtrum ſcilicet monachi, quibus cura animarum non committitur, debeant decimas dare, vel accipere. Et de hoc ita diſtinguit Grat. vt de prędijs quæ proprijs ſumptib. colunt monachi, decimas ſibi retineãt. quod probat exemplo filiorum Leui, qui decimas à populo percipiebant pro miniſterio quod faciebant. Et ita patet, quòd monachi non magis quàm alij ſacerdotes decimas ſoluere coguntur. Sed poſteà probat contrarium, dicens quòd ſi prædia cum onere decimarum & primitiarum ad monachos tranſiuerint: inde antiquis eccleſijs illas denegare non poſſunt, cum ſuo iure priuari non debeant. & hoc probat per ſequentia cap. Quid iuris de hoc ſit, notatur in Decretalibus in titul. de decim.

ꝙ caſus huius c. cũctis. eſt ꝙ clerici nihil debẽt facere ſine licentia epi. Arch.

6 Burc. l. 2. c. 93. Iuo p. 2. c. 123. & p. 6. c. 90.

n ¶*De his.*] " Hic incidenter queritur, an monachi debeant dare decimas de agris ſuis? Pro regula ergo teneas, ꝙ quilibet tenetur dare decimas, niſi oſtendat ſe exemptum eſſe, vt extra de decim. à nobis. & ſecundum hodierna iura etiam

" Monachi an teneãtur ad decimas đ agris ſuis.

decimæ à populo filijs Leui reddebantur pro miniſterio, quo Domino deſeruiebant in tabernaculo, offerendo ſacrificia, & holocauſta pro populo: patet, quòd monachi de proprijs prædijs non magis, quàm alij ſacerdotes decimas ſoluere coguntur. Sed dicitur, quòd prædia monachorum ſiue pretio ſint empta, pro ſalute animarum oblata, antequàm in ius eorum venirent, baptiſmalibus eccleſiis, ſiue quibuslibet alijs primitias, & decimas perſoluebant: illæ autem eccleſiæ ſuo iure priuari non poſſunt.

Vnde in Moguntinenſi concilio ſtatutum inuenitur.

¶ Qui res ſuas alicui delegauerit, decimationũ prouentum priori eccleſiæ auferre non poterit.

C A P. XLII.

1 13.q.1.c. vlt. Burch.l. 3.c.241. Iuo p.3.c.vlt.

ij 1 SI quis laicus, vel clericus [a], vel vtriuſq; ſexus perſona proprietatis ſuæ loca, vel res alicui dare delegauerit: decimationum prouentũ priori eccleſię legitimè aſſignatum inde abſtrahere [b] nullam habeat poteſtatem. Quod ſi facere tentauerit, talis traditio irrita [c] prorſus ducatur, & ipſe ad emendationem eccleſiaſtica coërceatur cenſura.

2 Arelat.3. c.20. Cap.l. 2.c.36. Mogunt.3. ſub Arnul.c.22. & ſub Carol.c.41. & in Rhem. Troſleiano.

Item ex concilio Cabilonenſi [2].

¶ Antiquiores eccleſię nec decimis, nec vlla poſſeſſione priuentur.

C A P. XLIII.

3 Deuſd.p. 3 Burc.l.3. c.9. Iuo p.3. c.12.

3 ECcleſiæ antiquitus conſtitutæ nec decimis, nec vlla poſſeſſione priuentur: ita vt nouis [d] oratorijs tribuantur.

Item ex concilio Vuormacienſi.

¶ Antiquiores eccleſiæ propter nouas iuſtitiam ſuam non perdant.

C A P. XLIIII.

4 Bur.l.3.c. 7. Iuo p.3.c. 9.

4 QVicunque voluerit in ſua proprietate eccleſiam ædificare, & conſenſum [e], & voluntatem epiſcopi habuerit, in cuius parochia eſt, licitum ſit. Verumtamen omnino prouidendum eſt epiſcopo: vt aliæ eccleſiæ antiquiores propter nouas ſuam iuſtitiam aut decimã non perdant: ſed ſemper ad antiquiores [f] eccleſias perſoluatur.

5 31.q.1. eccleſias.§.itẽ Leo. Pol.l. 3.titul. 11. Deuſd.p.3. Anſel.l.5.c. 53. Iuo p.3. c.151.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant ex concilio Vuormacienſi, c. 6. quo loco in eo, quod extat, habetur aliquid ad hanc rem faciens.*

Decimas autem baptiſmalibus eccleſiis perſoluendas Leo Papa IIII. affirmat dicens.

¶ Baptiſmalibus eccleſijs decimæ dari debent.

C A P. XLV.

5 DE decimis iuſto ordine non tantùm nobis, ſed etiam maioribus noſtris viſum eſt plebibus tantùm, vbi ſacroſancta baptiſmata dantur, deberę dari.

¶ *Iuo ferè eadem citat ex Gelaſio: ſed Anſelmus & Polycarpus ex Leone, vt Gratianus.*

Si ergo nulli licet decimationum prouentum à priori eccleſia, cui aſſignatus fuerat, abſtrahere, ſi ius antiquioris eccleſiæ nouis tribuendum non eſt, ſi decimę tantummodo baptiſmalibus eccleſiis dandæ ſunt: patet, quòd monachi ex proprijs prędijs decimas dare coguntur. Sed & illa auctoritas Moguntinenſis concilij [6] de venditore, vel donatore loquitur, definiens, quòd ille, qui vendit, aut donat, non poteſt prouentum decimationum illi eccleſiæ detrahere, cui prius legitimè fuerat aſſignatus. Monachi autem decimas, & primitias non auctoritate vendentis, vel donantis, ſed auctoritate eiuſdem concilij, & Paſchalis [g] Papæ detinent: à quibus definitum eſt, vt monachi de proprijs prædijs decimas non ſoluant.

6 ſ.e.ſi quis laicus.

Ciſtercienſes, & alij regulares tenẽtur dare decimas de omnibus prædijs ſuis, quæ de nouo acquirunt, ſiue ea manibus proprijs colant, ſiue non, extra de deci. nuper. ſed ſecundum vetera iura ita tenebatur, quòd omnibus religioſis conceſſum erat non dare decimas de nutrimentis animalium ſuorum, & de hortis, & de noualibus, quæ proprijs manibus & ſumptibus excolebãt. monachis verò Ciſtercienſis ordinis & tẽplarijs & hoſpitalarijs conceſſum erat non dare decimas, nec etiam de alijs prędijs, quæ proprijs manibus & ſumptibus excolebant, vt extra eod. ex parte. & c. ad audientiam. & c. ſtatuimus. De clericis ſecularibus dicunt quidam quòd teneantur, ſiue ſint prædia eccleſiæ ſuæ, ſiue propria. Alij fauorabilius dicebant eos non teneri dare decimas de prædijs eccleſiæ ſuæ, ſed de proprijs bene tenentur dare, vt j̃.ea.q.c. decimas. & extr.e. nouum. in fin. leproſi autem non ſunt exempti à decimis, niſi tantummodo in hortis, & in animalib. ſuis, vt extra de eccl. ædific. cap.2.

SI quis laicus.] C A S V S. Quidam laici, vel clerici vendebant prædia ſua, vel donabant, & decimas prioribus eccleſijs ſubtrahebant. quare ſtatutum eſt in concilio Moguntinenſi, vt nullo modo faciant. & ſi quis contra fecerit, irrita erit talis traditio: & vſque ad emendationem excommunicabitur.

a ¶ *Vel clericus.*] "Clericus ergo dat decimã, quod verum eſt de proprijs prędijs.

"Clericus dat decimas de proprijs prædijs.

b ¶ *Inde abſtrahere.*] Res enim tranſit cum onere ſuo, vt ext. de deci. cum non ſit in homine [a]. & ff. de contrahen. emptio. alienatio. ff. de don. ad eum. §. 1. & ff. de reg. iur. nemo. ff. de diſt. pig. ſi creditor.

a Et extr. de pig. ex literis. in fin. vbi de hoc.

c ¶ *Irrita.*] Pactum illud non obſtat quin ab eccleſia, vel alio poſſeſſore poſſit peti decima, vt extra eod. paſtoralis. ff. de pac. inter. & ſi poſſeſſor partem fructuum, & ille à quo cauſam habuit, etiam partem fructuum percepit, vterque conueniendus eſt, vt extra eo tit. à nobis. & c. tua nobis. Sed nunquid pactum iſtud tenet quantum ad contrahentes? Videtur quòd ſic, vt ff. de pact. epiſtola. §. pactum. ſed contra. extra de pact. plerique.

ECcleſiæ.] C A S V S. Statutum fuit in concilio Cabilon. vt antiquæ eccleſiæ decimis & poſſeſſionibus ſuis non priuentur ad hoc vt nouis eccleſijs tribuantur.

d ¶ *Vt nouis.*] Quidam hoc intelligunt in eo caſu, cum prior eccleſia enormiter læditur. aliàs epiſcopus bene aufert de iure vnius, & dat alijs, vt 12. quæſt. 2. bonæ rei. & 1. quæſt. 1. nulli epiſcoporum. & extra de excep. præl. ſicut vnire. j̃. de conſecr. diſt. 1. cap. 2. H. tamen ſcribit, quòd epiſcopus non poteſt auferre vni eccleſiæ, & dare alij inuito ſacerdote. nam quod ſemel eſt conſecratum, alienari non poteſt. 12. quæſt. 2. nulli. & cap. fine exceptione. Item quia ſacerdos iſte non cogitur de ſuo facere beneficium, vt 10.q.2. precariæ." Item quia priuilegium ſolius Papæ eſt vni auferre, & alij dare, vt 9.q.3. conqueſtus. & c. nunc verò. & c. per principalem. Item quia nulli conſulendum eſt cum alterius iactura. 11.q.3. ſi quis verò. 14. q.5. denique. & 22.q.2. primum. Item arg. eſt pro ipſo. j̃. ead. multis. ſed contra cum eſt extra de eccle. ædifi. ad audientiam. melius ext. eod. tit. tua. vbi non obſtat ei iuramentum quod fecit de reb. eccl. non alien. vnde hoc nõ videtur eſſe alienatio, vt ibi perpẽditur. Item auferendo vni, & dando alij eccleſię ſibi ſubiectæ, non videtur alienare: ſicut frater dando ſorori non videtur alienare. C. de fideic. voluntas. & eſt ſim. C. de ædi. pri. ſi quis poſt. & ff. de leg. 2. vnum ex familia. & l. peto. §. fratre. ſi. extr. de his quæ fi. à præl. ſine conſ. cap. cum Apoſtolica. Io. de Fan.

"Epiſcopus an poſſit vni auferre, & alteri dare.

QVicunque.] C A S V S. Quæſitũ fuit in concilio Vuormacien. vtrum quilibet in ſuo prædio poſſit eccleſiam ædificare? Et reſpon. ꝙ ſic, dummodo hoc faciat de licentia epiſcopi, in cuius parochia eſt: ita tamen, vt antiquiores eccleſiæ ſuam iuſtitiam, vel decimas nõ amittãt. Quæ autẽ ſequuntur, plana ſunt vſq; ad §. ſi ergo.

e ¶ *Conſenſum.*] j̃. de conſec. diſt. 1. nemo. & c. ſi quis etiam.

f ¶ *Ad antiquiores.*] arg. ꝙ vbi contenditur pro iure duarum eccleſiarum, ſemper ſtãdum eſt antiquiori, vt ext. de re. i. do. c. 1. " Item arg. ꝙ ſemper baptiſmalib. eccleſijs ſoluendæ ſunt decimæ, non capellis, vt j̃. c. prox. & c. queſti. & c. ſtatuimus. & c. in ſacris. & ext. eod. tit. nuntios. & ſecundum hoc epiſcopus nõ debet habere decimas baptiſmalis plebis. i. ruralis eccleſiæ, ſed tantùm epiſcopalis plebis. de illis. n. loquitur. cap. 12 q. 2. vobis. & cap. Vulteranæ. & c. conceſſo. & c. quatuor [b]. Tamen dico quòd quælibet ruralis eccleſia etiam debet ſuas decimas in quatuor partes diuidere, vt vna ſit baptiſmalis eccleſiæ: alia pauperum: tertia fabricæ: quarta capellanorum: licet hodie epiſcopi omnia occupent. aliter not. ſ. 10. q. 1. nouerint. & contra Io. eſt extra de deci. quoniam. & c. cum contingat. B.

"Decimæ ſunt ſoluendæ eccleſijs baptiſmalibus, & non capellis.

b Ad idem dicunt Vin. & B. extr. de teſt. requiſiſti. in prin.

DE decimis.] SI ERGO. C A S V S. Concludit Grat. ex ſupradictis c. ſi quis. & c. quicunque. & c. de decimis. ꝙ monachi de proprijs prædijs decimas dare non tenentur. Poſteà reſpondet illi c. ſi quis laicus. dicens quòd venditor, vel donator auctoritate ſua decimas non poteſt ſubtrahere priori eccleſiæ: ſed monachi non retinent decimas auctoritate ſua, ſed auctoritate Moguntiñ. concilij, & Paſchalis ſecundi, à quibus dicitur, quòd monachi non ſoluant decimas de proprijs prædijs. & ad hoc inducit ſeq. c.

g ¶ *Paſchalis.*] Sed quo Paſchalis potuit dare hoc priuilegiũ monachis, cum ſit contra præceptum diuinæ legis, vt j̃. e. cap. decimæ.

decimæ. & c. reuertimini. contra quod non poteſt diſpenſari. 25.q.1.ſunt quidam.& s̃.diſt.5.c.1.s̃.diſt.8. quæ cõtra? “ Sed fortè non eſt abſurdum, ꝙ priuilegium concedatur, quamuis ſit contra ius diuinum. ſed ſi contraria cõſtitutione illud tolleretur, non poſſet fieri. Sed nunquid laico poſſet dare tale priuilegium? Dic quòd ſic. Ioan.

“ Priuilegiũ cõtra ius diuinum cõcedi poteſt.

Q *Veſti.*] Casvs. Quidam clericj cõqueſti ſunt de epiſcopis & abbatibus, qui decimas dari non permittebant eccleſijs, vbi coloni eorum epiſcoporum vel abbatum Miſſas audiebant; & baptizabantur eorum filij. & ideo ſtatuit conciliũ Moguntin. vt epiſcopi & abbates de prædijs, quæ proprijs colunt ſtipendijs, decimas ſibi retineant. coloni verò ibi dent decimas vbi filij eorum baptizantur, & vbi per totum circulum anni audiunt diuina.

a ¶*Coloni.*] “ partiarij, qui partem fructuum percipiũt. “ tales enim pro ea portione quam ipſi percipiunt, tenentur dare decimas: & domini eorum pro ea quã ipſi percipiunt, vt extr. eo. quoniam. & c. à nobis. & c. tua nobis. imo & in penſionario colono idem iuris eſt, ſiue ipſe pro penſione ſeruiat, ſiue domino det certam pẽſionem: quia ante, quàm aliqua penſio detur, res eſt decimanda, vt extr. eod. tit. cum homines.

b ¶*Vt epiſcopi.*] patet hic quòd clerici nõ dabunt decimas de bonis eccleſiæ, vt extr. eo. fraternitatem. & 100. diſt. nouit. & j̃. c. prox. licet H. contradixerit, qui dixit eſſe ſpeciale in epiſcopo. ſed obſtat. ext. c. quoniam. §. vlt.

c ¶ *Ad eccleſias ſuas deferri.*] proprijs ſumptibus.

d ¶ *Decimas.*] ſi prædia ſint in epiſcoporũ parochia. Vel loquitur de decimis perſonalibus[a]: quæ dandæ ſunt vbi ſacramenta percipiuntur, vt extr. eod. ad apoſtolicæ.

1 in Cabilonẽſi ſub Carol. magno. c. 19.

2 Anſ. l. 5. c. 57. Bur. l. 3. c. 132. Iuo p. 3. c. 198. Pann. l. 2. c. 59.

† al. eccleſijs vbi illi coloni.

† al. familia det

“ Partiarij coloni qui ſint.

“ Decimæ ſunt à colonis partiarijs dandæ.

3 Deuſd. p. 3. Num. 18.

a iſte intellect⁹ approbatur j̃. c. c. ſtatuimus. ĩ gl. 2. & 13. 1. in ſum. ibi videas.

Sic enim in Moguntinenſi concilio ſtatutum eſt.[1]

¶Non perſoluant de proprijs prædijs abbates, & epiſcopi decimas.

CAP. XLVI.

2 QVeſti ſunt prætereà quidam fratres, quòd eſſent aliqui epiſcopi, & abbates, qui decimas non ſinerent dari ad † eccleſiam, vbi illorum coloni [a] Miſſas audiunt. Proinde decreuit ſacer iſte conuentus, vt epiſcopi [b], & abbates de agris, & vineis, quæ ad ſuum, vel fratrũ ſtipẽdium habent, decimas ad eccleſias [c] ſuas A deferri faciãt: familiæ † verò eorum ibi dent decimas [d] ſuas, vbi infantes eorum baptizantur, & vbi per totum anni circulum Miſſas audiunt.

¶*Caput hoc in nullo concilio Maguntino, quod extet, habetur, ſed in Cabilonenſi, vnde citant Burchardus & Iuo. In libro Vaticanæ bibliothecæ, in quo ſunt duo concilio Vrbani ſecundi, Placentinum, & Melphienſe, hæc etiam leguntur.* Perlatum eſt ad ſanctam ſynodum, quòd ſint quidã epiſcopi, & abbates, qui colonos ad ſe pertinentes non ſinant decimas dare ad eccleſias, vbi miſſas audiunt, & infantes eorum baptizantur. Proinde decreuit ſacer iſte conuentus, vt epiſcopi, & abbates de vineis, vel agris, ac frugibus, quæ ad ſuum, vel fratrum vſum laborant, decimas ſibi pro benedictione, vel hoſpitum ſuſceptione habeant: familiæ verò ibi dent decimas ſuas, vbi per totum anni circulum Miſſas audiunt, & infantes eorum baptizantur.

A ¶ Suas,] *Vox iſta abeſt ab ipſo concilio, & cæteris collectoribus, ſunt etiam nonnullæ aliæ varietates, quæ indicatæ ſunt in margine.*

Item Paſchalis ſecundus.

¶ De proprijs laboribus monachi, & canonici decimas minimè ſoluere cogantur.

CAP. XLVII.

3 DEcimas à populo ſacerdotibus, ac Leuitis eſſe reddẽdas diuinę legis ſanxit auctoritas. Cæterũ à monachis [e], ſiue clericis cõmuniter viuentibus [f] nulla ratio ſinit, vt milites [g], aut epiſcopi, aut perſonæ quælibet decimas de laboribus, ſeu nutrimentis ſuis proprijs extorquere debeãt. 4 Vnde beatus Grego. ſic ait [Communi † vita viuentibus iam de faciendis portionibus, vel exhibenda hoſpitalitate, & adimplẽda miſericordia nobis quid erit loquendum? cum omne, quod ſupereſt, in cauſis pijs, ac religioſis erogandum ſit, dicente Domino [Quod ſupereſt, date eleemoſynam: & ecce omnia munda ſunt vobis.

5 *Quòd aũt dicitur, ꝙ antiquiores eccleſiæ propter nouas, nec decimis, nec vlla poſſeſſione priuentur, non ita intelligendum eſt, vt nullo modo credatur licere epiſcopo aliquam partem poſſeſſionum, vel decimationũ vnius eccleſiæ, alteri pro tempore tribuere. Sicut enim Papa duos epiſcopatus in vnum poteſt redigere, ita & vnus proprio conſentiente epiſcopo in duos poteſt diuidi, vel etiam metropolitano inuito quælibet eccleſia ab eius iuriſdictione Apoſtolica eximi auctoritate.*

Vnde Gregorius Papa ſcribit Benenato Epiſcopo, lib. 2. epiſt. 31.

¶Duos epiſcopatus in vnum redigere Apoſtolica poteſt auctoritas.

CAP. XLVIII.

5 ET temporis qualitas, & vicinitas [h] nos locorũ inuitat, vt Cumanam, atque Miſenatem A vnire [i] debeamus eccleſias: quoniam nec longo itineris ſpatio à ſe ſeiunctæ ſunt, nec (peccatis facientibus) tanta populi multitudo eſt, vt ſingulos, ſicut olim fuit, habere debeãt ſacerdotes. Quia igitur cumani caſtri ſacerdos curſum

DEcimas.] Casvs. Quæſitum fuit à Paſchali, vtrum monachi vel clerici communiter viuentes decimas debeant dare. Et reſpondet, ſacerdotes & leuitę à populo decimas percipere debent. Sed à monachis & clericis communiter viuentibus nullus de prædijs, quæ ſuis ſumptibus colunt, & nutrimentis proprijs decimas audeat extorquere. Et ad hoc probandum inducit auctoritatem Greg.

e ¶*A monachis.*] duplici ratione: tum quia non habent populum: tum quia non miniſtrat eis ſpiritualia.

f ¶ *Communiter viuentibus.*] “ ecce quòd aliud habent priuilegium clerici communiter viuentes, ſcilicet quàm qui ſeparatim: & quòd idem habent quod monachi. ſimiliter in abſolutione petenda habent idem priuilegium cum monachis, vt extr. de vi. & ho. cle. quoniam. in fi. & extr. qui cle. vel vouen. c. 1. & ext. de ſent. excom. monachi. & c. ex tenore. in fin. contra. extra de ſent. excom. cum non ab homine.

“ clerici cõmuniter viuẽtes & monachi habẽt idem priuilegium.

g ¶*Milites.*] An milites poſſint habere decimas, dicet j̃. q. 7. c. 1.

QVOD AVTEM. Hæc eſt 5. pars quæſtionis, in qua probat Grat. quòd Papa poteſt epiſcopatus diuidere & vnire, & quoſdam eximere archiepiſcopis ſuis inconſultis. Io.

Casvs. Dictum eſt s̃. in c. eccleſiæ. & c. quicunque. ꝙ antiquiores eccleſiæ propter nouas eccleſias ſuo iure priuari non debent. Nunc verò dicit Gra. quòd hoc non ita ſtrictè eſt intelligendum, quòd epiſcopo non liceat vnius eccleſiæ poſſeſſionem, vel decimas alij tribuere: quia ſicut Papa poteſt duos epiſcopatus redigere in vnum, ita vnum in duos diuidere, maximè epiſcopo cõſentiente. & quælibet eccleſia ab Apoſtolico eximi poteſt, etiam inuito metropolitano. ita ſupple epiſcopus poteſt vnius eccleſiæ poſſeſſionem, &c. Sed certè malè argumentatur G. de Apoſtolico ad epiſcopum, cum Apoſtolicus habeat plenitudinem poteſtatis, quã nullus alius habet. & quòd auctoritate Papæ duo epiſcopatus in vnum redigi poſſint, probatur per duo ſequentia c.

4 in reſp. 2. ad Aug.

† communiter autẽ viuentib.] in orig. Grego. cum alijs ẽt verborũ varietatibus.

Luc. 11.

ET *temporis.*] Casvs. Cumana ciuitas paſtore carebat, quæ vicina erat ciuitati Miſenatæ: ſed quia pauci erant ibi homines, ideo Papa Benenato epiſcopo Miſenati vtramque eccleſiam gubernandam commiſit, ita vt habitet vbi vtilius & commodius habitare proſpexerit: dũ tamen in illa eccleſia in qua corporaliter nõ erit, miniſteria diuina ſolemniter peragãtur. *Cumani caſtri.* ideſt modicæ vrbis. *Sacerdos*, ideſt, epiſcopus.

5 Anſ. l. 6. c. 108. Pol. l. 3. tit. 30.

h ¶*Et vicinitas.*] Argum. quòd propter remotionem, vel incommoditatem multa fiunt licitè, quæ alias non licerent, vt j̃. ead. quæſt. 7. ſi quis vult. 63. diſtin. cum longè. 13. quæſt. 2. vbicunque. extr. de eccle. ædific. ad audientiam. s̃. 7. q. 1. temporis.

i ¶*Vnire.*] Sicut Papa poteſt vnire plures epiſcopatus, ſic epiſcopus plures eccleſias, vt extr. de exceſ. prælato. ſicut vnire. Si quæras apud quam iſtarum eccleſiarum reſideat dignitas epiſcopalis. vel an vtræque retineant dignitatem priorem? Dico quòd varijs [b] modis poſſunt vniri eccleſiæ: vel hoc modo, vt vna ſubijciatur alteri: & ſecundum hoc dignitas epiſcopalis erit in vna tantùm. Vel hoc modo poſſunt vniri, vt ex duabus dignitatibus vna fiat dignitas: & ſecundum hoc non dicentur eſſe duæ eccleſiæ, ſed vna tantùm. & ſecundum hoc illi qui ſunt canonici in vna, erunt canonici in altera. & tam iſti quàm alij canonici intererunt electioni epiſcopi, & alijs cõi-

b Varijs. gl. c. vni. ext. vt eccl. benef. ſine dimin. cõſ. Petr. de Peru, i trac. de vnione.

a Eccleſiæ varijs modis vniūtur.

bus negotijs." In tali vnione diſtinguendum credo, ꝙ aut eccleſiæ ſimul vniuntur, aut vna earum vnitur reliquæ: quę duo ſunt penitus diuerſa. Si vna vnitur alteri, ſecundum hoc illius naturam & cõſuetudinem & priuilegiũ aſſumit cui vnitur: & peribunt iura illius eccleſiæ, quæ vnitur, vt ext. de ſta. mon. recolentes. circa fi. Si autē neutra alteri vnit, ſed illæ ſimul vniunt: tunc dico quòd conſuetudines, vel priuilegia quæ meliora ſunt & humaniora, retinēt illud vnitum. nam cum malum & bonum aſſociantur, malum recipit naturā boni. 32. q. 1. non eſt culpandus. & arg. C. de rei vxo. act. in princ. & C. com. de le. l. 2. circa fin. Tertio modo poſſunt vniri eccleſiæ: puta ꝙ vtraque remaneat epiſcopalis. & ſecundũ hoc remanent duo epiſcopatus, licet idem ſit epiſcopus vtriuſque eccleſiæ: ſecundum hoc ſi primò ſuberant iſtæ eccleſiæ diuerſis metropolitanis, propter illā vnionē, neuter metropolitanus perdit ius ſuum, vt ext. de reli. do. c. quia. & epiſcopus iſte erit ſub duobus metropolitanis. In primo caſu erit ſub illo cui Papæ placuerit, vel erit ſub metropolitano illius eccleſiæ, cui vnita eſt altera: illius enim naturam aſſumpſit. Et ſic Imperator quandoque vnit duas dignitates in vnam, vt in auth. vt iud. ſine quo. ſuffr. §. illud. col. 2.

† al. miniſteria.

1 Io. diac. l. 3. c. 15.

2 7. q. 1. téporis qualitas. Anſ. l. 5. c. 24. Pol. l. 3. ti. 9.

a ¶*Expleuit.*] ergo ſi eſſet viuus, non vniretur, vt j. ead. multis. & extr. de eccl. ædi. ad audientiam. imò potius eo mortuo non debent vniri, vt extr. ne ſed. vacan. c. 1.

b ¶*Vtrarumque.*] in vtraque ergo erit ſedes epiſcopalis, vt 21. q. 1. relatio. Vel fortè vbi ipſe elegerit habitare: & alia erit ſibi ſubiecta.

P*Oſtquàm.*] Casvs. Multę ciuitates, inter quas erat Triumtabernarũ ciuitas, intantum erāt populis deſolatæ, ꝙ proprios prælatos habere non poterant, nec erat ſpes illas eccleſias reparandi, imo timebatur ne illarũ eccleſiarũ reliquiæ aſportarentur. & ideo Ioãni epiſcopo Veliternen. ciuitatem committit, eam ſuę eccleſiæ vniendo: & dat ſibi liberam poteſtatem quatenus ꝓut melius viſum fuerit ſibi, vigilanti cura cuncta diſponat.

† al. habebis

vitæ huius expleuit[a], vtraſque nos eccleſias præſentis auctoritatis pagina vniſſe, tibiq; cõmiſiſſe cognoſce: propriumq; vtrarumque[b] eccleſiarum ſcito te eſſe pontificem. Et ideo quæcunque tibi de earum patrimonio, vel cleri ordinatione, ſiue promotione, iuxta canonum ſtatuta viſa fuerint ordinare, atque diſponere, habebis, vt ꝓprius reuera ſacerdos, liberam ex noſtræ auctoritatis conſenſu, atque permiſſione licentiam. Vbi verò cõmodius, atque vtilius eſſe perſpexeris, ibi habitato: ita ſanè, vt alterā eccleſiam, cui corporaliter prę ſens non es, ſolicita, prouidentique cura diſponas: quatenus diuina illic myſteria† ſolemniter auxiliante Domino peragantur.

A ¶Miſenatem.] *Sic emendatum eſt ex vetuſto codice B. Gregorij: quamuis in vulgatis, ſicut etiam apud Gratianum, eſſet*, Muſitanam.

Idem Ioanni Epiſcopo Veliterno, lib. 2. epiſt. 35.[1]

¶Duos epiſcopatus in vnum redigere Apoſtolica valet auctoritas.

CAP. XLIX.

2 POſtquàm hoſtilis impietas diuerſarum ciuitatum ita (peccatis facientibus) deſolauit eccleſias, vt reparandi eas, ſpes nulla, populo deficiente, remanſerit, maiori valde cura conſtringimur, ne defunctis earum ſacerdotibus reliquiæ plebis nullo paſtoris moderamine gubernatæ, per inuia fidei hoſtis callidi rapiantur (qđ abſit) inſidijs. Huius ergo rei ſolicitudine ſæpe commoti, hoc noſtro ſedit cordi cõſilium, vt vicinis eas mandaremus pontificibus gubernãdas. Ideoque fraternitati tuæ curam, gubernationemque Triumtabernenſium A eccleſiæ prouidimus committendam: quam tuæ eccleſiæ aggregari, vnirique neceſſe eſt: quatenus vtrarumq; eccleſiarũ ſacerdos rectè, Chriſto adiutore, poſſis exiſtere: quę que tibi de eius patrimonio, vel cleri ordinatione, ſeu promotione vigilanti, ac canonica viſa fuerint cura diſponere, quippe vt pontifex proprius liberam habeas † ex præſenti noſtra permiſſione licentiam.

F*Elix.*] Casvs. In concilio Carthag. Felix eṗs Seleucitanus dixit, vt in illis plebibus ponantur epiſcopi vbi quondā fuerunt: in alijs verò non, cuius dictum conciliũ approbauit. c ¶*Vt diœceſes.*] s. diſt. 80. epiſcopi. & c. illud. d ¶*Non habeant.*] niſi in caſu, vt j. e. præcipimus. 99. di. nulli.

A ¶Triumtabernenſium.] *In vulgatis legebatur*, Treuerenſium. *Emendatum eſt ex aliquot vetuſtis, & originali, & Ioanne diacono. Nam, vt is teſtatur, hæc epiſtola ſcripta eſt Ioanni epiſcopo Veliterno. Oppidum autem Triumtabernarum velitris vicinum eſt.*

Item ex concilio Carthaginenſi 2. cap. 5.[3]

¶Non habeant epiſcopum diœceſes, quæ nunquam habuerunt.

CAP. L.

4 FElix epiſcopus Selemſelitanus dixit: Etiā ſi hoc placet, ſanctitati veſtræ inſinuo, vt diœceſes[c], quæ nunquam epiſcopos habuerunt † non habeant[d], & illa diœceſis, quæ aliquando habuit, habeat proprium A[e]. Secundum autem hanc proſecutionem B ſanctitas veſtra æſtimet, quid fieri debeat. Ab vniuerſis dictum eſt, Placet.

A ¶Proprium.] *In concilio ipſo ſequuntur hæc.* Et ſi accedente tempore, creſcente fide Dei populus multiplicatus deſiderauerit propriũ habere rectorem, eius videlicet voluntate, in cuius poteſtate eſt diœceſis conſtituta, habeat epiſcopum.

B ¶Proſecutionem.] *Emendatus eſt hic locus ex originali impreſſo, & manuſcripto. Nam antea legebatur*, Secundum hanc perſecutionem ſanctitatis veſtræ eſt æſtimare.

Item ex Africano concilio, c. 20.[5]

¶Niſi cum voluntate epiſcopi diœceſes, quæ ab eo retinentur, non recipiant proprios epiſcopos.

CAP. LI.

6 MVltis concilijs hoc ſtatutum eſt à cœtu ſacerdotali, vt plebes quæ in diœceſibus ab epiſcopis retinentur, quæ epiſcopos nunquam habuerunt, non niſi cum voluntate eius epiſcopi, à quo tenentur, proprios accipiant rectores A[f].

A ¶Rectores.] *In concilio Africano, & Carthaginenſi ſequitur*, id eſt epiſcopos: *quod additur etiam in gloſſa.*

Item Gregorius Ioanni Epiſcopo Lariſæo, lib. 2. indict. 11. epiſt. 7. ſeu cap. 46.[g]

¶Apoſtolica auctoritas à iuriſdictione archiepiſcopi epiſcopos valet eximere.

CAP. LII.

7 FRater noſter Hadrianus Thebanæ ciuitatis epiſcopus ad Romanā vrbē veniens

e ¶*Proprium.*] niſi in duob. caſib. s. e. & temporis. 25. q. 2. ita nos. licet ergo ciuitas ꝑ mille annos ſine eṗo fuerit, dum tñ epiſcopalis limes poſſit ꝓbari, non obſt. ꝑſcript. j. q. 3. licet.

M*Vltis.*] Casvs. Quæſitũ fuit in cõcilio Africano, an plebes, quæ ſunt in eṗatu alicuius poſſint habere ꝓprios epiſcopos, quæ ſcilicet nunquā epiſcopos habuerunt, & reſpõdet ꝙ non ſine voluntate illius eṗi à quo retinentur. Et ſcias ꝙ hæc duo c. inducuntur ad probãdum, ꝙ vnus epiſcopatus poteſt in duos diuidi, epiſcopo conſentiente: aliter non licet. quod non eſt verum q̃tum ad Papã: ſed poteſt dici, ꝙ quædam concilia impetrauerant priuilegium à Papa diuidendi vnum epiſcopatum in duos, de conſenſu tñ eṗi cuius erat eṗatus.

f ¶*Rectores.*] i. epiſcopos. " Videtur ergo ꝙ Papa non poſſit inuito epiſcopo nouum facere[a] epiſcopatũ in diœceſi ſua, vt s. e. & temporis. H. dicit hunc eſſe tenorem huius c. ꝙ nullus ſacerdos poteſt inſtitui ſine volũtate diœceſani epiſcopi.

g ¶*Ioanni epiſcopo.*] ſupple & Ioãni patriarchæ: quia archiepiſcopo Lariſſæo ſcribit pro Hadriano.

F*Rater noſter.*] Casvs. Anteceſſor Gregor. exemerat Hadrianum eṗm Thebanæ ciuitatis à iuriſdictione Lariſſæi archiepi, & Ioannis patriarchæ primæ Iuſtinianæ, poſtquam exemptionē pręfati archieṗs & patriarcha eũ grauiter & iniuſtè in quibuſdā cauſis cõdemnauerunt. Nā archiepiſcopus in cauſis pecuniarijs eũ iniuſtè ſpoliauit, patriarcha verò in cauſa criminali ipſum iniquè depoſuit. Super quo cũ querelam apud Greg. depoſuit, honori ſuo & loco eſt reſtitutus, & præcipit Lariſſæo archieṗo vt de cætero nihil iuris ſuper eo, vel eius eccleſia præſumeret vſurpare: ſed ſi qua cauſa fidei, vel criminalis vel pecuniaria

3 Et in Tolet. 12. c. 4.

4 Bur. l. 1. c. 33.

† al. acceperunt.

a " Eṗo inuito an poſſit in ſua diœceſi nouus eṗatus fieri.

a de hoc no. j. e. proxi. in gl. arg. qđ s. 99. diſt. c. 2. in gl. fi.

5 Et in Carthag. 3. c. 42.

6 Burc. ibid.

7 Anſ. l. 6. c. 125. Poly. l. 1. tit. 7.

pecuniaria inter eos vertitur, per delegatos domini Papæ, ſi mediocris eſt, vel per ſedem Apoſtolicam, ſi ardua eſt, decidatur: contra quod ſi fecerit, ſciat ſe communione priuatum. Item præcipit ei, vt ſine dilatione omnes res ſacras, vel alias mobiles, vel immobiles ei reſtituat. de quibus ſi quæſtio vertitur inter eos, in regia vrbe coram reſponſali ventiletur. Quæ autẽ ſequuntur, plana ſunt vſque ad §. *Sicut.*

† al. Iuſtinianę vrbis.

a ¶*Necnon à Ioanne.*] ſub quo erat Lariſſæus metropolitanus, de cuius diœceſi fuit Hadrianus, ſed fuit exemptus.

b ¶*Eius.*.] ſ. Ioannis.

c ¶*Depoſitus.*] etiam de facto. ſic 24.q.1. audiuimus.

* Exemptio ſimpliciter, an eximat vniuerſaliter.

d ¶*Aliquid.*] Arg. " ex eo quòd quis eximitur, videtur exemptus vniuerſaliter etiã cum ſuis eccleſijs. in aut. vt eccle. Ro. cen. anh. gau. præſcri. in princ. col. 2. quia beneficia principum largè ſunt interpretanda. vt ff. de conſt. princ. beneficium. extr. de don. cum dilectus. 12.q.2. qui manumittitur. & 24.q.1. rogamus. & in auth. vt li. decæt. §. ſi quis. col. 6. ĩ. e. q. 2. viſis. arg. contra. extr. de relig do. conſtitutus. in fi. extr. de do. paſtoralis. extr. de pri. ex ore. in fin. & c. cum capella. ff. de fund. inſtru. l. quæſitum. §. vlti. Ioan. Quid iuris ſit de hoc, in quæſtionibus not. diligenter. B.

† al. poſt admonitionẽ contemptã.

e ¶*Noſtri.*] Videtur quod per legatum, vel etiam delegatum quæſtio fidei ſit tractanda: cum tãtùm ad Petrum ſit referenda quæſtio fidei. 24. q. 1. quoties. " Sed dic quòd mediocres cauſas poſſunt epiſcopi tractare, vt ext. de hæ. ad abolendam. ſed magnas non, vt ext. de hære. cum Chriſtus.

* cauſas mediocres tractant epi.

f ¶*Si mediocris.*] " Videtur ergo quòd delegatus criminales cauſas poſſit audire, vt 2.q.6. decreto. C. de of. pro conſ. l. 1. ar. contra. ff. de of. procon. ſolent. extr. de of. le. quod tranſlationem. " Sed dic quòd mediocres cauſas appellat, cum tale eſt crimen quod non inducit depoſitionem: in quo poteſt interuenire procurator, vt ff. an per alium cauſæ app. re. poſ. l. 1. & & vbi non eſt opus inſcriptione, vt ff. de acc. leuia. Vel dic ꝙ cognoſcere poteſt legatus de crimine epiſcopi: ſed non deponere. Vel dic ꝙ poteſt pronuntiare aliquem deponendum: ſed eum condemnare non poteſt. ſic 2.q.6. biduum. verſ. ſi quem in inſulam.

* delegatus vtrũ criminales cauſas audire poſſit.

* Mediocres cauſæ quæ ſunt.

g ¶*Vel huc.*] Hic argum. delegatum non poſſe omnia quæ delegans: quod verum eſt, niſi ſpecialiter aliquid fuerit permiſſum, vt 25. quæſt. 2. in Galliarum.

lachrymabiliter eſt cõqueſtus de quibuſdam capitulis ſe à fraternitate tua, necnon à Ioanne [a] primæ Iuſtinianę † epiſcopo non legitimè, neq; canonicè cõdemnatum. *& infrà.* ¶De nequiſſimo autẽ, damnandoq; eius [b] iudicio aliàs ſumus, iuuãte Domino tractaturi. Hadrianum verò epiſcopum reperimus, & tuo contra ſacerdotales mores odio laboraſſe, & nullo iure pecuniarijs in cauſis eũ fraternitatis tuæ condemnatũ fuiſſe ſententia. Quia igitur & ab antefato Ioanne primæ Iuſtinianæ epiſcopo cõtra ius canonesque depoſitus [c], honoris ſui gradu carere non potuit, in ſua eũ reformari eccleſia, atq; in propriæ dignitatis ordinem decreuimus reuocari. Et cum oportuiſſet te ex eo Dominici corporis communione priuari, quòd admonitione † ſanctæ memorię deceſſoris noſtri contempta (per quam eum, eccleſiamque eius de tuæ iuriſdictione poteſtatis exemit) rurſus in eis aliquĩd [d] tibi iuriſdictionis ſeruare præſumpſeris, tamen nos humanius decernentes, cõmunioniſq; tibi ſacramentum interim conſeruantes, decernimus, vt fraternitas tua ab eo, eccleſiaque eius omnem ante habitę ſuæ poteſtatem iuriſdictionis abſtineat: & ſecundum ſcripta deceſſoris noſtri [e], ſi qua cauſa vel fidei, vel criminis, vel pecuniaria aduerſus pręfatum Hadrianum conſacerdotem noſtrum potuerit euenire, vel per eos, qui noſtri ſunt, vel fuerint in vrbe regia reſponſales, ſi mediocris [f] eſt quæſtio, cognoſcatur: vel huc [g] ad Apoſtolicam ſedem, ſi ardua eſt, deducatur: quatenus noſtræ audientiæ ſententia decidatur. [1] Quòd ſi contra hæc, quæ ſtatuimus, quolibet tempore, ſeu qualibet occaſione, vel ſurreptione venire tentaueris, ſacra ſcias te cõmunione priuatum: nec eam te, excepto vltimo vitæ tuæ tempore, niſi conceſſa Romani Põtificis decernimus iuſſione percipere A. *& paulò poſt.* ¶Res autem ſiue ſacras, ſiue aliàs mobiles, immobilesq; eius eccleſiæ, quas hactenus diceris retinere (quarum notitiã nobis oblatam pręſentibus annectimus literis) ſine aliqua ei dilatione fraternitas tua reſtituat. De quibus ſi qua inter vos quæſtio vertitur, volumus, vt apud reſponſalem noſtrum in vrbe regia ventilentur.

1 Iuo p.4. c.205.

A ¶Percipere.] *Hic in epiſtola interijcitur, c. hæc † conſona. ĩ. 25. q. 1.*

Si autem nec dum in diœceſi alicuius epiſcopi illa loca aſſignata fuerint, ex vigore Apoſtolicæ ſedis proprium epiſcopum accipiant.

Vnde Gregorius iunior ſcribit Boniſacio Epiſcopo, epiſtola vltima.

† al. hæc.

¶Vbi multitudo fidelium excreuit, ibi epiſcopi ſunt ordinandi.

CAP. LIII.

PRæcipimus [h], vt iuxta ſacrorum canonum ſtatuta, vbi multitudo excreuit fidelium, ex rigore Apoſtolicæ ſedis debeas [i] ordinare epiſcopos: pia tamen contemplatione, vt non vileſcat dignitas epiſcopatus.

Sicut duo epiſcopatus ſupraſcripto modo in vnum poßunt redigi, & vnus in duos valet diuidi, ſic etiam epiſcopus de baptiſmalibus, & parochianis eccleſiis facere poteſt cum conſenſu ſuorum clericorum. Quod cum factum fuerit, illa pars populi, quæ nouis eccleſiis ſupponitur, à iure prioris eccleſiæ abſoluitur. Hoc niſi fieri poſſet, multitudo eccleſiarum ad paucitatem redigeretur. Plures autem baptiſmales eccleſias in vna terminatione facere non poteſt.

Vnde in Toletano concilio legitur.

¶ In vna terminatione plures baptiſmales eccleſiæ eſſe non poſſunt.

CAP. LIIII.

[2] PLures baptiſmales eccleſiæ in vna [k] terminatione eſſe non poſſunt [l]: ſed vna tantummodo cum ſuis † capellis. Et ſi contentio fuerit de terminatione duarum matricum, plebes vtrarumq; [m] diſcernant [n]: & ſi non conuenerint, lis Dei iudicio [o] diſcernatur.

2 Burc. l.3. c.22. Iuo p.3. c.27.

† al. ſubditis

h PRæcipimus.] ar. quòd ſine auctoritate Papæ epiſcopatus non fiunt. & arg 7.q.1. mutationes.

i ¶*Debeas.*] vt tamen habeatur conſenſus epiſcopi, ſi regio illa eſſet intra diœceſim alicuius epiſcopi: quia quidquid excreſcit, ſpectat ad epiſcopum, vt ext. de deci. quoniam. Ioan.

SICVT DVO EPISCOPATVS. CASVS. Supradictum eſt in c. & tẽporis qualitas. & c. poſtquam. & c. Felix. ꝙ duo epiſcopatus in vnum redigi poſſunt: & vnus ĩ duos poteſt diuidi. Nunc dicit Grat. ꝙ epiſcopus poteſt ſimiliter vnã eccleſiam ſibi ſubiectam in duas diuidere, & ècõuerſo cũ conſenſu ſuorum clericorum: & facta diuiſione, noua eccleſia ſoluta erit à iure prioris eccleſiæ: & niſi hoc fieret, multitudo eccleſiarum ad paucitatem reduceretur: plures tamen baptiſmales eccleſias in vna terminatione facere non poteſt epiſcopus.

PLures.] CASVS. Statutum eſt in concilio Toletano, vt intra vnam terminationem non ſint plures eccleſię baptiſmales, & ſi contentio fuerit de terminatione duarũ matricum eccleſiarum, populi vtrarumq; amicabiliter componant, ſin autem, lis Dei iudicio diſcernatur.

k ¶*In vna.*] & intra eoſdem limites.

l ¶*Non poßunt.*] ita ꝙ habeant eoſdẽ limites, ex quo. n. ſunt baptiſmales, debent habere limites diſtinctos, vt 13. q.1. c.1. vnus. n. tantùm debet eſſe princeps. 7. q.1. in apibus.

m ¶*Plebes vtrarumque.*] ar. ꝙ qui rem melius nouerunt, ſiue ſint domeſtici, ſiue extranei, potius debẽt eſſe teſtes q̃ alij, licet ſint domeſtici, vel conſanguinei, vt ext. q. mat. accuſ. poſ. videtur. in fi. & ext. de teſti. veniens. in fi. C. de repud. conſenſu [a].

n ¶*Diſcernant.*] vel p arbitrium, vel per amicabilẽ compoſitionẽ: ſuperioris tñ auctoritas eſt neceſſaria. ext. de trã ſac. decætero. & c. ſtatuimus. & extr. de arb. per tuas. aliàs laicus nõ poſſet eſſe iudex in ſpiritualibus, vt extr. de iud. decernimus. & c. ſeq. & in conſt. Inn. contigit. quæ eſt de arb. Et eſt hic ar. quòd ſpiritualis cauſa laico poteſt committi. 32. diſt. §. verum.

a Hoc no. 3. q.5. in ſumma. & c.1. & 14. q. 2. ſup prudentia.

o ¶*Iudicio.*] i. iuramento. vel etiam ſortib. [b] quib. Dei voluntas oſtenditur. 26.q.2. §.1. & c. ſors. Vel Dei iudicio, i. eccleſiaſtico. 3.q.5. quia ſuſpecti. verſi. veniat. 12.q.1. futuram.

b ſcilicet honeſtis, & hoc tenet. Hug.

IVS ERGO. Hęc eſt ſexta pars quæſtionis,in qua probare intendit,quòd omnes eccleſiæ cum rebus ſuis ſint in epiſcopi poteſtate, nec decimæ ſine eius licētia alibi poſſint dari, & quòd epiſcopus debet illas diſpenſare ſecundum Deum, prout ſibi videbitur melius expedire. Io.de Fan.

CASVS. In c.ſ. quicunque.dictū eſt,vt antiquiores eccleſiæ ius ſuum non perdant propter nouas, quod verū eſt (ſicut Grat.hic interpretatur) niſi auctoritate epiſcopi alijs eccleſijs fuerit aſſignatū: & ad hoc inducit ſeq.c. Et hoc intelligit Hug. de eccleſijs quæ tātùm ad epiſcopum ſpectāt. de alijs non poteſt ſine conſenſu clericorum.

1 Cap.l.6.c. 285.& l.7. c.7.

omnes.nam nec à laico poteſt ibi aliquis inſtitui. j̄.e.q. vlt. ſi plures. multò minus ſupponi poteſt loco religioſo per laicũ, cum inſtitutio ſit temporalis,ſuppoſitio verò perpetua. Item eſt contra eum 10.q.1.nouerint. vbi dicitur, quòd poſtquàm Deo dederit,ꝙ nihil habet iuris in re illa patronus.Ioan.

conſtabunt eis omnia perpetua firmitate, & ſtabilitatę ſubnixa. ¶ 1 Clericos autem illos conuenit eccleſiæ ſtipẽdijs ſuſtentari, quibus parentum, & propinquorum nulla ſuffragantur. Qui autem bonis [a] parentum [b], & opibus ſuſtentari poſſunt,ſi quod pauperum eſt, accipiunt: ſacrilegium profectò committunt, & per abuſionem talium iudicium ſibi manducant, & bibunt.

¶*Suprà enim 1. q. 2. clericos. pars huius capitis citatur ex B.Hieronymo,in cuius,quæ extant, ſcriptis nihil huiuſmodi inuentum eſt.*

De prædijs autem, quæ à colonis eorum coluntur ſic definitum eſt in Moguntino concilio[Queſti ſunt prętera,&c.] ſupra ead.

QVAESTIO II.

2 ps D*E capellis* [c] *verò, quæ ab eis poſſidentur, ꝙ per eorum inſtitutionem à ſacerdotib.ſint gubernandæ, Ioannes Papa probat ſcribens Iſaac Syracuſano Epiſcopo.*

¶Presbyteri monaſteriorum eccleſijs per abbates inſtituantur.

CAP. I.

VIſis literis charitatis veſtræ quibus ſatis perpenditur, quanto ſtudio huic ſanctę ſedi reuerentiam exhibetis, non modicè gauiſi ſumus. Nunc itaque ſuper ea,quæ cõſuluiſtis,vt chariſſimo fratri benignè diſcretum conſilium damus. Delegauit [d] enim nobis pia manſuetudo veſtra,vtrum eccleſiæ pro quiete [e] monachorum à ſanctis concilijs,catholiciſq; epiſcopis eis traditæ, per ſacerdotes ab eis ordinatos, & inueſtitos debeãt inſtitui. Addidit quoque fraternitas tua, litem,& ſeditionem inter clericos, monachoſque ex hac cauſa non modicam eſſe ortã: quod inſtigatione verſuti hoſtis eſſe factũ nemo ambigat. Habet enim mille nocẽdi modos: nec ignoramus aſtutias eius.Conatur nãq; à principio ruinæ ſuæ vnitatem eccleſiæ reſcindere, charitatem vulnerare, ſanctorum operum dulcedinem inuidię felle inficere, & omnibus modis humanum genus euertere,& ꝑturbare. Dolet enim ſatis, & erubeſcit charitatem, quam in cęlo nequiuit habere, homines conſtantes [f] ex lutea materia tenere in terra. Vnde oportet (quãtum fragilitati noſtę cõceditur) vt oẽs aditus nocendi eius verſutię diligentiſſimè muniamus: ne mors ingrediatur ꝑ portas [g] noſtras. Conſilio itaq; multorũ fratrũ diligenter exquiſito decreuimus, vt amodo eccleſiæ monachis traditæ [h] per

D*E capellis.*] Hęc q. diuiditur in duas part. in prima probatur per c.ſequens, quòd ſi monachi habent eccleſias pleno iure, poſſunt in eis capellanos inſtituere & deſtituere.Secunda ibi, *Hac auctoritate*. Ioan. de Fan.

i.j.q.2.clericos.i regula monachorũ c. de paupertate habentur quędam ſimilia.

CASVS. Hic intitulatur 2.q.qua quęritur, an capellę quę concedũtur monachis ab epiſcopis, ſint per monachos inſtituendę. Et reſpondetur, ſi pleno iure,ſcilicet quantum ad temporalia, & ſpiritualia capellę pertinẽt ad monachos, per ipſos ſunt inſtituendę.vt j̄.c. viſis. Si verò ad ipſos pleno iure non pertinent, ſed tantùm quantum ad temporalia,per epiſcopos ſunt inſtituẽdę: ita tamen vt monachis reſpondeant in tẽporalibus, epiſcopo verò in ſpiritualibus vt j̄. c. ſanè. De hoc plenius notatur in ſumma huius quęſtionis.

c ¶*De capellis.*] hęc eſt ſecunda quęſtio, an in capellis monachorum presbyteri ſint inſtituẽdi per monachos. quod vt melius pateat. “ videndum eſt quid iuris habent religioſi in ſuis capellis. Et not.ꝙ duobus modis fiunt capellę religioſorũ,ędificatione. ſcilicet & collatione. Si ędificatione, habent inſtitutionem temporalium, & epiſcopus ſpiritualium,vt j̄.e.ſanè.& c.vl.Si autem collatione:aut collatę ſunt eis ab epiſcopo, aut à patrono. Si ab epiſcopo, aut ſub certa forma,aut cum omni iure, aut ſimpliciter.Si ſub certa forma, non habent ibi plus iuris quàm forma contineat.Si verò cum omni iure, tunc habent & temporalẽ, & ſpiritualem inſtitutionem.j̄.e.viſis.Et ſic intelligitur illud: cuius eſt poſſeſſio,eius eſt & inſtitutio [a] In hoc caſu loquitur extr.de ca.mo.in eccleſijs. remanet tamen ius epiſcopale in ordinatione clericorum iudicio,altarium conſecratione,& viſitatione.9.q.3.per ſingulas. Si autem conceſſit epiſcopus ſimpliciter,quid iuris ſit, habetur ext. de don.paſtoralis. Si verò patronus conceſſit capellam domui religioſę, non plus iuris habet acceptor,quàm dator.ar. s̄. e. q.1. ſi quis laicus. exr. de do.inter vi.& vx.nuper.ff. de re.iu.nemo plus.niſi hoc factum ſit de conſenſu dięceſani epiſcopi, quo caſu cedit in dominiũ religioſorum,ext.de iu.pat.quod autem.extra de dona.paſtoralis.Quę autem dicta ſunt,intelligas de monaſterijs non exẽptis. In exemptis enim. & eorum capellis quod Principi placet legis habet vigorem. Et not.ꝙ Io.de F. dixit,ꝙ ſi eccleſia nondum eſt conſecrata: tantam in ea habet patronus poteſtatem,ꝙ pręter epiſcopi licentiam poteſt religioſo loco concedere non ſolùm iuſpatronatus,ſed etiam Ipſam eccleſiam.arg. j̄.e.q.vlt.nemini. Sed hęc opinio corrigenda eſt, cum religioſus locus iam ſit, maximè propter ſolemnitates, quę ibi fiunt ab epiſcopo.de conſecr.diſt.1.nemo.Et quod religioſus locus ſit habes ext.de reli.do.ad hęc.vnde iam in epiſcopi poteſtate conſiſtit, cum lapis benedictus ibi iam ſit poſitus.j̄. ead. q.7.

“ Monachi quid iuris hñt in ſuis capellis.

a intelligit L.cuius fuit tota iſta gl. ꝙ ep̄o ſeruatur cura aĩarũ, vt ſacerdos ibi inſtituẽdus curã ab eo recipiat animarũ, & in hoc caſu,&c. vt ſeqtur, ſed fortè non ſine cã. Ioan. hoc remouit.Arc.

V*Iſis literis.*] CASVS. Beneuen. hunc caſum ſic ponit, & benè. Quidam epiſcopus pleno iure quo ad ſpiritualia & temporalia monachis dedit quaſdam capellas: poſteà inſtigante diabolo humani generis inimico, inter monachos & clericos eſt orta ſeditio propter inueſtituram illarũ eccleſiarũ, & ad ſuggeſtionem clericorum epiſcopi nitebantur inueſtituras reuocare. Propter hanc ergo altercationẽ Iſaac Syracuſanus epiſcopus conſuluit Papam Io. vtrum præfatæ capellæ monachorũ debeãt gubernari per presbyteros à monachis inueſtitos? & reſp.ꝙ ſic. & hoc probatur 4.rationibus: quarum prima eſt, quia diuinæ leges & ſæculares præcipiũt, vt cuius poſſeſſio eſt, eius fiat inſtitutio. Secunda eſt: quia ſicut charitas epiſcoporum fuit facilis in dando, quod maius eſt, ſ. poſſeſſiones: ſic & facilior erit in concedendo, qđ minus eſt, ſ.inueſtituram. Tertia e ſt, quia ſua iura,vel tributa monaſterio non redderentur,ſi inueſtitura per alterum daretur. Quarta eſt: quia epiſcopus priuatur mercede, quam fuerat conſecutus, ex quo facta charitate vult reuocare quod dederit: monachis tamen ſi ea quæ ſunt epiſcoporum vſurparę præſumpſerint, epiſcoporũ felici mucrone puniantur.*Inſtitui.* i.regi & gubernari.*Inſtituantur*. id eſt regantur & gubernentur. Vel poteſt dici,quòd Iſaac quęrebat (vnde Hu.) vtrum capellæ tales debeant inſtitui per monachos.

2.Cor.2.

d ¶*Delegauit.*] id eſt, inſinuauit. Vel dic melius, id eſt, quæſiuit.

e ¶*Pro quiete.*] à curis temporalibus, vt s̄. ea. quæſtio.1. de præſentium.

f ¶*Conſtantes.*j̄.de pœ.di.2.principium.§.ſi verò.j̄.27.q.2.§. ex his omnibus. contra. Sed dic,quòd nõ potuit habere charitatem perſeuerantem.arg.extra de ver. ſig.nam & ego.

g ¶*Per portas.*] id eſt per ſenſus corporeos,quibus mediantibus peccatum tranſit ad nos.

h ¶*Tradit ę.*] pleno iure. Idem intelligunt quidam vbi epiſcopus ſimpliciter concedit.arg.ff.de ſer. ſi cui. & ff. de vſu. & ha.ſi ita.Sed contra ext.de don.paſtoralis.& 1. q. 1. ſunt nonnulli. cum autem monaſterio priuilegiato cum capellis ſuis habitis & habendis concedit epiſcopus eccleſiam, etiam pleniſſimo iure ſecundùm pleroſq: peruenit ad monaſterium, ẽt quo ad correctionem exceſſuum. ſed tamen abbas ille nõ deponet aliquem,nec ſuſpendet in perpetuum, niſi hoc haberet ex priuilegio aliquo,vt j̄.in fi.c.Sed nunquid epiſcopus ita poteſt eximere eccleſiam aliquam,ꝙ nihil retineat in ea?Dico ꝙ non: quia epiſcopus non poteſt alium iudicem facere ordinarium in diœceſi ſua:“ nec ita plenè poſſet epiſcopus remittere ius epiſcopale,vt hic in fi.quia ſic poſſet à ſe reijcere iuriſdictionem

“ Ep̄s eccleſiam à ſe nõ p̄t totaliter eximere.

ctionem epiſcopalem. nam quantumcunque generaliter epiſcopus eximat aliquam eccleſiã, ſemper retinet correctionem[a], viſitationem, ꝓcurationẽ & cathedraticum, vt ext. de cen. cũ venerabilis. & de don. paſtoralis. nec etiam in præiudicium archidiaconi põt e͞ps aliqua iura remittere eccleſiæ, vt ext. de exceſ. p͞l. c. 1. & 2. Si obijcis id qđ eſt ext. de reli. do. conſtitutus. vbi dicitur, ꝙ e͞ps poſſit plenè eximere aliquam eccleſiam; dicas ꝙ illa exẽptio fuit confirmata à Papa, ſicut patronus quantumcunq; generaliter remittat ius patronatus: tamen quædam iura retinet in liberto. C. de bo. lib. l. fi.

a Licet e͞ps cõcedat inueſtiturã, nõ tñ correctionẽ. arg. ff. de ſer. vr. ꝑdi. ſi domus. ſecundũ Lau.

† al. ſuorum ſibi.

a ¶*Per ſuos.*] j͞. q. ꝓx. c. 3. j͞. 18. q. 2. cellulas. s͞. diſt. 54. abbati.

† al. retrahant

b ¶*Poſſeſſio.*] id eſt, res poſſeſſa. arg. ff. de ver. ſig. interdum.

c ¶*Inſtitutio.*] id eſt, ordinatio. nam cuique eſt res ſua committenda. C. de Iudæ. l. nemo.

d ¶*Quod maius eſt.*] arg. ꝙ cui conceditur maius, & minus, vt 12. q. 1. præcipimus. & extra de decim. ex parte. Itẽ cui prohibetur maius, & minus, vt 14. q. 5. pœnale. & 44. diſt. nulli. & s͞. ead. q. 1. de tẽporis. & c. poſtquam. ff. de adul. nec in ea. maius enim eſt dare id ad qđ quis non tenetur, quã permittere vti datis, ad qđ quilibet tenetur.

† al. aduertẽtes.

e ¶*Concedere.*] i. permittere re cõceſſa vti.

f ¶*Moris.*] ar. ex eo ꝙ aliqd ſolet fieri, vt 28. diſt. de Syracuſanæ.

g ¶*Iudicio.*] s͞. 8. q. 2. cap. 1.

h *Ad ſe trahat.*] s͞. 1. q. 3. quæſitum. s͞. 12. q. 2. ſacrorũ. ſic C. de. do. ſi quis argentum. §. vlt.

i ¶*Credulus.*] arg. ꝙ imputatur alicui quòd nimis eſt credulus. 11. q. 3. non ſolum. 86. diſ. ſi quid. & 23. q. 4. quã magnum argu. contra. 22. q. 4. innocens.

k ¶*Fraude.*] imo donator cauere debet donatori de dolo. ne res donata benignè, fraudis cõſilio reuocetur. ff. de edil. edi. l. ad res.

1 Burc. l. 3. c. 131. Iuo p. 3. c. 197. Pann. l. 2. c. 57.

HAC AVCTORITATE. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua dicitur quod in §. ecce Vrbanus. qui ſequitur,

† al. abſtrahit

ſuos[a] ſacerdotes inſtituantur. Diuinæ enim leges habent, & ſeculares, vt cuius eſt poſſeſſio[b], eius fiat inſtitutio[c]: & ſi in dando, quod maius eſt[d], facilis fuit charitas, ſit facilior in concedendo, quod minus eſt, ſãcta largitas. Maius enim fuit poſſeſſionem dare, quàm ſit inueſtituram concedere[e]. Quomodo poſſeſſoris iura cognoſcentur, & ſuarum † rerum ſibi tributa reddentur, vbi quod ſuum eſt, per alterum datur, & cum voluerit, aufertur? Humani moris[f] eſt illum vereri, cuius iudicio[g] & volũtate nũc erigitur, nũc deprimitur. Vñ fit, vt in partẽ e͞pi ad ſeruiẽdũ ſacerdos procliuior fiat: & ſic epiſcopus, quod ſanctè, & religiosè dederat, quadam ſimulata auctoritate ad ſe trahat †[h]. Sic itaque priuatur mercede, quam conſecuturus fuerat: tũ quia ficta charitate aufert, qđ dederat, tum quia prauorum ſacerdotum diſcordias, & ſciſſuras amantium, lites, & diſſenſiones inter epiſcopos ſeminãtium verbis nimis factus credulus[i], quod prius fucatè moliebatur lucrari, poſt detecta fraude[k] conatur quadam vſurpatione ex toto auferre. Quorum auertentes † calliditates, & hoſtis verſuti ſuaſiones, deinceps omnibus licentiam monachis damus ſuarum eccleſiarum inueſtitores fieri: ita tamen vt iudicio ſynodi, ſi contra ſacerdotium agere præſumpſerint, multẽtur, & felici mucrone epiſcopi ſacerdotum piacula reſecentur.

¶*Caput hoc eſt cum alijs. quæ ex antiquo codice monaſterij Populeti ſunt habita: ex cuius codicis exemplo, & vetuſtis Gratiani aliqua ſunt emendata.*

Hac auctoritate monachis conceditur inueſtitura ſuarum eccleſiarum. Sed videtur contra ire Vrbanus Papa ij. dicens.

¶*Poſt hæc verba in exemplaribus, in quibus non ſunt paleæ, ſequitur c. ſanè. In quatuor autem his interpoſitis paleis nihil de monachis agitur, & hæc prior eſt in concilio Moguntino primo, cap. 38. & ſententia repetitur in 2. c. 10. & in 3. c. 17.*

PALEA. CAP. II.

1 ADmonemus, atque p͞cipimus, vt decimas omnino dari Deo non negligatur, quas ipſe Deus dari cõſtituit: quia timendum eſt, vt quiſquis Deo debitum ſuum ſubtrahit †, ne fortè Deus per peccatum ſuuum auferat ei neceſſaria ſua.

Item Nicolaus Papa II. epiſt. vnica, c. 5.

¶De eodem.

PALEA. CAP. III.

2 PRæcipimus, vt decimæ, & primitiæ, ſeu oblationes † viuorum, & mortuorum eccleſijs Dei fideliter reddantur à laicis, & vt in diſpoſitione epiſcoporum ſint: quas qui retinuerint, à ſanctæ eccleſiæ communione ſeparentur.

Item Leo Papa.

¶De eodem.

PALEA. CAP. IIII.

NVllus decimas ad aliũ pertinentes accipiat.

Item Ambroſius ſermone primo de Quadrageſima.

PALEA. CAP. V.

NAm qui Deo non vult reddere decimas, quas retinuit, & homini non ſtudet reddere, quod iniuſtè ab eo abſtulit, nõ timet adhuc Deũ, & ignorat, quid ſit vera pœnitentia, veraque confeſſio. Iſte talis homo non poteſt veram † facere eleemoſynam.

¶*Habetᷣ in ſermone primo de Quadrageſima, cuius initium,* Ecce nũc. *qui cum alijs B. Ambroſii nomen præferentibus ſeruatur in bibliotheca Vaticana, ac monaſterij Mediolanenſis eiuſdem B. Ambroſij.*

Item Vrbanus II.

¶Abbates abſque epiſcopi conſilio in parochialibus eccleſiis presbyteros non ordinent.

CAP. VI.

SAnè quia monachorũ quidam epiſcopis ius ſuum auferre contendunt: ſtatuimus, ne in parochialibus eccleſiis, quas tenent, abſq; epiſcoporum[l] conſilio presbyteros collocent: ſed epiſcopi parochiæ curam cum abbatum cõſenſu ſacerdoti committãt: vt eiuſmodi ſacerdotes de populi quidem cura epiſcopis rationẽ reddant: abbati verò pro reb. temporalib.[m] ad monaſterium pertinẽtibus debitã ſubiectionẽ exhibeant, & ſic ſua cuiq;[n] iura ſeruentur. *Idem.* ¶In parochialib' eccleſiis p͞sbyteri per epiſcopos inſtituãt †, q; eis reſpõdeant de animarũ cura, & his, quę ad e͞pm pertinẽt.

Itẽ ex cõcilio apud Fauẽtiã habito.

¶Quorumcunq; monachorũ eccleſiæ e͞porum ſubdantur regimini.

CAP. VII.

STatuendum nobis eſt, quatenus eccleſię quorumcũque monachorum in ſingulis parochijs ſitæ, epiſcoporum, vt decet, diuinitus ſubdantur regimini[o], eiſque debita obſequia[p] exhibeant.

cõtinetur. & probatur per c. ſeq. Io. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſuprà in præcedenti c. ꝙ inueſtitura ſuarum capellarũ pertinet ad monachos. Nũc Grat. vult ꝓbare cõtrariũ, ſ. ꝙ capellę monachorũ ꝑ e͞pos ſunt ĩſtituẽdę.

2. diſt. 32. ꝑter hoc. §. deinde.

† al. quæcunque oblationes.

S*Anè quia.*] CASVS. Quidã monachi vſurpabãt inueſtituras eccleſiarũ, quæ ad eos pleno iure non pertinebant; & ideo quidã epiſcopi de hoc cõqueſti fuerunt Papæ Vrbano. quare Vrbanus ſtatuit vt eccleſiæ monachorũ quæ ad eos pleno iure non ſpectant, cum abbatum conſenſu per epiſcopos inſtituantur. ſed ſic inſtituti abbatibus de tẽporalib. reſpondeant: e͞pis verò reſpondeant de cura animarum. & de eadem materia loqtur ſequens c. cuius caſus patet.

† al. bonam

l ¶*Epiſcoporum.*] s͞. e. q. 1. peruenit.

m ¶*Temporalibus.*] " ſi quæras in quo ſacerdos teneatur reſpõdere monachis de tp͞alibus: dico in hoc ꝙ ſi eccleſiæ monachorũ nõ ſit aliqs cenſus impoſitus, eũ poſſunt monachi imponere. ſed ſi eſt impoſitus ab antiquo, ipſi eũ non poſſunt augere, vt ext. de cenſ. ꝓhibemus. Itẽ nõ ſolum monachis ſacerdos reſpõdebit in temporalibus[b], ſed ẽt e͞po, ſi eccleſia illa ab antiquo prę̃ſtitit cẽſum e͞po, vt 1. q. 3. quęſitũ. & c. peruenit. & 18. q. 3. c. vlt. & pe. Io. ſed certè decre. dicit, ꝙ cenſus nouus imponi non põt ẽt auctoritate e͞pi, vt extra de cẽſi. ſignificauit. niſi fuerit ab initio impoſitus, vt habes ext. e. ti. eccleſiis. 18. q. 2. Eleutherius. ẽt auctoritate e͞pi à principio, vt extra de cenſi. præterea. & ẽt poſtea ſi nunq̃ fuit impoſitus, põt imponi. vt extra de cẽſi. cũ venerabilis. & hoc cũ eccleſia eximitur. B.

" Sacerdos parochialis cui dabit cẽſum.

b Sed ecce monaſteriũ ædificat eccleſiã in ſuo ſolo, ſed nõ dotat, dotatur tñ ab alio. Habebit ne monaſteriũ p͞tãtem ibi quoad oĩa tp͞alia? non. H. j͞. q. prox. in ſumma ꝙ ſic. & rõ eſt, quia qcqd illi eccleſiæ cõfertur, datur & monaſterio, ſcđm eundem. Arc.

† al. conſtituantur.

n ¶*Sua cuique:*] s͞. 12. q. 2. cũ deuotiſſimam.

S*Tatuendum.*]

o ¶*Regimini.*] Abbates enim corriguntur ab epiſcopis, vt j͞. 18. q. 2. abbates.

p ¶*Obſequia.*] ſic 1. q. 3. quæſitum. & 18. q. 2. c. vlt. & pen. Ioan.

p ¶*Obſequia.*] i. vt in chathe-

cathedratico & ſynodatico, & in annuo cenſu, ſi qua ſolita ſūt præſtare. vel ſi qua alia ſeruitia cōſueuerunt eis exhibere, in concor. hic alle. ſecundum Hug.

ECCE VRBANVS. CASVS. Soluit nunc Gratia. ſupradictam contrarietatem, dicens ꝙ illud c. viſis. intelligitur de illis capellis monachorum, quæ pleno iure, temporali ſcilicet & ſpirituali ſunt eis conceſſæ. Capitula verò cōtraria loquuntur de illis in quibus abbates habent tpalia tantùm.

a ¶ *Sed illud.*] ſ. ea. viſis.

b ¶ *Aedificant.*] " & ita pinguius ius habēt monachi in eccleſijs fundatis in ſolo ſuo, quàm laici in eccleſijs fundatis in ſuo.

" Pinguius ius hn̄t monachi in eccleſiis fundatis in ſolo ſuo, q̄ laici.

TALES.] CASVS. Hic intitulatur 5. q. qua quæritur, an abbates eccleſias in ſuo territorio ædificatas iure territorij ſibi valeant vendicare? Et reſp. ꝙ non, quoad ſpiritualia, vt j. ead. poſſeſſio. Idē eſt intelligendum de epiſcopo qui in aliena diœceſi eccleſiam ædificat, ſed in fundo ſuo.

c ¶ *De epiſcopo.*] ſ. qui ædificat eccleſias in alienis diœceſibus, & in proprijs prædijs. Et qa continuatur hæc materia cum præcedenti: ideo tractatur hic q̄ſt. 5. Sed quare non ita fecit magiſter in themate? quia fortè non ita competenter poſſet poni thema. " Nota ergo ꝙ ſi epiſcopus fundat eccleſiam in ſuo ꝓprio ſolo, id eſt, in patrimoniali loco, & in alterius diœceſi: non habet ibi poteſtatem nec quoad temporalia, nec quoad ſpiritualia. Si verò in ſolo eccleſiæ cui præeſt, & in alterius diœceſi, habet poteſtatem ibi quoad tēporalia, nō aūt quoad ſpiritualia, ſicut & monachi: licet quidā hoc negent, dicentes epiſcopum vel clericos non habere niſi ius patronatus in eccleſia quam fundant in prædio propriæ eccleſiæ, & in aliena diœceſi. Si ergo legatur hoc cap. de eccleſia fundata in proprio prædio: verbum illud circa finem, ſcilicet omnis gubernatio: intelligitur quoad temporalia, & ſpiritualia. Si verò de eccleſia fundata in fundo eccleſiæ, & in alio epiſcopatu, dic, omnis gubernatio quoad ſpiritualia tantùm. nam qua ratione concederetur hoc monachis in prædijs monaſterij, ea ratione & epiſcopis & clericis in prædijs eccleſiæ ſuæ: & hoc modo intelligitur extra de iure patrona. ſignificaſti.

" Eps quid iuris habet in eccleſia, q̄ fundauit.

1 Anſel. l. 5. c. 9.

Ecce Vrbanus Papa prohibet inueſtituras parochialium eccleſiarū per monachos fieri, quas Ioannes Papa eis conceſſit. Sed illud [a] *Ioannis Papæ intelligendum eſt de illis capellis, quæ cum omni iure ſuo ab epiſcopis, monachis conceduntur. Iſtud autem Vrbani intelligitur de illis, quas abbates in proprijs prædijs inædificant* [b] *in villis, vel caſtellis ſuis.*

QVAESTIO V.

¶ *Videtur contra ordinis rationem, vt inter 2. & 3. quæſtionem 5. ſit poſita. Et in omnibus antiquis exemplaribus, exceptis duobus peruetuſtis, in 2. q. ſunt omnes hi canones, quibus conſtat 5. quęſt. deinceps ſequitur tertia, & quarta cum ſuis capitulis, vt in vulgatis codicibus: tū verba Gratiani, quæ in vulgatis habentur initio 6. q. & c. conſuetudo. faciunt 5. quæſtionem: reliqua verò ſextam. Verùm hanc, quæ nunc tractatur eſſe 5. quęſtionem ex propoſitione initio cauſæ facta perſpicuum eſt. Et potuit Gratianus ideo ordinē nunc mutare, quia argumentum 5. quæſtionis valde coniunctum eſt ijs quæ in fine ſecundæ allata erant. Quam ob cauſam, ac præterea ob auctoritatem illorum duorum codicū, & receptum vſum citandi hos canones ſub 5. q. vſum eſt nihil eſſe mutandum.*

TAles, etſi ius territorij habeant: tamen poteſtatem gubernandi populum, & ſpiritualia miniſtrandi non habent. Quod etiam de epiſcopo [c] *intelligendum eſt.*

Vnde Nicolaus Papa ait.

¶ *Anſelmus citat ex Arauſico, in cuius 10. c. ferè idem legitur.*

¶ Epiſcopus, qui in alterius diœceſi eccleſiam ędificat, eius conſecrationem ſibi vendicare non valet.

CAP. I.

1 SI quis epiſcoporum in alienæ ciuitatis territorio pto quacunque ſuorum opportunitate eccleſiam ædificare A diſponit, non præſumat dedicationem facere, quæ illius eſt, in cuius territorio [d] eccleſia aſſurgit. Aedificatori verò epiſcopo hęc gratia reſeruetur, vt quos deſiderat [e] clericos [f] in re ſua ordinari, ipſos ordinet [g] is cuius territorium eſt: vel ſi ordinati iam ſunt, ipſos habere acquieſcat: & omnis eccleſiæ ipſius gubernatio ad eum, in cuius ciuitatis territorio eccleſia ſurrexit, pertinebit.

Item ex concilio Toletano 4. c. 34.

¶ Baſilicæ nouiter conditæ ad epiſcopum pertinent, cuius conuentus eſſe conſtiterit.

CAP. II.

2 POſſeſſio [h] territorij conuentum [i] non adimit: ideoque Baſilicæ, quæ nouè conditæ fuerint, ad eum proculdubio pertinebunt [k] epiſcopum, cuius conuentus eſſe conſtiterit.

¶ *Canon 34. cōcilij 4. Toletani ſic habet.* Sicut diœceſim alienam triennalis poſſeſſio tollit: ita territorij cōuentum non adimit, &c. *vt j. ea. q. 3. ſicut diœceſim.*

Item Gregorius lib. 11 epiſto. 19. ad Ioannem ſubdiaconum.

Aedificatori epiſcopo in diœceſi alterius eccleſiam conſecrare non licet.

CAP. III.

3 LAtor prę́ſentium [l] Ioannes frater, & coëpiſcopus noſter A indicauit nobis, quòd quidam Exuperantius epiſcopus auſu temerario in diœceſi ipſius oratorium conſtruxerit: idque ſine præcepti auctoritate contra morem prę́ſumpſerit dedicare [m]: Miſſaſq;

SI quis epiſcoporum.] CASVS. Epiſcopus Bononienſ. villam habebat in diœceſi Mutin. in qua eccleſiam volebat ædificare. quærebatur vtrum dedicatio illius eccleſiæ, & alia iura ad ipſum debeant ſpectare? & reſpondet quòd non: ſed hoc de gratia ſibi tanquàm patrono reſeruatur, vt poſſit ibidem clericos vndecunque voluerit repræſentare. Inueſtitura autem & dedicatio, & omnia iura ſpiritualia ad epiſcopum pertinebunt, in cuius diœceſi eſt eccleſia illa. *Territorij*, id eſt, diœceſis epiſcopalis, vel iuriſdictio: & ita ſumas ſemper in hoc capit.

d ¶ *Territorio.*] id eſt, diœceſi. Quandoque accipitur pro ipſa terra & poſſeſſione & proprietate, vt ſ. prox. §. 1. j. q. 3. licet. Quid autem ſit territorium, habes ff. de ver. ſig. pupillus. §. territorium. " Territorium enim eſt vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis, vt ibi dicitur.

" Territoriū quid ſit.

e ¶ *Deſiderat*] & dicit H. ꝙ priuilegium eſt epiſcopi, vt vndecunq; velit poſſit clericum præſentare, contra illud 71. diſt. hortamur. Hic tamen non dicitur hoc.

f ¶ *Clericos.*] arg. " ꝙ plures poteſt præſentare patronus ad vnam eccleſiam. arg. 73. diſt. c. de principali.

" Patronus plures p̄ſentare pōt ad vnā eccleſiā

g ¶ *Ordinet.*] i. inſtituat. Si autem ſint ordinati quid iuris ſit, ſequitur in litera.

g ¶ *Ordinet.*] etiam ſi ne examinatione: quia ſufficit teſtimoniū epiſcopi præſentātis. 7. q. 1. epiſcopus de loco. ſic & in monacho abbatis. ſ. ea. q. 1. monachi. ſi tamen ſit de ſuo epiſcopatu cui teſtimonium fert. Ioan.

2 ſ. e. q. 3. ſicut diœceſim. Bur. l. 3. c. 147. Iuo p. 3. c. 212.

POſſeſſio.] CASVS. Statuitur in hoc c. per concilium Toleta. ꝙ ſi quis epiſcopus habeat villam in epiſcopatu alterius, in qua eccleſia de nouo ædificauerit, licet populus illius loci, illuc ad officium vadat, propter hoc nec populum nec eccleſiam quoad ſpiritualia ędificator epiſcopus ſibi poterit vendicare: quia proprietas territorij non adimit populum à iuriſdictione epiſcopi, in cuius diœceſi ē eccleſia. Hūc tamen caſum Hugo ſic breuiter ponit. Epiſcopus Bonon̄. ædificauit eccleſiam in epiſcopatu Mutinen. populus illius loci illuc ad officium vadit, epiſcopus Bonon. vult ſibi vendicare populū illum, dicitur, quòd non poteſt.

3 Anſ. l. 5. c. 27. Poly. l. 1. tit. 13.

h ¶ *Poſſeſſio.*] id eſt prædij proprietas. argum. ff. de verbor. ſignific. interdum.

i ¶ *Conuentum.*] id eſt, populum, vel iuriſdictionem: & ita populus facit conuentum.

k ¶ *Pertinebunt.*] j. ea. q. 7. omnes.

LAtor præſentium.] CASVS. Exuperātius eps temerè cōſtruxit oratorium in epatu Io. epi, & ipſum cum Miſſæ celebratione dedicauit: ſuper quo cum Ioannes eps conquereretur, præcepit Gregorius cuidam vt faceret illum pleniter emendare, nec vlterius quid talę fieri permittat.

l ¶ *Lator præſentium.*] j. de conſe. diſt. 1. præcepta. ſ. 7. q. 1. epiſcopus in diœceſi.

m ¶ *Dedicare.*] ſed nunquid fecit locum religioſum dedicādo eccleſiam ſine conſenſu proprij epiſcopi? Videtur quòd non

illic publicas celebrare non metuit. Quam rem cum ſumma te celeritate †, ac diſtrictione conuenit emendare [a]: nec vlterius tale aliquid attentare permittas.

† celebritate] Orig.

A ¶ Noſter.] *Hoc loco in epiſtola ipſa interijciuntur multa.*

Quod de iure [b] ordinandi, non poſſidendi intelligendum eſt. His auctoritatibus facilè perpēdi poteſt ꝙ ſiue abbates, ſiue epiſcopi in ſuis caſtellis, vel villis eccleſias ædificauerint, non ideo epiſcopo, in cuius diœceſi fuerint, conuentus adimitur: & ideo ſacerdotes iuxta illud Vrbani, & Nicolai in eis non niſi per epiſcopos, cum conſenſu tamen & electione ędificātium, ordinari poßunt.

QVAESTIO III.

1 ps *Vod autem præſcriptione [c] temporis omnia iura [d] tollantur, probatur auctoritate Chalcedonēſis concilij. & Gelaſij Papæ, & Toletani concilij. Prima eſt hæc.* [1]

1 in Chalc. c.17. & in ſexta ſyn. c. 25.

¶ Ruſticanæ parochię apud epiſcopos, qui eas poſſident triginta annis ſine violentia permaneant immobiles.

C A P. I.

2 PEr ſingulas eccleſias A parochias ruſticanas, ſiue B in poſſeſſionibus, manere immobiles apud eos, qui eas retinent, epiſcopos decernimus: & maximè [e] ſi ſine violentia eas iam per triginta [f] annos tenentes gubernauerunt. Si verò intra triginta annos facta fuerit, aut fiat de his dubitatio † [g]: liceat eis, qui ſe dixerint lęſos propter eas, mouere apud ſynodum prouinciæ certamen.

2 Pol.l.3.ti. 12.Anſ.l.5. c.26.Bur.l. 3.c.148.Iuo p.3.c.106. Pan.l.2.capit.64.

† al. altercatio.

¶ *Caput hoc eſt ex priſca verſione, quæ in collectione Iſidori: atque ex ea cum duobus Vaticanis eiuſdem collectionis codicibus collata, eſt emendatum.*

¶ A Eccleſias.] *Apud Balſamonem in codicibus manuſcriptis legitur,* καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν, *id eſt,* in vna quaque prouincia. *ſed in græco canone vulgato.* καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν.

B ¶ Siue in poſſeſſionib.] *Græcè eſt,* ἀγροικικὰς παροικίας ἢ τὰς ἐγχωρίους. *id eſt,* parochias, quæ in ruribus, aut quę in vicis, & pagis ſunt.

Item Gelaſius epiſto. 2. ad Siculos, c.2.

---

non.arg.inſt.de rer.diu. §.ſacræ.de conſe.diſt.1. nemo. Credo tamen contrarium, vt 7.q.1.epiſcopus in diœceſi.

a ¶ *Emendare.*] non dicit qualiter. Sed nunquid deſtrui faciet eccleſiam? Non. arg. 17.q.4. quæſti. 14.q.6. comperimus. ſ.7.q.1.epiſcopus in dięceſi.arg.contra extra de no. ope. nun. cum ex iniuncto. Dico quòd ſi denuntiatio præceſſit, deſtrui debet illud, quod factum eſt: aliter non, vt in c.prædicto [a].

a Sub. ſed erit tranſeundum ad interdictum ꝙ vi aut clā, vt ff.de no. op. nun. l.j.§.1. I.de F.

QVOD DE IVRE. C A S V S. Dictum eſt ſ. in tribus proximis c. quòd eccleſia ædificata ſubeſſe debet epiſcopo, in cuius dięceſi eſt ædificata. Nunc verò dicit Grat. hoc eſſe intelligendum quoad ſpiritualia tātùm: & ideo ſiue abbas, ſiue epiſcopus in ſuo caſtello vel villa eccleſiam ædificauerit, non poterit eam ſubtrahere epō in cuius diœceſi eſt. vnde ſacerdotes iuxta Vrbanum & Nicolaum, nō poterunt ibi ordinari, & inueſtiri, niſi per epiſcopum cuius eſt dięceſis, cum conſenſu tamen ædificatoris.

b ¶ *Quòd de iure.*] reſpicit c.poſſeſſio.ſ.

Vod autem.] Hæc quæſt. diuiditur in x.partes. in prima quarum probat per quatuor auctoritates, quòd præſcriptio tricennalis currit aduerſus eccleſias, quod hodie correctū eſt j.c.quas actiones. Secunda ibi, *Ecce his.* Tertia ibi, *Poteſt etiam aliter.* Quarta ibi, *Item ſi de rebus.* Quinta ibi, *Item ea quæ.* Sexta ibi, *Prima actione.* Septima ibi, *Tolluntur.* Octaua ibi, *Præſcriptionum.* Nona ibi, *De præſcriptionibus.* Decima ibi, *Sed ſola.* Ioan.de Fant.

C A S V S. Hic intitulatur tertia queſt. qua quæritur, an omnia iura eccleſiaſtica temporis præſcriptione tollantur? Et reſpondetur quòd ſic, quadragenaria, vt j.ead.quas actiones. niſi in his quæ ſunt in limite, vel limiti cohęrent, vt j. ead. inter memoratos. antiquitus tamen currebat pręſcriptio tricennalis, vt j.ea.c.1.2.3.& 4. quę capitula ſunt abrogata.

c ¶ *Quod autem præſcriptione.*] Hic deſcribitur tertia quæſt. an omnia iura pręſcriptione tollantur. Ad euidentiam ergo dicendorum, videndū eſt prius de vſucapionibus, poſt de pręſcriptione. Videndum ergo quid ſit vſucapio, & quid in ea exigatur, & quę res poſſit vſucapi. " Vſucapio eſt acquiſitio dominij per continuam poſſeſſionē temporis lege diffiniti. argu.ff.de vſucap.l.3. Exiguntur autem in ea quinque, bona fides ab vtraque parte. arg.ff.pro empt. l.2. §. ſi eam. C. de pręſcrip.long. temp.authen. malæ fidei poſſeſſor. Item iuſtus titulus & continua poſſeſſio, & quòd res ſit mobilis, & quòd nō ſit vitioſa: & quod dixi ab vtraque parte, verum eſt quo ad initium contractus, non quo ad contractum medij temporis. infra eadem, §.poteſt. ſecundum canones tamen exigitur bona fides continua. extra de pręſcrip. vigilanti.& cap.vltim. " Titulus autem eſt iuſta cauſa poſſidendi quod noſtrum non eſt, & exigitur titulus, vt C.de vſuca.pro emp.l.vltima.& extra de præſcrip. ſi diligenti. quandoque tamen vſucapio procedit ſine titulo iuſto errore interueniente [b]. C. de vſucap. pro do. l.1.ff.pro emp.qđ vulgo.ff.pro leg.l.4.& vlt.iuris. tñ error nō prodeſt in vſucapionibus.ff.de iu.& fact.ign. iuris. ff. de vſuc. nunquam. 1.reſp. Exigitur etiam continua poſſeſſio. hoc planum eſt. Et ꝙ res ſit mobilis: quia in immobilibus nō hēt locum vſucap. Quæ aūt res vitioſa dicatur, habes inſt.de vſuc.§. 1.& 2.ff.de acq.rer.do.bonę fidei. Itē vſucapio non interrumpitur lit.cōteſt.ff.de rei ven.ſi quis poſt acceptū.& ff.pro emp. l.2.§.rē alienam.arg.contra.C.de an.exce.vt pfectius.j.e. §.tolluntur. Illi tamen quatuor caſus ſunt ſpeciales. vnde verſus.

" Vſucapio quid ſit, & quot in ea exigantur.

" Titulus quid ſit.

b Secus ſi nō eſſet iuſtus error. C. de vſu.l.fi.ff.de vſuc. pro em. l.2.§.ſi à pupillo.

Non vſucapies, niſi ſint tibi talia quinque.
Recta fides, iuſtus titulus, res non vitioſa.
Quòd res tradatur, poßeſſio continuetur.

Sequit̄ de pręſcriptione qd ſit, quæ eius ſpecies, & quę ad eam exigantur, & quę pręſcriptio currat cōtra eccleſiā, & qualiter interrūpatur, & quis ſit eius effectus. "Pręſcriptio eſt exceptio ex tēpore ſubſtātiam capiens, & quę actioni perſonali, vel in rem opponitur: eſt autem quędam longi tēporis pręſcriptio, de qua nihil ad pręſēs: cū contra eccleſiā nō currat [c], quę cōtra pręſentes, ſpatio x.an. contra abſentes, ſpatio xx. an. cōpletur. C. de pręſcr. x.vel xx.an.l.vl. nec currit niſi cum bona fide. Alia eſt longiſſimi temporis, i.xxx.vel xl.an.in qua, ſecūdum leges nō exigitur bona fides, vel titulus. C.de an. exc. l. 1. ſecundum canones hęc nō procedit, niſi quis bonam fidem habuerit. ext.de pręſc. vigilanti.& in cōſtit.Inn.quoniam omne.& 34.q.2. ſi virgo. nec etiam illa quę eſt triginta annorum currit contra eccleſiam, ſed tantū quadraginta. infra eadem. quas actiones. Item ſecundum canones titulus requiritur in longiſſima pręſcriptione vt extra de pręſcrip.ſi diligenti.Io.quod T.negat, niſi ratione pręſumptionis. B.qñq; tñ minus iuſtus titulus parit cauſā præſcribendi, vt extra de emptio.& vend. peruenit. & extra de iure patronatus, cura. " Interrumpitur autem naturaliter & ciuiliter. Si naturaliter interrumpitur, prodeſt omnibus ius habentibus in re.ff.de vſucap.l.naturaliter. Si ciuiliter, prodeſt interrumpenti tm̄, & eius hæredi, vt ff.de diuerſ. & temp. pręſcrip.inter quatuor. "Eſt autem effectus eius, vt acquiratur tā tùm exceptio, ſecundum Ioannem, non dominium niſi vtile, vt infra eadē, quicunq;. ſecundum B. & alios, etiam directum dominium acquiritur, vt eſt expreſſum. C.de bon.mater.auth. niſi.& infra ead.inter memoratos. ibi, *Sit æternum dominium.*

" pſcriptio quæ & quotuplex eſt.

c Dicunt quidam ꝙ nec etiam pro eccleſia. j.e. c. placuit. ibi de hoc in gl. arg.ꝙ, &c.

" Præſcriptio dupliciter interrūpitur.

" pſcriptionis effectus.

d ¶ *Iura.*] hoc non eſt verum: quia nec oīa iura, nec à quocunque pręſcribi poſſunt, ꝙ non omnia, habes infra c.licet. & C.de pręſcr.xxx.an.comperit. Quod non à quocunque, extra de pręſcr.cum ex officij.& c.cauſam.Ioan.

PEr ſingulas.] C A S V S. Quidam epī tenuerunt parochias aliorum epōrum per xxx.an.quietè & ſine violentia. quęſitum eſt in Toleta. concil. vtrum ſint tuti. & reſpondet quòd ſic. ſi verò intra xxx.ann.quęſtio ſuper hoc fuerit mota, liceat ſuper his parochijs mouere certamen, vel litigium.

e ¶ *Maximè.*] i.tantùm. ſic 11.q.3.ſi quis epiſcopus. nam violentus detentor, non pręſcribit. extra de pręſc.c.vlt.

f ¶ *Triginta.*] hodie non ſtatur huic numero. extra de pręſc. de quarta. j.ead.quas actiones.

g ¶ *Dubitatio.*] per lit. conteſta. ſic enim res efficitur dubia. arg.ext.de of.deleg.relatum.C.qui.ad li.proclam.l.3. vel per libellum oblatum principi ſecuta conuentione, vt C.de pręſ. xxx.an.l.3. vel per ſynodalem proclamationem. ext. de pręſc. ſanctorum. nam ſimplex denuntiatio habetur pro lit. conte. vt ext. vt li.non conte.qm̄. in fi. Et dico ꝙ ex quo ſemel facta eſt lit.conteſt. poſt ſecūdū canones non currit pręſcriptio, qa pręſumitur poſſidens iam habere malam fidē, & de iure ſuo iam titubare. C.de acq.poſ.nemo. vnde non pręſcribit vſq; ad mille annos, vt ext.de pręſ.quoniam. ſed leges q̄ nō curant de mala fide, dicunt xl. annos exigendos [d]. C.de an.excep.l.1.Io.

d vt C.de an. except. l.1. C.de præſc. 30.an. l. vlt.

Pręſulum.

PRæſulum,] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ epi habent poteſtatem regendi eccleſiæ facultates, ita vt de duabus partibus prouideant clericis & paupibus, reliquas verò duas partes ſe & captiuis & peregrinis. In ſecũda parte dicitur, ꝙ epi iure ſibi vendicent poſſeſſiones, vel parochias, quas xxx. an. pacificè poſſederunt, quia ſic placuit legibus Imperatorum. Secunda pars incipit ibi, *Illud etiam*.

a ¶*Ad regendum*.] ar. ff. pro emp. qui fundũ. §. ſi tutor.

1 Pol. l. 3. ti. 12. Iuo p. 3. c. 147.

b ¶*Decretum eſt*.] ab eodem Gelaſio. 12. q. 2. quatuor.

c ¶*Facultates*.] hoc habes. 13. q. 2. facultates.

SIcut diœceſim.] CASVS. Ego Bart. Brixi. hunc caſum ſic intelligo. Dicitur enim ꝙ licet eps præſcribat alterius epi eccleſiam, vel populum per triginta annos, non tamen acquirit populum, vel iuriſdictionem in eo, quo ad ſpiritualia, & ſi præſcribat terrã aliquam. Tu tamen, prudens lector, ſi melius intellexeris, me de ſufficientia excuſabis. H. tñ & gloſſæ hanc literam ſic intelligunt: licet aliquis præſcribat eccleſiam quo ad temporalia & parochialia iura, nõ tñ præſcribit ius epiſcopale.

2. 13. q. 2. c. 1. Iuo p. 3. c. 144. Bur. l. 3. c. 149. Pan. l. 2. c. 65.

d ¶*Sicut diœceſim*.] i. eccleſiam diœceſis. Et dic, ſicut, i. quamuis.

e ¶*Conuentum*.] id eſt, ius epiſcopale.

f ¶*Non adimit*.] id eſt, non ideo adimit.

3 s. ead. q. 5. poſſeſſio. Pol. l. 3. ti 12. Anſ. l. 5. ca. 27. Burch. l. 3. c. 147. Iuo p. 3. c. 212.

QVicunque.] CASVS. Quidam eps poſſedit diœceſim alterius epiſcopi ſine interpellatione per xxx. annos: quæſitum fuit in concilio Toletan. vtrum ſit tutus aduerſus alium epiſcopum? & reſp. ſi eſt intra eandem prouinciam, vel epatum, i. in interiori parte prouinciç vel epiſcopatus, licet ſecundum ius legis naturalis eius non videatur diçceſis eſſe, tamen contra eum actio non eſt admittenda: ſi verò eſt extra prouinciam, vel epiſcopatum i. in exteriori parte prouinciç vel epatus, id eſt, in limite, vel iuxta, non eſt tutus præſcriptione, ne prouinciarum, vel epiſcopatuum termini confundantur. Ita intelligo cap. & ſi aliquis melius intellexerit, gaudium erit mihi.

g ¶*Legis*.] naturalis. nam de iure naturali non ſunt præſcriptiones inductæ. nam de iure naturali iniquum eſt aliquem ditari cum aliena iactura, vt extra de pœn. ſuam. & ff. de cond. indeb. nam hoc. " Sed ideo inuenta eſt præſcriptio, ne dominia rerũ ſemper ſint in incerto. ff. de vſu. l. 1. Vel dic ſecũdum ius legis ciuilis, & hoc ſecundum opinionem dicentium a, præſcriptione dominium non acquiri, ſed tantùm exceptionem. ſed contra eos eſt infra ea. quæſt. clerici. in fi. C. de bon. mat. auth. niſi. & res præſcriptione temporis mutant dominium. ff. de vſuca. eum qui ædes. ver. & vniuerſitas.

" pſcriptio ad quod eſt inuenta.

a Qui ſunt not. s. ea. in ſum. de hoc ẽt no. j. c. §. pôt 2. in gl. ar. pro, &c.

h ¶*Prouinciam*.] id eſt, diçceſim. qñq; enim prouincia ſumitur pro diçceſi, vt 50. diſt. ſtudeat. quandoque è conuerſo, vt 9. q. 2. epiſcopi. Quidam tamen in loco iſto dixerunt, quòd intra aliam prouinciam non poſſet præſcribi, licet intra aliã diçceſim poſſit. " Quid autem præſcribi poſſit in diçceſi alterius, variè à varijs eſt notatum. & celebris fuit hæc ſententia, quòd quidquid eſt intra terminos alterius diçceſis, præſcribi poteſt, dummodo non ſit in limite, vel coniunctum limiti, vt extra de paroch. ſuper eo. non tamen quoad epalem iuriſdictionẽ, ſed tm̃ quo ad proprietatem, vt dicunt, & hoc dummodo conſtat de limitibus. Sed ſi de limitibus nõ cõſtat, tunc quo ad proprietatem, & quo ad epiſcopalia iura, res alterius epi præſcribitur, vt j. ea. licet. extra de decim. cum ſint homines. Sed illis vehementer obſt. extra de præſcri. ad aures. & c. auditis. & c. cũ ex officij. & de reli. do. c. 1. in quibus oſtenditur non ſolũ res, ſed iura epiſcopalia præſcribuntur. Similiter hic diſtingui poteſt inter iura parochialia, & iura epiſcopalia, vt iura parochialia poſſint præſcribi, ſiue diçceſes ſint limitatæ, ſiue non, vt ius decimarum, vt baptiſmata, oblationes, & procurationes: dummodo res illæ non ſint coniunctæ limiti: ſed iura epiſcopalia non, vt conſecratio: imo vlterius procedi poteſt, ꝙ ſimiliter iura epiſcopalia, quę conſiſtunt in lege iuriſdictionis epalis præſcribi poſſunt ab alio epiſcopo, quia taliter præſcribitur exemptio; non tamen vnus intrabit terminos alterius: ſed intra terminos proprios vtetur iure illo, niſi in caſu, vt infra eadem, placuit. Sed tamen dicunt quidam, quòd quolibet ius epiſcopale poteſt præſcribi, dummodo non ſit vicinum limiti. Sed quantum ad proprietatem, ſatis videtur, quòd ſiue ſit in limite, ſiue aliàs, quòd res alterius præſcribi poſſit, vt extra de probat. ex literis. " Si quæras quare limes non poſſit præſcribi; dico ideo, ne cõfundatur termini prouinciarũ, vel ideo, quia limes cõis eſt, vt probatur. ff. de acquirendo rerũ domin. l. adeo. §. vlt. & leg. ſequenti. ſed ſi rem quæ mihi eſt cõis cum alio, ille poſſederit. ego per ipſum retineo poſſeſſionem, vt ff. quemadmodũ ſeruitus amitt. ſi communem. Vel ideo non præſcribitur, quia nõ præſumitur, ꝙ aliquis cõi re vitiosè vtatur, vt ff. pro ſocio. meritò. & ſic præſumitur, ꝙ quantocunque tempore alter poſſideat, ꝙ non tantùm nomine ſuo, ſed nomine meo poſſederit. Sed certè hæc ratio non videtur ſufficiens: quia eadem ròne, nec fines prædiorum poſſent præſcribi: quod falſum eſt, vt infra ead. q. 4. volumus. vt extra de præſcr. quia. & C. fin. regũd. l. vlt. Alij dicunt ꝙ limes benè poteſt præſcribi, ſed non manens limes: quia quàm cito eſt præſcriptus, deſinit eſſe limes.

" pſcribĩ qd pt in alteri' diœceſi.

4 Pol. l. 3. ti. 12. Anſ. l. 5. c. 28. Burc. l. 3. ca. 67. Iuo p. 3. c. 131. & par. 5. c. 175. Pann. l. 2. capit. 67.

" limes diœceſis eſt impræſcriptibilis.

i ¶*Extra verò*.] nullo modo, quantum ad omnia epiſcopalia iura.

ECCE HIS. Hęc eſt 2. pars q. in qua probat per tria c. ꝙ limites,

---

¶Triginta annis ab epiſcopis poſſeſſæ immobiles permaneant diçceſes.

CAP. II.

1 PRæſulum noſtrorum auctoritas emanauit, vt facultates eccleſiæ epiſcopi ad regendum[a] habeant poteſtatem: ita tamen, vt viduarum, pupillorum, atque pauperum, necnon & clericorum ſtipendia diſtribuere debeant. Hoc eis etiam ſtatuimus dari, quod hactenus decretum eſt[b]: reliquum ſibi epiſcopi vendicent, vt ſicut antea diximus, peregrinorum, atque captiuorum largitores eſſe poſſint. *Idem ibidem. c. 2.* ¶ 2 Illud etiam annecti placuit, vt ſi quod abſit, facultates[c] eccleſię, necnõ diœceſes ab aliquibus poſſidentur epiſcopis: iure ſibi vendicent quod tricennalis lex concluſit: quia & filiorum noſtrorũ principum ita emanauit auctoritas.

Item ex concilio Toletano 4. c. 34.

¶Territorij poſſeſſio conuentum non adimit.

CAP. III.

3 SIcut diœceſim[d] alienam tricennalis poſſeſſio tollit: ita territorij A conuentũ[e] non adimit B[f].

A Territorij.] *In vulgatis ſequebatur*, poſſeſſio: *quæ abeſt à vetuſtis, à Burchardo, & Pannormia, & codicibus conciliorum impreſſis, & manuſcriptis.*

B ¶Non adimit.] *Sic in editionibus conciliorum Colonienſibus, & codice regio, & vetuſtis Gratiani exemplaribus, & in Pannormia. Verùm in duabus editionibus conciliorum Pariſienſibus & apud Iuonem habetur*, non amittit, *& in duobus codicibus Vaticanis, & apud Burchardum*, non admittit.

Item ex eodem. c. 33.

¶Tricennalis poſſeſſio intra vnam prouinciam ſeruari debet.

CAP. IIII.

4 QVicunque epiſcopus alterius epiſcopi diœceſim per triginta annos ſine aliqua ĩterpellatione poſſederit: quamuis A ſecundum ius legis[g] eius non videatur eſſe diœceſis, admittenda nõ eſt contra eum actio repoſcendi. Sed hoc intra vnam prouinciam[h] B: extra verò[i], nullo modo: ne dum diœceſis defenditur, prouinciarum termini confundantur.

A ¶Quamuis.] *In concilio impreſſo cum manuſcriptis collato legitur*, quia ſcd̃m ius legis, eius videt̃ eſſe diœceſis, admittenda nõ eſt, &c. *Iuo autem in 3. par. ẽt clarius poſt verſi.* poſſederit. *ſic habet*, cam teneat: quia ſecundum ius legis, eius videtur eſſe diœceſis, & admittenda nõ eſt, &c. *Burchardus autem*, quamuis ſecundum ius legis, eius videtur eſſe diœceſis. *In Pannormia verò quemadmodum apud Gratianũ.*

B Prouinciam.] *Auctor gloſſæ interpretatur, id eſt*, diœceſim: *& in varijs conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis legitur*, parochiam, *qua voce ſæpe diœceſis ſignificatur, vt in canone Apoſtolorum 14.* epiſcopo non liceat alienam parochiam propria relicta peruadere: *& in concilio Antiocheno, c. 21. vocem* παροικίας *, alij verterũt* parochiam, *alij* diœceſim, *omninoque in Toletanis hæ voces confunduntur, vt Toletano 3. c. 20. & Toletano*

limites, & ei adhærentia, non præſcribuntur. Ioan. de Fan.

Casvs. Concludit Gra. ex ſupradictis c. ꝙ eccleſiaſtica iura præſcriptione tolluntur: poſteà probat contrariū per c. ſeq.

Licet in regulis. [Casvs. Beneuen. ſic ponit caſum iſtum. Anconitanus epiſcopus habebat quaſdam villas intra terminos epatus Anuſcani epi, occaſione poſſeſſionū & villarum inuaſit ibi ſpiritualia. Super hoc cū eps Anuſcanus conquereretur, decreuit Gelaſius inuaſa reſtitui Anuſcano epiſcopo: & pcepit Maximo & Euſebio epis, vt ipm mitterēt in poſſeſſionē. H. verò hūc caſum ſic ponit: cuius poſitionem magis approbo. Inter Anconitanum epm, & Cōſtantinum Anuſcanæ ciuitatis epm, controuerſia erat de quadā eccleſia, poſita in limite alterius, puta Conſtantini: alter, ſ. Anconitanus eps diu poſſederat eā: de qua conuentus coram Gelaſio per nuntios reſpondebat: quam controuerſiā ſic decidit Gelaſius, vt eccleſia reſtitueretur petenti epo: quia limites nulla ratione poſſunt prǽſcribi: ſicut & in antiquis regulis, & in ſuis aſſerit contineri decretis. quapropter ſcribit Maximo, & Euſebio epis, vt hāc ſententiam mandent executioni. Et ſimilem formam in oībus ſimilibus caſibus dicit fore ſeruandam.

1 Iuo p. 3. c. 97.

a ¶ *Parochias.*] i. intra limitē vnius diǫceſis.

b ¶ *Diſpoſitione.*] id eſt, terminatione. ſuprà 13. q. 1. c. 1.

† al. & directos

c ¶ *Exempli.*] s. diſtin. 96. bene quidem. s. 1. q. 1. principatus.

2 Anſ. l. 5. c. 15.

d ¶ *Inuaſa.*] Nam inuaſores nō pſcribūt. C. de pſ. xxx. an. ſi qs emptionis. & 83. di. illud.

e ¶ *Putat.*] Nam diuturnitas temporis, &c. extra de ſi. non ſatis.

f ¶ *Formam.*] Argu. ‟ qđ certis perſonis mādatur, ad alios extendi: & quod ī vno negotio ſtatuitur, ad omnia ſimilia extendi. s. 1. q. 1. multi. 14. q. 2. ſuper. 32. q. 7. Apoſtolus. arg. diſtin. 61. miramur. di. 38. ignorantia. extra de re iu. in cauſis.

‟ Qđ in vno negotio ſtatuitur, ad oīa ſimilia extenditur.

† al. ſubripiente

‟ Eccleſia ī limite diœceſis poſita, cuius eſt.

g ¶ *Conuenit.*] Pone quòd aliquis epiſcopus poſſideat eccleſiam intra diœceſim alterius epiſcopi remotam à limite: & fluuius quidam erat limes, ſed fluuius paulatim accedit ad illam eccleſiam, ita quòd efficitur vicina limiti. Dic quòd interrumpitur præſcriptio naturaliter, nec præſcribitur. Vel dic ꝙ nihilominus procedit prǽſcriptio, nec termini epales variātur propter hoc, vt ff. de contrah. emp. rutilia polla. ‟ Quid dices de eccleſia ſita in limite, & in vtraque diœceſi habet parochianos? Dic ꝙ erit cōis [a] quoad parochialia: ſicut & arbor in confinio poſita. ff. com. di. arbor. & inſula in cōfinio poſita.

a pōt dici ꝙ eccleſia erit illius ſoli⁹, ī cuius limite cāpus poſitus eſt. arg. de acq. rer do. adeo. §. vlt. ſecđm L.:

letano 4. c. 32. & 35. & Bracharenſi 2. c. 2. Et i huius capitis initio vox, diœceſis, *partem quandam, id eſt parochiam, ſignificat. Verùm in codice conciliorum Lucenſi regio, & vetuſtis exemplaribus Gratiani, & Panormia, & apud Iuon. par. 5. in margine eſt,* prouinciam.

2 *Ecce his auctoritatibus probatur, quòd poſſeſſionis, & gubernationis iura præſcriptione tolluntur.*

Sed idem Gelaſius contra teſtatur, ſcribens Maximo, & Euſebio epiſcopis.

¶ Status parochiarum nec prǽſumptione, nec temporis præſcriptione mutari poteſt.

CAP. V.

1 Licet in regulis contineatur antiquis, parochias [a] vnicuique eccleſię priſtina diſpoſitione [b] deputatas nulla poſſe ratione conuelli, ne per conſuetudinem peſſimam, exempli [c] mali temeritate creſcente, vniuerſalis confuſio naſceretur: tamen etiā decretis noſtris ante non multum temporis deſtinatis omnia iuſſimus, quæ taliter fuerant inuaſa [d], reſtitui. Sed quia temeritas peruadētium legem ſibi poſſe putat [e] generari, ſi ſceleri ſuo pertinaciam retentionis adiungat, ea, quæ inter fratem, & coepiſcopum noſtrum Conſtantinum Anuſcanæ [A] eccleſię ſacerdotem, & † inter nuntios directos ab Anconitano pootifice decreuimus, per vos impleri cupimus: tunc formam [f] in cæteris cognitionibus, quæ ſit ſequenda, perſcripſimus 2. Nulla igitur prǽſumptione ſtatum parochiarum, qui perpetuæ ætatis firmitate durauit patimur immutari: quia nec negligentia pontificis, nec temporalis obiectio (quæ per incuriam fortè generatur) neque ignauia faciente conſenſus adhibitus, nec ſubrepente † ſupplicatione præcepto diuellere poteſt ſemel diœceſim conſtitutam: ex qua ſemper ad regenerationem, atque cōſignationem plebs deuota conuenit [g]. Territorium [B] etiam nō facere diœceſim olim noſcitur ordinatum.

[A] ¶ Anuſcanę.] *In vetuſtis codicibus variè legitur, id eſt,* Canuſcanę, Camuſcanæ, Tamiſcanæ.

[B] ¶ Territorium.] *Hæc referuntur et ab Anſelmo, licet non ab Iuone.*

Hoc multipliciter diſtinguitur. Sunt quidam diœceſes, quæ certis limitibus diſtinctæ ſunt: hæ nullo modo præſcribi poſſunt. Alię verò, quæ non ſunt certis limitibus diſtinctæ, & de quæbus certa definitio nō olim præceſſit, præſcriptione tolluntur.

Vnde Innocentius Papa.

¶ Limitis poſſeſſio præſcribi non poteſt.

CAP. VI.

3 Inter memoratos fratres noſtros Fulgentium Aſtigitanum, & Honorium Cordubenſem epiſcopos diſcuſſio [h] agitata eſt propter parochiā Baſilicæ cuiuſdā, quā horū alter Cellanenſem [A], [i] alter Rhegienſem aſſeruit. Et qa inter vtraſq; partes hactenus limitis actio ventilata † eſt: cuius quāuis vetuſta retētio, nullum [k] iuris prǽiudiciū affert †: ideo ne ī dubiū vltra inter eos noſtra deuocaret ſententia [l], prolatis canonibus ſynodalia decreta perlecta ſunt. Quorū auctoritas pmonet ita oportere inhiberi cupiditatē, vt ne qs terminos alienos vſurpet: ob hoc placuit inter alternas partes inſpectores † viros mittendos [m], ita [B] vt diœceſis [n] poſſidentis) ſi tamē baſilicam veris ſignis limes prǽfixus monſtrauerit) eccleſiæ, cuius eſt ius † retentionis [o], ſit æternum dominū. quòd ſi limes [p] legitimus eandē baſilicā non cōcludit †: & tā lōgi tēporis probatē obiecta pſcriptio, appellatio [q] pſentis † [r] epi nō valebit: quia illi tricennalis obiectio ſilentium imponit. Hoc enim & ſecularīū principū edicta prǽcipiūt, & prǽſulum Romanorū decreuit auctoritas. Sin verò intra metas tricennalis temporis,

3 In cōc. Hiſpalēſ. 2. ca. 2. Pol. l. 6. ti. 10. Bur. l. 1. c. 69. Iuo p. 3. c. 99.

† al. vendicata

† al. afferret: ideoque

† al. inſpectionis

† al. iuſta retentio

† al. concluſit.

† al. repetentis.

inſti. de rer. diu. §. inſula. inſolidum autem habebunt epiſcopalia. ſi diſcordant in eccleſię diſpoſitione, ſuperioris erit officiū in hac parte. extra de iur. patr. nullus. ver. alternis annis diſponant. ff. de vſufr. quoties.

HOC MVLTIPLICITER. Casvs. Exponit Gra. ſupra dictum capitulū, dicens illud loqui de diœceſibus, quæ certis limitibus ſunt diſtinctæ, quæ nullo modo in limite, vel circa limitem præſcribi poſſunt. aliæ verò quę certos limites nō habent, pſcriptione tolluntur.

Inter memoratos.] Casvs. In extremis finibus epiſcopatus Aſtigitanen. erat Cellanen. eccleſia. in finibus verò epiſcopatus Cordubæ, erat eccleſia Rheginen. quæ plebes erant: inter quas eſt quędam baſilica, ſuper qua Cellanen. eccleſia, & Rheginenſ. contendebant. occaſione quarum eccleſiarum, inter epiſcopos prædictarum ciuitatum erat contentio: quare Innocen. delegat cauſam iudicibus, mandans eis vt terminos videant: & oſtendit eis ſub qua forma procedent, vt ſcilicet ſi inuenerint eccleſiam illam intra terminos poſſidentis, adiudicent eam ſibi perpetuò. ſi verò extra terminos, & præſcripſit, ſimiliter adiudicent eam ſibi. ſi verò nondum præſcripſit, reſtituent eam epiſcopo, qui appellauit & repetijt. & iſte caſus verus eſt: & ſi bñ inſpexeris, de litera elicitur.

h ¶ *Diſcuſſio.*] id eſt, quæſtio diſcutiendi.

i ¶ *Alter Cellanēſem.*] quę eccleſia erat ſubiecta ſibi.

k ¶ *Nullum.*] Arg. ꝙ limitis manifeſtatio rē iudicatam reuocet [b]. arg. s. ea. q. 1. Felix.

b Nā vrē ꝙ alterā iam dederat ſnīam cum dicat vltra ē reuocata erat pp manifeſtationē limitis. ſecđm H. dic vltra id eſt, đcętero.

l ¶ *Sententia.*] quam ſuper hoc ſentimus.

m ¶ *Mittendos.*] Vbi enim agitur de finibus agri: oculis ſunt ipſa loca conſideranda. extra de præſcrip. quia. ff. fi. re. l. ſi irruptione. & vtriuſque partis teſtes audiuntur, vt extr. de prob. ex literis.

n ¶ *Ita vt diǫceſis.*] Sic conſtrue, id eſt, vt æternum dominium diœceſis, ſcilicet de qua eſt controuerſia, ſit poſſidentis eccleſiæ, cuius eſt ius retentionis.

o ¶ *Ius retentionis.*] id eſt, quæ eſt in poſſeſſione.

p ¶ *Quòd ſi limes.*] Poteſt eſſe ſenſus, id eſt, ſi limes ipſius poſſidentis eam non concludit, [c] & tamen ipſe prǽſcripſit, habeat eccleſiam. Vel aliter, ſi diœceſis non eſt limitata, & eam præſcipſit, habeat eam.

c Vt qa eſt epatu alterius, lōgè tñ à limite, ſecundùm H.

q ¶ *Appellatio.*] id eſt, interpellatio.

r ¶ *Præſentis.*] id eſt, petentis.

a ¶*Extra alienos.*] ideſt,illius cōtra quē ius præſcribit. Io.

D*Ilectio tua.*] Casvs. Inter quoſdam epos erat contentio de limitibus epatuum: delegat ergo Gelaſius Iuſto epo cauſam ſub hac forma, vt ſi aliqua certa diuiſio de limitibus quondam inter eos proceſſerit, intemerata ſeruetur. Si verò nihil fuerit terminatum recipiat teſtes, & ſacramentum partis, quæ de præſcriptione confidit:& etiam alterius partis,ſi vult exceptionem ſuam probare. *Si qua pars confidit,* ſcilicet quæ agit.

b ¶*De ſpatijs.*] prædiorum, non limitum. ſ.q.4.c.2. Vel intellige de limitibus.

c ¶*Intemerata.*] ſ. 6. q.4. quod bene. ſ. 18. q.2. Eleutherius.

d ¶*Sacramentum.*] ſ. teſtium, per quos probat præſcriptionem. ſic 31.q.2. ſi verum.

e ¶*Offerre.*] alteri parti. Vel dic ꝙ illi parti quæ probauit præſcriptionem, ſi non poteſt probare titulum & bonam fidem, permittendum eſt ei iurare ꝙ bona fide poſſederit rem illam, & quòd iuſto titulo habuerit eam. nō tamen dico quòd cogitur probare titulum. ſed ſi probat curſum temporis, & allegat titulum, præſumo ratione temporis ipſum habere titulum, vt 12. diſtinctio. illa. ff. de vſur. cum de in rem verſo. Nec obſt. quod dicitur extra de præſcrip. ſi diligenti. & ext. de probatio. licet. vbi videtur dici, ꝙ debeat conſtare de titulo. Intelligo. n. tunc quando eſt præſumptio contra eum, vt ibi fuit. & ſic intelligo quod eſt extra deci. dudum. ſed fatuus eſt qui allegat titulū quē probare non poteſt. ſed dicat, præſcripſi. [4]

1 Iuo p.3.c. 135. & p.6. c.105. Pan. l.2. c.69.

† al. perhibetur.

4 de hoc no. 10.q.3. quia cognouim⁹.

POTEST. Hæc eſt 3. pars q. in qua dicit, quòd res vi poſſeſſa nō præſcribitur. Io. de Fā. Casvs. Secundo modo exponit illud c. licet. vt non intelligatur de limitibus: ſed de rebus inuaſis, quæ nullo titulo poſſidentur: & hæ præſcribi non poſſunt: ſi verò poſſidentur iudicis auctoritate, vel longa conſuetudine priuilegiorum, tūc præſcriptione tolluntur.

2 in ſyno.8. ſub Hadria. 11.c.18.

3 Pol.l.3.ti. 12. Anſ.l.4. c.20.

extra [a] alienos terminos baſilicæ iniuſta retentio reperitur: repetentis epiſcopi iuri ſine mora reſtituetur.

¶*Caput hoc extat in cōcil. Hiſpalē. 2.c.2.& ex eo Burchardus citat.*

A ¶Cellanenſem.] *In concilio impreſſo, ac manuſcripto legitur Celticenſem: & Plinius lib.3.c. 1. inter oppida conuentus Hiſpalenſis numerat celticam.*

B ¶Ita vt diœceſis.] *In conciliorū editionib. & duob. codicib. Vaticanis legitur,* ità vt ſi in diœceſi poſſidentis ſitam baſilicam veteribus ſignis limes præuiſus. (aliàs peruiſus) monſtrauerit, eccleſiæ, &c. *itemq; in codice Lucenſi regio, niſi quòd loco dictionis,* præuiſus, *habetur* præfixus.

Itē Gelaſius Papa Iuſto Epiſcopo.

¶Spatia quæ definita fuerint, tempore præſcribi non poſſunt.

CAP. VII.

[1] DIlectio tua ſtudeat, quæ ſita omniū fideliter rerum veritate, vt ſi de ſpatijs [b], de quib. memoratur orta contentio, definitio dudum certa proceſſerit, intemerata [c] ſeruetur: alioqui ſi nihil vnquam conſtiterit terminatum, tunc de præſcriptione temporum, ſi qua pars confidit, præbeat ſacramentum [d]: vt tamen, de ijs quæ hactenus poſſediſſe probatur †, iuſiurandum ſinatur offerre [e].

3 *Poteſt etiā aliter diſtingui. Quæ quiſque ſua auctoritate vſurpat: quia nullo titulo poſſidere incipit, præſcribere non poteſt: & in hoc caſu intelligēda eſt illa auctoritas Gelaſij [Temporalis obiectio, quæ per incuriam fortè generatur, non poteſt diuellere diœceſim ſemel conſtitutam] Intelligendum eſt, ſi nullo titulo, ſed ſola vſurpatione eam poſſidere cœpit. Si verò iudicis auctoritate, & priuilegiorum longa conſuetudine poſſidere cęperit: tunc temporalis obiectio actori ſilentiū imponit. Vnde Gelaſius Papa ait* [2].

¶Debent priuilegia triginta annis poſſeſſa immobiliter obſeruari.

CAP. VIII.

[3] PLacuit huic ſanctæ, magnæq; ſynodo, vt res, & priuilegia [f], quæ Dei eccleſijs ex longa conſuetudine [g] pertinent, & ſiue à diuæ recordationis Imperatorib. [h], ſiue ab alijs Dei cultorib. in ſcriptis donata, & ab eis per annos triginta [i] poſſeſſa ſunt: nequaquam à poteſtate præſulum eorum † quæcunque perſona ſecularis per poteſtatem ſubtrahat, aut per argumēta quęlibet auferat: ſed ſint omnia in poteſtate, ac iuſſu† præſulis eccleſiæ, quæcunq; intra triginta annorum ſpatium ab eccleſijs poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Quiſquis ergo ſecularium A contra præſentem definitionem egerit; tanquàm ſacrilegus iudicetur: & donec ſe correxerit, & eccleſiæ propria priuilegia, ſeu res reſtituerit, anathema ſit.

¶*Quod hic tribuitur Gelaſio, habetur in ſynodo octaua habita ab Hadriano v.c. 18. & ex ea citat apud Anſelmum, & Polycarpum. Sed manuſcripti codices Gratiani concordant cum vulgatis.*

A ¶Secularium.] *In vulgatis legebatur,* Quiſquis ergo clericorum, vel ſecularium. *Sed abſunt illæ duæ voces,* clericorum, *vel. ab aliquot vetuſtis, & ab ipſo concilio manuſcripto. In concilio impreſſo legitur.* Qui contrafecerit, vt ſacrilegus iudicet, & donec talia priuilegia, &c.

Idem epiſcopis Dardaniæ inter cætera [k] *inquit.*

¶Repeti non poſſunt, quæ triginta annis quietè poſſidentur.

CAP. IX.

[4] POſt quingētos annos cō ſtituta Chriſti [l] quoſdam audio velle ſubuertere: cum triginta annorum lex [m] hominum non poſſit abrumpi.

¶*Caput hoc non legitur in epiſtola Gelaſij, quæ extat, ad epiſcopos per Dardaniam. Nicolaus I. in epiſtola ad epiſcopos Galliæ, cuius initium eſt,* Quamuis ſingularum, *nuper vt dictum eſt, impreſſa in appendice bibliothecę, citat ex epiſtola Gelaſij ad orientales. Deuſdedit, Cardinalis & Anſelmus abſolutè Gelaſium citant.*

4 *Itē ſi de reb. eccleſiæ cōtrouerſia mota eſt, & definitio ſubſecuta: & ſi iniuſta ſit, tamen quia nō ſua, ſed definiētis auctoritate* [n] *poſſidere cępit,*

f ¶*Priuilegia.*] ſ. 25. q.2. c. 1. & 2.

f ¶*Priuilegia.*] i. chartas eccleſiæ. 12. q.2. ſi quis de clericis.

g ¶*Conſuetudine.*] ergo conſuetudo dat priuilegium. 9. q. 3. conqueſtus.

h ¶*Impatorib.*] hic canon emēdat legē, q̄ loquitur de quadrienni pſcriptione in reb. donatis ab Imperatore.

i ¶*Annos triginta.*] ar. "ꝙ pſcriptio decēnij, vel vicennij, nō hēt locū in eccleſia, vt ipſa rē priuati tali præſcriptione poſſit retinere. Alij dicunt cōtra. Sed nonne contrarium eſt. C. de quadr. præſc. l. bn̄ à Zenone? nā ibi dicit ꝙ ſi Imperator rē priuati cōferat alij, tutus eſt donatarius. & hic dicit neceſſariā eſſe præſcriptionē. Sed dic, maximè: vel dic, &, ꝑ vel. C. de verb. ſig. l. pe. Vel dic ꝙ ſicut eccleſia noluit hoc recipere cōtra ſe, vt 12. q.2. qcūq; militū. ita nec ꝑ ſe [b]. Vel: ibi loquit cū dedit Imperator rē alienā, tanq̄ alienā: hic tanq̄ ſuam. Vel hoc qđ dicit de xxx. annis, refertur ad proximum, ſ. ad alios. & non ad Imperatorē, vt ext. de ſent. & re iud. cum inter. in ſi.

"Eccleſia q̄ to tpe pt rē priuati præſcribere.

† abeſt ab Orig.

† al. vſu.

b Vide ſ. 12 q.2. c. quicū que.

k *Inter cętera.*] verba ſunt Gratiani.

P*Oſt quingentos.*]

l ¶*Cōſtituta Chriſti.*] i. eccleſiæ alicui⁹.

m ¶*Lex.*] i. pſcriptio à lege itroducta. lex. n. ꝑ ceſſu tpis non pōt cōfirmari: qa ſi ē iuſta, ſtatim valet & cōfirmat [c]. ſi eſt iniuſta, nunq̄ valet. ſ. diſt. 4. erit aūt lex. videt tñ, ꝙ cōtra legē poteſt præſcribi ſpatio xx. annorum, vt ff. de ori. iur. l. 2. §. exactis.

c Sed cōtra 3. di. in iſtis. & §. ſeq.

4 Anſ.l.4.c. 27. Deuſd. par. 1.

ITEM SI DE REBVS. Hæc eſt 4. pars quæſt. in qua dicitur, ꝙ tempore prælati malè alienantis non currit pſcriptio, ſed poſt eius mortem incipit currere: & hoc probat per c. ſequens. Io. de F. Casvs. Oſtēdit Grat. in hoc §. ꝙ ſi ſuper rebus eccleſiæ mota ſit controuerſia, & iniuſta ſit definitio ſubſecuta: ille qui cœperit poſſidere auctoritate definientis, poterit præſcribere xxx. annis. ſed hæc præſcriptio non incipit, niſi à deceſſu malè definientis. Et nota ꝙ definitio tripliciter poteſt hic ſumi: vel pro alienatione, vel tranſactione, vel definitiua ſententia, vnde iuxta hanc triplicem ſignificationem, tripliciter poteſt poni caſus ſequentis c.

P*Lacuit.*] Casvs. Quidam laici per potentiam ſecularem conabantur auferre res, vel priuilegia, quæ ad eccleſiam ex longa conſuetudine pertinebant, vel quæ donata fuerant eccleſiæ ab Imperatoribus, vel alijs, & ab eccleſia per triginta annos poſſeſſa: & ideo præcipit Gelaſius, vt omnia ſint in poteſtate epiſcoporum, nec ab eius ſubtrahantur poteſtate: & quicunque laicus, vel clericus contra fecerit, debet anathematizari donec reſipiſcat. Seq. c. patet.

n ¶*Auctoritate.*] Nam iuſtè poſſidet qui auctore prætore poſſidet. 14. q.5. dixit. extra qui fil. ſint leg. cū inter. ff. de acq. poſſ. iuſtè. arg. contra. de pœn. diſt. 2. ſi quis ſemel.

a ¶*Tri-*

tricẽnalis [a] *præſcriptio petitori ſilẽtiũ imponit: ita tamẽ, vt ſupputatio præſcriptionis non à tempore definitionis, ſed à deceſſu* [1] *definientis exordium ſumat.*

Vnde in Toletano concilio 9. cap. 8. ſtatutum eſt.

¶ vita irritè diſponentis nõ poterit pertinere ad tricennium temporis.

C A P. X.

SI ſacerdotes † [b], vel miniſtri dũ gubernacula eccleſiarũ adminiſtrare vident̃, cõtra patrũ ſanctiſſimas ſanctiones de rebus eccleſię definiſſe aliqua dignoſcunt̃: nõ ex die [c], quo talia ſcribẽdo decreuerũt, ſed ex quo talia moriẽdo [d] definita reliquerũt, ſupputationis [e] ordo ſubſtabit [f]. Nunquã A eñ poterit ad tricenniũ † tẽporis ptinere vita irritè hoc iudicantis: qa ſtatus cõtractuũ [g] initia nõ ſumpſit ab origine [h] ęquitatis.

A ¶ Nunquam enim.] *Sic in vetuſtis etiam codicibus Gratiani, & in Codice conciliorum Lucenſi regio. In duobus Vaticanis eſt quidem dictio,* tricennium, *ſed in cæteris verbis aliqua varietas. In concilijs verò impreſſis legitur*, Nunquam enim ad triennium temporis pertinebit poteſtas irritum (al. irritè) hoc iudicãtis, *& ab aliquibus editionibus abeſt Vox*, poteſtas.

5 *Item ea, quæ in beneficijs poſſidentur, ſiue quæ metu hoſtilitatis interueniente diutius poſſeſſa fuerint, præſcribi non poßunt.*

Vnde in Agathenſi concilio, cap. 59. definitum eſt. [2]

¶ Quę in beneficijs poſſidentur, pręſcribi non poſſunt.

C A P. XI.

3 CLerici quilibet quãtacũque diuturnitate tpis de eccleſię remuneratione aliqua poſſederint, ĩ ius propriũ [i] præſcriptione temporis nõ reuocentur † [k]: dummodo pateat eccleſiæ rẽ fuiſſe: ne videãtur A etiam epiſcopi tempore adminiſtrationis prolixæ aut precarias, cum ordinati ſint, facere non debuiſſe [l], aut diu retẽtas facultates in ius ſuæ proprietatis poſſe tranſcribere.

A ¶ Ne videantur.] *In concilio impreſſo & apud Iuonem legitur*, ne videantur epiſcopi adminiſtrationes prolixas: aut precatorias, cum ordinati ſunt facere debuiſſe †. *In Epaunenſi autem locus manifeſtò corruptus eſt.*

Item ex concilio Aurelianenſi 1. cap. 25.

¶ Quæ humanitatis intuitu aliquibus pręſtantur, præſcribi non poſſunt.

C A P. XII.

4 SI epiſcop⁹ humanitatis intuitu mãcipiola, vineolas vel terrulas clericis, aut monachis, vel A quibuſlibet præ-

1 Adde ꝙ à ponitur hic pro ex. ſim. i l. j. §. adeo. ff. de ac. re. dom.

2 Et ĩ Epaunenſi, c. 18.

3 Iuo pa. 3. c. 166.

4 Anſel. l. 5. cap. 87.

† Sacerdos, vel miniſter. Orig. & ſic conſequenter.

† al. trienniũ] Ori.

† al. vocent̃.

† al. non debuiſſe.

a ¶ Tricennalis.] imò pręſcriptio decẽ dierum tũc ſufficeret: nam plus facit ſnĩa, licet iniuſta, quàm aliquod priuilegium, vt ext. de ſen. & re iud. cum inter. in fi. Ioan. Sed nõ loquitur de tali ſententia, ſed de concordia, quę definitio vocatur. B.

SI ſacerdotes.] C A S V S. Quidã prælati iniuſtè alienauerunt poſſeſſiones eccleſiarũ, in vita pręlatorũ receptores retinuerunt poſſeſſiones illarũ per triginta annos. quęſitũ fuit in concilio Toletano, vtrũ detẽtores tuti ſint pręſcriptione illa? Et rñdetur ꝙ non: qa pręſcriptio nõ currit in vita ꝑlati malè alienantis, ſed poſt mortẽ: qa cõtractus nõ ſũpſit initiũ ab origine æqtatis.

b ¶ Si ſacerdotes.] " Triplex caſus ſolet hic poni. Primus ſic: ecce eps alienauit res eccleſię in caſu illicito. dicit̃ hic, ꝙ viuẽte epo, nulla ꝑſcriptio currit cõtra eccleſiã in reb. illis: ſed eo mortuo incipit currere & ſcd̃m hoc expone definiſſe, i. ſua definitione & aucturitate alienaſſe. argumẽtũ. vigeſima, q. 2. eps qui mancipia. & dic ſcribendo decreuerũt, i. decreto ſcripturæ ĩterpoſito alienauerũt. Vel, ſcd̃m aliũ casũ, expone, ſcripto decreuerũt, i. ſcripto trãſegerut & in fraudẽ: cũ eñ nõ poterat dare nepotibus ſuis, fingebat ſe habere litẽ cũ eis de illo, & trãſigebat cũ eis. Terti' caſus eſt, eps tulit definitiuã ſnĩam cõtra aliquã eccleſiã ſup aliqua poſſeſſione eccleſiæ, & cõtra ius ſcriptũ [a]. dicitur hic, ꝙ ipſo viuẽtnte non currit contra eam præſcriptio. Sed cum iſta ſententia lata fuerit contra leges ſcriptas, vt hic innuit, & ita nulla actio, vel exceptio ex ea competit, vt arg. 2. q. 6. §. diffinitiua. ver. item ſi ſententia. qualiter etiam iſte poterit pręſcribere poſt mortẽ? Dico ꝙ iſte nõ, ſed eius ſucceſſor: & ſic intelligitur ext. de iu. pa. cura paſtoralis. Vel dic, ꝙ iſte bona fide poſſedit: quia ignorauit illam ſententiam, nõ tenere & ſic ſnĩa, quæ nulla eſt dat alicui cauſam pręſcribendi: ſicut titulus qui non valet, dat cãm præſcribendi, vt ext. de emp. peruenit. ff. pro emp. ꝙ vulgo. & ff. pro le. l. 3. & 4. nec cõtradicit ext. de ijs quæ fi. à præl. c. 2 quia ibi ſciente capitulo, alienatio fuit facta poſſeſſionũ: vnde ibi poſſeſſor ſtatim tutus eſt. ſed hic capitulo contradicente. vel fortè iſte non erat malæfidei poſſeſſor: quia ignorabat ſnĩam iniquam: videtur tñ ꝙ de illicitè alienatis non poſſit currere pręſcriptio. C. de bo. mater. l. 1. & in hoc eſt deterioris conditionis eccleſia, quã minor, ſiue filiusfamilias: quia non prius contra eũ præſcribitibur quàm ſuæ poteſtatis eſſe incipiat, vt C. de bo. quæ lib. quæcunque.

" Caſus tripliciter ponitur.

a Patet exẽplũ extr. de re iu. cũ cã. & hic intellectus ex eo perpendit̃, quia dt contra patrum ſanctiones. ſcd̃m Hug.

c ¶ Non ex die.] ſi. ext. de tranſ. de cętero. ext. de cenſ. præterea. ſi. 12. q. 2. ſi quos. ſi. ff. de diuer. & tem. præſ. cũ hæres. in fi.

d ¶ Moriendo.] ideo, qa licet qlibet poſſit malè alienata reuocare, vt 12. q. 2. non liceat. nõ tñ ita de facili admitteret̃, cum eps ſemper cõtradiceret, & ei literas de rato denegaret. Ar. C. de an. exc. l. 2. § vlt. & C. de bo. quæ lib. l. 3. ext. de iud. cauſam.

e ¶ Supputationis.] id eſt, reputationis.

f ¶ Subſtabit.] id eſt, incipiet numerari.

g ¶ Contractuum.] i. cõtractus, quẽ fecit eps, non habet iuſtũ initium. hoc ideo dico, quia præſcriptio non eſt contractus.

h ¶ Ab origine. Arg. initium ſpectandũ, vt 61. diſt. miramur. 1. q. 1. principatus. extra de elect. dudum. ff. pro emp. qui fundum. & ff. de diuer. & tem. præſ. cum hæres. in fi.

ITEM EA. Hęc eſt 5. pars q. in qua dicitur, ꝙ ſi epiſcopus concedit alicui clerico vineas, vel terras eccleſiæ, tamen non præſcribit eas ꝑſſeſſor: & hoc probat per duo c. Io. de Fan.

C A S V S. Suprà oſtenſum eſt ꝙ res inuaſę, & quę ſunt in limitibus præſcribi non poſſunt. Idẽ dicit nunc Gratia. de beneficijs, & de rebus per metũ poſſeſſis, quę præſcribi nõ poſſunt. *Beneficijs*, id eſt, rebus quarũ vſus conceditur, vel quæ gratis conceduñt. De bñficijs probat per duo prima ca. De metu hoſtilitatis, probat p c. pria actiõe. & p c. porrò.

CLerici.] C A S V S. Quidã clerici poſſidebant quædã beneficia ab eccleſijs ſibi conceſſa per xxx. an. quæſitũ fuit in concilio Agathen. vtrũ rõe præſcriptionis clerici proprietatem illorũ beneficiorum poſſint ſibi vendicare. Et reſp. ꝙ non, dũmodo res conſtet fuiſſe eccleſię. & hoc probatur duabus rationib. Prima eſt, quia ſi præſcribi poſſent: nec epi, nec alij ꝑlati precarias facere deberent: & qa prælati ſecundũ hoc in rebus eccleſiæ diu retẽtis, proprietatem ſibi poſſunt vendicare.

i ¶ In ius proprium.] " Hic patet, & in ſeq. c. ꝙ coloni & precario poſſidẽtes, nullo tempore pręſcribunt [b]. vt 10. q. 3. qa cognouimus. ext. de poſt. bonæ. 2. Ita nec aliquis qui alieno noĩe poſſidet, vt ext. de pręſ. ſi diligenti. Itẽ nec vſufructuarius, vt inſt. per quas pſo. no. acq. §. fructuarius. Itẽ nec creditor. ff. de vſuc. non ſolũ. §. qui pignori. & hoc ideo, quia oẽs iſti alieno noĩe poſſident. vñ illi tantùm dicũtur poſſidere, quorũ nomine poſſidetur, vt ext. de reſt. ſpo. cũ veniſſent. " Si ergo vſq; ad centũ annos poſſes probare initiũ poſſeſſionis, i. ꝙ tuo noĩe poſſeſſum eſt, nõ obſtat tibi aliqua præſcriptio, vt hic patet, & C. de pi. act. nec creditores. & C. de pręſ. 30. an. malè. & hoc verũ eſt, niſi velis dicere ꝙ per longã obliuionẽ aliquis perdet poſſeſſionẽ, per id quod eſt. ff. de vſuc. furtũ. vel ſi tantũ tẽpus effluxit ꝙ ignorat dñs vbi ſit poſſeſſio illa ſita vt ff. de acq. poſ. ſi id qd̃. in prin. Vel niſi illa perſona, quæ poſſedit nomine alieno, alij poſteà tradat poſſeſſionem, vt ff. de acq. poſ. poſſideri. §. ꝙ ſi ſeruus. aliter nunquã præſcribunt tales, niſi fortè domino repetenti nõ reddiderint poſſeſſionẽ: tunc poſſunt res tales præſcribi, non ab ipſo, cũ malam fidẽ habeat: ſed à ſuo ſucceſſore. Nũc habes quę perſonę non poſſunt præſcribere. Sunt ẽt quędam res impręſcriptibiles, vt contra iura libertatis non pręſcribuntur, vt j. ea. §. poteſt. Item nec in tributis præſcribitur, vt j. ea. §. porrò. C. de præſ. xxx. an. comperit. Item nec in matrimonio. 33. q. 5. quod Deo. Item nec decimæ à laico, ext. de pręſcr. cauſam. Item videtur quòd non præſcribitur in repetitione rerum pecuIij, vt C. ne de ſta. defun. l. repetitio. Item & in ſeruitutibus quæ continuam cauſam non habent, vt ff. de ſer. ſeruitutes. Item in limitibus. ſuprà ead. cap. licet. Item in procurationibus debitis ratione viſitationis extra de pręſcr. cum ex officij. Item & in obedientia, vt extra eo. cum non liceat.

" ꝑſcribere non pñt aliquæ ꝑſonæ.

b Ad idẽ qd̃ le. & no. 12. q. 2. ſępe fit. ibi videas.

" ꝑſcriptio non habet locũ in multis rebus.

k ¶ Non reuocentur.] Ar. ꝙ quæ de libertate ab aliquo facta ſunt, ei pręiudicium non faciunt, s. 1. q. 1. nullus epiſcopus. 2.

l ¶ Non debuiſſe.] Si enim præſcriberent clerici, retardarent̃ epiſcopi ad conferenda beneficia, vt C. de bo. quæ lib. l. 1.

SI epiſcopus.] C A S V S. Aliquis epiſcopus pietatis intuitu conceſſit poſſeſſiones, vel mancipia toto tempore vitę ſuæ

vel ad certum tempus quibuſdam clericis, vel laicis, vt ex eis vſumfructũ haberẽt: quæ poſt longa tẽpora dicebãt ad ſe pertinere, quare ſtatutum fuit in concilio Aurelianen. vt ẽt poſt multa tempora præſcriptio legis ſecularis non poſſit opponi.

a ¶*Excolendas.*]ſuprà ead quęſt. 1. poſſeſſiones.

e ¶*Receptura.*] Nam ius redit vt pridem: cum reddatur ſtatus idem, vt extra de ele. quia diligentia. ff. ſi ſer. vend. & ſi fortè. 1. reſpon. ff. de ſeru. ruſt. præd. l. & Attilicinus.

f ¶*Neceſſitas.*]Argumen. quòd non præiudicat patrono inueſtitura tempore hoſtilitatis facta. 34. quæſtio. 1. cum per bellicam. ſuprà 7. quæſtione 1. pontifices.

PRima.] Hæc eſt 6. pars q. in qua probatur, ꝙ tempore hoſtilitatis nõ currit præſcriptio. & hoc probat per duo cap. Io. de Fan.

CASVS. Theodulph⁹ Malacitanę eccleſię epiſcopus de ſuo epiſcopatu per Saracenos eſt expulſus, vel captiuat⁹: cuius epiſcopatus parochiam Affligitanus, & Elibertanus, & Egabiẽſis epiſcopi inter ſe diuiſerunt. cum verò rediſſet hoſtilitate repulſa, iura ſua ſibi reddere contradicebant. ſtatuit ergo conc. Hiſpalen. vt omnia ſibi reddãtur iure poſtliminij: ſicut ꝑ legem ciuilem reſtituũtur vniuerſa de captiuitate reuerſis. Nã nõ eſt obijcienda pręſcriptio, vbi neceſſitas interfuit hoſtilitatis.

† al. quodam.

b ¶*Prima actione.*] id eſt, ĩ tractatu primi diei ipſius concilij. ſuprà di. 1. ius gentium. & 34. q. 1. cap. 1.

« Poſtliminij diſtictio.

c ¶*Poſtliminio.*]«Poſtliminiũ eſt ius amiſſæ rei recuperandæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtaurandæ. ff. de capt. & poſtlim. reu. poſtliminium. datur autẽ ſecundũ leges poſtliminio reuertentibus reſciſoria intra quadriennium. inſt. de ac. §. rurſus. C. de in inte. reſt. l. vlt. ſi tamen non potuerit agere ĩ hoc quadriẽnio per aliquot dies, reſtituiť ad eos. ff. ex quibus cau. ma. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ. ſecundum canones cum non currat in hoc caſu præſcriptio: non dabitur reſciſoria.« Hic eſt ergo vnus caſus, ſcilicet hoſtilitas, in quo non currit pręſcriptio. Alius dum viuit iniquus alienator. ſuprà eadem, ſi ſacerdotes. Tertius cum vacat eccleſia. extra de præſcript. de quarta. Vel cum quaſi vacat eccleſia, prælato ſcilicet lapſo in hæreſim. extra de pręſcrip. cap. 1. Alius eſt in pupillari ætate. C. quibus ex cau. in integr. reſt. non eſt ne. l. vlt. Alius eſt cũ qs eſt in poteſtate patris, vt C. de bonis quæ lib. quæcũque. Alius eſt cũ mulier eſt in matrimonio quoad dotem. C. de iure do. in rebus. quia nõ præſcribitur contra mulierem in dote repetenda niſi ſoluto matrimonio, vt ibi dicitur. Septimus, cum quid debetur ad diem, vel ſub conditione: tunc enim non currit pręſcriptio, niſi à tempore diei, vel extantis conditionis. C. de præſcr. xxx. annor. cum notiſſimi. §. illud. Item & rempore excommunicationis non currit præſcriptio. extra de conceſſ. prębend. & ec. non vac. quia diuerſitatem. Item & in tempore illo quo quis impeditus eſt iuſto impedimento, non poteſt agere. vt extra de elect. ne pro defectu. & extra de app. ex ratione. & C. de inoffi. teſta. contra maiores. & ff. ex quibus cauſ. ma. l. quod quidem. & l. non enim.

† al. ſeueritas.

« ꝑſcriptio nõ currit in aliquib⁹ caſibus.

d ¶*Reuertentibus.*]ſ̃. 3. q. 1. redintegrãda. ſ̃. 7. q. 1. paſtoralis. C. de poſtlim. reu. l. ab hoſtibus.

ſtiterit excolendas [a], vel pro tempore tenendas: etiam ſi longa tranſiſſe annorum ſpatia comprobeãtur, nullum eccleſia præiudicium patiatur: nec ſecularis legis ꝑſcriptio, quę eccleſię aliquid impediat, opponatur.

A ¶Vel quibuſlibet.] *Hæ voces ſunt etiam apud Anſelmum, ſed abſunt à concilio impreſſo, & manuſcripto.*

Item ex concilio Hiſpalenſi 2. cui interfuit Iſidorus, c. 1.

¶Temporalis præſcriptio non obijcitur, vbi hoſtilitatis metus interuenerit.

CAP. XIII.

6 PRima actione [b] Theodulphi Malacitanæ eccleſiæ antiſtitis ad nos oblata precatio eſt, aſſerẽtis antiquam eiuſdem vrbis parochiam militaris quondam † hoſtilitatis diſcrimine fuiſſe deciſam, & ex parte aliqua ab eccleſijs Aſtigitanæ, Eliberitanæ, atque Aegabrenſis vrbium eſſe retentã. Pro qua re placuit vt omnis parochia, quam antiqua ditione ante militarem hoſtilitatẽ retinuiſſe eccleſiã ſuam quiſque comprobaret, eius priuilegio reſtitueretur. Sicut enim per legem mũdialem ijs, quos barbarica feritas † captiua neceſſitate tranſuexit, poſtliminio [c] reuertentibus [d] redditur antiqua poſſeſſio: non aliter & eccleſia receptura [e] eſt parochiam, quam ante tenuit cũ rebus ſuis ſiue ab alijs eccleſijs poſſideatur, ſiue in cuiuſlibet poſſeſſionem trãsfuſa ſit. Non enim erit obijcienda pręſcriptio temporis, vbi neceſſitas [f] intereſt hoſtilitatis.

Item Ioannes Papa VIII. Paulo Epiſcopo fungenti legatione in Germania, & Pannonia.

¶Temporis non currit præſcriptio, vbi furor hoſtilitatis imcumbit.

CAP. XIIII.

1 POrrò, ſi de annorum numero fortè quis cauſatur, ſciat, quia inter Chriſtianos, & eos, qui vnius fidei sũt, numerus certus aſſixus eſt. Cęterùm, vbi paganorum, & incredulorum furor in cauſa [g] eſt: quantalibet prętereant tẽpora, iuri non præiudicant eccleſiarum: quæ corporalia neſcientes arma [h] ſolum Dominum, & propugnatorem ſuũ, quando ei placuerit miſereri, patienter expectant. Verùm ſi annorum prolixitas in talibus impediat, Deus ipſe reprehendendus eſt: qui poſt quadringentos, & triginta annos filios Iſraël de duriſſima ſeruitute [i] Pharaonis, & fornace ferrea liberauit: ſed ipſe per ſe noſter redẽptor fuit, qui humanũ genus poſt tot annorũ millia de inferni clauſtris eripuit.

1 Pol. l. 1. ti. 11. Deuſd. p. 1. Anſ. l. 2. c. 73.

Deut. 4.

7 *Tolluntur etiam præſcriptione illæ diœceſes, quas proprijs epiſcopis negligentibus alij ab hæreſi ad fidei integritatem reuocauerunt.*

Vnde in Africano concilio, cap. 88. legitur. [2]

¶Si q̃ epiſcopi dięceſes ſuas lucrari Deo negligunt, poſt triennium eis conſtabunt epiſcopis, quorum ſtudio fidei ſunt reconciliatæ.

CAP. XV.

3 PLacuit, vt quicunque epi

2 Et ĩ Maleuit. c. 24. & ĩ Carth. græco, ρκβ.

POrrò.]CASVS. In Germania & Pannonia, hoſtilitate Sarracenorum interueniente, per centum, vel fortè per plures annos, aliqui poſſeſſiones eccleſiarum detinuerunt: quas cum pręlati reddita tranquillitate repeterent, tutos ſe præſcriptione dicebant, mittit ergo Ioãnes Papa Paulinum qui legatus erat in partibus illis, vt de cauſis iſtis cognoſcat, inſtruens eum, quòd inter Chriſtianos, certus annorum numerus eſt pręfixus ad pręſcribendum. ſi verò furor interuenit paganorum, nulla tempora currũt. Vnde omnia præfatis eccleſijs ſunt reſtituenda: & hoc probat duobus exemplis Domini qui poſt. 40. & 30. ann. Iudęos ᵭ ſeruitute Pharaonis liberauit, & genus humanum de inferni clauſtris poſt annorum millia redemit.

g ¶*In cauſa.*] Secus ſi manſueti ſunt Iudæi, vel Sarraceni: tales bene præſcriberent. argu. 23. quæſtione vltim. diſpar. Quidam tamen dicunt eſſe eccleſię priuilegium, quòd etiam domiti non poſſunt præſcribere: cum nec lege eccleſiaſtica regantur [a], licet poſſint rẽ priuati præſcribere, dũmodo legibus Romanis regantur.

a Nã ñ ligãtur canõib⁹ 15. q. 1. §. 1. verſ. porrò. vbi de hoc. & ext. de diuor. gaudemus.

h ¶*Arma.*] Argum. clericos nõ debere mouere arma corporalia, etiam contra hoſtes. argumen. 23. quæſtione 8. quicunque. nam lachrymę & orationes ſunt arma clericorum, vt 23. q. 8. conuenior.

i ¶*Seruitute.*] Argumen. contra libertatem non præſcribi. ſuprà eadem, §. poteſt.

3 Bur. l. 1. c. 68. Iuo p. 8. c. 176.

TOLLVNTVR. Hęc eſt 7. pars q. in qua probatur quòd ſi aliquis negligit loca ſua, & alius epiſcopus ea liberat ab hæretica fœditate, poſt triennium præſcribit: & hoc probat c. ſeq. Ioan. de Fan.

CASVS. Ponit adhuc Gratian. alium caſum, in quo res eccleſiæ præſcriptione tolluntur, ſcilicet cum aliquis epiſcopus negligit populum ſuum ab hęreſi reuocare, & alius epiſcopus eum reuocat, præſcriptione contra alium tutus erit.

PLacuit.]CASVS. Quidam epiſcopi intra ſuas diœceſes parochias hæreticorum conuertere negligebãt. vnde quęſitum fuit in concilio Africano quid eſſet de hoc faciendum. & reſponſum fuit vt à vicinis epiſcopis commoneantur: & ſi intra ſex menſes à die conuentionis non effecerint, perueniãt ad ipſum qui eas lucrari poterit: ita tamen vt ſi epiſcopus in cuius erant diœceſi, probare potuerit ſuam diligẽtiam fuiſſe præuentam, & alterius negligentiam electam vt apud alium impunè remanerent: ſuæ cathedræ loca reſtituantur.

a ¶*Negligunt.*

ſcopi negligunt [a] loca ad ſuã cathedram pertinentia in catholicam vnitatem lucrari, cõueniantur [b] à diligentibus vicinis epiſcopis, vt id agere non morentur. Quod ſi intra ſex menſes [c] à die conuentionis non effecerint: qui potuerit ea lucrari, ad ipſum pertineant [d]: ita ſanè A, vt ſi ille, ad quẽ pertinuiſſe videbantur, probare potuerit [e], magis illius electã negligentiam ab hæreticis, vt impunè ibi ſint, & ſuam diligentiam [f] fuiſſe præuentam, vt eo modo eius cura ſolicitior† vitaretur†, cum hoc iudices epiſcopi cognouerint, ſuæ cathedræ loca reſtituantur.†

A ¶ Ita ſanè.] *Græcus canon in emendatis codicibus hoc loco ſic habet.*

Οὕτως μέντοι, ἵνα ἐὰν ἐκεῖνος πρὸς ὃν δείκνυνται ἀνήκειν οἱ τοιοῦτοι, ἐξεπίτηδες διά τινα οἰκονομίαν ἔδοξεν ἀμελεῖν, τοῦτο τῶν αἱρετικῶν ἐπιλεξαμένων, ὥστε ἀθορύβως αὐτοὺς παραδέξασθαι, καὶ ἐν τούτῳ ἡ αὐτοῦ ἐπιμέλεια ἀπὸ ἑτέρου προεληφθῆ, ἤ τινι ἐκατεσχήσατο, τοὺς αὐτοὺς αἱρετικοὺς, πλέον ἐκδίκαζεν, τούτου μεταξὺ ἐπισκόπων κρινόντων διαγινωσκομένου.

Id eſt, Ita ſanè, vt ſi ille, ad quem hi pertinere oſtenduntur, de induſtria ad rem commodius tractandã negligenter agere viſus fuerit, id probantibus hæreticis, vt ſine tumultu reciperentur, atque intereà ſuam diligentiam alius occuparit, qua quidem ſi vſus eſſet, ipſis hęreticis maius damnũ attuliſſet, cũ hoc iudicantes ep̃i cognouerint, &c.

Poteſt etiam aliter intelligi præſcriptio illa longi temporis, qua Gelaſius negat ſtatum parochiarũ poſſe mutari. Longum enim tẽpus, ſicut ex legibus habetur, decenniũ [g], vel uicẽniũ intelligitur. Huius ergo longi temporis præſcriptio auctoritate Gelaſij, & ſecularium legum eccleſiis obijci non poteſt. [h]

8 *Præſcriptionum aliæ ſunt introductæ odio petentis, & fauore poſſidentis, aliæ tantùm odio petentis. Qui enim bona fide, & iuſto titulo rem præſentis* [i] *per decennium* [k], *abſentis verò per vicennium tenuerit, perpetua* [l] *exceptione tutus erit, non ſolùm aduerſus alios, ſed etiam aduerſus creditores* [m], *quibus res ipſa obligata fuerat, etiam aduerſus verum dominum. Si verò aliquo caſu à poſſeſſione ceciderit, etiam aduerſus verum dominum vtiliter* [n] *rem vendicare poterit. Si autem nullo titulo, bona tamen fide per tricennium rem alicuius poſſederit, ſimili gaudebit præſidio. Bona verò fides non ad tractum medij temporis, ſed ad initium poſſeſſionis refertur. Sufficit enim in initio* [o] *cuique bona fide poſſidere cępiſſe, etiam ſi medio tempore ſcientiam* † *rei alienæ habuerit. ¶ Hæ præſcriptiones introductæ ſunt fauore poſſidentis, & odio petentis: quia lex fauet his, qui bona fide, & iuſto titulo, vel bona fide tantùm poſſident: odit autem, & punit circa rem ſuã negligẽtes* [p], *& deſides. ¶ Quod*

---

a ¶ *Negligunt.*] Arg. ꝗ delictum perſonæ qđ eſt in omittendo, redundat in damnum eccleſiæ. Illud autem qđ cõſiſtit in faciendo, non nocet eccleſiæ, vt ĩ. q. 6. ſi ep̃m. [a] arg. contrà ſ. e. licet. ſ. diſt. 35. eccleſiæ. Sed ibi nocet delictum quod conſiſtit in omittendo. argu. contrà. C. de ac. poſ. l. vl. ibi. n. non nocet delictũ ẽt qđ conſiſtit in faciendo.

a Ad idem extr. de do. cap. 2. vbi de hoc. & extr. de pſcr. c. 2. in gl. vlt.

b ¶ *Conueniantur.*] au ctoritate huius canonis. ſi. 65. diſt. c. vlt.

c ¶ *Sex menſes.*] Deputatos ad admonitionẽ faciendam. [b]

b Hęc eſt expoſitio H. & Lau.

d ¶ *Pertineant.*] "Expleto triennio, vt hic ĩ hac rubrica, & ext. de præſcr. c. 1. vnde illud triennium eſt hic intelligendum: ſicut ibi intelligendi ſunt iſti ſex menſes q̃ dãtur ad admonitionem faciẽdã. dicit tamen H. ꝗ perueniant ſtatim: tñ vſq; ad triennium pōt ep̃s ſuus locum illum repetere, vt ext. de præſcri. c. 1. & eſt hic ſpāle fauore fidei, vt per trienniũ contra eccleſiam præſcribatur ius ep̃ale, & etiam limes: & excuſatur præſcribens hic auctoritate canonis, licet habeat conſcientiam rei alienæ. arg. ff. de nozal. & generaliter. & ſi rem pro derelicto habitam mihi vẽdas: licet ſciam eam in bonis tuis non fuiſſe: ipſam vſucapio. ff. pro derelict. l. vlt. arg. ff. de fundo dotal. l. 1. Sed nunquid eccleſia læſa in hoc caſu poteſt petere in integrum reſtitutionem? Poteſt dici ꝗ ſic, niſi fuerint negligentes clerici, & ep̃s. arg. ff. de minorib. verum. §. item quærit. vel ſi vult ipſum negligentem conueniat. 12. q. 2. monemus. & conſequitur ab eo indemnitatem. C. arbi. tut. quidquid. alienauit. n. qui vſucapere permiſit. ff. de ver. ſig. alienationis.

"pſcribitur q̃nq; ex triẽnio iuri epiſcopali.

† al. ſolertior.

† al. vetaretur.

† al. reſtituant.

e ¶ *Potuerit.*] intra xxx. annos à ſententia.

f ¶ *Diligentiam.*] ſ. domini. ff. ad ſenatuſc. Tert. l. 2. §. ſi mater. & ext. de ap. oblatæ.

POTEST ETIAM ALITER. Casvs. Iſte §. diuidiẽ in tres par. In prima parte exponit G. tertio modo illud c. licet in regulis. dicens ipſum poſſe intelligi de pſcriptione lõgi tẽporis: ſ. decẽ vel viginti annorũ, q̃ eccleſijs obijci non pōt. poſteà ponit diſtinctionẽ de pſcriptione, dicens, ꝗ pſcriptio decennij, vel vicennij introducta eſt odio petẽtis, & fauore poſſidentis. vñ ſi quis rem pñtis bona fide & iuſto titulo p decẽnium, abſentis verò p vicennium tenuerit, tutus eſt aduerſus oẽs: & ſi in aliquo caſu rẽ amiſerit, pōt eã ab oĩbus vendicare. Idẽ erit ſi p xxx. annos rẽ alterius ſine titulo, bona tñ fide poſſederit: q bonã fidẽ in initio ſufficit habuiſſe. Præſcriptio verò xxx. an. cũ qs mala fide poſſidet, introducta eſt tñ in odiũ negligentiũ. Vñ ſi quis mala fide rem alterius xxx. annis poſſederit, tutus erit aduerſus eũ: & ſi aliquo caſu malæ fidei poſſeſſor rem illam amiſerit: repetere non pōt: niſi p violentiã inde expellaẽ. & ſi ad dñm, vel creditorẽ ſine violentia peruenerit, tuti ſunt aduerſus malæ fidei poſſeſſorẽ. ſi verò peruenerit ad alios, dñs, vel creditor aduerſus eũ hẽt actionẽ. In ſcđa parte diciẽ, ꝗ ea q̃ dicta ſunt de pſcriptione decem, vel viginti annorũ, vera ſunt, ſi ſine interruptione poſſideanẽ: ſed ſi poſſeſſio naturaliter interrumpaẽ, noui xxx. anni in oĩbus pſcriptionib. numeranẽ à die recuperatæ poſſeſſionis. ſi verò poſſeſſio p lit. conteſt. interrumpatur, ab vltimo die litis xl. anni computabunẽ. ſi verò ille, cuius res pſcribitur, non pōt litem cõteſtari pp abſentiam, vel furorẽ, vel infantiã, vel ptãtem aduerſarij: intra tp̃a pſcriptionis adeat pſidem: quem ſi adire non pōt, vadat ad ep̃m loci, vel conſulem ciuitatis, vel ptãtem: qui ſi defuerint, adeat domũ aduerſarij: & in pñtia tabellionis, vel cũ ſubſcriptione triũ teſtium, ſi tabellionem habere nõ pōt, ſuũ ius proteſtetur: & hoc modo interrũpet oẽm pſcriptionẽ. In tertia parte dicitur, ꝗ ſupradicta vera ſunt inter laicos: ſed aduerſus eccleſias nõ currit præſcriptio, niſi quadragenaria. & ad hoc probandum inducit duas authenticas. ĩ. eadẽ, quas actiones. & in nouellis, aut. neq; vicẽnij. Sed ſi laic⁹ decimas, vel primitias ſiue cũ titulo, ſiue ſine titulo poſſederit: nunq̃ pſcriptione tut⁹ erit. qđ. n. ab initio de iure nõ hẽt effectũ, tractu tp̃is non conualeſcit. & hoc probatur ad inſtar liberi hominis: q̃ ſi pro ſeruo detineẽ, ẽt 40. annis, ſibi non obeſt. nam primitię & decimationes pſcribi nõ pñt, ſicut nec ciuiles functiones, quarum inſtar obtinent: ſic vt eccleſia obtineat ad inſtar rei publicæ. Secunda pars incipit ibi, *Hæc de præſcriptionib.* Tertia pars ibi, *Hæc de præſcriptionibus inter priuatos. Libellum;* conuẽtionalẽ. *Quod dicitur*, in canonibus antiquis: quia ſecus hodie.

† al. conſciẽtiam.

g ¶ *Decennium.*] C. de pſcr. decem vel viginti annorum. l. vlti. Ioan.

h ¶ *Non poteſt.*] poſt hoc. ſtatim lege illum §. ſed ſola. cum ca. ſeq. nemo ad hoc poſteà reuerſus. dicitur n. ꝗ dñs Iacobus interpoſuit iſtas leges: quod etiam conuincitur ex eo, quòd illæ concordantiæ bis ponuntur.

PRAESCRIPTIONVM. Hæc eſt 8. pars q. in qua ponit mentes legum de præſcriptionib. quas tamen eccleſia nõ recipit contra ſe. Io. de Fan.

i ¶ *Præſentis.*] "Pñs dicitur, q̃ in eadem prouincia eſt. Abſens qui in alia. C. de pſcr. decem vel 20. ann. l. vlt. tñ abſęns dicitur q̃nque, qui in iure non apparet. ff. de dam. infect. l. 4. §. abeſſe. præſens ẽt dicitur q̃nque, qui in hortis eſt. ff. de procu. pſens.

"Pręſens & abſens qui dicuntur.

k ¶ *Per decennium.*] Fit etiã alio modo interruptio, vt ff. de vſuc. ei à quo. ff. de dona. qui pro donato. & C. vbi in rem ac. l. vlt. & C. de præſcr. xxx. ann. cum notiſſimi.

l ¶ *Perpetua exceptione.*] Hoc habes C. de præſcr. xxx. ann. ſi quis emptionis.

m ¶ *Creditores.*] Hoc ſi fuerit alius à debitore, aut eius hærede: vel de ſecundo creditore viuente debitore. debitor. n. vel eius hæredes non poſſunt ſe defendere contra creditorẽ, niſi quadraginta ann. vt C. ſi aduer. cre. l. 1. & C. de præſcrip. xxx. ann. cum notiſſimi. "Vſucapio autem nunquam currit contra creditores, quia cauſa dominij ſemota eſt à quæſtione pignoris. C. de pigno. vſucapio.

"vſucapio ñ currit cõtra creditores.

n ¶ *Vtiliter.*] arg. pro Io. & alijs, qui dicunt ꝗ per præſcriptionem acquiritur dominium, ſecundum M. directe pōt vendicare: quia ſecundum eum dñium acquiritur præſcriptione. vnde illud aduerbium, vtiliter, non eſt de textu: vel ſi eſt de textu, expone vtiliter, ideſt, indubitanter, vel efficaciter.

o ¶ *Initio.*] Hoc non tenet ſecundum canones: quia oportet ex omni parte præſcriptionis habere bonam fidem, vt extrà de præſcr. quoniam.

p ¶ *Negligentes.*] Vigilantibus enim non dormiẽtibus ſubueniunt iura, vt ff. ex quibus cau. ma. l. non enim. ff. de ijs quæ in frau. cred. l. pupillus.

a ¶*Commodum.*]quia ab eo rem illam non poterit euocare, qui mala fide eam poſſedit.

a ¶*Commodum.*] No. ꝙ violento detentori vel malæ fidei poſſeſſori,res violenter auferenda non eſt: niſi incontinenti. arg.3 q.1.§.vlti.nec ei tunc dicitur interrumpi præſcriptio.ff. de vi & vi ar. qui poſſeſſionem.

b ¶*Poſſeſſionis.*]Argu. aliqua ex quo coniunguntur valida eſſe,quo rum quodlibet per ſe ſeparatim inualidum eſt[a],vt fama & teſtimonium vnius teſtis. arg. contrà 23.di. quorũdã.

c ¶*Interrupta.*] "Fit aũt interruptio duplici ter:naturaliter, & ciuiliter.[b] Naturaliter fit occupatiõe aquæ, & alijs modis,vt ff.de acq.poſ. qui vniuerſas.§.1. & 2. Item ſi longo tpe omit tit poſſeſſio. ff. de vſuca.furtum.Itẽ per corporalem compulſionẽ, & hoc nocet vel ꝓdeſt omnibus.ff.de vſuca.na turaliter.Ciuiliter fit li belli oblatione, & hoc hẽt locum in annalib. actionibus tãtùm, quæ interruptione tali perpetuantur.C.quando libellus prin.l.2.Item fit per lit.conteſta. quæ locum hẽt in perpetuis actionib. C.de præſcri. xxx.ann.ſicut in rem.& hoc prodeſt tñ ei, qui eam facit: & obeſt illi tñ, contra quem fit, vt ff.de diuer.& temp.præ ſcri.inter quatuor.ei tñ tantùm prodeſt, qui eo animo conteſtatur litem, vt ducat cauſam ad finem, ſed impedit ꝑp fortuitos caſus:aliàs non[c] prodeſt:arg.à ſenſu contrario C.de præſcri.xxx.ann.l. vlt. & in auth. de litig. §. omnẽ. circa fi.coll.8. Item litis conteſtatio tunc tñ interrumpit cum fit coram iudice ſuo: [d] aliàs non,vt C.ne de ſta.defun.l.pe.Interrumpitur ẽt præſcriptio ſynodali proclamatione,vt extr. de præſcr.ſanctorũ. Itẽ cum exponitur ſecũda cautio,vt C.de præſcri. xxx.anno. cum notiſſimi.§.ſed & ſi quis.Item cum quis ſoluit vſuras. C.de præſcri.xxx.ann.l. pe.Item alium habes ĵ. ead.qõ.ver.is autem cuius res.& extra de offic. ordi.paſtoralis.Item alium caſum habes,ext.vt lite non conteſtata.quoniam.in fi.Quandoque autem non interponitur pręſcriptio:ſed dormitat,vacante.ſ.eccleſia & in pupillari ætate, & in alijs caſibus quos dixi ſup.eadem,prima actione.

d ¶*Triginta.*]ergo naturalis interruptio non valet tantum, quãtum litis conteſtatio:"quia litis conteſtatione perpetuatur actio vſque ad quadraginta ann.vt C.de præſcri.xxx.ann. l.vlt.ſed in naturali interruptione non,vt hic. Similiter dico quòd nec illa conuentio,quæ fit per executorem, perpetuatur ad xl. ann.cum generaliter dicatur,quòd oẽ ius,& omnis actio tollitur ſpatio xxx.ann.niſi vbi ſpeciale aliquid reperitur, vt C.de præſcr.xxx.ann.cum notiſſimi.

e ¶*Continuare.*] Licet reuera aliquo tpe intermedio vacet poſſeſſio,ius tamen fingit eam coniunctim peruenire ad aliũ locum,vt ff.ex qui.cau.ma.cum miles.& eſt ſi.ff.de acq. hære. placet.& ſic tps præcedens dicitur continuari tempori ſequẽti,quo alter incipit poſſidere.[e] ſed contra eſt quod legitur.ff.de acqui. poſ.l. Pomponius.§.vlti. vbi dicitur,ꝙ vitioſa poſſeſſio non continuatur nõ vitioſæ. ſed illud verũ eſt in longa pręſcriptio ne:ſecus in longiſſima.

ſi mala fide rem alienam quis poſſidere cœperit, poſt triginta annos aduerſus omnem petentem exceptione tutus erit.Si verò aliquo caſu à poſſeſſione ceciderit actionem, non habebit: quia hæc præſcriptio non fauore malæ fidei poſſeſſoris, ſed odio tantùm rem ſuam perſequi negligentis introducta eſt. Si autem res ad creditorem ſuum, vel ad dominum peruenerit, detentionis commodum[a] habebit: Si verò ad alium,creditor, vel A alius dominus aduerſus eum experiri poterit: nec ſibi proderit exceptio medij B temporis poſſeſſoris: quia non ab eo habuit cauſam poſſidendi. Quòd ſi violenter poſſeſſio ad eos peruenerit, malæ fidei poſſeſſor indiſtinctè poſſeſſionis[b]commodum recipiet.

¶Hæc de præſcriptionibus decennij, vel vicennij,vel tricennij intelligenda ſunt, ſi ſine interruptione poſſeſſa probentur. Quòd ſi per naturalem detentionem poſſeſſio interrupta[c] fuerit, à die recuperatæ poſſeſſionis noui triginta[d] anni in omnibus C præſcriptionibus numerabuntur.Si per litis conteſtationem, ab vltimo die litigij, quadraginta anni computabuntur. Quòd ſi ab eo, qui in cauſa pręſcribendi erat, poſſeſſionem aliquis nanciſcatur, tempus præcedens cum ſuæ-poſſeſſionis tempore cõtinuare[e] poterit.[1] Is autem,cuius res præſcribitur, ſi litem conteſtari[f] non poterit, vel propter aduerſarij[g] abſentiam,[2] vel infantiam, vel furoris laborem, cum neminem tutorem, vel curatorem habeat, vel quia[h] in magna poteſtate conſtitutus eſt, intra conſtituta tempora præſidem adeat, libellũ ei porrigat, & hoc in querimoniam deducat, & ſic tẽporis interruptionem faciat.Si autem præſidem adire non poterit,ſaltem ad epiſcopum locorum, vel defenſorem ciuitatis eat, & ſuam manifeſtare voluntatem in ſcriptis deproperet. [3] Quòd ſi præſes, vel epiſcopus, vel defenſor abſuerit, liceat ei publicè proponere,vbi domicilium[i] habet poſſeſſor,ſeu cum tabulariorum ſubſcriptione:vel ſi ciuitas tabularios non habeat, cum trium teſtium ſubſcriptione.[k] & hoc ſufficiat ad omnem temporalem interruptionem ſiue triennij,ſiue longi temporis,ſiue triginta,vel quadraginta annorum ſit.

¶Hæc de præſcriptionibus inter priuatos.Cęterùm aduerſus loca religioſa non niſi quadraginta annorũ præſcriptio currit. Vndè in authenticis.¶[4] Quas actiones tricennalis præſcriptio excludit ſi loco religioſo competant,quadraginta annis excluduntur]Et in nouellis.[[5] Neque decennij,[l]vel vicennij, &c.]In canonibus verò eccleſia aduerſus eccleſiam triginta annis [m] monaſterium aduerſus eccleſiam non niſi quadraginta annis præſcribere permittitur[n6] Quòd ſi priuatus[o] primitias,& decimas ſiue cum titulo ſiue ſine titulo poſſederit, nulla temporis præſcriptione tutus eſſe poterit. Quę enim ab initio de iure ſortiri effectum non poſſunt,tractu tẽporis non conualeſcũt[p] [7].Vndè ſi liber homo longo tempore pro ſeruo detineatur,etiam[q] ſi quadraginta annorum curricula exceſſerint, ſola tẽporis longinquitate libertatis iura minimè mutilabuntur.[r] Ad hæc eccleſia D reipublicæ,primitiæ, decimationes ciuilium functionum inſtar obtinent.¶Porrò publicæ functiones[ſ] præſcribi non poſſunt.

Vnde in vij. lib. Codicis titu. [8] de triginta, vel quadraginta annorum præſcriptione,Imp. Anaſtaſius.

A ¶Vel alius dominus.] In duobus vetuſtis exemplaribus non eſt dictio,alius.in vno autem legitur, vel alius,ſcilicet dominus.

B ¶Medij tpis poſſeſſoris.] A vetuſtis codicibus partim abeſt dictio.tẽporis,partim dictio,poſſeſſoris.

C ¶In omnibus pręſcriptionibus.] Hę voces in aliquot manuſcriptis non ſunt.

D ¶Eccleſia reip.] Emendatum eſt ex manuſcriptis. Nam anteà legebatur,eccleſia reſpublica. Omittit autem interdũ, & mutat nonnulla verba Grat. earũ legũ, quas refert.

CAP. XVI.

IVbemus eos,qui rem aliquã per continuum annorũ quadraginta curriculum ſine quadam legitima interpellatione poſſederint[t], de poſſeſſione quidẽ rei,ſeu dominio nequaquam remoueri:functiones autem, ſeu ciuilem canonem, vel aliam quampiam publicã collationem impoſitam eis dependere compelli,nec huic

f ¶*Litem conteſtari.*] C.de anna.exce.vt perfectius.

g ¶*Vel propter aduerſarij.*] hoc bene traditur,ext.de offi.ordi.paſtoralis.

h ¶*Vel quia.*] ſ.2.q.1. prohibentur.C.de epiſ. aud.l.vlt.

i ¶*Domicilium.*] Domicilium largè dicitur quęque habitatio. ff. de dam.infe.l.4.§. prætor. arg. ff. de li. agn.l.1. in prin.& eſt ſi.ext.de cle. non reſi.ex tuæ.

k ¶*Subſcriptione.*] Argumentum, ꝙ inſtrumento habenti ſubſcriptionem trium teſtiũ, ſtandum eſt, etiam ſi per tabellionem confectũ non ſit.ar.C.qui po. in pig.ha.l.penul."Hodie autem duo teſtes æquipollent tabellioni, vt extrà de proba. quoniã contra. De hac materia not.11.q.3.curę.

l ¶*Neque decennij.*]ĵ. e.q.4. neque.

m ¶*Triginta annis.*] hoc hodie non tenet, vt ext.de pſc.de quarta.

n ¶*Permittitur.*]ĵ.e.q. 4. poſſeſſiones.

o ¶*Priuatus.*] vt extrà de præſcr. cauſam.

p ¶*Non cõualeſcunt.*] ſic 1. q. 1. principatus. Argum. contrà. ext. de ma contrac. contra interd.eccle.c.vlt.& extrà de cõuer. coniu.placet.

q ¶*Etiam ſi quadraginta.*]C.de lon.temp.præſcri.l.vlti.C.de præſcri. 30. vel 40. an. comperit.

r ¶*Mutilabuntur.*] nec confeſſio ei præiudicaret,ſi confiteretur ſe ſeruum, niſi in inſtrumento hoc fecerit,vt C.de agr.& cen.cum ſcimus.

ſ ¶*Functiones.*]i.penſiones[f] agrorum.

IVbemus.] Casvs. Quidam ruſtici poſſederunt quaſdam poſſeſſiones ſine legitima ĩterpellatione per xl. an.de quib. poſſeſſionibus neque functiones,neque ciuilem canonẽ, neque publicam collationem perſoluunt. quæſitum eſt vtrum ſint tuti præſcriptione.& reſpondetur ꝙ ſic,quantum ad dominium,vel poſſeſſionem prędiorum:ſed quo ad functiones, vel ciuilem canonem vel publicam collationẽ,non ſunt tuti.

t ¶*Poſſederint.*]C.de præſcr.30.vel 40.ann. comperit.

a ¶Par-

a Ad hoc 12. q.3.nihil. vbi de hoc ĩ gl. pſbyter ergo.in fi.

" interruptio fit dupliciter.

b Concor. l. naturaliter. & ibi Bar. ff. d pſcr.gl. eſt ſimilis. verſ. interruptio. in c. illud. d̃ præſcr.

1 l. vlt.C. de epiſc. aud.

2 Adde ꝙ ille dr̃ abſens q ñ eſt ĩ prouincia.l.pręſens.ff.d̃ pc. l.fi.C.de pręſc.lon.temp.

c Al. nõ idẽ Curt.ĩ tra. d̃ ſeque.co.15. Iaſ. l. ex hoc edicto. ĩ pr. col.3. d̃ eo ꝑ quẽ fa. er. & ĩ §. annales. co.vlt.n.134 inſti. de act. Hipo. Marſ. ſin.291.And. Alci. de ver. ſig.char. 26.

d Iudice ſuo Idẽ Bal.c.illud. de pſcr. vbi ẽt tẽt, ꝙ citatio ñ ꝑſecuta nõ interrũpit: ſecus de conteſtatione,& bene.

3 l.vt perfectius. C. de an.exce.

" Actio perpetuatur litis conteſtõne.

e Et ſic hẽs, ꝙ qs pt vti acceſſione tpis ex auctoris ſui ꝑſona,cum cã ſua ſuisq; vitijs.ff. de ac. poſ.Pompo- ni°.§. cũ qs. ſcdm Laur.

4 C.d̃ ſa.ſan. ec.aut. quas actiones.

5 Nouel.131. §. ꝑ tpalib. & ead. apud Iulianũ,c.6.

6 ĵ.e.q.4.c.ſi

7 ff.de re.iu. quod initio.

8 tit.39.l.6.

" teſtes duo æquipollent tabellioni.

f ſ.quę debẽtur reip.H.

a ¶*Parti.*]C.de fund.patri.l.vlt. contra. ſed ibi priuilegium habuit ab imperatore : & prætere per xl.an.non ſoluit, inde tutus eſt per illa duo. ſ.e.verſ.quod ſi ab eo.

SIC ETIAM PRÆDIA. CASVS. Suprà fuit aſſumptio ibi, vbi dixit porrò, hic eſt modò concluſio. Dictum eſt ſupra in illa l.iubemus. quòd prædia tolluntur præſcriptione 40.annorũ, ſed functiones non. Nunc dicit Gratian. q̃ eodẽ modo prædia eccleſiarum, vel priuatorum præſcriptione tolluntur. ſed decimæ, vel primitiæ non præſcribuntur etiam ſi à ſummo Pontifice reſcriptũ ſuper hoc impetretur. Et hoc probatur duabus rationibus. Prima eſt, quia reſcripta cõtra ius nõ valent, niſi talia ſint, quæ alicui proſint, & nulli obſint. Secũda ratio eſt, quia cõtra Domini[1] mandatum eſſet, qui non laicis, ſed leuitis decimas dari præcepit & ita laicis nullo priuilegio concedi poſſunt: ne præceptis Dei præiudicium fiat.

1 25.q.2.reſcripta.ex l. Reſcripta. C. de preci. imp. of.

2 Concord. tex. C. d iu. om.iu.l.priuatorũ.& l. nec ex pto. toris. & l.ne que pignus. ſ. priuatorũ.ff.de reg. iur. Num.18.

3 ſ.e.q.2.de cimas.

b ¶*Decimationum.*] " Videtur q̃ laicus poſſit decimas præſcribere. nam ius habet percipiendi & repetendi eas: ex quo ei conceduntur ab epiſcopo : puta in feudum, vel beneficiũ ad tempus [a]. Ad hoc dicũt quidam, q̃ laicus nullum ius habet ĩ eis: nec habere poteſt. 1.q. 3.peruenit. & ſecundũ iſtos planũ eſt. Alij dicunt quòd cum ſic cõceduntur laico ab epiſcopo, laicus habet ius poſſidẽdi: ſed illud ius non eſt ſpirituale: nec ratione illius iuris poſſet præſcribere : quia alieno nomine poſſidet. ſi verò vellet in teruertere poſſeſſionem, iam inciperet eſſe malę fidei : extra de prẽſcrip.ſi diligenti. & ita non poſſet præſcribere eas: quia licet laicus ſit, tamen ſuper decimis in foro eccleſię conueniretur. Sed nonne ius ſpirituale percipiendi decimas habent le proſi, vt extra de eccle.ędifi.c.2.& templarij, qui ſunt laici? Dic quòd non, ſed tantùm à prẽſtatione ſunt liberi. quod ex eo patet: quia ſi prædium, de quo ipſi non præſtant decimas, deuoluitur ad eccleſiã vel ad priuatum, ſtatim eccleſia vtitur iure ſuo: & ſoluet priuatus decimas.

"decimę an poſſint pſcribi p laicos.

4 C.l.7.tit. 38.l.2. Anſ. l.4.c.38.

a Qđ dic vt not. ſ.e.q.1. c.vlt. đ dec. quis. ſ. 1.q. 2.peruenit.

5 C. de ſac. ſan.ec.l.fin. Nouel.131. vtſ.

c ¶*Etiam ſi à Romano.*] quia in talibus Papa non vult diſpẽſare. ȷ.25.q.1. ſunt quidam.

d ¶*Ius ſcriptum.*]25.q.2.reſcripta.

e ¶*Laicis.*]ȷ.ea.q.7.decimas.& ca.peruenit. niſi fortè leproſis, ſi huiuſmodi cauſa paupertatis, & intuitu eleemoſynæ remittatur.25.q.1.§.his ita.verſ.quæcunque.

VNIVERSAS. CASVS. Hanc legem inducit Gratianus ad probandum, quòd prẽter ſupradicta, ſunt quædam, quæ præſcribi non poſſunt, ne fiat eccleſiæ præiudicium. Eſt ergo caſus. Coloni vel Emphyteuticarij Imperatoris, vel reipublicæ, vel eccleſiarum, vendiderunt res Dominicas, vel reipublicæ, vel eccleſiarum: quęſitum eſt vtrum emptor longi temporis præſcriptione poſſit ſe tueri? & reſpondet quòd non: nec iniquis comparatoribus pretium repetere licet cõtra leges: quia contra leges facta fuit alienatio.

f ¶*Templorum.*]ideſt, eccleſiarum.

a ¶*Quod minus fecit.*] ſed pone ꝙ aliquis diu nõ ſoluit decimas: nec modò poſſit ſoluere ni ſi venderet oĩa quę hẽt nunquid tenetur ea vẽdere? Sic, ſed eccleſia debet ei dimittere vnde viuat: cũ hoc idem eſſet ei datura. " res. n. eccleſiæ oĩb. ſunt cõicandæ. arg. ſ. ea. q. 1. qm̃ quidquid. nec. n. ita aua rè ſunt oĩa extorquenda: q; a habenda eſt eius rõ, ne egeat. ar. ff. de re iud. inter. §. vl. Item no tet hic ꝙ ſicut laicus non põt præſcribere in decimis, " ſic nec in q̃titate decimarum: licet ſit ar. contra. ext. de deci. in aliquib. vbi dicit ꝙ decimæ q̃dã ex lõga conſuetudine debent: ſed illud põt intelligi ſcd̃m decre. extra e. ad Apoſtolicæ. Vel loquitur de deci. pſonalib. q̃ reddi debent eccleſiæ, in qua recipit ſacramentum: ſed certè iſtæ & illæ ſimiliter lege diuina debent[a], vt 23. q. 5. dicat. Et not. ꝙ licet nõ currat pſcriptio in quantitate decimæ, tñ currit in q̃titate cathedratici [b], vt ext. de cẽſ. olim. qđ mirum videt: cũ clericus poſſit præſcribere in decimis, & non in cathedratico [c]. cum cathedraticũ non poſſit eps̃ à ſe abdicare vt ext. đ do. paſtoralis.

b ¶*De negotio.*] de hoc dixi ſ. e. q. 1. c. reuertimini.

c ¶*Aut de ipſa.*] ſ. 86. di. Eſau. cõtra. & c. qui venatorib. ſ. di. 34. quorundã. contra. Solu. ibi de arenaria venatione, q̃ prohibita eſt: hic de ſaltuoſa, q̃ quibuſdam eſt conceſſa: de qua decimatio dari præcipit, argu. 23. q. 1. niſi bella. & c. noli.

"Res eccleſiæ oĩb. ſunt cõicandæ.

† al. recognouit.

"Decimarũ q̃titati vtrũ poſſit præſcribi.

a Hoc vř In. tenere. qđ dic vt plenè not. de deci. ſuper rub.

b Quantitate. idẽ Car. Flo. in cle. 1. col. 2. de iu. pat.

c Arg. cõtra 13. q. 2. ĩ pri.

7 Bur. l. 3. c. 130. Iuo p. 3. c. 196. Pã. l. 2. c. 58.

Leuit. 27. † omniũ decimarũ bo-uis, & ouis, &c.] Orig.

† al. & quod mutat, & qđ mutatum eſt.

OMnes decimæ.] CASVS. Statuit concil. Rothomagẽ. vt oẽs decimæ, ſiue de fructib. ſiue de pomis arborum ſacerdotib. dentur, & ſi quis tertiò cõ monit' eas dare noluerit, donec ſatisfaciat, anathematizetur. Quæ ſequunt̃ plana ſũt vſq; ad c. & hoc diximus.

pus, & qui recipiunt ab eo laici, ſiue pretio, ſiue beneficio, æterni incendij ignibus deputentur.

¶*In vulgatis codicibus huic capiti erat præpoſitum nomen Paleæ: ſed habetur in omnibus manuſcriptis. Refertur autem planè eiſdem verbis 1. q. 3. peruenit. & de eo ibi notatum eſt. In Polycarpo eſt longè copioſius, & citatur ex concilio Africano.*

Item Ambroſius in ſermone Quadrageſimæ, cuius initium [*Ecce nunc tempus.*]

¶Fideliter decimas dat, qui omnium ſuorum decimas ſoluit.

CAP. IIII.

QVicunque recognoue-† rit in ſe, quòd fideliter non dederit decimas ſuas, modò emendet, quod minus fecit. [a] Quid eſt fideliter decimas dare? niſi vt nec peius, nec minus aliqñ Deo offerat aut de grano ſuo, aut de vino ſuo, aut de fructib. arborum, aut de pecoribus, aut de horto, aut de negotio [b], aut de ipſa [c] venatione ſua.

¶*In ſermonibus ſæpe citatis, qui B. Ambroſio inſcripti in bibliotheca Vaticana, & monaſterij Mediolanẽſis ſeruantur, ſermone primo de Quadrageſima habetur hoc capitulum.*

Item ex concilio Rhotomagenſi.

¶Excommunicentur, qui ſacerdotibus decimas dare nolunt.

CAP. V.

[1] OMnes decimæ terræ ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum, Dñi ſunt, & illi ſanctificantur [d] boues A, † & oues, & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt: quicquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutauerit, & quod † mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt, ſanctificabitur Domino, & non redimetur.] Sed quia modò multi inueniuntur decimas dare nolentes, ſtatuimus, vt ſecundum Domini noſtri præceptum admoneantur [e] ſemel, & ſecundò, & tertiò. Qui ſi non emendauerint, anathematis vinculo feriantur vſque ad ſatisfactionem, & emendationem congruam.

¶*Hic etiam auctoritate veterum codicum inductum eſt nomẽ Paleæ.*

A ¶Boues.] *Hæc vſque ad ver.* ſed quia, *in aliquot vetuſtis codicibus non habentur. Sunt tamen etiam apud cæteros collectores.*

Item ex concilio Moguntinenſi.

¶Veterum exemplo decimæ ſoluantur.

CAP. VI.

[2] DEcimas Deo, & ſacerdotibus Dei dandas, Abraam [f] factis, & Iacob [g] pro miſſis inſinuat: deinde lex ſtatuit, & omnes ſancti doctores commemorant.

Non autem decimæ ſunt redimendæ à populo, ſi aliter dare eas noluerint.

Vnde in eodem concilio legitur.[3]

¶Decimæ non ſunt à populo redimendæ.

CAP. VII.

[4] DEcimas [h], quas populus dare non vult, niſi quolibet munere ab eo redimantur, ab epiſcopis prohibendum eſt ne fiat [i].

¶*Burchardus, & Iuo citant ex concilio Mediomatricis. Habetur in capitularibus. lib. 5. c. 46. & in legibus Longobardicis lib. 3. titu. de decimis.*

Item Aug. lib. 50. homiliarum, hom. 48.

¶Quia decimæ Deo non redduntur, indictio fiſci acceſſit.

CAP. VIII.

MAiores noſtri ideo copijs omnibus abundabant [k], quia Deo decimas dabant, & Cæſari [l] cenſum reddebant. Modò autem, quia diſceſſit deuotio Dei, acceſſit indictio fiſci. Noluimus partiri [m] cum Deo decimas: modò autem totum tollit fiſcus, quod non accipit Chriſtus.

Item Origenes hom. 15. ad c. 21. Matthæi.

¶Columbas vendit, qui eccleſiam indiſciplinatis committit.

CAP. IX.

ET hoc diximus ſecũdum ſimplicem intellectum.

d ¶*Sanctificantur.*] i. miniſterijs ſanctis, i. ſanctæ Dei eccleſiæ, ſ. deputatis cõferuntur, vt 12. qu. 2. nullus. ſ. e. q. 1. reuertimini.

e ¶*Admoneantur.*] trina. n. admonitio debet præcedere vindictam: ar. 12. q. 2. indignè. ſ. 5. q. 2. pſenti. ĩ. prox. q. 4. de presbyterorum.

f DEcimas.] ¶*Abraam.*] vt 24. q. 5. dicat.

g ¶*Iacob.*] cum iret in Meſopotamiam, dixit ꝙ ſi ei bñ ſuccederet, decimas Deo daret.

h DEcimas.] " Ex hoc c. & illo. 1. q. 1. nullus. & 7. q. 1. ſancitum. dicunt quidam quòd nõ licet mihi ius meum ſpirituale redimere. & exponnnt finem huius c. prohibendum eſt, ſ. epis ne fiat ab eis. ſ. vt redimant, quia ſimonia eſt, argu. ext. de ſi. Matthæus. & c. querelã. Alij dicunt ꝙ ſi iniuſtè vexor in iure ſpirituali, qđ ad me pertinet, vexationem meam redimere poſſum, vt ſi timeo iniuſtè deponi. ar. ext. de ſi. nobis. & c. dilectus. 1. & 1. quęſt. 3. quæſitum. & iudicium iuſtum emere poſſum. arg. 14. q. 5. nõ ſanè. C. de adul. ſerui. Io. conſueuit dici, ꝙ ſi ſum in poſſeſſione, poſſum redimere. aliàs non, vt ex. e. dilectus.

i ¶*Ne fiat.*] ſupple redemptio decimarum, &c. ſicut dicit lex, ꝙ faber non poteſt dare pecuniam pro ſpecie, vt C. de fabr. l. 1. libr. 11. argu. contra. 14. q. 6. comperimus [d]. vbi pretium recipitur pro re ſpirituali.

k MAiores.] ¶*Abundabant.*] ſ. e. q. 1. decimæ.

l ¶*Cæſari.*] ſ. 11. q. 1. ſi tributum. ĩ. 23. qu. 8. conuenior.

m ¶*Partiri.*] i. decimam partem dare, & ita aliud eſt partiri, & aliud partẽ dare. ff. de vſufr. etiam partis. ff. de verb. ſig. l. nomen. §. portionis.

ET hoc diximus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In 1. par. exponit Origenes literam illam Euangelij, Intrauit Ieſus in templum, & eiecit omnes vendentes & ementes de templo. & oſtendit ꝙ templum

2 Bur. l. 3. c. 133. Iuo p. 3. c. 199. Pã. l. 2. c. 60.

" ius ſpirituale an poſſit redimi.

3 lib. 5. cap. c. 46. & il. Lõgobar. l. 3. ti. de deci.

4 Bur. l. 3. c. 134. Iuo p. 3. c. 200. Pã. l. 2. c. 62.

d Non quia ibi laicus non debebat priuari iure ſuo, & res iã conſecrata poterat ipſi laico reddi. A.

templum dictum eſt illud quod fecit Salomon de lapidibus inſenſatis, de quo viſibiliter eiecit Ieſus vendentes & ementes: qua fecerunt ipſum domum negotiationis,& ſpeluncam latronum.In 2.par.dicitur, q Dominus hoc fecit in figuram ſpiritualium actuum: ne ſcilicet populus cum debebat facere feſtiuitates ad honorē Dei, & orationib.vacare, intenderet mundanis negotiationibus. In 3.par.oſtendit quòd

Eſa.56. iuxta tropologiam tē-

Matth. 21. plum Dei dicitur eccleſia, vel congregatio fidelium, vbi vendentes & emētes ſunt mali prę lati, qui ſpiritualia pro pecunia donāt, & oſtēdit quòd Chriſtus dolet de peccatis eorum: & hoc probat duabus auctoritatibus ſcilicet Oſeę, & Euangelij. In 4. part.oſtendit, q per venditores columbarū intelliguntur prelati q ordinant indignos & irreligioſos epiſcopos, vel presbyteros ad prælaturam eccleſiarum,q Deo neſciunt reuerentiam exhibere.quod ꝓbat auctoritate Hieremiæ.*Secundum ſimplicem*,id eſt, literalē. Pro mundanis,negotiationib.Secunda pars incipit ibi, *Hoc ergo facto.* Tertia ibi, *Nunc autē arbitros.*Quarta ibi,*Et arbitror conuenire.*

ET HOC DIXIMVS.CASVS.Ponit Origenes auctoritatē illam: Intrauit Ieſus in templum eijciens vendentes, &c. dupliciter eam exponens ad literam, vſque ad locum illum, *nunc autem*.deinde moraliter vſque in finem. Sic ergo ordina literam, incipe ibi, *Et primum.* Et cum veneris ad illum locū *nunc autem.* repetas principium,& hoc diximus ſecundum ſimpliciem in intellectum. Iuxta moralem autē alia dicemus.

a ¶*Salomone.*] j. de conſec.diſt.1.c.1.

b ¶*Ab Eſdra.*] reuerſo à captiuitate Babylonica, quia Nabuchodonoſor deſtruxerat tēplum.

c ¶*A Romanis.*]ideſt, à Tito & Veſpaſiano. 23.quæſt.5. §. hinc.76. diſt.ieiunium.

d ¶*Deſtructa.*] argu. quòd eccleſia deſtructa, non remanet locus priuilegiatus. arg. ad hoc extra de verbo. ſignifi.abbate.in fin.ſ.eadem,quæſtio.prima.generaliter.Argumentum contra 29.quæſt.3.quę ſemel.ff.de contrahen.emp. l.eadem.Sed dicimus hoc verum eſſe cum ſuperioris auctoritate eccleſia deſtruitur. argu.contra, de conſecrat.diſtinctio. prima.placuit.

e ¶*Speculationis.*]id eſt, cognitionis & culturæ vnius Dei, ſicut olim dictum eſt a. Notus in Iudęa Deus,&c.nam modò vbique colitur.

a idē āt I.. cuius fuit hec gloſ. & idem Ioan. de Fan.

f ¶*Secundum legem*]eam ſequendo ad literam,quo ad cęremonialia.vt extra de conſti. tranſlato.

g ¶*Eiecit.*]ideſt oſtendit officia turpia, & immunda eſſe eijcienda.

Iuxta moralem autem talia dicemus: & primùm quidem de templo, de quo per prophetam dixit Deus [Domus mea domus orationis vocabitur.] Ergo ſecundum corporalem circunciſionem carnis, & ſecundum corporales legis feſtiuitates, & ſacrificia conſequenter & templum Dei æſtimabatur, quod ex lapidibus inſenſatis erat conſtructū, primùm quidē à Salomone [a], deinde reparatum ab Eſdra [b], poſteà verò poſt Chriſti aduentum à Romanis [c] deſtructum: & illa æſtimabatur domus orationis: qua deſtructa [d] neceſſe eſt, vt Iudæi quaſi nō iā habentes domū orationis,iā nō habeant priuilegiū ſpeculationis [e] Dei,nec poſſint ſecūdum legem [f] Deo ſeruire. ¶Hoc ergo facto omnia Chriſtus eiecit [g] in miſterio ſpiritualium actuum ſuorum, & tunc viſibiliter fecit,quod ſemper inuiſibiliter agit, eijciens vendentes, & ementes de templo, & menſas nummulariorum euertens, & cathedras vendentium columbas ad correptionē populi: vt non pro A mundanis feſtiuitates [h] in nomine Dei celebrent, nec emptionibus,& veditionibus vacēt in loco nō cōpetēti,in quo nō debēt emere,& vēdere:ſed orationibus vacare,qui cōgregant quaſi in domo orationis. ¶Nunc autem arbitror templum Dei ex lapidibus viuis conſtructum, eſſe eccleſiam Chriſti. Sunt autem multi in ea, non, ſicut decet, viuentes ſpiritualiter, ſed ſecundum carnem militantes: qui & domum orationis de lapidibus viuis conſtructam faciunt ſpeluncam eſſe latronum actibus ſuis, non eccleſia Dei dignis, ſed ſpelunca latronum. Qui enim conſiderat in multis eccleſijs talium Chriſtianorum peccata, qui arbitrantur quęſtum eſſe pietatem [i], & cū deberent de Euangelio viuere,ſecundum quod viuere decet ſeruos Dei, hoc nō faciūt, ſed diuitias, & multas poſſeſſiones acquirunt,nonne dicet ſpelūcam latronum factā eſſe ſub illis eccleſiam? vt rectè dicat Chriſtus ad eos ꝓpter diſſipationem eccleſiæ ſuę [Quæ vtilitas [k] in ſanguine meo, dū deſcendo [l] in corruptionem?] Item ipſe per Oſeæ† [m] tali modo. [Væ mihi quoniā factus [n] ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe,& ſicut qui racemum in vindemia, cum non ſunt † botri ad manducandū,primogenita. Væ animæ meæ: quia perijt timoratus à terra: & qui corrigat, in hominibus non eſt.] Et cū intellexeris Ieſum dicentem talia, & lugentē peccata noſtra, aſpice ſimul & illud,quod in Euangelio ſcribitur[Cum vidiſſet Hieruſalem fleuit ſuper eam, & dixit,quia ſi cognouiſſes [o] & tu.] Et ſi rationabiliter fleuit ſuper Hieruſalē, & rationabilius flebit ſuper eccleſiam,ædificatam quidem, vt eſſet domus orationis, factam autē propter turpia lucra,& luxus quorūdam(quod vtinam non eſſet) principum populi, ſpeluncam latronum. *& infrà.*¶Et arbitror conuenire verbum de venditoribus columbarū eis,qui tradunt [p] eccleſias auaris [q], & tyrānicis, & indiſciplinatis, & irreligioſis epiſcopis, aut presbyteris. Propter quod & cathedras tā tummodo appellauit Euangeliſta euerſas eſſe ab Ieſu.Et vtinam audirent hæc cum dicentis † admonitione ſcripturæ, qui gloriant de cathedris Moyſi,in quibus ſedent,& vendunt omnes eccleſias columbarum, & tradunt eas talibus præpoſitis, ad quos rectè dicatur à Domino per Hieremiam Prophetam[Principes poquli mei me non cognouerunt. Filij enim ſunt inſipientes,& non intelligentes: ſapientes ſunt ad malefaciendum, bene autem facere neſciunt.]

h ¶*Feſtiuitates.*] non ideo reprehenduntur, quia ad feſtiuitates veniunt,ſed quia non diuinis inſiſtunt officijs, ſed turpibus cātilenis. de conſec.diſt.3.c.2.

i ¶*Pietatem.*]ſuprà 3. q.5.accuſatores. Pſal.29.

k ¶*Quæ vtilitas.*] cū videt, quòd non poteſt proficere in eis, dicit, quare fundo ſanguinē meum? vnde dicit, in ſanguine meo effuſo propter peccata redimenda.

† Michæā] Orig. & eſt Mich.7.

l ¶*Dum deſcendo.*]per eos in corruptionem, ideſt ſi iterū corrumpitur eccleſia. nec enim dabis ſanctum tuum,i. Chriſtum videre corruptionem, ſ.quātum ad membra, quia omnes corrumpuntur & inficiūtur peccatis. Vel in corruptionem, i.putrefactionem, ſ.corporis, vt detineretur in morte ſicut cęteri.q.d.nulla, ſi hoc eſt: quia nulli annuntiabor: nullū lucrabor.

† al. ſit botrio] Orig.

Luc.19.

l ¶*Dum deſcendo.*]per varios gradus tormentorum,ſ.vulnerationē, verberationem,& colaphizationem.

m ¶*Per Oſeæ.*] in lib. 12.prophetarum, quorum primus eſt Oſeę, nam hoc in Michæa, c. 7.dicitur.

n ¶*Factus.*] i.pauper & inops, paucos acquirens, ſ.ad modū illorū qui pauca colligunt.

o ¶*Si cognouiſſes.*]ſupple fleres, vel conuerſa [b] eſſes ad fidem per prædicationē. & eſt ibi defectus locutionis. Et eſt argu. quòd nec teſtes,nec inſtrumēta vitiātur propter defectū locutionis.ſ. 1.q.3.ſaluator.& ff. de her.inſt. l.1.in fine.

b Sub. ſicut alij ſupplēt ꝯuerſa, &c.

Matt.23.

† decenti] Orig.

p ¶*Qui tradunt.*]non ergo tantùm ſimoniacis.& eſt ar.q vbi communis eſt cauſa,non refert cuius nomen exprimatur. C. de diuer. reſcrip.l.1. arg.61.diſt. miramur [c]. auctoritas enim præmiſſa tātùm de ſimoniaco loquit, ſed hic extendit eam etiam ad alios.Ioan.

Hier.4.

c Ad idem ext. de app. c.pen. C.de nat.lib.aut. ſi quis.

q ¶*Auaris.*]ſ.diſt. 85. Florentinum.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis dicens, quòd cum eccleſiæ & oblationes ſint in poteſtate epiſcoporum, tantùm de manu eorum ſunt recipiendæ.quod probat per ſeq.c. quorum primum planum eſt.

a ¶Omnes.

a OMnes.] ¶Poteſtate.] ſ.di.61.obitum.ſ.10.q.1.ca.3.ſ.ca.q.5.c.1.& 2.ſ.9.q.3.c.3.ſ.e.q.1.qui verè.ſ. 10.q.2. epiſcopus.niſi in aliquo ſpeciali priuilegio ab eius iuriſdictione ſint exemptæ.ext.de priui.cum & plantare.

NVllus.]CASVS.Dicitur in hoc ca. ꝙ nullus clericus in quacunque dignitate conſtitutus dēt tribuere curam animarum, vel prębendas alicui ſine auctoritate epiſcopi: cum iſta in epiſcopi poteſtate conſiſtant: & ſi quis contra fecerit,debet excōicari.
b ¶Archipresbyter.] Extra de offi. Archi.cū ſatis.arg.di.63. ſi in plebibus.Arg. contra. 25. di.c.1. Iſtud c.multum facit contra archidiaconum. Sed illi qui dicūt ꝙ archidiaconus, vel alij p̄lati ex officio ſuo poſſunt dare prębēdas, &c. intelligūt hoc ſine licētia generali. " Qui dicunt contra. per hoc c.intelligunt illud,ſi in plebibus.de ſpeciali licentia: quando,ſ.epiſcopus ſpecialiter ei cō cedit vt aliquem inſtituat.de conceſ.pręb.cōſtitutus.hoc eñ delegari pōt, vt ext.de p̄b. cū ſecundum.niſi hoc habeat ex generali cōſuetudine, vel ſpeciali,dū eſſet præſcripta. arg. tñ pro eis extr.de elec. cū in cūctis.ext.de of.del. ſuper eo. Sed illud c.ſi in plebibus. intelligit de cuſtodia,vt extra de app.bonæ.

" Archidiacon⁹ an poſſit inſtituere.

1 Pol.l.3.ti. 12. Bur.l.3. ca. 8.Iuo p. 3.c.10.

† al. ex concilio Rothomagenſi.

c ¶Epiſcopi.] vel capituli, cū eccleſia vacat. arg.ext. de hęre.ad abolendā. imo vniuerſitas bene p̄t conferre curā animarum.arg. extr.de conceſ.præb. nulla.
d ¶Item Gregorius.] Hic mutat Gratianus materiam.

SI quis deinceps.]CASVS.Præcipit Gre. in hoc.c. vt nullus clericus recipiat inueſtituram epiſcopatus,vel alicui⁹ eccleſiaſticæ dignitatis de manu laici.& ſi fecerit,inueſtitura non valeat: nec ei audientia præbeatur, ſi causā aliquā voluerit prætendere,vel ſi voluerit appellare: ſed introitus eccleſię ei ĩterdicatur, donec deſerat quod malè accepit.Laic⁹ verò in quacunq; dignitate poſitus q p̄ſumpſerit hoc, ſimili ſñia puniatur.

2 l. 6. regeſti eiuſdem.

e ¶Deinceps.] ſuprà diſtinctio.63.ſi per ordinationem.
f ¶Audientia.] Hic excommunicato non datur audientia. ſic ſuprà 6.quæſtione 1.§.verum.& 23. quęſtione 5. non vos. ſ.diſt.23.in nomine.ĩ.24.q.3.de illicita.Io. Hæc glo. per hoc cap. non probatur.B.

A ¶Pro mundanis.] *Apud Origenem legitur*,vt non pro mundi feſtiuitatibus in nomine Dei emptionibus,& venditionibus vacent.*Et hoc quidem propter gloſſam mutatū non eſt: multa verò alia partim ex originali, partim ex vetuſtis codicibus ſunt & emendata, & locupletata.*

Cum ergo eccleſiæ, & oblationes earum non conſiſtant,niſi in poteſtate epiſcoporum, patet profectò,quòd non ſunt ab alio recipiendæ, quàm de manu eorum.

Vnde in Aurelianenſi concilio 1. cap.19. ſtatutum eſt.

¶Omnes baſilicę ad eum pertinent epiſcopum, in cuius territorio poſitæ ſunt.

CAP. X.

1 OMnes baſilicę,quę per diuerſa loca conſtructæ ſunt, vel quotidie cōſtruūtur, placuit ſecundum priorum canonum regulam, vt in eius epiſcopi poteſtate [a] conſiſtant, in cuius territorio poſitæ ſunt.

Item Calixtus † Papa.

¶Archidiaconus, archipresbyter, præpoſitus,vel decanus, nec officia, nec beneficia eccleſiaſtica ſine conſenſu epiſcopi tribuat.

CAP. XI.

NVllus omnino archidiaconus, aut archipresbyter [b], ſiue præpoſitus,vel decanus animarum curam,vel præbendas eccleſiæ ſine iudicio, vel conſenſu epiſcopi [c] alicui tribuat: imo, ſicut ſanctis canonibus conſtitutum eſt, animarum cura, & pecuniarū eccleſiaſticarū diſpenſatio in epiſcopi iudicio,& poteſtate permaneat. Si quis verò contra hoc facere,aut poteſtatē, quæ ad epiſcopum pertinet, ſibi vēdicare præſumpſerit,ab eccleſiæ liminibus arceatur.

Item Gregorius [d] ſeptimus in generali ſynodo præſidens dixit,capit. 1.& 2. [2]

¶De manu laici epiſcopatus,vel abbatia ſuſcipi non debet.

g ¶Interdicimus.] " Ex hoc videtur quòd tales ipſo iure ſunt ſuſpenſi. Sed contra videtur extra de iure patr. pręterea. 1.vbi dicitur, quòd tales ſunt excommunicandi.Ad hoc quidam dicunt, ꝙ non ſunt ſuſpenſi [a], ſed ſunt ſuſpendendi.& exponunt interdicimus,id eſt,interdicendum dicimus.Tu potes dicere quòd ſunt ſuſpenſi à canone: & ſic ſuſpenſus à ſuo prælato poteſt abſolui: cum conditor canonis ſibi non reſeruauerit abſolutionem. extra de ſenten.excommun.nuper. Si autem aliquis ſub tali conditione ſuſpenditur donec pœniteat: tunc quàm cito pœnitet, ſtatim eſt abſolutus, vt 15. quæſtione 6. nos ſanctorum. 81. diſtinctio. ſi quis amodo. H. tamen excipit duos caſus, in quibus talis qui recepit eccleſiam à laico, non eſt ipſo iure priuatus, ſcilicet cum accedit poſteà conſenſus epiſcopi, vt ſ.ead.quęſtione 1.quoniam. & cum clericus præſcripſit, vt extra de iure patro. cura paſtoralis. Melius poteſt dici, quòd tunc demum eſt priuatus quando recipit eccleſiam tanquā volēs eſſe prælatus: ſed ſi recipit eam quaſi ꝓprietatem aliquam, nō vt ibi ſit prelatus: tunc non eſt ſuſpenſus ipſo iure. & ſic loquitur illud cap. cura paſtoralis.hodie tamen non videtur quòd talis poſſit abſolui ab epiſcopo: quia ineligibilis factus eſt, vt extra de electio. quiſquis.
h ¶Inueſtituram.]Sed nunquid per inueſtituram receptam à laico factus eſt quis poſſeſſor? Argument. quòd non. extra de donatio. per tuas. & extra de ijs quę fiunt à maio. par. cap. ex orc. & extra de ſen. & re iu. cum aliquibus.Argumen. contra extra de conſue.ca. 2.in fi. [b] & ext. de ſuc. ab inte. cum dilectus. ff. de contrahen. empt. clauibus. & infrà ead. contra.in fin.

" Eccleſiā recipiens a laico vtrum ſit ſuſpēſus.

a ſc.à ſacramentis. ſ.h id quod no. 63.di. ſi qs per ordinationem. ibi videas.

CAP. XII.

3 SI quis deinceps [c] epiſcopatum, vel abbatiam de manu alicuius laicæ perſonæ ſuſceperit, nullatenus inter epiſcopos, vel abbates habeatur: nec vlla ei vt epiſcopo,ſeu abbati audientia [f] concedatur. Inſuper ei & gratiā beati Petri, & introitum eccleſiæ interdicimus [g], quouſque locum, quem ſub A crimine tā ambitionis, quàm inobedientiæ (quod eſt ſcelus idololatriæ)cepit,reſipiſcendo nō deſerit. Similiter etiam de inferioribus eccleſiaſticis dignitatibus conſtituimus. *Item,c.2.*

3 Anſe. l.6. c.73. Deuſd.p. 1.

1.Reg.15.

¶Si quis imperatorum, regū, ducum,marchionum,comitū, vel quilibet ſecularium poteſtatum, aut perſonarum inueſtituram † [h] epiſcopatuum, vel alicuius eccleſiaſticæ dignitatis dare præſumpſerit, eiuſdem ſententiæ vinculo ſe eſſe ſciat obſtrictum.

† inueſtituras] Ori.

A ¶Sub crimine.] *Anteà legebatur*, ſub crimine tā inobedientiæ, quàm ambitionis, ex qua ſcelus idololatriæ cepit. *Emendatum eſt ex concilio ipſo, & Anſelmo.Et eſt locutio valde familiaris Gregor. 7. ex primo Reg.cap.15.*

Idem ibidem,cap.3.

¶Excōmunicationi ſubiaceat, nec inueſtiturę ſumat fructum, qui de manu laici eccleſiam ſuſceperit.

CAP. XIII.

4 QVoniam inueſtituras eccleſiarum cōtra ſtatuta ſanctorum patrum à laicis perſonis in multis partibus cognouimus fieri,& ex eo plurimas perturbationes in eccleſia (imo ruinam ſanctæ religionis) oriri, ex quibus Chriſtiana religio conculcatur: decernimus, vt nullus clericorum inueſtituram epiſcopatus, vel abbatiæ, vel eccleſię de manu imperatoris, vel regis, vel alicuius laicæ perſonæ, viri, vel fęminæ [i] ſuſcipiat. Quod ſi præſumpſerit,recognoſcat inueſtituram illā Apoſtolica auctoritate irritam eſſe, & ſe vſque ad condignā ſatisfactionē excommunicationi ſubiacere.

4 Polyc.l.2. tit.4.Anſel. l.6.c.73.

b De hoc in gl.vlti.de renun.ſanè.& ext.vt li.pé. eccleſia. in glo.co ipſo, &c.

QVoniam inueſtituras.] CASVS. Significatum fuit Gregor. quòd quidam clerici recipiebāt de manu laicorum inueſtituram dignitatū, vel eccleſiarū.quare p̄cipit Gregorius ne hoc decætero fiat. & ſi quis præſumpſerit, nec inueſtitura valebit: & ipſe vſque ad dignam ſatisfactionē ſubiacebit excommunicationi.
i ¶Vel fœminę.] Arg.ꝙ ad præſentationem fœminæ poteſt quis inueſtituram conſequi, vt ext.de iur.patr.ex literis.

Sanè

Sanè Theſſalonicenſi.] Casus. Hoc capit. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd Theſſalonicenſes epiſcopi metu Anaſtaſij Imperatoris conſenſerunt Timotheo hæretico patriarchæ Conſtantinopolitano: qui concilium Chalcedonenſe anathematizauerat. ſed xl. epiſcopi Illyrici & Græciȩ facta profeſſione in ſcriptis diſcedentes ab eo adhæſerunt Papæ. In ſecunda parte dicitur, quòd Dioſcorus minor per manum regis factus eſt epiſcopus: & ideo populi ab eo diſceſſerunt. *Impoſitionem*, id eſt, confirmationem. Sequentia tria c. plana ſunt.

1 Di. 63. omnis electio. Deuſd. p. 1. Burc. l. 3. c. 109. Iuo p. 3. c. 85. & p. 5. c. 119.

a ¶*Diſceſſerunt.*] ſ. 8. q. 4. nonne. contra. Solu. iſte inciderat in hæreſim iam damnatam: & ſic ſententia canonis erat lata in ipſum, vt 24. queſt. 1. Achatius. item talis cõiuratio nõ fuit vitioſa: & ſic non obſtat 11. quæſtio. 1. ſi quis clericorum.

† cui] Orig.

b ¶*Principes.*] Ergo canonici poſſunt recedere ab epiſcopo, quẽ Rex inueſtiuit. 79. diſtinctio. ſi quis per pecuniam.

2 Deuſd. par. 1.

† al. ruſticorum] Orig.

Sicut Domini.] Casus. Dicitur in hoc cap. quòd ſicut veſtimentum Domini nõ fuit diuiſum: ita eccleſia ſcindi non debet, quæ tota eſt in vnitate & poteſtate epiſcopi, à quo eccleſiæ debent ordinari: & ſi contra fiat, clerici & eccleſiæ interdicantur.

c ¶*Scindi.*] diuidi tamen poteſt eccleſia, vt de vna fiant duæ: ſed non ita diuidi, vt vna permaneat. ſuprà ead. queſtio. 1. plures. Idem eſt in præbenda, vt extra de preb. maioribus. ſimiliter in prouinciis, vt 100. di. c. 1. ff. de off. aſſeſſo. ſi eadem.

d ¶*Et eccleſiæ.*] Sic ergo propter delictum vnius hominis ſubijcitur tota terra ĩterdicto, vt extra de ſpon. nõ eſt vobis.

Per laicos.] Casus. Tria prohibet in hoc ca. Alexander. Primum eſt, vt nullus clericus obtineat eccleſiã per laicos pretio, vel gratis. Secundum, vt nullus fiat monachus ſub hac ſpe vt ipſe abbas fiat. Tertium eſt vt nullus presbyter duas habeat eccleſias.

3 Cã. Apo. 31.

e ¶*Spem.*] hoc cap. intelligit Hu. niſi aliqua promiſſio præuenerit ſpem ſuam: aliàs (vt dicit) poſſunt monachi conuenire in aliquem, & dicere ei, ſumas habitum: volumus te eligere in abbatem cum fueris fact⁹ monachus. & quòd taliter poſſint conuenire in aliquem, eſt argumen. 61. diſtin. cap. bene. “ nam & laicus ſic poteſt poſtulari in epiſcopum, vt 61. diſt. Oſius. licitè enim poteſt quis habere ſpẽ de dignitate, vt 61. diſtin. quid proderit. 74. diſtin. conſuluit. 8. q. 1. qui epiſcopatum. 77. diſtin. cap. 2. 59. diſt. ſi officia. Ioan. Sed hoc non credo: quia neophytus non poteſt eſſe abbas, vt extra de elec. cum cauſam. & melius extra de elect. officij. & c. cum ad noſtrã. B.

“ Laicus in epiſcopum poſtulatur.

f ¶*Duas.*] intitulatas, niſi ſint pauperes, vt extra de ætat. & qual. cam te. & 10. quæſtione 3. vnio [a].

Quoniam.

a Ad idem 21. q. 1. cap. 1. & c. relatio. H.

Item ex canone Apoſtolorum 31.

¶De eodem.

CAP. XIIII.

1 SI quis epiſcopus ſecularibus poteſtatibus vſus, eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur & ſegregetur, omneſque, qui illi communicãt.

¶*De hoc canone notatum eſt ſuprà diſtin. 63. cap. omnis electio. in verſ. ſegregetur.*

Item ex Chronico Anaſt. bibliothecarij.

¶De eodem.

CAP. XV.

SAnè Theſſalonicenſi epiſcopo communicante ob metum imperatoris Anaſtaſij Timotheo Conſtantinopolitano epiſcopo, quem † conciliũ Chalcedonenſe anathematizauerat, quadraginta epiſcopi Illyrici, & Græciæ conuenientes in vnum per profeſſionem in ſcriptis factam, vt à proprio metropolitano, diſceſſerunt [a] ab eo, & Romam mittẽtes Romano cõmunicare in ſcriptis profeſſi ſunt, *& paulò poſt.*

¶ Cũ 2 A Dioſcorus (*iunior*) manus impoſitionẽ accepiſſet, receſſerunt multitudines populorum † dicentes, quia niſi ſecundum quòd ſanctorum continent Apoſtolorum canones fiat, non recipietur epiſcopus. Principes [b] enim inthronizauerant eum.

¶*Caput hoc acceptum eſt ex Chronico Anaſtaſij bibliothecarij in ijs, quæ de Anaſtaſio imperatore narrat: multaque ex ipſo originali ſunt emendata.*

A ¶Cum Dioſcorus.] *Hæc eſt altera electio à priore, & ipſa facta non canonicè, & poteſtate laica: nam prior eſt Timothei ad ſedem Conſtantinopolitanam: hæc verò poſterior Dioſcori iunioris ad Alexãdrinam. Vtraque verò à bibliothecario copioſè exponitur.*

Item Paſchalis Papa II.

¶Excommunicetur, qui per laicos eccleſias obtinet.

CAP. XVI.

iij SI quis clericus, abbas, vel monachus per laicos eccleſias obtinuerit, ſecundum ſanctorum Apoſtolorum canones 3, & Anthiocheni A concilij capitulum, excommunicationi ſubiaceat.

¶*Capitis huius, & ſequentis ſenſus eſt in fragmento manuſcripto concilij apud Guardaſtallum à Paſchali habiti anno Domini 1116. quod in bibliotheca Vaticana ſeruatur. Nam clerus etiam gen. 36. narrat Paſchalem apud Trecas concilium habuiſſe: vbi inter multa ſententiam de libera paſtorum electione, et de coercẽda laicorum in eccleſiaſticas dignitates præſumptione iuxta prædeceſſorum ſuorum decreta promulgarit.*

A ¶Antiocheni.] *In cõcilio Antiocheno nihil expreſsè ſtatuitur cõtra eos, qui per laicos obtinent eccleſiaſticas dignitates. Verùm cap. 23. præcipit, vt in epiſcopo eligẽdo ſeruetur ius eccleſiaſticum. nempe, vt non eligatur epiſcopus, niſi cum ſynodo, & iudicio epiſcoporum: quibus verbis laici videntur excludi. In ſynodo autem Nicena ſecunda, c. 3. repetitur, & confirmatur canon Apoſtolorũ.*

Idem.

¶Qui per laicos eccleſias obtinet, & qui manus imponit, communione priuetur.

CAP. XVII.

COnſtitutiones ſãctorum canononum ſequentes ſtatuimus, vt quicunque clericorum ab hac hora in antea inueſtituram eccleſiæ, vel eccleſiaſticæ dignitatis de manu laica acceperit, & ipſe, & qui ei manum impoſuerit, gradus ſui periculo ſubiaceat, & communione priuetur.

Idem. ¶De eodem.

CAP. XVIII.

4 NVllus laicorum eccleſias, vel eccleſiarum bona occupet, vel diſponat. Qui verò ſecus egerit, iuxta beati Alexandri A capitulum ab eccleſiæ liminibus arceatur.

4 Polyc. l. 2. tit. 4.

A ¶Alexandri.] *In epiſtolis Alexandri Papæ primi, nihil legitur, quod ad hanc rem pertineat. Verùm in epiſt. Alex. ij. in qua ſynodum à ſe habitam repetit (quæ epiſtola ex vetuſto codice deſcripta Romam ex Hiſpania miſſa eſt) hæc inter alia habentur.* Decimæ, & primitiæ, ſeu viuorum & mortuorũ oblationes eccleſijs Dei fideliter reddãtur à laicis: & vt in diſpoſitione epiſcoporum ſint: quas qui retinuerint, à ſanctæ eccleſiæ communione ſeparentur, *quod ferè eſt idem cum c. præcipimus. ſuprà ea. q. 2. ex Nicol. ij.*

Idem. ¶De eodem.

CAP. XIX.

SIcut Domini veſtimentum ſciſſum non eſt, ſed de eo ſortiti ſunt, ita nec eccleſia ſcindi [c] debet: quia in vnitate tota conſiſtit. In poteſtatem ergo proprij epiſcopi eccleſiæ reducantur: & ab ipſo (ſicut ſacris canonibus cautum eſt) ordinentur. Alioquin & eccleſiȩ [d] ipſæ, & clerici earundem diuinis deſtituantur officijs.

Item Alexander Papa ij.

¶Nullus clericus per laicos eccleſiam obtineat.

CAP. XX.

PEr laicos nullo modo quilibet clericus, vel presbyter obtineat eccleſiam, nec gratis, nec pretio. Nullus habitum monachi ſuſcipiat, ſpem [e], aut promiſſionem habens, vt abbas fiat. Nullus presbyter duas [f] habeat eccleſias.

¶*Habetur in eadem epiſtola Alexandri II. paulò ſuperius in ca. nullus laicorum. citata. Nam ſtatim poſt ver. ſeparentur. ſequitur,* & vt per laicos, &c.

Item ex concilio Chalcedonen. capit. 26.

¶Singuli epiſcopi ſuos habeant œconomos.

CAP.

C A P. XXI.

2 1 QVoniam in quibuſdam eccleſijs, vt rumore [a] comperimus, præter † œconomos epiſcopi facultates eccleſiaſticas tractant, placuit omnem eccleſiam habentem epiſcopum [b], habere œconomum de clero [c] proprio, qui diſpenſet res eccleſiaſticas ſecundum ſententiam proprij epiſcopi: ita vt eccleſiæ diſpenſatio præter teſtimonium A [d] non ſit: & ex hoc diſpergãtur eccleſiaſticæ facultates, & ſacerdotio maledictionis B derogatio procuretur. Quòd ſi hoc minimè fecerit, diuinis conſtitutionibus ſubiacebit.

A ¶Teſtimonium.] *In vulgatis ſequebatur,* epiſcopi, *quæ vox inducta eſt auctoritate mvnuſcriptorum, & originalis ex verſione Dionyſij, quæ concordat cum priſca, & Græcis verbis. Alia etiam nonnulla ſunt emendata.*

B ¶Maledictionis.] *Græcè eſt,* καὶ λοιδορίαν τῇ ἱερωσύνῃ προστρίβεσθαι. *quod in priſca verſione eſt,* & ſacerdotali dignitati obtrectatio generetur.

Item ex concilio Hiſpalenſi 2. cui interfuit Iſidorus, c. 9.

¶Laici non ſunt conſtituendi ęconomi, ſed ex proprio clero eligendi.

C A P. XXII.

2 IN nona actione [e] didicimus quoſdam ex noſtro collegio contra mores eccleſiaſticos, laicos habere in rebus diuinis conſtitutos œconomos. 3 Proinde pariter tractantes eligimus, vt vnuſquiſque noſtrûm ſecundum Chalcedonenſium patrum decreta, ex proprio clero œconomum ſibi conſtituat. Indecorum eſt enim laicum vicariũ eſſe epiſcopi, & ſeculares in eccleſia iudicare [f]. In vno [g] enim eodemque officio non debet diſpar eſſe profeſſio. Quod etiam in lege diuina ꝓhibetur, dicente Moyſe [Non arabis in boue ſimul & aſino:] id eſt, homines diuerſæ ꝓfeſſionis in officio vno non ſociabis. Vnde & oportet nos & diuinis libris, & ſanctorum patrum obedire præceptis, conſtituentes, vt hi, qui in adminiſtrationibus eccleſiæ Pontificibus ſociantur, diſcrepare non debeant nec profeſſione, nec habitu [h]. Nam cohærere, & coniungi non poſſunt, quibus & ſtudia, & vota diuerſa ſunt. Si quis autem epiſcopus poſthàc eccleſiaſticã rem, aut per laicalem procurationem, adminiſtrandam elegerit, aut ſine teſtimonio œconomi gubernandam crediderit, verè vt contemptor canonum, & fraudator eccleſiaſticarum rerum, non ſolùm Chriſto de rebus pauperum iudicabitur reus, ſed etiam concilio manebit obnoxius.

Item in ſynodo Romana tertia Symmachi Papæ. c. 3. [4]

¶Non habeat laicus aliquid ſtatuendi in eccleſia facultatem.

C A P. XXIII.

5 NOn placuit † laicum ſtatuendi in eccleſia (præter Papam Romanam) habere aliquam poteſtatem: cui † obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi.

Item ibidem Eulalius Epiſcopus Syracuſanæ eccleſiæ dixit. [6]

¶Eccleſiaſticas facultates laici diſponere non poſſunt.

C A P. XXIIII.

7 LAicis, quamuis religioſis, nulla de eccleſiaſticis facultatibus A aliquid diſponendi legitur attributa facultas [i].

A ¶Facultatibus.] *Ante legebatur,* dignitatibus. *Emendatum eſt ex originali, (vt ſupra diſt. 96. Bene quidem.) epiſtola Stephani primi, ex decreto Paſchalis II. manuſcripto: quibus locis hoc idem repetitur.*

Item Calixtus Papa.

¶Laicus ſacrilegus habetur, qui diſpoſitionem, vel dominationem rerum eccleſiaſticarum vſurpat.

C A P. XXV.

iiij SI quis principum, vel aliorum laicorum diſpoſitionem, ſeu dominationem † [k] rerum, ſiue poſſeſſionum eccleſiaſticarum ſibi vendicauerit, vt ſacrilegus iudicetur.

Q*Voniam.*] Hæc eſt 2. pars quæſt. in qua dicitur, ꝙ nullus epiſcopus gubernare debet res eccleſiæ ſine œconomo, id eſt, clerico. & hoc probat per 5. c. Io. de Fant.

CASVS. Dictum fuit in Chalcedonenſi concilio, ꝙ epiſcopi ſine œconomis facultates eccleſiæ gubernabant: & ideo ſtatutum fuit, vt omnis epiſcopus de proprio clero habeat ęconomũ, ꝗ res eccleſię diſpenſet ſecundum voluntatem epiſcopi: & ad hoc vt res eccleſię nõ diſpergantur, & epiſcopus ꝓpter hoc non infametur, qui contra fecerit, canonicis conſtitutionibus ſubiacebit: quia (vt dicit Benc.) deponetur.

1 Diſt. 89. qa in quibuſdã Anſelm. l. 6. c. 143.

† al. nõ per] δίχα οἰκονόμων ſine œconomis.

a ¶*Vt rumore.*] Ei tamen nõ creditur, vt extra de eo qui cogno. cõ ſang. vxo. ſuæ, ſuper eo.

b ¶*Epiſcopum.*] ſimiliter & aliæ conuentuales eccleſiæ habebunt œconomum, vt 9. q. 4. cũ ſcimus. & quandoq; parochiales eccleſię, vt ext. de off. ordi. cũ vos. " & regulariter debet œconomus eligi ꝑ epiſcopum, vt 9. q. 3. cum ſcim⁹. C. de epiſ. & cle. omnes. §. ſed nihilominus. niſi conſuetudo ſit ꝙ capitulum eligat. de ele. cum eccleſia. Dicitur autẽ œconomus " cui res eccleſiæ gubernandæ mandantur. C. de ſac. ſan. ec. iubemus. " Vicedominus autem dicitur, qui adminiſtrat res epiſcopi, vt 89. di. volumus.[a] Syndici appellantur qui ad vniuerſitatem cauſarũ conſtituuntur. Actor verò ad vnã cauſam, & ab vna perſona poteſt conſtitui, vt ff. qđ cuiuſq. vniuer. l. item. §. 2. inſt. de cura. §. vlt. Nec obſtat quod eſt ff. de mu. & ho. l. munerum. §. defenſores. vbi dicitur ꝙ Syndicus eſt qui ad certam cauſam conſtituitur: quia ibi largè ſumitur nomẽ ſyndici pro quolibet defenſore.

" œconomus à quo eligatur.

" Oeconomus qs dicatur.

" Vicedñs qs dicatur.

a Adde q̃ ſit dr̃ia inter œconomũ, actorem, & ſyndicum, not. Bar. & gl. i l. actor. ff. rem rat. hab.

2 Burch. l. 1. cap. 89. Iuo p. 5. c. 195.

3 c. proxim. ſuperiore.

c ¶*De clero proprio.*] Arg. contra, ext. de iura. cal. Imperatorum. vbi dicitur, ꝙ œconomus non erit vnus de collegio.[b] ſed ibi ponitur œconomus pro ipſo ſyndico.

b đ hoc no. ff. ꝙ cu. vni. l. planè. in Spe. đ ſynd. verſi. debet aũt fieri, &c. ibi videas.

d ¶*Teſtimonium.*] s̃. 2. quæſt. penul. cum paſtoris.

I*N nona actione.*] CASVS. In concilio Hiſpalen. fuit relatum ꝙ epiſcopi in rebus eccleſiæ diſpenſandis laicos habebãt ęconomos. Et ideo ſtatutum fuit vt iuxta Chalcedonen. cõcilium vnuſquiſque epiſcopus de proprio clero œconomum conſtituat clericum, & non laicum. Et hoc probat tribus rationibus. Prima eſt, quia in vno & eodem officio non debet eſſe diſpar profeſſio. Secunda eſt, quia lex Moſaica dicit, Nõ arabis in boue & aſino. Tertia eſt, quia conuenire non poſſunt, quibus vota & ſtudia ſunt diuerſa. Si quis autem rem eccleſiæ gubernauerit per laicum, aut ſine ęconomo, apud Deum indicabit reus: & concilio manebit obnoxius. Sequentia tria c. patent.

Deut. 22.

e ¶*In nona actione.*] id eſt, dic.

f ¶*Iudicare.*] ita diſt. 89. decenter.

g ¶*In vno.*] 12. q. 2. cognouimus.

h ¶*Nec habitu.*] "Nũquid ergo albus monachus põt eſſe monachus inter nigros? videtur ꝙ non: quia quilibet confirmabit ſe moribus eorum inter quos viuit, vt 41. diſt. quiſquis. nam ex diuerſitate habitus ſcãdalũ generatur, vt 12. di. illa. 33. q. 5. qđ Deo. E contra videtur ꝙ non eſt ibi diſpar profeſſio, cũ tãtùm monachalis profeſſio ſit ibi. nam dummodo clericalis profeſſio ſit, ibi vna profeſſio dicitur. 12. q. 1. duo. ꝑterea videtur ꝙ monachus poſſit fieri canonicus, vt 74. di. quorundam.[c] & ꝓlatus maior in ſeculari eccleſia, vt 58. diſ. c. 2. & etiam epiſcopus in ſeculari, vt 18. q. 1. c. 1. & ſic videtur ꝙ licitè poſſit eſſe in eadẽ eccleſia diſpar habitus quantum ad colorem veſtium. quod ſatis p̃t admitti. Et hoc H. cõcedit. tamen quantò magis ſe poſſunt tales cõformari alijs in exteriori habitu, hoc faciant, ne ſcandalum fiat. vnde monachus factus canonicus vel epiſcopus non abijciat habitum: ſed retento habitu deſuper ferat habitum in quo magis cõueniat eis, inter quos eſt, vt ext. de vit. & honeſt. cler. De us qui.

"Monachus alb⁹ an poſſit hr̃e locũ inter nigros.

4 s̃. diſt. 96. bene quidẽ.

5 Deuſd. p. 1. & 4. Anſ. l. 5. c. 9.

† Non licuit laico] Orig. al. nõ licuit laicis. di. 96.

† al. quos

c Hoc ꝑ iſtđ c. ñ ꝓbatur, vt ibi no. ſecũdũ H. & L. hic allerũt. arg. ext. de vi. & ho. cle. Deus q. vbi de hoc. Sed ibi Hoſ. no. cõtrariũ, & eſt exp̃ſſum ſcđm eũ, ex. de reg. ſuper eo. vbi đt, & eſt efficax. arg. extr. de re. do. inter. vbi hoc ẽt no. à quo dicto ñ receдas. & clarè colligo ext. de reg. ſicut in antiqua. vbi fuit iſte caſus. Arc.

i LAicis.] ¶*Facultas.*] Hoc verum eſt de iure communi, vt 96. diſ. bene quidem. ſecus ſi habeat hoc ex ſpeciali priuilegio: ita tamen, vt nunc duret illud priuilegium, vt 63. diſtinctione in ſynodo.

6 Et epiſt. 2. Stephani 1. c. 9. & in decretis Paſchalis ij. manuſcri.

S*I quis principum.*]

k ¶*Dominationẽ.*] infrà 23. q. 8. conuenior. 12. quæſtio. 2. quicunque.

7 Polyc. l. 6. tit. 1. Deuſdedit p. 4.

† al. donationem

Piæ mentis.] Hæc eſt 3. pars q. in qua dicitur quid iuris habeant patroni in eccleſijs: & hoc probat xj. auctoritatibus. Io. de Fant.

Casvs. Quidam nomine Iulius ſupplicauit Gelaſio, vt eccleſiam quam in poſſeſſione Iuliana fundauerat in honorē ſancti Viti confeſſoris, faceret conſecrari. quare præcipit Gelaſius Senecioni epiſcopo in cuius parochia eccleſia illa fundata erat, vt recepta prius donatione, quam fundator miniſtris eccleſiæ aſſerit feciſſe, eā debeat conſecrare: nec aliquid vlterius habeat in eccleſia Iulian⁹ præter aditū proceſſionis, *id eſt*, iuriſpatronatus.

a ¶*Piæ mentis.*] Nūc vide quale ius patroni habeant in eccleſia. " Eſt autem iuſpatronatus quoddam ius quod non eſt merè ſpirituale, nec etiam merè temporale. ſpirituale non eſt: quia competit laico, & tranſit ad hæredes, vt j. ead. conſiderandum. tēporale nō eſt, quia vendi non poteſt, vt ext. de iurepat. de iure. Nec poteſt dici ꝙ partim ſit tēporale, partim ſpirituale: cum ipſum ſit ſimplex, nec recipiat diuiſionem, vt ext. e. ti. c. 1. tamen bene concedo ꝙ ſit partim temporale, & partim ſpirituale: & tamen ſimplex eſt: qa talis diuiſio potius ad intellectum referenda eſt, quàm ad actum referenda eſt, vt dicit lex, quæ dicit, ꝙ illud quod dicitur, ꝙ ſeruus dicitur communis, potius ad intellectum quàm ad actū eſt referendum, vt ff. de ſtip. ſer. ſeruus communis. dicitur tamen annexū ſpirituali: ext. de iurep. de iure. "Efficitur autem quis patronus tribus de cauſis: dotatione, conſtructione, & fundatione. vnde verſus: *Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.* Dotatione & conſtructione, vt j. e. filijs. Fundatione, vt 18. q. 2. abbatem. Si quis autem poſt conſecrationē dat aliquid eccleſię, ꝓ hoc non fit patronus: ſed qui ante conſecrationē dat aliquid eccleſiæ, fit patronus: hoc ideo, quia ille perducit rem de nō eſſe ad eſſe. Itē alia ratione, quia ſi poſt conſecrationem fieret aliquis patronus, iam videretur imponi ſeruitus rei ſacrę: quod eſſe nō debet, vt ff. de ſer. ſeruitutes. 2. §. vlti. & ꝙ humani iuris eſſe deſinit, ſeruitutem non recipit. ff. com. præd. l. caueri. "Sūt autem tria quę cōſequitur patronus, honorē videlicet, onus, & vtilitatem, honorē habet in præſentando, onus habet in defendendo eccleſiam, ne quis dilapidet eam, vt j. e. filijs. Vtilitatem habet: quia ſi vergit ad inopiam, prouidebit ei eccleſia, vt j. e. quicūque. & licet omnibus pauperibus teneatur prouidere, tamen ei abundantius quā alij, vt ext. de teſta. cum in officijs. "Transfertur autem ius patronatus quatuor modis in alium. Primò,

" iuſpatronatus quale eſt.

1 Anſ. l. 5. c. 9.

† al. Senilius

† al. Iuuiniana.

2 Pol. l. 3. ti. 12. Anſ. l. 5. c. 11.

† al. Frigetius

" Patronus ex trib⁹ cauſis efficitur.

† al. quæ

† al. deuotione

" Patronus tria cōſequitur ex iure patronatus, honor, onus & emolumētum.

"iuſpronat⁹ quadrupliciter transfertur, res permutata, donatio, venditioque.

¶*Inter decreta Calixti, ex quo citatur, non eſt inuentum. Habetur in decretis Paſchalis II. manuſcriptis, c. 5. ſed non eſt mutatum nomen Calixti: quia Pontifices iſti, qui iiſdem ferè temporibus fuerunt, frequenter eadem decreta ſuorum anteceſſorum repetebant.*

Item Gelaſius Papa Senecioni Epiſcopo.

¶In eccleſia, quam quis ædificat, nihil ſibi præ cæteris vendicet.

CAP. XXVI.

3 [1] PIę mentis [a] amplectenda deuotio eſt, qua ſe† Iulius nobis in re Iuliana † ſui iuris fundaſſe perhibetur eccleſiam: quam in honorem ſancti Viti confeſſoris eius nomine cupit conſecrari. Hanc igitur frater chariſſime (ſi ad tuam diœceſim pertinere nō ambigis) ex more cōuenit dedicari, collata [b] primitus donatione ſolemni, quam miniſtris eccleſiæ deſtinaſſe ſe præfati muneris teſtatur oblator, ſciturus ſine dubio præter proceſſionis [c] aditum, qui omni Chriſtiano debetur, nihil ibidem ſe proprij iuris habiturū.

Idem.

¶De eodem.

CAP. XXVII.

2 FRigentius † verò petitoria nobis inſinuatione ſuggeſſit, in re ſua, quod† ſextilianum vocatur, baſilicam ſe ſanctorum Michaëlis Archangeli, & Martini cōfeſſoris pro ſua defenſione † fundaſſe. Et ideo frater chariſſime, ſi ad tuam pertinet parochiam, benedictionem ſupra memoratæ baſilicæ ſolemni veneratione depende. Nihil tamen ſibi fundator ex hac baſilica nouerit vendicādum, niſi proceſſionis aditum, qui Chriſtianis [d] omnibus in commune debetur.

Item Clemens ep. 2. ad Iacobum.

¶De eodem.

CAP. XXVIII.

3 ECcleſias per congrua [e], & vtilia facite loca: quas† diuinis precibus ſacrare oportet, & A in ſingulis ſacerdotes diuinis orationib. Deo dicatos poni, quos ab omnibus venerari oportet, & nō à quoquam grauari.

A ¶Et in ſingulis.] *Addita ſunt hæc vſque ad ver. quos. ex originali.*

3 De conſe. diſt. j. eccleſias.

Item Leo quartus † Carolo regi.

¶Laici presbyteros de eccleſijs non eijciant.

CAP. XXIX.

4 COntra ſanctorum patrū cenſuras videtur exiſtere, ſi ſecularis, vel laicus presbyteros ab eccleſijs, in quibus tempore ordinationis eorum nominati A [f], vel introducti fuerint, videtur † expellere [g].

4 Deuſd. p. 4. Iuo p. 3. c. 102.

¶Si verò fundatores eccleſiarum ad inopiam vergere cœperint, ab eiſdem eccleſijs temporalis vitæ ſuffragia percipiant.

A ¶Nominati.] *In vetuſtis exemplaribus, & apud Iuonem legitur,* denominati, *vt ſignificet recitationem nominis eius, qui promouebatur, & eccleſiæ, ad quam ordinabatur: de qua dictum eſt ſ. diſ. 70. c. neminem. Erat autem hæc canonica adſcriptio, & inſtitutio ad illam eccleſiam, & non ſimplex nominatio, prout auctor gloſſæ accepit.*

Vnde in Toletano concilio 4. c. 37. legitur.

¶Fundatores eccleſiarum, ſi inopes cęperint eſſe, ab eiſdem alimenta accipiant.

ſucceſſione, vt j. ea. conſiderandum. Secundò donatione, vt ext. eo. ex inſinuatione. & c. conſultationibus. Tertiò permutatione, vt j. e. nemini. Tranſit etiam quartò cum vniuerſitate, vt ext. e. cum ſeculum. "Ius autem patronatus non deſcendit ad hęredes pro portionibus hæreditarijs, ſed quilibet eorum eſt patronus inſolidum, vt ext. e. c. 1. ſicut & alia iura, quæ incorporalia ſunt, inſolidum deſcendunt ad quemlibet hæredum, vt ff. de ſeruit. viæ. Io.

"iuſpronat⁹ trāſire facit nouus hrs.

b ¶*Collata.*] Sed nōne antequàm fundaretur, debuit dos aſſignari, vt de conſec. diſt. 1. nemo [a] ? vtique. ſed qđ omiſſum fuit, inſtaurandum eſt, vt diſt. 8. quæ contra mores.

a Vbi đ hoc. & ext. đ cōſ. eccl. c. cū ſicut. ibi vid.

c ¶*Proceſſionis.*] i. quòd procedit cum ipſo ad epiſcopum cum clerici præſentantur. olim tamen nihil iuris habebant patroni præ alijs, vt 10. q. 1. nouerint. Vel dic proceſſionis, i. promotionis: quia per eum ſacerdos promoueri debet. Item & ſi cenſus aliquis impoſitus eſt auctoritate epiſcopi, illū poteſt patronus petere, vt extr. eo. præterea. 18. q. 2. Eleutherius. Ioan.

† al. quæ

† al. tertius

FRigentius.] Casvs. Præcepit Gelaſius cuidam epō vt conſecret eccleſiam, q̄ Frigētius in propria poſſeſſione ædificauit in honorem S. Michaelis & Martini confeſſorum, in qua eccleſia fundator nihil vendicabit ꝑter ius patronatus. Sequen. c. plana ſunt.

† al. nitetur.

d ¶ *Qui Chriſtianis.*] ergo Iudæus non efficeretur patronus, licet fundaret aliquam eccleſiam. ſ. ea. q. piæ. & j. ea. quicunque. [b]

b Ad hoc ſ. c. pxi. i ſi. & j. e. qcūque. & hic videas quod leg. & no. ſ. 1. q. 7. maximum.

e ECcleſias.] ¶ *Per congrua.*] vt non ſit infirmus locus: nec ſint ibi ꝑdones, nec aliquo modo periculoſus ſit. nam ꝑ has cās dēt eccleſia tranſmutari in alium locum, vt j. ea. ſi quis vult. & de conſec. diſt. 1. tribus. & 83. diſt. quorundam.

f COntra.] ¶*Nominati.*] Ergo ex ſola nominatione aliquis conſequitȳ ius, vt 72. di. placuit. 8. q. 2. dilectiſſimi. 2. q. 6. nominationes. De hoc dixi 63. diſt. quanto.

g ¶*Expellere.*] Hic hēs ꝙ expelli videtur qui nō admittiȳ ad dignitatem, ad q̄ eſt nominatus, vel electus. nam idem eſt auferre, quod non dare, vt dixi ſ. ea. q. 1. decimæ. facit ad idem ex tra de reſt. ſpol. ſępe. ff. de bo. auth. iud. poſſi. quamuis. Arg. ext. de ap. ſignificauit. vbi dicitur: nemo deijcitur, niſi qs poſſeſſionem habuit. & ff. de vi & vi arm. l. 1. §. hoc interdictum. Ar. cōtra, vbi ei tantùm qui poſſedit, datur hoc interdictum.

SI VERO. Casvs. Supra dictū eſt in ca. piæ. & ca. Frigentius. ꝙ patronus in eccleſia quā fundauit, aditū habeat proceſſionis. Nunc oſtendit Grat. ꝙ ſi ad inopiam vergat, debet inde percipere alimenta. quod probatur per ſequen. cap.

Quicun-

QVicunque.] CASVS. Statuit in hoc c. concilium Tolet.vt ſi patroni primi, vel eorum filij ad inopiam redigantur,ab eccleſia,vnde ſunt patroni,ſuſcipiant alimenta.
a ¶ *Aliquid.*]non tamen propter quamlibet rem modicam datam ante conſecrationem efficitur quis patronus niſi tantum dederit,quod ſufficiat ad neceſſaria miniſtrorum, & ad luminaria, vt de conſecr. di. 1.nemo.

« Patrono pauperi dēt ab eccleſia ſubueniri.

b ¶ *Ad inopiam.*]“Sed nonne eccleſiæ tenentur omnib. pauperibus ſubuenire, vt s̄.e. q. 1. quoniam? Reſp.ſic,ſed iſtis abundantius quā alijs, ext. de teſta. cum in officijs.& melius ꝓuidebit ei, qui quando que fuit diues, quàm pauperi, vt 41.diſt.non cogantur. Iſtud autem intelligas, quando patronus in ſummā egeſtatem deductus eſt, & quandoque eccleſiæ ſupereſt. 25.q.2.§. vlt. ad finem. in eo enim caſu libertus tenetur alere ſuum patronum, vt ff. de agno. lib. l. ſi quis à liberis.§. parentes.& §. pen.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat.ex ſupradictis, dicens, quòd ſi laici res eccleſiæ diſponere non poſſunt, multò minus eccleſias alijs dare, vel auferre valent. Et oſtēdit quòd patroni habent ius inueniendi ſacerdotem in eccleſia, & prouidendi eccleſiæ, ſed nō alienandi, vel vtendi rebus eccleſiæ tanquàm proprijs.

FIlijs vel nepotibus.] CASVS. Hoc c.diuiditur in duas partes In prima dicitur, quòd ſi patroni viderint ſacerdotem bona eccleſiæ defraudantem, denuntient epiſcopo, vel iudici ab epiſcopo inſtituto. Et ſi epiſcopus defraudauerit, vel fraudari ꝑmiſerit,inſinuent metropolitano, qui ſi talia faciat,vel fieri permittat, conquerantur regi. In 2. parte dicitur, quòd patroni nulla bona eccleſiaſtica inuadere,vel fraudare debent, ſeu nullum damnum eccleſiæ inferant:& ita eccleſiæ ſeruiant, vt à Deo multam,vel ſaltem aliquam retributionem mercantur.Et ſi quis contrafecerit,ablata reſtituet,& annuę ſubiacebit excommunicationi. Secunda pars incipit ibi, *Ipſis tamen hæredibus.*

“iuſpr̄onat⁹ ad quos hęredes trāſit.

c ¶ *Propinquis.*]“Et ſic videtur quòd iuſpatronatus non trāſeat niſi ad hæredes ſanguinis tantum.tamen cap. indiſtinctè loquitur de quolibet hęrede.[a] j.c. conſiderandum.& c.ſi plures.Sed nunquid patre damnato de crimine,amittit filius iuſpatronatus? Videtur quòd ſic.vt 6. q. 1.§. verum. & ſ. ſi quis cum.& ff.de iurepa.qui contra.& l.4.arg.contra.Dicunt quidam.quòd non priuatur illo niſi à ſolo Papa, cum illud habeat auctoritate canonis. arg. extr. eo. tit. c.1. Vel dic quòd cum vniuerſitate laicus iudex poteſt aliquem priuare iurepatronatus,ſed per ſe non poſſet.arg.ad hoc extr.de iurepatr. ex literis.

a & hoc tēas ſcd̄m L. de hoc no. s̄. e. q.j. conſtitutum.

2 RAtio nulla permittit, vt proprijs cuiuſquam vſibus applicetur 3, quod pro cõmuni vtilitate datum eſſe cognoſcitur.

Item Ambroſius lib. 2. de pœnitentia, cap. 9.

¶Qui reuocandum putat, quod eccleſiæ contulit, ſacrilegij crimen incurrit.

CAP. III.

SVnt qui opes ſuas tumultuario mentis impulſu, non iudicio [a] perpetuo, vbi eccleſiæ contulerunt, poſteà reuocandas putauerunt. Quibus nec prima [b] merces rata eſt, nec ſecunda [c]: quia nec prima iudicium habuit, & ſecunda habuit ſacrilegium. Sũt, quos pœnituerit opes ſuas diuiſiſſe pauperibus. Sic eos A, qui pœnitentiam agunt [d], hoc ſolùm timere oportet, ne ipſius pœnitentiæ agant pęnitentiam. [e]

A ¶Sic eos.] *In originali legitur*, Sed eos qui pœnitentiã agunt, hoc ſolum pœnitere non debet: ne ipſius, &c. *Sed ob gloſſam non eſt emendatum.*

Item Gregorius Sabino ſubdiacono, lib. 8. ep. 6.

¶Qui ſacris locis derelicta retinere contenderit, ſacrilegium committit.

CAP. IIII.

4 SAcrilegium [f], & contra leges eſt, ſi quis, quod venerabilibus locis relinquitur, prauæ voluntatis ſtudijs, ſuis tentauerit compendijs retinere.

Item Lucius epiſcopus ad Galliæ & Hiſpaniæ epiſcopos, ep. 1. c. 6.

¶Sacrilegi iudicantur, qui eccleſię facultates alienant.

CAP. V.

5 OMnes eccleſiæ raptores, atque ſuarum facultatum alienatores à liminibus ſanctę matris eccleſiæ anathematizamus † [f], Apoſtolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque ſacrilegos eſſe iudicamus: & non ſolùm eos, ſed omnes conſentientes eis, quia non ſolùm qui faciunt, rei iudicantur, ſed etiam qui conſentiunt [g] facientibus. Par enim pęna & agentes & conſentientes comprehendit.

Item Nicolaus Papa omnibus epiſcopis.[6]

¶Excommunicetur, qui confinia eccleſiæ frangere tentauerit.

CAP. VI.

27 SIcut antiquitus à ſanctis patribus ſtatutum eſt, ſtatuimus, vt maior eccleſia

OMnes eccleſiæ.] CASVS. Lucius Papa ſtatuit & decreuit, vt raptores rerũ eccleſiaſticarum tãquam ſacrilegi ſunt anathematizãdi cum omnibus ſibi conſentiẽtibus, qui pari pęnæ ſunt puniẽdi. *Cõſentientes*, ſ. defenſione, vel cooperatiõe.

f ¶*Anathematizam⁹*.] "videtur hic ꝙ omnes ſacrilegi, & dilapidatores eccleſiarum ſunt ipſo iure excommunicati. 11. q. 3. canonica. ext. de ſent. ex. cõqueſti. arg. contra j. ea. quiſquis. & c. ſeq. vbi dicitur, quòd ſunt excommunicandi niſi reſipiſcant. Reſpon. violatores eccleſiarum ſunt ipſo iure excommunicati, ſed non alij. Vel dic, ꝙ ſi in conſecratione, vel cum datur res eccleſię, fert epiſcop⁹ ſententiam excommunicationis, ꝙ quicunque violentiam fecerit in re tali, ſit excõmunicatus, tunc dicerẽ quòd ſtatim eſt excommunicatus ſacrilegus, non ratione ſacrilegij, ſed ratione ſententiæ dudũ latæ. 24. q. 1. c. 1. & 2. ext. de ſen. exc. à nobis. Vel dic ꝙ refert an Papa hæc verba proferat conſtituendo, vel ſententiando. ſi proferat ea conſtituendo, tunc non eſt excommunicatus qui rapit res eccleſiæ. ſi autem ſententiando ꝓfert talia verba, tunc eſt excommunicatus. vel dic quòd ſi conſuetudo loci habet quòd tales ſunt excommunicati, tunc ita ſeruanda eſt: quia conſuetudo eſt optima iuris interpres. ext. de verb. ſig. abbate.

" ſacrilegi an ſint ipſo iure excõicati.

4 Anſ. l. 12. c. 4. Polyc. l. 3. tit. 12.

5 Anſ. l. 12. c. 4. Bur. l. 11. c. 19. Iuo p. 3. c. 140. & p. 14. c. 89.

† anathematizatos.] Ori.

Rom. 1.

6 inter decr. Nic. in codice Ormanetti.

7 Anſ. l. 5. c. 74. Iuo p 3. c. 164. Pann. l. 2. c. 81.

g ¶*Conſentiunt.*] cooperãdo, vt extr. de ſen. exc. nuper. "Sed pone ꝙ aliquis percuſſit clericũ, & ego ratũ habeo, nunquid ſum excommunicatus? videtur quòd ſic: qa non ſolũ in contractibus, ſed etiam in maleficijs ratihabitio mandato comparatur, vt extr. de teſti. ſpol. cũ ad ſedẽ. in fin. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. ſed & ſi cũ qs. nam non ſolùm de conſilio, ſed ẽt de voluntate aliqs tenetur. 1. q. 4. qa præſulatus. imo qui poteſt reſiſtere & non reſiſtit, excommunicatus eſt, vt extr. de ſenten. exc. quantæ. Reſp. "ſi nomine meo qs percutiat aliũ, ibi ratihabitio mandato cõparat. aliàs nõ. ff. de neg. geſt. ſi pupilli. §. item quæritur. extr. de ſent. excom. mulieres.

" Clerici ꝑcuſſionẽ ratificãs. an ſit excõicatus.

" Ratihabitio qñ comparetur mãdato.

SIcut antiquitus.] Hæc eſt 2. pars quæſt. in qua probat magiſter per xx. c. quòd ſacrilegium committitur pluribus modis. Ioan. de Fant.

CASVS. In hoc c. ſtatuit Nicolaus Papa (ſicut antiquitus à ſanctis patribus fuerat conſtitutum) vt maior eccleſia in circuitu hẽat xl. paſſus, aliæ verò minores eccleſiæ xxx. intra qđ

ſpatium

ſpatium ſi quis violentiam fecerit, aut perſonam hominis, vel bona eius inde extraxerit, excommunicetur donec ſatiſfaciat, niſi fuerit publicus latro: cuius perſona vel res inde ſubtrahitur ſine pœna canonis. Sequens c. planum eſt.

“ Paſſus quid ſit.

a ¶*Paſſus.*]“paſſus (vt ait Iſid.) eſt mēſura quinque pedū. Pes eſt ſpatium 15. digitorum.ª iſtud tamen non tenet in capellis, quæ ſunt intra ambitum caſtellorum, vbi propter loci anguſtiam non poteſt iſtud obſeruari, vt infrà capitulo, quiſquis. & capitulo queſti.

† al. lx.

a idē Bar. in l.3. ff. đ ver. ſig. & Ale. đ Imo. in l.1. ſi quis cau.

† al. eorum

b ¶*Niſi publicus.*]& nocturnus depopulator agrorum. hi ſoli excipiuntur ſecundum ius canonicum: licet leges plures perſonas excipiant, vt ext. de immu. eccle. inter.“ leges enim excipiunt homicidas, adulteros, raptores virginum, ſed ſecundum canones raptores virginum tuti ſunt in eccleſia, vt trigeſimaſexta, quæſtione prima. de rapto.

“ Eccleſiæ immunitate multi priuantur.

1 Burc. l.3. c. 196. Iuo p.3. c.113.

SI quis in atrio.] c ¶*Altario.*]Hic habes, quòd pecunia reſtituitur illi loco in cuius ignominiam data eſt. b vigeſimaſeptima, quæſtione prima. ſi quis rapuerit. & extra de ſimo. de hoc. & Inn. dicit ꝙ cum pœna duplici reddetur, vt extra de ſimo. audiuimus. & in authē. de ſanct. epiſco. §. ſed neque. & ff. de calum. & generaliter. §. illud. argumentum contra de ſimo. veniens. Sed illud eſt diſpenſatio.

b đ hoc no. 3. c. ſacrilegii. & 3. j. q. 3. ſi quis dator.

MIror.]C A S V S. Quidam nomine Bonifacius hominem quendam, fortè ſeruum fugitiuum violenter de eccleſia extraxit, de quo Aug. eum grauiter reprehendit, & oſtendit quòd hoc facere non debuit, quia ſi terrenus amicus pro illo fugitiuo interceſſiſſet, pro eo veniā meruiſſet, multò magis Deo debuit obedire. & ſi de poteſtate ſua præſumit, reſpiciat Nabuchodonoſor regem, qui propter ſuperbiam in bouem eſt ex homine commutatus, & à ſuo regno expulſus. Præcipit ergo ſibi vt hominem quem violenter de eccleſ. rapuit, ad eādem eccleſiā reuocet, & donec eccleſiæ ſatiſfaciat, & pœniteat, prohibet Auguſt. ne oblationes ſuæ domus ſuſcipiantur à clericis, & Bonifacio communionem interdixit. Et hæc verba ſic expone, *Tuus*, ſcilicet ſeruus tuo amico, id eſt,

2 Iuo p. 3. c. 122.

1. Cor. 4.

per circuitum xl.† paſſus ª habeat, capellæ verò, vel minores eccleſiæ triginta. Qui autem confinia earum† confringere tentauerit, aut perſonam hominis, vel bona eius inde ſubtraxerit, niſi publicus ᵇ latro fuerit, quouſque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur.

Item ex concilio Triburienſi.

¶Soluatur altario, quod pro emunitate emendatur eccleſię.

CAP. VII.

1 SI quis in atrio eccleſiæ pugnam committit, aut homicidium facit, quidquid pro emunitate A violata emendandum eſt, altario ᶜ ſoluatur, cuiuſcunque fuerit eccleſia illa.

A ¶ Emunitate.] *Sic etiam apud Burchardum. Iuo habet.* pro immunitate violata. *In aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus legitur,* pro immunitate eccleſiæ violatæ. *Summa autem huius capitis ferè habetur in Triburienſi, quod extat, & c. 4. & 6.*

Item Auguſtinus ad Bonifacium epiſt. 187.

¶Non licet alicui hominem de eccleſia rapere.

CAP. VIII.

2 MIror, quomodo tam ſubitò fidei murum aries ᵈ ruperit inimici. Noui enim qua religione ſemper ſis eccleſiam Dei veneratus. Quo inſtigante facere auſus es? hominem de eccleſia rapuiſti? Tuus ſi de tuo amico fortè pręſumeret fugitiuus, poſſet procul dubio interceſſoris cauſa veniam promereri. Ergo ſi amicus intenditur ᵉ, cur Deus offenditur? Sed ſi de poteſtate præſumitur, Nabuchodonoſor regem intende, qui cauſa ſuperbiæ in bouem ᶠ eſt ex homine commutatus A. Non vt confundam te, hęc ſcribo: ſed vt filium chariſſimum moneo. Eccleſiæ igitur illæſum reuoca, quē vt irreligioſiſſimus rapuiſti. Oblatio ᵍ verò domus tuæ à clericis ne ſuſcipiatur, indixi†: communionemq́ue tibi interdico: donec peracta pro auſibus, vel errore à me definita tibimet pœnitentia, & tēpe ordinato † pro hoc facto corde contrito & humiliato dignum offeras ſacrificiū Deo.

A ¶ Commutatus.] *Hoc loco iſta erant interiecta*, atque à regno ſuo profugus recedens non ante regnum recepit, quàm conuerſus Deum prædicauit, *quæ à multis vetuſtis abſunt, & originali, & Iuone. Sunt autem inter verba Gratiani infrà de pœ. diſt. 1. c. voluiſſet.*

Item ex libro capitularium 5. cap. 90.[3]

¶Fugientem ad eccleſiam nemo audeat abſtrahere.

CAP. IX.

4 REum ad eccleſiam confugientem nemo abſtrahere audeat, neque inde donare ad pœnam, vel ad mortē ʰ: vt honor Dei, & ſanctorū eius conſeruetur: ſed rectores eccleſiarum pacem, & vitam, ac membra eius obtinere ſtudeant: tamen legitimè componat, quod iniquè fecit.

A ¶ Donare.] *Sic eſt emendatum (antea enim legebatur,* damnare*) ex cap. Caroli, & concilio Moguntino & pleriſque vetuſtis Gratiani exēplaribus, & ceteris collectoribus: quāquam apud Burchardum ex concilio apud Theodonis villam, & in Pannormia ex libro capitulorum longè copioſius hoc caput referatur.*

Item Gelaſius Victori, Conſtantino, Martyrio, Feliciſſimo, Sereno, & Timotheo epiſcopis.

¶ Ab eccleſiæ arceatur ingreſſu, qui aliquem de eccleſia violenter rapuerit.

CAP. X.

5 FRater, & coëpiſcopus noſter Epiphanius ſua nobis relatione ſuggeſſit, Benenatum, & Maurū Beneuentanæ municipes ciuitatis in contumeliā religionis acerba nimis, & plectibili contumacia proſiluiſſe: qui confugientem ad eccleſiæ ſepta curialem ſuum ne illic quidem tutum, aut de

apud tuum amicū fortè, ſcilicet permanere. ordinato, id eſt, ſtatuto, & præfixo.

d ¶*Aries.*]id eſt, impetus diabolicæ ſuggeſtionis, ad ſimilitudinem arietis inſtrumenti, quo frangitur murus.

e ¶*Intenditur.*]id eſt, exauditur.

f ¶*In bouem.*]id eſt, in bouinam mentem, vt 23. qu. 4. Nabuchodonoſor.

† al. interdixi

g ¶*Oblatio.*] hoc eſt in deteſtationem criminis ipſius, quòd non ſolùm ipſe, ſed etiam familia eius prohibetur à ſacramentis, ſic nonageſima diſtinctione, oblationes. & duodecima, quæſtione ſecunda. de viro. & extra de ſponſalibus. non eſt vobis. Ioannes.

† al. condonato

REum.]C A S V S.“ Statutū eſt in hoc cap. vt prælatus defendat reum ad eccleſiam fugientem à pœna corporali: tamen quod abſtulit, cum pœna pecuniaria reddat.

“ Eccleſia fugiētes ad ſe tutatur.

3 & in adiectis. c. 29. & in conc. Mogunt. j. c. 39.

h ¶*Vel ad mortem.*] ſed nunquid poterit poſteà accuſari iſte de illo crimine? ſi non poteſt, ergo crimina remanebunt impunita: qđ eſſe non debet, vt ext. de ſent. exc. vt famæ. & ſic priuilegium eccleſiæ erit multis occaſio delinquendi: propter hoc dicunt quidam, quòd à quolibet poteſt accuſari poſteà, ᶜ præter quàm ab illo qui promiſit impunitatem. ſed qui ſic reſpondet, nititur contra priuilegium eccleſiarum: qđ eſt iniuſtum, vel hæreticum, vt 22. diſt. omnes. ad quid enim impetraret eccleſia ei vitam ſi pro eodem crimine poſteà decapitaretur? Dicas ergo quòd hoc eſt priuilegium eccleſiæ, quòd talis amodo nec vitam nec membrum perdat: ſed quòd aliàs pecuniariter ſatiſfaciat. Vel ſi hoc non poteſt, ſeruiat ei perpetuò quem lęſit, vt 36. q. 1. de raptorib.

4 Bur. l.3. c. 194. Iuo p.3. c.123. Pann. l.2. c.75.

c Hæc fuit ſnia La. qui đt, ꝙ bene pt accuſari poſt exitū, & ꝑterquā, &c. vt ſequitur. ſecus ſi ſp eſſent in eccleſia. C. de his q ad ec. cōf. l. vlt. La. ſed huic dicto obſtat 32. q. j. de raptoribus. vñ dic vt ſequitur. Arc.

FRater.]C A S V S. Epiphanius epiſcopus excommunicauit Benenatum & Maurum ciues Beneuentanę ciuitatis, quia quēdam ſuum curialem ad eccleſiam fugientem in abſentia ſacerdotis de ipſa eccleſia violenter extraxerant, quod cum ſignificatum fuiſſet Gelaſio, excommunicationem illam confirmauit, & præcepit ſex epiſcopis vt ſi illi tres excōmunicati peruenerint ad ſuos epiſcopatus, interdicant eis introitum eccleſiarum, vt iſtius

5 Pol. l.7. ti. 1. Iuo p.3. c. 120.

vltionis

vltionis timore alij à tali præſumptine reuocentur. Seq. c. patet.

† al. irreptione

a ¶*Nec enim.*] extr. de vſur. quia fruſtra.

b ¶*Ab omnibus.*] arg. quòd ſacrilegus in nulla eccleſia tutus erit, cum in eccleſiam delinquat, vt j. c. px. quod quidam concedũt. Vnde ſi aliquis furtum, vel ſacrilegium fecerit in eccleſia, illum non debet tueri eccleſia. cum in eccleſiam deliquerit, vt j. c. prox. tamen decre. ext. de imm. ec. inter. tantùm duas perſonas excipit.

† al. vbi

c ¶ *Auctoritate.*] ſed quid operatur hic auctoritas, vel confirmatio Papæ, cum illud per ſe facere potuerint? Reſp. "cõfirmatio tria operatur. præſtat enim ipſi facto maiorem auctoritatem, vt 11. di. quis neſciat. Item, ſi quid eſt inualidum, ſupplet eius defectum confirmatio, vt extr. de tranſa. c. 1. Item quòd ſine eius licentia non poteſt retractari illud qđ ipſe confirmauit. ext. de confir. vti. vel inuti. c. 2. Ioan.

" Confirmatio Papæ tria operat.

† al. probabuntur

S*Icut.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur quòd ſicut iudicatur ſacrilegus qui bona eccleſiæ rapit, vel inuadit: ſic cenſetur ſacrilegus qui Dei ſacerdotes inſequitur. In ſecunda parte dicitur, quòd ſicut Deus eſt maior homine: ſic ſacrilegium quod in Deũ committitur, maius eſt fornicatione quæ committitur in hominem.

1 Iuo p. 3. c. 119.

d ¶*Grauius.*] hic videtur quòd maius ſit peccatum ſacrilegium quã adulterium: & ſic eſt cõtra 32. q. 7. quid in omnibus. ſed ibi ſolutum eſt. Item nonne homicidium maius ſacrilegio eſt? Sic: ſed intelligas quod hic dicitur, in eadem ſpecie facti. nam homicidiũ quod fit in clerico, maius eſt quàm illud quod fit in laico: quia vnum eſt ſacrilegium, aliud non. ſimiliter quod fit in ſanctimoniali, eſt maius quàm illud quòd fit in alia muliere.

2 Pol. l. 6. ti. 15. Anſ. l. 5. c. 30. Bur. l. 11. c. 29. Iuo p. 5. c. 243. & p. 13. cap. 39.

e ¶*Maius.*] ſic 22. q. 1. omne. & c. mouet.

A*Ttendendum.*] CASVS. Statuit Vrbanus in hoc ca. vt eccleſia non cogatur ſoluere tributa, vel collectas de prædijs eccleſiaſticis: ſi quis verò cõtra fecerit, poſt debitam pœnam ſacrilegij ſit iſamis, & carceri tradatur, vel exilio perpetuo damnetur.

f ¶*Poſt debitæ.*] hæc verba ſumpta ſunt à lege. quæ eſt 16. q. 1. §. nouarum.

3 l. capit. 6. c. 115. & in Mogũt. ſub Arnulph. c. 11.

g ¶*Et carceri.*] "ergo eccleſia habet carcerem, & infligit pœnam relegationis.[a] 2. qu. 1. in primis. Item habes hic quòd diuerſæ pœnæ infliguntur alicui pro eodem delicto, vt 21. q. 5. c. 3. & 16. q. 1. ſtatuimus. & ea. q. 7. cõſtitutiones. contra illud qđ eſt ext. de iud. at ſi clerici. & extr. vt lit. non cont. quoniam frequenter. in fi. & quia lex dicit, quòd vnum delictum non debet varijs æſtimationib. coerceri. ff. de pœ. ſanctio.

" Eccleſia hẽt carcerẽ.

a Vide qđ leg. & no. 3. q. 4. hi qui.

† al. feriatur

S*I fortè.*] CASVS. Quæſitum fuit à Clemente quam pœnam debeat pati presbyter, vel diaconus ſi furetur ſindonem ſacrarij, vel velum, & vendat. Et reſpondetur quòd Iudę Iſcariotis ſimilis eſt: & eius pœnam patietur. Seq. ca. planum eſt.

4 Pol. l. 6. ti. 15. Anſ. l. 5. c. 18. Bur. l. 3. cap. 204. Iuo p. 3. ca. 127. Pan. l. 2. c. 70.

† al. comburit.

h ¶ *Subtractum.*] tamen epiſcopus cum tali poteſt diſpenſare. ſuprà diſt. 50. ſi quis presbyter.

i ¶*Pœnam.*] ſcilicet æternam.

a ¶*Qui*

---

iniuria ſua ſecurum eſſe ſinerunt, auſi irruptione † temerarię mentis admittere, quod nec poteſtatibus quidem, vel principibus vnquã licuit perpetrare: vt hominem in ſanctuarijs conſtitutum (captata ſacerdotis abſentia) reluctantem, reclamantemque violenter abſtraherent. Quos, quantum ſua nobis ſuggeſtione patefecit, meritò indignos eſſe ſacra communione iudicauit. Et ſi reuera tanti facinoris conſtat admiſſum, noſtra etiam auctoritas in hac parte conſentit. Nec enim[a] iure ad ſupplicandum debet admitti, qui † admittere ſacrilegium non dubitauit. Nullus enim intra limina tantæ venerationi deputata vtrunque ſibi licere exiſtimet pro ſuæ voluntatis arbitrio, vt & humilitatem ſibi vendicet, & furorem. Et ideo fratres chariſſimi, ſupradictos, ſi manifeſta reos facit conqueſtio, ab omnibus[b] parochiarum veſtrarum eccleſiis noſtræ præceptionis auctoritate[c] prohibete: vt non ſolùm hi, qui in iniuriam ſanctorum locorum proſiluiſſe probantur †, meritò conſequantur pro facti ſui qualitate vindictam, verùm etiam cęteri à tali præſumptione, vltionis iſtius timore reuocentur.

Idem Epiphanio Epiſcopo.

¶Eccleſiarum non eſt dignus ingreſſu, qui eas violat.

CAP. XI.

1 AD epiſcopos cęteros direximus iuſſionem, vt eos, qui eccleſias violaſſe perhibentur, acceſſu earum iudicent eſſe indignos.

Item Pius Papa, epiſt. 2. Italicis.

¶Qui eccleſiam Dei vaſtat, & eius ſacerdotem inſequitur, ſacrilegus iudicatur.

CAP. XII.

2 SIcut qui eccleſiam Dei vaſtat, & eius prædia, & donaria expoliat, & inuadit, ſit ſacrilegus, ſic & ille, qui eius ſacerdotes inſequitur, ſacrilegij reus exiſtit, & ſacrilegus iudicatur. *& infrà.* ¶Non ergo grauius[d] peccatum eſt fornicatio, quàm ſacrilegium. Et ſicut maius[e] eſt peccatum, qđ in Deum committitur, quàm quod in hominem: ſic grauius eſt, ſacrilegium agere, quàm fornicari.

Item Vrbanus epiſtola ad omnes epiſcopos, c. 2.[3]

¶ Qua pœna feriatur, qui eccleſiæ vſibus dedicata prædia vexare tentauerit.

CAP. XIII.

ATtendendum eſt omnibus, ne prædia vſibus ſecretorum cœleſtium dedicata, à quibuſdam irruentibus vexentur. Quod ſi quis fecerit, poſt debitæ[f] vltionis acrimoniam (quæ erga ſacrilegos iure promenda eſt) perpetua damnetur infamia, & carceri[g] tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis vratur. †

Item Iginus Papa.

PALEA.

CAP. XIIII.

ij 4 SI quis eccleſiam igne combuſſerit †, quindecim annis pœniteat, & eam ſedulè reſtituat: & pretium A ſuũ pauperibus diſtribuat.

¶*Hæc palea in vno tantùm Vaticano codice habetur: in quo ſicut in vulgatis, & Pannormia citatur ex Igino: à Burchardo autem & Iuone ex decretis Iulij.*

A ¶Pretium ſuum.] *Apud Burchardum l. 19. in c. de ſacrilegio. ſic legitur.* Incendiſti eccleſiam, aut conſenſiſti? ſi feciſti, eccleſiam reſtitue: & pretium tuum, id eſt vuiregeldum tuum pauperibus diſtribue, & quindecim annis per legitimas ferias pœniteas.

Item Clemens epiſt. 2. ad Iacobum.

¶Iudæ ſimilis probatur qui ornamenta ſurripuit eccleſiæ.

CAP. XV.

5 SI fortè quiſpiam presbyter, ſiue diaconus, ſacrarij ſindonem, vel velum ſubtractum †[h] vendiderit, Iudæ Iſcariotis ſimilis æſtimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, nouerit ſe ſupradicti Iudæ ſuſcepturum pęnam.[i]

5 Iuo p. 2. c. 63. & p. 6. c. 88.

† al. ſubtracta.

Item ex pœnitentiali Theodori.

¶De eodem. PALEA.

CAP. XVI.

PEcunia eccleſiaſtica furata, vel rapta reddatur in quadruplum: populi verò duplicetur. Si quis aliquid de miniſterio ſanctæ eccleſiæ furatus fuerit, ſeptem annis pœniteat, tres in pane, & aqua.

Item ex pęnitentiali Romano.

¶De eodem. PALEA.

CAP. XVII.

iij SI quis clericus furtum fecerit capitale, id eſt quadrupedẽ, vel domum fregerit, aut quamlibet rem melioris pretij furatus fuerit, ſeptem annis pœniteat: laicus quinque. Si quis aũt de minorib. ſemel, aut bis, furtũ fecerit, reddat proximo ſuo: & vno

a nno

a Qvi rapit.] ¶ *Sacrilegium.*]alibi dicitur quòd facit homicidium, vt 12.q.2.qui Chriſti.& c.qui abſtulerit.

Nullus clericorum.]Casvs. Hoc c.diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur ꝙ clericus qui ſeruum, vel diſcipulum ſuum ad eccleſiam fugientem inde extrahere, vel flagellare præſumpſerit: donec pœniteat, excommunicetur. In ſecunda parte dicitur, ꝙ clerici ſe mutuò verberantes: ꝓut dignitates rōe, vel officiorum iniuria maior fuerit, ab epiſcopo puniatur. Secunda pars incipit ibi, *Si quis verò.*

1 & in epiſt. Lucij, c. 6.

b ¶ *Vel flagellare.*]poſſunt tamen magiſtri & parentes & epiſcopi moderatè[a] caſtigare, vt 25.q.5.c.1.in fi. ſimiliter vir vxorem, vt not. 7.q.1.ſicut alterius.[b] & prælatus ſubditum, vt 23.q.4.fortè.ſed dominus habet in ſeruum pleniſſimam coerctionē: vſufructuarius modicam, vt de vſufru. locum.& l.ſed & ſicuti.in fi. patronus autē in libertū habet leuē coerctionem. vt ff. de iniu. prætor.§.præterea. Sed nonne magiſter vel epiſcopus intra eccleſiam poteſt verberare clericum, cum epiſcopus iudicet intra eccleſiam, vt 2.q.2.præceptum. & in iudicijs epiſcoporū interueniunt verbera, vt 23.q.3.c.1.in fi? Sed dic ꝙ cauſa odij non debet eum expellere de eccleſia: quia ſi magiſter non percutiat diſcipulum ex odio, non incidit in canonē, vt ext. de ſen.excom.ſup eo.

a Sed immoderatè non. ff.ad l.Aqu. ſed & ſi. ī fi. & l. ſeq. & ff. locat. itē queritur.

b Concord. tex. ī l. ſed & ſi. §. fi. & ibi gl. ff. ad leg. Aquil. & in aut. de nup. cū ibi no. §. ſi verò.col.4.

2 Iuo p.3.c. 317.Pan.l.2. c.76.

3 ibid.c. 11.

4 & lib.5.capit.c.185.& ī legib.Boiariorū, tit. 7.

c ¶ *In mutuam.*]hodie tales mittēdi ſunt ad curiam: niſi ſint impuberes, vel regulares, vt ext.eo. ti.ſuper eo. Vel loquitur de communiter viuentibus: qui cū modum non excedūt, iudicio meo poſſunt ab ſolui ab epiſcopo, vt ext. de vita & hon. cle. quoniā. & ext. qui cle. vel vo. c.1.[c] & ext. de ſen.exc.ex tenore. in fi. Vel hoc ideo quia cōmunio materiam diſcordiæ generare ſolet, vt ff.de le.2.l.cum pater. §. dulciſſimis. vnde abundantius eſt illis prouidēdum: qa vbi periculum maius eſt, magis eſt conſulendum, vt ff. de carb.edi.l.1.§. ſed & ſi quis.[d]

5 Burc. l. 3. c. 197. Iuo p.3.c. 114.

c Hæc ſnīa Goff. approbatur p p̄d. decr.qm̄.

d Ad idem not.42.diſt. quieſcam⁹.

anno pœniteat in pane & aqua: & ſi reddere non potuerit, tribus annis pęniteat.

¶ *Similia horum leguntur apud Burchardum, lib.11.c.58. & Iuonem p. 13.c.44.*

Item Anacletus epiſt.1.c.2.[1]

¶ Sacrilegium facit, qui pecuniam eccleſiæ rapit.

CAP. XVIII.

Qvi rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatē operatur: qui autem pecuniam, vel res eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium [a] facit.

Item ex concilio Ilerdenſi, c. 8.

¶ Segregetur ab eccleſia clericus, qui ſeruum, aut diſcipulum ſuū ad eam fugientem verberare pręſumit.

CAP. XIX.

2 Nvllus clericorum, ſeruum, aut diſcipulū ſuū fugiētem ad eccleſiam extrahere audeat, vel flagellare [b] præſumat. Quod ſi fecerit, donec dignè pœniteat, à loco, cui honorem non dedit, ſegregetur. ¶ 3 Si qui clerici in mutuam [c] cædem proruperint, prout dignitas [d] officiorum in tali exceſſu contumeliam pertulerit, à pontifice diſtrictius vindicetur.

Item ex concilio Triburienſi, capitu.20.[4]

¶ Qui de atrio, vel porticibus eccleſiæ fugientem abſtrahit, excommunicetur.

CAP. XX.

iiij 5 SI quis contumax, vel ſuperbus timorē Dei, vel reuerentiam ſanctarum eccleſiarum non habuerit, & fugientem ſeruum ſuum, vel quē ipſe pſecutus fuerit, de atrio A eccleſiæ, vel de porticibus quolibet modo eccleſiæ adhærentibus [e] per vim abſtraxerit, pro emunitate nongentos ſolidos epiſcopo componat [f]: & ipſe publica pęnitentia iuſto† iudicio epiſcopi mulctetur.

† al. iuxta iudicium

d ¶ *Dignitas.*]quia ſecūdum dignitatem punitur aliquis, vt 44.diſ.cum beatus.

SI quis contumax.]Casvs. Quæſitum fuit in concilio Triburienſi, quam pœnam pati debeat qui ſeruum fugientem, vel alium quem perſequebatur, de atrio, vel de porticibus eccleſiæ cæmeterio deputatis violenter extraxerit? Et reſpondetur, ꝙ epiſcopo debet nongentos ſolidos ſoluere pro cæmeterio quod fregit, & pro peccato, publicè pœnitebit.

e ¶ *Adhærentibus.*]eodem gaudent priuilegio cum ſacris, vt ff.de rei vend.quæ religioſis.& eſt ſimile.44.diſt.§.1.Ioan.

f ¶ *Componat.*]ſ. e. ſi quis in atrio. dicitur ꝙ eccleſiæ dabit. Sed dic, ꝙ ſatis dicitur eccleſiæ dari cum datur prælato eccleſiæ. aliæ pœnæ ſtatuuntur ĩ. e.quiſquis. Sed dic ꝙ pœnæ ſunt arbitrariæ. Vel ſecundum conſuetudinem locorum loquuntur. "Vel dic melius ꝙ ſi quis violat emunitatem nullum dānum faciendo, ſoluit ſolidos nongentos. ſed ſi damnum aliquod fecerit, ſoluet triplum pro emunitate, & damnum nouies, vt ĩ.e.qſquis. in fi.

" Eccleſiæ emunitatē violās qualiter punitur.

A ¶ Atrio.] *In duobus vetuſtis codicibus Gratiani legitur,* de altario, *in capitularibus verò,* de eccleſia.

Sacrilegium ergo eſt, quoties quis ſacrum violat, vel auferendo ſacrū de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro. Dicitur ēt ſacrilegium committere, qui violentas, & impias manus in clericum iniecerit. Porrò ipſum ſacrilegium duplicem continet pęnam, pecuniariam videlicet, & excommunicationis. Pecuniaria eis perſoluenda eſt, ad quos querimonia ſacrilegij pertinet.

Unde Ioannes Papa octauus ſcribit omnibus epiſcopis.

¶ De multiplici genere ſacrilegij, & pœna eiuſdem.

CAP. XXI.

6 QVíſquis inuentus fuerit reus ſacrilegij, epiſcopis, vel abbatibus, ſiue perſonis, ad quas [g] querimonia ſacrilegij iuſtè pertinuerit, triginta libras examinati argenti puriſſimi componat. ¶ Sacrilegium committitur, ſi quis infregerit eccleſiam, vel triginta eccleſiaſticos paſſus, qui in circuitu eccleſiæ fuerint, vel domos [h], quæ intra prædictos paſſus fuerint, aliquid inde diripiendo, vel auferendo: ſeu qui iniuriam, vel ablationem rerum intulerit clericis arma [i] non ferentibus, vel monachis, ſiue Deo deuotis, omnibuſque A eccleſiaſticis [k] perſonis. Capellæ, quæ ſunt intra ambitum murorum caſtellorum, non ponuntur in hac triginta paſſuum obſeruatione. Similiter ſacrilegium committitur auferendo ſacrum de ſacro, vel non ſacrum [l] de ſacro, ſi-

SACRILEGIVM. Casvs. Quia ſuprà facta eſt mentio de ſacrilegio, ideo nūc oſtendit G. ꝙ ſacrilegium ſit cum aliquis rem ſacrā violat. & hoc fit quatuor modis, vel auferēdo ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrum de ſacro, vel ſi quis iniecerit violentas manus in clericum. Oſtendit etiam ꝙ ſacrilegium duplicem continet pœnā, ſ. pecuniariam & excommunicationis. pecuniaria perſoluenda eſt illis, apud quos querimonia deponitur.

QVíſquis.]Casvs. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ ſacrilegus 30. libras argenti debet pręſtare epiſcopis, vel abbatibus, vel alijs pſonis ad quas querimonia ſacrilegij pertinet. In ſcđa parte dicitur, ꝙ eccleſiæ debent habere 30. paſſus pro cęmeterio in circuitu, niſi ſint capellæ caſtellorum: intra quos triginta paſſus ſi qs iniuriā fecerit in pſonis, vel inde aliquid auferēdo ſacrilegiū cōmittit. Similiter cōmittit ſacrilegiū auferēdo ſacrū de ſacro, vel nō ſacrū de ſacro. vel ſacrū de non ſacro. Secunda pars incipit, ibi, *Sacrilegium committitur.*

6 Anſ.l. 8.c. 40. Pol.l.6. tit. 10. Iuo p.3.c.98. Pann.l. 2.c. 80.& 79.

g ¶ *Ad quas.*]i.quibus competit querela. & loquitur de ipſis iudicibus, & dicit ꝙ iudicib. iſtius querelæ tm̄ ſint ſoluenda 30. pro emunitate violata. nā aliam pœnam præſtabit iniuriam paſſo. ĩ.c.proxi.

h ¶ *Vel domos.*]ſ.clericorum: nam aliæ domus non debent eſſe intra ambitum eccleſiæ, vt 12.q.1.nulla.

" Clericus arma ferēs, an perdat priuilegiū.

i ¶ *Arma.*]"ergo ſi clericus arma ferens verberetur, nō incidit in canonem verberans.ext.de ſen.exc.cum nō ab homine.& c.vt famæ.16.q.1. generaliter. hoc tamen non eſt verū niſi poſt trinam admonitionem reuerti noluerit ad clerum, vt ext.de ſen.exc.ſi verò aliquis.& c.in audientiā. quia nec clericus pōt beneficio illius canonis, ſi quis ſuadente, renuntiare, vt ext.de ſen.exc.contingit. Hoc tamen intelligo quando ex cauſa leuitatis induit arma, vel abijcit habitum clericalē, vt tunc non ſtatim perdat priuilegiū. aliud eſt ſi penitus apoſtataret, vt ſi fiat miles,[c] vel ſi vxorem ducat, tunc dico eum ipſo facto perdere priuilegium, vt 84.diſt. quiſquis.

c Dicas ꝙ ſi recipiat militiā, dūmō ñ exerceat ſæua, pt gaudere priuilegio clericali ſecundum In. put no.ext. đ apoſt.c.1. & ſa.ad hoc 52.diſ.c. 1. & qđ le. & no. 51. diſt. ſi quis poſt. Arc.

k ¶ *Eccleſiaſticis.*]vt ſunt conuerſi & pœnitentes, tēplarij & hoſpitalarij, q gaudent priuilegio clericali, 27.q. 1. vt lex. 11. q.1.aliud.ext.de ſen.excom.parochianos.& 12.q.1.duo ſunt.

l ¶ *Non ſacrum.*]lex tamen dicit, ꝙ in hoc caſu non committitur

mittitur ſacrilegium, ſed tantùm furtum, vt ff. ad leg. Iul. pec. l. diuus. ſed illud non tenet.

SI QVIS DOMVM. Casvs. Hic §. duas habet partes. In prima parte dicitur, quòd ſi quis ſine licentia prælati aliquid de eccleſia extraxerit, vel alicui eccleſiaſticæ perſonæ iniuriam fecerit, ſciat ſe communione domini priuatum donec ſatiſfaciat. ſi verò poſt tertiam commonitionem coram epiſcopo ſatiſfacere noluerit, anathematizat' ab omnibus euitetur. In ſecūda parte dicitur quòd illi qui eccleſias frangūt inde aliquid extrahentes, pœnam triplicem patientur: quia rem ſub tractam reſtituent ei cuius erat & damnum nouies, eccleſiæ verò triplum rei ſubtractę: & præterea pœna corporali punientur, quam habes ſuprà eadem, attendendum. vel excommunicabuntur. Secunda pars incipit ibi, *Idem.*

1 ſ. 11. q. 3. ad menſā. Anſ. l. 5. c. 52.

† al. fore priuatum

1. Cor. 5.

2 Anſ. l. 5. c. 47. Bur. l. 11. c. 22. Iuo p. 3. c. 124. & p. 14. c. 96.

† al. Hi, qui ſimile i Meldenſi, c. 60.

a ¶ *Nouies.*] quid eſt ergo quod dicitur inſtit. de act. §. omnes. vbi dicitur, quòd nulla pœna debet excedere pœnam quadrupli? Reſp. "non debet iudex excedere pęnam quadrupli niſi vbi iure inuenitur, quòd poſſit excedere: quia quandoque extenditur ad decuplum, vt 12. quæſtio. 2. in legibus. & c. cum deuotiſſimam. Vel ſolue vt ibi.

" Pœnam quadrupli pt iudex qñque excedere.

b ¶ *Tripliciter.*] "ecce triplex pęna, qua punitur ſacrilegus, quia iudici dabit xxx. libras, itē damnum nouies componet, & emunitatem tripliciter. ſimiliter corporalem pęnam ſuſtinebit, vt ſuprà eadem, attendendum. Ioan.

"ſacrilegus triplici pœna punitur.

SI *quis deinceps.*] Casvs. Quæſitum fuit ab Alexandro quā pęnam pati debeant laici maiores vel minores, qui epiſcopum cōprehenderint, vel percuſſerint, vel per violentiam de ſua ſede expulerint. Et reſp. quòd tales & cooperatores eorum debent anathematizari, & res eorum eccleſię cui iniuriam intulerint perpetuò traderitur, niſi fuerit epiſcopus canonicè depoſitus: & hoc in prima parte. In ſecunda parte dicitur, quòd ſi in presbyterum vel alium clericum hoc idem fecerint, ab honore depoſiti, canonicæ pęnitentię ſubiacebunt, & ſi cō-

3 Simile i 8. ſynodo ſub Photio, c. 3.

ue ſacrum de non ſacro. *Idem.*

¶ 1 Si quis domum Dei violauerit, & aliqua ſine licentia illius, cui commiſſa eſſe dignoſcitur, inde abſtulerit, vel eccleſiaſticis perſonis iniuriam fecerit, donec in conuentu admonitus legitimè ſatiſfaciat, ſciat ſe communione priuatum.† Si verò poſt ſecundā & tertiam conuentionem coram epiſcopo ſatiſfacere detractauerit, ſacrilegij periculo ab omnibus obnoxius teneatur: ita vt ſecundum Apoſtolum nemini fidelium miſceatur. *Idem.* ¶ 2 Si qui† monaſteria, & loca Deo dedicata, & eccleſias infringunt, & depoſita, vel alia quælibet exinde abſtrahunt, damnum nouies [a] componant, & emunitatem tripliciter [b], & velut ſacrilegi canonicæ ſententiæ ſubigantur.

¶ *In epiſtola manuſcripta Ioannis octaui, ſcripta epiſcopis, & abbatibus per Narbonēſem, & Hiſpanicas prouincias conſtitutis, præcipitur obſeruari lex contra ſacrilegos in concilio Trecaſenſi edita coram Ludouico Imperatore, & quinquaginta tribus epiſcopis. Diuerſa autem ſunt iſtius epiſtolæ verba ab his, quæ recitantur & à Gratiano, & à cęteris collectoribus, ſed eadem ſententia.*

A ¶ Omnibuſque eccleſiaſticis.] *Apud Iuonem legitur,* deuotis hominibus, eccleſiaſticis perſonis. Nō enim capellæ, quæ infra ambitum murorum caſtellorum ſunt, mittuntur, vel ponuntur in hac obſeruatione. *Nec multò aliter apud alios collectores.*

Item Alexander Papa II.[3]

¶ Niſi canonicè iudicatum epiſcopum qui comprehenderit laicus, excommunicetur.

CAP. XXII.

V SI quis deinceps priorū [c], aut cuiuſcunque dignitatis, vel cuiuſcunque ordinis laicorum epiſcopum comprehenderit, percuſſerit, aut aliqua vi à propria ſede expulerit, niſi fortè iudicatum [d] canonicè, auctores, & cooperatores tanti ſceleris anathematizentur, & bona eorum eccleſię ipſius iuri perpetuò tradantur. [e] ¶ Si verò in presbyterum, vel in quemcunque inferiorū graduum clericum hæc eadē præſumpſerit, canonicæ pęnitentiæ, atque depoſitioni [f] ſubiacebit. Si contumax fuerit, excommunicetur.

Item Nicolaus Papa Thadoni Archiepiſcopo Mediolanenſi.[4]

¶ Flagellatores presbyterorū poſt tertiam admonitionem ſi non reſipuerint, excommunicentur.

CAP. XXIII.

5 DE presbyterorum flagellatoribus, & occiſoribus, & prædonibus, ſcilicet, qui ſeculari [g] brachio minimè coërcentur, iuxtà præceptum Dñi placet, vt fraterno amore conueniantur ſecundò, ac tertiò. Qui ſi te non audierint, cōueniente eccleſia eos ſacra cōmunione priuare, atque (ſi in ſua obſtinatione permanentes ſacerdotalia monita fortè contempſerint) ab eccleſiæ cōpage ſub anathematis interdictione reſecare licentiam tribuimus. ¶ Quos etiam reſipiſcentes tandem, digna ſatiſfactione præmiſſa, [h] in gremium ſanctæ matris eccleſiæ reuocari noueris poſſe.

[*Item ex concilio Moguntino ſub Rabano, c 24.*]

PALEA.

CAP. XXIIII.

6 QVi presbyterū occiderit, duodecim A annorum ei pœnitentia ſecundum canones imponatur: aut ſi negauerit, ſi liber eſt, cum ſeptuaginta duobus B iuret: ſi autem ſeruus, ſuper duodecim vomeres feruentes ſe expurget. Cōuictus verò noxæ vſque ad vltimum vitæ tempus militiæ C cingulo careat, & abſque ſpe coniugij maneat.

¶ *Hæc Palea in vno tantùm Vaticano Gratiani codice habetur.*

A ¶ Duodecim.] *Sic in codice Vaticano, & cæteris locis indicatis. In vulgatis Gratiani codicibus legebatur,* viginti annorum pęna.

B ¶ Cum ſeptuaginta duobus.] *In cōcilio ipſo legitur,* cum duodecim, *Burchardus tamen, & Iuo, et codex Vaticanus concordant cum vulgata lectione.*

C ¶ Militiæ cingulo.] *Sic etiam in Decretalibus & apud Burchardū, et Iuonē. In concilio aūt legitur,* cingulum deponat, & vxorem amittat.

tumaces fuerint, excommunicabuntur. Secunda pars incipit ibi, *Si verò.*

c ¶ *Priorum.*] i. nobilium.

d ¶ *Iudicatum.*] i. depoſitum, quod tamen verum eſt ſi incorrigibilis eſt, vt extr. de iud. cum non ab homine. 11. quæſtio. 1. petimus. & 27. quæſtio. 1. ſi homo. quidā tamen ex hoc loco dixerunt, quòd ſi quis iniecerit manus violentas in clericum excommunicatum, quòd non eſſet excommunicatus. per id quod legit 23. quæſtio. 5. excommunicatorum. quod non credo.

4 in chron. Mediolan.

e ¶ *Tradantur.*] ecce pęna illorum qui inijciunt manus in epiſcopum. ſic 27. quæſtio. 1. ſi quis rapuerit. aliā pęnam adijcit Inno. extra de pœ. in quibuſdā.

5 Iuo p. 10. c. 20.

f ¶ *Atque depoſitioni.*] ar. quòd eccleſia poteſt deponere [a] laicum, vt 11. quæſtio. 1. nullus epiſcopus. & 32. quæſtio. 5. præceptum. Ioan.

a ſ. ab honore & cingulo dignitatis, ſi q hēt, ſecdm Hug.

DE *presbyterorū.*] Casvs. Hoc capitu. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd Thadonus archiepiſcopus Mediol. quæſiuit à Nicolao quid fieri debeat de his qui presbyteros flagellant & occidunt vel deprædantur, nec ſeculari brachio poſſunt coerceri. & reſp. quòd primò conueniri debent ſecundò & tertiò. qui ſi delictum non emendauerint, à corpore ſacræ communionis priuentur. tandem debent anathematizari in contumacia permanentes. In 2. parte dicitur, quòd ſi ipſi reſipiſcant, reconciliari debēt eccleſiæ, digna tamen ſatiſfactione præmiſſa. Secunda pars ibi, *Quos etiam.* Caſus ſeq. capitu. per ſe patet.

6 ext. de pœ. & rem. c. 2. Bur. l. 6. c. 7. Iuo par. 10. c. 136.

g ¶ *Qui ſeculari.*] ergo ſecularis iudex in his enormibus criminib. primò habet coerctionem [b], & deinde eccleſiaſticus iudex, vt 23. q. 5. ſunt quædam. Ioan. quod falſum eſt, vt ext. de iudi. cum non ab homine. B. Item hic patet, quòd ſecularis poteſtas & eccleſiaſtica debent ſibi mutuū præſtare auxilium, vt 96. diſtin. cum ad verum. & 32. diſt. eos qui. & diſt. 17. non licuit.

b Ad hoc fa. qđ no. ſ. 90. di. placuit.

h ¶ *Præmiſſa.*] Argumen. "quòd excommunicatus prius debeat ſatiſfacere, quàm abſoluatur.

"Excōicat' an poſſit abſolui nō præmiſſa ſatiſfactione.

uatur.vt hic,& 11.q.3.excellentiſſimus.in fi.& 23.q.8.ſi quis membrorum.& c.peſſimam.ext de iu.pa.relatum.arg. contra ext.de ſen.exc.per tuas.Sol.aut excommunicatur quis ꝑ contumacia, aut pro delicto. Si pro contumacia, tunc præſtita cautione abſoluetur. Si pro delicto, & illud eſt euidens, non prius abſoluetur quàm ſatisfecerit. ſic diſtinguitur ext.de ver.ſig.ex parte. Io. Certè ſemper excõmunicatur quis ꝑ contumacia, ſed illa qñ que prouenit ex delicto, vt innuit illa decr. ex parte. niſi ipſo iure incidat in canonem latæ ſententiæ, vt j. c.q.4.ſi quis ſuadente.B.

1Prima pars hr̃ cap. 6.l. c.169.Burc. l.6.c.10.Iuo p.10.c.139.

a QVi ſubdiaconum.] ¶ Presbyterum.] Quid de hac pœna fieri debeat, habes extra de pœn.c.2.

b QVi occiderit.] ¶Publicam.] Sed quid ſpectat ad imperatorem imponere alicui publicam pœnitentiam? Dic quòd imperator inſtituit quid iudex eccleſiaſticus facturus ſit: ſicut èconuerſo, vt 5.q.vlt. delatori.

2 Capit.l.4. c.15. ext.de pœ.c.presbyteri.Bur.l.6. c.11. Iuo p. 10.c. 140. Pan.l.8.c.6. †al. Vuirgildi.

SI quis.]Casvs. Statuit Inn. in hoc c. ꝙ ſi quis iniecerit violentas manus in clericum, vel etiam in monachũ, ſtatim ſit anathematis vinculo innodatus: & nullus epiſcopus eum quouis modo præſumat abſoluere, donec Apoſtolico ſe præſentet,& eius mãdatum ſuſcipiat: niſi ſit in mortis articulo. cõſtitutus.

c ¶Si quis.]hoc nomine, ſi quis, etiam fęminæ continentur, vt ff. de verb. ſig. l.1.fęmina enim bene incidit in canonem hunc,vt extr.de ſent.exc.mulieres.

d ¶In clericum.]etiam Pſalmiſtam, qui clericus dicitur 21. diſ. cleros. & etiam in alias eccleſiaſticas perſonas, vt no.s̃.e.quiſquis.

e¶Violentas.]ᵅab hac regula multi caſus excipiuntur, vt impuberes:& qui iocoſa leuitate ſe percutiunt: & cum magiſter diſcipulum percutit, vt extra eo. c. 1. quia non ſunt huius manus violentæ. Item cum clauſtrales ꝑcutiunt ſe, vt extr. eo. cum illorum. Item cũ oſtiarius ratione officij ſui aliquem verberat. Vel cum aliquis officialis arcet aliquem à turba. Vel cum aliquis defendẽdo ſe percutit clericum. Vel cum inuenit clericum cum vxore ſua, matre,ſorore,filia.hos caſus.habes ext.eo.ſi verò. Itẽ mulieres & debiles perſonæ excipiuntur,vt ext.eo.mulieres.Item ipſi prælati licitè percutiunt clericos ſuos:vel alij clerici de mandato ipſorum,vt ext.eo.ex tenore.Itẽ quãdiu habes inimicitias,vt ext.c.decętero.Item excipiuntur illi qui leuem iniuriam fecerint clerico, vt extra eodem,peruenit.

ᵅ Clericum percutiés ñ ſemper incurrit excõicationem.

3 Et in cõc. Trosleiano. c.13.& inter leges Lógobard. tit. de homici. lib. hoïs.l.27.

f ¶Manus.]idem ſi pedes: vel ſi ſpuat vel ꝑfundat eum aqua.aliud dico ſi rumpat veſtimẽta ſua. ſed idem credo & tunc: quia violentia fit perſonæ: ᵃ & quia q̃ religioſis, &c. ff. de rei vend.l.quæ religioſis.

4Pã.l.8.c.7. Bur.l.6.c.5. Iuo p.10.c. 9.& 134.ſimilia q̃dã.

a ɑ̃ hoc no. de pœ. di.1. ſi qs pulſatus. ibi vid.

g ¶Subiaceat.]iſte canon eſt latæ ſententiæ, & ille ext.de fal.ad falſariorum.ext.de loca.ex reſcripto. & vbicunque ipſo facto incidit in ſententiam,vt 24.q.1. c.1. & 2.Ioan.

5 Iuo p.10. c.10. Pann. l.8.c. 8.

QVI AVTEM. Hęc eſt 3.pars q.in qua ponit diuerſos modos ſacrilegij.Io.de Fan. Casvs.In hoc §.oſtendit G. q̃ ſit pęna ſacrilegij ſecundum legẽ ſecularem:& dicit ꝙ ſi aliqs ſacrilegium commiſerit,ad inſtar publici criminis accuſatus & conuictus & confeſſus capitali ſnĩa ferietur. & ad hoc probandum inducit duas leges,& hoc in 1.parte:in 2.parte dicitur, ꝙ ſacrilegium committitur tribus modis ſecundum legem. Primò qñ aliqs vel neſciẽdo vel negligendo legem violat. Secundò, cũ aliquis diſputat an dignus vel indignus ſit quem princeps elegerit. Tertiò, quãdo aliquis in prouincia dignitatem gerẽdæ adminiſtrationis acquirit per ambitionem. Idem dicitur ſi aliquis diſputat de iudicio ſummi Pontificis. Et ad hoc inducit ſequens c. Secunda pars eſt ibi, *Committunt.*

†al.gerat

6 Pan.l.8. c.149.

h¶Repetundarum.]magiſter errauit in nomine huius tit.ſed illud inuenitur. ff. ad leg. Iul. pe c.ſacrilegij.

i ¶ Neſciendo.]quia iuris ignorantia diuini, vel naturalis non excuſat.

k ¶Dignus.]quem princeps iudicat dignum,& nos iudicabimus. ſimile 93. diſtinctione,capitulo primo, ff. de re iud. quidã.C. de aduo. di.iud.reſtituendę.in fi. arg. contra: quia poſſum appellare à iudice, quem ipſe ex certa ſciẽtia dedit. ᵇ ext. de off. del.cum olim.1.ext. de ap.nouit.ext.de ſen.& re iud.cum cauſa.

† peculatus l.ſacrilegi] vera lectio, vt in glo.

b Et hoc ió qa appellõnis remediũ oĩb. eſt cõe, in auth. de iudi. §. pen. Io.de Fan.

l ¶Qui intra prouinciam.]prætor tamen eligendus eſt, vbi

larem

[*Item ex concilio Triburienſi.*]

PALEA.

CAP. XXV.

1 VT presbyteri non vadant,niſi ſtola,aut orario induti. Et ſi in itinere ſpoliantur, aut vulnerantur, vel occiduntur non ſtola veſtiti, ſimplici emendatione ſoluantur: ſi autem cũ ſtola, triplici.

[*Item ex eodem.c.5.*]

PALEA.

CAP. XXVI.

2 OMnes presbyteri interfectores A compoſitione epiſcopi,ad cuius parochiã pertinent,ſoluantur: ita videlicet,vt medietatem Vuirigeldi † B, eius epiſcopus vtilitatibus eccleſiæ, cui præfuit tribuat, & alteram medietatem in eleemoſynam illius iuſtè diſpertiat:quia nullus nobis eius hęres proximior videtur, quã ille,qui ipsũ domino ſociauit.

¶ *Hæc quoque palea in vno tantùm Vaticano codice habetur. Eſt autem in capitularibus (vnde citatur in Pannormia)lib.4.c.15. & in Decretalibus tit.de pœnis.c. presbyteri. In concilio etiam Triburienſi,quod extat,c.4.habetur quiddam ſimile.*

A ¶Interfectores.]*Sic etiã in Pannormia.Vaticanus codex habet*, interfecti. *In capitulari legitur*, presbyteri interfecti epiſcopo, ad cuius parochiam pertinent,ſoluantur ſecundum capitulare glorioſi Karoli genitoris noſtri:ita videlicet, &c. *Verùm in Decretalibus, & apud Burchardum, & Iuonem hoc modo:* Presbyteri interfecti compoſitio epiſcopo,ad cuius parochiam pertinebat, ſoluatur: ita videlicet, &c. *& ſimilis locutio habetur in concilio Triburienſi,c.4. Sed quoniam eſt initium capitis, nihil viſum eſt hic mutandum:reliqua autẽ ſunt emendata ex locis indicatis.*

B ¶Vuiregeldi.] *Antea legebatur,* Renaldus. *Emendatum eſt ex cæteris locis indicatis, præterquàm ex Decretalibus, vnde abeſt vtraque vox: legitur tamen in prima collectione.*

Item ex lib.3.capitul.c.25. 3

¶ Pro graduum varietate mulctentur, qui clericos occidunt.

CAP. XXVII.

4 QVi ſubdiaconum occiderit,ccc.ſolid.componat: qui diaconum, cccc. qui presbyterum,ᵃ DC.qui epiſcopum, DCCCC. qui monachum,cccc.

Item ex lib.6.capitul.c.90.

¶De eodem.

CAP. XXVIII.

5 QVi occiderit monachũ, aut clericum, arma relinquat,& Deo in monaſterio ſeruiat cunctis diebus vitæ ſuæ, nunquam ad ſeculum reuerſurus, & ſeptem annis publicam ᵇ pœnitentiam agat. †

Item Innocentius Papa II.in concilio Lateranenſi,c.15.

¶Qui clericum percuſſerit,excommunicetur, & non niſi à Romano Pontifice abſoluatur.

CAP. XXIX.

vj 6 SI quis ᶜ ſuadente diabolo huius ſacrilegij reatum A incurrerit, quòd in clericum ᵈ, vel monachum violentas ᵉ manus ᶠ iniecerit, anathematis vinculo ſubiaceat ᵍ: & nullus epiſcoporum illum præſumat abſoluere (niſi mortis vrgente periculo)donec Apoſtolico cõſpectui præſentetur, & eius mandatum ſuſcipiat.

A ¶ Reatum.] *Sic eſt emendatum ex codicibus huius concilij manuſcriptis,& concilio Eugenij tertij,c. 16. vbi hoc idem repetitur. Antea legebatur,*vitium,vel crimen incurrerit.

3 *Qui autem de eccleſia vi aliquem exemerit,vel in ipſa eccleſia,vel loco,vel cultui,ſacerdotibus,& miniſtris aliquid iniuriæ importauerit, ad inſtar publici criminis, & læſæ maieſtatis accuſabitur: & conuictus, ſiue confeſſus, capitali ſententia à rectoribus prouinciæ ferietur: ſicut in primo libro Codicis legitur, titulo de epiſcopis,& clericis le.[Si quis in hoc genus ſacrilegij prorupe rit.]& in Digeſtis tit. Ad legem Iuliam repetundarum.*† ʰ *l. vlt. Committunt etiam ſacrilegium, qui contra diuinę legis ſanctitatem aut neſciendo* ⁱ *committunt,aut negligendo violant, & offendunt: aut qui de principali iudicio diſputant, dubitantes,an is dignus* ᵏ *ſit, quem princeps elegerit:vel q intra prouinciã,* ˡ

lare fouet, vt C. de off. præ. tres. ſimiliter defenſor de ipſa ciuitate eligendus eſt. in auth. de def. ciuit. §. 1. & vlt. & plātus potius de gremio proprio quàm de alieno, vt 71. diſ. nullus. & ſacerdos de propria diœceſi. 71. diſt. hortamur.

NEmini.] CASVS. Præcipit Nic. in hoc ca. omnibus epiſcopis, vt nullus eorum de iudicio ſedis Apoſtolicæ iudicet, vel eius ſententiam, vel iudicium retractet: eo quòd eccleſia illa primatum habet & prærogatiuam inter omnes alias eccleſias.

a ¶ Retractare.] ſed ipſemet vel eius ſucceſſor poteſt eam reuocare, vt 35. q. 9. ſententiā.

SACRILEGII. Dictum eſt ſ. quòd ſacrilegium ſex modis committitur. nunc verò dicit Grat. quòd ſimiliter committit quis ſacrilegium, cum Iudæis publica officia committit. & ad hoc inducit ſeq. ca.

1 Anſ. l. i. c. 21. Pan. l. 4. c. 10.

COnſtituit.] CASVS. In Hiſpania publica officia committebātur Iudæis: & propter hoc Chriſtiani à Iudeis lædebantur: & ideo ſtatutum fuit in cōc. Tol. ne rectores prouinciarum cum epiſcopis de cætero hoc permittant. & ſi quis fieri permiſerit, velut ſacrilegus anathematizetur: & Iudeus publicis cædibus deputetur. *Cum ſacerdotibus*, id eſt, epiſcopis. *Eorum*, id eſt, Iudæorum. *Obreptiones*, id eſt, adminiſtrationes. *Relictas*, id eſt, conceſſas per obreptionem. *Suſpendant*, id eſt, remoueant & auferant ipſis Iudæis.

a Diſtin. 54. nulla. Iuo p. 13. c. 97.

b ¶ *Qui ex Iudæis.*] id eſt, de familia ipſorum: vel loquitur de Iudæis de nouo ad fidem conuerſis.

c ¶ *Officia.*] ſuprà diſtinctione quinquageſimaquarta. nulla officia.

d ¶ *Cædibus.*] "Nota quòd eccleſia iudicat de his qui foris ſunt, contra id quod eſt, ſecunda, qſtione prima. multi. hoc in pœna temporali ſiue in pecuniaria: ſimiliter in ſpirituali, ſed indirectè, vt extra de vſur. poſt miſerabilem. & eſt ſimile vigeſimaoctaua, quæſtio. 1. ſæpe.

"Eccleſia de his q foris ſunt qnque iudicat.

in qua prouinciales, & ciues habentur, officium gerendæ, ac ſuſcipiendæ adminiſtrationis deſiderant. vt Codi cis lib. 9. titulo de crimine ſacrilegij. Similiter de iudicio ſummi Pontificis alicui diſputare non licet.

Vnde Nicolaus Papa omnibus epiſcopis.

¶ Nemini eſt permiſſum de eo, quod Papa ſtatuit, iudicare, vel eius ſententiam retractare.

CAP. XXX.

1 NEmini eſt de ſedis Apoſtolicæ iudicio iudicare, aut illius ſententiam retractare [a] permiſſum: videlicet propter Romanæ eccleſiæ primatum Chriſti munere in beato Petro Apoſtolo diuinitus collatum.

¶ Epiſtola, ex qua hoc caput eſt ſumptum, non extat: aliquid tamen ſimile habetur in epiſtola prima ad Michaelem Imperatorem.

Sacrilegij quoque reatum incurrit, qui Iudæis publica officia committit.

Vnde in Toletano conc. 4. cap. 64. legitur.

¶ Sacrilegium faciunt, qui Iudæis publica officia committunt.

CAP. XXXI.

2 COnſtituit ſanctum concilium, vt Iudæi, aut hi, qui ex Iudæis [b] ſunt, officia [c] publica nullatenus appetant: quia ſub hac occaſione Chriſtianis iniuriam faciunt. Ideoque iudices prouinciarum cū ſacerdotibus eorum ſurreptiones fraudulenter elicitas A ſuſpendant, & officia publica eos agere non permittant. Si quis autem iudicum hoc permiſerit, velut in ſacrilegum excommunicatio proferatur: & is, qui ſurrepſerit, publicis cædibus [d] deputetur.

A ¶ Elicitas.] *Sic eſt emendatum ex codice Lucenſi regio: quamuis in alijs codicibus conciliorum, & Gratiani legatur*, relictas.

4 *Verùm ne reuerentia religionis dominos ſuo iure fraudaret, ſi famuli ad eccleſiæ ſepta confugientes inde nequaquam abſtraherentur, ſacris canonibus eſt inſtitutum, vt præſtito à Domino ſacramento impunitatis, ei etiam reddantur inuiti.*

Vnde Gelaſius † Papa ſcribit Bonifacio Epiſcopo.

¶ Poſt præſtitam ſecuritatem ſerui reſtituantur dominis, qui ad eccleſiam confugiunt.

CAP. XXXII.

3 MEtuentes dominos famuli ſi ad eccleſiæ ſepta cōfugerint, interceſſiones debent quærere non latebras: ne hæc ipſa præſumptio tarditatis [e] temeritatem augeat renitendi. Filius etenim noſter vir ſpectabilis Petrus queritur ſeruum ſuum in eccleſia ſancti Clementis diutius commorari, † cui cum deputaſſet ſacramēta præſtari, illum egredi nulla ratione voluiſſe. Et ideo directus ſupradictus † homo de præſenti [f], cum eo, quem elegeris eſſe mittendum, cum de impunitate eius ſacramenta [g] præbuerit, eum ſtatim facias ad dominum ſuum modis omnibus remeare: aut ſi in hac pertinacia † fortè perſtiterit, poſt ſacramentum ſibi præſtitum reddatur inuitus.

Idem Ioanni Epiſcopo Vienenſi. †

¶ Securitate recepta ad ratiocinia reddenda fugitiui ab eccleſia redire cogantur.

CAP. XXXIII.

4 VXor Felicis, & filiæ Romam, quia ſic oportuit, peruenerunt. Siquidem hunc ipſum primùm ſe ad Barbarorum [h] baſilicam conferentem: ſeque bonas cauſas habere iactantem egredi ſub hac conditione præcepimus, vt ſi actus ſuos fideliter, & rationabiliter allegaret, nihil circa eum prorſus aſperum fieri, durumq; pateremur. Alioqui ſi contra fidem, & vtilitatem Dominicā veniſſe probaretur, ipſe ſibimet [i] imputaret [k], atque † domini ordinationi cōgruæ ſubiaceret.

3 Iuo p. 16. c. 68. & p. 3. c. 115. Pā. l. 2. c. 77. & 74.

4 Iuo p. 16. c. 77.

† al. commoratum

† al. ſupradicti.

† al. peruicacia.

† al. Viuanenſi.

† al. atque ordinationi

reddantur: quod probat per ſequens capitu.

MEtuentes.] CASVS. Seruus Petri viri ſpectabilis fugit ad eccleſiam ſancti Clementis: cui cum Petrus per procuratorem ſuum ſacramentum de impunitate perſonæ præſtare vellet, egredi tamen nolebat. Super quo cum præfatus Petrus cōquereret Gelaſio, pcepit idē Gelaſius Bonifacio epo, vt cū illo procuratore illuc ſuum nunciū debeat deſtinare: & ſi poſt ſacramentum pſtitum de impunitate ſeruus ad dnm redire noluerit, ſibi reddat inuitus. *De præſenti*, i. in pnti.

† al. Gregorius.

e ¶ *Tarditatis.*] i. retentionis.

f ¶ *De præſenti.*] i. in pnti. dns iſte poterat p alium iurare, vt hic patet. & 100. di. optatū. "& ſcias q procurator dēt iurare in animam dni, vt 63. di. tibi domino ſancto. ſed ſyndici ſiue œconomi in propriam animam, vt extr. de iur. calum. in pertractandis.

"pcurator in aīam dni iurare dēt, ſyndicus, ſiue œconomus in propriam.

g ¶ *Sacramenta.*] hoc intellige cum nō eſt tāta ſæuitia domini quin ſuo ſacramento poſſit credi, vt dixi 3 2. q 1. de Benedicto. Io.

VXor Felicis.] CASVS. Quidam nomine Felix, ſeruus erat villicus vel procurator Orthaſij: cuius res malè & fraudulenter adminiſtrauit. Iſte Felix cum dns eum impeteret, ad eccleſiam confugit Barbarorum: quem cū dictus Orthaſius de eccleſia extrahere vellet, præcepit Gelaſius vt præſtaret ſacramentum de impunitate: quod cum facere vellet, noluit Felix recipere ſacramentum, dicens ſe iuſtam cauſam habere. vnde ei nolebat reddere rōnē. quare Papa præcipit illum ſub hac conditione egredi, vt ſi rationabiliter aliquid allegaret, nihil durum pateretur. Egreſſus autē ſe tueri nō potuit: & ſic miſſus eſt in carcerem. vxor autem ſua & filiæ ſuæ Romā venerunt, & ſupplicauerunt Papæ pro Felice. & reſpondet Papa: quia Felix renuntiauit ſacramento impunitatis, qd pro ſe fuerat introductū: & vera fuerunt quæ ſibi obijciebātur, imputet ſibi q tenet incarceratus. qd totū ſignificat Papa Ioāni epo Vienen. Et no. q in hac parte ca. nō dicit Papa qd fieri debeat de Felice, ſed in ſequenti. Vel fortè per hoc quod dicit, imputet ſibi, innuit quòd non vult eum tueri.

h ¶ *Barbarorum.*] proprium eſt nomen: ſicut Carbonenſiū.

i ¶ *Sibimet.*] quòd non petijt cautionem de impunitate.

k ¶ *Imputaret.*] "no. ar. q imputet ſibi q de iure ſuo cōfiſus noluit

"Bnficiū iuris ſpernens ſibi dēt imputare.

VERVM. Hæc eſt 4. pars q. in qua quæritur quid iuris ſit de ſeruis fugientibus ad eccleſiam. Io. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſuprà in cap. ſicut antiquitus. & in capit. miror. & cap. reum quòd nullus extrahi debet de eccleſia. ſed quia ſerui ſub hac occaſione ad eccleſias fugientes dominos ſuo iure priuabant, ideo ſtatutum fuit vt recepto ſacramento de impunitate, ſerui etiam inuitis dominis ſuis

noluit vti beneficio canonis. vnde ſi quis de iure ſuo confiſus incontinenti litem conteſtetur non petitis inducijs, bene præiudicat ſibi.[a] licet quidã hoc negent:[b] quia lex dicit quòd lite conteſtata contra hoc indultum habita pro nihilo habenda eſt, vt 3.q.3.offeratur. Item habes hic, quòd aliquis poteſt renuntiare priuilegio quod ad honorem cæleſtem inductũ eſt. contra illud ext.de fo.comp.ſi diligenti.ſimile huic dicit lex imputet ſibi qui pro nouo beneficio vetus elegit grauamen.C.de iu. delib.l.vltim.§.penult.

a idẽ Ale.de Im.ĩ l.1.ff.ð eden.cir.pr. verſ.ſecũdo not.

b Vr̃ ꝙ bene ſecũdum id qđ not.2.q.10.in ſumma.

IVdas.]CASVS. Iudæus quidam nomine Iudas, conqueſtus eſt Papæ Ioanni de quodam ſuo ſeruo qui fugerat ad eccleſiã Venafranam: quem ante paucos annos ſe compareſſe dicebat. Seruus replicabat quòd à pueritia fuerat Chriſtianus: & nuper à præfato domino ſignaculũ circuncisionis recepit. quare Papa committit cauſam Syracuſano & Conſtantino & Laurẽtio epiſcopis vt veritatem diligenter inueſtigent: quatenus ne religio Chriſtiana temerata videatur impunè: nec ſeruus fortè mentitus iura domini declinare contendat.

1 Iuo p.13. c.113.

a ¶ *Ante paucos annos.*] s̃.di.54.c.mancipia. & c.nulli. & c.fraternitatem. contra. ſed aliud eſt dicere ſe velle fieri Chriſtianum, ſecundum quod illud c. loquitur. aliud eſt dicere ſe eſſe Chriſtianum, & mentiri, vt ſic poſſit recedere à domino ſuo, ſecundum quòd loquitur hic.

†al.dominij

DIffiniuit.]CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, vt nullus audeat facere violentiam in reb. vel perſonis fugientium ad eccleſiam intra 30.paſſus eccleſiæ, nec ẽt extra 30.paſſus, cum ad requiſitæ naturæ vſus neceſſarios ire compellantur, ita quòd ad receptacula extranearum domorum, i.poſitarum extra ſupradictum ſpatium non progrediantur. ſi quis verò contra fecerit, excommunicatus regia ſententia feriatur. ſi verò dato ſacramento de impunitate perſonarum ſacerdos fugientes non reddiderit, & poſtea tales fugerint, aut ſacerdos eos quęrere debet: aut ſecundum electionem principis damnũ emendet. *abſque*, excluſiuè ponitur. *Qualiter*, i. vt ſecundũ electionem principis, i.ſecundnm ꝙ voluerit damnum arbitrari.

2 Iuo p.3.c.121.Pan.l.2.c.78.

b ¶*Defendatur.*]Sed quis prouidebit iſtis interim in expenſis? Rñdeo, eccleſia, vt C.de his q ad ec.confu.l.pñti.in fi.ſicut cuſtos carceris prouidebit captiuis.C.de epiſc.aud.vt iudices.

iaceret. Qui ſuperueniente filio noſtro viro ſpectabili Orthaſio, ſic eſt ad ſingula quæque conuictus, vt os aperire non poſſet, & vera eſſe, quæ huic obijcerentur, voce propria fateretur: ideoque tenetur cuſtodiæ mancipatus.

Item Syracuſano, & Conſtantino, & Laurentio Epiſcopis.

¶ Eripiatur in libertatem ſeruus, cui Chriſtiano Iudæus ſignaculum circumciſionis impreſſit: alioquin ab eccleſia domino ſuo reddatur inuitus.

CAP. XXXIIII.

1 IVdas, qui Iudaicæ profeſſionis exiſtit, mancipium ſui iuris, quod ante paucos annos[a] ſe aſſerit comparaſſe, nũc ad eccleſiam Venafranam cõfugiſſe ſuggeſſit (ſicut petitorij tenor annexus oſtendit) eo quòd dicat ſibi ab infantia Chriſtiano nuper à præfato domino ſignaculum circunciſionis infixum. Quapropter veſtra diligenter inter vtrunque ſolicita cura rerum fideliter examinet veritatem: quatenus nec religio temerata videatur, nec ſeruus hac obiectione mentitus competentis iura domini† declinare contendat.

Item ex concilio Toletano 12. capitu.10.

¶De atrio eccleſiæ (quòd triginta paſſibus clauditur) niſi prius data ſecuritate fugiens non abſtrahatur.

CAP. XXXV.

2 DIffiniuit ſanctum concilium, vt nullus audeat cõfugientes ad eccleſiam, vel reſidẽtes inde abſtrahere, aut quodcunque nocibilitatis, vel damni, ſeu ſpolij reſidentibus in loco ſancto inferre: ſed eſſe potius his ipſis, qui eccleſias petunt, per omnia licitum in triginta paſſus ab eccleſiæ ianuis progredi: in quibus triginta paſſibus vniuſcuiuſque eccleſiæ in toto circuitu reuerentia defendatur[b]: ſic tamẽ, vt hi, qui ad eam confugiunt, in extraneis, vel longè ſeparatis ab eccleſia domibus nullo modo abſcedant †: ſed in hoc triginta paſſuum numero abſque domorum extranearum receptaculo progrediẽdi† aditum obtinebunt: qualiter ad† requiſitæ naturæ vſum debitis exeant locis, & nullo teneantur euentu neceſſitudinis, qui Dominicis ſe defendẽdos cõmiſerint clauſtris. Si quis autem hoc decretum tentauerit violare, & eccleſiaſticę excommunicationi ſubiaceat, & ſeueritatis regiæ feriatur ſententia. Ipſos autem, qui ad eccleſiam confugium fecerunt, ſi iuxtà priſcorum canonum inſtituta hi, qui eos repetunt, ſacramenta reddiderint, & ſacerdos eccleſiæ ipſius ab eccleſiæ non abſtraxerit foribus, aut fuga talium, ſi euenerit, ſacerdoti quærenda eſt: aut damnorum ſententia ſecundum electionem principis[c] huiuſmodi ſacerdotibus irroganda.

Item ex concilio Aurelianenſi 1. c.3.& 5.

¶ Ante ſecuritatem acceptam de atrio eccleſiæ fugitiuus non cogatur exire.

CAP. XXXVI.

3 ID conſtituimus obſeruandum, quod eccleſiaſtici canones decreuerunt, & lex Romana conſtituit, vt ab eccleſiæ atrijs, vel domo[d] epiſcopi reos A abſtrahere omnino nõ liceat: ſed nec alteri conſignare[e], niſi ad Euangelia datis ſacramentis de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere ſint ſecuri: ita vt ei[f] cui reus fuerit criminoſus[g], de ſatisfactione conueniat. Quòd ſi quis ſacramenta ſua conuictus fuerit violaſſe, reus periurij non ſolùm à communione eccleſiæ, vel omnium clericorũ, verumetiam & à catholicorũ conuiuio[h] ſeparetur. Quòd ſi is, cui reus eſt, noluerit B ſibi intentione[i] faciente componi, & ipſe reꝰ de eccleſia actus timore diſceſſerit, ab eccleſiæ clerici non quæratur. ¶ 4 Seruus etiam, qui ad eccleſiam confugerit pro qualibet culpa, ſi à domino pro admiſſa culpa ſacramentum ſuſceperit, ſtatim ad ſeruitium domini ſui redire cogatur: & poſtquàm dato

4 C.5. Burc.l.3.c.192.Iuo p.3.c.109. Pan.l.2.c.73.

c ¶*Principis.*]i.iudicis[c] eccleſiaſtici: vel principalis perſonæ, ſ. actoris. & ſic non obſt. 96.diſt.denique.

c Papæ, vt no.de conſ. diſt.j.corpora. Arc.

ID conſtituimus.]CASVS. Hoc c.diuidit̃ in duas partes. In 1. dicit̃ ꝙ ſi debitor cõfugerit ad eccleſiam, ſecũdum leges & canones non dẽt petenti reſtitui niſi dato ſacramento de indẽnitate perſonæ, ita ꝙ poſteà debitor ille ſatisfaciat ei cuius eſt debitor. ſi verò poſt datũ ſacramentũ debitorem in perſona offenderit, dẽt anathematizari. Si autẽ creditor petat & exigat à debitore vltra q̃ debeat, & ꝑ hoc debitor ab eccleſia confugerit, ſibi imputet creditor, q plus exigebat. In 2.parte dicit̃ ꝙ ſi ſeruus ꝑ culpam aliq̃ ad eccleſiã confugerit, dato ſacramẽto de impunitate dẽt dño reddi: quem ſi dñs poſteà offenderit, dẽt excõicari. ſi verò ſeruus recepto ſacramento de impunitate perſonæ ad dñm redire noluerit, inuitus à dño occupetur. *Ita vt ei cui reus*, i. conuentus, vel liberator. *Criminoſus*, i.obnoxius propter furtum vel rapinam, vel mutuum qđ reddere nolebat, vel qđ negabat. *Cui reus*, i. debitor. *Componi*, i.dãnum reſarciri, vel debitum reddi. *Intentione*, i. amplificatione, vel augmẽto pęnæ, vel pecuniæ faciẽte: q nõ opponeret niſi plus daret.

†al.obcęlentur]Orig.

†al.progredientes

†al.qualiter reqſitæ naturæ vſum debitis expleant locis.

3 Raba.pœ. c.22.Bur.l.3.c.170.Iuo p.3.c.107.

d ¶ *Vel domo.*] quę domus erat intra quadraginta paſſus, vt 41. di.epiſcopus vilem. & de conſec.diſ.3.epiſcopus. Idẽ tamen priuilegium habet ſi eſt extra iſtos paſſus. Io.

e ¶*Conſignare.*]id eſt, tradere.

f ¶*Vt ei.*]i.cum eo.

g ¶*Criminoſus.*]id eſt, obnoxius.

h ¶*Conuiuio.*]id eſt, conſortio.

i ¶*Intentione.*]i. plus debito requirit.

a ¶*Occu-*

a ¶*Occupari*.] auctoritate propria, vt videtur ext.de immun. eccl.inter.licet ſit arg.contra.ſ.ea.c.prox.in fi.& C. de his qui ad eccl.confu.l.3.Ioan.

OCCASIONE. Hæc eſt 5. pars q.in qua probatur quòd ſeruus occaſione religionis non debet dominum carnalem fugere. & hoc facit per duo capitu. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſ. in §.verum.quòd ſerui occaſione religionis dominos fraudabāt iure ſuo:nunc verò oſtendit hoc non eſſe faciendum.

SI *quis ſeruum*.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ſi quis occaſione religionis docet ſeruum dominum ſuū (†al.ſui domini.) contemnere, & ab eius ſeruitio recedere, anathema ſit. Idem dicitur in ſequenti cap. cuius caſus patet.

NVllus.] CASVS. Facta interpoſitione de ſacrilegio, redit magiſter ad principale propoſitum,ſcilicet ad tractatum pro poſitæ quæſtionis, ſcilicet quòd res eccleſiæ non ſunt alienandæ. Eſt ergo caſus talis,Statutum fuit in Carthag. conc. vt nullus res eccleſiæ ſubtrahat: ſi autem neceſſitas immineat debiti, & eccleſia non habeat reditus vnde ſoluat: tunc fieri poteſt alienatio poſſeſſionis: ſed fiat hoc cum conſenſu primatis, & cum ſtatuto numero epiſcoporum. ſi verò tanta ſit neceſſitas, vt ſuper hoc primas, id eſt patriarcha conſuli non valeat, fiat alienatio coram duobus, vel tribus vicinis epiſcopis, & poſteà in concilio patriarchæ ſignificetur. ſi quis verò contra fecerit, deponatur. Hoc hodie locum non habet: quia epiſcopus tantùm de conſenſu canonicorū poteſt alienare,vt 12.q.2.ſine exceptione.

b ¶*Reditus*.] id eſt, mobilia bona, quæ ſufficiunt ad ſoluendum debitum.

c ¶*Vt cum ſtatuto*.] illud hodie non requiritur: quia hodie ſufficit conſenſus epiſcopi, & capituli.12.quæſt.2. ſine exceptione.& extr. de ijs quæ fi. à prælat. quanto.& c.cum Apoſtolica[a].

d ¶*Non poſſit*.] Arg. eſt hic, quòd ſi propter periculum moræ non poſſunt abſentes voca-

1 Iuo p.16. c.102. & p.13.c.48.

2 in c.græcarum ſynod Mart. Brac.

3 Burc. l.8. c.25. Iuo p.7.c.43.

4 Et in Carthag.5.c.4.

a De hoc ēt nota.12.q.2. c.1.verſ.q̧ ſi neceſſitas.

5 Anſel.l.5. c.45. Iuo p.3.c.123.

dato ſacramento domino ſuo fuerit conſignatus, ſi aliquid pœnæ pro eadem culpa, qua excuſatur C, probatus fuerit pertuliſſe, pro contemptu eccleſiæ,& præuaricatione fidei, à communione, & conuiuio catholicorū extraneus habeatur. Si verò ſeruus pro culpa ſua ab eccleſia defenſatus ſacramenta domini † clericis exigentibus de impunitate perceperit, exire nolentem à domino liceat occupari[a].

A ¶Reos.] *Sic eſt emendatum ex originali, Rabano, Burchardo, & Iuone, cum in Gratiani codicibus etiam manuſcriptis legeretur*, eos.

B ¶Noluerit ſibi.] *Antea legebatur*. voluerit. *Mutatum eſt ex concilij exemplaribus etiam manuſcriptis, & nonnullis ipſius Gratiani, & cæteris collectoribus: quamuis in recentiore Colonienſi editione abſit dictio*, ſibi.

C ¶Excuſatur.] *Sic in omnib. Gratiani, & conciliorum codicibus impreſſis, & manuſcriptis. Apud cæteros collectores eſt*, accuſatur.

5 Occaſione nanque religionis ſeruus dominum ſuum contemnere, & eius miniſterium deſtituere non debet.

Vnde in Gangrenſi concilio, c.3. legitur.

¶Religionis occaſione dominum ſuum non audeat ſeruus contemnere.

CAP. XXXVII.

vij 1 SI quis ſeruum alienum occaſione religionis docet dominum ſuum contemnere, & eius miniſterium deſtituere, ac non potius docuerit eū ſuo domino bona fide, & cum omni honorificentia deſeruire, anathema ſit.

Item ex concilio Martini Papę, cap.47.[2]

¶Corripiatur duriſſimè, qui cauſa religionis docet ſeruum dominum ſuum contemnere.

CAP. XXXVIII.

viij 3 SI quis ſeruum alienū cauſa religionis doceat contemnere dominum ſuum, & recedere à ſeruitio eius, duriſſimè in omnibus arguatur.

Item ex concilio Charthaginenſi, cap.26.[4]

¶Primati inſinuetur neceſſitas, quę res eccleſiæ diſtrahere compellit.

CAP. XXXIX.

5 NVllus res eccleſiæ diſtrahat. Quòd ſi reditus A [b] non habet, & aliqua nimia neceſſitas cogit, hanc inſinuandam eſſe primati ipſius prouinciæ cenſemus, vt cū ſtatuto [c] numero epiſcoporum, vtrum faciendum ſit, arbitretur. Quòd ſi tanta vrget neceſſitas eccleſiæ, vt nō poſſit [d] ante † primatem conſulere, ſaltem vicinos B teſtes conuocet epiſcopos, curans ad conciliū referre omnem eccleſiæ neceſſitatem. Quod ſi non fecerit, reus Deo, & ſancto concilio venditor honore amiſſo C teneatur.

¶*Hoc eſt caput 26. Carthaginenſis vnici inſerti in codice canonum, itemque græci: quod ſumptum eſt ex c.4.concilij quinti Carthaginēſis. In neutro tamen ſunt hæc omnino verba*, nullus res eccleſiæ diſtrahat. *ſed*, Placuit, vt rem eccleſiæ nemo vendat, *quemadmodum & apud Iuonem*.

A ¶Quod ſi reditus.] *Græcè eſt*, ὅπερ πρᾶγμα ἐὰν προσόδους μὴ ἔχῃ. *id eſt*, Quæ quidem res ſi reditus nō habeat.

B ¶Vicinos teſtes.] *Sic in codice canonum, & ferè in græco canone, & in margine recentiorum Colonienſiū editionum. In contextu autē ipſarū, & vetuſtiorib. editionib. ac duob. Vaticanis codicibus, & apud Iuonem legitur*, ſaltem poſt factum curioſitatem habeat, & vicinis epiſcopis hoc ante indicare, & ad concilium, &c. *In Sorienſi autem regio*, curet hoc ſtatim agere, vel vicinis, &c.

C ¶Honore amiſſo.] *Verba hæc ſunt in concilio inſerto in codice canonum, in codice Sorienſi regio, & canone græco. Abſunt autem ab omnibus editionibus concilij quinti Carthaginenſis, & duobus Vaticanis exemplaribus, & Iuone.*

Item ex concilio Agathenſi, c.56.

¶Sine licentia epiſcopi quidquid abbas vendiderit, in irritum deducatur.

CAP. XL.

6 IN venditionibus, quas abbates facere præſumunt, hæc forma ſeruetur, vt quidq̄d ſine epiſcopi [e] licentia A venditum fuerit, ad poteſtatem epiſcopi reuocetur. ¶7 Mancipia verò monachis donata ab abbate non liceat manumitti [f]. Iniuſtum enim putamus, ut monachis quotidianum rurale opus facientibus, ſerui eorū libertatis otio potiantur.

A ¶Licentia.] *Sic eſt adſcriptum in margine in recentioribus Colonienſibus editionibus: ſed in antiquioribus, & codicibus manuſcriptis, & apud Iuonem eſt*, notitia.

6 Etiam ſi epiſcopo conſentiente [g] *monaſterij poſſeſſio ab abbate data fuerit, nullius momenti erit donatio: niſi fortè in eccleſiæ fabricam erigendam donatio proceſſerit. Quo caſu*

Decre. ij. Pars. Y y

ri ad electionem, q̧ eis abſentibus & non vocatis poteſt fieri electio [b], vt 96. diſt. c. 1. ver. Eulalius. & 26.q.6. Aurelius. Ioan.

IN *venditionibus*.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, q̧ ſi abbas aliquid alienauerit ſine licentia epiſcopi, per epiſcopum debet reuocari. In ſecunda parte dicitur, quòd abbas mancipia monaſterio donata manumittere non debet, vt ipſi otio potiantur libertatis, & monachi rurali opere fatigentur. Secunda pars eſt ibi, *Mancipia*.

e ¶*Epiſcopi*.] Quidā dicunt id quod hic dicitur, & 12.q.2. abbatibus. hodie non tenere, per id quod eſt ĩ. prox. quæſt.2. nullam, vbi dicitur, quòd tota diſpoſitio monaſterij ad abbatem pertinet. ſed eis obuiat quod eſt ext. de re.eccl.nō al.c.1. "Hoc ſcias, quòd nullum prædium poteſt alienari inconſulto epiſcopo loci, in cuius diœceſi ſitū eſt prædium, vt C. de præd.mino.l.ſi prædiū. & ext.de fo.compe. ca. ſanè.

f ¶*Manumitti*.] Quia qui manumittit mancipium eccleſiæ, duo dabit eccleſiæ pro illo, vt 12. quæſt. 2. epiſcopus qui. ſed cum abbas nihil habeat, ergo nihil poteſt dare, vt 54. diſt. abbati. Io.

ETIAM. Hæc eſt 6. pars q. in qua dicitur, q̧ nō poteſt abbas etiam epiſcopo dare loca aliqua in damnum monaſterij. Ioan. de Fant.

CASVS. Nunc oſtēdit Grat. q̧ etiam conſentiente epiſcopo abbas ſine conſenſu monachorū vel etiam cū conſenſu, ſi eccleſia ledatur, dederit poſſeſſionem, q̧ non valet donatio niſi in fabricam eccleſiæ erigendā: quo caſu valet donatio quātum eccleſiæ parietes concludunt. quod probat ſeq.c.

g ¶*Epiſcopo conſentiente*.] Nō dicit bene: quia bene pōt auctoritate epiſcopi [c] abbas alij dare eccleſiam: ſed ideo reprobatur donatio facta ab abbate cū conſenſu epiſcopi in ſe quēti c. quia epō dedit abbas: & ipſe epiſco- pus

b Ad idem ext.de elec. q̧ ſicut. & c. cū inter vniuerſas. De hac materia not.7.q. 1.factus. Arch.

†al. ante cōſulere.

" p̄dia monaſterij incōſulto epo nō poſſunt alienari.

6 Iuo p.3.c. 163.

7 ſ.diſt.54. abbati.

c Dic q̧ nō ſufficit conſenſus epi, niſi cōuētus abbati conſentiat. ext. de re.eccle. non al.c.1. in fi.& extr. de his quæ fi.à pl.c.2.& c. ca noſcitur.& ext.d̄ re.ec. nō al. c. ad nr̄am. ſcd̄m Hoſt. qui ita not. in præd.c.1. de reb.eccl. nō al. Arc.

pus non potuit confirmare donationem ſibi factam: quia nemo poteſt præſtare auctoritatem rei propriæ, vt extra de inſt. cum ad noſtram.& ff.de auct.tut.l. 1.

Q*Veſti ſunt.*] CASVS. Monachi cuiuſdam monaſterii ſunt conqueſti, quòd abbas eorum donauerat terram ſexcentorũ pedum in caſtro Tranquillitano ſub prætextu eccleſiæ fabricandæ. quare Papa præcepit epiſcopo vt omnes poſſeſſiones extra muros eccleſiæ ad vſum monaſterij reuocentur: quia ſecundum leges & canones res monaſterij non poſſunt ab eccleſiæ dominio ſeparari.

a ¶*Vendicari.*] tamen hæc eccleſia erit ſub alio monaſterio de cuius reb. conſtructa eſt, vt 12.quæſt.2.Apoſtolicos.

b ¶*Reuertatur.*] Arg. quòd donatio pro parte eſt valida, & pro parte non, vt 12. quæſt. 2. ſi quos. Sed nonne iſta eccleſia habebit viam qua ibitur ad ipſam? nam qui habet hauſtum, iter debet habere, vt ff.de ſer. ruſticor. prædior.item ſic. §. qui habet hauſtum. Reſp. ſic habebit: ſed monachi non cogentur gratis eam dare, cogentur tamen viam vendere iuſto pretio, vt ff. de relig. ſi quis ſe pulchrum.

SED NOTANDVM EST. Hæc eſt ſeptima pars quæſtio. in qua ſoluit quæſtionem principalem: ſcilicet, vtrum abbas debeat conuerſo apoſtate reſtituere ſua, & dicitur quòd non debent ei reddi, ſed ſinere quod recipiat.& hoc probat per æquitatem canonicam. Ioann. de Fant.

1 ȷ̃. 18.q.2. q̃ ſit. §. hæc ergo.

CASVS. Hic determinat Grat. an abbas debeat reddere ſua monacho retro abeunti,& dicit quòd conuertere res monaſterij in ſuos vel propinquorum vſus, eſt pernicioſum: ſed ex diſpẽſatione charitatis conſulitur infirmitati humanę, ſi quondam ſua reddantur monachi retro abeunti, quod magis fit iure poli, quàm iure fori. Et quòd hoc fieri poſſit, probat exemplo Ioannis Euangeliſtæ, qui duobus iuuenibus cuncta reddidit quos pœnituerat ſua pro Chriſto pauperib. erogaſſe. Poſteà obijcit contra hanc ſolutionem: & dicit quòd Ioannes Euangeliſta non reddidit erogata iam pauperibus, ſed alia. ſic & abbas quæ ſunt inter facultates eccleſiaſticas deputata, non reddet recedenti, ſed alia. Poſteà ſupponit exemplum Aurelij: quod magis videtur efficax quàm ſ.dictum eſt.

tantum ei donare licet, quantum eccleſiæ parietes concludunt.

Vnde Gregorius ſcribit lib. 7. indict. 1. epi. 33. Ioanni Epiſcopo Scyllaceno.

¶Nullo titulo res monaſterij valent ab eius iure ſegregari.

CAP. XLI.

QVeſti nobis ſunt prædicti monaſterij monachi abbatem ſuum terram intra Scyllacænum A caſtrum, quæ in DC. pedes extenditur, ſub prætextu fabricandæ eccleſię fraternitati tuæ, donationis titulo conceſſiſſe. Et ideo volumus, quantum parietes poſſunt ædificatæ eccleſiæ circundare, iuri eccleſiæ vendicari [a]. Quidquid verò extra parietes eiuſdem eccleſiæ eſſe poterit, ad iura monaſterij ſine difficultate aliqua reuertatur [b]: quia nec mundanorũ legum, nec ſacrorum canonum ſtatuta permittunt res monaſterij de iure eius quolibet titulo ſegregari. Eapropter donationem eiuſdem terræ, quæ contra rationem facta eſt, ſine aliqua dilatione reſtitue.

A ¶Intra Syllacęnum.] *Sic eſt emẽdatum ex multis codicibus epiſtolarum: à qua lectione nonnulla Gratiani exemplaria parum diſcrepabant. In vulgatis erat,* in Tranquillitanum caſtrum.

PALEA.

CAP. XLII.

1 HAnc ergo ſcriptorum noſtrorum paginam omni in futuro tempore à te, ab omnibus epiſcopis firmam ſtatuimus, illibatamque ſeruari: vt & ſuæ eccleſiæ, iuuante Domino, tantummodo ſint iure contenti: & monaſteria eccleſiaſticis conditionibus, ſeu angarijs, ſiue quibuslibet obſequijs ſecularibus nullo modo ſubiaceant, nullis canonicis iuribus deſeruiant: ſed remotis vexationibus diuinũ opus cum ſumma deuotione perficiant.

¶*Hæc palea abeſt à vetuſtis exemplaribus, vno excepto, & huc temerè translata eſt, cum habeatur infrà decimaoctaua, quæſt. ſecunda. ca. quàm ſit. §. hanc ergo. vbi nonnulla noi abuntur.*

Sed notandum eſt, quòd aliud eſt in ſuos, vel propinquorum vſus res eccleſiæ conuertere (quam pernicioſam cupiditatem ſacri canones vbique prohibent, & damnabilem oſtendunt:) aliud eſt, quod ex diſpenſatione charitatis, humanæ infirmitati conſulitur: vt quondam illi ſua reddantur, qui in ſacro propoſito manere contemnit. Quod non tam iure fori, quàm iure poli nonnullos ſanctorum feciſſe legimus. [2] *Beatus enim Ioannes Euangeliſta duobus* [c] *iuuenibus, quos pœnituerat omnia ſua pro Chriſto reliquiſſe, & pauperibus erogaſſe, aurum, & gemmas reddidit, vt cuncta, quæ vendiderant, ſibi redimerent. Sed obijcitur, beatus Ioannes non oblata reddidit, quæ pauperibus iam erogata fuerant, ſed alia recompenſauit, quæ in pauperum, vel eccleſiarum facultatibus nunquam computata fuerant. Similiter ſi abbas* [d], *vel epiſcopus aliqua habuerit, quę in eccleſiaſticis facultatibus nondum ſunt adnumerata, exemplo beati Ioannis det illa recedenti, oblata verò eccleſiæ retineat.*

¶*Sequitur † ergo aliud exemplum, quo eadem, quæ oblata ſunt, laubiliter reddenda monſtrentur.*

Ait enim Auguſtinus in ſermone 2. de vita clericorum [3].

¶ Non debet eccleſia ſuſcipere, quæ filio exhæredato, ſibi offeruntur.

CAP. XLIII.

4 QVicunque vult exhæredato filio hæredem facere eccleſiam: quærat alterum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinum: imo, Deo propitio, nullum inueniet †. Quàm laudabile factum ſancti & venerandi epiſcopi Aurelij Carthaginenſis? quomodo impleuit os omnium, qui ſciunt, laudibus Dei? Quidam enim cum filios non haberet, neque ſperaret, res ſuas omnes (retento ſibi vſufructu) donauit eccleſiæ. Nati ſunt ei filij poſteà: & reddidit epiſcopus nec etiam opinanti illi, quæ donauerat. In poteſtate habebat epiſcopus non reddere [e], ſed iure fori [f], non iure poli † [g].

c ¶*Duobus.*] Tito, & Eugennio. Sed nonne beatus Ioannes renuntiauerat proprijs? Vtique ergo quidquid habuit, acquiſitum fuit pauperibus, vel illi eccleſiæ ad quam ſe tranſtulit. Sed dic quòd adhuc non peruenerat res ad eccleſiam illam. Vel dic quòd de virgis fecit illud argentum quod dedit.

d ¶*Si abbas.*] ſophiſticè & malè reſpondet: quia quàm cito abbas habet aliquid, tam citò ſit eccleſiæ [a].

2 Abdias l. 5. hiſtoriæ Apoſtolicę.

a Et ideo q̃rit hic Hu. qualiter ab bas poſſit habere talia, cũ oĩa q̃ ad eum pertinent monaſterij sũt. ſimi. inuenitur 54. diſt. ex antiquis ſecũdũ Hu.

Q*Vicunque.*] CASVS. Quidam clerici cum patres iniuſtè filios exhæredabãt, totam hæreditatem ſibi relictam recipiebãt, & filijs repetentibus nihil reſtituebant: quos Auguſtinus redarguit in ſermone ſuo: & docet hoc non eſſe faciendum, exemplo huius Aurelij Carthaginen. epiſcopi, qui reddidit hæreditatem iam ſuſceptam filijs poſteà natis.

† al. Sequatur.

" Filius pro parte p̃t donationem patris reuocare.

e ¶*Non reddere.*] Simile 14.quæſt. 6. comperimus. "Sed nonne filius natus iure communi poteſt reuocare legitimam portionem ſuam ſi pater omnia bona ſua donauit, vt C.de inofficio.donat. ſi totas. nam ſi aliquis liberto ſuo dedit bona ſua cum crederet ſe nõ habiturum filios, nunquid filius poſteà natus nõ ſolùm partem, ſed etiam totum reuocabit, vt C. de reuocã. donat. ſi nunquam. Reſpond. verum eſt: & quod hic dicitur intelligendum eſt, quòd eccleſia non cogitur totum reddere, ſed tantùm legitimam [b] portionem, vel canon corrigit legem.

3 Et ſer. 52. al. 53. ad fratres in eremo. & in cõcil. Aquiſg. c. 112.

4 Iuo p. 3. c. 177.

† al. inueniat.

b Legitimã. hãc limi. ad d.l. ſi vnquã ſequit̃ Bal. in l. 1. co. vl. & ibi Paul. Caſtr. co. 2. Arc. & alij hic. Bart. in l. Titia. §. imperator. de leg. 2. Iaſ. in auth. ſi qua mulier. col. 1. C. de ſac. ſan. ecc. ſed hæc lim. eſt falſa quia imo in totũ reuocatur, vt idẽ Bald. cõſuluit cõ ſi. 215. punctus. l. 3. Ph. Dec. l. licet. not. 3. in fi. C. de pact. Frã. Rip. d. l. ſi vnquã. q. 49. & ibidem Andr. Tiraq. char ta 93.

f ¶*Iure fori.*] quaſi dicat ad hoc non cogebatur iure actionis, ſed quadam naturali æquitate tenebatur. ad hoc 2.quæſt.3. hinc colligitur.

g ¶*Non iure poli.*] id eſt, quadam naturali æquitate.

† al. tali.

ECCE

ECCE Casvs. Concludit Gratia. ex ſupradictis cap. ꝙ monacho recedenti, ſua reddēda ſunt: ſed poſteà dicit hāc non eſſe veram ſolutionem: ſed aliam veram ſubdit, dicens, ꝙ licet Aurelius illi ruſtico qui proprijs non renunciauit, nec habitum mutauit, ſua laudabiliter reddidiſſet: non tamen pp hoc exemplum monacho eunti in apoſtaſiā ſunt reddenda, ſed potius eſt compellendus vt in religione perſeueret. Verumtamen ſicut tenemur inimicis & pſecutoribus neceſſaria miniſtrare, ſic propter ſcandalum vitandum, & mortem monachorum, & incendium monaſterij recedēti de monaſterio ſua laudabiliter ſinantur auferri, etſi non reddantur.

a ¶*Vtilius.*] vt ſuprà q.5. non omnis.

Ecce, quòd aliquando oblata iure & laudabiliter redduntur. Verumtamen non hoc exemplo, recedenti ſua reddenda monſtrantur. Aliud eſt enim in profeſſione ſuæ vitæ perſiſtere: aliud à propoſito ſui ordinis diſcedere. Si ſanctus Aurelius degenti in laicali habitu oblata reddidit, quia poſt oblationem filios accepit: non ideo in apoſtaſiam euntibus ſua reddenda ſunt, quibus vtilius [a] *neceſſaria ſubtraherentur, vt coacti redirent ad ordinem, à quo receſſerant. Sed ſicut inimicis, & perſecutorib. iubemur neceſſaria ſubminiſtrare, ſicut ab Apoſtolo monemur tempus redimere, vt expeditius orationi vacemus: ſic ne eccleſia ſcandalum patiatur, ne diſcedens in deteriora præcipitetur, ne in perniciem monachorum, aut incendium monaſterij occaſione ſuorum exardeſcat: laudabilius ſibi ſua non dico reddantur, ſed auferri ſinantur, quàm ab illo iſta inferantur.*

Qvidam abbas.] Casvs. ſ. in 16. cauſa dictum eſt, ꝙ eccleſiæ, & res eccleſiarum ſunt in poteſtate epi. & in prox. cauſa ſuperiori q. 4. in illo c. in venditionibus. dictum eſt, ꝙ abbates non poſſunt ſine licentia epi res eccleſiǽ alienare: ſed ne pp hoc viderentur monaſteria ſubiecta ex toto epis ſicut aliæ eccleſiæ ſeculares: ideo magiſter annectit hāc 18. cauſam, vt oſtendat in quibus monaſteria à iuriſdōne eporum ſunt exempta: quod vt competentius oſtendat, proponit thema, duas inde eliciens quæſtiones. Caſus autē thematis per ſe patet: nec indiget expoſitione. †al. contradita.

CAVSA XVIII.

Qvidam abbas conſecratus in epiſcopum, prius monaſterio multa cōtulit: poſteà in epiſcopatu plura acquiſiuit: cui dum fratres ſucceſſorē quærerent, epiſcopus loci ſemét electioni volebat inſerere, vt per ipſum abbas in monaſterio ordinaretur: fratres renituntur.

1 *quæritur primò, an monaſterium poſſit petere, quæ ab epiſcopo quæſita ſunt, an epiſcopalis eccleſia poſſit ſibi vendicare, quæ monaſterio fuerunt tradita* †.

2 *Secundò, an per epiſcopum abbas ſit eligendus, & ordinandus, an tantummodo à proprijs fratribus ſit inſtituendus.*

Prima quæſtio.] Casvs. Hic intitulatur 1. q. qua quæritur, an monaſterium poſſit petere quæ eps poſt conſecrationem ſuam acquiſiuit: & an epalis eccleſia poſſit vendicare ſibi quæ ipſe eps prius donauerat monaſterio? & in vtraque quæſtione certum eſt ꝙ non, vt ĵ. probatur c. vno.

QVAESTIO I.

Prima quæſtio [b] *terminatur in concilio habito apud Altheum, in quo ſic ſtatutum legitur.*

b ¶*Prima quæſtio.*] "Certum eſt vt quādiu eſt abbas vel monachus in monaſterio, ipſi acquirit: ſed quidquid acquirit factus eps, acquirit epali eccleſiæ, vt ĵ. e. c. 1. & hoc fortè obtinet cum eſt translatus perfectè ad eccleſiam epalem, vt ĵ. 21. q. 2. ſi quis iam translatus. Sed quid ſi tātùm eſt confirmatus, adhuc tamen non eſt translatus? Videtur velle litera illa ex eo ꝙ dicitur: abſoluit, &c. acquirit eccleſiæ epali: ſed illa litera, poſtquàm, &c. videtur velle ꝙ priori. poteſt dici cum H. qđ non prius acquirat ſecundæ eccleſiæ q̄ ſit adeptus corporalē poſſeſſiondm, vt ſ. 92. diſt. ſi quis eps. & ext. de elec. cum in cūctis. ſicut nec miles qui tranſit de vno numero ad alium, non prius dicitur eſſe de ſecundo numero antequā perueniat ad eum, vt ff. de mil. teſt. ex eo tempore [a]. Ioan. de Fant.

"Abbas factus eps cui eccleſiæ acquirit.

a Ad hanc materiam fac. qđ leg. & nota. ext. de priuil. q. dā. & 16. q. 1. ne pro cuiuslibet.

Statutum.] Casvs. Quæſitum fuit in cōcilio apud Altheū quid debeat fieri de rebus quas eps cum adhuc eſſet monachus monaſterio donauit: & quid de hæreditate paterna, quā acquiſiuit poſtquam factus eſt eps. Et reſp. ea quæ donauerat monaſterio relinquantur arbitrio abbatis diſponenda: hæreditatem verò paternam, quam acquiſiuit poſt conſecrationem epiſcopalem habeat epiſcopalis eccleſia.

c ¶*Abſoluit.*] ab obedientia, quam fecit abbati. Abſoluitur .n. ab obediētia ſua cū ſit factus de filio pater. Item à monachi regula in ieiunijs, vigilijs, & modo cantandi. ſilentio. n. nō poteſt ammodo vacare cum debeat habere tubam præconis, vt 43. di. ſit rector. Item poteſt ſibi facere cōmatres, quod prius non licuit, exēplo Gregorij qui prius monachus factus eſt, poſteà cū eſſet diaconus Cardinalis, compater Mauricij Imperatoris factus eſt. De hac materia plenè inuenies 16 q. 1. c. 1. 2. 3. & q. 7. in nona.

¶*Burchardus lib. 1. c. 230. citat concilium apud Alth. preſente Conrado rege, itemque Iuo par. 5. c. 343. ſed exprimit* Altheim. *Idem verò par. 14. c. 116. plura de hoc concilio refert his verbis.* Regno Conradi pijſſimi, & chriſtianiſſimi regis qnto congregata eſt ſancta generalis ſynodus apud Altheū (al. Altheim) in Pago Rethia, præſente videlicet domini Ioannis Papæ Apocriſario, ſanctæ Oſtienſis eccleſiæ Petro venerabili epiſcopo.

¶Qui de monacho epiſcopus ordinatur, ꝙ ante conſecrationem habuit, monaſterio: quod verò poſt conſecrationem acquiſiuit propriæ eccleſiæ relinquat.

CAP. I.

1 Statutum eſt, & rationabiliter ſecūdùm ſanctos patres à ſynodo confirmatum, vt monachus, quem canonica electio à iugo regulæ monaſticæ profeſſionis abſoluit, [c] & ſacra ordinatio de monacho epiſcopum facit: velut legitimus [d] hæres paternam ſibi hæreditātem poſteà iure vendicā di poteſtatē habeat: ſed quidquid acquiſierat, vel habere viſus fuerat, monaſterio relinquat, & abbatis ſui, qui fuerat ſecundùm regulam S. Benedicti, arbitrio. Poſtquàm enim epiſcopus ordinatur, ad altare, ad quod ſanctificatur, & titulatur †, ſecundùm ſacros canones, quod acquirere poterit, reſtituat [e].

1 Burch. l. 1. c. 231. Iuo p. 5. c. 343.

†al. intitulatur.

d ¶*Legitimus.*] imo ēt monachus exiſtēs legitimus hæres eſt, ēt in eo caſu in quo alius non poſſet eſſe hæres, vt 19. q. vlt. ſi qua mulier. C. de epiſc. & cler. Deo nobis. Sed obijcitur, ſi hæreditatē vendicat: ergo pōt habere propriū, cum tamen remaneat monachus, quod eſſe nō debet, vt extra de ſtat. mon. cum ad monaſteriū. in fi. ſed dic ſibi, i. eccleſiæ ſuæ.

e ¶*Reſtituat.*] ſed qualiter hoc ſtare pt? cum .n. aliqs factus eſt monachus, omnia quæ habebat, dedit monaſterio, vt 19. q. vlt. nūt autem. ergo & ius ſuccedendi. qui. n. dat omnia bona ſua, dat & ſpē futuræ actionis, vt C. de dona. l. 3. ergo videtur ꝙ prius ſuccedit monaſterium. "Sed dicꝙ ius ſuccedendi non competit niſi poſt mortem defuncti. vnde illud ius non dedit monaſterio, ſed tm̄ ſolā ſpē. ſed illa ſpes euaneſcere dēt ex quo illa pſona deſinit eſſe filius illius monaſterij [b], vt inſt. de ac. p arr. §. mortuo. Io.

" Monach9 ius ſuccedēdi ń dat monaſterio.

b Qđ accidit p tráslatione ad eccleſiā ſecularem, vel aliam prælationem. 16. q. 1. ne p cuiuslibet. ext. de elec. conſtitutis. Arch.

QVAESTIO II.

1 ps *Secundam verò* [f] *quæſtionem terminat auctoritas Toletani concilij quarti, cap. 50. dicens.*

Secundam verò.] Hæc q. diuitur in 12. partes. in quarum prima cōtinetur qđ in c. ſeq. dr̄. Secūda ibi, *Econtra.* Tertia ibi, *Ecce in Toletano.* Quarta ibi. *Hinc etiam.* Quinta ibi, *Item ſunt.* Sexta ibi, *Abbate.* Septima ibi, *Pro huiuſmodi.* Octaua ibi, *Non ſolùm.* Nona ibi, *Prohibetur.* Decima ibi, *Item ſunt.* Vndecima ibi, *Viſitandi.* Duodecima ibi, *Pro talibus.* Ioan. de Fant.

Casvs. Hic intitulatur 2. q. in qua quæritur an abbas ſit eligendus & inueſtiendus per epiſcopum, an per monachos? Et certum eſt ꝙ per monachos eſt eligendus, vt ĵ. e. abbatē. per epiſcopum verò inſtituendus, vt ĵ. c. 1. excipiuntur monaſteria priuilegiata vbi abbates per monachos eliguntur & inſtituuntur, vt ĵ. e. abbas. vel potius per Apoſtolicū ſi immediatē ſunt ei ſubiecta. vel per alium abbatem cui immediatē ſubiectum eſt monaſterium inſtituitur abbas.

f ¶*Secundam verò.*] Quæſtio ſecunda non eſt dubia: quia tātùm monachi eligent, vt ĵ. e. abbatem. Ioan.

HOc tantùm.] Casvs. Quidam epiſcopi vendicabant in monaſterio plus quàm canones concedebãt: & ideo in concilio Tolet.ſtatutum fuit, vt de cætero non vendicent in monaſterijs epiſcopi, niſi quod canones ſibi concedunt, ſ. monachos promouere, & bonum abbatem & alios prælatos inueſtire, & malè facta contra regulam corrigere. ſi verò vltra præſumpſerint, excommunicentur.

a ¶Hoc tantùm.] arg. "ꝙ non poteſt eps̃ plus ab eccleſijs petere q̃ quod ex canonibus ſibi deberi probat, vt 9. q. 3. conqueſtus. & 10. q.3. quia cognouimus.

"Eps̃ nõ pl⁹ poteſt petere ab eccleſijs, q̃ qđ ex canonib. ſibi deberi ꝓbat.

b ¶Inſtituere.] id eſt, confirmare. Vel dic ꝓpriè ꝙ inſtituit, cum ſint negligentes, vt 9. q.3. cum ſcimus. Vel etiam poteſt alium inſtituere cum monachi minus idoneum volũt eligere, vt ĩ.ead. quæſt. ſi quis abbas.

c ¶Corrigere.] "Ergo coerctio monachorum ad epiſcopum ſpectat, vt 50.diſt. accedens. infra ead. ſi quis abbas. & c. abbates. & ca. cognouimus. Dicunt quidã ꝙ in minimis exceſſib. ab abbate, vel priore ſunt puniendi: ſed in maioribus ab epiſcopo, vt extra de ſenten. excommun. monachi. & 90.diſtin. ſi quis monachus. & 12. quæſt. 1. nõ dicatis. Sed melius dicatur, ꝙ ſi ordine iuris agitur contra monachum, ꝙ coram epiſcopo ſit agendum, vt 11. q.1. de perſona. ſecus ſi non in forma iuris. extra de app. reprehenſibilis. Ioan.

"Monachorũ coerctio ad quẽ ſpectat.

ECONTRA. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua probatur per 7. cap. quòd de iure communi ad monachos tãtùm ſpectat electio abbatis. & ſi populũ non habent, nõ ſubſunt epiſcopo lege diœceſana, ſed tantùm lege iuriſdictionis. Io. de Fant.

1 Anſ.l.7.c. 174. Pol.l. 3.tit. 15. & lib.4.ti. 33. Pã.l.3.16.8.

Casvs. Suprà in ca. hoc tantùm. dictum eſt quòd epiſcopi aliquid iuris ſibi poſſint vendicare. Nunc Gratianus vult oſtendere contrarium, & ad hoc inducit ſequentia cap.

¶Abbates, & alia officia per epiſcopos debent inſtitui.

CAP. I.

HOc tantùm [a] ſibi in monaſterio vendicent ſacerdotes, quod præcipiunt canones, id eſt monachos ad conuerſationem ſanctam præmonere, abbates, aliaq; officia inſtituere [b], atq; extra regulam facta corrigere [c]. Quòd ſi aliquid in monachos canonibus interdictum præſumpſerint, aut vſurpare quidpiam de monaſterij rebus tentauerint, nõ deerit ab illis ſententia excommunicationis.

2 *Econtra Gregorius ſcribit Caſtorio Ariminenſi.*

¶Congregatio monaſterij, non epiſcopus, aut aliquis extraneorum abbatem inſtituat.

CAP. II.

j ABbas in monaſterio nõ per epiſcopum, aut per aliquem extraneorum ordinetur [d]: neque ab epiſcopo Miſſa [e] ibi celebretur, vt nulli eccleſiæ ſubijciatur [f].

¶*Huius capitis eadem eſt ſententia ac ſequentis: in quo ſunt ipſa B. Gregorij verba. Itaq; hæc videtur ſumma quædam ſequentis: & proptereà in aliquot vetuſtis exemplarib. non ſunt diſtincta.*

Idem eidem Caſtorio Epiſcopo, lib. 4. epi. 43. ſeu c. 87.

¶De eodem.

CAP. III.

j 1 ABbatem cuilibet † monaſterio nõ alium, ſed quem dignum moribus, atque actibus monaſticæ diſciplinæ communi conſenſu congregatio tota popoſcerit, ordinari † volumus. Miſſas autem publicas [g] per epiſcopum, vel A clericos in † monaſterio fieri omnimodo prohibemus.

† al. eidem] Orig.

† al. volum⁹ te ordinare] Orig.

† al. illic] Orig.

A ¶Vel clericos.] *Verba hæc non leguntur apud B. Gregorium, omninóque nonnulla videntur conſultò immutata à collectore.*

Item Pelagius Papa Mellito ſubdiacono.

¶Ille debet abbas inſtitui, quẽ ſua congregatio, & poſſeſſionis dominus ordinari popoſcerit.

CAP. IIII.

ij 2 ABbatem in monaſterio illum volumus ordinari, quem ſibi de ſua congregatione & monachorum electio, & poſſeſſionis dominus [h], & (quod magis obſeruandum eſt) ordo vitæ, ac meritum popoſcerit ordinari.

2 Iuo p.7. c.24.

Item Gregorius omnibus epis. [3]

¶De libertate monachorum.

CAP. V.

QVàm ſit neceſſarium monachorum quieti proſpicere, &c. *& infrà.* ¶ 4 Interdicimus igitur in nomine Domini Ieſu Chriſti, & auctoritate beati Petri principis Apoſtolorum prohibemus (cuius vice huic eccleſiæ Romanę pręſidemus) vt nullus epiſcoporum, aut A ſecularium vltra præſumat de reditibus, vel rebus, vel chartis B monaſteriorum, vel de cellulis [i], vel de villulis, quæ ad ea pertinent, quocunque modo, vel qualibet occaſione † minuere, vel dolos, vel immiſſiones [k], aut violentias aliquas facere. *& infrà.* ¶ 5 Defuncto verò abbate cuiuſquam † cõgregationis non extraneus eligatur †, niſi de eadem [l] congregatione, quem ſibi propria voluntate concors [m] fratrũ ſocietas elegerit: & qui electus fuerit, ſine dolo, vel venalitate aliqua ordinetur. Quòd ſi aptam inter ſe perſonam inuenire nequiuerit: ſolerter ſibi de alijs [n] monaſterijs ſimiliter eligãt ordinãdum. *& infrà* ¶Pariter aũt cuſtodiendum eſt, vt inuito abbate ad ordinandum † [o] alia monaſteria, aut ad ordines ſacros, vel clericatus officium tolli exinde monachi non debeant. *& infrà.* ¶Nullus C monachus † ſine teſtimonio, & † conceſſione abbatis

3 In cõc. Lateranẽ. ſub Gre. j. reg. lib.7. indic. 1. epiſt. 18. Mariniano epiſcopo.

4 Polyc.l.3. ti 15. Anſ.l. 5.c.58. Iuo p.7.c.11.

† al. exquiſitione.

5 Pann.l.3. c.181. Poly. l.4.tit. 33.

† al. cuiuſcunque.

† abeſt ab] Orig.

† al. ordinãda.

† al. monachorum.

† al. vel conſenſu.

ABbas.] Casvs. Dicitur in hoc cap. ꝙ abbas in monaſterio ordinari debet per monachos, & non per epiſcopum: nec ibi Miſſa per epiſcopum celebretur, ne per hoc oſtendatur alicui eſſe ſubiectum. Idem verè dicitur in duob. ſequentibus cap. cuius caſus patent, & per te formabis. Aliquid tamen plus additur, in 3. cap. Et not. ꝙ hoc quod ibi dicitur, intelligitur de monaſterijs exemptis.

d ¶Ordinetur.] id eſt, eligatur.

e ¶Miſſa.] publica. conuocato populo, niſi ſit de voluntate fratrum, vt ĩ. ead. luminoſo.

f ¶Subijciatur.] Quoad legem diœceſanam [a], vl 16.q. 1. cũ pro vtilitate. niſi in caſu, vt 12.q. 2. Apoſtolicos. eo ipſo ergo ꝙ epiſcopus in aliquo loco celebrat, præſumitur locus ei ſubiectus. arg. 7.q. 1. pontifices. Hoc tñ ſcias, ꝙ eps̃ poteſt ſubijcere vnam eccleſiam alij, vt ext. de exceſ. præl. ſicut. & etiam aliqua eccleſia poteſt ſe ſubijcere alij. hoc tñ non præiudicat epiſcopo. ext. de do. inter dilectos

a Loc⁹ quo ad legẽ iuriſdõnis. 16 q. 1. interdicimus. ĩ. e. ſi quis abbas. & ca. ſeq. de hoc not. 10. q. 1. in ſum.

g ABbatem.] ¶Publicas.] quibus populus nõ intereſt niſi inuitetur ab abbate, vt ĩ.e.q. dudum. Io.

h ABbatem.] ¶Dominus.] Arg. eſt hic ꝙ electio maximè prælati ſpectat etiã ad patronum, vt 16.q.5. ſi quis epiſcoporũ. & q.7. decernimus. & 63. diſt. principali. & ĩ ea.q.2. Eleutherius. ſed nõ eſt ita, vt extra. de iu. patr. nobis. & ĩ.c. prox. "Sed ſolemnis electio præſẽtanda eſt principi, vel patrono, vt ext. de elec. cum terra. & ꝙ melius eo. ti. ſacroſancta. & ca. quod ſicut. & 63. diſt. Reatina. & c. lectis.

" Electio principi ꝓſentãda eſt.

QVàm ſit.] Casvs. Hoc c. diuiditur in 4. partes. In j. dicitur, ꝙ nulli epõrũ vel laicorum de cætero præſumant aliquid auferre de rebus monaſteriorum, & ſuarũ eccleſiarum, vel villarũ, vel fraudes aliquas eis facere. In ij. parte, dicitur, ꝙ ille abbas eligatur, quem monachi de ſua congregatione elegerint, ſi in ea idoneus inueniatur. In iij. parte dicitur, ꝙ pręter voluntatem abbatis monachi non debent de monaſterio ſuo ad alia monaſteria tranſire, vel ad ſacros ordines, vel ad aliquod officium eccleſiaſticum ordinari. In iiij. parte dicitur, ꝙ ſtatutum illud debet ab oĩbus epis̃ obſeruari, ſ. vt monaſteria nullis canonicis iurib. deſeruiãt quib. deſeruiũt eccleſię ſeculares: & epĩ ſuis eccleſijs ſint cõtẽti. Secũda pars ibi, *Defuncto verò.* Tertia ibi. *Pariter autem.* Qoarta ibi, *Hãc ergo.*

i ¶Vel cellulis.] ar. ꝙ capellę parochiales habent idem priuilegium cũ monaſterijs. 10.q.3. inter cętera. ſed nõ eſt ita, vt ext. de ꝓb. de monachis. niſi monaſteria eſſent exẽpta tam in capite, q̃ in mẽbris. 16.q.2. in sũma.

k ¶Vel immiſſiones.] id eſt, exactiones.

l ¶Niſi de eadẽ.] ſ. di.61. nullus inuitis. & c. obitũ. & c. victoris.

m ¶Concors.] & canonica, vt 62. di. c.1. & ĩ.ea. ſi quis abbas.

n ¶De alijs.] etiam heremitani, vt extra de elect. cum monaſterium arg. contra ĩ. prox. q. vlt. §. pen.

o ¶Ad ordinandum.] ſi tamen monachus ſit neceſſarius, per ſuperiorem cogatur ipſum dare, vt ext. de iu. pa. nullus. "Sed quid ſi monachus ſit factus Papa inuito abbate, debetne redire? Sic, & ipſemet compellet ſe redire: quia cum teneatur

"Monach⁹ factus Papa ſine licẽtia abbatis redire debet.

tur de alijs iuſtitiam facere, multò fortius de ſe ipſo, ff. ſi ſer. vendic. l. altius.

1 ſ.17.q.4. li.4.reg. epiſtol.43.

a ¶Iuribus.] quantũ ad legẽ diœceſanam, vt 16.q.1. cum pro vtilitate. vt no.1.q.j. in ſũma.

† al. & quibuſcunque alijs firmã.

LVminoſo abbate.] Caſus. Luminoſus abbas cõqueſtus eſt de e̅pis Ariminenſib. ꝙ ſuo monaſterio & alijs multa præiudicia & grauamina inferebãt: & ꝑter volũtatẽ monachorum Miſſas publicas in monaſterijs cãtabant. Præcepit ergo Gre. Caſtorio Ariminenſi e̅po vt in monaſterio Luminoſi abbatis & alijs nullam poteſtatẽ exerceat imperandi, nec aliquã ordinationem ẽt leuiſſimã ibi faciat, niſi ab abbate fuerit rogatus. Et intelligitur hoc ca. de monaſterijs exẽptis. Vel ſi intelligat̃ de nõ exẽptis, intelligitur de ordinatione officialiũ quos inſtituit abbas, & non e̅ps, vt dicit Hug.

† al. angarijs aut etiã procurationibus, vel q buslibet ſubſidijs, ob ſequijſque.

b ¶Luminoſo.] hoc c. loquitur de monaſterijs exemptis vel priuilegiatis.

c ¶Publicas.] in quib. eſt concurſus populorum, quæ fiunt in hora tertia. j. de conſec. diſt. 1. & hoc. ſed publicas, id eſt, ſolemnes bene cantant.

d ¶Receſſibus.] potiꝰ ergo erunt monaſteria in ſolitudine q̃ in vrbe. 16.q.1. ſi cupis a.

a Secũdm hãc gl. expõe receſſib. i. locis ſolitarijs vel dic, .i. monaſterijs, ad quæ monachi veniunt de ſeculari conuerſatione recedentes.

e ¶Collocare.] vt ibi exerceat iudicia.

f ¶Ordinationem.] j. ea. cognouimus. contra, ſed hic loquitur de exemptis, ibi non. vel ſi hic loquitur de nõ exẽptis: tũc dic, ꝙ e̅ps hoc facere ꝑt, niſi abbas negligens ſit in ordinationib. i. diſpoſitionibus, vt 9.q.3. cum ſcimus.

2 In eod. concil.

g ¶Abbate.] ſ.10.q.3. inter cætera.

3 Iuo p.7. c.12.

PRidem.] Caſus. In monaſterio ſancti Andreæ erat baptiſterium, cuius occaſione monachi patiebantur moleſtias & incurſionem populorũ. Quare ꝑcepit Gelaſius e̅po loci, vt baptiſteriũ inde remoueret, & loco eius altare fundaret. quod quia prima vice facere diſtulit, præcipit nunc ſibi vt ſine mora literis ſuſceptis hoc exequatur, ne de ſua negligentia moueatur cõtra eũ. Sequens capit. planum

† al. noſtræ] in conc.

4 Ibid. inferius. & li.4. epiſt.43.

† Ab eo ĩ cœnobio]. in conc. id eſt ab e̅po.

† Nouus] Orig.

ſui in eccleſia aliquem locum teneat, vel ad aliquem promoueatur honorem. ¶1 Hanc ergo ſcriptorum noſtrorum paginam omni in futuro tempore ab omnib. epiſcopis firmã † ſtatuimus illibatamq́ue ſeruari, vt & ſuæ D eccleſiæ, iuuante Domino, tantummodo ſint iure contenti: & monaſteria eccleſiaſticis conditionibus, ſeu angarijs †, vel quibuslibet obſequijs ſecularibus nullo modo ſubiaceant. Nullis canonicis iuribus E a deſeruiant: ſed remotis vexationibus, ac cunctis grauaminibus diuinum opus cum ſumma animi deuotione perficiant.

¶*Caput hoc habetur in decreto concilij Lateranenſis edito à beato Gregorio pro quiete, ac libertate monachorum: quod extat ſecundo tomo conciliorum inter decreta Gregorij primi, eiuſque magnam partem ipſemet refert lib.7.reg.indict.1.epi.18. Mariniano epiſcopo Rauennati.*

A ¶Aut ſecularium.] *Abſunt ab aliquibus conciliorum editionibus, & Gratian. manuſcriptis exemplarib.*

B ¶Chartis.] *In concilio legitur,* curtis, *ſed in epiſtola & apud Iuonem,* chartis.

C ¶Nullus monachus.] *Hinc vſq; ad finem non habentur in epiſtola, ſed in concilio.*

D ¶Vt & ſuæ eccleſiæ.] *In concilio legitur,* Et ſanctæ eccleſiæ, iuuante Domino, ſuo termino, ſiue iure contentæ, &c. *In epiſtola verò 43. lib.4. (vbi idem ferè ſcribit Caſtorio Ariminenſi epiſcopo) hoc modo,* Vt & tua eccleſia, iuuante Domino, ſuo tantummodo ſit iure contenta, & monaſterium illud, &c.

E ¶Iuribus.] *In concilio eſt,* curis. *in epiſtola,* canonicæúe iuriſdictioni.

Idem Caſtorio Epiſcopo Ariminenſi 2.

¶Miſſas publicas in cœnobio epiſcopi non celebrent, ne aliquod eis grauamen inferant.

C A P. VI.

3 LVminoſo b abbate referente plurimis in monaſterijs multa à præſulib. præiudicia, atque grauamina monachos pertuliſſe cognouimus. Oportet ergo, vt tuæ † fraternitatis prouiſio de futura quiete eorũ, ſalubri diſponat ordinatione: quatenus conuerſantes in illis, in Dei ſeruitio, gratia ipſius ſuffragante mente libera perſeuerent. 4 Miſſas quoq; publicas c in † cœnobijs fieri omnimodo prohibemus: ne in ſeruorum Dei receſſibus d, & in eorum receptaculis vlla popularis conuentus præbeatur occaſio. [Vel mulierum fiat illis † introitus,] quia non expẽdit animabus eorum. Nec audeat ibi cathedram collocare e e̅ps A, vel q̃libet poteſtatem exercere imperãdi, nec aliquã ordinationẽ f, q̃uis leuiſſimã, faciẽdi, niſi ab abbate g loci fuerit rogatus: quatenus monachi ſemper maneant in abbatum ſuorum poteſtate: 5 vt remotis vexationibus, ac cunctis grauaminibus diuinum opus cum ſumma deuotione animi perficiant.

¶*Libro 4. regeſti eſt epiſt.41. Luminoſo abbati, & 43. Caſtorio Ariminenſi epiſcopo ſcripta: in quibus leguntur quæ ad hoc cap. pertinent: propria tamen verba vſque ad verſicu.* Miſſas, *non habentur in epiſtolis illis, ſed in concilio, de quo in proximo ſuperiori cap. dictum eſt, exceptis primis verbis,* Luminoſo abbate referente. *& ex eo non nulla ſunt emendata, & addita.*

A ¶Epiſcopus.] *In cõcilio ſequitur,* ſeu quacunque alia dignitate præditus, aut poteſtate, vel quamlibet poteſtatem imperandi, &c.

Item Gregorius 6 *Papa lib.2. indict. 11. epi.56. Secundino Epiſcopo.*

¶Baptiſterium in monaſterio non permittitur fieri.

C A P. VII.

7 PRidem præcepimus, vt de monaſterio h S. Andreæ, qđ eſt ſuꝑ Maſcalas, baptiſteriũ ꝑꝑ monachorũ moleſtias † debuiſſet auferri, atq; in eodẽ loco, quo fontes ſunt, altare i fundari: cuius rei ꝑfectio hactenus eſt ꝑtracta. Admonemus igitur fraternitatẽ tuã, vt nullã iã morã poſt ſuſceptas k pn̄tes literas nr̃as ĩſerere debeas: ſed repleto loco ipſorum fontiũ, altare ad ſacra celebranda myſteria illic ſine dilatione aliqua fundetur: quatenus & prędictis monachis opus Dei ſecurius liceat celebrare, & non de negligentia veſtra cõtra fraternitatẽ tuã nr̃ aĩus excitet̃.

Item ex concilio Moguntino.

¶Cum permiſſione epiſcopi abbas locum ſuum deſerere poteſt.

C A P. VIII.

ij8 ABbas pro humiliatione, & cũ ꝑmiſſione l e̅pi locũ ſuum põt relinquere: tñ eligant ſibi fratres abbatem de ipſis: ſin aũt, de extraneis.

3 Ecce in Toletano concilio m dicitur, ꝙ ſacerdotes † abbates, & alia officia inſtituere debeant. B. Gregorius n, & Pelagius prohibent, dicentes abbatem à fratribus ſuæ congregationis eligendum & ordinandum. Quomodo ergo hæc tanta diuerſitas ad concordiam reuocabitur? Sed ſciendum o eſt, quoſdam monachos eſſe indomitæ ceruicis, & effrænatæ ſuperbiæ: quos dum abbates ad religionem cogere voluerint, in eorum deiectionem conſpirant, & alium moribus ſuis conuenientem ſibi præficere contendunt: quales erant illi, qui in necem B. Benedicti conſpiraſſe leguntur. Pro huiuſcemodi conſtitutum eſt, vt abbates, & alia officia per ſacerdotes inſtituantur.

Vnde Pelagius Papa ſcribit Opilioni † defenſori dicens.

eſt, & per ſe patet.

h ¶*Monaſterio.*] epiſcopus ibi fecerat baptiſterium.

i ¶*Altare.*] hoc ideo, quia locus fontiũ non debet pedibus conculcari, vt j. ea. de conſec. diſt. 1. altaris. & hoc cõmodius non poteſt fieri, quàm ſi ibi altare ædificetur.

5 Ibid. inferius. ſ.c.5.

velint in ipſo habitu permanere, & ſi conſenſerint, vltra non erit pœnitentiæ locus: ſi autem negauerint, poterunt ad ſæcularem vitam redire: quia coacta ſeruitia Deus non diligit.

a ¶ *Xv.*] "Videtur ergo quòd habeat xv. annum pro deliberatione an velit remanere, an recedere. Nam ante non potuit deliberare, cũ nec ante habuit diſcretionem. videretur enim eccleſia circumuenire homines, ſi aliquis cogeretur manere cum ea qui nunquam deliberauit. nam etiam in illicitis datur alicui dilatio menſis, vt 1. q. 1. conſtat. decretalis tamen videtur eis dare triduum, vt ext. ca. ad noſtram. Vel ſaltẽ communes induciæ deberent eis dari ad loquendum cum amicis, & componendas ſarcinulas, vt ff. ex quibus cau. ma. ab hoſtibus. §. vlt. Econtra videtur, quòd nihil temporis habebit. nam canon comparat contractum quo quis obligatur homini, obligationi diuinæ, vt 27. q. 1. c. 2. ſed in contractu humano non licet etiam incontinenti reſilire, vt C. de tranſa. quamuis. ergo nec in hoc. Ad hoc dicunt quidam quòd ſi ante 14. annos fecit profeſſionem, ſtatim cum per vnum diem fuerit poſt annos 14. in monaſterio, eſt ei factum præiudicium: ſecus ſi non fecit: per id quod eſt extra de reg. ad noſtram. Melius[i] credo eſſe dicendum quòd ſi ante annos pubertatis habuit diſcretionẽ tantam, vt per ſe, vel per alios ſciuiſſet, quod ſtatim eſſet obligatus, vt tunc ſtatim poſt annos 14. ſit obligatus, ſi non contradicat. Sed ſi nec p ſe nec p alios potuit ſcire aliqd de obligatione iſta: tũc in 25. anno ſit inquirendum ab ipſo an velit ſtare, an non. ab alijs enim non eſt hoc inquirendum niſi ab illis qui per ſe nõ poſſunt hoc ſcire: nec ab alijs hoc didicerunt. Item nunquid põt aliquis petere in integrum reſtitutionem, qui in xv. anno intrauit religionem? Arg. quòd ſic, extr. de reg. ad noſtram? Reſpon. non: quia non eſt deceptus qui Chriſto ſe coniunxit. præterea quia in talib. cenſeretur maior: ſimiliter in matrimonio. ext. de reſt. ſpol. ex parte.

" Profeſſio facta añ 14. annos, an ſtatim poſt obliget.

a Quidquid hic dicatur, hodie tẽas vt dr̃ ext. li. 6. đ re. iu. is q. c. nõ ſolũ. c. cõſtõnem & đ hoc In. no. ſatis ext. eo. tit. c. 1.

VELAMEN. Hæc eſt 3. pars quæſtio. in qua quæritur quando ſunt velandæ virgines. Et eſt dicendũ quòd in 25. an. & hoc probat per c. ſeq. Ioan. de Fan.

CASVS. Suprà in præcedenti capitu. facta eſt mentio de ſacro velamine: nunc oſtendit Gratianus quòd ſacrum velamen non eſt imponendum virginib. niſi certis diebus: quod probat per ſequens capitulum.

b ¶ *Velamen.*] Hic agitur quo tempore virgines ſunt velandæ vel conſecrandæ. "Eſt autem quadruplex velum, ſ. velum profeſſionis, conſecrationis, ordinationis, prælationis. [b] Velum profeſſionis imponitur tam virgini quàm viduæ: dum tamen ſit xij. annorum, vt infrà quæſtio. 2. puella. Velum conſecrationis eſt quod tantùm virginibus imponitur in 25. an. vt infrà eadem quæſtio. placuit. & 77. diſ. placuit. Velum ordinationis quod olim imponebatur diaconiſſis in 40. anno, & infrà eadem, ſanctimoniales. velum prælationis eſt quod in 40. anno datur abbatiſſæ, vt infrà eadem, iuuenculas. 31. quæſtio. 1. quomodo virginibus. & per hanc di. multa ſedantur contraria. Ioannes.

"Velum eſt quadruplex

b Aliqñ inuenit velum cõuerſionis, vt ĩ. 27. q. 1. viduas. quæ ibi no. ꝙ ſit illud velũ, & q̃ ſit dr̃ia inter velum cõuerſionis, & ꝓfeſſiõis notare videtur Io. in gl. ibi ĩ fi. Arc.

DEuotis.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas par. In prima parte dicitur, quòd ſacrum velamen non debet virginibus imponi, niſi in die Epiphaniorum: vel in albis Paſchalibus. & in natalibus Apoſtolorum: vel niſi eſſent in articulo mortis: ſicut de baptiſmo contingit: ne ſine hoc munere recedant à ſæculo. In ſecunda par. dicitur, quòd epiſcopi viduas velare nõ debent. Secunda pars eſt ibi, *Viduas autem.* Et intelligitur hoc de velo conſecrationis, quod tantùm virginibus datur, vt 26. diſt. acutius. Quod autem ſequitur vſque ad §. quãuis, planum eſt, & ſatis patet.

c ¶ *Epiphaniorum.*] " Honeſtum eſt quòd in talibus ſolemnitatibus tantùm imponatur: poteſt tamẽ quolibet die Dominico imponi. extra de temp. ord. c. 1.

"velũ qbus diebus imponi debet.

d ¶ *In albis.*] ideſt, in tota ſeptimana paſchali.

e ¶ *Pontificum nullus.*] ſed ipſamet ab altari recipiat, vt 27. qu. 1. viduas quæ. Vel recipiat à ſacerdote, vt infrà eadem, vidua. Quidam tamen ex hoc capitu. dicebant quòd nec epiſcopus, nec presbyter poteſt imponere velum viduæ. Nec obſt. extra quod met. cau. perlatum. nam ibi non dicitur quòd velum impoſuit, ſed quòd imponere ſimulauit. Similiter non obſt. extra qui clerici vel vouen. conſuluit. nam intelligunt illud de velo, id eſt, de veſte, quod ex hoc apparet quòd dicitur in ea decre. quòd non fuerit profeſſa, cum tamẽ per illud velum intelligatur qs profiteri, cum ſit velũ profeſſionis. Io.

f IVuenculas.] ¶ *Sexagenariam.*] Apoſtolus enim dicit, "Vidua non eligatur minor 40. annorum. 31. q. 1. quomodo. Poteſt tamen hoc intelligi quòd ſit ſexagenaria non ætate, ſed perfectione continentię. 2. q. 7. Paulus. ideo autẽ eſt virgo, qa aliter nõ poſſet eſſe hortatrix virginitatis, vt 26. di. vna.

" Abbatiſſa debet eſſe ſexagenaria

g SAnctimoniales.] ¶ *Non velentur.*] velo ordinationis, vt ſit diaconiſſa, non ad ordinẽ, ſed ad quoddã miniſteriũ Euangelicum in matutinis lectionib. nuntiandi. Io.

h PLacuit.] ¶ *Non ſalutent.*] ſolenniter dicendo: Dominus vobiſcum. Ioan.

VIrgines non.

QVAM-

QVAMVIS. Hæc eſt quinta pars quæſtionis, in qua dicitur, quòd vidua licet velari non debeat, tamen debet habere quandam veſtem religioſam: & hoc probat per cap. ſequens. Ioan. de Fan.

CASVS. Suprà in c. deuotis. prohibetur epiſcopo velare viduas. Nunc verò oſtẽdit Grat. ꝙ profeſſio eſt facienda ab eis in ſcriptis. & quòd veſtis religionis eſt eis tradenda à ſacerdote vel diacono: quod probat ſeq. cap.

VIdua.] CASVS. Aliqua vidua monaſticum habitum recipere volebat. quæſitum fuit in concilio Toletano qualiter ſit procedendum in hoc facto? Et reſpondet ꝙ ſi ipſa iuerit ad ſacerdotem vel diaconum, vel aliquis eorum ad eam peruenerit, profeſſionem faciat in ſcriptis à ſe notatam ſigno ſigillari ſi literas neſcit, vel ſubſcriptione ſi ſubſcribere ſciat, in qua promittat religionis ꝓpoſitum firmiter obſeruare: & veſte profeſſionis, quam à presbytero vel diacono receperit, vbique vtatur: quæ neque diuerſi coloris ſit neque ſuſpecta.

a ¶[*Vel miniſtro.*] Argu. " quòd votum ſolenne poteſt fieri coràm priuata perſona. ſed ad quid facit mulier profeſſionem ſacerdoti? Potius enim deberet facere abbatiſſæ. Sed hoc ideo fit, qa fęminis non licet imponere velum alicui, vt j. ea. quæſt. 2. ſtatuimus.

" votũ ſolẽne pôt fieri corã priuata perſona.

† al. vſui.

† al. incunctanter.

b ¶[*Scriptis.*] non ꝙ ſit neceſſaria ſcriptura, ſed vt ſcriptura propria obuiet ei qui contrauenit, vt s̃. 1. q. 7. ſaluberrimum.

c ¶[*Aut ſigno.*] cum neſcit ſcribere. [a]

d ¶[*Aut ſubſcriptione.*] cum ſcit ſcribere.

e ¶[*Veſte.*] ſed velum accipiet ab altari, vt 27. q. 1. viduas. & c. viduæ quæ.

a Vel dic ꝙ h. d. vt faciat dñam inter eam q̃ habet ſigillum, & eam quę nõ habet. Lau.

¶ *Caput hoc inter decreta Pij non eſt inuentũ, & abeſt à trib. vetuſtis Gratiani exemplaribus. De cauſis verò, ob quas ante xxv. annos poßint virgines velari, agitur in concilio Mileuitano. c. 26. & Africano. cap. 93. ex quo Africano refertur c. l. 1. c. 46.*

A ¶[Sabbatho.] *In vno vetuſto legitur,* in albis, *& apud ceteros collectores,* in albis Paſchalibus.

4 *Quamuis autem viduæ velari prohibeantur, viduitatis tamen profeßio in ſcriptis ab eis eſt facienda. Veſtis quoque profeßioni conueniens eſt eis tradenda, qua vbique vtantur.*

Vnde in concilio Toletano, 10. cap. 4.

¶ Profeſſionem viduitatis faciant, & habitum ſumant religionis, quæ caſtitatem ſeruare proponunt.

C A P. XVI.

VIdua, quæ ſanctæ religionis obtinere propoſitum voluerit, ſacerdoti, vel miniſtro, [a] ad quem aut ipſa venerit, aut quem ad ſe venire contigerit, ſcriptis [b] profeſſionem faciat à ſe aut ſigno, [c] aut ſubſcriptione [d] notatam, continentem ſe & religionis propoſitum velle, & hoc perenniter inuiolatè ſeruare. Tunc accepta à ſacerdote, vel miniſtro apta religionis profeſſioni † veſte, [e] ſeu in lectulo quieſcens, ſiue in quocunque loco conſiſtens conſtanter † ea vtatur, nec diuerſi coloris, aut diuerſæ partis eadem ſit notabilis veſtis, ſed religioſa, & non ſuſpecta.

QVAESTIO. II.

DE his [f] verò, qui præter voluntatem parentum *tonſuram, vel religioſam veſtem ſuſceperint, ſic definitur in 10. concilio Toletano, capit. 6.*

DE his verò.] Hæc quæſtio diuiditur in tres par. in quarum prima probatur ꝙ pater poteſt filium paruulum de monaſterio extrahere, ſi eſt minor 14. annis. & filiam, ſi eſt minor 12. annis: aliàs non. Secunda ibi, *Velamen.* Tertia ibi, *Hac auctoritate.* I. de F. CASVS. Hic ponitur ſecunda quæſtio, qua quęritur ſi puer vel puella præter voluntatem parentum monaſticum habitum induerit, an poſſit à parentib. reuocari vel tutore? Et reſpondetur, quando puer vel puella habitum ſuſcipit: ſi pater vel tutor eſt præſens, & non contradicit, conſentire videtur, vt 54. di. ſi ſeruus. ſi autem contradicit, vel abſens eſt, vſq; ad annum & diem poterit reuocare: niſi velit ratum habere qđ factum eſt, & currit hoc tempus à tempore ſcientiæ, vt j. ea. c. 1. Iſtud tamen tempus includitur intra ætatem 12. vel 14. annorum: nec peccat pater reuocando filium, vel tutor pupillum: nec filius vel pupillus peccat, obediendo patri vel tutori: quia hoc faciunt auctoritate canonis.

f ¶[*De his.*] " Hic quæritur ſi pater, vel tutor poſſit reuocare filium qui ingreſſus eſt religionem? Dic ergo: aut pater eſt præſens, aut abſens. Si pręſens, poſteà non poteſt contradicere: ar. 54. di. ſi ſeruus. Si eſt abſens, vſq; ad annum & diem eum reuocare poteſt. j. e. c. 2. ita tamen vt iſte annus includatur intra legitimã ętatem 12. vel 14. annorum. nec peccat pater reuocando filium, nec filius peccat obediendo magis patri quàm Deo: quia hoc facit auctoritate canonis.

" Filiũ religionem ingreſſum, an poſſit pr̃ reuocare.

¶ Tonſura vel veſtis religioſa in minori ætate ſuſcepta, à parentibus irrita fieri poteſt.

C A P. I.

1 SI in qualibet minori ętate vel religioni debitam veſtem, [g] vel religionis tonſurã [h] in vtroq; ſexu filijs aut vnus, [i] aut ambo parentes dederint A fortè, [k] aut nolentibus, [l] aut neſcientibus ſeſe ſuſceptam non mox [m] viſam in filijs abdicauerint, ſed vel coram ſe, vel coram eccleſia, † palamq́ue in conuentu eoſdem filios talia habere permiſerint, ad ſecularem reuerti habitum filijs ipſis quandoque penitus non licebit, ſed conuicti, quòd tonſuram, aut religioſam veſtem aliquando habuerint, mox ad religionis cultum, habitumq́ue reuocentur, & ſub ſtrenua diſtrictione huiuſmodi obſeruantiæ inſeruire cogantur.

1 Grego. 3. ep. 3. Pol. l. 4. titu. 34. Burc. l. 8. c. 1. Iuo p. 7. c. 27. Pann. l. 3. c. 186.

† al. epõ.

¶ Parentibus ſanè filios ſuos religioni contradere non amplius, quàm vſq; ad quartumdecimum [n] B eorum ætatis annum licentia poterit eſſe: poſteà verò, an cum volũtate parentum, an ſuæ deuotionis ſit ſolitarium votum, erit filijs licitum religionis aſſumere cultum. Quiſquis autem vel abolitione tonſuræ, vel ſecularis veſtis aſſumptione detectus fuerit attigiſſe tranſgreſſionẽ, & excommunicationis cenſuram accipiat, & religioni ſemper inhæreat.

A ¶[Dederint fortè.] *In concilijs etiam manuſcriptis legitur,* dederint certè aut nolentibus, &c. *In Pannormia verò,* dederint, aut certe nolentibus, &c.

SI in qualibet.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas part. In 1. par. dicitur, quòd parẽtes filium vel filiam in minori ætate poſſunt à monaſterio reuocare: niſi in duobus caſibus, quorum primꝰ eſt quando ambo parentes vel vnus eorum filium vel filiam monaſterijs obtulerit. Secundus eſt quando eis nolentib. vel neſcientib. habitum ſuſceperunt: & ſtatim cum ſciuerint non reclamauerunt. vnde ſi tales filij poſteà habitum deſeruerint, ſuper hoc commoniti debẽt ad monaſterium reuocari. In 2. par. dicitur, ꝙ parentib. non licet filios monaſterijs tradere niſi vſque ad 14. annum, exinde ſi ſponte intrauerint, & poſteà habitum dimiſerint, per excommunicationem redire compellantur. Secunda pars eſt ibi, *Parentib.* Et not. quòd ſi ſola mater ſupereſt, in eius poteſtate eſt quantum ad oblationem, vt dicit H. s̃. eo. q. 1. quicunque. ſecus ſi vterq; parens ſupereſt.

" mater nõ reuocat à religione filium à patre oblatũ.

g ¶[*Religioni debitam veſtem.*] hoc quantum ad fœminam.

h ¶[*Vel tonſuram.*] hoc quantum ad filiũ.

i ¶[*Aut vnus.*] cũ vnũ tñ hẽt. Sed nunquid ſi vnus parẽtũ obtulit, alter pôt eum reuocare? Arg. ꝙ ſic, quia qđ oẽs tangit, &c. C. de auct. præ. l. vl. & 66. di. c. 1. " Dici tñ pôt ꝙ ſi pater cõſentit, ꝙ mater nõ pôt eum reuocare, niſi velis dicere ꝙ æquè ſit in poteſtate matris vt patris quantum ad hunc caſum, vt s̃. e. q. 1. c. 2.

"Mox varia tpa complectitur.

k ¶[*Fortè.*] ſupple & filij conſenſerunt poſt adultam ętatẽ.

l ¶[*Aut nolentib.*] ſupple, aut ſi volentibus, &c.

m ¶[*Non mox.*] " i. intra annũ & diem, vt j. c. ꝓx. Vel mox, i. quàm cito poteſt. [b] ſic exponitur. ff. ad Tertul. l. 2. §. cõfeſtim. Vel mox. i. intra menſem, vt 1. q. 1. cõſtat. Vel dic mox, i. quã cito. ſic 33. q. 2. mulier. C. quom. & quand. iudex. ab eo. Item aliqñ vſq; ad decem dies. 2. q. 6. quoties. & c. anteriorũ. Aliter mox, i. ad duos menſes. ff. de re iud. à diuo. Item aliqñ extenditur vſque ad triduum, vt 23. di. c. 1. circa prin. & 79. di. nullus. Item qñq; ponitur ꝓ quandocunq;, vt ff. ſi cer. pet. l. 1. [c] Nec mireris ſi hæc dictio, mox, qñq; ampliatur: quia hęc dictio, diu, [d] qñq; reſtringiť, vt 63. diſ. lectis. & 65. di. de pſona.

n ¶[*Ad quartumdecimum.*] & ſic ſoluitur patria ptãs, poſt quartumdecimum annũ quantũ ad religionis ingreſſum. Io.

b Al. excuſatur. de excu. tuto. l. ſcire. arg. §. ſufficit. C. q pet. tut. cum à matribus. Arch.

c De iſta dictiõe, mox, adde pulchra no. per Bar. in l. qm̃ nõnulli. C. de ap. & per eundẽ Bar. in l. ſi quis maior, C. de tranſ. & in l. tutores. de admi. tut. & Bar. ĩ l. ĩperator. ff. de iu. fiſ. & Bal. ĩ l. diuortio. ff. ſo. mat. & de plurib. dictiõib. vide Alc. de Im. in l. 1. §. 1. ff. de verb. ob.

d Dictio, diu, qñq; reſtringitur.

P*Vella.*] C A S V S. Hoc capit.diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd ſi puella intra duodecim annum, ſine parentum vel tutoris auctoritate ſacrum velamen ſuſceperit,poſſunt ſtatim parentes vel tutor eam reuocare.Si verò per annum & diem diſſimulando tacuerint,vlterius nec ipſi, nec ipſa prius aſſumptum propoſitum poterit mutare: quod intelligitur de puella poſt duodecimum annum. In ſecunda parte dicitur, ꝙ ſi puer vel puella poſt annos pubertatis habitum ſuſceperint, non poſſunt à parentibus reuocari. Secunda pars incipit ibi,*Si verò*. Seq. §.planus eſt cum c.

a ¶*Puella.*] nondum doli capax, ſecundum Hug.

1 Bur.l.8.c. 98.Iuo p.7. c.116.Pan.l. 3.cap.187. conc.

b ¶*At ſi annum.*]niſi ita longè ſit monaſterium,vt intra hoc tempus non poſſit inueniri:tunc maius ſpatium habebit.arg. 17. quæſt. 2.ſi quis incognitus.H. tamen dicit, quòd hoc factum narratur, quod poteſt accidere. & ſicut pater reuocat votum filię,ſic & iuramentum reuocat,32.qu. 2. mulier. decretalis tamen dat annum,vt extra de reg. ſi quis. “ Sed à quo tempore currit annus iſte?Videtur,quòd à tempore ſcientiæ, vt 2.quæſt. 6.§. biduum. Vel à tempore admonitionis,vt extra de cõceſ. præbend. & eccle. non vacan. quia diuerſitatem. Vel nunquid erit continuum,ita qđ cedat ignoranti. ff. de his qui not.infa.genero?credo quòd incipiat à tempore ſcientiæ, argu.17.q.2.ſi quis incognitus.

† Porrò ſi] Orig.

2 Conſ.Pariſ.l.1.c.43. & c.l.1.c.76 concor.

“ ann⁹ quo pater filiũ à religione reuocare põt, qñ incipit currere.

3 Bur.l.8.c. 17.Iuo p.7. c.38.Pan.l. 3.c.194.

c ¶*Nec ipſa.*] vſque quo peruenerit ad legitimam ætatem, vt extra de deſpon. impub. de illis.

d ¶*In fortiori ætate.*] id eſt, poſt annos pubertatis.

S*Tatuimus vt ſi.*] HAC AVCTORITATE. Hæc eſt 3. pars qu. ſecundum Io. de Fan.

† al.octaua

C A S V S. Concludit nunc Gratian. ex illo ca.ſi in qualibet. quòd ſi filij à parentib. fuerint oblati, vel ſi præter voluntatem parentum habitum ſuſceperint, nec ſtatim fuerint reuocati, ꝙ oblatione paterna & propoſito ſponte ſuſcepto tenentur adſtricti.Poſteà dicit, ꝙ paruuli ſub multorum teſtimonio ſunt offerendi, ad quod inducit ſequens ca. cuius caſus patet per ſeq.

e ¶*Prędicta.*] ſuprà eadem,ſi in qualibet.

f O*Portet.*]¶*Plurimorum.*] Hoc ideo fit, quia quæ fiunt publicè,non de facili admittunt contradictionem poſteà,vt 8.q. 1.licet.Io.de Fan.

B ¶Quartumdecimum.] *Sic etiam in Pannormia, in vno autem vetuſto Gratiani, & conciliorum codicibus etiam manuſcriptis legitur*, vſque ad decimum.*apud cæteros verò collectores*,ad duodecim.

Item ex concilio Triburienſi, cap.24.

¶Vſque ad annos xij. paternæ voluntatis puella ſubiacebit arbitrio.

C A P. II.

1 PVella,[a] ſi ante xij. annos ętatis ſponte ſua ſacrum ſibi velamen aſſumpſerit, poſſunt ſtatim parentes eius, vel tutores id factum irritum facere, ſi voluerint. At ſi annum,[b] & diem,id diſſimulando cõſenſerint:vlterius nec ipſi,nec ipſa[c] mutare hoc poterunt. ¶ Si verò † in fortiori ętate[d] adoleſcentula,vel adoleſcens ſeruire Deo elegerit, nõ eſt poteſtas parentibus prohibendi.

2 [2] *Velamen autem nulli ſanctimoniali,alteri imponere licet.*

Vnde Eutychianus Papa ait.

¶Abbatiſſa præſumens velare virginem, vel viduam, excommunicetur.

C A P. III.

3 STatuimus, vt ſi abbatiſſa, aut quælibet ſanctimonialis poſt hanc diffinitionem in tantam audaciam proruperit, vt aut viduam,aut puellam virginem velare præſumat, iudicio canonico vſque ad ſatisfactionem ſubdatur.

3 *Hac auctoritate prædicta,*[e] *& paterna profeſſione docetur adſtringi quilibet in puerilibus annis, & præter voluntatem eorum propoſito ſuſcepto perhibetur teneri, niſi tonſuram vel religioſam veſtem parentes mox viſam abdicauerint. Paruuli verò,dum offeruntur, non niſi ſub multorum teſtimonio ſuſcipiendi ſunt.*

Vnde in nona † ſynodo legitur.

¶Infantes oblati à parentibus ſub plurimorum teſtimonio ſuſcipiantur.

C A P. IIII.

OPortet infantes cum voluntate, & conſenſu parentum, imo ab ipſis parentib. oblatos, ſub plurimorum[f] teſtimonio ſuſcipi: vt omnis occaſio maledicti[g] gratia excludatur hominum peſſimorum. A

¶ *Eſt in eodem libello B. Baſilij, & eodem capite,in quo eſt c.firma.ſ.ea. qu. 1. & ſequitur continenter poſt illud.*

A ¶Peſſimorum.] *in eo libello eſt*: plurimorum.

QVAESTIO. III.

1. ps Q*Vòd autem*[h] *qui inuitus propoſitum religionis ſuſceperit, non ſit cogendus ad inuiti propoſiti obſeruationem, teſtatur Leo Papa epiſt.90.al.92.ad Ruſticum Epiſcopum,c. 12.dicens.*

¶ Non poteſt deſeri propoſitum monachi ſponte ſuſceptum.

C A P. I.

4 PRopoſitum monachi proprio arbitrio, & † voluntate ſuſceptum deſeri non poteſt abſque peccato. Quod.n. vouit † Deo,debet & reddere. Vnde qui relicta ſingularitatis profeſſione ad militiam,vel ad nuptias deuolutus eſt: publicæ[i] pœnitentiæ ſatisfactione purgandus eſt:quia & ſi innocens militia,[k] & honeſtum poteſt eſſe coniugium: electionem tamen meliorum †[l] deſeruiſſe, tranſgreſſio eſt.

Item ex concilio Toletano 6. cap.6.

¶Qui religioſum habitum ſponte ſuſceptum deſerere voluerit, ad ipſam redire cogatur.

C A P. II.

5 PRocliuis[m] curſus eſt ad voluptatem, & imita-

g ¶*Maledicti.*] id eſt, maledicendi.

Q*Vòd autem.*] Hæc quæſtio diuiditur in tres partes. In prima parte probat magiſter per tres auctoritates,quòd ſicut voluntarij profeſſi non poſſunt exire monaſterium, ſic inuiti non debent teneri: qa non vult Deus coacta ſeruitia. Secunda ibi, *Cum dicitur.* Tertia ibi, *Si verò*. Io.de Fan.

C A S V S. Hic proponitur tertia quæſt. qua quæritur an puer, vel puella,qui, vel quæ cogitur ſuſcipere habitũ, compellatur illum obſeruare? & certum eſt, quòd non. Idem eſt de quolibet alio, niſi propter delictum cogatur intrare religionem, vt 81. diſt.dictum. & 50. diſt.ſi ille.

h ¶*Quòd autem.*] “ Certum eſt, ꝙ qui coactus intrat religionem, non obligatur.ſ.e.q.1. c.ſicut.dummodo talis ſit coactio, quæ cadat in conſtantem virum, vt extra quod me. cau. cum dilectus. nec etiã conditionalis coactio obligat aliquem, vt extra quod me. cau.perlatum. quod verũ eſt, niſi aliquis ex timore intraret religionem ꝓpter maleficium quod fecit.Ioan.

“ Coactio impedit obligationẽ.

P*Ropoſitum monachi.*] C A S V S. Quidam monachi habitũ proprio arbitrio ſuſceptum deſerentes,ad militiam, vel ad nuptias redierunt,quęſitum eſt à Leone quam pęnam pati debeant? Et reſpõ. ꝙ publicæ pœnitentiæ ſubijci debeant, & ad monaſteria reuerti: qa licet aliàs innocens ſit militia, & honeſtum poſſit eſſe coniugium, tranſgredi tñ videntur qui deſerunt meliora.

4 Pol.l.4.ti. 34.Anſ.l.7. c. 187.Bur. l.8.c. 8. Iuo p.7.cap. 19. Pann.l. 3.c. 182.

† al.aut.

† al. vouit quis.

i ¶*Publicæ.*] “ vr̃ ꝙ monachi & monachæ pro delictis ſuis publicam faciant pœnitentiam,vt 27.qu.1.virginib. Sed poteſt intelligi de publica quæ fit in clauſtro,[a] de qua agit 30. di. ſi qs presbyter. & 28.diſt.presbyter.

“ Monachi an faciant publicam pęnitentiã.

† al.meliorem] al.melioris.

a Sub. non autem de ſolẽni, vt 50. diſt. confirmandũ.& c. aliorum.ſecundùm L.

k ¶*Militia.*] 23.q.1. militare.

l ¶*Meliorum.*] ſolus ille ergo tranſgreditur votũ,qui deſerit maius bonum pp minus, vel par.Sic 17.q.1.qui bona. & extra. de voto. & vo. redemp. per totum.

5 Burc.l.8. ca.14.Iuo p. 7.c.35.

P*Rocliuis curſus.*] C A S V S. Quidam monachi,vel moniales virgines,vel viduæ habitum eorum ſponte ſuſceptum deſerebant, de quo cum quæſitum eſſet in concilio Toletano,ſtatuit concilium, vt inuiti per excommunicationem ad monaſterium redire cogantur.

m ¶*Procliuis.*] quia omnis ætas ab adoleſcentia,&c.12.q.1. capit. 1.

a ¶*Semel.*]

trix natura vitiorum. Quamobrem quiſquis virorum, vel mulierum habitum ſemel induerit [a] ſpontaneè religioſum, aut ſi vir deditus eccleſiæ choro, aut fœmina fuerit, aut fuit delegata puellarum monaſterio: in vtroque ſexu præuaricator ad propoſitum inuitus reuerti cogatur, vt vir detondeatur, & puella ad monaſterium regrediatur. Si autem quolibet patrocinio deſertores permanere voluerint: ſacerdotali ſententia ita à Chriſtianorum cœtu habeantur extorres, vt nec A locus eis vllus ſit communionis. Viduæ quoque (ſicut vniuerſalis ſynodus iam dudum ſtatuit 1) profeſſionis, vel habitus ſui deſertrices ſuperiori ſententia condemnentur.

1 in Tole. 4. c. 55.

A ¶Vt nec locus.] *In libro conciliorum Lucenſi regio legitur*, vt nec locutio cum eis vlla ſit communis. *Reliqui verò codices concordant cum Gratiano. Apud Iuonem eſt*, vt nec locus eis vllus ſit communis.

Item ex concilio Chalcedonenſi, cap. 7. 2

2 Et in Aqſ gran. c. 85.

¶Semel in clero taxati, vel monaſterijs deputati ad militiam non redeant.

CAP. III.

3 EOs, qui ſemel in clero [b] taxati fuerint, ſiue in monaſterio deputati, decreuimus neq; ad militiam, [c] neque ad honores ſeculares [d] venire. Eos autem, qui hoc auſi fuerint facere, & non eius rei pœnitere maluerint, † vt ad hoc idem reuertantur, quod ante obtentu Dei ſibi propoſuerunt, cõuenit anathematizari.

3 Ex priſca verſione. Bur. l. 8. c. 4. Iuo par. 7. c. 28.

† al. voluerint.

2 *Cum dicitur propoſitum monachi proprio arbitrio, & voluntate ſuſceptum, intelligitur, quòd ſi propria voluntate ſuſceptum non fuerit, obſeruari non cogitur.*

Vnde Nicolaus Papa ſcribit omnibus epiſcopis in regno Ludouici.

¶Monaſterialibus diſciplinis nullus ſubijciatur inuitus.

CAP. IIII.

4 PRæſens clericus nomine Lambertus vnà cum patre ſuo, nomine Attho, quondam videlicet comite, [e] nunc autem clerico, ad limina Apoſtolorum properans adijt præſentiam noſtram, aſſerens qualiter idem pater eius in laicali adhuc ordine † in prædijs proprijs ędificaſſet duo monaſteria, voluntatem gerens, vt poſt ſuum deceſſum præſens eius filius Lambertus in locum [f] eius ſuccederet: quem infra teneram ętatem inter octauum [g] & decimum annum conſtitutum memoratus pater proprio arbitrio abſq; regulari inſtitutione extra omnem illius voluntatem cucullam induit. Igitur poſt quoddam ipſius temporis ſpatium (vt ipſe dicit) Salomon epiſcopus cum quibuſdam alijs abſque patris oblatione, vel abbatis percepta benedictione eundem Lãbertum monaſticum habitum induere fecit (vt ferunt) inuitum: & ſub hac occaſione, paterna, ſeu materna hæreditate à fratribus ſuis priuatum eſſe, atq; cõtra oẽm (vt dictum eſt) voluntatẽ ſuam, quaſi regularem illũ monachũ ꝑmanere volunt. † Super qua re diligenti cura inueſtigantes, etiam ſub adiuratione patrem [h] ipſius, ſi verum diceret, interrogauimus: ſed idem pater

4 Iuo p. 6. c. 356.

† al. habitu.

† al. voluit.

---

a ¶*Semel.*] propter hoc verbum, ſemel, dicit Hug. non eſſe decre. extra de reg. ad noſtram. vbi vſq; ad triduum datur licentia exeundi: ſed certè illud ideo fuit, quia adhuc erat vicinus annis pueritiæ, & quia non fuerat in probatione, & quia illectus erat. Et habes hic arg. ꝙ ſufficit aliquem ſemel conſenſiſſe, vt 8. qu. 2. dilectiſſimi. & extra de deſpon. imp. de illis. extra qui ma. ac. poſ. inſuper. ff. de aqua plu. arc. in diem.

EOs qui ſemel.] Casvs. Statuit concilium Calcedonen. ꝙ clerici vel monachi, qui ad militiam, vel honores ſeculares redierunt, niſi redierint ad clericatum, vel monachatum, anathematizentur.

b ¶*In clero.*] ergo qui recipit ſimplicem tonſuram, eam nõ deſerit, cum talis dicatur clericus. 21. di. cleros. & 54. di. ex antiquis. " Nunquid ergo clericus vxoratus feret tonſuram? Arg. ꝙ ſic. 32. di. ſi quid verò. extra de vi. & ho. cle. clericus. 12. qu. 1. quia. nam etiam depoſitus eam feret, vt 81. diſt. dictum. quod credo verum eſſe ſi vult vti priuilegio clericali. alioquin ſecus eſt. Secus tamen videtur ſi clericus ſumit viduam in vxorem. 84. diſtin. quiſquis. hodie clericus vxoratus non tenetur ferre tonſuram. extra de cle. coniug. cap. Ioannes.

" Clericus coniugatus an teneatur ferre tonſuram.

c ¶*Ad militiam.*] vt 24. q. vlt. quicunque.

d ¶*Ad honores ſeculares.*] in quibus exercetur iudicium ſanguinis, vt 23. q. vltim. his à quibus. Vel in quibus turpia lucra exercentur, & quod ipſe in propria perſona vult exercere. " Aliàs autem licitum eſt epiſcopis & clericis habere ſeculares principatus. dum tamen exerceant p aliũ cauſam ſanguinis, [a] vt 88. diſt. epiſcopus gubernationem. & 5. q. 4. quia Ioannes.

" clerici ſeculares pricipatus hr̃e poſſunt.

a Qđ dic vt ext. lib. 6. ne cle. vel. mo. *epiſcopus.*

CVM DICITVR. Hęc eſt 2. pars queſt. in qua probat magiſter à contrario ſenſu, quòd ſi inuitus iurauit, poteſt exire. & hoc probat per c. Nicolai. Ioan. de Fant.

Casvs. Dictum eſt ſ. in c. propoſitum. & c. ſeq. quòd habitus ſponte ſuſceptus deſeri non poteſt ſine peccato. Nunc verò argumentatur Gratianus à contrario ſenſu, ſcilicet ꝙ ſi quis inuitus habitum ſuſcipiat, ſeruare non cogitur: quod probat per ſequentia cap.

PRæſens clericus.] Casvs. Attho clericus quondam comes duo monaſteria in proprijs prædijs ædificauit, qui cupiens Lambertum filium ſuum poſt deceſſum ſuum in loco ſibi ſuccedere, in nono anno ipſum inuitum cucullam induit, poſtque aliquantulum temporis Salomon epiſcopus cum quibuſdam alijs monaſticum habitum præfatum Lambertum induere fecit inuitum (vt idem Attho referebat) & propter hoc fratres eum priuabant paterna hæreditate, vel materna. Super quo facto cum dictus Attho apud Nicolaum querelam depoſuiſſet. Nicolaus Papa à dicto Atthone veritatem ſub iureiurando inueſtigauit, qui confeſſus eſt ꝙ filius ſemper fuit inuitus, nec vnquã regulam aliquam promiſit, & ſi ſciuiſſet regulam monaſticam eſſe tam duram, nunquam eum coëgiſſet portare cucullam. Scribit ergo Nicolaus omnib. epiſcopis de regno Ludouici, quibus narrat omnia ſupradicta, & mandat eis, vt veritatem hanc diligenter inueſtigent: & ſi vera inuenerint quæ dicuntur, nec ad habitum compellatur inuitus, nec hac occaſione paterna, vel materna hæreditate priuetur, cum nullum bonum ſit niſi voluntarium: ſed tamẽ inter religioſos clericos commoretur donec Deus fortè dederit ſibi voluntatem monaſticum habitum ſpiritualiter aſſumendi.

e ¶*Comite.*] argu. ꝙ ſtatim deſinit quis eſſe comes quàm cito fuerit factus clericus. 27. q. 2. ſcripſit. " Item habes hic ꝙ miles poteſt eſſe clericus. Nec obſtat 51. diſt. ſi quis poſt acceptum. quia loquitur de illis q. facti ſunt irregulares. 54. diſtin. curiales.

" Miles poteſt eſſe clericus.

f ¶*In locum.*] i. in adminiſtrationem, vt fieret poſteà adminiſtrator loci illius. nec fuit hoc peccatum ſic concipere in animo, dummodo non ducatur in pactum. extra vt eccle. benef. vt noſtrum. in fi. licet ſit argum. contra. 1. qu. 1. ſi quis epiſcopus. & c. qui ſtudet, & extra de ſimon. tuæ. & in auth. de ſanct. epiſ. §. generaliter. coll. 9. Vel loquitur de ſucceſſione alterius cuiuſcunque rei. " Et loquitur hoc cap. ſecundum quorundam prauam conſuetudinem, qui monachos non admittunt ad ſucceſſionem, quod eſſe non debet, vt ſuprà. cauſa prox. quæſt. vltim. non liceat.

" Monachi ſunt ad ſucceſſionẽ ad mittendi.

g ¶*Inter octauũ.*] i. in nono anno, q eſt medius inter 10. & 8.

h ¶*Patrem.*] argu. quòd vnius teſtimonium admittitur. 76. diſt. tanta. ſed fortè hic aliquæ præſumptiones præceſſerunt. vel dic, quòd ideo auditur, vt poſteà poſſit melius liquere de veritate. vnde in fine dicitur, ſi ita eſt, vt iſti dicunt. Et ſecundum hoc eſt argum. quòd poſt apertas atteſtationes admittuntur alij teſtes ſuper eodem capitulo, quando aliquid diminutè probatum eſt, vt extra de conſan. & aff. ex literis. De hoc dixi 4. q. 3. §. 1. & eſt ſi. 2. q. 5. Mennam. Item habes hic, ꝙ teſtimonium patris auditur pro filio ad dirimendum matrimonium ſpirituale, vt ext. qui ma. ac. poſ. vř. Item habes hic,

a iſtã gl.ſeq tur Bar.in l. ad inuidiã. C.ꝙ me.cã. idẽ tȝ Im. ĩ c. cãm mr̃imonij. d̃ of. del. ſed dic, ꝙ reqritur, ꝙ præcedãt minæ à pr̃e, vt p Bar. ĩ l. interpoſitas C.de trãſ.& not.Cyn.& Bal.ĩ l.1.C. de bo. ma. Itẽ p eundẽ Bal. ca.1.§. item ſacramẽta. d̃ pa. iu.fir.& l.ſine.ĩ prin.C. ad Vel. per An.de But. in c.cum virum. & ibi tex. in mr̃ia ſing. ext.de reg.p Bart. in l. tranſactionẽ. C. d̃ trãſac.p do. Ab. in c. nõ ne. d̃ pſum.

† al. palla] aliquot manuſc. Iuo.

b Sub.cũ nemo ad vitã religioſam cogatur, vt s̃.e.q.1.ſicut arg. 31.q.1. integritas. hoc ẽt inuenitur in lr̃a pcedẽti ibi, propria volũtate,&c. Pl.53.118. 108.

quòd timor patris [a] impedit matrimonium ſpirituale, licet ſecus videtur in matrimonio carnali, vt ff.de rit. nup.ſi patre cogente.Sed intellige de leui coactione.

a ¶ *Quòd nunquam.*] ſed qualiter de hac negatiua potuit iuramentum præſtare, cum negatiua etiam probari non poſſit, vt extra de prob. quoniam.& ext.de ele. bonæ memoriæ. circa fin. Nam anceps eſt periurium quod fit de alieno facto, vt ff. de in lit. iur. videamus? Reſpon. ſic probari poteſt, ꝙ quandocunque voluit illum fieri monachum, ille noluit.& hoc ſufficit ad pbãdã negatiuã, vt ext. de prob. tertio.

b ¶ *Nullum quippè bonum.*] vitę ęternæ remuneratorium. 45. di. qui ſyncera. & ſic non eſt contra.j. 23. q.5.ad fidem. & q.6.c.1.contra.j. 23.qu.1.paratus. contra s̃.45. di. & qui. quæ ſunt contra.

c ¶ *Religioſos.*] id eſt, regulares canonicos.& ſecundum hoc eſt conſilium. [b] Vel dic quòd ex quo ſemel apparuit in veſte religionis, debet ſemper religioſè viuere, id eſt, non penitus ſeculariter, ſecundum quòd intelligitur extra de reg. conſulti. in fin. Dicuntur enim non ſolùm monachi, vel regulares religioſi, ſed etiam clerici, vt 1. qu. 1. nullus itaque. & etiam laici, vt 28.diſt.ſi qua vidua. Io.de Fan.

SI VERO. Hęc eſt tertia pars q. in qua dicitur, quòd puniuntur monachi, qui cauſa cupiditatis alliciunt homines. Io.de Fan.

CASVS. Supradictum eſt quid iuris ſit de coactis ad habitum ſuſcipiendum. Nunc oſtendit Grat. quid iuris ſit de illectis ab epiſcopis, vel abbatibus ad religionis habitum ſuſcipiendum, & dicit ꝙ debent in religione perſeuerare: res verò eorum hæredib. reſtituantur.

Matth.10.

C*onſtituit.*] CASVS. Quidam epiſcopi, vel abbates quorundam hæreditatem cupientes, eos illexerunt, vt monaſticum habitum induerent: quare quæſitum fuit in Moguntin. concil. quid ſit de his faciendum? Et reſp. quòd epiſcopi, vel abbates ſicut turpis lucri ſectatores canonicæ pœnitentiæ ſubijciantur: illecti verò in monaſterio perſeuerent: ſed hæreditates eorũ hæredib. reddãtur.

Attho reſpondit ſe talem habuiſſe, & habere voluntatem, vt filius ſuus verus monachus fieret, & in locum eius ſuccederet. Sub teſtificatione autem iureiurando firmauit: quod quando primitus ei cucullam induit, idem Lambertus ſemper reſtitit, & nunquam ſe fieri monachum conſenſit: ſed demum ab inſequentibus monaſtico habitu violenter eſt indutus, aſſerens, quòd nunquam [a] regulam aliquam promiſit, neque ego pater eius pallio † altaris indutum illum obtuli, neque à quocunque ſacerdote, vel abbate (vt mos poſcit) benedictione percepta regulæ vnquam ſe monachum ſubiectum futurum promiſit. Super his omnibus etiam proteſtatus eſt præfatus clericus Attho, quia ſi eo tempore, tam duræ obſeruantiæ monaſticam intellexiſſet regulam, nunquam eundem filium Lambertum coëgiſſet portare cucullam. Quapropter conſultè pſalmographi verba recolentes, quibus voluntariè ſe Deo ſacrificare pronuntiat, & voluntaria oris ſui beneplacita fieri in conſpectu Dei obſecrat: præſentem, vt dictum eſt, clericum nomine Lambertum minimè debere exiſtimauimus ſub tali violentia fieri monachum. Quod enim quis non eligit, nec optat, profectò non diligit: quod autem non diligit, facile contemnit. Nullum quippè bonum, [b] niſi voluntarium. Idcirco Dominus non ferendam in via virgam, per quam violentia vlli inferatur, præcepit. Quapropter conſultius agetur, ſi pijs ſuaſionibus contemptum mundi, & amorem Dei prædicando, quàm violentiam inferendo, ad cœleſtem amorem illum accenderitis. Vnde omnium veſtrûm charitati hanc noſtri Apoſtolatus mandare decreuimus epiſtolam, monentes, atque præcipientes, quatenus (ſi ita verum eſt, vt iſti dicunt) nullus epiſcopus, vel abbas, ſeu monachorum reliquorum conuentus monaſticis illum regulis inuitum ſubiacere cõpellat: neque vllo modo fratres eius per hanc occaſionem licentiam habeant paterna, ſeu materna illum hæreditate priuare: ſed vſque dum diuina inſpiratione compunctus propria voluntate regulæ ſe ſubdat: liceat eum à mundanis, & laicalibus remotum vagationibus, vel negotijs inter religioſos [c] & eccleſiaſticos viros in canonica degere vita. Non enim putamus (quod abſit) canonicos religioſos à ſanctorum monachorum vita, & cõſortio ſeiunctos: quia vnuſquiſque ſecundum Apoſtolum propriam mercedem accipiet ſecundum laborem ſuũ.

1.Cor.3.

3 *Si verò epiſcopi, vel abbatis illecti promiſſionibus aliqui tonſuram, vel religionis veſtem ſuſceperint, ipſi quidem in eo, quod cęperunt, permaneant: res verò eorum hæredibus ſuis reſtituantur.*

Vnde in Moguntino concilio legitur. [1]

1 in Cabil. 2.c.7.

¶ *De hac citatione dictum eſt s̃. 16. q.7.c.pen.*

¶ Reſtituantur hæredibus res eorum, qui ab epiſcopis, vel abbatibus decepti comam depoſuerunt.

CAP. V.

2 CONſtituit ſanè ſacer iſte conuentus, vt epiſcopi, ſiue abbates, qui non in fructum animarum, ſed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circunueniendo totonderunt, & res eorum tali perſuaſione ſurripuerunt: pœnitentię canonicę (vtpote turpis lucri ſectatores) ſubiaceant. Hi verò, qui illecti comam depoſuerunt, in eo, quod cęperunt, perſeuerare [d] cogantur: [e] res verò eorum hæredibus reddantur.

2 s̃. 16.q.7. conſtituit. Bur.l. 8.ca. 93.Iuo p.7. c.111.

QVAESTIO IIII.

1.
ps QVòd verò [f] ab vno monaſterio in aliud diſtrictius tranſire monachis liberum ſit, ex concilio Triburienſi habetur: in quo ſic ſtatutum eſt. [3]

3 Simile in cõc. Triburienſi, quod extat, c.26.

¶ Non ſunt prohibendæ virgines ſacræ, quæ cauſa religionis aliud monaſterium adire deſiderant.

CAP. I.

4 VIrgines [g] ſacrę, ſi pro lucro animæ ſuæ propter diſtrictiorem vitam ad aliud monaſteriũ pergere diſpoſuerint, ibidemq; commanere decreuerint, ſynodus cõcedit. Si verò fuga diſciplinæ alium locum q̃ſierint, redire cogantur.

4 Burc. l. 8. c.22. Iuo p. 7.c.42.

d ¶ *Perſeuerare.*] non ibi, [c] ſed in alio monaſterio, vt extra de ſimo. veniens. Ioan. [d]

c Hoc ideo qa ſimonia cum habuit ingreſſum.

d Vñ dic pſeuerare, ſ. ĩ ppoſito, nõ in eodẽ monaſterio.

e ¶ *Cogantur.*] ſed quare hoc eſt, cum eccleſia non debeat fraudem facere in ſuis contractib. vt ext. de don. per tuas. Et cõtractus dolo initus, nullus eſt ipſo iure, vt 15.q.6.c.1.& ff. de dol & elegãter? Sed dic, ꝙ licet hic dolus dederit cãm cõtractui: ipſe tamẽ non eſt deceptus, qui ſe Chriſto cõiunxit. Vel dic ꝙ hoc potius eſt imputãdum fatuitati ſuę, quàm dolo illius, vt extra quod me. cau. cum dilectus. ſimiliter contractum matrimonium non reſcindit dolus. Et eſt ſi. ext.de conuer.coniu.ex parte.& c.veniens.in fi. vbi propter deceptionem non retractatur ingreſſus. Et eſt mirũ, ꝙ in ſpiritualib. contractus dolo initus tenet, ſed contractus metu initus nõ tenet, cũ ſecũdum leges penitus contrarium ſit. nam ſecundum leges contractus dolo initus nullus eſt, ſed contractus metu initus tenet, licet reſcindatur per actionem qd̃ met.cauſ. ff.quod met. cau.per totum.

QVòd verò ab.] Hęc qu. diuiditur in duas partes. In j. dicitur, ꝙ de minori regula poſſit quis tranſire ad maiorem. Secunda ibi, *Sed obijcitur.* Io.de Fan.

CASVS. Hic proponit 4. qu. in qua quæritur vtrum ab vno monaſterio in aliud diſtrictius liceat monacho tranſire? Et reſp. ꝙ ſic, Grat. tñ hoc ordine procedit. Primò probat ꝙ poteſt, poſteà probat contrarium. Hoc tamẽ eſt hodie ſecundum moderna iura diffinitum, vt extra de reg. licet.

f ¶ *Quòd verò.*] Hæc quæſt. determinatur s̃. 19.q.1.in ſumma.

V*irgines.*] CASVS. Quæſitũ eſt in cõcilio Triburien. vtrũ ſacrę virgines poſsĩt trãſire de ſuis monaſterijs ad alia monaſteria? Et reſp. ꝙ pp diſtrictiorẽ vitam poſſunt, propter vero fugam diſciplinæ non poſſunt.

g ¶ *Virgines.*] loquit̃ de virginib. talib. quæ hñt vitã canonicorum. de qb. agitur 12.q. vlt. ca. vlt. Sed alię virgines debent petita licẽtia recedere ad diſtrictiorẽ religionem, & non cauſa leuitatis, vt ext. de reg. licet. Io.de Fan.

QVOD

• QVOD AVTEM. Casvs. Dicit Grat. in hoc §. ꝙ illud quod dictum eſt de virginibus, etiam de monachis & quibuſdam clericis eſt intelligendum: poſteà probat contrarium Grat. Sequens verò c. planum eſt.

SED OBIICITVR. Hæc eſt 2. pars quæſt. in qua probatur, quòd monachi nō poſſunt votum facere in monaſterio ſine conſenſu abbatis. Ioan. de Fant.

a Monacho.] ¶Voluerit.] vel etiã ſi facit votum prius, q̃ intret monaſterium. argu. 33. q. 5. noluit. & intelligas de voto abſtinentiæ, per quod alij ſcandalizentur. a

Monachum.] Casvs. Hoc cap. diuiditur in quatuor partes. In prima dicitur ꝙ nullus recipiat monachum alterius ſine abbatis ſui permiſſione, & ſi receptus fuerit, reuocetur. In ſecunda parte dicitur, ꝙ nec clerico, nec monacho ad alium epiſcopum licet diuagari ſine commendatitijs literis ſui epiſcopi: qui ſi verborum increpatione non poterunt corrigi, debent verberibus caſtigari. In tertia parte dicitur, ꝙ monachus ſolitariam cellam habere non debet, niſi abbas ei permittat, vel propter infirmitatem, vel propter emeritos labores intra ſepta monaſterij. In quarta parte dicitur, ꝙ abbas non debet hr̃e diuerſas cellulas, vel plura monaſteria niſi propter incurſum hoſtilitatis. Secunda pars eſt ibi, Itẽ clericis. Tertia ibi, Seruandum. Quarta ibi, Abbati quoque.

b ¶Monaſterium.] qđ non eſt ſtrictius, vel ſi eſt ſtrictius, fortè tranſiuit cauſa leuitatis, vt 19. q. 3. ſtatuimus.

c ¶Item clericis.] ſecunda pars.

d ¶Verberibus.] moderatè tamen. 45. diſt. cum beatus.

e ¶Remittatur.] "Ergo abbas poteſt diſpenſare in remittenda regula, vt hic, & de conſe. diſt. 5. carnem. nam & diſpenſare poteſt circa ordines, vt ext. de eo qui fur. or. re. cum Hulator. & circa canonem latæ ſententiæ, vt extra de ſent. exc. cum illorum. Io. de Fant.

a Arg. 40. di. c. 1. & ſic etiã not. de vxore 33. q. 5. manifeſtum. quod ergo dicit, frangendũ, dic ſecundũ Hu. ſi abbas voluerit vel ĩter fratres ſcandalum generet, aliàs non, ſi de reb. monacho licitis ſecundũ Hug.

1 Pol. l. 4 ti. 34. Bur. l. 8. c. 9. Iuo p. 7. c. 32.

2 Iuo p. 3. c. 157.

3 Ex eodem cõc. c. 38. & Venet. c. 5. Pan. l. 3. ca. 67.

4 Cõcor. Iulian⁹ anteceſ. nouel. 123. c. 53.

" Abbas in aliquib. diſpenſat.

Quod autem de virginibus ſacris hoc capitulo ſtatuitur, de monachis etiam conſequenter intelligitur, & de quolibet etiam clerico.

2 *Sed obijcitur illud Baſilij.*

¶Vota monachi ſine conſenſu abbatis ſui irrita ſunt.

CAP. II.

1 Monacho non licet votum vouere ſine conſenſu abbatis ſui: ſi autem voluerit,[a] frangendum erit.

¶*Senſus huius capitis aliquo modo elici poteſt ex ſermone 2. de inſtitutione monachorum. & c. 28. monaſticarum conſtitutionum B. Baſilij.*

Item illud Agathenſis concilij, cap. 27.

¶Monachum nullus ſuſcipiat, aut ordinet abſque abbatis ſui permiſſu.

CAP. III.

2 Monachum niſi abbatis ſui aut permiſſu, aut voluntate ad alterum monaſterium [b] commigrantem nullus abbas ſuſcipere, aut retinere præſumat: ſed vbicunque fuerit, abbati ſuo auctoritate canonum reuocetur. ¶ 3 Item clericis [c] ſine commendatitijs literis epiſcopi ſui licentia nõ pateat euagandi. In monachis quoque præſentis ſententiæ forma ſeruetur: quos ſi verborum increpatio non emendauerit, etiam verberibus [d] ſtatuimus coërceri. 4 Seruandum quoq; de monachis, ne eis ad ſolitarias cellulas liceat à congregatione diſcedere, niſi fortè probatis poſt emeritos labores, aut propter infirmitatis neceſſitatem aſperior, abbatis licentia, A regula remittatur.[e] Quod ita demum fiat, vt intra eadem monaſterij ſepta manentes, tamen ſub abbatis poteſtate, ſeparatas habere cellulas permittantur. Abbati B quoque ſingulas diuerſas cellulas, aut plura monaſteria habere non liceat, niſi tantùm propter incurſum hoſtilitatis intra muros receptacula collocare.

VERVM. Casvs. Modò ſoluit Gratia. dicens quòd præmiſſa duo capitula intelliguntur de illis qui inter fratres volunt regulam diſtrictiorem abſtinentię ſeruare, de quo fratres ſcandalizantur. vel dicitur quòd in his duobus cap. ſtatututum eſt propter illos qui votum peregrinationis aſſumunt cauſa vagandi, regulam diſciplinamque fugientes: quod nec clerico, nec monacho licet.

A ¶Licentia.] *Hæc vox abeſt à vetuſtioribus conciliorum editionibus, & duob. codicibus Vaticanis, duobuſque item Gratiani exemplarib. In recentioribus autem Colonienſibus editionibus legitur,* aſperior abbatib. regula permittatur. *Sed apud Iulianum anteceſſorem nouella 123. nu. 53. vbi ſimile habetur, licentia abbatis requiritur.*

B ¶Abbati quoque.] *Sic in aliquot conciliorum editionibus. In alijs autem præcipuè in Colonienſi quatuor tomorum legitur,* abbatibus quoq; ſingulis diuerſas cellulas.

Verùm hoc intelligendum eſt de monachis religioſè viuentibus: quibus vota ſpecialis abſtinentiæ, vel alicuius diſtrictionis, quæ generalem conſuetudinem ſuorum fratrum excedat, ſine abbatis conſenſu vouere non licet: ne ſuper eos fratres ſcandalizentur. Cauſa etiam illorum ſtatutum eſt hoc, qui regularem diſciplinam ſubterfugientes peregrinationis vota ſibi aſſumunt: quod nec monacho, nec alicui clerico licet: ne hac occaſione ad ſecularem conuerſationem redeat.

CAVSA XXI.

Archipresbyter cuiuſdam eccleſiæ, præpoſituram alterius accepit: nec priorem vult relinquere: ſecularium quoque negotiorum procurator efficitur: claris, & fulgidis veſtibus ſe exornãs: ab epiſcopo ſuo corripitur, relicto officio ſuo ad ſecularem iudicem habet confugium.

1 *Primùm quæritur, an clericus in duabus eccleſiis poſſit conſcribi.*

2 *Secundò, ſi vnam voluerit relinquere, an liceat ei ad aliam tranſire.*

3 *Tertiò, an procurationes ſecularium negotiorum clericis liceat ſuſcipere.*

4 *Quartò, an claris, & fulgidis veſtibus eis ornari expediat.*

5 *Quintò, an ab epiſcopo correpti ſuum officium relinquere, & ad ſecularem iudicem confugere ualeant.*

QVAESTIO I.

In duabus [f] eccleſiis aliquem connumerari poſſe ſeptima ſynodus probibet dicens c. 15.

Archipresbyter.] Casvs. Suprà facta interpoſitione in quinque cauſis de ſtatu monachorum: reuertitur Gratianus ad tractatum de ſtatu clericorum: continuans ſuum tractatum ex fine vltimi capituli vigeſimæ cauſæ, vbi dictum eſt, ꝙ abbas non debet habere plures eccleſias, ſiue plura monaſteria: ſed quia idem eſt ſeruandum in clericis, ſ. ꝙ non debent habere plures eccleſias: ideo hanc 21. cauſam ſubnectit: in qua oſtendit ꝙ clerici non debent habere plures eccleſias niſi in caſib. exceptis. Tractat etiam de procurationib. ſecularium negotiorum: & de fulgidis veſtibus: & ne clerici ſua auctoritate ad alias eccleſias tranſeant, quæ vt melius pateant, thema proponit, de quo quinque elicit quæſt.

In duabus eccleſiis.] Casvs. Hic intitulatur prima quęſtio, vbi quæritur an clericus poſſit intitulari in duabus eccleſijs? Et reſpondet quòd non, niſi in ſex caſibus. Vnus eſt cum eccleſiæ pauperes ſunt, vt 10. quæſt. 3. vnio. Secundus eſt, propter diſpenſationẽ epiſcopi, vt 70. diſt. ſanctorum. Tertius eſt, propter paucitatem clericorum, vt j. ead. c. 1. in fi. Quartus eſt, cum habet vnam intitulatam clericus, & aliam commendatam. j. eadem, qui plures. Quintus eſt, ſi Papa hoc concedit, vt infra eadem, ca. relatio. Sextus eſt, cum vna adhæret alteri, vel dependet ex altera, vt in ſecundo Lateranenſi concilio, extirpandæ.

f ¶In duabus.] " De iure communi nullus poteſt habere plures eccleſias, [b] niſi in ſex caſibus, ſcilicet quando eccleſiæ tenues ſũt, vt 10. q. 3. vnio. Et ſi vna pendet ex altera, vt extra de ætate, & qualitat. eam te. Et ſi habet vnam intitulatam, & aliam commendatam, vt infra eadem, qui plures. extra de elc. dudum. Et ſi epiſcopus diſpenſat cum aliquo, vt 70. diſtinct. ſanctorum. Et vbi eſt paucitas hominum, ſcilicet extra ciuitatem, vt infra eadem, cap. 1. in fi. Item ſi eccleſia adhæret præbendæ, vt extra de præb. extirpandę. Io. Vnde Hoſtienſis dat tales verſus.

" Plures eccleſię ab eodẽ qb. caſib. hr̃i poſſint.

b ſc. intitulatas de iure cõi. C. q mi. ñ poſ. l. 4. §. in poſterũ. lib. 12. nec duos honores. ff. ad muni. libertus. §. præſcriptio. ſecũdũ L. & đ hoc no. ext. de p æb. c. præterea.

Eccleſias plures nullus de iure tenebit.
Dependens tenuis, rarus, vel gratia Papæ.
Vtilitas vrgens, & commendatio iuſta.
Plures eccleſias permittunt iſta teneri.

¶In duabus eccleſijs clericus conſcribi nullo modo debet.

C A P. I.

1 CLericus ab inſtanti tempore non connumeretur [a] in duabus eccleſijs. Negotiationis enim hoc eſt, & turpis lucri † proprium, & ab eccleſiaſtica conſuetudine penitus alienum. Audiuimus.n. ex ipſa Dominica voce, quòd nemo poteſt duob. dominis [b] ſeruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet. Vnuſquiſq; enim ſecundum Apoſtolicam vocem, in quo vocatus eſt, in hoc dẽt manere, & in vna locari eccleſia. Quæ enim per turpe lucrum in eccleſiaſticis rebus efficiuntur: aliena conſiſtunt à Deo: ad vitæ verò huius neceſſitatem [c] ſtudia ſunt diuerſa. Ex his ergo, qui voluerit, acquirat corporis † opportuna. Ait enim Apoſtolus [Ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ.] Et hæc quidem in hac à Deo A ſeruanda vrbe. Cęterùm in villis, [d] B quę foris ſunt, propter inopiam hominum indulgeatur.

1 Anſ.l.7.c. 98.Iuo p.6. c.31.

† al. commodi.] αἰσχροκερδείας.

Matth.6.

1.Cor.7.

† al.corpori

Act.20.

A ¶A Deo ſeruanda.] *Antea legebatur*, in hac vrbe ſeruandum. *Emendatum eſt ex Anaſtaſij exemplarib. Gręcè.n. eſt*, ἐνταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ πόλει. *Apud Iuon. eſt*, in hac ſeruanda vrbe.

B ¶Villis.] *Græcè eſt*, χωρίοις. *quod latius patet. Significat enim ſæpe regiones.*

Sed duæ eccleſiæ intelliguntur eccleſiæ duarum ciuitatum, in quibus nullus debet conſcribi.

Vnde in Chalcedonenſi concilio, c.10 ſtatutum eſt. [2]

¶De eodem.

C A P. II.

3 CLericum in duarum eccleſijs ciuitatũ eodem tpe conſcribi non oportet.

2 Et in aqſgran.ca.50.

3 Bur.l.2.c. 96. Iuo p.6. c.173.

Sed ècontra nonnunquam epiſcopus ciuitatis vnius, efficitur archiepiſcopus alterius ciuitatis: nec tamen priorem eccleſiam deſerit: ſed prior eccleſia, quaſi commendata relinquitur, ſecunda, quaſi titulata habetur.

Vnde Leo IIII. ſcribit.

¶In vna eccleſia titulatus, alteram ſibi commendatam poteſt habere.

C A P. III.

4 QVi plures eccleſias retinet, vnam quidem titulatam, aliam verò ſub commẽdatione [e] retinere debet.

4 Agitur de hac re ſ̃. diſ. 70. cap. fi. & 16.q.7. per laicos.

Sic & illud Agathenſis concilij, c.57. intelligendum eſt.

¶Duobus monaſterijs vnus abbas præeſſe non poteſt.

C A P. IIII.

5 VNum abbatem [f] duob. monaſterijs præſidere interdicimus.

5 in concil. Epaunen.c. 9.Bur.l.8.c. 81. Iuo p.3. c.164. & p. 7.c.99.

Poteſt etiam vtrique tanquàm titulatæ † præeſſe, ſed iure ſpeciali, non communi.

† al. titulata.

Vnde Gregorius lib. 2. epiſt. 13. ſeu c.52. ad Agnellum Epiſcopum.

¶Vnus epiſcopus duabus præficitur eccleſijs.

C A P. V.

6 REl atio cleri ſimul & populi Tarracinenſis A nos valde lætificat ob hoc, quòd de tua fraternitate, bona teſtatur: Et quia defuncto Petro Pontifice ſuo ſibi cardinalem [g] poſtulant conſtitui te ſacerdotem, eorum vota neceſſariò complenda eſſe præuidimus. *& infrà.* ¶Tota igitur mentis intentione ita lucrum animarum Deo noſtro facere feſtinato, vt digna te merces ante eius conſpectum in die retributionis inueniat. Quidquid verò de prædictę rebus eccleſię, vel eius patrimonio, ſeu cleri ordinatione, promotioneúe, & omnibus generaliter ad eum pertinentib. ſolerter,

6 Anſ.l.5.c. 28.Poly.l.1. tit.8.

CLericus ab inſtanti.] C A S V S. Significatum fuit in ſeptima ſynodo, ꝙ vnus clericus in duabus eccleſijs intitulabatur: quare ſeptima ſynodus ſtatuit, quòd in ciuitatibus de cętero hoc non fiat. & quòd non ſit faciendum, quatuor rationibus probat: ſed in illis inopia clericorum hoc facere poteſt. Prima ratio eſt ibi, *Negotiationis*. Secunda eſt ibi, *Audiuimus*. Tertia ibi, *Vnuſquiſque*. Quarta ibi, *Quæ enim.*

l ¶*Stragem.*] Et hoc ci non proſicit ſi ſcienter contra edictum fecit, vt ff. de re mil. l. 3. §. in bello [a].

† al. prouocatus.

m ¶*Laborans.*] Illud cum potuit excuſare. de conſecr. diſtin. 5. diſcipulos.

a Et ff. de re. eo. q ſub tu. l. quamuis. 16. q. 1. monachi.

n ¶*Quia quantum.*] Sic dicitur aliquid quã tum ad ſe, non quantum ad alios, vt 49. di. c. vlt. & de conſec. diſt. 4. quæris. & 1. q. 1. qđ quidam.

CVm ergo.] C A S V S. Hæc eſt 3. q. vbi quęritur an licuerit archidiacono iuramento firmare ꝙ epiſcopo ſuo debitam reuerentiam negaret? Et reſp. ꝙ non, cum epiſcopus pro-

pus propter tale iuramentum quod fecit, reatum periurij non contraxerit: cum etiam ſi periurus fuiſſet, tñ non liceret archidiacono, vel alicui ſubiectorum ab eo diſcedere ante diffinitiuam ſententiã. & ideo illicitum fuit archidiaconi iuramẽtum.

a ¶*Obedientia.*] Hæc q. determinatur. ſ̃. 15. q. vlt. cap. vlt. ſ̃. 8. q. 4. cap. nonne.

Q*Vòd autem.*] Hæc q. diuidit in tres partes. In prima probat per 20. c. ꝙ in malis promiſſis reſcindendũ eſt iuramentum, ſ. cum ſeruari non poſſit ſine detrimento ſalutis æternę. Secunda ibi, *Ecce quòd iuramenta.* Tertia ibi, *Sed cum his.* Io. de Fant.

CASVS. Hic proponitur quarta quæſtio, vbi quęritur vtrum iuramentum illicitum ſit ſeruandum. Et reſpondet, ſi iuramentum eſt illicitum: quia de re illicita, ſ. de faciendo peccato mortali, vel veniali, non eſt ſeruandum, vt j̃. c. 1. & c. ſeq. & maximè in illo c. in malis. ſi autem iuramentum eſt illicitum ex modo, quia incautè iurauit aliquis rem licitam, ſ. comedere, vel bibere, ſeruãdum eſt: cum in deteriorem exitum non vergat, vt j̃. ead. c. ſi aliquid. & §. illicitum.

1 Iuo p. 12. c. 9. Pann. l. 8. c. 90.

† al. extitiſſe conditio allegatur.

b ¶*Illicita.*] "Iuramentum ſex modis dicitur illicitum: ex perſona, ex re, ex fine, ex cauſa, ex tempore, ex modo. Ex perſona dupliciter, vel ex perſona eius qui iurat, vel ex pſona eius, cui iuratur. nam ſi impubes iurat, non tenet iuramentum[a], vt j̃. e. q. 5. paruuli. Item ſi clericus laico iurat. j̃. q. 5. nullus. Ex re etiam illicitum eſt iuramentum dupliciter, vt ſi res ſit illicita, quæ iuratur, vt j̃. ca. in malis. & ſi res illa, per quam iuratur, non ſit ſacra, vt ſ̃. ea. q. 1. clericum per creaturas. & ſ̃. q. 1. cõſidera. Ex fine illicitum eſt, vt ſi iuretur propter electum, & ante electionem, vt 8. q. 3. Artaldus. Ex cauſa, vt ſi ad clamorem populi iuretur, vt j̃. ead. vnuſquiſque. Ex modo eſt illicitum, vt ſi temerè iuretur, vel indiſcretè, vel præter neceſſitatem, vt ſ̃. e. q. 2. c. 2. & j̃. e. c. ſi aliquid. Itẽ iuramẽtum ex tempore eſt illicitum, vt ſi iuretur in quadrageſima, niſi de pace componenda, vt 1. quæſt. 5. decreuit. quod hoc verſu perpenditur.

Quis, cui, quid, per quod, ad quid, cur, quomodo, quando. Breuiter ergo teneas in hac quæſt. ꝙ ſemper iuramentum eſt ſeruandum, ſi eſt licitum, licet etiam illicitum ſit ex modo iurandi, vt j̃. e. ſi aliquid. ext. de iureiu. c. debitores. Ioan.

" iuramen-tum ſex modis dicitur illicitum.

2 ibid. in Tolet. 8.

a Ad idẽ ff. de iurei. deieraſſe. niſi in caſu ff. de li. cau. l. vlti.

3 ſent. 3. di. 39. Iuo p. 12. c. 3. Pan. l. 8. c. 91. Matth. 4.

4 ſerm. 11. de ſanctis, cuius principiũ eſt [Propter hunc.]

5 Sent. ibid. Iuo p. 12. c. 11. Pann. l. 8. c. 92.

dientia[a] ab archidiacono ſibi denegari non debuit: cum etiam ſi criminoſum illum eſſe conſtaret, ante diffinitiuam tamen ſententiam, vt ſuprà monſtratum eſt, nulli clericorum ſuorum ab eo liceret diſcedere. Conſtat ergo illicitum eſſe quod archidiaconus iuramento firmauit.

Vnde meritò quæritur, an debeat ſeruari, vel non.

QVAESTIO IIII.

1. ps Q*Vòd autem illicita[b] iuramenta ſeruari nõ debeant, in Toletano concilio 8. cap. 2. legitur: in quo ſic ſtatutum eſt.*

¶Melius eſt vota ſtultæ promiſſionis non implere, quàm crimen committere.

CAP. I.

1 SI publicis ſacramentorum geſtis (qđ Deus auertat) à quibuslibet illicita, vel non bona extitiſſet † conditio allegata, quæ aut iugulare animã patris, aut agere compelleret ſtuprum ſacratiſſimæ virginis, nunquid non tolerabilius[c] eſſet ſtultę promiſſionis vota reijcere, quàm per inutilium promiſſorum cuſtodiam, ex horrendam criminũ implere menſuram?

Item Ambroſius de officijs, lib. 1. cap. 50.[2]

¶Aliquando non expedit promiſſum ſeruare ſacramentum.

CAP. II.

3 EST etiam contra officiũ[d] nonnunquã ſoluere promiſſum ſacramentum cuſtodire A: vt Herodes, qui iurauit, quoniam, quidquid[e] petitum eſſet, daret filiæ Herodiadis: & necem Ioãnis præſtitit, ne promiſſum negaret.

A ¶Cuſtodire.] *Addita eſt vox iſta ex originali, & concilio Toletano, in quo refertur.*

Item in ſermone ſancti Auguſtini Epiſcopi de decollatione ſancti Ioannis Baptiſtæ, qui ſic incipit [Cum ſanctum Euangelium legeretur[4].]

¶Pietas fuit, quod Dauit Nabal, ſicut iurauerat, non occiderit.

CAP. III.

5 QVòd Dauid iuramẽtum per ſanguinis effuſionem non impleuit, maior pietas fuit. Video A Dauid pium hominem, & ſanctum in temerariam[f] iurationem cecidiſſe, & maluiſſe non facere quod iurauerat, quàm iurationem ſuã fuſo hominis ſanguine implere.

A ¶Video.] *Hæc ſunt verba B. Auguſtini in eo ſermone. Antecedentia autem videntur ſummæ quædã: nec ſunt apud Iuonẽ, aut in Pannormia.*

Idem ibidem.

¶De eodem.

CAP. IIII.

6 IVrauit Dauid temerè: ſed non impleuit iurationẽ maiori pietate. *&* *infrà.* ¶Ecce ſanctus Dauid non quidem iuratus ſanguinem hominis fudit: ſed eum, falſum iuraſſe negare quis poterit? De duobus peccatis[g] elegit minus: ſed minus fuit illud in comparatione maioris. Nam per ſeipſum appenſum, magnum malum eſt falſa iuratio.

Item Iſidorus in ſynonymis, libro. 2. A[7].

A ¶Secundo.] *Etiam B. Branlius in vita Iſidori memorat duos ſynonymorum libros. Et in ſynonymis, quæ nuper cum alijs Iſidori operibus ſunt Pariſiis impreßa, facilè locum haberet diuiſio in duos libros. Nam ex poſteriore parte videtur ſumptus libellus de norma viuendi, qui in eodem Pariſino codice habetur. Alter autem libellus de contemptu mundi, qui & ibidem, & antea Antuerpiæ, & olim Venetijs ſub hoc titulo,* Iſidorus de homine, & ratione deflente, & de homine, & ratione conſolante, *impreßus eſt, videtur epitome quædam ſynonymorum.*

¶Turpia vota ſeruanda non ſunt.

CAP. V.

8 IN malis[h] promiſſis reſcinde fidem. In turpi voto muta decretum: quod incautè vouiſti, ne facias. Impia enim eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur.

Item Beda in homil. 44. in Natali decollationis S. Ioannis.

¶Non eſt obſeruandum iuramentum, quo malum incautè promittimus.

CAP. VI.

9 SI aliquid fortè nos incautius iuraſſe cõtigerit, quod obſeruatum peiorem[i] vergat

SI *publicis.*] CASVS. Aliquis iurauit interficere patrem ſuum, vel corrumpere ſanctimonialẽ. quare quæſitum fuit in concilio Toletano, vtrum tale iuramentum ſit ſeruandum; & reſpondet ꝙ non: qa tolerabilius eſt turpem promiſſionem reijcere, quàm eam adimplere. Seq. c. patet cum §.

c ¶*Non tolerabilius.*] nec peccat tranſgrediẽdo, vt j̃. ead. in malis. & c. inter. licet tunc peccauit quando iurauit[b]. Ioannes.

d E*St etiam contra officium.*] id eſt, pietatem.

e ¶*Quidquid*] In hoc generali iuramentò nõ intelligitur iuraſſe niſi quod licitè facere potuit[c], vt extra de iureiu. Quintauallis. extra de elect. cauſam. ff. de ope. lib. ſi libertus. & ff. de rit. nup. l. generali. & ff. de iu. dot. ſiue generalis. Ioan.

Q*Vòd Dauid.*] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ iuramentum illicitum non eſt ſeruandũ. & hoc probat exemplo Dauid, qui iurauit interficere Nabal, & tamẽ promiſſionem ſuã non adimpleuit. Idem eſt caſus ſequentis cap. ſed additur, ꝙ de duobus malis eligitur minimum. Aliud cap. ſcilicet, in malis promiſſis. planum eſt.

f ¶*Temerariam.*] Iuramẽtum temerarium & incõſulto calore iracundiæ factum, non eſt ſeruandum, vt hic. & 2. q. 3. præuaricator. Ioan.

g I*Vrauit.*] ¶*Peccatis.*] id eſt, quæ videntur peccata[d], cum alterum non eſt peccatum. Ioan.

h I*N malis.*] aliud in malis promiſſis, & aliud in malè promiſſis. primum non eſt ſeruandum, ſecundum ſic, vt j̃. ead. c. proxi.

S*I aliquid.*] CASVS. oſtendit hic Beda, ꝙ ſi quis iurat ſe interfecturum hominem, vel aliud peccatum perpetrare: potius debet venire contra iuramentũ quàm in aliud grauius crimen incidere: quod probat exemplo Dauid, qui licet iurauerit interficere Nabal virũ ſtultum & impium, tamen ad preces Abigail vxoris eius contra ſacramentum veniens enſem reuocauit in vaginam.

i ¶*Peiorem.*] ſimi. extra, de iureiurand. ſi verò.

i ¶*Peiorem.*] " Item aliud exemplum poteſt poni quàm hic ponatur, vt ſi iuraui me peccaturum venialiter, tale iuramentum

b Vnde ei pęnitẽtia indicitur. ext. eo. titu. cum quidam.

6 Sent. ibid. Iuo ibidem. Pann. l. 8. c. 93.

c Non enim iuramẽtum eſt vinculũ iniquitatis. j̃. e. q. inter. extr. de iureiur. quãto. & circa hoc dic vt leg. & not. extr. de homi. cũ iuramẽto. Ar.

7 Cap. de mẽdacio in impreſſo Pariſijs.

d i. quæ per ſe conſiderari pñt de genere peccatorum: cum naturali caſu tranſgreſſio iuramenti nullũ eſt peccatũ ẽt veniale, ſm Hug. ſed tũc peccauit Dauid cum temerè iurauit. Laur.

8 Iuo p. 12. c. 12. In Tolet. 8. c. 2. & in Tribur. c. 21. & gloſſ. ord. in c. 14. Matt. in ver. iuramẽtũ.

9 j̃. e. ſi aliquid. c. 16. Burc. li. 12. c. 18. Iuo p. 12. c. 13. & 75. Pan l. 8. c. 94. & 118.

" iuſ̃m non ſemper adimplẽdũ.

tum

tum non debeo adimplere: quia adijcerem peccatum peccato, vt ĵ.ead.diffinitio.& ſi temerè aliquid iuratur quod eſt licitum, adimplendum eſt. ſi tamen propter neceſſitatẽ non poſſum adimplere, venialiter pecco, vt 25.diſtin.§.criminis.in fin." & à licito iuramẽto (vt dicunt quidam) Papa non poteſt abſoluere, vt not.15.q.6.auctoritatem. ſed contra eos eſt extra de iureiur. venientes. Io.

" Papa an poſſit abſoluere à licito iuramento.

NOn ſolùm.] CASVS. Hic dicitur quòd ſi aliquis iurauit aliquid illicitum, non debet illud adimplere: ſed de duob. malis minus eligere debet, ſcilicet, vt non adimpleat quod promiſit.

1 Iuo p.12. c.13. Pan.l.2.c.95.

a ¶*Contagio.*] quantũ ad perplexionem animi, vt 23.diſt.nerui.

b ¶*In quo minus.*] Quoties enim aliquid ſine captione fieri non poteſt, ſemper id quod minimum eſt, ſequimur, vt ff.de reg.iur. quoties nihil. Ioan.

VNuſquiſque.] CASVS. Oſtendit hic Ambroſ. quòd aliquis non debet illicitum promittere: & ſi promiſit, tolerabilius eſt promiſſum non adimplere, quàm facere rem illicitam. Et hoc probat exemplo Herodis & Iepte, qui ſæpe in ſcriptura reprehenduntur, eo quòd per promiſſionem ſuam illicitam impleuerunt. nam bene poterant mutare voluntatem prauam, cũ ipſe Deus ſuam ſententiam ſæpe mutet, & mutando melioret.

2 in Tolet. 8.c.2.

3 Iuo p.12. cap.17.

4 Pann.l.8. c.101.

c ¶*Inhoneſtum.*] Non ſolùm ergo iuramentum rei illicitæ non eſt ſeruãdum, ſed nec etiã inhoneſtæ: imo ſi tendat ad inhoneſtatem, quandoque non eſt ſeruandum, licet poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, vt extr.de iureiur. quemadmodum.

d ¶*Quod ebrius.*] Ergo promiſſio ebrij non tenet [a], vt 15.q.1.ſanè.

a idẽ tenet cum iſta gl. Ful. in conſ. 80. in fi. vbi dicit ꝙ contractus eius qui potationib. & ebrietatibus vel adulationibus eſt inductus ad vendẽdum rem minori ꝑtio quã valeat, eſt ipſo iure nullus. pro hoc bene facit c.ſanè.in gl.aliàs.

e ¶*Saltantium.*] Arg. ꝙ id quod ad clamorem populi ꝓmittitur, non tenet. ſimi.8.q.1.licet. & c.ſi ergo.& extra de ele. Oſius. Item alia ratione non debuit tenere hóc iuramentum, quia ob reuerentiã hoſpitum videtur promi-

† homicidio] Iuo.

in exitum, liberè illud conſilio ſalubriore mutandum nouerimus, ac magis inſtante neceſſitate peierãdum nobis, quàm pro vitando periurio in aliud crimen grauius eſſe diuertendum. Denique iurauit Dauid per Dominum occidere Nabal virum ſtultum, & impium, atque omnia, quæ ad illum pertinerent, demoliri. Sed ad primam interceſſionem Abigail fœminæ prudentis mox remiſit minas, reuocauit enſem in vaginam, neq; aliquid culpę ſe tali periurio cõtraxiſſe doluit.

Idem ibidem.

¶De duobus malis, minus eligi oportet.

CAP. VII.

1 NOn ſolùm in iurãdo, ſed in omni, qđ agimus, hæc eſt moderatio ſolertius obſeruanda: vt ſi in talem fortè lapſum verſuti hoſtis inciderimus inſidijs, ex quo ſine aliquo peccati contagio [a] ſurgere nõ poſſimus: illum potius euadendi aditum petamus, in quo minus [b] periculi nos perpeſſuros eſſe cernimus.

Item Ambroſius de officijs, lib. 3. cap. 12. [2]

¶ Tolerabilius eſt iuramẽtum non implere, quàm quod turpe eſt facere.

CAP. VIII.

3 VNuſquiſque ſimplicem ſermonem proferat: vas ſuum in ſanctificatione poſſideat: nec fratrem ſuum circũſcriptione verborum inducat: nihil promittat inhoneſtum [c]: aut ſi promiſerit, tolerabilius eſt promiſſum non facere, quã facere quod turpe ſit. 4 Sæpè plerique conſtringunt ſeipſos iuriſiurandi ſacramento: & cũ ipſi cognouerint promittendũ non fuiſſe, ſacramenti tamen contemplatione faciunt quod ſpoponderunt: ſicut de Herode ſupra ſcripſimus: qui ſaltatrici præmium turpiter promiſit, crudeliter ſoluit. Turpe, quòd regnum pro ſaltatione promittitur: crudele, ꝙ mors prophetæ pro iuriſiurandi religione donatur. Quantò tolerabilius tali fuiſſet periurium ſacramento † ? Si tamen periurium poſſit dici, quod ebrius [d] inter vina iurauerat, quod euiratus A inter ſaltantium [e] choros promiſerat. Infertur diſco prophetæ caput, & hoc æſtimatum eſt fidei eſſe, quod amentiæ [f] fuit, *& poſt pauca de Iepte* [g] *differens.* ¶ 5 Miſerabilis, *inquit*, neceſſitas, quæ ſoluitur parricidio. Melius eſt non vouere, quàm vouere id, quod ſibi is, cui promittitur, nolit exolui. *& poſt paululum.* ¶ 6 Non ſemper igitur promiſſa ſoluenda omnia ſunt. Denique ipſe Dominus frequenter ſuam mutat ſententiam, ſicut ſcriptura indicat.

A ¶Euiratus.] *Emendatum eſt ex B. Ambroſio, & Iuone. Antea enim legebatur,* & iuratus.

Item ex concilio Toletano 8. c. 2.

¶Incommutabilis Deus quandoq; ſua mutat ſtatuta.

CAP. IX.

INcommutabilis, eademq́ue ſemper exiſtẽs Dei natura, parcens ſua ſæpe in ſacris literis legitur mutaſſe promiſſa, & pro miſericordia temperaſſe ſentẽtiam [h]. Vnde quamlibet ſit impaſſibilis, atque immutabilis, eiuſdemq́ue deitatis licet ſint dicta firmiſſima: crebrò tamen eius & iuramenta leguntur, & pœnitentia, quæ ſacris extant myſterijs adoperta. Iurare namq́ue Dei, eſt à ſeipſo nullatenus ordinata conuellere: pœnitere verò, eadem ordinata, cum voluerit, immutare. Sic per Hieremiam dicit [Repente loquar aduerſum gẽtem, & aduerſum regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud. Si pœnitẽtiam egerit gẽs illa ſuper malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eã, & agam, & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui [i], vt facerem ei.]

¶*Initium huius capituli emẽdatum eſt ex recentioribus editionibus conciliorum Colonienſibus, & codice Lucenſi regio. In vetuſtiorib. autem editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, duobuſque monaſterij Dominicani poſt verſ.* innectenda, *quod in ipſo concilio antecedit huic capitulo, ſequitur continenter.* Etenim immutabilis deitatis licet dicta ſint firmiſſima, crebro tamen, &c. *intermedijs omiſſis.*

Item Auguſtinus.

¶Sapientis eſt reuocare, quod malè loquitur.

CAP. X.

MAgnæ ſapientiæ eſt, reuocare [k] hominem, quod malè locutus eſt.

Item ex concilio Ilerdenſi, c. 7.

¶Qua pœna feriatur, qui illicitum iuramentum facit.

CAP. XI.

7 QVi ſacramento ſe obligauerit, vt litigãs cum

ſiſſe: & ea quæ ob reuerentiam alicui promittuntur, non ligant, vt ff.quar. rer. act. non dat.l.1.§.quæ honorandæ. ſic ergo taciturnitas, quæ fit ob reuerentiam aliquorum, non præiudicat, vt ff.de fur. l.penult. 5 Ibid. Iud.11.

6 ĵ.eo. non ſemper.

f ¶*Quòd amentiæ.*] aliàs amicitiæ.

g ¶*De Iepte.*] ĵ.prox. cauſa. q.5. ſi non licet. in fin. contra. vbi dicitur quòd votum illud fuit à ſpiritu ſancto. Sed dicas quòd votum fuit iuſtum: ſed talis ſolutio fuit iniuſta. Hebræi tamen quidã reprehendunt etiam ipſum iuramentum, & dicunt quidam, quòd ſi equus vel aſinus ei obuiaſſet, nunquid illud obtuliſſet domino? quaſi dicant, non.

INcommutabilis.] CASVS. Quæſitum eſt in concilio Toletano, vtrum quis poſſit venire contra iuramentum ſuum illicitum. & reſpon. quòd ſic. & hoc probatur exemplo Domini: qui licet ſit incommutabilis, legitur tamen ſuam ſentẽtiam mutaſſe, & contra ſua iuramenta veniſſe. Probatur & hoc auctoritate Hieremiæ prophetæ dicentis: Repente loquar, &c. *Iuramenta*, id eſt, diſpoſitiones, ſecundum quòd merita hominum exigebant, Sequens c.patet.

Hier. 18.

" Deus quæ à ſe dicta reuocet.

h ¶*Sententiam.*] ideſt, comminationem. " ea quæ Dominus dicit cõminando, vel commonendo, bene reuocat: ſed ea quæ aſſerendo dicit, non reuocat." vnde Macrobius dicit ꝙ tripliciter cõtingit Deos loqui.

" Deus tripliciter loquitur.

i ¶*Cogitaui.*] id eſt, videor cogitaſſe.

k MAgnæ.] ¶*Reuocare.*] id eſt, non adimplere [b]: nec dicitur fallax ſi ad rei veritatem reuertitur, vt 32. q.1. apud.

b id quod.ſ. malè, &c. reuocare inꝗ ceſſatione operis, ſ. vt ceſſet & nõ adimpleat illud malum quod dixerat ſe facturum vel verbo, vel iuramento. H. aliàs euolat emiſſũ, &c. 43.di.§.vlti. & hoc cum iurat quis illicitũ ab initio vel etiã cum ex poſt facto tendit ad noxã. 63. diſt. §. verũ. 45.diſt.licet non. Laur.

QVi ſacramento.] CASVS. Iurauit quidam, quòd nũquam per pacẽ cum ſuo inimico veniret. quęſitum fuit in concilio Ilerdẽſi. quid ſit ſuper hoc faciendum: & reſpondetur quòd pro periurio, id eſt illicito ſacramento debet per annũ à corpore Domini ſeparari, & reatum ſuum eleemoſynis & fletibus

7 Bur.l.12. c.17. Iuo p.12.c.74. Raba. in pœn. c.10.

diluere,

diluere, & ad pacē celeriter venire feſtinet. Seq. duo capitula plana ſunt.

a ¶*Vno.*] s.e.q.1.c.vlt. contra. 6.q.1. quicunque. ibi imponitur ſeptennis pœnitētia pro periurio: ſed ibi loquitur cum quis tranſgreditur licitum iuramentum: hic loquitur cum quis temerè iurat. Sed nonne qui temerè iurat rem illicitam, mortaliter peccat: ergo ſeptennis pœnitentia debet ei imponi, vt 33.q.2.hoc ipſum? Reſp. regulariter imponitur ſeptem annorum pœnitentia.“ ſed ex cauſa diminuitur vel augetur illud tempus. 26.q.7. tempora. tamen hic nō negatur quin per ſeptē annos debeat pœnitere: ſed hoc ſolum dicitur, ꝙ à communione corporis Chriſti vno anno ſeparatur.

† 1.Petr.4.

1 in Toleta. 8. cap.2.s.e. vnuſquiſq;. in fin.

2 Iuo p.12. c.17. Pan.l. 8.c.101.

“ Pœnitentia ex cauſa minuitur, vel augetur

3 Concilio Toleta.8.c. 2. Beda in Scintillis, c. 36. Gl.ordi. in capit. 14. Matth.

Neceſſe eſt.] Casus. Quidam iurauit ſe facturum aliquid inhoneſtum, vnde quæſitum fuit in concilio Tolet. quid eſſet de hoc faciendum. Et reſpondetur quòd pœnitentiam agere debet: quia nomine Domini abuſus eſt illicitè iurando. Et hoc probatur auctoritate Exodi. Sequentia tria c. patent. *Diffinitio.* id eſt, aſſertio.

4 Poly.l.6. tit.12.Bur.l. 12.c.10.Iuo p.12.c.36.& 67.Pan.l.8. c.118.

b ¶*Vt malè.*] diſtinguitur tamen an ſolemniter iuret, an incurſu verborum. Si cum incurſu verborum, tunc venialiter peccaret, vt 25.diſt.§.aliàs.

5 Raban.li. pœnit.c.21. Burc.l.12.c. 7. & 9. Iuo p.12.c.64.

c *Diffinitio.*] id eſt, affirmatio.

Exod.20.

d ¶*Soluenda eſt.*] id eſt, frangenda eſt.

e ¶*Emendatio.*] non enim peccat frangendo tale votum: ſed in hoc peccat quòd temerè iurauit, vt 33.q.5. vna.“ Sed nunquid tale iuramētum quod temerarium eſt, id eſt, de re illicita factum, inducit depoſitionē vel infamat? arg. quòd ſic.6.q.1. quicunque ſciens. & c. infames.& ſ. e.q.5. ſi quis conuictus. & extr. de iureiuran. querelam. Sed contra ext. de iureiur. c. ſicut. Ego nō credo tale iuramētum infamare, vel impedire electionem factam vel faciendam. De hac materia not. 85.diſt. archidiaconum. Io.

“ iuramētū de re illicita factū non infamat.

Leuit.19.

quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro periurio vno a anno à communione corporis & ſanguinis Domini ſegregatus, reatum ſuum eleemoſynis, fletibus, & quantis potuerit ieiunijs abſoluat. Ad charitatē † verò, quæ operit multitudinē peccatorum, celeriter venire feſtinet.

Item Ambroſius lib. 3. officiorum, c.12.[1]

¶Non omnia promiſſa ſoluenda ſunt.

CAP. XII.

2 NOn ſemper promiſſa omnia ſoluenda ſunt. Denique ipſe Dominus frequenter ſuam mutat ſententiam, ſicut ſcriptura indicat.

Item Iſidorus ſententiarum lib. v.cap. 31.[3]

¶De eodem.

CAP. XIII.

4 NOn eſt obſeruandum iuramentum, quo malum incautè promittitur: veluti ſi quiſpiam, adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius eſt enim non implere ſacramētum, quā permanere in ſtupri flagitio.

Item ex concilio Toletano, c.8.

¶Malè iurans pœnitentiam agat.

CAP. XIIII.

5 NEceſſe eſt, vt malè b iurās dignam pœnitentiam agat, eo quòd nomen Domini contra præceptum illius ſumpſit in vanum: quia in Exodo ſcriptum eſt [Nec enim inſontem habebit Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtrà.]

¶*Verba propria huius, & ſequentis capitis non ſunt in canone ſecundo concilij Toletani octaui: ex quo tamen citant Rabanus in lib. pœ.c.21. & Burchardus lib.12.c.29. Coniunctè enim hoc affert cum ijs, quæ in ſecundo illo canone leguntur. Idem verò Burchardus, c.7. citat ex Toletano, c.9. Iuo autem abſolutè ex Toletano. Suntque apud ipſos hæc duo capita coniuncta, quemadmodum & in aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus, ſine voce iſta,* Item.

[*Item*] *& in Leuitico.*

CAP. XV.

NOn peierabis in nomine meo: nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus.] Malum tamen, quod facturum ſe ſacramento deuouerit, omnino non faciat: quia ſtulta vota frangenda ſunt.

Item ex decreto Soteris Papæ, c.3.

Ita etiam cæteri collectores. Sed ſuprà ead. caput, ſi aliquid. ijſdem verbis affertur ex Beda, apud quem habetur, vt ibi eſt indicatum.

¶Iuramentum, quo malum incautè promittitur, non eſt ſeruandum.

CAP. XVI.

6 SI aliquid fortè incautius nos iuraſſe cōtigerit, quod obſeruatum peiorē vergat in exitum, illud conſilio ſalubriore mutandū nouerimus & magis inſtante neceſſitate peierādum † nobis, quàm pro A facto iuramento in aliud crimen maius eſſe diuertendum.

Actione.] Casus. Quidam epiſcopi iurauerunt ſe fracturos imagines ſaluatoris & ſanctorum, quæ in eccleſijs erāt: quare quæſitum fuit quarta die ſeptimæ ſynodi, an illud illicitum iuramentum eſſet ſeruandum: & reſpōdetur quòd non. & ad hoc probandum inducitur auctoritas Sophronij, ſcilicet ſi quis vult illicitum iuramentum ſeruare, peribit ſicut Herodes. ſi quis verò non ſeruat, indulget ſibi Deus ſicut Petro indulſit. Sequens c. per ſe patet.

6 s.c. ſi aliquid Poly.l. 6. titul. 11. Anſel. 11.c. 73. Iuo par. 12. cap. 75. Pann.l. 8.c. 118.

f ¶*Peierare.*] quo ad ſimilitudinem facti.

g ¶*Omne.*] niſi quando peccatur in ſpiritū ſanctum, ita ꝙ ſit impœnitens.

† al. periurādum.

a *Si quis*

A ¶Pro facto.] *Apud Iuonem, & in Pannormia legitur,* pro vitando periurio, *vt ſuprà ea. c.6. In Polycarpo autem,* profectò in aliud. *Anſelmus habet quemadmodum Grat.*

Item ex concilio Eliberitano † cap.1.

† al. Hibernenſi.

¶Temeritas emendatur, cum incauta diffinitio ſoluitur.

CAP. XVII.

7 DIffinitio c incauta laudabiliter ſoluenda eſt d: nec eſt præuaricatio, ſed temeritatis emēdatio e. 7 Burc.l.12. c.25. Iuo p. 12.c.80.

¶*Iuo citat vt Gratianus. Burchardus autem ex cōcilio Hibernenſi, & ſic eſt in manuſcripta collectione canonum incerti auctoris.*

Item.

¶Illicitum iuramentum non eſt ſeruandum.

CAP. XVIII.

8 ACtione A quarta ſeptimæ ſynodi.] Ioannes Apocriſarius orientalium ſedium dixit. Significat ſermo patris noſtri Sophronij, quòd melius ſit iurantem peierare f, quàm ſeruare ſacramentum in fractione ſacrarum imaginum. Hoc autem dicimus: quia ſacramento quidam ſe excuſant. Tharaſius patriarcha dixit. 9 Quia B pater Sophronius nouerat bonitatē Dei, proptereà tranſgredi voluit impium iuramentū. *Item paulò poſt.* ¶Tharaſius patriarcha dixit. Herodes ſeruauit iuramentum, & perijt: Petrus verò negauit cum iuramento, & conuerſus fleuit, & ſaluatus eſt. Omne g enim peccatū bonus Deus indulget, ſi quis ex toto corde pœniteat. Sancta ſynodus dixit. Sic nos docet ſancta ſcriptura. Item Leontius † epiſcopus Phoceæ dixit. Scriptum eſt. [Iuramentum mendax ne diligatis.] Qua de cauſa iuramentum noſtrum mendax diſſoluatur, quaſi nullam virtutem habens.

8 ſent.3.di. 39. Iuo par. 12. cap. 15. Pann.l. 8.c. 98. 100.

9 in Limonario, c.17.

† al. Leo Zach. 8.

A ¶Actione quarta ſeptimæ ſynodi.] *Hæc verba in vno vetuſto Gratiani codice ſunt titulus (quemadmodum & apud Iuonem) initium verò capitis eſt,* Ioannes, &c. *& verſio hæc non eſt Anaſtaſii bibliothecarij.*

B ¶Quia pater.] *Aliter habet locus ille ſynodi. Ibi enim ex Limonario, ſeu horto ſpiritali, cuius auctor eſt Sophronius, refertur conſilium abbatis Theodori Æliotæ datum incluſo, vt iuramentum diabolo præſtitum de non adoranda imagine virginis Mariæ Ieſum infantem geſtantis, nullo modo ſeruaret.*

Idem Iſidorus.

¶Non

¶Non obſeruentur iuramenta, quę fiunt contra diuina mandata.

C A P. XIX.

SI quis præuentus[a] fuerit, vt definiat[b] agere aliquid eorum, quæ non placent Deo, pœnitentiā agat: & quod contra mandatum Domini ſtatutum eſt, in irritum reuocetur. *Item Hieronymus in libro de natura rerum.* ¶ Tribus ſiquidem modis iuramenta contracta ſoluēda ſunt[c]. Primò, cum quis malè iurat[d]. Secundò, cum quis incautè iurat[e], non putās hoc eſſe peccatum. Tertiò, ſi pueri, vel puellæ in domo parentum ſe iuramento conſtrinxerint, patribus†, poſtquàm audierint, contradicentibus[f].

† al. parentibus.

¶*In libro de inſtitutis monachorum B. Baſilij Rufino interprete hæc leguntur*, Si quis præuentus fuerit, vt diffiniat agere aliquid eorum, quæ non placent Deo. *In reſponſione verò ſubijcitur*, pœnitentiam debet agere. *& poſteà*, oportet irrita reuocare, quæcunque ex præſumptione contra mandatum Dei ſtatuuntur.

2 *Ecce, quòd iuramenta illicita laudabiliter ſoluuntur, damnabiliter ſeruantur. Quod tunc intelligendum eſt, quando iuramentum illicitum deſeritur, vt ad bonum redeatur. Cæterùm, ſi propterea deſeritur, vt in aliud malum tranſeatur, illicitum ſacramentum damnabiliter ſeruatur, ſed damnabilius contemnitur.*

Vnde Auguſtinus de bono coniugali, c.4.

¶Non eſt appellanda fides, quæ ad peccatum faciendum adhibetur.

C A P. XX.

1 SI ad peccatum faciendum fides adhibetur, mirum, ſi fides appellanda eſt. Verumtamen[g] qualiſcunque ſit, ſi & contra ipſam ſit, peius ſit: niſi cum propterea deſeritur, vt ad veram fidem, legitimamque redeatur: ideſt, vt peccatū emendetur voluntatis prauitate correcta: tanquàm ſi quis cum hominem ſolus expoliare nō poſſit, inueniat ſocium iniquitatis, & cum eo paciſcatur, vt ſimul id faciāt, ſpoliumque partiantur: quo facinore commiſſo totum ſolus auferat: dolet quidem ille, & fidem ſibi non eſſe ſeruatā conqueritur[h]. Verū in ipſa ſua querela cogitare debet potius[i] in bona[k] vita ipſi humanæ ſocietati fidem fuiſſe ſeruādam, ne præda iniqua ex homine fieret; ſi ſentit[l], quàm iniquè[m] ſibi in peccati ſocietate ſeruata nō fuerit[n]. Ille quippe vtrobique perfidus, profectò ſceleratior iudicandus eſt.

1 Iuo p. 12. c. 14. Pann. l.8.c.96.

Idem ibidem.

¶Si propterea fides non ſeruatur, vt ad bonum redeatur, non ideo violari dicitur.

C A P. XXI.

2 MVlier, ſi fide coniugali violata fidē ſeruet adultero, vtique mala eſt: ſed ſi nec adultero[o], peior eſt. Porrò ſi eam flagitij pœniteat, & ad caſtitatem rediens coniugalem, pacta, ac placita adulterina reſcindat, miror, ſi eam fidei violatricem vel ipſe adulter putabit.

2 Iuo ibid. Pann.l.8.c.97.

Ex his itaque apparet, quòd ſi quiſquam, vt diximus, illicitum iuramētum non ſeruauerit, vt in aliud malum pernicioſum declinet, tanto grauius delinquit, quantò damnabilius accumulantur peccata peccatis. Si autem propterea deſeritur, vt ad bonum redeatur, nihil culpæ pro tali periurio contrahitur: potius deflendum eſt, ſi in aliquo, illius iuramenti occaſione nos deliquiſſe contigerit. Vnde Auguſtinus ſcribit Seuero Mileuitano epiſcopo conſulenti de quodam Hubaldo, qui à conſanguineis cuiuſdam pellicis coactus fuerat iurare ſe illam ducturum in coniugem, nec matri ſuæ, vel fratribus vlterius neceſſaria ſubminiſtraturum.

Reſcribit ergo beatus Auguſtinus, vt diximus, Seuero Mileuitano epiſcopo ita dicens.

¶De quodam Hubaldo, qui iurauit ſe non miniſtraturum neceſſaria matri, & fratribus.

C A P. XXII.

INter cætera, vt rogaueras, à patre noſtro Ambroſio quæſiui, quid tibi chariſſime agendum ſit de Hubaldo parochia-

---

a SI quis præuentus.] id eſt, deceptus.

b ¶Vt definiat.] id eſt, intendat.

TRIBVS. CASVS. Docet Hier. in hoc c. ꝙ tribus modis poteſt quis contra ſuum iuramentum venire. Primò cum quis ſcienter malè iurat. Secundò cum incautè iurat, non putans eſſe peccatū quod iurat. Tertiò cum pueri vel puellæ intra pubertatis annos in domo parentum ſe obligant ſacramēto: quod parentibus cōtradicentibus poteſt irritari.

c ¶Soluenda ſunt.] id eſt, irritanda.

d ¶Malè iurat.] ſcienter.

e ¶Incautè iurat.] ignoranter.

f ¶Contradicentibus.] intra annum, vt 20. q. 2. puella.

ECCE. Hæc eſt 2. pars q. in qua probatur ꝙ ſi aliquis venit contra proprium iuramentum malum quod mutatur ad bonum, tunc nō peccat: ſi autem vt conuertatur ad peius, tunc peccat dupliciter. Io. de Fant.

CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, dicens quòd illicita iuramenta non ſunt ſeruanda: imo laudabiliter diſſoluuntur cum illicita iuramēta deſeruntur ideo vt ad bonum redeatur. ſed ſi ſacramēta illicita deſerūtur vt in aliud malum tranſeatur, damnabiliter ſeruantur: ſed damnabilius contemnuntur. qđ probat per ſeq. c.

SI ad peccatum.] CASVS. Quidam cum non poſſet ſolus ſpoliare viatorem, ſocium ſibi quæſiuit, cui iurauit ſe redditurum medietatē de ſpolijs. quo ſpoliato totum ſibi retinebat cōſocius. quare ſuper hoc tres quæſtiones fiunt. Prima eſt, an fides appelletur cum iurat partiri ſpolia viatoris? Et reſpondet Aug. mirum eſt, ſi fides dicatur. Secunda eſt, ſi faciat contra fidem ſibi retinendo totum, & an ſit periurium? Et reſpōdetur quòd ſic. Tertia eſt, ſi nihil dat ſocio, ſed reddat cui abſtulit: vtrum peccat? Et reſp. quòd non. Vnde datur intelligi quòd ſi fidem debet ſeruare ſuo complici: multò magis humanæ ſocietati. *Vtrobique*, i. in eo quòd iurauit partiri ſpolia, & in eo quòd totum ſibi retinuit. vel vtrobique, id eſt, quia rapuit, & ipſe fidem non ſeruauit, ſed totum ſibi retinuit.

g ¶Verumtamen.] Sed quæro qualiter poſſit quis fidē frangere in maleficijs ſocio: cum nec in iſtis poſſit contrahi ſocietas, vt ff. pro ſoc. quod autem. & in l, ſeq. " nec aliqua obligatio cōtrahatur in turpibus, vt ff. de ver. ob. generaliter. imo magis peccat tradendo ſocio partem, quàm retinendo ſibi: quia alij non poſſumus ſoluere quod alij debetur, vt ext. de iureiu. cam te? Sed dicas illud quod hic dicitur, referri ad erroneam alicuius opinionem, vt ſi quis credat ſe teneri ex tali iuramento, ſi non ſatisfaciat erroneæ conſcientiæ, mortaliter peccat, vt extr. de ſi. per tuas. 2. Et ita potius fides appellatur quantum ad errantis opinionem: & ita quandoque conſulitur alicui adimplere tale iuramentum, ad quod tamen nō tenetur: & hoc ideo vt ſatisfaciat conſcientię ipſius: & ſic intelligo illud quod legitur extr. de ſpon. commiſſum.

" Obligatio non contrahitur in turpibus.

h ¶Conqueritur.] Non poteſt in iudicio conqueri: " quia ex improbitate nemo conſequitur actionem, vt ff. de fur. itaque fullo. nec iudicium communi diuidundo locum habet inter prędones, vt ff. cōm. diuid. l. communi diuidundo. §. inter prædones. nec pro ſocio. vt ff. pro ſo. nec prætermittendum. imo ſi quis ratione illiciti iuramenti aliquid petit, pręſtabit alteri 10. libras auri. in authen. coll. 5. ſcenicas non ſolùm, &c.

" Actio non datur ex improbitate.

i ¶Potius.] id eſt, ꝙ potius debet fides in bono ſeruari.

k ¶In bona vita.] id eſt, in bono.

l ¶Si ſentit.] id eſt, intelligit.

m ¶Quàm iniquè.] id eſt, quàm iniquum ſit non ſeruare fidem in illicitis.

n ¶Non fuerit.] ſocietas, vel fides.

MVlier, ſi fide.] CASVS. Quædam mulier iurauit ſe ſeruaturam fidem adultero: & quòd alteri ſe nō ſupponeret. poſteà volebat alteri adhærere, vel ad legitimum maritum redire: quæſitum fuit ab Aug. vtrum peccet. Et reſpondet, ſi ſeruat fidem adultero, malè facit: ſed ſi alteri ſe ſubijciat, deterius facit: ſi verò ad maritum redit, nullo modo delinquit.

o ¶Si nec adultero.] ita ꝙ contrahat cum adultero tertio: & tunc peccatum accumulat peccato.

EX HIS. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis dicens, quòd ſi iuramentum illicitum deſeritur vt in aliud malum tranſeatur, pernicioſum eſt: quia peccata peccatis accumulantur. ſi verò deſeritur vt ad bonum redeatur, bonum eſt, & non malum: ſed potius flendum eſt ſi occaſione illiciti iuramenti aliquid mali perpetrauimus: quod probat per ſeq. cap.

INter cætera.] CASVS. Quidā nomine Hubaldus captus cum concubina ſua compulſus eſt iurare cōſanguineis eius

eam

eam ſuſcipere in vxorem : matrem verò cum fratribus de domo expellere : iurauit etiam ꝙ nihil eis impenderet pro alimonia : quare Mileuitanus epiſcopus rogauit Aug. vt ab Ambr. quæreret quid de Hubaldo eſſet faciendum : quod & factum eſt : Reſcribit ergo Aug. vt Hubaldus habeat illam in coniugem quam iurauit : matrem verò & fratres nõ expellat de domo : ſed eis præbeat alimenta. & ſi occaſione illius illiciti iuramenti aliquid eis hactenus defuit, per pœnitentiam emẽdet : nec vllam infamiam ex illo iuramẽto facto per cõpulſionem contrahit : quia illi potius infamiã & reatum periurij contraxerunt, qui eum iurare coegerunt.

no tuo, qui captus, & timore necis impulſus ſuæ concubinæ iuramento firmauit ipſam in coniugem ſuſcipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimoniæ vnquam impẽdere. Quia verò, quam prius concubinam habuerat, non eſt peccatum in coniugem ſuſcipere, matrimonium [a] ſit in Deo firmum, & ſtabile. Porrò iuramentum non ob hoc fuiſſe inſtitutum inuenitur, vt eſſet vinculum [b] iniquitatis, vel matricidij [c] vel fratricidij, ſeu cuiuſcunque criminis. Nec credo ſacramentum ad hoc debere fieri, vt iniuſta iuratio ſuorum bonorum ſit iniuſtè iurantibus expoliatio, & accipienti æterna dmnatio. Periurij namque percutitur pœna, & velut homicida in extremo examine à iuſto iudice degrãdinabitur† [d], per quem ſacroſanctum Euangelium ad iniuſtum, & illicitum, & Deo minimè amabile, quaſi teſtimonium iuſtæ, & humanæ petitionis adducitur. Foueat [e] itaque Hubaldus matrem 1 [f], & fratres : & lugeat, ſi coactione & timore iuramẽti aliquid defuit matri ; Qui verò eum iurare coëgerũt quod non debuit, reatu periurij implicíti teneantur. Iniuria quippe iniuſtè irrogata, eius eſt infamia, qui facit. Nec enim vllo modo ad opprobrium [g] coactę

« Matrimonium vtrum per coactionem impediatur.

a ¶ *Matrimonium.*] « Videtur ex loco iſto, ꝙ coactio conditionalis non impediat matrimonium : ſicut nec impedit alia ſacramenta, nec impedit ſacramentum baptiſmi, vt 45. diſt. de Iudæis. nec ſacramentum ordinis, vt 74. diſt. vbi iſta. item alia ratione, quia hoc ſacramentum ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, ergo eſt ſeruandum, vt extr. de iureiu. ſi verò. Sed contra : matrimonia debẽt eſſe libera, & ibi animus debet gaudere plena libertate, vt extr. de ſpon. requiſiuit, & cap. cum locum. Ad hoc dicunt quidam ꝙ talis eſt cogendus ducere mulierem quã coactus deſponſauit. ſi tamen nullo modo voluerit, ceſſare debet eccleſia à coactione. Alij dicunt quòd omnibus modis eſt cogendus [a], & quod dicitur in illa decret. requiſiuit. quòd ſit potius monẽda quã cogenda, exponunt potius, ideſt prius. ſic exponitur 23. quæſt. 4. non inuenitur. in fin. Vel intelligunt quando tales fuerunt perſonæ quòd vehementer præſumebatur quòd deberet ſequi homicidium. Sed iſtis obuiat extr. de ſpon. veniens. Sol. probabiliter poteſt dici, ſi placet, « quòd in quatuor caſibus non tenet iuramentum per coactionẽ extortum, vt in voto, vt extra, quod met. cauſ. c. perlatum. In traditione rei eccleſiaſticæ. 15. q. 6. auctoritatem. & cap. ſeq. In dote, vt ff. quod met. cau. ſi mulier. §. dos. In matrimonio, vt ext. de ſpon. cum locum. & c. requiſiuit. Quòd autem dicitur hic matrimonium ſit, &c. iſtud, ſit, non ponitur præceptiuè, ſed hortatiuè : vel loquitur in eo caſu quando poſt coactionem commiſtus eſt ei carnaliter, vt extra de ſpon. veniens. 2. Vel loquitur quando leuis fuit coactio. illa enim non impedit matrimonium. ff. de rit. nupt. ſi patre cogente. B.

† al. degradabitur] al. condemnabitur.

1 Adde quis alet illũ qui habet patrẽ & filiũ, not. Cy. in l. 1. 2. & 3. C. de alen. li. & Bart. l. pen. ff. de li. agn.

a Ad hoc extra de ſpon. ex literis. 2.

« Iuramentum per coactioné extortum non tenet in 4. caſibus.

b ¶ *Vinculum.*] Arg. pro opinione illorum, qui dicunt quòd iuramentum per metum extortum non tenet. 31. q. 2. Lotharius. & 15. q. 6. c. 1. Sed intelligas hoc ad hunc caſum ſpectare quem hic ponit. De hac materia notaui 15. q. 6. c. 2.

« Neccat q non alit.

c ¶ *Vel matricidij.*] « Videtur enim necare illum, cui non præſtat alimenta. 12. q. 2. qui abſtulerit. & 86. diſt. non ſatis. ff. de lib. agno. necare.

d ¶ *Degrandinabitur.*] id eſt, grandine pœnæ æternæ flagellabitur.

e ¶ *Foueat.*] Argumentum quòd iuramentum pro parte tenet & pro parte non, vt 11. q. 3. anteceſſor. & 12. q. 2. ſi quos de ſeruis. & 17. q. 4. quæſtio.

f ¶ *Matrem.*] Ad hoc enim tenetur, vt 13. diſt. c. 1.

g ¶ *Ad opprobrium.*] id eſt, ad infamiam. non enim dicit ad peccatum : quia reuera peccauit quando iurauit : quia potius debuit omnia mala pati, quàm malo conſentire. 32. q. 5. ita ne. & ſic non obſtant contraria. j. de conſec. diſt. 4. eos quos. & j. e. q. 5. c. 1. & 3. Ioan.

voluntatis trahitur, quod illicita cõditio neceſſitatis extorſit.

3 *Sed cum his omnibus illicita iuramenta non ſeruanda probentur, opponitur, quòd Ioſue Gabaonitas contra præceptum Domini non deleuerit, quia ſeniores Iſraël iuramento cum eis pacem firmauerant. Sed notandum eſt, quòd ſeniores Iſraël, etſi ſcirent à Domino eſſe imperatum, vt delerent gentes terræ promiſſionis, decepti [h] tamen à Gabaonitis neſciebant eos eſſe incolas terræ ſibi promiſſæ. Venerunt enim (vt hiſtoria refert) attritis calceamẽtis, & cum aridis panibus dicentes. Viri pacifici, venimus de terra longinqua : calceamenta ſunt attrita in pedibus noſtris : panis defecit in ſitarcijs noſtris : audiuimus Dominum eſſe vobiſcum, & venimus componere pacem. Quod verbum placuit ſenioribus Iſraël : & fecerunt pacem cum eis. Poſt diem verò tertium, cum filij Iſraël appropinquarent Gabaonitis, occurrerunt eis, quibus iurauerant ſeniores Iſraël. Illi autem videntes ſe eſſe deceptos, voluerunt delere eos, ſed pepercit eis Ioſue propter iuramentum ſeniorum Iſraël.*

Vnde Ambroſius in libro officiorum tertio, c. 10.

¶ Quædam licet à Deo prohibeantur, tamen iuramento firmata non ſunt euitanda †.

CAP. XXIII.

INnocens [i] credit omni verbo.] Non vituperanda facilitas : ſed laudanda bonitas. Hoc eſt innocentẽ [k] eſſe, ignorare [l], quod noceat : & ſi circumſcribitur ab aliquo, de omnibus tamen bene iudicat [m] ;

SED CVM HIS. Hęc eſt 3. pars q. in qua quęritur vtrum peccaſſent filij Iſraël, qui propter iuramentũ pepercerunt Gabaonitis. & dicitur quòd non. Ioã. de Fant.

Ioſue 9.

C A S V S. Suprà oſtenſum eſt, quòd illicita iuramenta non ſunt ſeruanda. « Nũc verò probat contrarium exemplo Ioſue : qui licet cõtra Domini pręceptum firmaret pacem cũ Gabaonitis, tamen ſacramentũ ſuum non violauit, ſed ſeruauit illæſum : & hoc ideo, quia ſeniores Iſrael neſcierunt iuramẽtum illud eſſe illicitum, quia neſciebant illos quibus iurauerant, eſſe incolas terræ ſibi ꝓmiſſæ. & ad hoc inducit ſequens c.

« iuramentum qđ Iudæi Gabaonitis præſtiterunt, non fuit ſeruandum.

h ¶ *Decepti.*] multiplex ratio videtur ſuadere quare non debuerunt ſeruare tale iuramẽtum : tum quia erat ibi error perſonæ, tum quia dolus dedit cauſam iuramento : tum quia non poterant ſe obligare aliquo iuramẽto contra præceptum Domini. Ad hoc dicũt plerique quòd diuinitus fuit eis inſpiratũ [b], ꝙ deberẽt eis parcere : ſed tamen iuramẽtum fuit illicitum, vt extra de elec. venerabilem. in fin. Vel dic ꝙ ſatis impleuerunt præceptum Domini, quia ſatis videntur fuiſſe interfecti, cum redegerint eos in ſeruitutẽ. Nam ſeruitus morti comparatur. ff. de reg. iur. ſeruitutem. non obſtat dolus illorum, quia iſte dolus fuit pro vita conſeruanda : licitum † eſt enim reo corrumpere aliquem pro vita conſeruanda, vt 2. q. 3. c. ſi quem pœnituerit. §. notandum. in fin.

† Sic in vetuſtis : nam in vulgatis erat, ſeruanda.

Prouer. 14.

b Hoc eſt verum ſm L. vt dicã j. c. proxi. & idẽ no. hic Hug.

† Reo licitũ eſt ſecundũ iura ciuilia non canonica corrumpere aliquẽ pro vita conſeruãda. Vide gl. in c. c. ſi quem pœnituerit. in verb. in omnibus.

INnocens.] C A S V S. Oſtendit Ambro. in hoc c. quòd non eſt vituperandum ſi alicui creditur ignoto, etiam ſi ab eo decipiatur : & hoc probat exemplo Ioſue, qui Gabaonitis fingentibus ſe de longa terra venire, credidit, & cum eis pacem firmauit & ſocietatem. poſt tertium verò diem cum populus Iſrael ad Gabaon ciuitatem veniſſet, & ſe circũſcriptum eſſe indignaretur, non permiſit Ioſue pacem reuocari : quia firmata erat religione iuramenti.

i ¶ *Innocens.*] id eſt, ſimplex & iuſtus. « Salomon tamen ſumit hoc verbum, innocens, pro ſtulto, vnde hoc ſumptum eſt. & ſic ſancti viri idem verbum retorquent quandoque ad contrarios intellectus. Sed nonne æque reus eſt ille qui de facili credit, ſicut ille qui mentitur, vt 11. q. 3. non ſolùm ? & nimia facilitas credendi vituperatur. 86. diſtin. ſi quid verò ? Sed illud intelligas de iudice qui in præiudicium partis alterius non debet de facili credere ſecundum verba alterius partis. 3. q. 9. cap. 1. 2. & 3.

« innocens ꝓ ſtulto quandoque ſumit.

k ¶ *Innocentem.*] id eſt, talem qui non noceat, nec nocere velit. 6. q. 1. oues. & c. ſapiens.

l ¶ *Ignorare.*] per experientiam facti. nam ſcriptum eſt, Scientia malorum bonis obeſſe non debet.

m ¶ *Iudicat.*] Diceret aliquis, quomodo poteſt eſſe bonus, qui

“ſpiritualis iudicat omnia, &c.

qui non habet diſcretionem & iudicium, ex quo decipitur: cum Apoſtolus dicit,“ Spiritualis iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur? ideo dicit iudicat de omnibus etiam de ignotis,in his,ſcilicet,quæ ſpectant ad ſalutem: quia ſi quis deciperetur in talibus,ibi non eſſet minus periculum falli quàm fallere,vt 16.q.1.ſi cupis. Tunc enim de ignotis non debemus aliquid præſumere, nec de bonis malum, nec de malis bonum, vt 46.diſt. ſunt nonnulli.in fi.Vel dic iudicat,id eſt, præſumit bene de quolibet.

a ¶*Qui.*] i.quia ipſi.

b ¶*Fidem.*] id eſt,verborum veritatem.

c ¶*Confirmauit.*]“ arg. eſt hic, quòd qui iurat rem illicitam, propria auctoritate non poteſt venire contra iuramentum illud a, vt extr. de elec.venerabilem. in fi. Nam illicitũ eſt renuere curam paſtoralem,& tamen iurans teneretur illud ſeruare, vt 85.diſtin.Florentinum archidiaconum. ſimile extr. quod met. cauſ. ad aures. ſic extr. de iureiur. debitores.

“ iuramentum illicitũ ab propria auctori.poſſit infringi.

a Arg.cõtra ſ.ea. qui ſacramẽto. vbi de hoc ſatis dixi in fi. Arch.

† al.arguit] Orig.

d ¶*Clementior.*] arg. ꝙ ſi iudex facit aliqd, quod nõ multum differt à mandato, ꝙ non dicitur exceſſiſſe fines mandati. ſi enim mandatur aliquibus vt eligant, poſſunt poſtulare,vt ext.de elect.in cauſis. & de poſtul. poſt tranſlationem. in prin. Et de hoc notaui plura.arg.8.quæſt.1.licet.“ Item habes hic,quòd licitè commutatur vna pœna in aliam b,vt ſ.5. q. 6. quia iuxta. & 82. diſt. presbyter. & 36.q. 1.de rapt. Ioan.

“Pœna vna in aliã commutatur.

† al.ferè.

b Etiam vbi debetur pœna mortis,vt hic. & 23.q. 5.c.1.& hoc verius eſt ante ſniam latam à iudice. Poſt ſniam autẽ non põt hoc iudex, niſi ſit Papa, vel Imperator, ſm Hug. de hoc legitur & no. 2.q.3. §. notandũ. in gl. vt ǰ. & Arch.

1 ſ.q.2.animaduertenc.dum.

ILLICITVM. Casvs. Iſte §. diuiditur in tres partes. In prima parte cõcludit Gratian.ex ſupradictis, ꝙ illud iuramentum illicitum ſeruari non debet, quod ſcitur eſſe illicitum cum iuratur.ſi autem neſcitur eſſe illicitum, propter ignorantiam excuſatur. quod probat Gratia. duobus exemplis, ſcilicet conſanguineæ, & repudiatæ: quas ſi quis in coniuges ducit, ignorantia facti excuſatur: qa neſciebat eam conſanguineam, vel repudiatam eſſe.ſed ſi ſciret conſanguineam, vel repudiatam eſſe, & crederet cõiunctionem talium licitam eſſe: tunc nõ excuſaretur. Iudæi ergo non ignorabant ius, ſcilicet Gabaonitas eſſe delendos: ſed ignorabant factum,ſ. Gabaonitas eſſe incolas terræ promiſſionis: & ideo qđ iurauerant,ſeruare debuerunt. In ſecunda parte oſtendit,ꝙ illud iuramentum illicitum quod ſeruari prohibetur,nõ eſt intelligendum de omni illicito iuramẽto. nam cum ſacramentum tres habeat comites,veritatem, iudiciũ, & iuſtitiam: vbi hæc tria defuerint, iuramentum reputatur illicitum: non tñ vbicunq; defuerit aliquod iſtorum, ſeruari prohibetur:quod ꝓbat duobus exemplis, ſ. exemplo eius qui poſt votũ ſimplex iurauit aliquã in vxorem ducere: & exemplo eius qui temeritate iurauit ſe manducaturum. In tertia parte oſtendit, ꝙ iuramentum tripliciter dicitur illicitum. Primò,ſ. ex eo quòd iuratur, quod eſt malum. Secundò ex cauſa extrauenięti. Tertiò ex modo iuramẽti: & hoc probatur ꝑ exẽpla, quæ ſatis patent in litera. Secunda pars incipit ibi, *Iuramẽtum namque*. Tertia ibi,*Iuramentum itaque*.

qui a fidem b eſſe in omnibus arbitratur, Hac igitur mentis ſuæ deuotione inclinatus Ioſue,vt crederet Gabaonitis,teſtamentum diſpoſuit, pacem dedit, cõfirmauit c ſocietatem. Sed vbi in terras eorum ventũ eſt, deprehenſa fraude, quòd cum eſſent finitimi, aduenas ſe eſſe ſimulauerant, circũſcriptum ſe populus patrum indignari cœpit: Ioſue tamen pacem, quam dederat, reuocandam non cenſuit, quia firmata erat ſacramenti religione: ne dum alienam perfidiam redargueret †, ſuam fidem ſolueret. Mulctauit tamen eos vilioris obſequio miniſterij. Clementior d ſententia, ſed diuturnior.

Illicitum e ergo iuramẽtum,quod ſeruari prohibetur, intelligẽdum eſt, quod ſcitur eſſe illicitum, dum iuratur. Si autem neſcitur illicitum eſſe, ipſa ignorantia excuſat ſi putetur licitum eſſe, non ex ignorantia iuris f, ſed facti. Aliud enim eſt, ſi alicuius copula credatur eſſe licita, quia neſcitur eſſe conſanguinea,vel quia creditur eſſe vidua: aliud, ſi ideo putatur licita: quia conſanguineorum coniunctio, vel relictarum copula nullo iure credatur eſſe prohibita. Hic enim eſt ignorantia iuris, quæ neminem excuſat, niſi cui g permittitur ius ignorare: ibi verò ignorantia facti, qua quiſque verè † excuſatur, Seniores autem Iſraël non ignorabant gentes terræ promiſſionis ex præcepto Domini eſſe delendas: ſed ignorabant Gabaonitas eſſe incolas terræ promiſſionis. Ignorabant ſiquidem factum: ſed non ignorabant ius facti: atque ideo, etſi illicitum eſſet quod iurauerant, tamen licitè ſeruari h debuit quod iuramento firmauerunt. Quòd autem illicitum iuramentum ſeruari prohibetur non eſt generaliter intelligendum. i Iuramentum namque(vt Hieronymus teſtatur ſuper Hieremiam) debet habere tres comites, veritatem iudicium, & iuſtitiam: vbi autem iſta defuerint, non eſt iuramentum, ſed periurium. Vnde datur intelligi illicitum eſſe iuramentum, cui aliquod iſtorum defuerit: non tamen cuicunque contigerit aliquod iſtorum deeſſe prohibetur ſeruari. Aliquando naq; iuramento deeſt iuſtitia: veluti cum quiſpiam poſt votum caſtitatis ducit vxorem,iuramento firmans nunquam i ſe ab ea diſceſſurum: quod quamuis illicitum ſit, quia iuſtitia ſibi probatur deeſſe, tamen auctoritate Auguſtini ſeruari præcipitur. Hoc autem ſi quis contendat prærogatiua coniugij, non propter religionem iuriſiurandi ſeruari, animaduertat Gabaonitas ob ſolam religionem k contra Domini imperium reſeruatos. Cum ergo omne Domini præceptum iuſtum ſit, patet ei iuſtitiam deeſſe, quod eius præcepto cõtrarium inuenitur. Iudicium quoque aliquando iuramento conſtat deeſſe, veluti cum propria temeritate aliquis ductus iurat ſe manducaturum, & bibiturum. Hoc quamuis leuitate indiſcreta illicitum probetur, non tamen ideo violari iubetur. Iuramentum itaque multipliciter illicitum intelligitur. Eſt enim illicitum aliquando ex eo quòd iuratur, aliquãdo ex cauſa extra venienti, aliquãdo ex modo iurandi. Ex eo quòd iuratur, tunc eſt illicitum iuramentum, quando id, quod iuratur, in ſui natura vitioſum eſt, vel vitam adimens, vt adulteriũ, homicidium, & his ſimilia, vel reparari non permittens, veluti cũ inimico ad pacem non redire, indigenti miſericorditer non ſubuenire. Iſta, quia perſpicuam in ſe habent iniuſtitiam, & ſi iuramento firmẽtur, tamen ſeruari non debent. Circa hæc vtiq; † iuramenta, intelligenda ſunt quæ de illicitis iuramentis non obſeruandis ſuprà ſtatuta leguntur. Quiſquis ergo ſe iuramento firmauerit aliquid facturum, quo vel corporalis, vel ſpiritualis ſalus adimatur, vel ſine quo vtraque ſalus reparari, vel confirmari non poſſit, fidem promiſſam ſeruare prohibetur: quorum exempla præmiſſæ auctoritates ſubijciunt, dum eum, qui homicidium facere, vel alimenta matri, & fratribus non ſubminiſtrare, in adulterio perſeuerare, vel ad pacẽ cum aduerſario non redire, iuramentũ præſtando promiſerit, ſalubriori conſilio illicita uota obſeruare non permittit. Eſt etiam id, quod iuratur, aliquando vitioſum, non natura ſui, ſed ex cauſis extra venientibus: veluti cum aliquis poſt votum caſtitatis, iurat alicui ſe habiturum eam in coniugẽ. ¶Coniugem namq; habere, in ſeipſo malum non eſt: tamen huic ex voto pernicioſum eſt. Hoc autem iuramentum, etiam ſi illicitum ſit, non tamen ſeruari prohibetur: ſed de violatione voti pœnitẽtia ſibi iubetur iudici. Ex modo iurandi tunc eſt illicitum iuramentum, quãdo inconſideratè, & incircũſpectè aliquid iuratur, quo nec corporalis, nec ſpiritualis ſalus adimitur, & ſine quo vtraq; ſalus reparari, & vita cõſeruari valet: veluti dum aliquis à parentib. coactus, vel clericatus tonſurã, vel religionis veſtem ſuſcipiat, ſe neutrum facturum iuramento firmauerit. Hoc quamuis aliquib. uideatur reprehenſibile, quia opus charitatis iuramento ſe non facturum promiſit, nulla tamẽ auctoritate ſeruari prohibetur: quia etſi nunquam clericatus tonſura, vel religionis veſtem ſuſcipiat, non tamen ideo minus ſalutem promereri valet: cum nõnulli in laicali habitu ſanctiſſimi, & Deo dilecti inueniantur. Quo exẽplo euidenter datur intelligi, quoties aliquis iurat ſe non facturũ aliquid, quo expeditior ſibi via præparetur

† al. itaque.

e ¶*Illicitum.*]“ In prima parte §.dicit magiſter, ꝙ tunc iuramentũ illicitum non ſit ſeruãdum, cum iurans tempore quo iurat ſcit illud eſſe illicitum: ſed ſi ignorat illud eſſe illicitum, dummodo nõ ſit ibi ignorantia iuris, nõ peccat.& hoc durat vſque ad illum locum:qđ autem illicitum.Secundò oſtendit ꝙ non eſt hoc generaliter verũ: quia ſi in aliquo iuramento deeſt aliqđ iſtorum trium, vel iuſtitia, vel veritas, vel iudiciũ: ꝙ illud non ſit ſeruandum. Tertiò dicendũ ꝙ iuramentum qñque eſt illicitũ rõne rei de qua quis iurat: qñq; ex cauſa ſuperueniente:qñque ex modo iurãdi.Io.

“ iurm illicitum tripliciter dicitur.

f ¶*Iuris.*]ſ.1.q.4.in fi.

g ¶*Cui permittitur.*] &c.“ vt militibus, mulieribus, ruſticis, & minorib.tt. de prob. cũ de indebito.§. ſi autẽ is.1. q.4.§.notandum.

“ ius ignorare quibus permittitur.

h ¶*Seruari.*] hæc non eſt ratio ſufficiens.

i ¶*Nunquam.*] nõ bene dicit: quia ſi ille qui vouit ſimpliciter,poſtquàm duxit vxorem,iurat ꝙ non dimittet eã, illud iuramentum licitum eſt: ſed ſi prius vouit,quàm ducat vxorẽ, tũc potius ſeruabit votum quàm iuramẽtum ſequens, vt ext.qui cle. vel vo. rurſus.

k ¶*Ob ſolam religionem.*] non eſt hoc verum. Ioan.

Quòd

Q*Vòd autem.*] Hæc quæſt.diuiditur in 7.partes. In prima ponit quæ pœna imponatur periuris compulſis, vel voluntarijs, & qualiter puniuntur qui alios iurare faciunt falſum. & hoc probat per 7. cap. Secunda ibi, *Item qui audit.* Tertia ibi, *Quæritur de eo.* Quarta ibi, *De ætate.* Quinta ibi, *De forma.* Sexta ibi, *Vt itaque.* Septima ibi, *Iuramentum.* Io.de Fan.

Casvs. Hic intitulatur 5. q. qua quæritur ſi licitum eſſet quod archidiaconus iurauit, ſcilicet epiſcopo non obedire, an epiſcopus qui compulit eum ad peierandum, reus ſit periurij. & reſpondet quòd ſic: & hoc probatur argum. à minori. quia ſi conſentiens pari pœna cum faciente punitur, multò magis compellens eſt puniendus. & ad hoc probandum inducit ſequẽtia cap. Quid autem iuris ſit de iuramento per metum extorto, notari conſueuit 15. q.6. auctoritatem.

a ¶*Quòd autem.*] iſtud non habet dubitationem, an periurus ſit qui alium cogit peierare: " nam etſi ipſe non propriè dicatur periurus, tamen mortaliter peccat, " quia quod alter mandato noſtro facit, nos reputamur feciſſe, vt extra de ſent.excom. mulieres. Vtrum autem iudex licitè poſſit recipere iuramentum illius, quem ſcit velle peierare, dic vt dixi ſ.25.q.5. presbyter [a].

" Peccat mortaliter q aliũ cogit peierare. " Reputamur nos feciſſe, qđ alter mãdato noſtro fecit.

1 Anſ.l.11. c.63. Bur.l. 12.c.4. Iuo p.12.c.61. † al.ſciẽs ſe.

a Not.Hug. & Lau.ꝙ iudex pt recipere iurm ab infamato, licet ſciat eũ falſum iuraturum. Arch.

Q*Vi compulſus.*] Casvs. Quidam miles compulſus à domino ſuo ſciens peierauit. quæſitũ fuit à Pio Papa, vtrum vterque ſit periurus. & reſpondet quòd ſic, & ideo miles ſi liber eſt, per 40. dies pœniteat in pane & aqua, & 7. ſequentes annos. ſi verò ſeruus eſt eiuſdem, tres quadrageſimas & legitimas ferias pœniteat. Caſus trium ſequentium cap. planus eſt: quia ferè idem dicunt cum primo.

b ¶*Et miles.*] In atrocibus enim non debet aliquis parere domino ſuo, vt 11. qu. 3. non ſemper. & capit. ſi dominus. & cap. qui reſiſtit. & ff.de regul. iur. ad ea.

2 Pol.l.6.ti. 11.Anſ.l.11. c.64.Burc.l. 12.c.5. Iuo p.12.c.62. † al. periũrat.

c ¶*Quia plus dominum.*] quod eſſe non debet, vt 11. quæſt. 3. nolite. 2.

† al.periurauerit.

ad beatitudinem, dummodo ſine eo valeat ſalutem inuenire, quod iuramentum non prohibetur ſeruare. Vnde cum iuramus nos non daturos aliquid alicui, ſine quo vtraque ſalus eius poteſt eſſe incolumis, etſi aliqua ex eo ſibi commoditas præſtaretur, nulla tamen auctoritate iuramentũ ſeruare prohibemur, dummodo ſit nobis alia via neceſſitatibus eius ſubueniendi.

QVAESTIO V.

1 ps Q*Vòd autẽ* [a] *quinto loco quæritur, ſi licitum eſſet, quod archidiaconus iurauerat, an epiſcopus eſſet reus periurij, qui ad peierandum archidiaconum cogebat, facilè poteſt diſcerni. Si enim conſentiens pari pœna cum faciente puniendus eſt, multò magis ille, qui cogit, reus admiſſi criminis probatur.*

Vnde Pius Papa ait.

¶Qui peierare compellit, & qui compellitur, periurus vterque probatur.

CAP. I.

1 QVi compulſus à domino ſciens † periurat, vtrique ſunt periuri, & dominus & miles [b]: dominus, quia præcepit: miles, quia plus dominum [c], quàm animam dilexit. Si liber eſt [d], quadraginta dies [e] in pane & aqua pœniteat, & ſeptem ſequentes annos [f]: ſi ſeruus eiuſdem, tres quadrageſimas [g], & legitimas [h] ferias pœniteat.

¶*Anſelmus hoc citat ex Pœnitentiali Theodori, quemadmodum Burchardus, & Iuo ſeq. caput.*

Item.

¶Pœnitentia eius, qui in manu epiſcopi, aut in cruce conſecrata peierat.

CAP. II.

2 QVi peierat † ſe in manu epiſcopi, aut in cruce conſecrata [i], tres annos pœniteat: ſi verò in cruce non cõſecrata, annum vnum pœniteat. Qui autem coactus fuerit & ignorans [k] ſe peierauerit, † & poſteà cognoſcit, tres quadrageſimas pœniteat.

Item ex pœnitentiali Theodori †.

¶Qua pœna ſit feriendus, qui neceſſitate coactus periurat.

CAP. III.

j 3 SI quis coactus pro vita redimenda, [l] vel pro qualibet cauſa, vel neceſſitate periurat, quia plus corpus, quàm animam dilexit, tres quadrageſimas pœniteat. Alij [m] verò iudicant tres annos, vnũ ex his in pane, & aqua.

Item Gelaſius Papa.

¶Qui peierat, & alios peierare facit, qua pœna ſit feriendus.

CAP. IIII.

ij 4 SI quis peierauerit †, & alios ſciens in periuriũ duxerit, quadraginta dies pœniteat in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos, & nũquam ſit ſine pœnitentia [n]: & alij, ſi conſcij fuerint ſimiliter pœniteant.

¶*Polycarpus tribuit hoc Pio: cæteri verò indicati collectores Pelagio.*

Item Auguſtinus in ſermone de decollatione S. Ioannis, [id eſt ſerm. 11. de Sanctis.]

¶Homicidam vincit, qui ſciens ad periurium hominem compellit.

CAP. V.

5 ILle, qui hominem prouocat † ad iurationem, & ſcit eum falſum eſſe iuraturũ, vincit [o] homicidam: quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam, imo duas animas, & eius, quem iurare prouocauit, & ſuam. Scis verum eſſe quod dicis, & falſum eſſe quod ille dicit, & iurare compellis? Ecce iurat, ecce peierat, ecce perit. Tu quid inueniſti? imo & tu periſti, qui de illius morte te ſatiare voluiſti.

Idem in ſermone de periurijs. [id eſt, in ſermo. de verbis Apoſtoli 30. al. 28.]

d ¶*Si liber eſt.*] alibi magis punitur ſeruus quàm liber, vt j.23.q.1.qui contra. ſed hic excuſatur [b] propter præceptum domini. Io.

b Nõ à toto, ſed quo ad minorẽ pœnã, vt dixi ſ. §.prox.

† al.Romano.

e ¶*Quadraginta dies.*] vel continuè, vel interpolatim.

f ¶*Sequentes annos.*] non tamen in pane & aqua.

g ¶*Tres quadrageſimas.*] vnam ante feſtum natalis, aliam ante paſcha, tertiam ante feſtum ſancti Ioannis [c].

c idẽ Arch. hic, ſed vide Ant.Corſ. ĩ fin.ver.quadrageſima.

h ¶*Legitimas ferias.*] " ideſt, ſecundam & quartam & ſextam ferias, vt de conſecr.diſt. 3.ieiunia. & 82. diſtin. presbyter. Io. de Fan.

" Feriæ legitimæ ſunt tres.

3 Poly.ibid. Burc.l.12.c. 6. Iuo p.12. c.63.

Q*Vi peierat.*]

i ¶*Conſecrata.*] quia quantò ſanctius eſt per quod iuratur, tantò maius eſt periurium, vt ſ.ead.q.1. mouet. Nunquid ergo maius ſacrilegium committunt qui verberant clericum in maioribus ordinib. conſtitutum, quàm qui in minorib? credo quòd ſic, vt 17. q.4.ſi quis deinceps. & c.qui ſubdiaconum. & c.qui occiderit.

k ¶*Et ignorans.*] eſſe peccatum quod iurauit. nam ſi fuiſſet ignorantia facti, nullum eſſet peccatum, niſi ignorantia fuiſſet craſſa, quæ neminem excuſat. C.de reſcin.vendit. quiſquis [d].

4 Pol.l.6.ti. 11.Anſ.l.11. c.67. Bur.l. 12.ca.9.Iuo p.12.c.66. † al.periurauerit.

d đ hoc no. 38.di.ĩ ſum. qđ dicit de ignorãtia facti, non videtur bene dictũ: quia factum ſuum nemo dẽt ignorare. argu. ff. locat. ſed addes. §.i.

l S*I quis.* ¶*Redimenda.*] Licet enim timore mortis iurauerit, tamen peccauit, vt 32.q.5.ita ne. ſed ratione coactionis mitigatur pœnitentia, vt ext. quod met. cau. ſacris. non eſt contra. 15.q.6. capit. 1. ibi enim non abſoluuntur à peccato, ſed à iuramento. Io. de Fan.

m ¶*Alij.*] ergo illa quæ minor, eſt imponenda, vt 50. diſt. cap. eos verò.

n S*I quis.* ¶*Sine pœnitentia.*] interiori, vt 6.q.1.quicunq;. Io.

5 ſen.3.diſt. 39.Iuo par. 12.cap.28. Pann. l.8.c. 108.

† Prouocauit.] Orig.

I*Lle qui.*] Casvs. Dicitur in hoc c. quòd ſi quis compellit aliquem, vel prouocat ad iuramẽtum, quem ſcit falſum iurare, magis peccat quã homicida: quia iſte corpus interſicit, ille verò animam ſuam & alienam.

o ¶*Vincit.*] ñ ĩtelligas, ꝙ plus peccat piurus q̃ homicida: imo ille plꝰ peccat, vt 13.di.c.1. ſed dicitur eum vincere: qa maius dãnũ facit, " quia maius damnum eſt in amiſſione vnius animæ

" Animæ vnius perditio eſt grauior, quàm mille corporum.

animæ quàm mille corporum, vt 24.q.3.ſi habes. Io.

Q*Vi exigit.*] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ſi aliquis compellit aliquem ad iuramentum, quem ſcit falſum iurare, peccat. ſi autem neſcit, non peccat.

a ¶*Humana.*] i. de humana infirmitate procedit, vt ſ. ea. q. 1. non eſt.

b ¶*Impreßit.*] multipliciter cogendo. Io.

S*I quis conuictus.*] CASVS. Quidam traxit alium ad falſum teſtimonium dicendum, vel ad aliud periuriū. quæſitum fuit quam pœnam vterque pati debeat? Et reſpondet, ꝙ qui fieri fecit, donec vixerit debet communione priuari: qui verò fecit, ab omni teſtimonio repellatur, & ſit infamis.

1 ſent. ibid. Iuo p. 12. c. 30. Pan. l. 8. c. 110.

c ¶*Infamia.*] an iuramentum infamet, vel non, no. [a] 6.q.1. quicunque. ſed coacti ſi iuraſſent, nō infamarent, vt ſ. q. prox. inter cætera.

† al. conten tio.

† al. expſſit.

a De hoc ēt not. extr. de iureiu. querelā. & 23. q. 5. rex debet.

ITEM QVI AVDIT. Hæc eſt 2. pars q. in qua quæritur cui debet dicere ſi videt quis ꝙ aliquis vult falſum iurare. & quid iuris, probatur j. c. proxi. Io. de Fan.

d ¶*Falſum.*] ſupple niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuam. Ioan.

2 Bur. l. 16. c. 8. Iuo p. 12. c. 26.

H*Oc videtur.*] CASVS. Legitur ī Leuitico: Omnis qui audierit vocem iurantis falſum, teſtiſque fuerit, niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuā. Propter hanc literam dubitauerunt quidam quid eſſet in hoc caſu faciendum: quia ſi ſciebant aliquem peierare, & non indicabant, incurrebant peccatum ex ſilentio. ſi verò indicabant, incurrebat peierās periculū mortis. quæſitum fuit ab Aug. quid de hoc eſſet faciendum? Et reſpondet quòd ille qui falſum iurat, debet admoneri, ſi verò non audierit, talibus perſonis eſt dicendum, qui potius poſſunt prodeſſe, quàm obeſſe, id eſt, ſacerdotibus, qui non ſolùm illum corrigere poſſunt, ſed etiam orare pro illo. & ita ſe expediunt à vinculo peccati. *Hic*, id eſt, in Leuitico. *Expreßit*, ſcilicet Moyſes.

† al. prohibendi.

3 Gl. ord. initio c. 5. Leui.

" Teſtimonium de auditu, vtrum valeat.

b Dicit H. licet ī hoc caſu ſit verū, vt arg. 35. q. 6. de parentela. & cap. eps. non tñ ex hoc loco haberi pōt. Arch.

c ¶*Fuit.*] i. talem habuit inde notitiam, ꝙ huius rei potuit eſſe teſtis, & quod ſequitur, eſt expoſitio.

f ¶*Indicauit.*] " videtur ergo quòd valeat teſtimonium de auditu, vt hic [b]. & 15. quæſtio. 5. præsbyter. & 26. quæſt. 6. qui recedunt. & 2. quæſtio. 1. multi. nam & teſtes intelliguntur ſcire quæ acta ſunt à teſtatore, ſi priores teſtes eis hoc dixerunt, vt C. de teſta. cum antiquitas. 1. in fin. 1. reſpon. argu. contra. 3. quæſt. 9. teſtes. 5. quæſt. 2. relatum eſt. Ad hoc dicas, quòd hic loquitur in cauſa denūtiationis, vbi modica ſcientia aliquam fidem facit. arg. ext. de ſpon. præterea. 2. imo & in iudicijs facit fidem teſtimonium de auditu, vt ext. de ſucceſ. ab inteſt. cum dilectus. ext. de teſti. cū cauſam. Io. " Sed certè teſtimonium de auditu eſt propriè cum aliquis audit aliquid dici eſſe factū. Sed ſi audit contrahentes, non eſt teſtimonium de auditu. Et hoc innuit extr. de teſt. licet. 2. tamen hoc c. non loquitur de vera denuntiatione, ſed potius de indicatione, ſcilicet cum quis indicat alij, ꝙ aliquis vult peccare, & ſpectat ad delicta committenda. ſed denuntiatio ſpectat ad delicta commiſſa, & ad illa non tenentur niſi qui habent magiſtratum ſuper aliquos, " & illa denuntiatio dicitur Euangelica, iſta dicitur canonica. & hæc probatur ſemper, illa verò non. Et ſic patet, quòd crimina nondum commiſſa poſſumus denuntiare, vt hic, & 93. diſtinctio. diaconi. 1. ibi, vicinum præcipitio, & c. ext. de deſpon. impub. c. pen. ext. de cog. ſpi. tua. Io.

" Teſtimoniū de auditu qñ propriè ſit.

" Denūtiatio alia Euāgelica, alia canonica.

¶Non peccat, qui iuramentum erigit ab eo, quem neſcit falſum iurare.

CAP. VI.

1 QVi exigit iurationem, multum intereſt, ſi neſcit illum falſum iuraturum, an ſcit. Si enim neſcit, & ideo dicit, iura mihi, vt fides ei fiat, non A eſt peccatum: tamen humana [a] tentatio † eſt. Si autem ſcit eum feciſſe, nouit feciſſe, videt feciſſe, & cogit iurare, homicida eſt. Ille enim ſuo ſe periurio perimit: ſed iſte manum interficientis & impreſſit † [b], & preſſit.

A ¶Non eſt peccatum.] *In originali eſt*, non audeo dicere non eſſe peccatum. *Sed ob caſum non eſt mutatum.*

Item ex concilio Matiſconenſi 1. cap. 17.

¶Vſque ad exitum vitæ non communicet, qui alios ad periuria trahit.

CAP. VII.

iij 2 SI quis conuictus fuerit alios ad falſa A teſtimonia, vel periuria attraxiſſe, vel quacunque corruptione ſolicitaſſe, ipſe quidem vſque ad exitum vitæ non communicet: ij verò, qui ei in periurio conſenſiſſe probantur, poſteà ab omni teſtimonio ſunt remouendi †: & ſecundum legem infamia [c] notabuntur.

A ¶Falſa.] *In concilio ipſo Matiſconenſi (reſtituta enim eſt citatio ex manuſcriptis, cum antea citaretur Moguntinenſe) legitur*, falſum teſtimonium, vel periurium.

2 *Item qui audit aliquem falſum* [d] *iurare, & tacet, delinquit.*

Vnde Auguſtinus ait in quæſtionibus Leuitici, q. 1. ad c. 5. [3 *Anima, quæ audierit vocem iurantis falſum, &c.*]

¶Cui ſit indicandum falſum, qđ ab aliquo iuratur.

CAP. VIII.

4 HOc videtur dicere, peccare hominem, quo audiente iurat aliquis falſum, & ſcit eum falſum iurare, & tacet. Tunc autem ſcit, ſi ei rei, de qua iuratur, teſtis fuit [e], aut vidit, aut conſcius fuit, id eſt aliquo modo cognouit, aut oculis ſuis conſpexit, aut ipſe, qui iurat, illi indicauit [f]. Ita enim potuit eſſe cōſcius. Sed inter timorem huius peccati, & timorem proditionis hominum non parua exiſtit † plerunque tentatio. Poſſumus enim paratum ad periurium admonendo, vel prohibendo à tam graui peccato reuocare: ſed ſi non audierit, & corā nobis de re, quā nouimus, falſum iurauerit [g], vtrum prodendus ſit, ſi proditus etiam periculum mortis [h] incurrat, difficillima quæſtio eſt. Sed quia non expreſſit, cui hoc indicandum ſit, vtrum illi cui iuratur, an ſacerdoti cuipiam †, qui nō ſolùm eum perſequi non poteſt irrogando ſupplicium, ſed etiam orare pro illo poteſt; videtur mihi, quòd ſe homo ſoluat à peccati vinculo, ſi † indicet talibus, qui magis poſſunt prodeſſe [i], quàm obeſſe periuro, ſiue ad corrigendum eum, ſiue ad Deum pro illo placandum, ſi & ipſe confeſſionis adhibeat diſciplinā.

4 Iuo p. 12. c. 29. Pan. l. 8. c. 109.

† al. extitit.

† vel cuipiam] Orig. & Iuo.

† al. etiā ſi.

Si ergo iſte, vt ſupradictum eſt, qui audit falſum iurare & tacet, delinquit, multò magis ille reus eſt, qui ad peierandum aliquem compellit.

3 *Quæritur* [k] *de eo, qui verborum calliditate ſe circumuenire putat illum, cui iuramentum defert, an ſit reus periurij, niſi ſeruauerit, quod iuraſſe creditur.*

De hoc ita ſcribit Iſidorus ſententiarum lib. 2. c. 31.

¶De eo, qui calliditate verborum iurat.

g ¶*Iurauerit.*] id eſt, iurare voluerit.

h ¶*Mortis.*] de facto, quia de iure propter vnius dictum non poſſet iudicari. & eſt ſ. de pœniten. diſtinctio. 1. capit. penult.

i ¶*Prodeſſe.*] vt ſunt ſacerdotes, vt 14. qu. 5. denique. Qui ergo dicit talibus qui poſſunt prodeſſe, non obeſſe, non dicitur prodere, vt 2. q. 1. ſi peccauerit.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis dicens, ſi quis audit aliquem iurare falſum & tacet, delinquit: multò magis ille reus eſt qui compellit aliquem ad periurium.

QVÆRITVR. Hæc eſt 3. pars quæ. in qua quæritur qualiter Deus intelligit iuramentum ſi aliquis iurat in fraudē, vel decipit in fraudem, ꝙ ſicut ille qui ſane intelligit, ſiue ſit dans iuramentum, ſiue accipiens. & hoc probat per 5. c. Io. de Fant. CASVS. Quærit hic Gra. incidenter an ille qui ſub calliditate verborum iurat, ſit reus periurij niſi ſeruauerit qđ creditur iuraſſe. & reſp. ꝙ ſic: & ad hoc inducit ſeq. c.

k ¶*Quæritur.*] Incidēter ponit hic q̄ſtionē, qualiter iuramēta ſunt ītelligēda, & diſtinguit: " aut vterq; hēt rectū intellectū, aut vterq; doloſum, aut alter tm̄ habet rectū. ſi ab vtroq; inter-

" iurā qualiter ſunt intelligenda.

interponitur dolus,tunc eſt intelligendum ſecundum cõem ſignificationem verborum. vt ext.de ſpon.ex literis.ſi à neutro interuenit do lus,tunc interpretandum eſt ſecđm intellectum vtriuſq;,ſi verba poſſint vtriq; intellectui adaptari.ext. de teſt.cum tu.ſi ab altero tantùm,tunc intelligendum eſt ſecundum eum qui rectè intelligit. ſic videt̃ diſtingui j̃. e.§. ex his. In ſtipulatiõib. & alijs contractib. contra ſtipulantẽ & vendentem interpretãdum eſt: ſed in iudicijs pro actore[a], vt ff.de ver. obli. inter ſtipulantem. §.1. ff. de contrahen.empt.l. Labeo. Io.

1 ſent.3.diſ. 39.Anſ.l.11. c.76.Pol.l.6 tit.12.Bur.l. 12.c.10. Iuo p. 12. c. 36. & 67.Pan.l. 8.c.112.

a Qđ dic vt not. extr.de reſt. ſpol.cũ ad ſedem.in gl hic ergo.

† al. qui.

QVacunq;.] Casvs. Dicit Iſid.in hoc c.ꝙ quacunq; arte verborum quis alicui iuret. ita Deus intelligit ſicut ille cui iuratur, & talis dupliciter peccat, ſ. quia nomen Dei ſumit in vanum, & quia proximũ dolo capit.

a ¶*Intelligit.*] i.intelligere debet. & eſt ſim. j̃.de conſ.di.4. non illud.

2 Iuo p. 12. c.34. Pan.l. 8.c.116.

† per] vera lectio.

Additio. Not.tamen quòd nemo per iuramentum, vel pactum proprium obligatur, niſi ille conſentiat cui fit pactum, vel iuramentum. arg.opti. ext.de iureiu.ſicut.

ECce.] Casvs. Reprehendit hic Auguſ.parochianos ſuos, qui cum ſuper librum iurare debebant, lapidem aliquem ſupponebant eos decipiendo quibus iurabant: nec putabãt ſe teneri cum ſuper lapidem iurarẽt, ſed Aug.dicit,ꝙ tenentur: & ſi non ſeruant quod iurauerint, periurium incurrent: quia non lapidi ſed homini iurant ante Deum.

b ¶*Super lapidem.*] fortè coopertum ab aduerſario, vt credantur eſſe Euangelia.

SED OBIICITVR. Casvs. Suprà dictum eſt, ꝙ Deus ſic accipit iuramentum ſicut ille cui iuratur intelligit. Nunc verò probat contrarium, & ad hoc inducit ſeq.c.

HVmanæ aures.] Casvs. Dicitur in hoc c. ꝙ homines & maximè ſimplices & indiſcreti talia verba iudicant, qualia foris proferũtur: Deus verò talia foris audit, qualia ex intimis proferuntur. vnde diſcretus homo, vel iudex qui interpretatur intẽtionem iurantis alteri, conſiderare debet ꝙ

CAP. IX.

1 QVacunque arte verborum quiſq; iuret, Deus tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille, cui iuratur, intelligit[a]. Dupliciter autem reus fit: quia † & Dei nomen in vanum aſſumit, & proximum dolo capit.

Item ex ſermone ſancti Auguſtini trigeſimo de verbis Apoſtoli.

¶Periurus eſt, qui ſuper lapidem falſum iurat.

CAP. X.

2 ECce dico charitati veſtræ, & qui ſuper † lapidem[b] falſum iurat, periurus eſt. Vnde hoc dico? quia multi & in hoc falluntur, & putant, quia nihil eſt, per quod iurant, non ſe crimine teneri periurij. Prorſus periurus es: quia per id, quod ſanctum nõ A putas, falſum iuras. Si tu B illud ſanctum non putas: ſanctum puta C cui iuras. Non enim quando iuras, tibi iuras, aut lapidi iuras: ſed proximo iuras. Homini iuras ante lapidem: ſed nunquid non ante Deum? Non te audit lapis loquentem, ſed punit te Deus fallentem.

A ¶Non putas.] *Sic etiam Iuo. In originali eſt ſine negatione, & fortè legendum,* putat.

B ¶Si tu illud.] *In codicib. Auguſtini impreſſis, & vno Vaticano legitur,* ſed ego illum ſanctum non puto. *In altero verò etiam Vaticano, & apud Iuonem*, ſed ego illud ſanctum non puto.

C ¶Puta.] *Sic ĩ codicib. impreſſis B. Auguſtini, ſed in vno Vaticano, & apud Iuonem, & Pannormiam, & in aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus,* putat.

Sed obijcitur illud Gregorij. 26. libro moralium. c.7.

¶Apud Deum verba noſtra non ex ore, ſed ex corde procedant.

CAP. XI.

HVmanæ aures verba noſtra talia iudicant, qualia foris ſonant. Diuina verò iudicia, talia ea audiunt, qualia ex intimis proferuntur. 3 ¶Certè nouerit ille, qui intentionẽ & voluntatem alterius varijs explicat verbis[c], quia non debet aliquis verba[d] conſiderare, ſed voluntatem & intentionem: quia non debet intentio verbis deſeruire, ſed verba intentioni.

Si ergo diuina iudicia verba noſtra talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur, ſi intentio non debet ſeruire verbis, ſed verba intentioni, patet, quòd Deus non accipit ſic iuramentum, ſicut ille, cui iuratur, ſed potius, ſicut qui iurat, intelligit: cum recipienti non ex intimis, ſed ex his, quæ proferuntur foris, verba noſtra ſonent. ¶*Item obijcitur, qui iurat ſuper lapidem, putans ſe iurare ſuper ſacroſancta Euangelia, perinde tenetur, ac ſi ſuper Euangelia iurauerit: licet ille cui iurat, ideo ſuper lapidem illum iurare fecerit, ne nõ ſeruando quod promittit, reatu periurij teneatur.* ¶*Item obijcitur de ciuibus, qui credunt ſe iurare obedituros conſulib. ſuis in omnib. quæ ſibi imperata fuerint pro honore ſuæ ciuitatis: ne verò obedientiam recuſantes, reatu periurij illaqueẽtur, ſupponitur breue iuraturis, in quo aliud continet̃, quàm ſe iuraturos arbitrentur, videlicet ne Padum in Nilum conuertant, vel aliquid huiuſmodi faciant. Si ergo contra hoc, quod ſe iuraſſe crediderant, conſulibus ſuis obedientiam denegarẽt, nunquid ſecundum intentionem recipientis, an potius ſecundum intentionem iurantis iuramentum Deus illud acciperet?* ¶*Item, ſi innocẽs de adulterio, vel furto impetitus innocẽtiam ſuam vellet aſſerere, iuraret autem ſe ab obiectis ſic eſſe immunem, ſicut in breui illo continetur, quod manibus ſuis ſe ſcripſiſſe arbitratur, contineatur autem in illo hunc reum eſſe obiectorum, nunquid à Domino periurus reputabitur? aut nunquid poterit argui ſe iuraſſe, adulterij, aut furti reatum incurriſſe? Non. Hinc etiam Chromatius* A *in capit. 5. Matthæi.*

A ¶Chromatius.] *Antea citabatur,* Chryſoſtomus: *cui errori occaſionem dederat ſimilitudo primarum literarum.*

¶Inter iuramentum, & locutionem fidelium nulla debet eſſe differentia.

CAP. XII.

IVramẽti hæc cauſa eſt: quia omnis, qui iurat ad hoc

verba debent deſeruire intentioni non intentio verbis. Et qualitercunq; caſus iſte poſitus fuerit à Beñ. & ab alijs: ego tñ hunc caſum per literam intelligere ſic potui: licet de hoc c.ſæpè dubitauerim. Bar.

c ¶*Verbis.*] quæ ille protulit, & vult ea aliter interpretari prout verba ſonare videntur: qđ ſemp non eſt faciendũ, " cũ ſæpè bona verba mala intẽtione proferantur, & èconuerſo, vt 5.q.5.nõ omnis. & c. non oſc[illegible]lat̃.vt 23.q.1. parati s.

3 Hucuſq; B.Greg. eo. loco.

" verba bona qñq; mala intentione proferuntur.

d ¶*Verba.*] arg. " potius eſſe conſiderandã mentem alicuius, quã ipſa verba, vt 1. qu. 1. Marcion. & de conſec. diſt. 4. retulerunt. extr. de ver.ſig. prętereà. & c.intelligentia. 23. qu. 1. imparatus. in princi. ff.de in ius voc.l.quamuis[b]. Sed hoc verum eſt cum conſtat de intellectu. aliàs in dubijs à verbis non eſt recedendũ. ff.de leg.3.non aliter. ff.de exerc.l.1.§. ſi is qui nouem. ext.de de ſponſ.ex literis.

" Mens potius, q̃ verba attendi debet.

b Ad idem 38.diſtin ſedulò.92. di. c.1. s̃. e.q.2. is autem.

SI ERGO. Casvs. Concludit Grat.ex ſu pradictis, dicens quòd ſi Deus ita accipit verba foris, qualia ex intimis proferuntur, etſi verba debent deſeruire intentioni, & non èconuerſo, apparet ꝙ Deus nõ ſic accipit iuramentũ ſicut ille cui iuratur intelligit: ſed poti' ſicut ille q iurat.

ITEM OBIICITVR. Casvs. Adhuc obijcit Grat.& probat in hoc §. ſeq. quòd iuramentum debet intelligi ſecundum intẽtionem iurantis, & nõ eius cui iuratur. & hoc probat per duo exempla in illis poſita.

ITEM SI INNOCENS. Casvs. Adhuc probat in hoc 3.§. quòd ſecundum intentionem iurantis debet intelligi iuramentum. Ego accuſatus de crimine ſcripſi ſuper aliquam chartulam, qualiter iurare volebam me eſſe immunem à delicto, ſed aduerſarius meus volens me peierare, ſubripuit illud breue quod ſcripſi, & ſuppoſuit aliud, in quo continebatur me crimen comiſiſſe. cum ego iuraſſem ſicut in illo breui continebatur, arguebat me periurij: & dicitur hic, quòd ego nõ ſum periurus.

IVramenti.] Casvs. Adhuc probat Gratia. per hoc cap. quòd iura-

iurat a, vt quod verum eſt, eloquatur. Et ideo Dominus inter iuramentum, & loquelam noſtram, nullam vult eſſe diſtantiam b: quia ſicut in iuramento nullam conuenit eſſe perfidiam, ita quoque in verbis noſtris nullum debet eſſe mendacium: quia vtrunque & periurium & mendacium diuini iudicij pœna damnatur, dicente ſcriptura, [Os, quod mentitur, occidit animam.] Quiſquis ergo verum loquitur, iurat, quia ſcriptum eſt [Teſtis fidelis non mentitur.]

Idem †.

¶Antequàm aliquis iuret, peierat, ſi contra conſcientiam iurare parat.

CAP. XIII.

Qui peierare paratus eſt, antequàm iuret, iam periurus eſſe videtur: quia Deus non ex operibus c iudicat, ſed ex cogitationib. & ex corde.

Ex his omnibus colligitur, quòd iuramenta ſecundum intentionem præſtantis, non recipientis à Deo iudicantur. Quomodo ergo ſecundum Iſidorum quacunq; arte verborum quis iurat, Deus ſic accipit, ſicut ille, cui iuratur, intelligit? Sed ſicut aliud eſt, callida arte verborum iurare, aliud ſimpliciter intentionem ſuam iurando enuntiare, ſic aliud eſt ſimplici intentione iuramentum factum recipere, aliud in recipiendo calliditate vti: quia ſicut quiſquam apud Deum non valet aliquem lædere, ſic nec præter eius intentionem valet quis alicui ſubuenire. Deus autem duplicitatis aſpernator ſimplicem intentionem vtriuſque conſiderat: & tam ex parte recipientis, quàm ex parte præſtantis verborū artem aſpernatur & odit.

4 *De ætate verò iurantium quæritur, qua ætate quiſque ad iurandum debeat cogi. De quo in primo libro capitularium, c. 63. ſic inuenitur definitum.*

¶Ante rationabiles annos, aliqui non cogantur iurare.

CAP. XIIII.

1 Paruuli, qui ſine rationabili ætate vt, non cogantur iurare, d ſicut a Gunebodigni faciunt. Et qui ſemel periuratus fuerit, nec teſtis ſit poſt hoc, nec ad ſacramentū accedat, nec in ſua cauſa, e vel alterius iurator exiſtat.

A ¶Sicut Gunebodigni faciunt.] *Addita iſthæc ſunt ex originali.*
Item ex concilio Eliberitano.

¶Ante quatuordecim annos nullus iurare cogatur.

CAP. XV.

2 Pueri ante annos quatuordecim non cogantur iurare. Puella f quoq; ſi in puerili ætate ſita in domo patris, illo neſciente, iuramento ſe conſtrinxerit, & pater eius, vt audierit, ſtatim g contradixerit, vota eius, & iuramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.

¶*Burchardus hoc citat ex concilio Hibernenſi: vt alia, quæ concilio Eliberitano tribuuntur.*

Item Cornelius Papa. 3

¶De eodem, & vt à ieiunis iuramenta præſtentur.

CAP. XVI.

4 Honeſtum etiam videtur, vt qui in ſanctis audet † iurare, hoc ieiunus h faciat cum omni honeſtate, & timore Dei: & vt pueri ante annos quatuordecim non cogantur iurare.

iuramentum dēt intelligi ſecundum intentionem proferentis. Dicit ergo Chromatius, ꝙ quicunque iurat, ideo iurare debet, vt verum loquatur. vnde Deus inter iuramentum, & communem loquelam differentiam non facit: quia ſicut in iuramento non debet eſſe perfidia, ita nec in loquela noſtra, & ſi quis contrafecerit, pœna diuini iudicij damnabitur. & hoc ꝓbat auctoritate domini dicentis: Os quod mentitur, &c. Seq. capi. per ſe patet.

a ¶*Ad hoc iurat.*] i. iurare debet.

b ¶*Diſtantiam.*] quātum ad hoc, cum mortaliter peccat qui ſimpliciter dicit falſum, ſicut qui ſub iuramento dicit falſum, magis tamen peccat peierando quàm mentiendo a ſolidius ſubſiſtit vbi iuramentum interponitur, vt ſ. e. q. 1. §. 1. ca. 1. " ſed tamen plus operatur ſacramentū, quàm ſimplex promiſſio, vt ext. de iureiu. debitores. Item hic eſt arg. quòd ex nudo pacto oritur actio, vt 12. q. 2. quicunque ſuffragio. & q. 5. quia Ioannes. Ioan.

Qui peierare.] c ¶*Nō ex operibus.*] Deus potius conſiderat animum, quàm factum, vt 15. quæſtio. 6. cap. 1. & Deus interrogat cor, & non manum. 14. qu. 5. ſi quid. ſic 32. q. 5. propoſito.

EX HIS OMNIB. Casus. Concludit Gratia. ab illo §. *Sed obijcitur.* ꝙ iuramenta iudicantur à Deo ſecundum intentionem facientis, & non recipientis. & poſteà ſoluit prædictam cōtrarietatem, dicens quòd ſimplicitas quandoque eſt ex parte facientis, quandoque ex parte recipientis: & ſimiliter dolus quandoque eſt ex parte facientis, quandoque ex parte recipiētis. ex quacunq; ergo parte eſt, Deus videns cordis ſimplicitatē ſic accipit ſicut illa pars intelligit, quæ ſimpliciter intelligit: artem enim verborum Deus ſemper aſpernatur & odit.

DE ÆTATE. Hæc eſt quarta pars queſtio. in qua probat quando & in qua ætate ſit iurandum, & quando nō: & hæc eſt q. incidens. Io. de Fan.

Casus. Quia ſ. facta eſt mentio de iuramento: ideo nunc oſtendit Grat. in qua ætate poſſit quis ad iuramentum cogi, & ꝙ intra pubertatis annos nullus compelli debet. ĩ. ca. 1. & 2. poſteà verò compelli poteſt.

Paruuli.] Casus. Quæſitum fuit in qua ætate paruuli cogantur iurare. Et reſpondetur, cum ſunt in ætate rationabili, & ſi quis cum iurare poteſt, ſemel peierauit, de cætero teſtis eſſe non poteſt: nec in ſua, vel alterius cauſa erit iurator. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt vſque ad §. de forma.

d ¶*Iurare.*] " nec teſtis eſſe poteſt, vt 4. qu. 3. c. 1. Et ideo hoc eſt, quia iuramento debet adeſſe iudicium: ſed hæc ætas neſcit quid agat. vt C. de fal. mo. l. 1. Item quia impubes non poteſt peierare, vt ff. de iureiur. l. qui iuraſſe. vnde ſacramentum calumniæ præſtare non poteſt. poſſet tamen dici ꝙ ſi eſt doli capax, b ꝙ tūc calumnioſè petere poteſt, vt ext. de delict. puer. c. 1. & ſi nouerit veritatem, quòd bene præſtabit ſacramentum calumniæ: argu. C. de iureiur. propter calumniam. l. 2. §. 1. Sed de veritate dicēda bene poteſt iurare. Nam ab impuberibus & timidis ſumitur initium quæſtionis, vt ff. de quæſt. vnius. in princi. Itē impubes ferula ꝑcutitur ꝓ veritate dicēda, vt ff. ad Syll. l. 1. §. impubes. & tenet cōfeſſio q̃ facit, licet contra eā poſſet reſtitui, vt ff. de confeſ. l. certū. §. pe. Io. qđ falſum ē, niſi ſit doli capax, cū hoc cap. cōtradicat B. hoc aūt certū, ē ꝙ ſi aliqs ſpōte receperit iuramētū minoris, bn̄ valet & tenet tale iuramētū, vt ff. de iureiu. l. q iuraſſe. Item in hoc caſu pōt qs cōueniri rōne iuramenti qđ ꝑſtitit dū eſſet impubes, vt ſi impubes iurauit ſe ꝑſtiturū opas, ipſe impubes factus bn̄ conuenitur de hoc iuramento, vt ff. de libe. cau. l. vlt. in fi.

e ¶*Cauſa.*] Sed e nōne ſi agere vult piurus in ꝓpria cā, audiret, quia nulli prohibet agere ī ꝓpria cā, vt 4. q. 6. oib? ſed agere nō pt niſi ꝓſtet ſacramentū. Itē nōne iudex vel altera ps pt ei deferre ſacramentum? Ad hoc dicas ꝙ hæc lex ſumpta eſt de Lombarda, ſcđm q̃ nō iuratur de calumnia. patet ergo ꝙ loquitur hic de alio iuramento: & pt dici ꝙ loquit hic de iuramento purgationis, i. vt nec ſe, nec alios poſſit expurgare. ex hoc ſequitur ꝙ ſi ſuſpicio aliqua eſt contra periurum, ſtatim habet ꝓ conuicto, cū ſe expurgare nō poſſit: & imputet ſibi qui in talem caſum incidit: qa culpa ſua illud ſuſtinet, vt 15. q. 1. ſi qs inſaniēs. ex quo. n. ſemel peierauit, ꝓſumit ꝙ ſp debeat peierare, vt 2. q. 7. nō pt. vnde amodo non eſt ſacramento ſuo credendum, vt extr. de præſumpt. literas. ea tn̄ iuramenta, quæ oneris ſunt potius q̃ honoris, bene præſtabit, vt iuramentum calumniæ. ſimiliter dominis ſuis iurabit in cauſa feudi, contra 47. di. quantumlibet. ext. de re iud. in cauſis.

f *Pueri.*] *Puella.*] Idem eſt in puero, vt ſ. ea. q. 4. tribus.

g ¶*Statim.*] Filij iuramentum debet pater reuocare, quàm citò ſcit d, vt hic dicitur: ſed votum religionis non tenetur ſtatim reuocare cum ſcit: ſed vſque ad annum & diem contradicere poteſt, vt 20. qu. 2. puella. aliter tamen eſt ſ. diſtinctum, ſ. 20. q. 2. in prin.

h *Honeſtum.*] ¶*Hoc ieiunus.*] ſimiliter teſtimonium debet dicere ieiunus, vt ext. de teſti. placuit. Quæ à ieiunis fieri debeant, no. de conſec. di. 1. ſacramenta. tamen quod hic dicitur, magis eſt honeſtum, quàm iuſtum. Io.

Sap. 1. Prouerb. 14.
† al. item.
a Dic ergo, ꝙ ł3 Deꝰ n̄ faciat dr̃iam inter loquelā & iurm. eccleſia tn̄ facit, qa mēdax ſimplex non patitur pœnā quo ad infamiā & repulſionē teſtimonij, vel quin poſſit ꝓmoueri. ſed ſecus ī mēdace iurato. & hoc intelligas, ex quo ſimpliciter mēdax ē de crie emēdatus, ſecūdū dec. extr. de teſt. teſtimoniū. ſm̃ H.
" iurm plus opatur quā ſimplex promiſſio.
" impuberes an poſſint iurare.

b Dicit Az. ꝙ hoc nō ē verū, quis ſit doli capax. ar. C. đ iu. ca. l. 2. §. i. ſed de veritate dicēda bene. ff. de cōfeſ. certū. §. minorem. ar. ff. đ adm. tut. l. 1. in fi ſecūdū L. & hoc eſt qđ ſequitur.
1 Iuo p. 12 c. 23. Pan. l. 8. c. 103.
2 Bur. l. 12. c. 26. Iuo p. 12. c. 81. Pā. l. 8. c. 104. & 105.
c Ad hæc ꝙ periurus repellatur ab agēdo intellige verū qn̄ venit cōtra contractum iuramento celebratum ſup actione aliàs intentata, vt hic. aliàs aūt nō reperitur ꝙ periurus repellatur ab agendo, vt no. Do. in c. dilecti. de exce. & Ant. de Bu. in c. itelleximꝰ. ext. de iudi. itē ēt adde ꝙ ſemel periurus perdit priuilegium probādi impedimentū. cōc. Ale. de Imo. in l. nō exigimus. §. qđ diximus. ff. ſi qs cau. & p. Bal. in aut. & q iurat. C. đ bo. auct. iu. poſ. ibi in princ.
3 Capit. l. 1. c. 63.
4 Bur. l. 12. c. 12. Iuo p. 12. c. 69. & 33. Pā. l. 8. c. 120. Capit. præced.
† al. habet.
d Ad idem concordat H. qui exponit ſtatim, i. ex quo ſciuit, & potuit.

¶Cæteri etiam collectores citant ex decretis Cornelij Papæ. Extat autem libro primo capitularium cap. 63. nonnullis prætereà verbis interiectis. Et inde refert primam huius capitis partem Iuo c. 33.

Prætereà ſunt quædam tempora, quibus iurare prohibemur.

Vnde in concilio apud ſanctum Medardum habito.

¶Quibus temporibus iurare prohibemur.

CAP. XVII.

1 DEcreuit ſancta ſynodus, vt à Septuageſima [a] vſque in octauam Paſchæ, & ab aduentu Domini vſque in octauam Epiphaniæ, necnō & in ieiunijs Quatuor temporū, & in Litanijs, [b] maioribus, & in diebus Dominicis, & in dieb. Rogationum (niſi de concordia & pacificatione) nullus ſuper ſacra Euāgelia iurare præſumat.

5 De forma verò fidelitatis, & quid quiſque debeat domino, vel ècōuerſo, ſic inuenitur in epiſtola Fulberti Epiſcopi 2.

¶Quæ in fidelitate ſunt obſeruanda.

CAP. XVIII.

3 DE forma fidelitatis aliquid ſcribere monitus, hæc vobis, quæ ſequuntur breuiter ex librorum auctoritate notaui. Qui domino ſuo fidelitatem iurat, iſta ſex ſemper in memoria debet habere: incolume, tutum, honeſtum, [c] vtile, facile, poſſibile 4. Incolume videlicet, ne ſit in damnū domino ſuo de corpore ſuo. Tutum, ne ſit ei in damnum de ſecreto [d] ſuo, vel de munitionibus [e], per quas tutus eſſe poteſt. Honeſtum, ne ſit ei in damnum de ſua iuſtitia, vel de alijs caſis, quæ ad honeſtatem [f] eius pertinere videntur. Vtile, ne ſit ei in damnum de ſuis poſſeſſionibus. Facile, vel poſſibile, ne id bonum, quod dominus ſuus facere leuiter poterat, faciat ei difficile, neúe id quod poſſibile erat, reddat ei impoſſibile. Vt fidelis hæc nocumenta caueat, iuſtū eſt. Sed A quia non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat id qđ bonū eſt 5, reſtat, vt in eiſdem ſex ſupradictis conſilium [g], & auxiliū domino ſuo fideliter præſtet: ſi beneficio dignus [h] videri vult, & ſaluus eſſe de fidelitate, quam iurauit. Dominus quoque fideli ſuo in his omnibus vicem [i] reddere debet. Quod ſi non fecerit, meritò cenſebitur maleſidus: ſicut ille, qui B in eorum præuaricatione, vel faciendo, vel conſentiēdo deprehenſus fuerit perfidus, & periurus.

¶Epiſtola hæc Fulberti miſſa eſt è Gallia, deſcripta ex vetuſto codice eccleſiæ Beluacenſi: cuius hic eſt titulus, Glorioſo duci Aquitanorū. VV. Fulbertus Carnotenſis epiſcopus orationis ſuffragium.

A ¶Sed qa non ſufficit.] In ipſa epiſtola legitur: Sed non ideo caſamentum meretur: non ei ſufficit. Apud Iuonem verò, Sed non ideo caſſamentum† meretur. Non enim ſufficit, &c.

B ¶Qui in eorum.] In epiſtola legitur, ſi mox pūaricatione, apud Iuonem, ſi in eorum preuaricatione, In Pānormia verò vt apud Gratianū.

Auguſtinus.

¶De eodem.

CAP. XIX.

6 SI quis laicus iuramentum violando profanat, quòd regi, & domino ſuo iurat, & poſteà peruersè, & doloſè eius regnum tractauerit, & in mortem ipſius aliquo machinamento inſidiatur, quia ſacrilegium peragit, in Chriſtum Domini manum mittens, anathema ſit: niſi per dignam pœnitentiæ ſatisfactionem emendauerit, ſicut conſtitutum à ſancta ſynodo eſt, id eſt, ſeculum relinquat, arma deponat, in monaſteriū eat, & pœniteat omnibus dieb. vitæ ſuæ: veruntamen communionem in exitu vitæ ſuę cum Euchariſtia percipiat. Epiſcopus verò presbyter, diaconus, ſi hoc crimen commiſerit, degradetur.

¶Caput hoc in melioribus Gratiani codicibus non habetur. Burchardus & Iuo citant ex dictis Auguſtini. Simile autem habetur in concilio Tolet. 16. c. 8. ex Hiſpania miſſo.

¶Vt itaque ex præmiſſis apparet, mendacium nec ſimplici ſermone debet proferri, nec iuramento firmari. Mendacium autem non ſolùm in verbis, ſed etiam in ſimulatis operibus eſſe probatur.

Vnde Ambroſius ait in ſermone habito in Dominica de Ambraham.

---

a DEcreuit.] ¶Vt à Septuageſima.] in his ēt diebus cauſæ exerceri non debent. 15. q. 4. ca. 1. & 2. huic tamen c. & præcedenti obuiat conſuetudo preſcripta. Io.

b ¶In litanijs maiorib. vt ī feſto ſāncti Marci.

DE FORMA. Hæc eſt 5. pars q. in qua dicitur, ꝙ in ſeq. c. continetur. Io. de Fan.

CASVS. Suprà facta eſt mentio de iuramento: ſed quia fidelitas ſit iureiurando: ideò nunc oſtēdit Gra. quid fidelis domino, & ècōuerſo debeat facere.

1 Simile qd dā in ſchedis capitulariū è Gallia miſſis. Bur. l. 12. c. 20.

DE forma.] CASVS. Quidam rogauit Fulbertū epm vt ſcriberet ſibi quot debeāt contineri in iuramēto fidelitatis, quā facit vaſallus domino: qui reſcripſit ſex debere ibi contineri, ſ. incolume, tutū, honeſtū, vtile, facile, poſſibile: q̄ vaſallus ſemper dēt in memoria habere. Et ponit exemplum de illis ſex, in quib. omnib. dēt vaſallus dño conſilium & auxilium præſtare, ſi vult beneficio dignus videri, & ſaluus eſſe de fidelitate, & dominus in his omnibus vaſallo vicem reddere debet.

2 in vſibus feudo. lib. 2. tit. 6.

3 Iuo p. 12. c. 76. Pan. l. 8. c. 122.

c ¶Honeſtum.] Sic ergo honeſtas & poſſibilitas in omni iuramento ſunt intelligenda, vt s. e. q. 4. vnuſquiſq;. & ext. de iureiu. quemadmodum. ſed illud ſacramentum præſtant archiepi Romano Pontifici, vt extra de iureiur. ego. & ſubditi ſuis epiſcopis, vt 23. diſt. quāquam. " & Imperator Papæ, 63. diſt. t ibi domino. & licet generaliter iuret vaſallus domino, ſ. ꝙ in omnib. cauſis iuuabit ipsū, & contra quemlibet: tñ cōtra propriā patriā nō iuuabit ipſum, vt ff. de reli. minimè. nec contra Papā, vt ext. de iureiu. venictes. Sed quid ſi dñs vult filium vaſalli impetere: nunqd iuuabit ipſum contra filium? videt̄ ꝙ non: qnia nec contra filium excōicatū iuuabit. 11. q. 3. qm̄ multos. & arg. ad hoc. ff. de reli. minimè. & cōtrariū tñ dicit lex feudi in ti. quemadm. feu. amit. dicitur. n. ibi, ꝙ vaſallus obligatus eſt filio ſuo tm̄ vinculo naturę: ſed dño ſuo obligatus eſt vinculo iuramenti. Item non tenet̄ ipſum iuuare ſi iniuſtè impetit aliū. nec enim opem fert qui ad peccādū nos adiuuat, vt 14. q. 6. ſi res. " Item nunquid vaſallus pōt accuſare dñm? Non, vt hic pōt colligi: niſi proſequatur ſuam iniuriā. alioquin ſi accuſat, ꝑdit ius feudi: ſicut patronus qui accuſat libertum, perdit bonorū poſſeſſionem, vt ff. de bo. lib. qui cum maior. nec ēt teſtimoniū pōt cōtra ipſum ferre, nec in criminali cā, nec ēt pro ipſo, vt ext. de offic. deleg. cauſam.

4 Adde ꝙ ſimile obſequium dēt clericus eccleſiæ. l. 2. & ibi Albe. de Ro. C. de ad uo. diuer. iu. " imperator iurat Papæ.

5 Concor. l. iuſtitia. §. iuris pcepta. cū gl. ī ver. tribuere. ff. de iuſt. & iu. & ioſt. c. tit. & §. ī gl. ſup verſ. iur ſuū.

" Vaſallus dominū nō accuſat.

d ¶De ſecreto.] " ille qui prodit ſecreta alicuius, capite punitur, vt ff. de re mili. omne. §. 3. & C. de commer. & merc. l. 2. & ſic poteſt quis iurare ne prodat ſecreta alterius. argum. tamen eſt contra. 13. diſtin. nerui.

" Secretorū proditor capite punit.

† al. cauſamentum.

e ¶Munitionib.] Qui munitiones cedit hoſtibus, vel literas, vel nuntium vel aliquod ſignum eis mittit, incidit in crimen læſæ maieſtatis, vt ff. ad le. Iul. maie. l. 1. 2. & 3.

6 Anſ. l. 11. c. 74. Pol. l. 6. ti. 11. Bur. l. 12. ca. 21. Iuo par. 12. c. 78.

f ¶Ad honeſtatem.] vt nec cū vxore, nec cum filia cōmiſceatur: nec aliquid inhoneſti faciat in domo Domini, vt đ pę. di. 5. cōſideret.

g ¶Conſilium.] Vide qūo interpretatur hoc iuramētum: Ego iuro ꝙ nullū faciā tibi dānum, i. ego iuro ꝙ nec ego faciā, & ēt ꝙ alios faciētes prohibebo. ſic iterpretatur lex tale pactū, vt ſi aliqs fecit pactum ꝙ ſyluam non cæderet, vel vreret, etiam cuſtodire tenetur ne alius vrat, vel cędat, vt ff. loc. l. in lege. " idem videtur in omnibus negatiuis ꝓmiſſionibus, vt cum dicitur, promitto ꝙ non faciam: nō ſolùm teneor non facere, ſed etiam curare debeo ne fiat, vt ff. de verbor. ſign. facere. & de verb. ob. in illa ſtipulatione.

" ꝓmiſſiōes negatiuę ad duo obligāt

h ¶Dignus.] Ergo ſi clericus ꝑſtat patrocinium cōtra eccleſiam ſuam, vel epiſcopum ſuum, poteſt priuari beneficio ſuo. 96. diſt. ſi Imperator. & ext. de poſtu. c. ſi. Io. [a]

a Adde pro hoc text. ī l. alia. cū not. C. đ his qb. vt indi. Bal. & gl. ī ver. ū euitabit. c. j. ver. ſed & q delator. quę ſue. pri. cau. ben. amit.

i ¶Vicem.] Et ſic cadē fide tenetur quis ſubdito ſuo, ſicut ſubditus

tus domino,vt 95.diſt. eſto ſubiectus. & extra de iureiur.peruenit. & 32.q.6. nihil iniquius. & ſi non fecerit,priuatur illo: vel dominio quod habet in vaſallo, & tranſit feudum ad ſupiorē,vt ī lib.de feu. quē admodū.feu.amit.

1 Pann.l.8. c.127. VT ITAQVE. Hæc eſt ſexta pars qu. in qua dicitur ꝙ non ſolū verbis mentimur, ſed ēt factis.Io.de Fan. CASVS. Concludit Grat.ex ſupradictis, dicens quòd mendacium nec ſimplici loquela, nec in iuramento eſt aſſumendum. Poſteà oſtendit ꝙ mendaciū & verbis & factis fieri poteſt:ꝙ p ſeq.c.ꝓbat.

CAuete fratres.] CASVS. Ambroſ. monet fratres ſuos vt mendaciū vitent:oſtendens ꝙ mendacium fit duob. modis, ſ. verbis & factis. Nam ſi quis dicit ſe Chriſtianum & clericum, & non facit opera Chriſtiani, vel clerici, mendax eſt in operibus ſuis.

“factis mētimur, ſicut verbis.

a ¶Operibus.] “ Arg. ꝙ factis mentimur, ſicut verbis, & factis negamus Chriſtum, ſicut verbis.11.q.3.eſtimāt. & factis appellamus. ext.de app. dilecti.1.& factis prædicamus.43. diſt. ſit rector.

QVoties verò.] CASVS.Docet Hiero.in hoc cap.ꝙ ſi quis non congruo tpe & loco, & quod non conuenit audientib.loquatur:potius deſtruit audientes quàm ædificet. Vnuſquiſq; enim conſiderare debet quid, vel quando loquatur: quia pro quolibet verbo otioſo redditurī ſumus rationem. ſequ.§. per ſe patet.

b ¶Audientib.] fortè inſtruit rudes magna & ſubtilia, quod eſſe non debet. ſimi.8. q.1.opottet.& 43.diſt. c.1.Ioan.

EX HIS OMNIBVS. Hæc eſt ſecunda pars quæſtion. in qua probat, quòd multi in veteri lege puniebantur, ſed hodie tolerandi ſunt, niſi à iudicibus qui eos punire poſſunt, & hoc probat per quatuor ca. Ioan. de Fan. Matth.5. Exod. 21.

Casvs. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit G. ex ſupradictis dicens, quòd vindicta malorum Deo eſt reſeruãda, nec ſunt à nobis corporaliter puniendi, ſed benignè ad correctionem inuitandi: quod probat duabus auctoritatib. ſcilicet Euangelij, & Pauli apoſtoli. In ſecunda parte aſſignat differentiam inter vetus teſtamentum & nouum. Nam in veteri teſtamento terror fuit & timor, & pœna corporalis ſtatuta fuit: in nouo verò teſtamento manſuetudo & miſericordia: quod multis auctoritatib. probat. Et ad hoc inducit ſeq. ca. Secunda pars incip. ibi, *In lege enim veteris teſtamenti*. *Abba* Hebraicè, Latinè dicitur pater.

Matth.5. Rom. 21. Prouer.25. Iac.4. Exod. 20.

q ¶*Pro oculo.*]hoc eñ modo non licet niſi auctoritate iudicis, vt infrà eadem, cum in lege.

Matth.5.

r ¶*Diligite.*]hoc tenemur facere quantum eſt in nobis, vt 11.q.3. inter verba.

Exod.19.& alibi. Luc.15.

ſ ¶*Ciba.*]dum tamen ratione cibi non negligat iuſtitiam, vt 5.q.5. non omnis. Item ſi poteſt laborare, & ſe immiſceat eleemoſynis, redigendus eſt in ſeruitutem. C. de mendic. valid. l. vna. libro 11.

Matth.9. Luc. 6. Matth.3.

t ¶*In filios.*]imitatione, non ſanguine. vel intelligas de conſenſu, de locutione, & opere. 5. diſtinct. 6. ſed penſandum.

† al. appropinquauit.

Act.2. Exod.1. Gal. 3.

u ¶*In pædagogum.*]id eſt, in magiſtrum. ſicut enim per magiſtrum aliquis coercetur, ita ipſi per legem.

a ¶*Spiritum.*] id eſt, ſeruilem timorem.
b ¶*Adoptionis.*] i. filialem timorem, i. amorem. Io. de vtroque infrà eadem quæſtio. §. ex his.

Rom.8.
CVm in lege.] Casus. Grego. exponendo illud Euangelij: Simile factum eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo, vbi fecit mentionem de tauris & altilibus, oſtendit differentiam inter patres, veteris & noui teſtamenti. nam patres veteris teſtamenti per tauros ſignificātur: quia ſicut tauri ſe defendendo alios cornibus percutiunt: ita & patribus veter. teſtam. permiſſum fuit vt aduerſarios ſuos virtute comprimerent, & iure [a] gladij ferirent. Per altilia verò patres noui teſta. figurantur: quia ſicut aues penna contemplationis terrena contemnendo ad cœleſtia ſublimantur.
Matth. 22. Eſt hom. 38. Leuit. 19. a Al. ore.

Luc. 6. c ¶*Et odio.*] ſed nonne odium habere eſt mortale peccatum, vt 25. diſt. §. criminis. quare ergo hic dicit, quòd hoc permittebatur iuſtis? potes dicere iuſtis aliàs. Vel dic quòd qui vlciſcebatur ſe ſine odio, non peccabat: qui autem cum odio, licet contra legem non fecerit, tamen peccauit, ſicut dando libellum repudij peccauerunt, licet à lege hoc eis permittebatur. extra de diuort. gaudemus.
† al. ſignificantur] Ori.
d ¶*Per altilia.*] de quibus in Euangelio fit mentio. H.

HIS ITAQVE. Casus. Nunc Grat. reſpondet c. ſupradictis, dicēs ꝙ quædā ſunt delicta quorum pœna eſt Deo reſeruanda, nec ſunt à nobis corporaliter punienda, ſcilicet cum deliquentes non ſunt noſtræ iuriſdictioni ſubiecti, vel cum delicta illorum probari non poſſunt, etſi nobis nota ſint. De his enim qui non ſunt noſtræ iuriſdictionis, teſte Apoſtolo iudicare non poſſumus, nec vitare debemus eos. Et ad hoc inducit ſequēs capitu. cuius caſus patet.
1. Cor. 5.
e ¶*His.*] ſ. auctoritatibus, quibus probauit

gelio autem populus gratiæ liber, & adultus filiali amore, & hæreditatis certitudine ad cultum diuinæ ſeruitutis inuitatur. Unde, cum quidam legem, quaſi coercentem, prædicarent eſſe tenendam ſimul cum gratia, ait Apoſtolus [*Non enim accepiſtis ſpiritum [a] ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis [b] filiorum, in quo clamamus, abba pater.*] ¶ *Hinc etiam Gregorius ait in expoſitione Euāgelij* [*Simile factū eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo.*]

¶In lege cuique permittebatur diligere amicum, & odire inimicum.

CAP. XVI.

CVm in lege ſcriptum ſit § Diliges amicum tuum, & odio [c] habebis inimicum tuum, § accepta tunc licentia iuſtis fuerat, vt Dei inimicos, ſuoſque aduerſarios, quanta poſſent virtute cōprimerent, eoſque in ore A gladij ferirent. Quod in nouo proculdubio teſtamento compeſcitur, cùm per ſemetipſam veritas prædicat dicens § Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos: § Qui ergo per tauros, niſi veteris teſtamenti patres ſignantur†? Nam dum ex permiſſione legis acceperant, quatenus aduerſarios ſuos odij retributione percuterent: (vt ita dicam) quid aliud, quàm tauri erant, qui inimicos ſuos corporeæ virtutis cornu feriebant? Quid verò per altilia [d], niſi patres noui teſtamenti figurantur? qui dum gratiam internæ pinguedinis percipiunt, æternis deſiderijs innitentes, ad ſublimia contemplationis ſuæ pennis ſubleuantur.

A ¶ In ore.] *In originali & quatuor Gratiani vetuſtis, eſt*, iure gladij.

His [e] ita reſpondetur: Sunt quædam, quæ ſalubri duntaxat admonitione ſunt corripienda, non corporalibus flagellis animaduertēda: ſed eorum vindicta diuino examini tantùm eſt reſeruenda, quando in delinquentes videlicet diſciplinam exercere non poſſumus, vel quia non ſunt noſtri iuris, vel quia illorum crimina, etſi nobis nota ſunt [f], tamen manifeſtis indicijs probari non poſſunt. ¶ *De his, qui non ſunt noſtri iuris, ait Apoſtolus in 1. epiſtola ad Corinth.* [*Quid enim mihi attinet de his, qui foris ſunt, iudicare: de his enim Dominus iudicabit.*] *Quod Auguſtinus exponens, ait.*

¶*Senſus huius capitis habetur apud beatum Auguſtinum de pœnitentia medicinæ, cap. 3. verba verò ferè omnia ſunt in glo. ordin. 1. Corinth. 5. ad verſic.* alioquin, *& interlineari ad verſic.* intus.

¶ Infidelium colloquia, & conuiuia non ſunt euitanda.

CAP. XVII.

INfideles nō poſſumus Chriſto lucrari, ſi eorum colloquium vitamus, & conuiuiū. [g] Vnde & Dominus cum publicanis, & peccatoribus manducauit, & bibit. In his verò, qui intus ſunt [h], id eſt, infidelibus putredo reſecanda eſt.

Hinc etiam cum propheta dicit [*Facit Dominus iudicium omnibus iniuriam patientibus,*] *exponendo addidit Auguſtinus:* [*ab his, qui non ſunt ſui iuris, in quos nequit diſciplina exerceri.*] *Item, quando multitudo eſt in ſcelere, nec ſalua pace eccleſiæ mali puniri poſſunt: tolerandi ſunt potius, quàm violata pace eccleſiæ puniendi.*

Vnde Auguſtinus ait in libro de fide, & operibus, capitulo quarto, & quinto.

¶Quædam mala punienda ſunt, & quædam toleranda.

CAP. XVIII.

1 QVidam verò econtrario periclitantes, cum bonorum, malorumque permiſtionem in eccleſia demonſtratum, ſeu prædictum eſſe perſpexerint, & patientiæ præcepta didicerint, (quæ ita nos firmiſſimos reddunt, vt etiam ſi videntur in eccleſia eſſe zizania, non tamē impediatur, aut fides, aut charitas noſtra, aut quoniam zizania in eccleſia eſſe cernimus, ipſi de eccleſia recedamus) deſtituendam A putent eccleſiæ diſciplinam, quandam peruerſiſſimam ſecuritatem præpoſitis tribuentes, vt ad eos non pertineat, niſi dicere [i], quid cauendum, quidúe faciendum ſit: quodlibet autem quiſque faciat, non curare. Nos verò ad ſanam doctrinam pertinere arbitramur ex vtriſque teſtimonijs tutam ſententiam moderari: vt & canes in eccleſia propter pacem eccleſiæ toleremus: & canibus ſanctum, vbi pax eccleſiæ tuta eſt, non demus. Cum ergo ſeu per negligentiam præpoſitorum, ſiue per aliquam excuſabilem neceſſitatē, ſiue per occultas obreptiones inuenimus

malos eſſe tolerando ſ.
f ¶*Nota ſunt.*] ſ. 11. quęſtio. 3. corū. & 30. quæſtione quinta, nullum. 2.
g INfideles.] ¶ *Et conuiuium.*] ſ. 11. quæſtio. 3. ad menſam. arg. contra. 28. quæſtio. 1. omnes. & capitu. nullus. Sol. hic loquitur de paganis, ibi ſpecialiter de Iudæis. [b]
b Sub. nomē Chriſti abhorrētibus.
h ¶ *Qui intus ſunt.*] quandoque etiam Iudæos punit eccleſia. extra de vſur. poſt miſerabilem. & 17. quæſtione quarta, conſtituit. Luc. 5.

HINC ETIAM. Gratian. adhuc probat auctoritate Aug. exponentis verba prophetæ, quòd in ijs quę non ſunt noſtri iuris, nequit diſciplina exerceri. Poſteà ponit alium caſum, in quo mali ſunt potius tolerandi, quàm puniendi, ſ. quando multitudo eſt in ſcelere, & ſchiſma timetur ſi corrigantur. & ad hoc inducit ſequens capitu. Pſal. 145.

QVidam.] Casus. Stulti quidam dicebant, quòd ſi prælati vident publicè delinquentes, qui per zizania ſignificantur, nil aliud facere debent, niſi indicare illis quid ſit faciendum vel vitandum. et ſi ſunt incorrigibiles, debent recedere ab eis. Aug. verò contrarium dicit: quia cum canes ſunt in eccleſia, debemus eos propter ſcandalum tolerare vſque in finem, neque recedere ab eis: ſed ſanctum eis dare non debemus, vbi pax eccleſiæ eſt tuta: vbi verò dat poteſtas corrigendi ſine ſcandalo, tunc prælati dormire non debent, ſed ad bonum malos debent coercere, ita vt nec ſint negligentes, nec obtentu diligentiæ ſæuiant in peccatores. & eſt ordinanda ſic conſtructio. "Quidam putant deſtituendam eccleſiæ diſciplinam, &c. Vel legas ſuſpenſiuè à principio vſque ibi, *Deſtituendam putant.*
1 Pol. l. 7. ti. 7. Anſ. l. 12. c. 63.
" Ordo lrǣ.
i ¶*Niſi dicere.*] "non ergo
" Prælatus quid facere debet.

ergo ſufficit quòd prælatus inſtituat quid ſit faciendum, niſi etiam puniat non facientes, vt ȷ. e. q. 5. non eſt innocentiæ. & 47. diſt. quod ad nos. ſicut non ſufficit domino prohibere ne cum ſeruo ton trahatur, quin teneatur ipſe de peculio, vt ff. de pecul. l. ſi quis ſeruum. & ff. de verb. obl. qui ſeruum. & ibidem. l. ſeruus vetante. arg. tamen contra eſt 43. diſtinctio. in capitulo, Epheſijs.

†nec] Orig.

a ¶ *Non poſſumus.*] ſine ſcandalo: vel quia eſt occultum, 6. quæſt. 1. ſi omnia.

b ¶ *Nec patientiæ.*] quandoque enim remiſſio ſe mentitur pietatem, vt 41. diſtinctio. ſæpe.

CVm quiſque.] CASVS. Parmenianus dicebat quòd nullus peccator eſt anathemate feriendus. Aug. verò contra ipſum ſcribens oſtendit, quòd ſi quis peccator deprehenditur in crimine mortali quòd ſit notum, & apparet omnibus execrabile, anathemate feriatur, ſi periculũ ſchiſmatis non timetur.

†al. coërctionis]

c ¶ *Vbi periculum.*] cũ ergo periculum ſchiſmatis timetur, mali non ſunt excommunicandi, vt 50. diſtin. vt conſtitueretur. infra e. ipſas pietas. & capitu. non poteſt. Sed contrarium eſt 24. quæſtio. 3. ecce. ſed ibi cum non timeretur ſcandalum. Item cõtra ext. de reg. iur. qui ſcandalizauerit. "Sed hic loquitur de veritate diſciplinæ, quę poteſt quandoque deſeri pro ſcandalo. ibi de veritate iudicij, quæ ſemper præualet ſcandalo.

"Veritas diſciplinę q̃que poteſt deſeri.

EST ET ALIA. Hæc eſt 3. pars quæſt. in qua loquitur de præſcitis & prædeſtinatis. Ioan. de Fan.

1 Poly. ibid. Iuo p. 2. cã. 97. Pann. in prolo. c. 13. & 14.

CASVS. Oſtendit G. aliam cauſam quare mali non ſunt flagellandi. Nam ſi peccatores ſunt ſaluandi ad vitam, ſine correctione cõuertentur, vt Petrus. Si verò damnandi ſunt, inter flagella fiunt deteriores, vt Pharao. Bonis ergo flagella ſunt ſuperflua, malis verò inutilia. Poſteà reſpondet huic allegationi per c. ſeq.

uenimus in eccleſia malos, quos eccleſiaſtica diſciplina corrigere, aut coërcere non poſſumus [a]: tunc, ne † aſcendat in cor noſtrum impia, & pernicioſa præſumptio: qua exiſtimemus nos ab his eſſe ſeparandos, vt peccatis eorum nõ inquinemur, atque ita poſt nos trahere conemur, veluti mundos, ſanctoſque diſcipulos ab vnitatis compage, quaſi à malorum conſortio ſegregatos, veniant in mentem illæ de ſcripturis ſimilitudines, & diuina oracula, vel certiſſima exempla, quibus demonſtratum, & prænuntiatum eſt, malos in eccleſia permiſtos bonis vſque in finem ſeculi, tempuſque iudicij futuros, & nihil bonis in vnitate, ac participatione ſacramentorum, qui eorum factis nõ conſenſerint, obfuturos. Cum verò eis, per quos eccleſia regitur, adeſt ſalua pace poteſtas diſciplinæ aduerſus improbos, aut nefarios exercendæ, tunc rurſus, ne ſocordia, ſegnitiaque dormiamus, alijs aculeis præceptorũ, quæ ad ſeueritatem coërcitionis † pertinent, excitandi ſumus, vt greſſus noſtros in via Domini ex vtriſque teſtimonijs illo duce, aque adiutore dirigentes, nec patientiæ [b] nomine torpeſcamus, nec obtentu diligentiæ ſæuiamus.

A ¶ Deſtituendam.] *Apud Auguſtinum legitur,* inſtituendam putant eccleſiam, & diſciplinam: *ſed cęteri collectores cum Gratiano concordant. Multa verò alia ex illis, & originali in toto hoc capite ſunt reſtituta.*

Item contra epiſtolam Parmeniani, libr. 3. c. 2.

¶ Leuius occulta, ſeuerius autẽ puniẽda ſunt ab eccleſia delicta manifeſta.

CAP. XIX.

1 CVm quiſque fratrum, id eſt Chriſtianorum intus in eccleſię ſocietate conſtitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehenſus, vt anathemate dignus habeatur, fiat hoc, vbi periculum [c] ſchiſmatis nullum eſt. *& infrà.* ¶ Quando ita cuiuſque crimen notũ eſt omnibus, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorſus, vel non tales habeat defenſores, per quos poſſit ſchiſma contingere, non dormiat ſeueritas diſciplinæ.

3 *Eſt & alia cauſa, qua correptio verberum, vel verborum videtur eſſe inutilis, vel ſuperflua. Prædeſtinati enim ad vitam ſine correptione mutantur: ſicut Petrus, quem Dominus reſpiciens nemine corripiente commouit ad lachrymas. Præſciti ad mortem inter flagella deteriores fiunt: ſicut Pharao. Bonis ergo ſuperflua, damnandis hæc inueniuntur eſſe inutilia. His ita reſpondetur auctoritate Gregorij, & Auguſtini, Auguſtinus enim in libro de correptione, & gratia, c. 5. ſic ait.*

¶ Sicut ab oratione ceſſandum non eſt, ſic nec à correptione.

CAP. XX.

SIcut non eſt ab oratione [d] ceſſandum pro eis, quos corrigi volumus, etiam ſi nullo hominum orante pro Petro Dominus reſpexit eum, & fecit eum ſuum peccatum flere, ita non eſt negligenda [e] correptio, quamuis Deus, quos voluerit, etiam non correptos faciat eſſe correctos. Tunc autem correptione proficit homo, cum miſeretur, atque adiuuat, qui facit, quos voluerit, etiam ſine correptione proficere.

Gregorius verò in dialogo, lib. 1. capitu. 8.

¶ Soli prædeſtinati ſaluantur, qui in poſtulando ſuo labore meruerunt.

CAP. XXI.

2 OBtineri nequaquam poſſunt, quę prædeſtinata non fuerunt. Sed ea, quæ ſancti viri orando efficiunt, ita prædeſtinata ſunt, vt precibus obtineantur. Nam ipſa quoque perennis regni prædeſtinatio ita eſt ab omnipotenti Deo diſpoſita, vt ad hoc electi ex † labore perueniant: quatenus poſtulando [f] mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante ſecula diſpoſuit donare.

Item Auguſtinus in libro de prædeſtinatione, & gratia, capitu. decimoquinto.

¶ Occulto Dei iudicio mali obdurantur flagellis, boni emendantur.

CAP. XXII.

NAbuchodonoſor pœnitentiam meruit fructuo-

SIcut non eſt.] CASVS. Quidam dicebant quòd ſuperflua eſt correctio circa peccatores: cum Deus ipſe corrigat quos voluerit. & hoc probant exẽplo Petri, quem nullo homine corrigente correxit vt voluit. ſed Grego. & Aug. dicunt quòd licet Deus corrigat quos velit, tamen ſicut non eſt ceſſandum ab oratione pro eis quos corrigi volumus, ita nõ eſt ceſſandum à correctione: quia per exteriorem correctionem proficit homo interius. Luc. 22.

d ¶ *Ab oratione.*] multiplex eſt cauſa quare non debemus ceſſare ab oratione malorum, vel eorum correctione. Luc. 22. Nam quædam ſunt ita prædeſtinata, vt præcibus obtineantur, vt ȷ. c. prox. Item quia neſcitur quis ſit de numero prædeſtinatorum, & quis non: & de nemine eſt deſperandum quandiu eſt in hac vita, vt de pœniten. diſtinctione ſeptima, nemo. & quia Deus ſæpe aliquid promittit quod poſtea mutat, ſi videt homines negligentes, vt de pœnitent. diſtinctione prima, prędixerat. & tamen ſi non proſunt illi pro quo oratur, proſunt ſaltem oranti: iuxtà illud: Oratio mea in ſinu meo cõuertet. Io.

e ¶ *Negligenda.*] de pœnit. diſt. 7. nemo.

OBtineri.] CASVS. Dicitur in hoc capitu. quòd quę prædeſtinata non ſunt, precibus obtineri non poſſunt. 2 Burc. l. 20. c. 19. Iuo p. 17. c. 31. Sed etiam quæ prædeſtinata non ſunt, ſæpe precibus obtinentur, ſi ea ita prædeſtinata ſunt, vt precibus obtineantur. Et quòd aliqua ita ſint prædeſtinata oſtendit à maiori: quia ipſum regnum cœleſte ſic eſt multis prædeſtinatum, vt precibus obtineatur & labore. † al. pro

f ¶ *Poſtulando.*] Nec ideo voluit Dominus ſuſcitare quartum mortuum, quia non fuit pro eo petitum, vt infrà de pœniten. diſtinc. prima, §. ex his itaque. ver. Chriſtus quoque.

NAbuchodonoſor.] CASVS. Hic hunc caſum ſic ponit. & ſic mihi videtur melius quàm Bene. Dicitur in hoc cap. quòd quidam per

Dan. 4. Exod. 5. vſque ad 15.

per flagella Dei emendantur: quidam verò deteriores fiunt. Et hoc oſtendit per Nabuchodonoſor, qui flagellatus à Deo pœnituit, & reſtitui ſibi regnum promeruit. & per Pharaonem, qui flagellatus à Deo non pœnituit, ſed magis induratus fuit, & tandem perijt ſubmerſus. vnde Augu. quærit quare hæc diuerſitas fuit inter eos. ſcilicet quòd ex eodem medicamento, & ab eodem confecto & dato vnus eorum ſaluatus eſt, & alter perijt. & ſupponit hoc ideo eſſe, quia vnus illorum pœnituit inter flagella, alius verò induruit libero arbitrio. Bene. verò ſic caſum illum ponit. Quidam diſputans cum Aug. quęrit ab eo cauſam, cum Deus ſit vnus creator bonorum & malorum hominum, cur ſaluet vnum & non alium: cum omnes ſaluare poſſit. Et reſpondet Aug. nullam aliam cauſam eſſe, niſi quia ſic Deo placet: & hoc oſtendit per exempla duorum regum, ſcilicet Nabuchodonoſor & Pharaonis, quia licet æqualis cōditionis fuerint, vnum tamen ſaluauit, alium non.

a ¶ *Accepit.*] Argum. quòd depoſitus poteſt reſtitui, vt de pœnit. diſtinct. 6. capitu. primo. in fin. & 35. quæſtione nona. ſententiam. & ca. Gregorius. Item eſt hic argum. ad quęſtionem illam quòd depoſitus reſtitutus pręferendus ſit ſubſtituto, vt octaua, quæſt. vltim. cap. vltim. Argum. contra 7. quæſt. 1. eos qui. licet determinata videtur, extra de ſim. ex inſinuatione. Ioan. De hoc quid iuris ſit, in quæſtionibus notaui. B.

b ¶ *Rationem.*] Arg. quòd de ſingulis non eſt ratio reddenda, vt ĵ. e. quæ de Tyrijs. & de pœ. diſt. 4. ſi ex bono. Arg. contra 68. diſt. cor epiſcopi. & 24. q. 3. ſi habes.

c ¶ *Odor.*] bonus odor Chriſti eſt prædicatio bonorum.[a]

V*Aſis iræ.*] CASVS. Quidam dicunt, quòd pdeſtinatio Dei, vel præſcientia eſt cauſa[a] quare quis neceſſariò faciat bonum vel malum. & ideo facit homo malum, quia eſt præſcitus, & bonum quia eſt prædeſtinatus, & bonarum & malarum rerum Deus eſt cauſa. Sed Aug. reſpondet dicens hoc eſſe falſum: quia ſi ex præſcientia neceſſariò quis peccaret, iniuſtè Deus puniret delinquentem: ſed dicit bonos voluntate ſua facere bonum: non tamen ſine gratia Dei: malos autem dicit ſua auctoritate peccare cum ſint ſine gratia Dei. Et hoc probat auctoritate Ioannis Euangeliſtæ in epiſt. ſua. vnde potius debent ſuis peccatis imputare, quàm de iudicio Dei conqueri, quòd deſerit meritos deſeri: cui gratias agimus, quia liberat non meritos liberari: nec imponit alicui neceſſitatem, nec ſubtrahit cuiquam poteſtatem obediendi, eo quòd non eſſet prędeſtinatus: ſed ideo non fuit prædeſtinatus, quia Deus eum receſſurum ab obedientia præuidit. Poſteà aſſignat differentiam inter prædeſtinationem & præſcientiam: quia prædeſtinatio eſt tantùm de bonis, præſcientia tantùm de malis. & nota quòd vnum quandoque ponitur pro alio. Item nota ꝙ auctoritas Ioannis Euangeliſtæ incipit ibi, *Ex nobis exierunt.* & durat vſque ibi, *vtique nobiſcum.* & eſt circa finem. ibid.c.11.

† altam ſapienti corde

1.Cor.2.

ſam. Nonne poſt innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum quod perdiderat, rurſus accepit[a]? Pharao autem ipſis flagellis eſt durior effectus, & perijt? Hic mihi rationem[b] reddat, qui diuinum conſilium nimium alto †, ſapientique corde diiudicat: cur medicamentum vnius medici manu confectum alij ad interitum, alij valuerit ad ſalutem: niſi quia Chriſti bonus odor[c] alijs eſt odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem? Quantum ad naturam, ambo homines erant. Quantum ad dignitatem, ambo reges. Quātum ad cauſam ambo captiuum populum Dei poſſidebant. Quantum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit eſſe diuerſos, niſi quòd vnus manum Dei ſentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero contra Dei miſericordiſſimam veritatem pugnauit arbitrio?

Idem. †

†al.item.

CAP. XXIII.

1 Fulgētius. l.j.ad Monymum. Burc. l.20.cap.35. Iuo p.17. c. 46. Proſper. 1 reſp. ad capitula Gallorum, c.6.

1 VAſis iræ nunquam Dei redde interitum: ſi nō ſpontaneum [d] inueniretur homo habere peccatum: quia nec Deus peccanti homini iuſtè inferret iram, ſi homo ex prædeſtinatione [e] Dei cecidiſſet in culpam. *Idem.* ¶ Prædeſtinationem Dei ſiue ad bonum, ſiue ad malum in hominibus operari ineptiſſimè dicitur, vt ad vtrunque homines quædam neceſſitas videatur impellere: cum in bonis voluntas ſit intelligenda non ſine gratia, in malis autem voluntas intelligenda ſine gratia. Cum [f] verò aliquos [g] à Deo aut traditos [h] deſiderijs ſuis, aut obduratos legimus [i], aut relictos, magnis peccatis ſuis hoc ipſos meruiſſe profitemur: quia talia eorum crimina præceſſerunt, vt ipſi ſibi pęnas debuerint, quæ eis etiam ſupplicium verterent in reatum. Atque ita nec de iudicio Dei querimur, quo deſerit meritos deſeri, & miſericordiæ eius gratias agimus, qua liberat non meritos [k] liberari. Vires itaque obedientiæ non ideo cuiquam ſubtraxit, quia eum non prædeſtinauit: ſed § Ideo † eum non prædeſtinauit § quia receſſurum ab ipſa obedientia eſſe præuidit.

¶ Prædeſtinatio igitur Dei ſemper in bono eſt, quæ peccatum ſola hominis voluntate commiſſum, aut remittendum nouit cum laude miſericordiæ, aut plectendum cum laude iuſtitiæ. In malis autem operibus noſtris ſola præſcientia Dei intelligenda eſt: quia ſicut præſciuit, & prædeſtinauit quæ ipſe fecit [l], & vt faceremus, dedit, ita præſciuit tantùm, non etiam prædeſtinauit, quæ nec ipſe fecit [m], nec vt faceremus exegit. Hi autem, de quibus dicitur [n] § 2 Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis [o]: Si enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum § voluntate exierunt: voluntate ceciderunt: & quia præſciti ſunt caſuri, non ſunt prædeſtinati. eſſent autem prædeſtinati, ſi eſſent reuerſuri, & in ſanctitate, ac veritate manſuri. Ac per hoc prædeſtinatio Dei multis eſt cauſa ſtandi [p], nemini eſt cauſa labendi.

a Sic ext. de ſa. vnct. §. 2. ver. de odore. vbi iſta auctoritas exponitur.

d ¶ *Non ſpontaneum.*] De hac materia notaui 15. q. 1. §. j. & 2. c. merito.

e ¶ *Ex prædeſtinatione.*] Argumē. quòd non poteſt quis arguere factum, cuius auctor ipſe fuit, vt vigeſimaoctaua diſtinctio. diaconi. extra de clericis coniug. diuerſis. Ioannes.

f ¶ *Cum verò.*] Sic ergo bona quæ facit homo, per Deum facit: mala quæ facit, non facit per Deum: “ quia Deus non eſt auctor mali. Sed ne crederet aliquis quòd Deus operetur etiam malum: quia legitur ꝙ Deus tradidit Romanos in deſideria carnis, & ꝙ obdurauit cor Pharaonis, & quòd reliquit Tyrios & Sydonios in peccatis ſuis, ideo oſtendit qualiter hoc intelligatur.

idem c.12.

† abſunt ab ori. idē c.14. & Sent.6. ad c. Gallorū. idē Sen. 15.

“ Deus non eſt auctor mali.

g ¶ *Aliquos.*] ſcilicet Romanos.

h ¶ *Aut traditos.*] “ tradere dicitur hominem peccato quando permittit ipſum peccare: vel quia ſubtrahit ipſi gratiam.

“ Deus quō dicatur tradere hominē peccato.

i ¶ *Legimus.*] in epiſtola ad Romanos [b], & in Exodo, [c] & in Euangelio Matthæi de Tyrijs & Sydonijs.

2 idē ad obiect. Vincentianas, c.12. & Augu. ad artic. ſibi falſò impoſitos, art.12.

b 1.c.

k ¶ *Non meritos.*] ex hoc patet, quòd primam gratiam nemo meretur, vt infrà de conſecratione, diſtinctione quarta, gratia. & cap. placuit, vt quicunque.

c c.7.& 8.

l ¶ *Fecit.*] ſcilicet bona.

m ¶ *Fecit.*] ſcilicet mala.

n ¶ *Dicitur.*] in epiſtola Ioannis.

o ¶ *Ex nobis.*] quantum ad prædeſtinationem.

p ¶ *Standi.*] ſed nonne iam dixit, quòd prædeſtinatio non eſt cauſa quare homo faciat bonum, ſed potius bonum quod facit, eſt cauſa prædeſtinationis? “ Sed dicas hic prędeſtinationem appellari Deum prædeſtinantem. Nam nemo poteſt venire ad me niſi ei fuerit datum à patre meo. Vel dic quòd prædeſtinatio non eſt cauſa efficiens, ſed eſt cauſa ſine qua non fit. Item ſi verè volumus loqui, non eſt concedendum ꝙ futura bona ſint cauſa prædeſtinationis: quia ex hoc ſequeretur, quòd cauſa eſſet poſterior ſuo cauſato. Item quidquid Deus prædeſtinauit, ab æterno prædeſtinauit. ſi ergo prędeſtinatio eſt ęterna, ergo non hēt cām ſuæ generationis, non ergo fu-

“ pdeſtinatio eſt Deus pdeſtinans.

go futura ſunt cauſa eius. Item ſi quid eſſet cauſa generationis eius. ergo eius oppoſitum eſſet cauſa corruptionis eius. ſed impoſſibile eſt eam corrumpi, vel deſinere eſſe: quia ſi corrumperetur vel deſineret eſſe, ergo poſt hoc inſtans non eſſet. ergo ſi modò non eſt, nunquam fuit. Nam bene ſequitur, ſi fuit prædeſtinatum, ergo prædeſtinatum eſt, & ſemper erit prædeſtinatum. Ioan.

NON ERGO NECESSITATEM. Casvs. Dictum eſt s. in c. vaſis. quòd de ſola voluntate bonum cũ gratia procedit, & ſola voluntate ſine gratia malum perpetratur. Vnde ex hoc concludit Grat. quòd prædeſtinatio, vel pręſcientia non eſt cauſa, qua quis neceſſariò faciat bonum vel malum, cum ex voluntate vtrunque procedat. Nam licet præſcientia vel prædeſtinatio Dei falli non poſſit, non tamen neceſſariò eueniunt ea, que prędeſtinantur, vel præſciuntur, ſicut nec neceſſariò præſciuntur, vel prędeſtinantur: & ideo præſciuntur, vel prædeſtinantur, quia bona abſque gratia eius, mala verò præter eius conſcientiam euenire non poſſunt. Poſteà ponit quãdam argumentationẽ, dicens, quòd quamuis hęc propoſitio ſit neceſſaria, ſi hæc prædeſtinata ſunt, vel præſcita, neceſſariò euenient, nec tamen ideo rectè & ſimpliciter concluditur, ergo neceſſariò eueniunt quæ prædeſtinata ſunt, vel præſcita: quia in propoſitione neceſſitas refertur ad diuinæ pręſcientiæ intuitum, in cõcluſione verò refertur ad rerum euentum. & ad hanc concluſionem probandam inducit auctoritatem Auguſtini, in qua ponit duas neceſſitates, vnam ſimpliciter, ſiue ſimplicem, & aliam conditionalem. vnde ponit duo exempla, de ambulante, ſ. & de vidente. *Prouidentia.* poteſt hoc intelligi de homine vidente, vel de prouidentia diuina vidente pręſentionaliter. ſed intelligatur coniunctum; vel ſic, neceſſe notat modum conſequendi, & non conſequentis.

1ſentẽtia in lib. de pdeſtinõe Dei. Burch. l. 20. cap. 21. Iuo p. 17. c. 32.

a ¶*Falli.*[hæc argumentatio non valet: Deus præuidet aliquid. & aliter poteſt euenire: ergo præuidentia Dei eſt fallibilis.

b ¶*Quamuis.*] "ad huius §. intelligentiam, nota quòd omnes tales locutiones ſunt duplices, ſi Deus præuidit aliquid, neceſſariò illud eueniet: quia ſi hæc dictio, neceſſariò, determinat totalem conſequentiam, locutio eſt vera, & tunc talis eſt ſenſus in conſequentia, ſi Deus præuidit aliquid, illud euenire eſt neceſſarium. Si autem hæc dictio neceſſariò, determinat ipſum conſequens, eſt falſa. Similiter hæc eſt duplex, neceſſarium eſt Socratem ambulare cum ambulat: quia ſi intelligatur compoſita & de dicto, vera eſt. ſi de re, eſt falſa. Similiter hæc eſt duplex, neceſſarium eſt hoc euenire quod Deus præuidit, de dicto eſt vera, de re eſt falſa. Illud enim quod Deus præuidet, non eſt neceſſarium euenire. Et nota quòd talis argumentatio non valet, ſi Deus præuidit aliquid, neceſſariò illud eueniet: ergo ſi Deus præuidit aliquid, neceſſarium eſt illud euenire, quia modò hæc dictio, neceſſarium, non poteſt determinare ipſam conſequentiam, ſed tantùm conſequens.[a]

" ſi Deus p̄uidit aliqd, neceſſariò illud euenit habet duplicẽ ſenſum.

a ſub. nõ ſcã relõe ad antecedẽs, ſed per ſe conſiderata.

¶In pleriſque vetuſtis caput hoc cõiunctum eſt ſuperiori, & in titulo eſt, Item, *non,* Idem, *eſt autem confectum ex locis indicatis, Fulgentij Proſperi, B. Auguſtini.*

Non ergo neceſſitatem facit correctionis, vel obdurationis diuina prædeſtinatio, ſeu præſcientia, cum boni per gratiam corrigantur, & libero arbitrio mali pereant. Neque enim quia prædeſtinatio, ſeu præſcientia Dei falli[a] *non poteſt, neceſſariò eueniunt, quæ prædeſtinantur, vel præſciuntur, ſicut nec neceßariò prædeſtinãtur, vel præſciuntur, quæ futura ſunt, ſed quia bona abſque eius gratia, mala præter eius ſcientiam euenire non poßunt. ¶Quamuis*[b] *ergo conuenienter dicatur, ſi hæc prædeſtinata ſunt, vel præſcita, neceſſariò euenient: non tamen ideo abſolutè verum eſt, neceſſariò euenient, quæ prædeſtinata ſunt, vel pręſcita, quia hic neceſſitas refertur ad rerum euentum, ibi ad intuitum diuinæ præſcientiæ. Vnde Auguſtinus* [1 *Duæ* A *ſunt, inquit, neceſſitates, ſimplex vna, veluti qua neceße eſt omnes homines eſſe mortales: altera conditionis, vt ſi aliquem ambulare quis ſcit, eum ambulare neceſſe eſt. Quod enim quiſque eſſe nouit, id eſſe aliter, quàm notum eſt, nequit*[c]. *Sed hæc minimè ſecum illam ſimplicem trahit. Hanc enim neceſſitatem non propria facit natura, ſed conditionis adiectio. Nulla enim neceſſitas cogit incedere voluntate gradientem: quamuis enim tunc, cum graditur, incedere neceſſarium ſit. Eodem igitur modo, ſi quid prouidentia præſens videt, id neceſſe eſt eſſe, tametſi nullam naturæ habeat neceſſitatem. Atqui Deus ea futura, quæ ex libertate arbitrij proueniunt, præſentia contuetur. Hæc igitur ad intuitum relata diuinum neceſſaria fiunt per diſpoſitionem diuinæ notionis. Per ſe verò conſiderata abſolutam* B *naturæ ſuæ libertatem non deſerunt. Fient igitur proculdubio cũcta, quæ futura Deus eſſe prænoſcit: ſed eorũ quædam de libero proficiſcuntur arbitrio, quæ quamuis eueniant, exiſtẽdo tamen naturam propriam non amittunt, quæ prius quàm fierent, ẽt non euenire potuiſſent. ¶His omnibus mala noſtra libero adſcribũtur arbitrio, cum alibi diuinæ adſcribantur indignationi. Vnde Gregorius.* [2 *Cum ſuperna indignatio ſeſe, vt ita dixerim, medullitus mouet, hanc opinio, vel oppoſitio humana non remouet: nec ſe cuilibet vtiliter deprecatio obijcit, cũ ſemel Deus aliquid ab intimis iraſcendo diſponit. Hinc eſt enim, ꝙ Moyſes, qui reatũ totius plebis*[d] *apud Dominum ſuis precibus terſit, dumque ſe obicem obtulit, diuinæ iracundiæ vim placauit, ad petram Oreb*[e] *veniens, & pro aquæ exhibitione diffidens, repromiſſionis terram ingredi Domino iraſcente*[f] *non potuit.] ¶Item Auguſtinus* [*De* C *Tyrijs verò, & Sydonijs quid aliud poßumus dicere, quàm nõ eße eis datum vt crederent*[g], *quos ẽt credituros fuiße ipſa veritas dicit*†, *ſi talia, qualia apud non credentes facta ſunt, virtutum ſigna vidiſſent? Quare aũt hoc eis negatum fuerit: dicant, ſi poſſunt, qui calumniantur: & oſtendant, cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant, fecerit: & apud eos, quib. profutura erãt, nõ fecerit. Nos etenim*† *ſi rationẽ*[h] *facti, & profunditatem iudicij eius penetrare non poßumus, manifeſtiſſimè tamen ſcimus, & verum eſſe quod dixit, & iuſtum eße quod fecit: & non ſolùm Tyrios, & Sydonios, ſed ẽt Corozain, & Bethſaida potuiße conuerti, & fideles ex infidelibus fieri, ſi hoc in eis voluiſſet Dominus operari. Neque enim vlli falſum videri poteſt, quod Veritas ait* [*Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo.*] *Item, qui per prophetam*[i] *iudaicæ plebi promiſit* [*Ecce ego ſepiam vias*[k] *tuas ſpinis*[l], *& muniam eas lapidibus quadris*[m]] *ideſt, adimam tibi facultatem peccandi: Idem per pſalmiſtam de damnandis dixit.* [*Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus*

c ¶*Nequit.*] vera eſt, ſi intelligatur de dicto.[b]

b ſub. qa idẽ eſt, ſ. d̃ dicto ſic cõpoſito facta, ſ. relatione conſequentis ad antecedẽs.

HIS OMNIBVS. Casvs. Dictum eſt ſupra, quòd mala noſtræ voluntati adſcribuntur. Nunc verò dicit Gratianus, quòd indignationi diuinæ adſcribuntur, quod probat per duo capitula ſeq.

CVM SVPER. Casvs. Oſtendit hic Gregor. quòd ex quo ſemel Deus alicui ab intimis iraſcitur, eius indignationem pœnitentia, vel oratione nõ remouebit. Et hoc probat exemplo Moyſi, qui licet in deſerto reatum populi apud Deũ terſerit, tamen propter hoc, quia ad petram Oreb veniens de aquæ exhibitione diffidit Domino ſibi iraſcente, terram promiſſionis ingredi non potuit.

2lib. 9. Moral. c. 12.

Exod. 32.

Num. 14.

Matth. 11.

d ¶*Plebis.*] Hiſtoriam habes 45. diſt. diſciplina.

†al. docet

e ¶*Oreb.*] Hiſtoriam habes de pœn. diſt. 2. §. opponitur.

f ¶*Iraſcente.*] intelligas tamen quòd quantum ad temporalem pœnam poteſt ira Dei eſſe commutabilis: ſed quantum ad æternam non. 22. qu. 4. incommutabilis.

†al. etiam

DE TYRIIS. Casvs. Quidam aſſignabant rationem quare Deus non ſaluauit Tyrios & Sydonios cum credidiſſent, ſi talia ſigna virtutum vidiſſent, qualia apud Iudæos non credentes facta fuerunt. vel ſimpliciter quærebant ab Auguſtino rationem diuerſitatis. Auguſt. verò deridet eos, dicens ꝙ non eſt alia ratio, niſi quia non fuit eis datũ deſuper vt crederent: tamen quidquid dixit Deus vel fecit, totum verum fuit & iuſtum: qui non ſolùm Tyrios & Sydonios potuit ſaluare, ſed etiam Corozain, & Bethſaida: & ille Deus qui dixit per prophetam Oſeam Iudaicæ plebi: Ego ſepiam vias tuas ſpinis, & adimam tibi facultatem peccandi, ille idem Deus etiam dixit damnandis per Pſalmiſtam: Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos.

Matth. 11.

Oſeæ 2.

Pſal. 34.

g ¶*Vt crederent.*] præſente Domino, ſed poſteà crediderunt ad prædicationem Apoſtolorum.

h ¶*Si rationem.*] eodem modo videtur dicendum, quòd ſi Papa aliquid facit quod videtur iniuſtum, vbi nos rationem non poſſumus aſſignare, quòd nihilominus illud iuſtum ſit. 17. q. 4. §. qui autem.

i ¶*Prophetam.*] Oſeæ.

k ¶*Vias.*] id eſt, actiones.

l ¶*Spinis.*] id eſt, compunctionibus.

m ¶*Lapidibus quadris.*] ideſt, virtutibus quatuor, vel doctrina quatuor Euangeliorum.

SED IN HIS. Casvs. Dicit Grat. hic quòd in omnibus malis arbitriũ noſtrũ eſt in culpa, qđ arbitriũ Deus vertit in

electis ad bonum, in damnandis verò relinquit ad malū. ſed quia neſcimus qui peccatores ſint damnandi, vel qui ſunt ſaluandi, omnes indifferenter debemus corrigere, ad inſtar medici, qui licet ſciat hominem vltra terminum à Deo præfixum non victurum, tamen languentibus omnibus indifferenter medetur, cum ipſe medicus ignoret quando & qua ægritudine ſunt morituri. Et ad hoc inducit ſeq. c.

IPſa pietas.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas par. In 1. par. dicitur, quòd quidam hæretici volebat accuſare vel teſtificari contra Cæcilianum virum honeſtum. ſuper hoc Bonifacius Papa conſuluit Auguſtinum, vtrum fieri poſſet, & reſpondet quòd non. Et hoc ſit eis vt corrigantur & reuertantur ad eccleſiam matrem, & quòd bonum ſit eis corrigi: & quòd non ſit deſiſtendum à correctione, & diſciplina malorum, probat quinque exemplis, ſ. medici, patris, domini, Imperatoris Theodoſij, & eripientis homines de domo ruitura. In 2. par. reſpon. cuidam quæſtioni Donatiſtarum dicentium, Vos vultis vt redeamus, ſed non poſſumus retinere dignitates noſtras. Et reſpō. Aug. hoc verum eſſe de iure. aliquando tamen ſecus fit diſpenſatiuè, & præcipuè vbi ſcandalum timetur, quia ſicut ſunt duo genera inſerendi arbores, ſic ſunt duo genera recipiendi hæreticos. Secunda pars incipit ibi, *Item ſi inquiunt.*

1Pol.l.7.ti.5 Anſ. l. 12. c.61.

a ¶*Teſtimonium.*] in hoc quòd eſt mortuus in vnitate[a] eccleſiæ. ſed quidam hæretici volebant eum poſt mortē accuſare de hæreſi, vt 24. q.2. ſane profertur. ver. Item ſi vera ſunt. ſed non erant recipiendi etiam in crimine hæreſis, cnm ille bonæ opi. fuit, vt 2. q. 1. in primis. hæreticus autem bene reciperetur contra hæreticum, vt 2. q. 7. ſi hæreticus. Ioan.

†poteſtate] Orig.

a Et ſecūdū hoc expōe phibet teſtimonium ex hoc, ſ. q fidē traditam à Deo habuit & ſeruauit, & dic cui, ſ. Cæciliano.

2 j. q.6. ſchiſmatis.

†quo] Orig.

b ¶*Perdiderunt.*] 1. q. 7. non poteſt. Ioan.

c ¶*Poteſtatem.*] quam non habebat eccleſia,

3 Cod.Theod.l.16.tit.5 c.21.&65.

Domini perſequens eos.] *Sed in his omnibus vitia noſtra humanæ adſcribuntur mentis arbitrio, quod diuina clementia in electis miſericorditer vertit ad bonum, in damnandis iuſtè relinquit ad malum. Sicut ergo, quamuis certiſſimè ſciamus neminem vltra terminum à Deo ſibi præfixum eſſe victurum, omnibus tamen languentibus non incongruè medemur, ſic quamuis nemo ſaluetur, niſi prædeſtinatus ad vitam, omni tamen delinquenti eſt adhibenda correptio: nec malorum eſt negligenda diſciplina.*

Unde idem Auguſtinus ait epi. 50. Bonifacio.

A ¶Duę ſunt.] *Hæc à Burchardo, & Iuone citantur ex B. Auguſtino in lib. de prædeſtinatione. Et ſententia habetur copioſè explicata in libello de prædeſtinatione Dei inter opera B. Auguſtini, tomo 7.*

B ¶Abſolutā.] *Apud Burchardum & Iuonem legitur*, ab abſoluta libertate non deſinunt.

C ¶De Tyrijs.] *Simillima his leguntur apud B. Auguſtinum in libro de bono perſeuerantiæ, c.14. Eadem verò ferè ſunt apud Proſperum ad excepta Ianuenſium in reſpon. ad dubium 8. ſiue 9.*

¶ Non ſemper in eos, qui peccant, vindicta eſt exercenda.

CAP. XXIIII.

1 IPſa pietas, veritas, charitas nos non permittit contra Cęcilianum eorum hominum accipere teſtimonium, quos in eccleſia nō videmus, cui Deus perhibet teſtimonium[a]. Qui enim diuina teſtimonia non ſequuntur, pondus humani teſtimonij perdiderunt.[b] *Item infrà.* ¶Moleſtus eſt medicus furenti phrenetico, & pater indiſciplinato filio, ille ligando, iſte cædendo: ſed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & perire permittant, iſta potius falſa manſuetudo crudelitas eſt. *Item infrà.* ¶Si per†poteſtatē[c], quam per religionem, ac fidem[d] regum tempore, quo debuit, diuino munere accepit 2 eccleſia, hi, qui inueniuntur in vijs, & in ſepibus, ideſt in hæreſibus, & ſchiſmatibus, coguntur intrare[e], non quia coguntur, reprehendant, ſed quare†[f] cogantur, attendant. Conuiuiū Domini vnitas eſt corporis Chriſti, non ſolùm in ſacramento altaris, ſed etiā in vinculo pacis, *In eadem infrà.* ¶ 3 Theodoſius A Imperator legem[g] generaliter in omnes hæreticos promulgauit, vt quiſquis eorum epiſcopus, vel clericus vbilibet eſſet inuentus, decem libris auri mulctaretur. *Item infrà.* ¶ Si duo[h] aliqui in vna domo habitarent, quam certiſſimè ſciremus eſſe ruituram, nobiſque id prænuntiantibus nollent credere, atque in ea manere perſiſterent. Si eos inde poſſemus eruere vel inuitos, quibus imminentem illam ruinam poſteà demonſtraremus, vt redire vlterius ſub eius periculū non auderent, puto, niſi faceremus, non immeritò crudeles iudicaremur. Porrò[i], ſi vnus illorum nobis diceret, quādo intraueritis eruere nos, memetipſum continuò trucidabo: alter autem nec exire quidem inde, nec erui vellet, ſed neque necare ſe auderet, quid eligeremus, vtrum ambos ruinæ opprimendos relinquere, an vno ſaltem per miſericordiæ noſtram operam liberato, alterum non noſtra[k] culpa, ſed ſua potius, interire? Nemo eſt tam infelix, qui non, quid fieri in talibus reb. oporteat, facillimè iudicet. *Item poſt pauca.* ¶Quòd ſi plurimi eſſent in domo ruitura, & inde ſaltem vnus liberari poſſet, atque id, cum facere conaremur, alij ſeipſos præcipitio necarent, dolorem de cæteris noſtrùm de vnius ſaltem ſalute conſolaremur: non tamen, ne ſeipſos alij perderent, perire vniuerſos nullo liberato[l] permitteremus. Quid igitur de opere miſericordiæ, quod pro vita æterna adipiſcenda, & pœna æterna vitanda hominibus debemus impendere, iudicandum eſt, ſi pro ſalute iſta non ſolùm temporali, ſed etiā breui ad ipſum exiguum tempus liberanda ſic nos ſubueni re hominibus ratio vera & benigna compellit[m]? *Item infrà.* ¶4 Si (inquiunt Donatiſtæ) oportet, vt nos extra eccleſiā, & aduerſus eccleſiam fuiſſe pœniteat, vt ſalui eſſe poſſimus, quomodo poſt iſtam pœnitentiam apud vos clerici, vel etiam epiſcopi permanemus? Hoc non fieret, quoniam reuera (quod fatendum eſt) fieri non deberet[n], niſi pacis ipſius compenſatione[o] ſanarentur. Sed ſibi hoc dicant, & multò maximè humiliter doleant, qui in tanta morte præciſionis iaceant, vt iſto quodam vulnere matris catholicæ reuiuiſcant. Cum enim præciſus ramus inſeritur,

cum & nouella adhuc eſſet. ſed poſteà quando cępit dominari principibus, vt j. e. diſplicet. & c. non inuenitur.

d ¶*Ac fidem.*] eccleſiæ conſeruandam.

e ¶*Intrare.*] ideſt, redire ad eccleſiam.

f ¶*Sed quare.*] q.d. non eſt conſiderandum qd fiat: ſed qua de cauſa fiat, vt j. e. q.8. occidit. & ff. de fur. verum. ſimiliter non eſt conſiderandum quid fiat, ſed quo animo ſiat, vt 15. q.6. c.1. in ſi. q.d. cogantur ire ad commodum ipſorum, ſ. ad conuiuium de quo agitur in Euangelio. 56. di. ſponſus. ſ. e. cum in lege.

g ¶*Legem.*] quam habes. C. de hær. Ariani.

h ¶*Si duo.*] Tres enim ponit caſus. Primò ſic: duo ſunt in domo ruitura: & ambos poſſum⁹ liberare: ad hoc tenemur,[b] licet ſint inuiti. Secundò ſic: duo ſunt in domo vna: & ſi vnū liberamus, alter vult ſe necare. Tertiò ſic, multi ſunt in domo vna, & non niſi vnus liberari poteſt.

b Et niſi facerem⁹ crudeles iudicaremur, vt j. ſeqtur ibi puto, &c. ex hoc qdā dicūt hoc elici ar. q qlibet tenetur aliū à morte tpali liberare ſi pt. s. e. q.3. nō inferenda. vbi de hoc. Arc.

i ¶ *Porrò.*] Secundus caſus.

k ¶*Non noſtra.*] Licet enim aliquis ſeipſum interimat propter nos: dummodo nos iuſtè moueamur: non tenemur nos, vt j. ea. qu. 5. cum homo. & c. de occidendis. & 47. diſtin. quod ad nos.

l ¶ *Liberato.*] id eſt, non minus aliquem liberare teneris, licet omnes alij ſe perderent.

m ¶*Compellit.*] "Ergo videtur quòd omnibus ſit præceptum vt denuntient crimina delinquentium: ſed hoc intelligas tantùm de prælatis, vel de canonica denuntiatione vt 2. qu. 1. ſi peccauerit.

" denuntiatio canonica omnibus præcipitur.

n ¶*Non deberet.*] de iure communi.

4 Pannor. in prolog. c.13.

o ¶ *Compenſatione.*] ideſt, vt alij facilius redeant ad eccleſiam cum vident aliquos reuerſos tolerari in ſuis ordinibus.

a ¶*Vul-*

a ¶*Vulnus.*] Dupliciter inſeritur ramus arbori, vt de conſecra. diſt. 5. nunquam. tunc dicuntur duo vulnera infligi arbori, ideſt, eccleſiæ, quando ille qui fuit deſtitutus, reſtituitur: & alter qui ſubſtitutus fuit, remouetur. ſecundo modo quando nullus fuit ſubſtitutus: & illud dicitur leue vulnus.
b ¶*Detrahendum.*] ſic 44. di. commeſſationes. & diſt. 50. vt conſtitueretur.
c ¶*De mendacij timore.*] id eſt, de mendatio timoris.
d ¶*Epiſcopi.*] ſ. diſt. 12. nos cõſuetudinẽ. cõtra.
e ¶*Utiliter.*] non intelligas quòd Augu. hic reſtituat epiſcopos depoſitos: ſed docet q̃d fieri poſſit.[a]
f ¶*Et ſic.*] id eſt, propter res eorum.
g ¶*Non res eorum.*] vt 1. q. 7. c. 1. & 2.

2. Cor. 3. 1. Petr. 4.

a Nam ſolus Papa reſtituit. 2. qu. 6. ideo.

1 Diſt. 50. vt conſtitueretur.

QVid faciet.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte quæſiuit Fauſtus ab Auguſtino an eccleſia debeat corrigere hæreticos & obſtinatos. Et reſpondet quòd ſic ex dilectione corrigendi, ad inſtar medici, qui ex dilectione ſanandi phreneticos ligat, & lethargicos excitat. In ſecunda parte quæſiuit an ſacramenta hæreticorum ſpernere debeamus. Et reſpondet quòd non: ſed tantùm errorem. Sacramenta enim in q̃bus nobiſcum concordant, & quæ acceperũt ſicut & nos, bona ſunt, licet ad ſuum dãnum habeant. Secunda pars incipit ibi, *Neque enim ſacramenta.*
h ¶*Medicina.*] id eſt, correctio.
i ¶*Inter phreneticos.*] id eſt, ad modum phreneticorum ſæuientes.
k ¶*Incipiunt.*] "egreſſus enim malitiæ, virtutis operatur ingreſſum. 32. q. 1. cũ renuntiantur. hæc tamen non eſt concedenda: ſi aliquis incipit eſſe bonus: non tamen perfectus deſinit eſſe malus. de pœ. di. 2. fortè. & c. ſi ſermo.

" Virtutem ingreditur qui malitiã egreditur.

l ¶*Communia.*] de conſecra. diſt. 4. non in vobis. no. ſ. 1. q. 1. ſacramenta.
ECCE. Hæc eſt. 4. pars q. in qua probat

ritur, fit aliud vulnus[a] in arbore, quo poſſit recipi, vt viuat, qui ſine vita radicis peribat: ſed cum receptus recipienti coaluerit: & vigor conſequetur, & fructus: ſi autem nõ coaluerit, ille quidem areſcit, ſed vita arboris permanebit. Eſt enim & tale inſerendi genus, vt nullo præciſo ramo qui intus eſt, ille, qui foris eſt, inſeratur: non tamen nullo, ſed vel leuiſſimo arboris vulnere. Ita ergo & iſti cum ad radicem catholicam veniunt, nec eis, quamuis poſt erroris ſui pœnitentiam honor, clericatus, aut epiſcopatus aufertur, fit quidem aliquid tanquàm in cortice arboris matris contra integritatem ſeueritatis: verũtamen quia neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ad Dei miſericordiam precibus fuſis, coaleſcente inſitorum pace ramorum charitas cooperit multitudinẽ peccatorum. *& paulò poſt.* ¶ 1 Verùm in huiuſmodi cauſis, vbi per graues diſſenſionum ſciſſuras non huius, aut illius hominis eſt periculum, ſed populorum ſtrages iacent, detrahendum[b] eſt aliquid ſeueritati, vt maioribus malis ſanandis charitas ſincera ſubueniat. Habeant ergo iſti de præterito deteſtabili errore, ſicut Petrus habuit de mendacij timore[c], amarum dolorem, & veniant ad eccleſiam Chriſti veram, ideſt matrem catholicam: ſint in illa clerici, ſint epiſcopi[d] vtiliter[e], qui contra illam fuerunt hoſtiliter. Non inuidemus, imo amplectimur, optamus, hortamur, & quos in vijs, & in ſepibus inuenimus, intrare cogimus, & ſic[f] nondum quibuſdam perſuademus, quia non res eorum[g], ſed ipſos quærimus.

A ¶Theodoſius.] *Anſelmus habet vt Gratianus: ſed propria verba B. Auguſtini, vbi de reprimenda rabie Donatiſtarum agit, ſunt hæc:* Quod eo modo fieri aliquatenus arbitramur, ſi legem piiſſimę memoriæ Theodoſij quam generaliter in omnes hæreticos promulgauit, vt quiſquis eorum epiſcopus, vel clericus, vbilibet eſſe inuentus, decem libris auri mulctaretur, expreſſius in Donatiſtas, qui ſe negabant hæreticos, ita confirmarent, vt non omnes ea mulcta ferirentur. *& cætera quæ ſequuntur.*
Idem Feſto, epiſt. 167.

¶Medicinali ſeueritate mali cogantur ad bonum.

CAP. XXV.

2 QVid † faciet hic eccleſiæ medicina[h], ſalutẽ omnium materna charitate conquirens, tanquã inter phreneticos[i] & lethargicos æſtuans? Nunquid contemnere, nunquid deſiſtere vel debet vel poteſt? Vtriſque ſit, neceſſe eſt, moleſta: quia neutris eſt inimica. Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari: ſed perſeuerat diligentia charitatis phreneticũ caſtigare, lethargicum ſtimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, ſed ambo diliguntur. Ambo moleſtati, quandiu ægri ſunt, indignantur: ſed ambo ſanati gratulantur. *& infra in eadem.* ¶ Catholici eſſe non incipiunt[k], niſi hęretici eſſe deſtiterint. Neque enim ſacramenta eorum nobis inimica ſunt, quæ cum illis nobis ſunt communia[l]: quia non humana ſunt, ſed diuina. Proprius error eorum eſt auferendus, quẽ malè imbiberunt, non ſacramenta, quæ ſimiliter acceperunt: quæ ad pœnam ſuã portant & habent, quantò indignius habent: ſed tamen hñt.

4 *Ecce quòd crimina ſunt punienda, quando ſalua pace eccceleſiæ feriri poſſunt: in quo tamen diſcretio adhibenda eſt. Aliquando enim delinquentium multitudo diu per patientiam ad pęnitentiam eſt expectanda: aliquando in paucis eſt punienda,* 3 *vt eorum exemplo cęteri terreantur, & ad pęnitentiam prouocentur. Hinc, cum diſcipuli cæleſti igne Samaritanos vellent conſumere, prohibiti ſunt: & Samaritani ad pænitentiã ſunt expectati, vt Chriſto prædicante cõuerterentur ad fidem.*
Unde Ambroſius ait lib. 7. commentariorum ad c. 9. Lucæ.

¶Non ſemper in eos, qui peccant, vindicta eſt exercenda.

CAP. XXVI.

QVòd [Chriſtus] diſcipulos[m] increpauit, quia ignem ſuper eos deſcẽdere cupiebant, qui ipſum non receperant, oſtenditur nobis non ſemper in eos, q̃ peccauerint, vindicandum: quia nonnunquam amplius prodeſt clemẽtia, tibi ad patiẽtiam, lapſo ad correctionẽ.[n] † Deniq; Samaritani citius crediderũt, à quibus hoc loco ignis arcetur: nec diſcipuli peccant[o], qui legem ſequuntur. Sciebant. n. & Phinees[p] reputatum ad iuſtitiã, quia † ſacrilegos intereme rat, & ad preces Heliæ ignem deſcendiſſe de cęlo, vt prophetæ A vindicaretur iniuria.

Gratia. quòd vindicta non eſt inferenda, ſupple ſcilicet amore vlciſcendi, ſed tantùm amore iuſtitiæ, ſcilicet eum peccant in Deũ: cum autem peccant in nos, parcere debemus. & hoc probat per tres auctoritates. Io. de Fã.

2 Pol. l. 7. tit. 5. Anſel. l. 9. c. 56.

† Quid igitur hic faciat] Orig.

CASVS. Concluſit Gra. ex ſupradictis, q̃ crimina ſunt punienda vbi ſchiſma & ſcandalum non timetur: hac tamen diſcretione ſeruata, vt multitudinem delinquentium per patientiam expectemus. ad pœnitentiam verò paucorũ peccata ſunt punienda, vt cęteri terreantur. Et hoc probat exemplo Chriſti, qui, Samaritanos expectauit ad pœnitentiam, quos Apoſtoli volebãt comburere igne cęleſti. & ad hoc inducit ſeq. c.

QVòd Chriſtus.] CASVS. Diſcipuli Chriſti volebant ignem de cœlo mittere ſuper Samaritanos, quia eum non recipiebant: ſed Chriſtus hoc non permiſit, expectans Samaritanos ad pœnitentiam: "nec tamen Apoſtoli in hoc peccabant: quia legem ſequebantur, ad inſtar Phinees qui Hebræũ, & Madianitam coeuntes interfecit: & ad inſtar Heliæ, ad cuius preces ignis de cęlo deſcendit, & conſumpſit nuntios Achab regis: aliàs Ochoziæ.

" Apoſtoli vindictam deſiderãtes an peccauerunt.

3 Concord. tex. in l. aut facta. §. ff. de pœ. cum vul. concor.

m ¶*Deſcipulos.*] Iacobum & Ioãnem, quos præmiſit in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent ſibi hoſpitium.
n ¶*Ad correctionem.*] proſit vindicta: vel valeat diſciplina.
o ¶*Peccant,*] inf. ead. capitu. vindicta. contra vbi videtur quod Apoſtoli odio deſiderauerunt vindictam. Sed dic quòd nõ peccabant in re quam volebant: ſed in modo volendi. 22. quæſtio. 2. §. Abraham, Vel dic quod peccabant: ſed dicuntur non peccaſſe: quia lex hoc permittebat, ſcilicet punire inimicos. ſupra eadem quæſt. cum in lege.[a]
p ¶*Et Phinees.*] Hiſtoriam habes 2. q. 7. item cum Balaam.
POTEST. CASVS. ſuprà dictum eſt quòd Apoſtoli fuerunt prohibiti

Luc. 9.

Lu. 9.

Io. 4. Num. 25.

a Et 22. q. 2. ſi qs per vetus. & hoc eſt q̃d dicit Azo. nõ peccant. ſcilicet ita q̃d in de puniant à lege. pôt dici ſcdm Gof. q̃ peccabãt inſpecta pfectione Euangelij, non peccabãt inſpecto rigore iuris.

4. Reg. 1.

A ¶Vt prophetæ.] *Hæc ſunt addita, quoniam referuntur ab ipſomet Gratiano infra ead. cap. ſi illic.*

Poteſt in hac prohibitione Apoſtolorum illud intelligi. [1] *Apoſtoli non zelo iuſtitiæ, ſed amaritudinis odio ob iniuriã ſuæ expulſionis vindicandam Samaritanos igne voluerunt conſumere: Dominus autem volens eos iniuriam propriæ perſonæ cum patientia & gaudio tolerare, iniuriam verò ſeruitutis diuinæ non inultam relinquere, ait* [*Neſcitis, cuius ſpiritus eſtis?*] *Hinc etiam Petrus, qui cum alijs audierat* [*Beati eritis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malũ aduerſus vos: gaudete in illa die, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis*] *contumelias ſibi illatas cum gaudio ſuſcipiebat: peccata verò, quæ in Deum committebantur, acerrimè puniebat. Vnde Ananiam & Saphiram ſpiritui ſancto mentientes mortis ſententia perculit. Sic etiam Paulus dum à ſuo contemptu pia admonitione, & multimoda* [a] *commendatione ſui Corinthios reuocaret, magnum illum Elymã,* [b] *qui credituros à fide retrahebat, cæcitate percuſſit: vt cæteri per territi prædicationem eius non impedirent, ſed in Chriſtum credentes animæ cæcitatem effugerent. Et Corinthium illum fornicatorem, quia in Deum peccauerat, ſatanæ ad vexandum tradidit. Hinc etiam Gregorius ſcribit Ianuario Epiſcopo reprehendens eum, quòd ob iniuriam propriæ perſonæ quendam excommunicauerat, dicens libro 2. indict. 10. epiſt. 34.*

¶Pro iniuria propria epiſcopo aliquem excommunicare non licet.

CAP. XXVII.

[2] INter querelas multiplices Iſidorus vir clariſſimus à fraternitate tua fruſtrà ſe excommunicatum, anathematizatumque conqueſtus [c] eſt. Quod ob quam rem factum fuerit, dum à clerico tuo, qui præſens erat, voluiſſemus addiſcere, pro nulla alia cauſa, niſi pro eo, quòd te iniuriauerat, factum innotuit. Quæ res nos vehementer affligit: quòd ſi ita eſt, nihil te oſtendis de cœleſtibus cogitare, ſed terrenã te conuerſationem habere ſignificas: dum pro vindicta propriæ [d] iniuriæ (quod ſacris regulis prohibetur) maledictionem anathematis inuexiſti. Vnde de cætero omnino eſto circũſpectus, atque ſolicitus, & talia cuiquam pro defenſione propriæ iniuriæ tuæ inferre denuò non præſumas. Nam ſi tale aliquid feceris, in te ſcias poſteà vindicandum.

Hinc idem in homilijs, oſtendens, quòd peccata, quæ in Deum, vel proximum committuntur, à nobis punienda ſunt: ea verò, quibus in nos delinquitur, patienter vel toleranda, vel potius diſſimulanda ſunt, ait.

¶ Valde offendit, qui dominica debita impunè dimittit.

CAP. XXVIII.

SI is, qui prælatus eſt, debitori [e] Dominico culpas impunè dimittit, non mediocriter profectò offendit [f], qui debita cœleſtis regis & Domini ſua præſumptione reſoluit. Ea nãque, quæ in nos committuntur, facilè poſſumus [g] dimittere: ea verò, quæ in Deum commiſſa ſunt, cum magna diſcretione, nec ſine pęnitentia [h] debemus relaxare.

5 *Semel verò culpa dimiſſa recidiuo* † *dolore iterum ad animum reuocari non debet.*

Vnde Gelaſius Geruntio, Ioanni, Germano, & Petro epiſcopis.

¶ Iniuria, cum ſemel remittitur, iterum reuocari non debet.

CAP. XXIX.

SI illic, vbi hæc acta ſunt [i], præſentibus vtriſque con-

---

hibiti à combuſtione Samaritanorum, quia Dominus volebat eos ad pœnitentiam expectare. Nunc dicit G. quòd hoc poteſt etiam aliter intelligi. Nam Apoſtoli propriam iniuriã vindicare volebant: quod non eſt faciendum. Iniuria verò domini inulta relinqui non debet. [1] Et hoc probat exemplo duorum, ſcilicet Petri & Pauli. Nam Petrus licet contumelias ſibi illatas cum gaudio ſuſciperet, Ananiam tamen & Saphiram Deo mentientes morte percuſſit. Similiter & Paulus magnum Elymam & Corinthium fornicatorem, quia in Deũ deliquerant, puniuit.

1 j. e. c. ſi illic. §. obijciuntur.

a ¶Multimoda.] quam fecit in illa prolixa lectione: Libenter ſuffertis: vbi narrat ſuas paſſiones, & reuelationes ſuas.

Luc. 9. Matth. 5.

b ¶Elymam.] Hiſtoriam habes 45. diſt. §. Salomon. Ioan.

INter querelas.] CASVS. Ianuarius epiſcopus propter iniuriam ſibi illatam Iſidorum virum clariſſimum anathematizauit: ſuper quo cum querelam depoſuiſſet, ſcripſit G. Ianuario: & reprehendẽs eum, præcipit ſibi vt talia decætero non prę ſumeret: alioquin puniretur. Seq. c. patet.

Act. 5. Act. 13.

c ¶Conqueſtus.] Auditur ergo ille qui conqueritur ſe iniuſtè excommunicatum: & hoc ſecundum vetera iura, vt 11. q. 3. ſi epiſcopus. Vel dic quòd tunc auditur talis cum euidenter conſtat de iniuſta excommunicatione, vt ext. de ap. ſolicitudinẽ. aliàs non auditur, niſi cum dicit excommunicationem eſſe nullam, vt extr. de ſent. excom. per tuas. Io. Hodie recurretur ſuper hęc ad nouellam. B.

1. Cor. 5.

2 Pol. l. 7. ti. 1.

d ¶Propriæ] "Ergo epiſcopus non poteſt excõmunicare aliquẽ pro iniuria ſibi facta, vt hic, & j. e. q. 5. de occidendis. nec enim põt eſſe iudex in cã ſua. [a] vt 4. q. 4. c. 1. Sed cõtra. j. e. Guiliſarius. & 2. q. 7. ſi quis erga. ſed diſtinguas vt ibi no. p id qđ ẽ 63. di. Salonitanę. Io.

"Eps iniuriantẽ ſibi non põt excõicare.

a Concord. tex. in l. Iulianus. ff. de iu. om. iu. & l. extat. cum concord. C. vnde vi.

SI is qui.] CASVS. Oſtendit Grego. hic quòd ea quæ in nos committuntur, facilè relaxare debemus: ea verò quæ in Deum committuntur, non facilè, ſed cum magna diſcretione dimittere debemus: non tamen ſine pœnitentia: quod ſi ſecus fiat, Deum oſtendimus. Sequens §. patet.

e ¶Debitori.] id eſt, ei qui in Deum delinquit. & eſt ſi. ext. de ſentent. excom. contingit.

f ¶Offendit.] vt j. ſi ea. nam culpa eſt quandoque relaxare vindictam, vt 28. diſt. quia ſunt culpæ.

g ¶Poſſumus.] "imo iniuriam nobis factã tenemur dimittere. C. de epiſc. & cler. ſi quis in hoc. verſus finem. Iniuriam, id eſt, rancorem: vel iniuriam, id eſt, ſatisfactionem iniuriæ nõ tenemur remittere, vt 90. diſt. ſi quis contriſtatus. imò bene facit qui proſequitur iniuriam ſibi factam, vt 45. di. & qui emendat. & j. e. q. 5. de occidendis. nam reipublicæ intereſt pęnas non facilè dimitti, vt C. de pœn ſi operis. & j. ea. eſt iniuſta. 45. diſt. ſed illud. ſic ergo per pactum poſſumus remittere in quantum noſtrum priuatum commodũ tangit: ſed in quantum tangit commodum aliorum nõ poſſumus, vt ff. de pact. iuriſgentium. §. vlt. & eſt ſimi. 63. diſt. Salonitanæ. ſic nec filius poteſt remittere id quod debetur patri: nec tutor debitum pupilli, vt C. de pac. pactum. & l. ſeq. nec præſes debitum ciuitatis. C. de tranſact. præſes. Sed nunquid epiſcopus poteſt remittere iniuriam illatam eccleſiæ? Videtur ꝙ ſic: quia iniuriarum actio non eſt in bonis noſtris ante litem conteſt. vt ff. de iniur. iniuriarum. "vnde epiſcopus pręter conſenſum capituli poteſt eam remittere. argu. ext. de his quæ fiunt à pręl. cum Apoſtolica. cum enim epiſcopus ſit pater, vt 95. diſtinct. eſto. & pater poſſit remittere iniuriam factam filio, vt ff. de iniur. ſed ſi vnius. §. filiofamilias. ergo epiſcopus poteſt. ſed non credo quòd ſolus epiſcopus poſſit illam remittere. "nam epiſcopus procurator dicitur eccleſiaſticarum rerum, vt 12. quęſtio. prima, capit. vlt. vnde cũ ſit procurator, conditionem eccleſiæ nõ poteſt facere deteriorem, vt extra de donat. c. 2.

" iniuriam nobis factã an teneamur remittere.

" iniuriam eccleſię illatã an poſſit eps remittere.

"Eps pcurator dr̃ eccleſiaſticarũ rerũ: iõ illius cõditionem deteriorẽ facere nõ poteſt.

h ¶Sine pœnitentia.] interiori, ſcilicet cordis cõtritione, ſine qua nulli datur venia, vt 24. q. 2. legatur. & j. ea. eſt iniuſta. 50. di. ſi quis diaconus. habita ergo cordis contritione poteſt ſacerdos partẽ vel totum remittere ſecundum qualitatem perſonæ, loci, & temporis, vt 26. q. 7. de his.

† al. rediuiuo

SEMEL VERO. Hæc eſt quinta pars q. in qua probat, quòd peccata ſemel dimiſſa iterum non ſunt punienda. Io. de Fan.

SI illic.] CASVS. Hug. ſic ponit hunc caſum Stephanus malè tractauit quendam alium: ſed dicebat, qđ ei de illa offenſa ſatisfecerat, ille verò negabat. Scribit ergo Gelaſius quibuſdã epis vt ſuper hoc cognoſcant: & ſi inuenerint ꝙ Stephanus ſatisfecerit, & ille remiſerit, non reuocent qđ factũ eſt: quia peccata dimiſſa in vltionem redire non debent. Si verò inuenerint nihil eſſe factum, ſtudeant pro poſſe ad componendum inter eos. ſi hoc non potuerint facere, ꝓcedant ordine iudiciario: & iudicio diffiniant cãm, punientes culpam vbi inuenerint. Bene. eodem ferè modo poſuit caſum: ſed H. melius.

i ¶ Acta ſunt.] ibi enim eſt agenda, vt 3. q. 6. ibi.

a ¶Sup-

a ¶*Supplicatione.*] Bene dicit, ſupplicatione: quia ſi non per preces, ſed propter pecuniam remitteretur iniuria, infamis eſſet: niſi hoc fieret auctoritate iudicis, vt ff. de his qui not. infa. furti. §. pactus.

« Pœñ per pœnitentiã purgatũ, an poſſit in accuſationem deduci.

b ¶*Recidiuo.*] « Argu. quòd ex quo quis eſt abſolutus, vel poſtquam pœnituit, ꝙ amplius de illo crimine accuſari non poteſt, vt extr. de accuſ. de his criminibus. & 2. q. 1. prohibentur. ſimiliter qui iurauit ſe non accuſaturũ aliquem, non poteſt eum accuſare, [a] vt extra de accuſa. veniens. licet poſſit denuntiare crimen ſuum, vt extr. de iureiurand. quemadmodum. in fin. imo eo ipſo quòd quis dicit ſe nolle accuſare, non admittitur accuſans, vt ff. de adulte. ſi maritus. §. ſi negauerit. imo tacitè renuntiat quis accuſationi ſuæ, extra de his quæ fiunt à maio. par. cap. ex ore. in fin. & extra de off. de le. gratum. « Hoc autẽ ſcias quòd iniuria duobus tollitur: vel remiſſione, vt hic: vel diſſimulatione: & ſecũdũ hoc ſi iniuria illata eſt per metum, anno vtili aboletur, vt ff. quod me tus cau. ſi cum exceptione. §. 1. ſi alio modo inferatur, tollitur continuo anno. inſt. de iniur. in fi. C. de iniur. ſi non conuitij. Si autem non reuocatur ſtatim iniuria ad animum, amplius agi non poteſt, vt ff. de iniur. non ſolùm. §. 1. & inſt. de iniur. §. vlt.

† al. rediuiuo

† eãdẽ ferè verba hñr ĵ. de pœ. diſt. 4. c. diuina.

a Adde ad hoc gloſ. & Bar. i l. ſi maritus. §. ſi ne gauerit. ff. ad leg. Iul. de adul.

« iniuria duob⁹ mod. remittitur.

1 ſ. ea. quod Chriſtus.

† Ochozias filius Achab

4. Reg. 1.

c ¶*Non patitur.*] De hoc agitur ĵ. de pę. diſt. 4. diuina. & eſt hic argumentum, quòd poſt pænitentiam quis accuſari non poteſt. De hoc not. 33. q. 2. admonere.

d ¶*Tranſactum.*] iudicis auctoritate intelligas: quia ſine eius auctoritate non licet tranſigi pro iniuria illata, vt ff. de his qui not. infa. furti.

e ¶*Afflicti.*] i. iniuriati.

f ¶*Irremiſſibiliter.*] idest, ſi non vult dimittere iniuriam, nõ enim cogitur ad hoc, vt notaui ſ. c. prox.

g ¶*Perſtet.*] idest, perſiſtat.

ſtiterit & ſatisfeciſſe Stephanum, & ſupplicatione [a] ſuſcepta, eum, qui malè tractatus eſt, ignouiſſe, ſemel in ablatione remiſſa punitio recidiuo† [b] dolore non debet iterari: diuinæ †ſcilicet imitatione clementiæ, quæ dimiſſa peccata in vltionem redire non patitur. [c] Sin verò nihil vel de ſatisfactione probabitur, vel de remiſſione tranſactum, [d] dilectionis veſtræ ſermone monſtretur: quatenus, ſiue nunc ſaltem poterit competens ſatisfactio prouenire, illud potius exerceatur, vbi animum ſanare poſſit afflicti, [e] ſiue irremiſſibiliter [f] perſtet [g] acerbitas, ibi dem nihilominus vindicetur, vbi plectibilis eſt orta præſumptio.

6 *Sed obijcitur [h] illud Ambroſij* [i] *Ad preces Heliæ ignis deſcendit de cælo vt prophetæ vindicaretur iniuria.*] *Quod tunc intelligitur factum, quando Achab* † [i] *rex Iſraël poſt ſterilitatem illam trium annorum, & ſex menſium, quæ facta eſt, quando precibus Heliæ clauſum eſt cælum annis tribus, & menſibus ſex, miſit duos quinquagenarios ad Heliam, qui dicerent ei* [*Homo Dei, rex Iſraël vocat te: quia ait, ſi homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo, & conſumat vos: & ſtatim ignis deſcendit de cælo: & conſumpſit eos*] *Quo facto* [k] *non cuius meriti apud Deum eſſet voluit oſtendere, ſed quòd ille eſſet verus Deus, quem colebat, non ille, ad cuius culturam ſtupro proprij corporis Iezabel nonnullos prouocabat, euidentiſſimis iudicijs monſtrare curauit. Iniuria ergo prophetæ non alia, quàm iniuria Domini ipſius intelligitur: quæ in paucis vindicanda eſt, vt cæteri terreantur.*

Item obijcitur illud Siluerij Papæ ad Amatorem Epiſcopum.

¶ Apoſtolicus anathematizauit eos, qui eum ceperant, vel qui deinceps epiſcoporum aliquem ceperit.

CAP. XXX.

2 GVliſarius [A] patritius noſter mandauit [l] me ad ſe venire pacificè pro quibuſdam eccleſiaſticis diſpoſitionibus in palatium Pincis: & ad primum & ſecundum velum [m] retinuit omnem clerũ, & populum, qui mecum veniebat, & nullum permiſit introire, niſi me ſolum, & Vigilium diaconum noſtrum†. Me verò [n] vi retento, & ante prædictam [B] patritiam deducto miſerunt in exilium: in quo ſuſtentor modo pane tribulationis, & aqua anguſtiæ. Ego tamen propterea nõ dimiſi, nec dimitto officium meum: ſed cum epiſcopis, quos congregare potui, eos, qui talia erga me egerunt, anathematizaui, [o] & vnà cum illis Apoſtolica & ſynodali auctoritate ſtatui, nullum vnquam taliter decipiendum, ſicut deceptus ſum: & ſi aliquis deinceps vllum vnquã epiſcoporum taliter deceperit, anathema marantha [p] fieret in conſpectu Dei, & ſanctorum Angelorum. *Idem Vigilio.* ¶ Habeto ergo cum his, qui tibi conſentiunt, plenæ damnationis ſententiam, ſublatumque tibi nomen, & munus miniſterij ſacerdotalis [q] agnoſce Spiritus ſancti iudicio, & Apoſtolica à nobis auctoritate damnatus

[A] ¶Guiliſarius.] *In tribus vetuſtis exemplaribus, ex quibus caput hoc reſtitutum eſt Siluerio. (antea enim tribuebatur Silueſtro) legitur*

h ¶*Sed obijcitur.*] contra illud quod nullus debet iniuriam ſuam vlciſci.

i ¶*Achab.*] Confundit hiſtoriam. non enim Achab miſit illos quinquagenarios: ſed rex Ochozias: nec etiam illud contigit tempore Achab, ſed illud contigit ſub Ochozia. [b]

b Sub. cuius filius fuit Achab. vt leg. 4. Reg. 1 pr. & 3. Reg. vl.

k ¶*Quo facto.*] ſoluit obiectionem.

ITEM OBIICITVR. Casvs. Adhuc obijcit ꝙ propria iniuria vindicãda eſt. Et ad hoc inducit ſequẽtia c.

GVliſarius.] Casvs. Guiliſarius patritius mandauit Siluerio vt ad ſe veniret ĩ palatium Pincis: qui cũ intrare vellet cum multitudine clericorum & laicorum, ſolus cũ Vigilio diacone proditore permiſſus eſt intrare: clero & populo retento ad primum & ſecũdum oſtium cameræ palatij: vbi captus miſſus eſt in exilium: in quo exilio captiuus tenebatur. Ipſe tñ cum epiſcopis, quos potuit congregare, anathematizauit Guiliſarium cũ complicibus ſuis: & ꝗcunque decætero talia fecerit, ſit anathema marantha, ideſt, ſeparatus à collegio ſanctorum in aduentu Domini ſecundo. Vigilium verò diaconem cũ ſuis fautoribus non ſolùm anathematizauit, ſed etiam depoſuit. *Sacerdotalis*: quod habiturus erat, vel ſacerdotalis, id eſt, clericalis.

2 Pol. l. 1. tit. 7. Anſ. l. 12. c. 8. & 9.

† al. mecum

l ¶*Mandauit.*] Hic mandare ponitur pro rogare: ſicut alibi ponitur rogare pro mandare, vt 11. q. 3. rogo.

m ¶*Velum.*] ideſt, cameram, vel oſtium.

n ¶*Me verò vi retento.*] qui hoc modo includit clericum, licet alio modo non inijciat manus in eum violentas, eſt excommunicatus, vt ext. de ſen. excõ. cum deſideres. in parte deciſa.

o ¶*Anathematizaui.*] ſuprà eadem, capitu. inter querelas. contra. Sed dic quòd hæc iniuria contingit eccleſiam. [c] 64. diſtinctione, Salonitanæ. Vel hic non erat ſuperior iudex. 40. diſtinctio. ſi Papa. poteſt tamen iudex corporalem infligere pœnam pro offenſa ſua, vt 45. diſtinct. & qui emendat.

c Vt ĵ. §. r. vel dic qđ vbi fit iniuria Papę manifeſta, pôt eã vindicare, vt hic. Si eſt occulta, pt de ea facere inqri. C. ſi qs imp. ma. l. j. ſcdm Inno. qui de hoc ſatis no ext. de verb' ſig. ex parte.. de hoc ét ſa tis not. Ber. ext. de cler. maleſ. c. 1.

p ¶*Marantha.*] Dicitur marantha aduentus Domini. ſi. 24. q. 3. §. ſed qui. ideſt, vſque ad aduentum Domini ſit excommunicatus, ſupple niſi pœniteat. ſic 27. q. 1. de viduis.

q ¶*Sacerdotalis.*] i. clericalis, arg. quòd alicui aufertur quod non habet, vt 5. q. 6. iuſta. 27. q. 2. §. ex his omnibus.

SED OBIICITVR. Hæc eſt ſexta pars quæſtio. in qua probat quòd iudices mereantur in correctione ſubditorum, ſi tamen formam canonicam non excedant. Et hoc probat per 7. cap. Ioan. de Fant.

Casvs. Suprà dictum eſt quòd aliquis propriam iniuriam vlciſci non debet. Nunc verò probat contrarium exemplo Heliæ, ad quem cum Achab rex Iſrael poſt ſterilitatem triũ annorum & ſex menſium, quæ facta eſt precibus Heliæ, miſiſſet ei duos quinquagenarios, qui dicerent ei: homo Dei, rex Iſrael vocat te. ait eis, ſi homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo, & conſumat vos, quod factum eſt. poſteà ſoluit hanc obiectionem, dicens, quod Helias propriam iniuriam nõ vindicauit, ſed potius iniuriam Dei: oſtendens eſſe verum Deũ quem colebat.

SED ET HIC. Casvs. Soluit nunc Gra. obiectionẽ de facto Siluerij, dicens qđ Siluerius non eſt propriam iniuriam vltus: ſed iniuriam eccleſiæ. Poſteà proſequit ſecundum membrum illius. §. Ecce. vbi dicitur qđ delictum paucorum eſt puniendum, vt cæteri terreantur. Sed quia hoc non probauerat: ið nunc probat qđ peccatum paucorum eſt puniendũ quinq; exẽplis. & hoc ſi peccata ſint manifeſta. ſed ſi occulta ſunt, nõ debent

debent puniri.eo exemplo quo Chriſtus non puniuit Iudam. & ad hoc vltimũ ſequens capitu.inducitur,cuius caſus eſt pla nus.Ita quoque ordina literam, non habet poteſtatem obijcere quem ſcit reum.

a ¶*Quod autem.*]Dicit §. in ca.quid faciet.in §. ecce quòd crimina.quòd quandoque delinquentes ſunt patienter expectandi : & illud membrum executus eſt. dixit enim quòd crimen quandoque in paucis eſt vindicandum,vt cæteri terreantur.

b ¶*Vituli.*] 45. di. diſciplina.

" Phinees Hebræum occidit. c ¶ *Vna die.*] "dum Phinees occidit Hebræum coeuntem cum Madianita,quam hiſtoriam habes 2.quæſ.7.§. item cum Balaam.

†al.puniendum.

Exod. 32. d ¶ *Murmurationis.*] quando Iudæi murmurabant in deſerto propter carnes. volebant enim ſibi conſtituere ducem , & reuerti in Aegyptum.90.diſt.alienus.

Num. 25.

e ¶*Baal.*]Hanc hiſtoriam habes 1. q.1. cum ſcripura.

Num. 11.

f ¶*Quòd verò peccata.*] iſtud ſpectat ad illud ſuprà eod. §. his ita reſpondetur , ſunt quædam.

3. Reg. 18.

g *SI quis.*]¶*Non habet.*] quia non eſt eius iudex.

h¶*Immunis eſt.*]à peccato participationis : nec imputatur ei ſi tacet, cum non poſſit illud probare.2.q. 7.plerunque. licet autem iudex ſciat aliquem criminoſum, non ideo ſtatim poteſt eũ à ſe abijcere , vt 6.qu. 2. ſi tantum.

Io.12.

i ¶ *Sine accuſatore.*] Excipiuntur caſus poſiti 2. quæſ.1.de manifeſta.

1 §.2.q.1.de manifeſta. ver.vt S.Ambroſius. Cap.l.5.ca. 244.

SIMILITER. CASVS. Dictum eſt ſuprà , quòd cum peccata ſint occulta , non eſt ſententia ferenda. Nunc verò oſtendit Gratia. idem eſſe faciendum quando multitudo eſt in cauſa : vel peccans ſociam habet multitudinem.& ad hoc inducit ſeq.c.

N*On poteſt.*] CASVS. Parmenianus dicebat quòd cum multitudo , vel ille qui habet ſociam multitudinem , eſt in ſcelere , qui corrigi non poteſt,fugiendum eſt tũc. Sed Auguſt.docet non eſſe fugiendum, ſed dolendum & gemendum: quia tunc miſericordia Dei neceſſaria eſt :

Belliſarius. *ſed,quia eſt initium capitis,non eſt mutatum.*

B ¶Prædictam patritiam.]*Sic mutatum eſt ex ipſa epiſtola , & vita Siluerij , vbi hæc patritia vocatur Antonina. Antea legebatur,* prædictum patritium.

Sed & hic non ſuam,ſed eccleſiæ iniuriam vltus eſt . Quòd autem[a] *peccatum populi in paucis vlciſcendum† ſit , Moyſes exemplo ſuo docuit : qui peccatum idololatriæ in paucos cultores vituli*[b] *vindicauit, morte paucorum expians peccata multorum,in præſens terrens,in poſterum diſciplinam ſanciens. Sic & ipſe peccata totius populi morte paucorum puniuit:dum pro fornicatione totius populi vna die*[c] *xxiiij. millia perierunt. Sic & pro peccato murmurationis*[d] *, vel tentationis nonnulli puniti ſunt,ut eorum exemplo cæteri ad pęnitentiam cogerentur. Sic & quotidie nonnullos punit Deus , vt diuina prouidentia etiam circa humanę vigilare cognoſcatur: & nonnullos etiam per longa tempora ad pœnitentiam expectat,vt patientiam ſuæ benignitatis nobis oſtẽdat.Sic etiam Helias culturã Baal*[e] *vindicauit,ſacerdotes & prophetas eius interficiendo , morte auctorum expians peccata imitantium populorum.Quòd verò peccata*[f] *, quæ publicis indicijs deferuntur , punienda non ſint,illo exemplo probatur, quo Chriſtus,qui Iudam ſolus furem nouerat non abieciſſe,ſed patienter toleraſſe aſſeritur.*

Vnde Ambroſius ſuper primam epiſtolam ad Corinthios,c.5.ait.

¶Iudicis non eſt ſine accuſatore damnare.

CAP. XXXI.

1 SI quis poteſtatem non habet[g],quem ſcit reũ,abijcere,aut probare nõ valet,immunis eſt[h]: & iudicis non eſt ſine accuſatore[i] dãnare : quia & Dominus Iudam,cum A fur eſſet, quia non eſt accuſatus, minimè abiecit.

A ¶Cum fur.]*Addita hic ſunt aliquot verba ex originali.*

Similiter non eſt ferenda ſententia , quando multitudo eſt in cauſa , vel quando ille peccat , qui ſociam habet multitudinem.

Vnde Auguſtinus in lib.3. cap.2. contra epiſtolam Parmeniani.

¶ Quod à multitudine peccatur, vel ab eo,qui multitudinem habet ſociam,ab eccleſia non punitur,ſed defletur.

& cum facultas prædicandi ſe obtulerit , non eſt ceſſandum à generali increpatione : & maximè cum videmus populum aſtligi mortalitate & fame,& alia mala peſte.

k ¶*Non poteſt.*]§.diſt.50.vt conſtitueretur.

l ¶*Multitudinem.*]" Sic ergo ratione multitudinis non exercetur vindicta.[a] vt 1.q. 7. quoties.§.c. ipſa pietas. & 9.q.1.ordinationes. Dicuntur autem hic multi plures quàm xl.ext.de cle. exc. mi.latores. " Vindicta rõe multitudinis relaxatur.

a Sic vbi timetur periculũ.§. c. cũ quiſque.

CAP. XXXII.

2 NOn poteſt[k] eſſe ſalubris à multis correptio, niſi cum ille corripitur,qui nõ habet ſociam multitudinem[l]. Cum verò idem morbus plurimos occupauerit,nihil aliud bonis reſtat,quàm dolor,& gemitus : vt per illud ſignum[m], quod Ezechieli ſancto reuelatur, illæſi euadere ab illorum vaſtatione mereantur.*& infrà.* ¶Reuera, ſi contagio peccandi multitudinem inuaſerit, diuinæ diſciplinæ ſeuera miſericordia[n] neceſſaria eſt . Nam conſilia ſeparationis[o] & inania†ſunt,& pernicioſa , atque ſacrilega,quia impia,& ſuperba ſunt† , & plus perturbant infirmos[p] bonos, quàm corrigant animoſos malos. *& infrà.* ¶Turba autem iniquorum,cũ facultas[q] eſt in populis promendi ſermonem , generali[r] obiurgatione ferienda eſt : & maximè,ſi occaſionem , atque opportunitatem præbuerit aliquod flagellum deſuper Domini , quo eos appareat pro ſuis meritis vapulare.

3 *Præcepta*[ſ] *verò Euangelica de dilectione inimicorum, & miſericordia impendenda proximis, exhortationes quoque Apoſtoli de cibandis, vel potandis inimicis non eatenus intelligenda ſunt,vt peccandi† relaxetur impunitas: ſed vt delinquẽti correctio,& naturæ miniſtretur ſubſidium:donec per ſñiam iudicis,adempta ſpe correctionis,malorum tollatur exercitiũ.In hoc ergo iubemur diligere inimicos,& miſereri eorũ, vt de eorum perditione doleamus, eorũ ſalutem deſideremus , & pro eorum correctione quotidie laboremus , & oremus,pęnitentibus ſolatia impendamus,alter alterius onera portantes , non vt pertinaces , & in malo perſiſtentes impunitate donemus. Sicut enim erga pœnitentes non ſeueri, ſed miſericordes eſſe monemur iuxta illud[Noli*A*eſſe*[t] *nimis iuſtus:quia eſt iuſtus , qui perit in iuſtitia ſua.] & iterum[Iudicium ſine miſericordia erit ei , qui non fecit miſericordiam.]& item illud Apoſtoli in ſecunda epiſtola ad Corinthios [Cui aliquid donaſtis ,*[u] *& ego.Nam & ego,ſi quid donaui, propter vos donaui.ac † ſi ipſe Chriſtus donaret , vt non circunueniamur à ſatana. Non enim ignoramus cogitationes eius] [Qui quos nequit conſentiendo decipere,facit nimis aſperos,] ſicut, inquam, pęnitentibus , vt dictum eſt, miſericordes eſſe iubemur, ſic impæ-*

m ¶*Signum.*] ſcilicet Thau. 2 Iuo in prolog. Pan. in prolo. c.15. 16.17.

n ¶ *Miſericordia.*]ex ſeueritate procedens. ADDITIO. vel dic ſeuera miſericordia , i. Dei vltrix correctio. Goffr. quaſi dicat Deo vltio relinquitur : quia homo non poteſt. Ezech.9.

o ¶ *Separationis.*]ideſt , excõmunicationis.

p ¶*Infirmos.*]qui facilè ſcandalizantur.

q ¶*Cum facultas.*]ideſt , cum non contemnetur eius prædicatio. nam ſi non proficit,potius tacere debet.11.q. 3.quando. † al. immania. †al.fiunt.

r ¶*Generali obiurgatione.*]8.q. 1. quid aũt.

PRAECEPTA. CASVS. Dictum eſt ſuprà, quòd mali in pace & ſine ſcandalo ſunt puniẽdi & corrigendi: ſed qa hoc videbatur contrarium dictis euangelicis & Apoſtolicis , quæ ponuntur in ſuperiori §. ex his omnibus, quia eſt verſus principium quæſtionis , vbi dicitur quòd debemus eſſe miſericordes inimicis , & eis benefacere : ideo nunc Grat.ſoluit hanc contrarietatem , dicens quòd illa dicta ſunt intelligenda vt peccantib. relaxetur impunitas: & ſi ſunt incorrigibiles , debemus eis alimenta miniſtrare,& dolere & gemere : donec inuenta opportunitate per iudicem puniantur. Si autem corrigibiles ſunt, debemus eis miſereri: & non eſſe nimis ſeueri contra eos : quod probat tribus auctoritatib. 3 §.eod.hæc autem. Luc. 6. Rom.12. † al. peccãti Gal. 6. Eccl.7.

ſ ¶ *Præcepta.*]poſita in ſuperiori §. ex his omnibus. Iac. 2.

t ¶*Noli eſſe.*]hæ auctoritates ſunt expoſitę 2. q.8. §.his ita reſpondetur. 2.Cor.2.

u ¶*Donaſtis.*] loquitur ibi Apoſtol[a] de Corinthio , qui ad pñiam rediret:& petijt Apoſtolus vt reciperent ipſũ : & remiſit ei offenſam, & eſt ſimile 35. q. 9. c. veniam. †in perſona Chri] Ori. Gl. interl. ibi.

Eſt

Est iniuſta.] Casvs. Oſtendit Ambroſius in hoc c. quòd prælatus eccleſiæ non debet inconſultè peccantem reconciliare: nec ſemper eſt ei parcendum, licet audiat eum iudex lachrymari. Et hoc probat quatuor rationibus. ſ. auctoritate veteris teſtamenti, vel legis: ſ. in Deuteronomio de quodam præuaricatore qui inuitabat homines ad idololatriam: & exemplo Saulis & Latronis incorrigibilis & aſpirãtis ad exitia multorũ: qui ſeruari non debet. & exemplo iudicis, qui debet condemnare cõdemnandum, & abſoluere abſoluendum.

a ¶*Est iniuſta.*] ſic iuſtitia quandoque dicitur eſſe falſa, vt 45. di. vera. nam ſæpe vitia virtutes ſe eſſe mentiuntur. 41. diſt. ſæpe.

b ¶*In lege.*] id eſt, Deuteronomio: vbi ſcriptum eſt de illo qui inuitat alios ad idololatriam. nec acquieſcas ei: non audias eum, nec miſerearis eius: ſed ſtatim occidas eum, vt ⁊. e. q. 5. ſi audieris.

c ¶*Diuina.*] Si. ff. de p. ſi hominem. & ff. de dol. eleganter. §. item Labeo. inſt. de lege Aqui. in fi.

d ¶*Et lachrymis.*] iudex non debet moueri ad lachrymas calamitoſorum, vt ff. de of. præſi. obſeruandam. & de pœ. di. 3. ſunt plures.

e ¶*Tradit.*] occaſionaliter.

f ¶ *Si gladium.*] Sed quare hic redarguit eccleſia iudicem qui gladium reprimit: cum aliàs petat Aug. reos non occidi, vt ⁊. q. 5. c. 1. & ca. de occidendis? Sed dicas hic loqui de incorrigibilibus: ibi de corrigibilibus. ſic ⁊. c. qu. 5. prodeſt.

g ¶*Periculo.*] propter hoc verbum quidam hic dixerunt, quòd in criminali cauſa nõ eſſet mitius agendum cũ reo, quàm cum actore: quod non concedo, vt 35. q. 9. veniam. in fine.

h ¶*Communionis.*] rerum quibus ſuſpenſus eſt: non intelligas hoc de ſententia excommunicationis. nam ibi propter periculum non eſt differenda abſolutio. nam quandoque fit ab ſolutio à iudice non ſuo. vt extra de ſen. exc. ſacro. & ext. de ap. qua fronte. niſi velis intelligere in eo caſu quando propter contumaciam detinetur aliquis diutius in excommunicatione. 11. quæſtione tertia, qui iubente.

i ¶*Facilitas.*] verum eſt quòd de iure non dat, ſed de facto ſæpe dat: & ſic non ob. 1. q. 7. exigunt.

1 Anſ. l. 13. c. 33. Poly. l. 6. tit. 21.

Deut. 19. 1. Reg. 15.

† Atqui, ſi quis latronis] Orig.

" iudex lachrymis ſe ſti ñ debet.

a Præterea eccleſiaſtic' iudex liben ter audit ſo licitos p ſalute. 35. q. 9. veniã. vbi ď hoc. in fi. & adde qď le. & ño. 9. diſ. ſalus qppe.

† al. Deniq;

† al. facilitate

¶De iuſta, & iniuſta miſericordia.

CAP. XXXIII.

1 Est iniuſta[a] miſericordia. Denique in lege[b] ſcriptũ eſt de quodam [Non miſereberis illius.] Et in libris regnorum legis, quia Saul poſteà contraxit offenſam, quia miſeratus eſt Agag hoſtium regẽ, quem prohibuerat ſnĩa diuina[c] ſeruari. Itaque †, ſi quis latronem filijs deprecantibus motus, & lachrymis[d] coniugis eius inflexus abſoluendum putet, cui adhuc latrocinandi aſpiret affectus, nonne innocentes tradit[e] exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem? Certè ſi gladium[f] reprimit, vincula diſſoluit, cur laxat exilio, cur latrocinandi, qua poteſt clementiori via nõ eripit facultatem, qui voluntatem extorquere non potuit? Deinde † inter duos, hoc eſt, accuſatorem & reum, pari periculo[g] de capite decernentes, alterum, ſi non probaſſet, alterum, ſi eſſet ab accuſatore conuictus, non id, quod iuſtitiæ eſt, iudex ſequatur: ſed dum miſeretur rei, damnet probantem: aut dũ accuſatori fauet, qui probare non poſſit, addicat innoxium: non poteſt igitur hæc dici iuſta miſericordia. In ipſa eccleſia, vbi maximè miſereri decet, teneri quã maximè debet forma iuſtitiæ, ne quis à communionis[h] conſortio abſtentus A, breui lachrymula, atque ad tempus parata, vel etiam vberioribus fletibus communionem, quãplurimis debet poſtulare temporibus, à facilitate † ſacerdotis extorqueat. Nonne, cum vni indulget indigno plurimos facit ad prolapſionis contagium prouocari? Facilitas[i] enim veniæ, incentiuum tribuit delinquendi.

nitentibus, & obſtinatis in malo miſericordiam impendere prohibemur.

Vnde Ambroſius ſermone 8. in pſal. 118. ver. 2.

A ¶Noli eſſe.] *Gratianus non refert ipſa prorſus verba Eccleſiaſtis. Ea enim ſic habent,* Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ, iuſtus perit in iuſtitia ſua, & impius multo viuit tempore in malitia ſua. Noli eſſe iuſtus multum, neque plus ſapias, quàm neceſſe eſt, ne obſtupeſcas.

A ¶Abſtentus.] *Antea legebatur,* à conſortio communionis vel criminationis abſtractus. *Emendatum eſt & hoc, & multa alia ex ipſo originali.*

Item Auguſtinus in libro pſalmorum, pſ. 32.[2]

¶Non debemus in mala cauſa pauperi miſereri.

CAP. XXXIIII.

Ne amiſſo † iudicio[k] ſis pauperi in mala cauſa miſericors, cuius ſi parcis ſacello[l], percutis cor, & tantò nequiorem reddis, quantò iuſtum ſibi fauere videt.

¶*Ferè eadem ſunt in gloſſa ordinaria in pſ. 32. ad ver.* Diligit miſericordiam, *ex B. Auguſtino collecta ſententia.*

Idem.[3]

¶Homini eſt miſerendum, peccatori iraſcendum.

CAP. XXXV.

4 Dvo iſta nomina cum dicimus, homo peccator, non vtique fruſtrà dicuntur. Quia peccator eſt, corripe, qa homo[m] eſt, miſerere: nec omnino liberabis hominem, niſi cum perſecutus fueris peccatorẽ. Huic officio[n] nominis †[o] inuigilet diſciplina, ſicut cuique regẽti apta, & accommodata eſt, non ſolùm epiſcopo[p] regenti plebem ſuam, ſed etiã pauperi regendi domũ ſuam, diuiti regenti familiam[q] ſuam, marito[r] regenti cõiugem ſuã, patri regenti prolem ſuam, iudici regenti prouinciã ſuã, regi regenti gentem ſuam. *& paulò poſt.* ¶ Ita, nulli homini claudenda eſt miſericordia: nulli † peccatori impunitas relaxanda eſt. 5 Hinc itaque maximè intellegendum eſt, quã non ſit contemnenda eleemoſyna, quæ quibuſque[ſ] pauperibus iure humanitatis impenditur, quandoquidem Dominus ſubleuauit indigentiam pauperum etiam ex his loculis quos ex opib. implebat aliorum. *& paulò poſt.* ¶Non ergo

Ne amiſſo.] Casvs. Dicitur in hoc c. quod iudex prætermiſſa diſcretione in mala cauſa pauperis miſereri nõ debet: quia ſi iudex paupertati eius parcit, reddit eum nequiorẽ, cum videat ſibi iuſtum fauere. *Amiſſo*, id eſt, dimiſſo, & derelicto. *Iudicio*, id eſt, diſcretione. *Saccello*, i. paupertati corporis, vel pecuniæ.

k ¶*Iudicio.*] id eſt ordine iuris.

l ¶*Saccello.*] id eſt paupertati. Ioan.

Dvo iſta.] Casvs. Oſtendit Aug. in hoc cap. quòd duo ſunt nomina: homo, ſcilicet & peccator: & in eo qď aliquis eſt homo, eſt ei miſerendum: in eo qď eſt peccator, eſt corrigendus: quia homo nõ liberatur à morte niſi puniatur in eo delictũ: & huic officio correctionis inuigilare debet quilibet qui nomen habet & officium corrigendi, quod probatur vij. exemplis, ſcilicet epiſcopi, pauperis, & diuitis, mariti, patris, iudicis & regis: quorum quilibet corrigere debet delictum ſecundum officium ſibi commiſſum. Non eſt igitur contemnẽda in peccatoribus eleemoſyna, dũmodo eorũ iniquitatẽ perſequamur.

m ¶*Quia homo.*] ſic 86. diſt. odio.

n ¶ *Officio.*] correctionis.

o ¶*Nominis.*] i. ſecundum quòd aliquis nominatur vel prælatus vel pater, vt oſtendit per exempla.

p ¶*Epiſcopo.*] Ex hoc c. & ex illo ⁊. e. ita conſueuit dici quòd illud, Si peccauerit in te frater tuus, ad ſolos illos ſpectat, qui ex poteſtate aliqua poſſunt puniri: ſed certè hic non loquitur de denuntiatione, ſed tantùm de correctione: ad quam etiã alij tenentur, qui enumerantur hic. nam & vicinus tenetur corrigere vicinum ſuum, vt ⁊. e. q. 5. non putes. " Item quilibet tenetur alium occultè corrigere; vt extra de hęr. cũ ex iniuncto. circa fi.

q ¶*Familiam.*] C. de emen. ꝓpinquor. l. vna. & 33. q. 2. placuit.

r ¶*Marito.*] ⁊. 7. q. 1. ſicut alterius.

ſ ¶*Quibuſque pauperibus.*]

2 Ex gl. ord. ibi.

† al. commiſſo

3 Beda Gal. 6.

4 Pol. l. 6. tit. 21. Anſ. l. 13. c. 71.

† omnis] vera lectio.

† al. ſicut nulli peccato

5 Ex iſto textu infertur qď abſolutio ñ eſt differẽda. concor. tex. l. fi. cum ibi no. C. ď ſum. tr.

" Correctio occulta eſt præcepti.

*ribus.*ſ̄.42.diſ.quieſcamus.Ioan.

ITEM ILLVD. CASVS. Dictum eſt ſ. quòd poſſumus perſequi peccatorẽ. ſed contra hoc obijcitur ab hęreticis auctoritas Euangelij. Qui gladio, &c. Sed hanc auctoritatem determinat Aug. in ſeq. c. cuius caſus planus eſt.

a ILle gladium accipit.] iniuſtè.

b ¶Poteſtate.] Nam poteſtas gladij tantùm à principe habetur, vt ſ. e.q. 1. militare. & q. 2. c. 1.

1 ſ̄.e.tres perſonas. in fi.

PORRO. Hæc eſt 7. pars q. in qua probat magiſter per 13. auctoritates, quòd omnino iudices malos corrigere debent: alioquin pęna eorum imputabitur eis. Io. de Fan.

✠ Iuo p. 10. c. 110. Pann. l. 8. c. 44.

CASVS. Dictum eſt ſ. in c. qui ſecundum carnem, quòd aliquem per ſequi nõ debemus. Sed dicit nunc G. quòd hoc non eſt generaliter verum, quòd eccleſia nullum perſequatur: ſed quòd iniuſtè nullum perſequatur. Nam iuſtè hæreticos perſequimur & alios peccatores, & ſic Chriſtus perſecutus fuit illos, quos de templo eiecit.

† vtitur gladio] Orig.

3 ſ̄.e. qui ſecundum.

c ¶Illud Hieronymi.] ſ. ea. qui ſecundum carnem.

NImium ſunt.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas part. In prima innuitur quòd Vincentius Donatiſta conquerebatur, quòd Chriſtiani ipſum perſequebantur iniuſtè: ſed Augu. oſtendit quòd ipſum iuſtè perſequuntur, & hoc probat 9. rationib. quæ in ipſa litera patent, & 4. exẽplis, ſ. prophetarum, Chriſti, & Apoſtolorum, & Imperatoris. In 2. parte dicitur, quòd nullius crimen nocet neſcienti: quia facta malorum quæ probari non poſſunt, non coinquinant quẽquam: nec deſerendi ſunt boni propter malos: ſed mali ſunt tolerandi propter bonos. Secunda pars inci. ibi, *Certè nullius.* Prima ratio incip. ibi, *Si enim.* Secunda ibi, *At enim quibuſdam.* Tertia ibi, *Item poſt aliqua.* Quarta ibi, *Meliora.* Quinta ibi, *Melius.* Sexta ibi, *Vtilius.* Septima ibi, *Item poſt pauca.* Octa-

4 Pol. l. 7. c. 6 Anſel. l. 12. c. 55.

† al. præceps

ſuſcipiamus peccatores, propterea quòd ſunt peccatores, ſed tamen eos ipſos, quia & homines ſunt, humana conſideratione tractemus: perſequamur in eis propriam iniquitatem: miſereamur communem conditionem.

¶Initium huius capituli habetur in ſermone 94. & 109. de tempore. & hom. 6. in lib. 50. homiliarum. Verũ integrum eſt apud Bedam in com. epiſtolæ ad Galatas, c. 6.

Item illud Euangelij, quod obijciebatur [1 *Qui gladio vſus fuerit, gladio cadet,*] *Auguſtinus exponit in 22. lib. contra Fauſtum Manichæum, c. 70. ita dicens.*

¶Quis dicatur gladium accipere.

CAP. XXXVI.

2 ILle gladium† accipit, [a] qui nulla ſuperiori, ac legitima poteſtate [b] vel iubente, vel concedente in ſanguinem alicuius armatur.

3 *Porrò illud Hieronymi* [c], *quo eccleſia negatur aliquem perſequi, non ita intelligendum eſt, vt generaliter eccleſia nullum perſequatur: ſed quòd nullum iniuſtè perſequatur. Non enim omnis perſecutio culpabilis eſt: ſed rationabiliter hæreticos perſequimur: ſicut & Chriſtus corporaliter perſecutus eſt eos, quos de templo expulit.*

Vnde Auguſtinus ait Vincentio, epiſt. 48.

¶Poteſtatis officio vtiliter inquieti corriguntur.

CAP. XXXVII.

4 NImiũ ſunt inquieti Donatiſtæ, A quos per ordinatas à Deo poteſtates B cohiberi, atque corrigi mihi non videtur inutile. Nam de multorum iam correctione gaudemus. *Item infrà.* ¶Si enim quiſquam inimicum ſuum periculoſis febribus phreneticũ factum currere videret in præcipitium†, nonne tunc potius malum pro malo redderet: ſi eum ſic currere permitteret: quàm ſi corripiendum, ligandumq́ue curaret? Et tamen tunc ei moleſtiſſimus, & aduerſiſſimus videretur, quando vtiliſſimus, & miſericordiſſimus extitiſſet. Sed planè ſalute reparata tantò ei vberius gratias ageret, quantò ſibi eũ minus pepercisse ſenſiſſet. *& poſt pauca.* ¶At enim quibuſdam iſta non proſunt. Nunquid ideo negligenda eſt medicina: quia nonnullorum eſt inſanabilis peſtilentia? *Itẽ poſt aliqua.* ¶5 Non omnis, [d] qui parcit, amicus eſt: nec omnis, qui verberat, inimicus. Meliora ſunt vulnera amici, quam blãda † oſcula inimici. Melius eſt cum ſeueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. Vtilius eſurienti panis tollitur, [e] ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligebat, quàm eſurienti panis frangitur, vt iniuſtitię ſeductus acquieſcat. *Item poſt pauca.* ¶Putas neminem debere cogi [f] ad iuſtitiam: cum legas patremfamiliàs dixiſſe ſeruis: [Quoſcunque inueneritis, cogite intrare:] cum legas, etiam ipſum primò Saulum, poſteà Paulum ad cognoſcendam & tenendam veritatem magna violentia Chriſti cogentis eſſe compulſum. *Item poſt pauca.* ¶Et noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum ſpargere, & aliquando paſtorem flagello ad gregem pecora errantia reuocare. *Item infrà.* ¶ Si ſemper eſſet culpabile perſecutionem facere, nõ ſcriptum eſſet in ſanctis libris [Detrahentem proximo ſuo occultè, hũc perſequebar.] Aliquando ergo & qui eam patitur, iniuſtus eſt: & qui eã facit, iuſtus eſt. Sed planè ſemper & mali [g] perſecuti ſunt bonos & boni perſecuti ſunt malos [h]: illi nocendo per iniuſtitiam, iſti† conſulendo per diſciplinam: illi immaniter, iſti temperanter: illi ſeruientes cupiditati, iſti charitati. Nam qui trucidat, non conſiderat quemadmodum laniet: qui autem curat, conſiderat quemadmodum ſecet. Ille enim perſequitur ſanitatem, iſte putredinẽ. Occiderunt impij prophetas, occiderunt impios & prophetæ [i]. Flagellauerunt Iudæi Chriſtum, Iudæos flagellauit & Chriſtus: traditi ſunt Apoſtoli ab hominibus poteſtati humanæ: tradiderunt & Apoſtoli homines poteſtati ſatanæ. In his omnibus quid attenditur, niſi quis eorum pro veritate, quis pro iniquitate, quis nocendi cauſa [k], quis emendandi? *& paulò poſt.* ¶Conſtantinus Imp. primus conſtituit [l], vt res conuictorum, & vnitati peruicaciter reſiſtentium fiſco vendicarentur. *& poſt pauca.* ¶ Certè [m] nullius crimen maculat neſcientem. *Item infrà.* ¶6 Facta nocentium, quæ innocentibus demonſtrari, vel ab innocentibus credi non poſſunt, non inquinant quenquàm, ſi propter innocentium conſortium etiam cognita ſuſtinentur. Non enim propter malos boni deſerendi: ſed propter bonos mali tolerandi ſunt, ſicut tolerauerunt prophetæ eos, contra quos tanta dicebant, nec cõionem ſacramentorũ illius populi relinquebant.

Prouer. 27.

Matth. 22. Luc. 14. Act. 9.

† al. voluntaria.

† illi] Orig.

3. Reg. 18. Matth. 17. Ioan. 2. Act. 16. 1. Cor. 5.

6 1. q. 4. nullius. ſ̄. c. quã magnum.

A ¶ Donatiſtæ.] *Apud Anſelmum titulus eſt,* Auguſtinus Vincentio, *Initium verò capituli eſt.* Donatiſtę nimium, *& apud B. Auguſt.* Sed Donatiſtæ nimium, *propterea repoſita eſt hoc loco dictio,* Donatiſtæ, *inducta autem in titulo. Ibi enim antea legebatur.* Auguſtinus ait Vincentio Donatiſtæ.

B ¶Poteſtates,] *Sequebatur in vulgatis,* ſeculares, *quæ vox abeſt à pleriſque vetuſtis, & Anſelmo & originali. Multa verò*

ua ibi, *Et cum noueritis.* Nona ibi, *Item ſi ſemper.* Exempla ſatis patent.

d ¶ Non omnis.] ſ. 5. q. 5. non omnis.

5 ſ̄. 5. q. 5. c. 2.

e ¶Tollitur.] ſ. ca. duo contra.

f ¶Cogi.] ſ. 45. diſ. c. 2. contra. Sol. ab initio nemo cogendus eſt ad bonum, ſed aliquis cogitur perſeuerare in eo quod incepit, vt ĩ. e. q. 5. ad fidem. nec obuiat quod dicitur de Paulo qui ab initio fuit coactus. [a] nam hic arg. à minor. i. ex quo Paulus ab initio fuit coactus, ergo alij poſſunt ex poſt facto cogi.

a Vt ĩ. e. diſplicet. ver. ſi vero. & c. q. nos. verſ. mi ram. nã Dñs eum elegit. 32. q. 5. ſi Paulus.

g ¶Et mali.] vt Iſmael Iſaac, & Saul, Dauid.

h ¶Boni malos.] vt Helias quinquagenarios.

i ¶ Et prophetæ.] vt Moyſes Aegyptum, vt ſ. ca. q ó. 3. non in inferenda.

k ¶Nocendi cauſa.] q. d. plus cauſam facti q̃ factũ conſiderabimus, vt ĩ. ea. q. 8. occidit.

b Tu dic q legẽ Cõſtãtini hoc ex ipſè dicẽte ñ habemus. chriſtiano tñ q fit Iudæus hanc pœnã imponit. vt C. de apo. l. 1. Arc. Pſal. 100.

l ¶Conſtituit.] C. de hære. Arriani. [b] Ioan. de Fant.

m ¶Certè.] ſ. ea. quàm magnum.

Diſpli-

verò alia ex ipſo præſertim originali ſunt emendata.

Idem Donato presbytero, ep. 204.

¶ Hæretici ad ſalutem etiam inuiti ſunt trahendi.

CAP. XXXVIII.

1 DIſplicet tibi, quia traheris ad ſalutem: cum tam multos noſtros ad perniciem traxeris? Quid enim volumus, niſi te comprehendi, & præſentari, & ſeruari, ne pereas? Quòd autem in corpore læſus es: ipſe tibi feciſti, qui iumento tibi mox admoto vti noluiſti, & te ad terram grauiter colliſiſti. Nam vtique alius,[a] qui adductus eſt tecum, collega tuus, illæſus venit, qui talia ſibi ipſe non fecit. Sed neque hoc putas tibi fieri debuiſſe, quia neminem exiſtimas cogendum eſſe ad bonum. Atten de q̃d dixerit Apoſtolus [Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.] Et tamen tam multi vt epiſcopatum ſuſcipiant, tenentur inuiti,[b] perducuntur, includuntur, cuſtodiuntur, patiuntur quæ nolunt: donec eis adſit voluntas ſuſcipiendi operis boni. Quantò magis vos ab errore pernicioſo, in quo vobis inimici eſtis, trahendi eſtis, & perducendi ad veritatem vel cognoſcendam, vel eligendam, non ſolùm vt honorem ſalubriter habeatis: ſed etiam ne peſſimè pereatis? ¶ Dicis Deũ dediſſe liberum arbitriũ: ideo non debere cogi hominem nec ad bonum. Quare ergo illi, de quibus ſupra dixi, coguntur ad bonum? Attende A ergo, quod conſiderare non vis. Ideo voluntas bona miſericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis dirigatur. Nam quis neſciat nec damnari hominem, niſi merito malæ voluntatis: nec liberari, niſi bonam habuerit voluntatem? 2 Non tamen ideo, qui diliguntur, malæ ſuæ voluntati impunè, & crudeliter permittendi ſunt: ſed vbi poteſtas datur, & à malo prohibendi: & ad bonum cogendi. Nam, ſi voluntas mala ſemper ſuę permittẽda eſt libertati: quare Iſraëlitæ recuſantes, & murmurantes tam duris flagellis à malo prohibebantur, & ad terram promiſſionis compellebantur? Si volũtas mala ſemper ſuæ permittenda eſt libertati: quare Paulus non eſt permiſſus vti peſſima voluntate, qua perſequebatur eccleſiam: ſed proſtratus eſt, vt excæcaretur: excæcatus, vt mutaretur: mutatus, vt mitteretur: miſſus, vt qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur? Si voluntas mala ſemper ſuæ permittenda eſt libertati: quare monetur pater in ſcripturis ſanctis, filium durum non ſolùm verbis corripere, ſed etiã latera[c] eius tundere, vt ad bonam diſciplinam coactus, ac domitus dirigatur? Vnde idẽ dicit [Tu percutis eum virga: animam autem eius liberas à morte.] Si mala voluntas ſemper ſuæ permittenda eſt libertati: quare corripiuntur negligentes[d] paſtores, & dicitur eis [Errantem ouem non reuocaſtis: perditam non inquiſiſtis?] Et vos oues Chriſti eſtis: characterem Dominicum portatis in ſacramento, quod accepiſtis: ſed erratis & peritis: Nõ ideo vobis diſpliceamus: quia reuocamus errantes, & quærimus perditos. Melius enim facimus voluntatem Domini monentis, vt vos ad eius ouile redire cogamus, quàm conſentiamus voluntati ouiũ errantium, vt perire vos permittamus. ¶ Noli ergo iam dicere, quod te aſſiduè audio dicere: Sic volo errare: ſic volo perire: Melius enim nos hoc omnino nõ permittimus, quãtum poſſumus. Modò, quòd te in puteum, vt morereris[e], miſiſti, vtique libera voluntate feciſti: Sed quàm crudeles eſſent ſerui Dei, ſi huic malæ voluntati tuæ te permitterent, & non te de illa morte liberarent? Quis eos non meritò culparet? Quis non impios rectè iudicaret? Et tamen tu te volens in aquam miſiſti, vt morereris: illi te nolentem de aqua leuauerunt, ne morereris. Tu feciſti ſecundum voluntatem tuam, ſed in perniciem tuam: illi contra voluntatem tuam, ſed propter ſalutem tuam. Si ergo ſalus iſta corporalis ſic cuſtodienda eſt, vt etiam in nolentibus ab eis, qui eos diligunt, ſeruetur: quantò magis illa ſpiritualis, in cuius deſertione mors ęterna metuitur? quanquã & in iſta morte, quã tibi tu ipſe inferre voluiſti, non ſolùm ad tempus, ſed etiam in æternum morereris: quia etſi non ad ſalutem, non ad eccleſiæ pacem, non ad Chriſti corporis vnitatem, non ad ſanctam, & indiuiduam charitatem, ſed ad mala aliqua cogereris: nec ſic tibi ipſe mortem inferre debuiſti.[f] Conſidera ſcripturas diuinas, & diſcute quantum potes, & vide vtrum hoc fecerit aliquis aliquando iuſtorum, atque fidelium: cum ab eis tanta mala perpeſſi

1.Tim.3.

Prouer. 23.

Ezech. 34. Hier. 33.

DIſplicet.] CASVS. Donatus cum eſſet captus à Chriſtianis cum quodam ſuo ſocio & duceretur ſuper equum, ſe proiecit in terram. vnde in corpore ſuo grauiter lęſus fuit: ſocius verò iſtud non fecit, ſed ſe ſeruauit illæſum: quare Donatus ſuper hoc cõquerebatur, quatuor modis obijciendo Auguſtino. Primò obijciebat dicens quòd hoc fieri ſibi non debuit: quia nemo cogi debet ad bonum. Aug. verò huic obiectioni reſpondet, dicens hoc non eſſe verum, cum multi cogantur ad epiſcopatum donec de nolentib. fiant volentes. Secundò obijciebat, quòd Deus dedit homini liberum arbitrium, & ideo nullus debet cogi ad bonum. ſed reſpõdet Aug. contra, quòd licet homo liberum habeat arbitrium, non tamen ſuæ malæ voluntati eſt relinquendus: quod probat 4. exemplis, ſ. Iſraelitarum, & Pauli, & patris, & negligentium prælatorum. Tertiò obijciebat: non debes me inuitum ſaluare, quia ſic volo errare, ſic volo perire. Reſpondet Aug. dicens, quòd ſicut alij cõmendandi ſunt, & bene fecerunt, qui te de puteo leuauerunt, in quem te proieceras, vt ibi morereris: ſic nos bene facimus ſi te inuitum de erroris puteo eleuemus: ne moriaris in æternum. Quartò obijciebat, quòd non debet recedens ab eo inuitus teneri: quia Dominus lxx. diſcipulos qui ſchiſma fecerunt, abire permiſit. & reſpondet Aug. dicens, ꝙ tpa ſunt diſtinguenda. Nam tunc eccleſia nouo germine pullulabat, nec fortis erat ad puniendum delinquentes: hodie autem cum ſit fortis & potens, inuitum ad bonum cogere debet. & hoc probat auctoritate Euangelij, Prima obiectio Donati eſt ibi, *Sed neque hoc putat.* Secunda ibi, *Dicis Deum.* Tertia ibi, *Noli ergo tam dicere.* Quarta ibi, *Repetis ſicut audio.*

1 Poly. ibid. Anſ. l. 11. c. 57. Deuſd. p. 2.

2 Pan. l. 8. c. 17.

a ¶ [*Alius.*] ar. optimũ, quòd ex quo vnus ſecurè poteſt venire ad iudicium: ergo & alter. ſic ext. de ele. bonæ. in fi." ſimiliter dicit lex: ex quo tutor ſuam pecuniam bene collocauit: ergo & pecuniam pupilli potuit bene collocaſſe. ff. de admi. tut. tutor. §. j. Similiter ex quo res tuas conſeruaſti. & res etiam commodatas cõſeruare debuiſti. ff. commo. ſi vt certo. §. commodatum. in fin. tamen hoc arg. fallit: nam & licet aduerſarius meus etiam qui venire non poterat, venit: non ideo ſequitur quòd ego tenebar venire, vt ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. pe.

"Diligẽs in ſuis, dẽt in alienis ſimiliter facere.

b ¶ [*Inuiti.*] Quid ergo eſt quod dicitur, quòd nemo cogitur creſcere inuitus, vt 74. diſt. geſta. & ca. vbi. ſed ibi loquitur, cum malo zelo quis cogitur. tamen hæc eſt veritas quòd ſi aliquis ſemper eſſet nolens, non deberet cogi. De hoc not. 8. q. 1. in ſcripturis.

ADDITIO. De hoc etiam no. 40. diſt. ante omnia. & 61. di. Catinẽſis. & melius. 2. q. 6. biduum. in princip. ver. appellare. ibi videas. Arch.

c ¶ [*Sed etiam latera.*] ſ. 45. diſt. §. Salomon.

d ¶ [*Negligentes.*] vt 86. diſt. c. 1. & vlt.

e ¶ [*Quo morereris.*] "bona illorum qui ſeipſos interimunt, fiſco applicãtur ſi propter conſcientiam delicti hoc faciant: ſecus ſi propter impatientiam alicuius doloris, vt ff. de bon. eor. qui ante ſent. ſibi mor. conſc. l. pen.

"Bona ſeipſos interimẽtium quãdo fiſco applicentur.

f ¶ [*Debuiſti.*] j. ca. q. 5. ſi non licet. & ca. non eſt noſtrum. & de conſec. diſt. 2. prima.

a ¶ *In*

peſſi

peſſi ſunt, qui eos ad æternum interitum, non ad vitam æternam, quo tu compelleris adigebant, *& poſt pauca.* ¶Repetis, ſicut audio, quod in Euangelio ſcriptũ eſt, receſſiſſe à Domino lxx. †diſcipulos, & arbitrio ſuæ malæ, atque impiæ diſceſſionis fuiſſe permiſſos: ceterisque xij. qui remanſerant, fuiſſe reſponſum. [Nunquid & vos vultis ire?] Et non attendis, quia tunc primùm eccleſia nouello germine pullulabat, nondumq; in ea fuerat completa illa prophetia: § Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſeruient illi: § Quod vtique quantò magis impletur, tantò maiore vtitur eccleſia poteſtate, vt non ſolùm inuitet, ſed etiam cogat ad bonum. Hoc tunc Dominus ſignificare volebat: qui quamuis haberet magnam poteſtatem, prius tamen elegit commendare humilitatem. Hoc & in illa conuiuij ſimilitudine ſatis euidenter oſtendit, vbi miſit ad inuitatos, & venire noluerunt, & ait ſeruo: [Exi in plateas, B & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, cæcos & claudos introduc huc. Et ait ſeruus domino: Factum eſt, vt imperaſti, & adhuc locus eſt; & ait dominus ſeruo: Exi in vias,[a] & ſepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea:] Vide nunc, quemadmodum de his, qui prius venerunt, dictum eſt, introduc eos: nunc † dictum eſt, compelle. Ita ſignificata ſunt eccleſiæ primordia adhuc creſcentis, vt eſſent vires etiam compellendi.

A ¶Attende ergo.] *Locus hic (quemadmodum & multa alia in hoc capite) emendatus eſt ex B. Auguſtino. antea legebatur,* Attende ergo, & conſidera, quòd non ideo voluntas bona miſericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis diligatur.

B ¶In plateas.] *Sic emendatum eſt ex Euangelio B. Lucæ expunctis duabus vocibus. antea enim legebatur,* exi cito in vias, & plateas.

Idem ſuper Ioannem, tractatu 11. ad c. 3.

¶Hæretici vtiliter patiuntur, quæ catholici vtiliter inferunt.

CAP. XXXIX.

1 QVando vult Deus concitare poteſtates aduerſus hrticos, aduerſus ſchiſmaticos, aduerſus diſſipatores eccleſiæ, aduerſus exſufflatores Chriſti, aduerſus blaſphematores baptiſmi, non mirentur: quia Deus concitat, vt à Sara[b] verberetur Agar: cognoſcat ſe Agar[c], & ponat † ceruicem: quia cum humiliata diſcederet à domina ſua, occurrit ei Angelus, & dixit [Quid eſt Agar ancilla Saræ?] Cum queſta eſſet de domina, quid audiuit ab Angelo? [Reuertere ad dominam † tuam.] Ad hoc ergo affligitur, vt reuertatur, atque vtinam reuertatur, quia proles eius, ſicut filij Iacob cũ fratribus hæreditatem[d] tenebit. Mirantur autem, quia commouentur poteſtates Chriſtianæ aduerſus deteſtandos diſſipatores eccleſiæ. Si non ergo mouerẽtur, quomodo redderent rationem de imperio ſuo Deo? Intẽdat charitas veſtra, quid dicam: quia hoc pertinet ad reges ſeculi Chriſtianos, vt temporibus ſuis pacatam[e] velint matrẽ[f] ſuam eccleſiam habere, vnde ſpiritualiter nati ſunt. *& paulò poſt.* ¶Nabuchodonoſor rex decreuit dicens § Quicunque dixerint blaſphemiam in Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem. § Ecce quomodo ſæuit rex alienigena, ne blaſphemaretur Deus Iſraël, qui potuit tres pueros de igne liberare. Et nolunt, vt ſæuiant reges Chriſtiani, quia Chriſtus exſufflatur, à quo non tres pueri, ſed orbis terrarum cum ipſis regibus à gehennarum igne liberatur. *& infrà.* ¶ Quomodo ergo iſti reges non moueantur, qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma, ſed ſeipſos liberatos de gehenna? quando vident Chriſtũ, à quo liberati ſunt exſufflari in Chriſtianis? quando audiunt dici Chriſtiano, dic te non eſſe Chriſtianum? Talia facere volunt, & ſaltem talia pati nolunt. Nã videte qualia faciunt, & qualia patiuntur: occidunt animas, affliguntur in corpore: ſempiternas mortes faciunt, & temporales[g] ſe perpeti conqueruntur.

Idem contra literas Petiliani, lib. 2. c. 79.

¶ Eccleſia hæreticos ratione perſequitur.

CAP. XL.

2 QVi peccat, non peccat legis[h] auctoritate, ſed contra legis auctoritatem. Quia verò interrogas me, quæ ſit ratio perſequendi, viciſſim te interrogo, cuius ſit vox in pſalmo dicentis § Detrahẽtem[i] ſecretò proximo ſuo, hũc perſequebar. § Quære itaq; perſecutionis vel cauſam, vel modum: & noli tanta imperitia generaliter malorum perſecutiones † reprehendere. *& infrà, c. 82.* ¶ Non enim perſequimur vos, niſi quemadmodum veritas perſequitur falſitatem. *Item ſuprà c. 10.* ¶Petilianus dixit, ſi[k] Apoſtoli perſecuti ſunt aliquem, aut aliquem tradidit Chriſtus? Auguſtinus reſpondit, poſſem quidem dicere ipſum ſatanam omnibus malis hominibus eſſe peiorẽ, cui tamen tradidit[l] Apoſtolus hominem in interitum carnis, vt ſpiritus ſit ſaluus in die Domini Ieſu: itẽque alios, de quibus dicit § Quos tradidi ſatanæ, vt diſcant non blaſphemare. § Et Dominus Chriſtus flagellatos expulit de tẽplo improbos mercatores, vbi etiã connexum eſt teſtimonium ſcripturæ dicentis

[Zelus

2 Iuo p.10. c.75.
Pſal.100.
† al. perſecutores
1. Cor. 5.
1. Tim. 1.
Ioan. 2.
1 Pol. l.7. tit. 6. Anſ. l.12. cap.54. Iuo p.10. c.99.
† al. non
† al. ſupponat
Geneſ. 21.
† al. domum
Io. 6.
† Al. lxxij.
Pſal. 71.
Luc. 14.

a ¶*In vias.*] id eſt, hæreſes & ſchiſmata.

QVando vult.] CASVS. Hæretici mirabantur ſi eccleſia eos corrigebat, vel ſi ſeculares iudices, vel principes mouebantur contra eos. Sed dicit Aug. quòd ipſi mirari non debent, ſi eccleſia, vel principes ſeculares eos corrigant: & hoc probatur exemplo Saræ, quæ correxit Agar ancillam ſuam. ſic & eccleſia debet corrigere hæreticos. & exemplo Nabuchodonoſor, qui fecit edictum vt quicunque dixerit blaſphemiam in Deũ Sidrac, Miſac, & Abdenago, in interitũ iret, & domus eius in diſperſionem.

b ¶*A Sara.*] id eſt, ab eccleſia.

c ¶*Agar.*] i. conuenticula hæreticorum.

d ¶*Hæreditatem.*] j. 32. q. 4. recurrat. ſed j. 32. q. 4. dicat cõtra. ſed hic de cœleſti, ibi de hęreditate terrena, vt 1. q. 4. Iudæi.

« Principes eccleſias tueri debẽt.

e ¶*Pacatam.*] «ad hoc enim conſtituti ſunt principes, vt tueantur eccleſias, vt j. ead. q. 5. principes. & ſi noluerint tueri, poſſunt excommunicari, vt j. ea. adminiſtratores.

f ¶*Matrem.*] s. 12. q. 2. qui abſtulerit. & 22. q. 4. recurrat.

g ¶*Temporales.*] vides ergo ꝙ hæretici ſunt occidendi. primò tamen ſunt admonendi. j. e. non inuenitur. in fi. & j. q. 5. ſi audieris. Qualiter ſit cogendus, dixi 24. q. 1. quæ domus. in fi.

QVi peccat.] CASVS. Petillianus conquerebatur dicens, quòd Chriſtiani ipſum & alios hæreticos iniuſtè perſequebantur. & ipſi ſe iuſtè defendebãt à Chriſtianis. ſed oſtendit Aug. quòd eccleſia Chriſtianorum iuſtè perſequitur ipſum, & alios hæreticos. Et hoc probat 9. exemplis, ſ. exemplo prophetæ dicentis: Detrahentem ptoximo ſuo, &c. & exemplo Pauli, qui tradidit hominem ſatanæ in interitum carnis: & exemplo Chriſti, qui ementes & vendentes de templo flagellatos eiecit. & exemplo patris, & mariti, domini, & poſſeſſoris, iudicis, & regis. Et probat, quòd non debet ſe defendere auctoritate domini dicentis: Ego autem dico vobis non reſiſtere malo. vltima ſex exempla ſunt circa finem cap. & incipiunt ibi, *Nam quotidie videmus.* Alia verò tria præcedunt cum auctoritate Domini.

h ¶*Legis.*] ſi. 14. q. 5. dixit. arg. contra 33. q. 5. noluit.

i ¶*Detrahentem.*] q. d. manifeſtè vos poſſumus perſequi, non latenter.

k ¶*Si.*] id eſt, an.

l ¶*Tradidit.*] ſicut nos tradim⁹ hæreticos principibus.

a ¶*Zelus*

Pſal.88.

§ Zelus [a] domus tuę comedit me. § Ecce inuenimus Apoſtolum traditorem [b], Chriſtum perſecutorem. *& infrà c.19.*

¶Poſtremò, quare per violentiſſimas turbas etiam vltrò improbi eſtis eccleſijs catholicis, vbi poteritis aduertere, quod innumerabilibus exemplis [c] res ipſa indicat? Sed dicitis, vos loca veſtra defendere: & reſiſtitis fuſtibus, & cædibus, quibuſcunque potueritis. Quare ibi non audiſtis vocem Domini dicentis, § Ego autem [d] dico vobis [e], non reſiſtere malo [f]? § Aut ſi fieri poteſt, vt aliquãdo rectè per vim corporalem reſiſtatur violentis, nec ideo præceptum violetur, quod audiuimus [g] à Domino § Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo: § cur non etiam hoc fieri poteſt, vt per ordinarias†, & legitimas poteſtates [h] de ſedibus, quæ illicitè vſurpãtur, vel ad iniuriam Dei retinentur, pius expellat impiũ, & iuſtus iniuſtum? Neque enim eo modo [i] perſecutionẽ paſſi ſunt pſeudoprophetæ ab 1 Helia, quomodo ipſe Helias à rege [k] nequiſſimo, aut, quia flagellatus eſt Dominus à perſecutoribus, propterea paſſionibus eius comparandi ſunt: quos ipſe de templo flagellatos eiecit. Reſtat ergo, vt nihil aliud requirendum eſſe fateamini, niſi vtrum iuſtè, an impiè vos ſeparaueritis à communione orbis terrarum. Nã ſi hoc inuentum fuerit, quod impiè feceritis: non miremini, ſi non deſunt miniſtri Deo, per quos flagellemini: quia perſecutionem patimini non à nobis: ſed, ſicut ſcriptum eſt, [l] ab ipſis factis veſtris.

Matth.5.

†al.ordinatas

3. Reg. 18. & 19.

Et in lib. de vnitate eccleſiæ, c. 17.

De perſecutione veſtra querela ſedabitur: ſi cogitetis, & intelligatis prius non omnem perſecutionem eſſe culpabilem. Alioquin non laudabiliter diceretur § Detrahentem ſecretò [m] proximo ſuo, hunc perſequebar. § Nam quotidie videmus & filium de patre tanquàm de perſecutore ſuo conqueri [n], & coniugem de marito, & ſeruum de domino, & colonum de poſſeſſore, & reum de iudice, & militem, vel prouincialem de duce, vel rege: cum illi plerunque ordinatiſſima poteſtate homines ſibi ſubditos per terrores leuiorum† pœnarum à grauioribus malis prohibeant, atque compeſcant: plerunque autẽ à bona vita, & à bonis factis minando, & ſæuiendo deterreant. Sed cum à malo, & illicito prohibent: correctores, & conſultores ſunt: cum autem à bono, & licito: perſecutores, & oppreſſores ſunt. Culpantur etiam, qui prohibent à malo: ſi modum peccati modus [o] coërcitionis excedat.

a 3.c.in fi.

Pſal.100.

†al.leuium

Idem in epiſtola 48. ad Vincentium.

¶A regibus terræ contra inimicos ſuos auxilium petat eccleſia.

CAP. XLI.

NOn inuenitur [p] exemplũ in Euangelicis, & Apoſtolicis literis, aliquid petitum à regibus terrę pro eccleſia [q], & contra inimicos eccleſię. Quis negat non inueniri? Sed nondum implebatur illa prophetia [Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram: ſeruite Domino in timore.] Adhuc enim implebatur illud, quod in eodem pſalmo paulò ſuperius dicitur [Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.] Veruntamen ſi facta præterita in propheticis libris figurę fuerunt futurorum: in rege illo, qui appellabatur Nabuchodonoſor [r], vtrunque tempus figuratum eſt, & quod ſub Apoſtolis habuit, & quod nunc habet eccleſia. Temporibus itaque Apoſtolorum, & Martyrum illud implebatur, quod figuratum eſt, quando rex memoratus pios, & iuſtos cogebat adorare ſimulacrum, & recuſantes in flammas mittebat. Nunc autem illud impletur, quod paulò poſt in eodem rege figuratum eſt, cum conuerſus ad honorandum Deum verum decreuit in regno ſuo, vt quicunque blaſphemaret Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, pœnis debitis ſubiaceret. Prius ergo tempus illius regis ſignificabat priora tempora regum infidelium, quos patiebantur [ſ] Chriſtiani pro impijs. Poſterius verò tempus eiuſdem † ſignificabat tempora poſteriorum regum iam fidelium, quos patiuntur impij pro Chriſtianis. Sed planè in eis, qui ſub nomine Chriſti erant ſeducti à peruerſis: ne fortè oues Chriſti ſint errantes, & ad gregem aliter reuocandæ ſint: temperata ſeueritas, & magis manſuetudo ſeruatur: vt coërcitione exiliorum, atque damnorum tribulatione admoneantur conſiderare, quid, & quare patiantur; & diſcant præponere rumoribus, [t] & calumnijs hominum ſcripturas, quas legunt. Quis enim noſtrûm, quis veſtrûm non laudat leges ab Imperatoribus datas aduerſus ſacrifi-

Pſal.2.

Dan.3.

†al.illius

cia

a ¶*Zelus.*]zelus hic poteſt poni in bona vel mala ſignificatione.

a ¶*Zelus.*]i. indignatio, quam habui erga eos pro domo tua: & quia dehoneſtabant tẽplum tuum. 1.q.3. ſaluator.ver.penſandum. "Vel zelus, i. amor quẽ habui ad templum, comedit me, i. fuit mihi cauſa inuidiæ propter quam occiderunt me.

" Zelus domus tuæ comedit me, qualiter exponitur.

b ¶ *Traditorem.*] id eſt, tradentem. Ioan.

c ¶*Exemplis.*] multa habes exẽpla vbi Chriſtus fuit perſecutus aliquos, vt ſ. ea. c. nimium. & c. diſplicet.

"hrticis reſiſtẽdũ eſt.

d ¶*Ego autem.*]"talis eſt ſenſus huius literæ, hæretici obijciebant Auguſtino, quòd eccleſia eos perſequeretur contra præceptum Domini, qui dixit: Nolite reſiſtere malo, aut ſi fieri poteſt, &c. eandem auctoritatem retorquet Auguſt. in eos: quia ipſi contra hoc faciebant, cum ipſi cædib. & fuſtibus reſiſtebant. Sed ad hoc ipſi reſpondebant: quia hoc faciebant ſine offenſione huius præcepti defendendo ſe & ſua. dicit ergo Aug. quòd multò magis per legitimas poteſtates poſſumus eos repellere de ſuis ſedibus.

1 Adde ꝙ hęc ꝓpoſitio, ab, ponitur hic pro poſt. ſi. in gl. l. nemine C. de dcur. lib. 10.

e ¶*Dico vobis.*]i. i vos idem retorqueo.

f ¶*Malo.*] i. per malũ.

g ¶*Quod audiuimus.*] vt ipſi dicunt.

h ¶*Poteſtates.*]vult ergo Aug. quòd qui auctoritate iudicis expellit aliquem à poſſeſſione ſua, quòd iuſtè poſſideat. ſic ff. de ac. poſſ. iuſtè. ff. quod met. cau. l. 3.

i ¶*Eo modo.*]quia Helias iniuſtè, & illi iuſtè. ſuprà eadem, §. ſed obijcitur.

k ¶*A rege.*] ſ. Achab.

l ¶*Sicut ſcriptũ eſt.*] in libro ſapientiæ.[a]

m ¶*Secreto.*]id eſt, in abſentia.

n ¶*Conqueri.*] ſecundum canones, ergo filius poteſt conqueri de patre, vt no. 2.q.7. quæritur.[b]

b Et no. ſ. c. ſi eccleſia. ibi videas. Prelatus excedens modũ in corrigendo deponi poteſt.

o ¶*Modus.*]ſi. n. prælatus excedit modum in corrigendo deponi poteſt, vt 45. di. cum beatus. non tamen propter hoc debet petere veniam à ſubditis, quos correxit, vt 86. diſt. quãdo. Io. de F.

NOn inuenitur.] CASVS. Vincentius quæſiuit ab Aug. vbi inueniatur exemplum, quòd eccleſia petierit auxilium à Regibus terræ contra inimicos. Et reſpondet Aug. quòd non inuenitur in Euangelio, nec in Apoſtolo illud exẽplum. Inueniuntur tamen duo exempla Nabuchodonoſor regis, in quib. vtrunque ſignificatur, ſ. primitiuæ eccleſiæ, in qua iuſti ab impijs cogebantur ad malum: & eccleſiæ, quę nunc eſt, in qua hæretici coguntur à Chriſtianis non ad mortem, ſed ad exilium vel damnum rerum temporalium.

p ¶ *Non inuenitur.*] hæc ſunt verba hæreticorum.

q ¶*Pro eccleſia.*] Paulus tamen in ſua perſona [c] petijt, vt ſ. q. 3. Maximianus.

c Al. perſecutione.

r ¶*Nabuchodonoſor.*] ſ. diſt. 9. c. 1.

ſ ¶*Patiebantur.*]tunc temporis perſequabantur impij Chriſtianos, modò èconuerſo fit.

t ¶*Rumoribus.*] arg. ꝙ propter rumores non ſit aliquis cogendus ad expurgationem, vt 11. q. 3. in cunctis. ext. de eo qui co. conſ. vx. ſuæ. ſuper eo.

a ¶*Sacri*

cia [a] paganorum ? Et certè longè ibi pœna ſeuerior conſtituta eſt. Illius quippe impietatis capitale ſupplicium eſt. De vobis autem corripiendis, atque coërcendis habita ratio eſt: qua potius [b] admonemini ab errore diſcedere: quàm pro ſcelere puniremini.

Item eiuſdem ad Bonifacium comitem, ep. 50.

¶ Malos eccleſia iuſtè perſequitur.

CAP. XLII.

1 Polyc.l.7. tit. 11. Anſ. l.15.c.14.

1 SI eccleſia [c] vera ipſa eſt, quæ perſecutionem patitur, non quæ facit: quærant ab Apoſtolo, quam eccleſiam ſignificabat Sara: quando perſecutionem faciebat ancillæ. Liberam quippe matrem noſtram cœleſtem Hieruſalem, id eſt veram Dei eccleſiam, in illa muliere dicit fuiſſe figuratam, quæ affligebat ancillam. Si autem melius [d] diſcutiamus: magis illa perſequebatur Saram ſuperbiendo, quàm illam Sara coërcendo. Illa enim dominæ faciebat iniuriam: iſta imponebat ſuperbiæ diſciplinam. Deinde quæro, ſi boni, & ſancti nemini faciũt perſecutionem, ſed tantummodo patiuntur: cuius putant eſſe in pſalmo vocem, vbi legitur [Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar, donec deficiant.] Ergo ſi verum dicere, vel agnoſcere volumus: eſt perſecutio iniuſta, quam faciunt [e] impij eccleſiæ Chriſti, & A eſt iuſta perſecutio, quam faciunt impijs eccleſiæ Chriſti. Itaque beata eſt, quæ perſecutionem patitur propter iuſtitiam: illi verò miſeri, qui perſecutionem patiuntur propter iniuſtitiam. Proinde iſta perſequitur diligendo: illi ſæuiendo: iſta vt corrigat: illi vt euertant: iſta vt reuocet ab errore: illi vt præcipitent in errorem, *& infrà.* ¶ Quod autem dicunt, qui contra ſuas impietates leges iuſtas inſtitui nolunt, non petiſſe à regibus terræ Apoſtolos talia: non conſiderant aliud fuiſſe tunc tempus, & omnia ſuis temporibus [f] agi. Quis enim tunc in Chriſtum crediderat Imperator? qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo ſeruiret? quãdo adhuc illud propheticum implebatur, § Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. § nondum autẽ agebatur quod paulò poſt in eodem pſalmo dicitur [Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.] Quomodo ergo reges Domino ſeruiunt in timore, niſi ea, quæ contra iuſſa Domini fiũt, religioſa ſeueritate prohibendo, atque plectendo? Aliter enim ſeruit quia homo eſt, aliter quia etiam & rex eſt. Quia hõ [g] eſt, ei ſeruit viuẽdo fideliter. Quia verò ẽt rex eſt: ſeruit leges iuſta præcipientes & cõtraria prohibentes conuenienti vigore ſanciendo.

A ¶ Et eſt iuſta.] *Addita ſunt hæc vſque ad ver.* iſta atque. *& multa alia ex ipſo originali emendata.*

Idem in eadem epiſtola.

¶ Exemplo Chriſti, mali cogendi ſunt ad bonum.

CAP. XLIII.

2 Poly. ibid. Anſ.l.13. c.16.

2 QVis nos poteſt amplius amare, quàm Chriſtus, qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis? Et tamẽ, cum Petrum, & alios Apoſtolos ſolo verbo vocaſſet: Paulũ, prius Saulum, eccleſiæ ſuæ poſteà magnum ædificatorẽ, ſed horrendum antea vaſtatorem, nõ ſolùm voce compeſcuit, verũ etiam poteſtate proſtrauit, atque in infidelitatis tenebris ſæuientem, ad deſiderandum lumen cordis, vt ſurgeret, prius corporis cæcitate percuſſit. Si pœna [h] illa non eſſet, non ab ea poſtmodũ ſanaretur: & quãdo oculis apertis nihil videbat: ſi eos ſaluos haberet, non ad impoſitionem manus Ananiæ, vt eorum aperiretur obtutus, tanquàm ſquamas, quibus clauſus fuerat, inde cecidiſſe ſcriptura narraret. Vbi eſt, quod iſti clamare conſueuerunt, liberum eſt credere, vel non credere: cui vim Chriſtus intulit? quem coëgit? 3 Ecce habent Paulum Apoſtolum: agnoſcant in eo prius cogentem [i] Chriſtum, & poſteà docentem: prius ferientem, & poſteà conſolantem. Mirum eſt autem, quomodo ille, qui pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit: plus illis omnibus, qui ſolo verbo vocati ſunt in Euangelio laborauit: & quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras miſit timorẽ. Cur ergo non cogeret eccleſia perditos filios, vt redirent, ſi perditi A filij coëgerunt alios, vt perirent.

Ioan.10. Matth.4. Act.9.

3 ĩ. ead.q.6. ſchiſmatici.

1.Cor.15.

1.Io.4.

A ¶ Si perditi.] *Hæc vſque in finem ſunt addita ex originali, & alia emendata.*

a ¶ *Sacrificia.*] C. de ſacrifi. pagan. l.1.

b ¶ *Potius.*] "i. prius. & ſic ponitur hæc dictio, potius. extra de ſponſ. requiſiuit. bene enim puniuntur hæretici ſi non reſipiſcant, vt ſ. e. quãdo vult. in fi.

"Potius qñ que prius ſignificat.

SI eccleſia.] CASVS. Auguſt. ſuadebat Bonifacio comiti vt hæreticos perſequeretur, quod cum facere vellet, hæretici duo ſibi obijciebant. Primò, quia vera eccleſia, vel ſanctus homo nullum perſequi debet, ſed potius pati perſecutionẽ. Sed Aug. duob. exemplis oſtendit, vno, ſ. Saræ, per quam ſignificatur eccleſia, & Prophetæ dicentis, Perſequar inimicos meos, &c. quod eccleſia iuſtè perſequitur hæreticos: hæretici verò iniuſtè perſequuntur eccleſiam. Secundò obijciebant, quòd Apoſtoli à regib. terræ contra inimicos nunquam auxilium petierunt. Et reſpondent Auguſt. aliud tempus fuiſſe tunc & aliud modò. tunc. n. reges erant infideles, hodie verò Chriſtiani reperiuntur. Et ad hoc probandum duas auctoritat. Prophetæ inducit.

Gal. 4.

c ¶ *Si eccleſia.*] dicebant hæretici, quòd eccleſia potius deberet pati perſecutionẽ, quã facere. quod improbat Aug. "exemplo Saræ, quæ ſignificat eccleſiam, quę perſequebatur ancillam. Item probat auctoritate illa, Perſequar inimicos, & comprehendam illos, & cæt. ſecundò dicit quandam perſecutionem iuſtam, quandam iniuſtam.

Pſal.17.

"Sara perſequebatur ancillam.

d ¶ *Melius.*] propriè dicitur perſequi qui ad malum perſequitur, vt ĩ. e. q.5. nõ vos. & ideo dicit melius, i. ſubtili'. videtur tamen ex loco iſto quòd dominus nõ poſſit facere iniuriam ſeruo ſuo, arg. ſ. e. qui peccat. in fi. æquè. n. punitur dominus interficiendo ſeruum ſuum. ſicut liberum hominẽ. vt 50. diſ. ſi qua femina. "Et ſic dico ſecundum canones, quòd filius poteſt agere contra patrem, & èconuerſo, vt 2. q.7. quæritur. " ſic poteſt dici quòd ſeruus poteſt agere contra dominum de iniuria ſibi facta, ſi ſine cauſa ſæuiat in ipſum dominus, vel ſi immoderatè ſæuiat, licet aliud ſit ſecundum leges. C. de emen. ſer. l. vnica. Nam & pater agit contra filium contumacẽ, vt C. de pa. po. l.3.

"fili' cõtra patrẽ, & ècõuerſo, agere poteſt

" ſeruus p̃t agere cõtra dominum.

Pſal.2.

e ¶ *Faciunt.*] id eſt facere debent.

f ¶ *Temporibus.*] "concorda tempora. & concordabis ſcripturas, vt 2. q.1. ſi peccauerit. & ex tẽpore, loco & perſona debemus concordare canones, vt 29. di. c.1.2. & 3. ſic 35. q.3. quod ſcripſi.

" ſcripturas cõcordabis ſi tempora concordes.

g ¶ *Quia homo.*] & no. quòd aliud facit quis in eo quòd rex, & aliud facit in eo quòd homo. ſic ſ. ead. duo iſta. ſic ext. de elect. quod ſicut. in fi.[a] ff. quod cuiuſ. vni. item. ff. quan. ap. ſit. l.1. Ioan.

a §. p̃terea. & c. cum inter vniuerſas. in fi. vbi de hoc. & eſt ſi. 16. q.1. ſuperiori. iuxta fi.

QVis nos poteſt.] CASVS. Hæretici dicebant quòd eccleſia non debet cogere eos ad fidem: quia liberum eſt eis credere. nec Chriſt' alicui vim intulit, nec aliquem ad fidem coegit. Aug. verò docet quòd eccleſia eos rectè & licitè poteſt ad fidem cogere, exemplo Chriſti, qui Paulum cæcatum & inuitum ad fidẽ perduxit.

h ¶ *Si pœna.*] q.d. ſi non præceſſiſſet pœna, non eſſet opus liberatione.

i ¶ *Cogentem.*] iſtud quod de Paulo dicitur, ſola diuina voluntate factum fuit: nam nullus cogitur recipere fidem, ſed receptam cogitur retinere, vt 45. di. de Iudęis. 3 2. q.1. intergritas. H.

Quid

Item

1 Beda 1.Cor.5. QVid crudele.] CASVS. Fauſtus hęretic⁹ dicebat ꝙ Moyſes crudelis fuit occidendo eos qui vitulum conflatilẽ adorauerunt in deſerto. Sed
2 Pol. ibid. Anſel.l.13. cap.1. Exod. 32. Auguſtin. oſtendit, ꝙ hoc non fecit ex crudelitate, ſed potius ex magna dilectione in paucos vindicauit, & diſciplinam in poſterũ ſanxit. quod patet per verba eiuſdem Moyſis, ſi dimittis illis, &c. Similiter, & Paulus non crudeliter, ſed amicabiliter Corinthium tradidit ſatanæ, vt ſpiritus eius ſaluus fieret.

a ¶Quid crudele.] probatur exemplo Moyſi eccleſiam non eſſe crudelẽ, ſi hæreticos ad ſe venire compellat.

b ¶In verbis.] Arg. ex antecedẽtibus probari ſequentia. ſic ſ. 18. diſt. peruenit. 34. q. 1. cum per bellicam. 43. diſt. ſit rector. ff. de le. 1. ſi ſeruus plurium. in ſi.

2.Cor.5. 1 Tim.1. QVæſitum.] CASVS. Quęſitum fuit ab Innocẽtio, vtrũ illi qui poſt baptiſma ſęua officia exercuerũt vel decapitando latrones, vel capitalẽ ſnĩam proferẽdo, peccauerũt hoc faciendo. Et rñdet ꝙ non: quia à Deo huiuſmodi ptãtes ſunt cõceſſę, & propter vindictam malorum gladius eſt permiſſus à Deo. *Super his*, i. de his. *Diſciplinam*, id eſt exilium vel correctionem.

3 Rab. pœ. c. 16. Bur. l. 6. c. 44. Iuo p. 10. c. 94. c ¶Quæſitum eſt.] vtrũ peccent, &c.

d ¶Aut tormenta.] De talibus autẽ an poſſunt promoueri, habes 51. di. in ſumma.

† al. ſæua.

e ¶Exercuerunt.] executores.

f ¶Protulere.] vt iudices.

g ¶Nihil.] i. nõ hoc ꝙ peccent, qa reuera non peccant ſi amore iuſtitiæ faciunt, vt ĩ. ea. q. 5. ſi homicidium.

h ¶Vindicem.] id eſt, iudicem.

Rom.13. i ¶Auctore.] ſic 26. di. deinde. ſi. 14. q. 5. dixit.

k ¶Aut diſciplinam.] quod faceremus ſi eos diceremus peccare.

ILlud etiam.] CASVS. Archiepiſcopus Toletanus quæſiuit ab Innocentio, vtrũ peccent officiales, qui poſt baptiſma decapitant criminoſos. Et rñ. ꝙ principes ſine cauſa mortem nõ infligũt:

Idem contra Fauſtum, libro 22. cap. 79. [1]

¶Non crudelitate, ſed dilectione Moyſes populum flagellauit.

CAP. XLIIII.

2 QVid crudele [a] Moyſes aut mãdauit, aut fecit, cum commiſſum ſibi populũ ſanctè zelans, & vni vero Deo ſubditũ cupiens, poſteaquàm cognouit ad fabricandum, & colẽdum idolũ defluxiſſe, mẽtemque impudicam proſtituiſſe dæmonibus, in paucos eorum vindicans gladio, quos Deus ipſe, quem offenderant, alto, & ſecreto iudicio feriendos voluiſſet, mox feriri, & in præſenti ſalubriter terruit, & diſciplinam in poſterũ ſanxit? Nam eum nulla crudelitate, ſed magna dilectione feciſſe quod fecit, quis nõ in verbis [b] eius agnoſcat orantis pro peccato eorum, & dicentis, [ſi dimittis illis peccatum, dimitte: ſin autem, dele me libro tuo?] *& infrà.* ¶Sic planè, & Apoſtolus non crudeliter, ſed amabiliter tradidit hominẽ ſatanæ in interitũ carnis, vt ſpiritus eius ſaluus ſit in die Domini Ieſu: tradidit & alios, vt diſcerent non blaſphemare.

Item Innocentius Papa, epiſtola 3. ad Exuperium Epiſcopum Tholoſanum, cap. 3.

¶Non imputatur fidelibus, qui ex officio aut tormẽta exercent, aut capitalem ſententiam ferunt.

CAP. XLV.

3 QVæſitum eſt [c] etiam ſuper his, qui poſt baptiſmũ adminiſtrauerunt, & aut tormenta [d] ſola † exercuerũt [e], aut etiam capitalem protulere [f] ſententiam. Nihil [g] de his legimus à maioribus diffinitũ. Meminerant enim à Deo poteſtates has fuiſſe conceſſas, & propter vindictam noxiorum, gladium fuiſſe permiſſum, & Dei eſſe miniſtrum A, vindicem [h] in huiuſmodi datum. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod auctore [i] Deo viderent eſſe conceſſum? De his ergo, vt hactenus ſeruatum eſt, ſic habeamus: ne aut diſciplinam [k] euertere, aut cõtra auctoritatem Domini venire videamur. Ipſis autẽ in reddenda ratione, geſta ſua omnia ſeruabuntur.

A ¶Miniſtrum.] *Sic emẽdatum eſt ex originali, & Iuone. Anteà legebatur*, & Dei miniſterio eſſe datum in huiuſmodi vindices. *Gloſſa autem optimè etiã cõuenit voci, vindicem.*

Idem in eadem epiſtola, c. 5.

¶Immunis eſt dictator à culpa, cum legum auctoritas in improbos exercetur.

CAP. XLVI.

ILlud etiam ſciſcitari voluiſti, an preces dictantibus [l] liberum cõcedatur vtique poſt baptiſmi regenerationẽ à principibus poſcere [m] mortem alicuius, vel ſanguinem de reatu. Quam rem principes nunquam ſine cognitione concedunt: ſed ad iudices [n] cõmiſſa ipſa, vel crimina ſemper remittunt, ut cauſa cognita vindicẽtur A: quæ cum quæſitori fuerĩt delegata, aut abſolutio, aut dãnatio pro negotij qualitate profertur. 4 Et dum legũ auctoritas ĩ improbos exercetur, erit dictator immunis.

A ¶Vindicentur.] *Emendatum eſt ex originali. Anteà legebatur*, vindicent, qui cum quæſituri fuerint delegata, &c.

Item Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum, lib. 7. indi. 1. epiſt. 5.

¶In correctione malorum Deus omnipotens placatur.

CAP. XLVII.

5 SI quos igitur violentos, ſi quos adulteros, ſi quos fures, vel alijs prauis actibus ſtudere cognoſcitis, Deum de eorum A correctione placare feſtinate: vt per B vos flagellũ [o] perfidarũ gentium (quod quãtum videmus, ad multarũ nationum vindictam excitatum eſt) non inducat: ne ſi quod nõ credimus, diuinæ vltionis iracũdia ſceleratorũ fuerit actione commota: belli peſtis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei præcepta non reuocant.

A ¶De eorum.] *Sic reſtitutum eſt ex varijs codicibus epiſtolarum beati Gregorij. Anteà erat*, Deorum.

B ¶Per vos.] *In originali eſt*, ſuper vos, *ſed ob gloſſam in verſi. flagellũ. non eſt mutatum.*

Idem Gẽnadio Patritio, & Exarcho Africæ, lib. 1. epiſt. 74.

¶Eccleſiaſticæ religionis inimici etiam bellis ſunt coercendi.

CAP. XLVIII.

6 SIcut excellentiam ueſtram hoſtilibus bellis ĩ hac uita Dominus uictoriarũ fecit luce fulgere: ita oportet etiã inimicis eccleſiæ eius omni uiuacitate mentis, & corporis obuiare: quatenus eius ex utroque triumpho magis ac magis eniteſcat opinio: cũ & foreſibus bellis aduerſarijs catholicæ eccleſiæ pro Chri-

imo conſueuerunt cõmittere iudicib. criminoſos iudicãdos: quos ſi iudices condemnauerint, erit officialis immunis ipſos interficiendo. *vel dictãtes preces*, intelligas tabelliones, qui ſnĩam dictant: vel qui porrigũt preces accuſatorum principi de morte alicuius.

l ¶Dictantibus.] extra ne cler. vel mon. ſententiam.

l ¶Dictãtibus.] i. aſſeſſoribus: " quorum officiũ conſiſtit in libellis dictandis, vt ff. de of. aſſeſ. l. 1. de hoc eñ dubitabatur an aſſeſſor eſſet reus qui daret conſilia de morte alicuius vel loquiẽ de executoribus, vel de notarijs. " Aſſeſſoris officium.

4 Iuo p. 10. c. 94.

m ¶Poſcere.] id eſt, de morte poſtulata conſilium dare [a].

a vel dic poſcere, ideſt, à principib. poſtulatam infligere: ſic intelligas hoc c. de iudicibus ſm Lau. vel dic poſcere, i. deferre vel denũtiare aliquẽ reũ criminis capitalis: quia eis licitũ ẽ. C. de accu. ea quidem. Sed hic nõ q̃ritur, an illicitũ, ſʒ an irregulare, & dr̃ ꝙ nõ, vt in pce. c.

n ¶Sed ad iudices.] Hic hẽs ꝙ gladij poteſtas delegatur: quod ẽ contra id, ff. de off. procon. ſolent. ſecundum leges non poteſt iudex delegare cauſam criminalem, ſi non poſſit adeſſe, vt ff. de of. eius cui man. eſt iu. l. 1. ſecundũ canones ſecus, vt hic, & 2. q. 7. ſicut. 2. & ext. de off. dele. venerabili. princeps tamen paſſim poteſt delegare cãm criminalem, vt ff. de teſt. l. 3. §. idem diuus.

SI quos.] CASVS. In Francia erant multi fures, adulteri, & raptores. quare Grego. mandat Brunichildæ reginæ Francorum, vt eorum violentiam & malitiã refrænet: ne Deus inducat flagellum gentium perfidarum, quod ad vindictam multarũ nationum eſt excitatũ: vt quos præcepta Dei nõ reuocãt nec ſe emẽdant, interimat peſtis belli.

5 Anſ. l. 13. c. 24.

o ¶Flagellum.] Ar. ꝙ propter negligentiã paſtoris, vel etiã propter peccata aliquorum mittit Deus flagella, vt 7. q. 1. ſciſcitatis.

SIcut excellentiam.] CASVS. Hoc c. diuidiẽ in tres part. In 1. par. rogat Greg. Gennadiũ patritiũ vt ſicut hactenus pugnauit cõtra hoſtes, ita & nũc pugnet contra hæreticos, qui cõtra catholicã eccleſiam colla ſubrigere volunt. In 2. parte rogat vt cõciliũ epõrum faciat congregari, quatenus primatem eligãt: 6 Anſ. l. 13. cap. 29.

qui non debet eligi ex loci dignitate, eo ꝙ in maiori dignitate cõſtat: ſed qui maioribus meritis adiuuatur, qui nõ per villas, ſicut moris eſt, ſed in vna ciuitate reſideat, vt Donatiſtis fortius reſiſtere valeat. In 3. parte rogat, vt ſi aliqui epi de India volunt Romã venire permittat eos venire, & obuiet volentib. contradicere ipſis, Secunda pars inc. ibi, *Conciliũ*. Tertia ibi, *Ex cõcilio verò. Quatenus eius*, ſ. excellẽtiæ.

1. Reg. 18.

a ¶*Nõ ex ordine.*] nec eſt conſiderandũ quis maior ſit in loco vel ordine. ſed qs ſit iuſtior, vt 40. diſt. nõ loca. & c. multi. in fi. ar. cõtra 40. di. c. vlt. & pen. Ioan. [a]

a Et 8. 1. q. 7. iudices. & 56. di. ſigẽs. Arch.

b ¶*Largiora.*] ſi. 16. q. 1. reuertimini. Ioan.

S*I non ex.*] CASVS. Greg. de duobus in hoc c. commendat Gẽnadium Patritium. Primò commendat eũ ex eo ꝙ victorias ſuas faciebat non per corporalem prouidentiã, ſed magis orationib. pręuenientib. qđ in alijs ducibus non contingit. & ꝙ facit non cã fundendi ſanguinis, ſed potius cã reipublicæ dilatandę. i. eccleſiæ. Secundò commendat eã eo, ꝙ quædã patrimonia B. Petri nudata cultorib. Dacorũ habitatorib. reſtauraſſet. *Opinioni*. fama, quæ opinio loquitur: *Bella nos*, &c. & litera ſic ordinata non errabis.

† al. putauerit

† al. Magna

c ¶*Non ſummopere miranda.*] h. d. hoc eſt miradũ ꝙ victoriã ſolis orationibus obtineatis. ADDITIO. Ad idẽ 61. di. miramur. ſed qđ hic dicit poſtpoſitis meritis, ſoluit contrariũ. nec. n. ad fidẽ, &c. ff. de tut. & cur. da. ab his. ſcire. §. vl. Vel ibi dicit de dignitate ordinum: hic de celſitudine ſedium, ſeu locorum, ſcđm. Io.

† al quo.

† abeſt ab orig.

d ¶*Largitis.*] id eſt, ibi poſitis.

e ¶*Suſtinetis.*] id eſt, expectatis. Ioan.

BREVITER. Hæc eſt 8. pars q. in qua probatur per 4. auctoritates, ꝙ vindicta dẽt fieri: quia magis diligitur q punitur, quàm qui peccat & nõ punitur, & eſt hic incidens queſt. Ioã. de Fan.

1 Bur. l. 15. c. 18. Anſ. l. 13. cap. 30. Iuo par. 16. cap. 19.

CASVS. Concludit G. ex ſupradictis quòd boni iuſtè malos perſequuntur: & non econ-

ſtiano populo vehementer obſiſtitis, & eccleſiaſtica prælia ſicut bellatores Domini fortiter dimicatis. Notum eſt enim hæreticæ religiõis viros, ſi eis, quod abſit, ſuppetit nocendi licentia, contra catholicam fidem vehemẽter inſurgere: quatenus hæreſeos ſuæ venena ad tabefaciẽda, ſi valuerint, Chriſtiani corporis membra transfundant. Cognouimus enim eos contra catholicam eccleſiam, Domino eis aduerſante, colla ſubrigere, & fidem velle Chriſtiani nominis inclinare: ſed eminentia veſtra conatus eorum cõprimat, & ſuperbas eorum ceruices iugo rectitudinis præmat. Cõcilium verò catholicorum epiſcoporũ admoneri præcipite, vt Primatem non ex ordine [a] loci, poſtpoſitis vitę meritis faciat: quoniã apud Deũ non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio cõprobatur. Ipſe verò Primas nõ paſſim (ſicut moris eſt) per villas, ſed in vna, iuxta eorum electionem, ciuitate reſideat: quatenus adeptæ dignitatis meliori ingenio reſiſtẽdi Donatiſtis poſſibilitas diſponatur. Ex cõcilio verò Numidiæ, ſi qui deſiderauerint ad Apoſtolicam ſedem venire: permittite: et, ſi quilibet eorum viæ contradicere voluerit †, obuiate. Magis † profectò excellentiæ veſtræ apud creatorẽ gloria proficit, ſi per eam diſperſarum eccleſiarum potuerit ſocietas reſtaurari. Cum enim largita munera ad nominis ſui gloriã conſpicit reuocari: tantò largiora [b] tribuit, quantò per eũ religionis ſuæ dignitatem viderit ampliari. Perſoluentes præterea paternæ charitatis affectum, Dominum petimus, quòd † brachium veſtrum ad comprimendos hoſtes fortè efficiat, & mẽtem veſtram fidei zelo † velut mucrone gladij vibrantis exacuat.

Idem ad eundem lib. 1. epiſto. 73.

¶Merito fidei bellorum paratur victoria.

CAP. XLIX.

1 SI non ex fidei merito, & Chriſtianæ religiõis gratia, tanta excellentiæ veſtræ bellicorum actuum proſperitas eueniret: non ſummoperè miranda [c] fuerat: cũ ſciamus, hæc etiam antiquis bellorum ducibus fuiſſe conceſſa. Sed cum futuras, Deo largiente, victorias non carnali prouidentia, ſed magis orationibus præuenitis: fit, vt hoc in ſtuporem veniat, quòd gloria veſtra non terreno conſilio, ſed Deo deſuper largiente deſcendat. Vbi enim meritorum veſtrorum loquax nõ diſcurrit opinio? quę & bella vos frequenter appetere nõ deſiderio fundẽdi ſanguinis, ſed dilatandæ cauſa reipubl. in qua Deum coli cõſpicimus, loquitur: quatenus Chriſti nomẽ per ſubditas gẽtes fidei prædicatione circunquaque diſcurrat. Sicut enim exteriora vos virtutum opera eminentes in hac vita conſtituunt: ita & interna morũ ornamẽta ex corde mundo procedentia in futuram A vitam cęleſtium gaudiorum participatione glorificant. Plurima enim pro paſcendis ouibus B. Petri Apoſtolorum principis excellentiam veſtram præſtitiſſe didicimus: ita vt non parua loca patrimonij eius proprijs nudata cultoribus, largitis [d] Dacorum B habitationibus reſtaurauerit. Quæcunque igitur hic illi Chriſtianiſſima † mente confertis: horũ retributionem per ſpem in futuro iudicio ſuſtinetis [e].

uerſo. Poſteà reſpondet auctoritati Pauli quã habuimus ſuprà ead. q. 1. §. 1. dicens eam eſſe intelligẽdam de occultis delictis. & dicit monſtratũ eſſe ſuprà quòd vindicta poſſit inferri. Nunc verò oſtendit, ꝙ vindicta debet inferri. & ad vtrunque probandũ inducit c. ſequentia.

S*I ea de quibus.*] CASVS. Oſtendit hic Auguſt. quòd debemus eſſe negligentes ad vindicandum: quia occaſione & peccato vnius iraſcitur Deus vniuerſo populo, quod probat exemplo Achor.

f ¶*Differimus.*] ſuprà ead. ſi is qui ſuprà 28. diſtin. quia ſunt culpæ.

g ¶*Nonne Achor.*] ſuprà 1. quæſt. 4. §. item peccato Achor.

h ¶*Filius.*] i. nepos.

i ¶*Solus.*] negatiuẽ exponitur, i. vtinam non perijſſent plures. ſim. 1. queſtione 1. iudices [b]. argum. tamen contra: quia videtur, quòd potius debuit parcere nocenti, quàm punire innocentem propter nocentem. 14. quæſtio. 5. denique. & ff. de pœn. abſentem.

b Et 26. qu. 5. epiſcopi.

† al. Chriſtiana

E*A vindicta.*] CASVS. Oſtendit Auguſt. in hoc cap. ꝙ prælati

A ¶Futuram.] *In duobus codicibus epiſtolarum legitur*, in futurorum gaudiorum participatione. *in vno verò manuſcripto*, in futura cœleſtium gaudiorum participatione. *In codice tamen Vaticano legitur, quemadmodum apud Gratianum.*

B ¶Dacorum.] *In libris epiſtolarum impreſſis, & duobus manuſcriptis legitur*, datitiorũ. *in aliquot verò antiquis Gratiani exemplaribus eſt*, Dacorum, vel aliorum habitationibus.

8 *Breuiter monſtratum eſt, quòd boni laudabiliter perſequuntur malos, & mali damnabiliter perſequuntur bonos. Illud autem Apoſtoli*, [*Tu autem quis es, qui iudicas alienum ſeruum?*] *de alieni cordis occultis intelligendum eſt. Quòd vindicta inferri poſſit, monſtratum eſt. Nunc reſtat oſtendere, quòd debet inferri: & quòd magis diliguntur illi, qui puniuntur, quàm qui impuniti relinquuntur: quod vtrunque multorum auctoritate probatur.* Rom. 14.

Ait enim Auguſtinus.

¶Ad iram Deus prouocatur, cum mala puniri differuntur.

CAP. L.

SI ea A, de quibus vehementer Deus offenditur, inſequi, vel vlciſci differimus [f]: ad iraſcendum vtique diuinitatis patientiam prouocamus. [Nonne Achor † [g] filius [h] Zare pręterijt mandatum Domini, & ſuper omnem populũ Iſraël ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atque vtinam ſolus [i] perijſſet in ſcelere ſuo.] Ioſ. 22.

† al. Achan

A ¶Si ea.] *Vſque ad ver.* prouocamus, *ſunt 7 regeſto B. Gregorij, li. 2. indi. 11. epi. 27. ſcripta Martino † Abbati & Benenato Notario. Reliqua verò non ibi leguntur, ſed ſunt verba ſacræ ſcripturæ. cap. 22. Ioſue.*

† al. Mariniano

Itẽ Auguſtinus de ſermon. Domini in monte, li. 1. c. 37. & 38.

¶Vindicta, quæ ad correctionem valet, non eſt prohibenda.

CAP. LI.

2 EA uindicta A, quæ ualet ad correctionem, non prohibetur. Quæ etiam ad miſericordiam pertinet, nec impedit illud propoſitum, quo quiſque 2 Anſl. 13. c. 2. Iuo pa. 10. c. 60.

lati vel iudices malos punire deñt animo corrigendi, & ex dilectione: & hoc probat 5. exēplis, ſcilicet patris, & Chriſti, & quorundam ſanctorũ vete. teſta. & Heliæ, & Petri. ſed non debent vlciſcẽ di animo punire: ſicut volebant facere diſcipuli Chriſti cum deſiderabant ignem cęleſtem mittere ſuper Samaritanos, ſed propter hoc fuerunt à Domino reprehenſi. Exemplum eſt de Petro in fine capit. Vbi aũt alia exempla incipiant, per te videbis.

Matth. 5.

a ¶*Idoneus.*] ar. ꝙ nullus poteſt eſſe iudex niſi habeat charitatem & manſuetudinem. 45. diſtin. diſciplina.

Prouerb. 3.

b ¶*Vapulat.*] s. 5. q. 5. non omnis.

c ¶*Paucis.*] quædam enĩ ignorantia pro parte excuſat, pro parte nõ vt 30. q. 1. de his. §. diſt. 8. conſuetudo.

Luc. 12.

d ¶*Odiſſe.*] cum puer non poteſt odio haberi, non poteſt vt ingratus exhæredari, vt C. de inof. teſt. ſi quis in ſuo.

e ¶*Paratus.*] ſuprà ea. q. 1. paratus.

f ¶*Timerent.*] ergo quæ pœna magis timetur, illa eſt magis infligenda, ſiue ſit pecuniaria, ſiue corporalis. vt 16. q. 6. cognouimus. & c. de lapſis. & j. ea. q. 5. prodeſt. & expreſsè dicitur extr. vt lit. non cont. quoniam frequẽter. in fine.

† al. apertiſſimum.

† al. quem.

CASVS. Quęſitū fuit ab Augu. vtrū miles ſit reus homicidij, qui ſuę poteſtati obediēs hominē interfecit? Et rñ. ꝙ nō. Si aūt ſponte & ꝓpria auctoritate hoc fecerit, reus ē homicidij. Sequentia tria capitula per te formare poteris.

a ¶*Imperij.*] ar. ꝙ rõe mādati exeuſat aliquis ēt ſi contra conſcientiā faciat, vt ead.q.1.quid culpatur.in fin.extr.de offi.iud.dele.paſtoralis. §.quia verò.

2 Iuo p.10. c.103. Pan. l.8.c.39.

C*Vm miniſter.*] b ¶*Sponte.*] ar. ꝙ nō excuſatur vxor, quę reddit debitū illi quem ſcit conſanguineū ſuū, de mādato eccleſię. ſed diſtinguitur, vt extr.de ſent.exc.inquiſitioni.& de reſt.ſpol. literas.

L*Ex æterna.*] ¶*Si* c *ſpontaneus.*] ſim. 14.quæſtio.5.dixit. Ad hoc facit. 22. quæſtio. 2.Abraham.

d O*Fficia vindictę.*] id eſt vindicta ex officio.

e ¶*Quomodo lex.*] in extraordinarijs, vbi nō eſt ſtatuta pœna criminis. a

a Vt ext. de of.deleg.de cauſis. ff.de iu.delib.l.1.

f ¶*Iudex.*] i.vbi eſt ſtatuta pœna criminis ad vtrunque, ext.de off.& pote.iudi.deleg. de cauſis.verſu finem.

g N*On eſt.*] ¶*Criminis.*] s.45. di. & qui emendat.

h N*On fruſtra.*] s.di. 4.factæ ſunt.

i ¶*Modos.*] ad quid fiant, vt s.quæſtione 4. qui peccat.

k ¶*Cauſas.*] nam ſine cā nemo puniēdus eſt. 16.q.vlt. inuentum.

l ¶*Rationes.*] nam ſecundum leges iudicandum eſt.3.q. 7. iudicet.

3 Iuo p. 10. c.106. Pan. l.8.c.40.

m ¶*Vtilitates.*] nā hoc ſolùm bene agitur, vt vita hominū corrigat, vt s.ead.prodeſt. Ioan.

C*Vm homo.*] CASVS. Macedoni⁹ d̄ duobus q̄ſiuit ab Aug. Primò vtrū ſit peccatū occidere hominē? Et rñ. ꝙ q̄nque eſt peccatū, vt ſi fiat ab inimico, vel latrone.& q̄n que non, vt

4 Iuo p.10. cap.107.

Impœnitentes, ſubaudiatur. Item Auguſt. in eodem lib. primo de ciuitate Dei, cap.26.

¶Non eſt reus homicidij miles, qui poteſtati obediens hominem occidit.

CAP. XIII.

4 [1] MIles cū obediens poteſtati, ſub qua legitimè conſtitutus eſt, hominē occidit, nulla ciuitatis ſuæ lege reus eſt homicidij, imo, niſi fecerit, reus eſt imperij [a] deſerti, atque contempti. Quòd ſi ſua ſponte, atque auctoritate feciſſet, in crimē effuſi humani ſanguinis incidiſſet. Itaque vnde punitur, ſi fecerit iniuſſus, īde punietur, niſi fecerit iuſſus.

Item in quæſtionibus Exodi, q. 39. ad cap.11.

¶Homicida eſt, qui ſponte occidit, quos iudex iubet occidi.

CAP. XIIII.

2 CVm miniſter iudicis occidit eum, quem iudex iuſſit occidi, profectò ſi id ſpōte [b] facit, homicida eſt, etiam ſi eum occidat, quem ſcit à iudice debuiſſe occidi.

Item li. 22. cōtra Fauſtum, c.73.

¶Sicut iure laudatur obediētia, ita reprehenditur, qui ſibi non conceſſa vſurpat.

CAP. XV.

LEx æterna ita medio quodā loco poſuit aliqua hominibus, vt in eis vſurpandis meritò reprehēdatur audacia: in exequendis autem iure obedientia laudetur. Abraham A, ſi ſpontaneus [c] in occidendo filio motus fuiſſet, execrabilis haberetur: at iubēti Deo obſecundans famulatus eſt.

A ¶Abraham.] *Confectum eſt hoc caput ex verbis B. Auguſtini, ſed collectoris arbitratu immutatis. Atque hæc quidem pars ſic apud illum habet.* Quapropter ſi in occidendo filio ſpontaneus motus execrabilis, Deo autem iubente obſecundans famulatus non ſolùm inculpabilis, verùm etiam laudabilis inuenitur, quid Moyſem Fauſtè reprehendis, quòd expoliauit Aegyptios, &c.

Item in quæſtionibus ſuper Euangelia, lib.1.q.10.

¶Bono animo officia vindictæ poſſunt impleri.

CAP. XVI.

3 OFficia vindictæ [d] poſſunt impleri bono animo: quomodo lex [e], quomodo iudex. [f]

Item ad Macedonium, epiſt.54.

¶Non eſt iniquus, ſed humanus, qui crimē perſequitur, vt hominem liberet.

CAP. XVII.

4 NOn eſt iniquitatis, ſed potius humanitatis ſocietate deuinctus, qui propterea eſt criminis [g] perſecutor, vt ſit hominis liberator.

Idem in eadem epiſtola.

¶Quare ſint inſtituta regia poteſtas & legalia tormenta:

CAP. XVIII.

5 NOn fruſtrà [h] ſunt inſtituta poteſtas regis, & cognitoris ius, vngulæ carnificis, arma militis, diſciplina dominantis, ſeueritas etiam boni patris: habent omnia iſta modos [i] ſuos, cauſas [k], rationes [l], vtilitates [m]: hæc cū timentur, & mali coërcētur, & quietius inter malos viuunt boni.

Idem ibidem.

¶Nonnunquam potius peccat, qui cauſam mortis præbet, quàm ille qui occidit.

CAP. XIX.

6 CVm homo ab homine occiditur, multum diſtat, vtrum fiat nocendi cupiditate, vel iniuſtè aliquid auferēdi (ſicut fit ab inimico, ſicut à latrone) an vlciſcendi, vel obediendi ordine (ſicut à iudice, ſicut à carnifice) an euadēdi, vel ſubueniendi neceſſitate, ſicut interimitur latro [n] à viatore, hoſtis à milite. ¶Et aliquando, qui cauſa mortis fuit, potius [o] in culpa eſt, quā ille, qui occidit: velut ſi quiſpiam decipiat fideiuſſorem ſuum atque ille pro iſto legitimū ſuppliciū [p] luat. Nec tamen omnis, qui cā alienæ mortis eſt, reus ē. Quid ſi enim quiſquam ſtuprum petat, ſeſéque ſi non impetrauerit, interimat? Quid, ſi filius timens patris pia verbera, pręcipitio pereat? Quid ſi alius homine liberato, vel, ne alius liberetur, ſibi ipſe mortem inferat? Num propter iſtas alienarū mortium cauſas aut ſceleri conſentiendum eſt, aut vindicta peccati, quę non fit nocēdi, ſed corrigēdi ſtudio, etiam paterna tollēda, aut opera miſericordiæ cohibēda ſunt? nęc cum accidūt, debemus eis humanum dolorem, non propter illa, ne accidant, rectè factorū reprimere voluntatem.

Item Iſidorus libro tertio ſenten. de ſummo bono, c.53.

¶Quod ſacerdotes efficere docendo non valent, diſciplinæ terrore poteſtas extorqueat.

CAP. XX.

7 PRincipes [q] ſeculi nonnunquam intra eccleſiā

ſi fiat à iudice, vel officiali, vel milite, Scdò quæſiuit an qui præſtat alicui occaſionem mortis, ſit homicida? Et reſp. ꝙ quandoque homicida eſt, vt contingit de eo q̄ fideiuſſorē decipit. & q̄nque non, ſicut contingit in puella à qua ſtuprum petitur: & in patre à quo timet fili⁹ verberari: & ī eo pro quo, quia liberatus eſt, alius ſe occidit. Secunda quæſtio incipit ibi, *Et aliquando.*

5 Iuo p. ; c.108.

n ¶*Latro.*] "Furem nocturnum licet occidere: ſed diurnum nō, niſi telo ſe defendat, vt ex. de hom. ſi perfodiens. ſi autem fur nocturnus poterat deprehendi ſine læſione, tenetur ille qui eum occidit, vt ff. de ſic. furē nocturnū. "Item latronem inſidiantem in itinerib. licet cuilibet occidere, vt C. quand. li. vni. ſi. iud. ſe vin. l.1.& 2.

« furem nocturnū, ſꝫ ñ diurnū, licet occidere.

« Latronē īſidiātem in itinere lꝫ cuilibet occidere.

o ¶*Potius.*] j. prox. q. vlt. qui aliorum.

6 Iuo ibid.

o ¶*Potius.*] ſic magis punitur cōſulens quā faciēs, [b] vt j. ꝓx. q. vlt. qui aliorum. & 86. diſt. tanta. Inquirendū etiā eſt quis primò cauſam mali præbuerit, vt C. ad l. Iul. de vi pu. ſi qui. & ff. ſi quadru. pau. feciſ. dica. l.1.§. cū arietes.

b Arg. l.1.§. ſi plures. & ibi Bar. ff. de exer. & per Bald. in l.3. C.de ſer.fu.

p ¶*Supplicium.*] ſed certe illud nullo iure [c] inuenitur, quòd fideiuſſor poſſit occidi ſi non exhibet illum pro quo fideiuſſit, licet fideiuſſerit pro reo criminis. ſed ſi fideiuſſor ſine dolo reum criminis nō exhibet, pecuniariter punitur. ſed ſi dolo eum non exhibet, punitur arbitrio iudicis, vt ff. de exhib. re. l. ſi quis reū. & C. ad Turpil. l.2. potius ergo reſpicitur hic factū vel cōſuetudo alicuius loci, quàm ius.

c Diuino & humano. L.

P*Rincipes.*] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd principes ſeculi ad hoc ſunt inſtituti, vt eccleſiaſticam diſciplinam defendāt, vt quos ſacerdotalis ſermo non corrigit, coerceat ſecularis poteſtas. De quo, ſi non fecerint, apud Deum reddituri ſunt rationem. Seq. ca. planum eſt.

q ¶*Principes.*] Hæc quatuor cap. ad hoc inducuntur, vt principes eccleſias defendant, & reos non permittant viuere.

7 Pol. l.6. ti. 1. Bur. l.15 cap.43. Iuo p.16. ca.44.

a ¶*Intra*

a ¶*Intra eccleſiam.*]“ laici habēt iuriſdictionē multiplicitēr intra eccleſiā. Qñque in perſonis ipſis cū ſint incorrigibiles, vt 32.diſt.eos qui.& j̃.ea. q. de Liguribus. Item qñque propter ambitionem alicuius, vt 79.diſt.ſi quis pecunia. Item cum fidem volunt ſubuertere, vt diſtin. 8.quo iure. & s̃. e.c.1.& 17. diſt. nec licuit. Item cū falſarius eſt clericus, vt ext.ď cri. fal. ad falſariorum. Itē cum & ſchiſma faciunt clerici, & cū contemnūt excōicationem, vt j̃.ead.quæſt.de Liguribus. Item & vbicunque eccleſiaſtica poteſtas deficit, vt hic. Item & cū tributum petunt ab eccleſia, vt infrà ead.q.8. conuenior.

“ laici qñq; in clericos habent iuriſdictioné.

b ¶*Non præualet.*] s̃. di.96. duo. s̃.di.x.quoniam.s̃.11.q. 1.iſtud.

R*Es autē.*]c ¶*Confeſſionē.*]id eſt, ad eccleſias Chriſtum confitentes.[a]

a Quia ĩ eis Deū oram⁹, & confitemur.

I*Nceſtuoſi.*] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ mali qui per eccleſiam non poſſunt corrigi, volentes in ſuis criminib. perdurare, coerceri debēt p brachiū ſeculare.

d ¶*In priſtinis.*] s̃.82. diſt. plurimos.Io.

R*Egum.*] CASVS. Dicit Hier. in hoc ca. ꝙ principes debent defendere vi oppreſſos & peregrinos, viduas & pupillos. Et hoc probat auctoritate Hieremiæ, quæ incipit ibi, *Nolite ò reges Iudæ. Intulit*, ſc. Hieremias.

e ¶*Oppreßos.*] Hic videtur, ꝙ ad iudiciū ſeculare ſpectet defendere oppreſſos & viduas & pupillos, vt j̃.ea.adminiſtratores.& s̃.ea.q. 3. ab Imperatoribus & C. qñ imper. inter pup. & vid.l.vnica. Sed contra j̃.23.q.vlt.ſi quis de potentibus.87. di.deſolatis[b]. & cap.1.& 2.& 12.q.2.oĩs ætas. Dic ꝙ ad vtrunque pertinet, potius tñ ad eccleſiā. extr.de fo.cōp.ex tenore.

1 Polyc.l.1. tit.27.

2 & cap.l.2. c.43.

b Al. ĩcipit, defenſionis, & eſt 2. c.

3 Burc.l.7. cap.29. Iuo p.9.c.65.

f ¶*In loco iſto.*] id eſt in eccleſia. Ioan.

IPSIS AVTEM. Hęc eſt 5.pars q. in qua magiſter ꝓbat, ꝙ fides debet ſeruari principibus. & hoc probat per duo c. Io.de Fan.

CASVS, Gra. dicit ꝙ principib. exhibere debemus fidem & reuerētiam. De fide tractat in

poteſtatis adeptæ culmina tenent, vt per eandē poteſtatē diſciplinam eccleſiaſticam muniāt. Ceterùm intra eccleſiā[a] poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi, vt quod nō præualet ſacerdos efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas hoc impleat per diſciplinę terrorē Sępè per regnum terrenum, cæleſte regnū proficit: vt qui intra eccleſiā poſiti contra fidē, & diſciplinā eccleſię agunt, rigore principum conterantur: ipſamque diſciplinam, quam eccleſię humilitas exercere nō præualet[b], ceruicibus ſuperborū poteſtas principalis imponat: & vt venerationem A mereatur, virtutem poteſtatis impertiat. Cognoſcāt principes ſeculi Deo debere ſe rationē reddere propter eccleſiā, quā à Chriſto tuendā ſuſcipiūt. Nā ſiue augeatur pax, & diſciplina eccleſiæ per fideles principes, ſiue ſoluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorū poteſtati ſuam eccleſiam credidit.

A ¶Venerationem.] *In varijs editionibus huius libri legitur*, & vt venerationē mereatur, virtutē poteſtatis impertiat. *In concilio Pariſienſi ſub Ludouico, & Lothario lib.2.ca. 2.vbi hoc refertur, legitur*, & vt venerationem mereatur, virtutem poteſtas impertiat. *Apud Iuonem verò (Nam Burchardi codex manifeſtum habet mendum) hoc modo*, & ſic venerationem meretur, vt virtutem poteſtatis impertiat.

Item Leo Papa, epiſt.29.ad Pulcheriam Auguſtam.

¶Et regia poteſtas, & ſacerdotalis defendat auctoritas quę ad diuinam confeſſionem pertinent.

CAP. XXI.

1 R Es autē humanę aliter tutæ eſſe nō poſſunt, niſi quæ ad diuinā confeſſionē[c] pertinent & regia, & ſacerdotalis defendat auctoritas.

Item ex concilio Turonenſi 3. capitul. 41.[2]

¶Secerdotalis admonitio, quos corrigere non valet, ſecularis potentia corrigat.

CAP. XXII.

3 I Nceſtuoſi, parricidæ, homicidæ multi apud nos reperiūtur: ſed aliqui ex illis ſacerdotū nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in priſtinis[d] perdurare criminibus: quos oportet per ſecularis potentiæ diſciplinā à tam praua conſuetudine coërceri, qui per ſalutifera ſacerdotū monita noluerūt reuocari.

Item Hieronymus ſuper Hieremiam, ad cap.22.

¶Malos comprimere, & bonos ſubleuare, Regum officium eſt.

CAP XXIII.

R Egum officium † eſt proprium, facere iudiciū & iuſtitiam, & liberare de manu calumniatorū vi oppreſſos[e], & peregrino, pupilloque & viduæ, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxiliū. Et, vt curam eis præceptorum Dei maiorem inijceret, intulit, [Nolite contriſtare] vt non ſolùm non eripiatis, ſed ne patiamini quidem per veſtram conniuentiam ab alijs contriſtari, [& ſanguinem innocentem non effundatis in loco[f] iſto.] Homicidas enim, ſacrilegos, &c. *& poſt pauca.* ¶4 Si, inq̃t, hæc feceritis ô reges Iuda, tenebitis priſtinam poteſtatē.

5 *Ipſis autem principibus, & poteſtatibus fidem, et reuerentiā ſeruari oportet: quā qui nō exhibuerit, apud Deum præmia inuenire non poterit.*

Vnde idem Hieronymus in epiſtolam ad Titum, cap.2.ad verſic. Serui dominis.

¶Aeterna mercede fraudatur, qui fidem, & reuerentiam poteſtatibus ſeruare contemnit.

CAP. XXIIII.

S I apud carnales dominos in minimo fideles fuerint, incipient eis apud Deum maiora committi. Ornat autem doctrinā Domini, qui ea, quæ conditioni[g] ſuæ apta ſunt, facit: & è diuerſo cunfundit eā, qui non eſt ſubiectus in omnibus, cui conditio ſua diſplicet, qui contradictor[h], atque fraudator, in nullo fidem bonam oſtendit. Quomodo[i] enim poteſt fidelis eſſe in ſubſtantia Dei, qui carnali domino fidē exhibere non potuit?

Item Ambroſius in lib.1.de Patriarchis, id eſt de Abraham, c.3.

¶Militaris diſciplina Regi omnia ſeruat.

CAP. XXV.

D Icat † aliquis, cum ipſe vicerit quomodo dicit Abraham[k] ad regem Sodomorum, [nihil ſumam abs te,] cum præda vtique in poteſtate victoris fuerit? Docet † militarem diſciplinam, vt regi ſeruentur omnia[l]. Sanè his, qui ſecum fuiſſent in adiumentum fortaſſe ſociati, partem emolumenti tribuēdam aſſerit, tanquàm mercedē laboris. Ideoque, quoniam ſibi mercedem ab homine non quæſiuit, à Deo accepit: ſicut legimus ſcriptum, quia poſt hęc factū eſt verbum Domini ad Abraham in viſu dicens. [Noli timere Abraham: Ego protegam te, merces tua multa erit valde.]

c. ſi apud. de reuerentia in cap. dicat.

S*I apud.*] CASVS. Oſtendit Hiero. hic, qđ illi qui carnali domino in minimis fuerūt fideles, maiora præmia apud Deum conſequentur: quia ſeruant doctrinam domini, qui ſuæ conditioni impoſita nō denegat. Nec poteſt eſſe fidelis in ſubſtantia Dei, qui carnali dño fidem nō exhibet.

† aūt] Orig.

g ¶*Conditioni.*]“ No. ꝙ quilibet debet facere quæ ſuæ conditioni cōueniunt, vt 93.di.legimus. & 7. q. 1.ſi quis epiſcopus. & eſt hic ar. contra clericos, quib. diſplicet conditio ſua, qui comam volunt nutrire. extra de vita & hone.cler.clericus.

Hiere. 7.

“ faciat quilibet q̃ ſuæ conueniunt oonditioni.

4 j̃.ea.homicidas.

h ¶*Qui contradictor.*] s̃. 17.q.vl.ſi quis ſeruū.

i ¶*Quomodo.*] argu.s̃. 2.q.7.non poteſt.

D*Icat.*] CASVS. Ambroſ. docet in hoc c. ꝙ qui reuerentiā domino ſuo exhibet, à domino præmium reportabit. Et hoc probat exemplo Abrahę: qui qm̃ exhibuit reuerentiam regi Sodomorum cedendo ſibi prædam, quam ab inimicis receperat: præmium à Domino meruit.

k ¶*Abraham.*] cum reuerteret̨ de cæde quatuor regum.

l ¶*Omnia.*] Hæc litera videtur ſibi contradicere in eo ꝙ dicit hic quòd regis ſint omnia, & iā dixit quòd omnia ſint victoris. & etiam in Geneſ. dixit, non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt. Ad hoc dicas quòd Abrahā non ſub erat iſti regi, nec de regno ſuo erat: & ideo præda erat in ſua poteſtate: alioquin ſi non fuiſſet ſua, non potuiſſet ĩde dediſſe decimas Melchiſedech: “ ſed ſi ſub aliquo militetur, præda tota domini eſt: ſed ipſe tenetur æqualiter diuidere ſecundum perſonarū qualitates, vt ſuprà diſtinct. 1. ius militare. ſicut decimæ dantur

“ ꝓda publica eſt dñi, ſub quo militatur.

† Dicet] ori.

Gen. 14.

† al. Decet

6 *Præterea*

danᵗ epo vt eas diuidat. 12.q.2.cōceſſo. qđ ergo dicit ꝙ de iure gētium noſtra fiunt quæ capimus in bello, vt ff. de acq.re.do. naturale. §.vlt. verū eſt ꝙ capientis eſt: ſed tñ teneᵗ dño dare, vt diuidat ſcđm merita hoīum. I. de F.

PRÆTEREA. Hæc eſt 6. pars q. in qua ꝓbaᵗ, ꝙ pricipes teneᵗ eccleſiam defendere: aliàs excōicenᵗ. I. de F.

1 Anſ.l.3.c. 107.

CASVS. Suprà oſtenſū eſt ꝙ principib. & ptātib. fidē & reuerentiā exhibere debem⁹: nūc oſtendit Grat. ꝙ vice verſa principes eccleſiam defendere debēt: alioquin à cōione ſunt repellendi. Et ad hoc inducit ſeq.c.

ADminiſtratores.] CASVS. Statuit Ioannes in hoc cap. ꝙ principes ſeculi, qui cōſtituti ſunt ad malorū audaciā refręnandā, & ad tuitionē viduarū & pupillorū: quoties ſup hoc admoniti fuerint ab epis, diligenter audire debent: & q̄ corrigēda fuerint, corrigere: ſi aūt poſt ſecūdam & tertiam admonitionē fuerint negligētes vſq; ad dignā ſatisfactionē debent à cōione repelli. Illa c. q̄ ſequunᵗ vſq; ad c. ſi audieris. plana ſunt per ſe.

2 Iuo p.10. c.111. Pan. l.8.c.48.

a ¶*Priuatos.*] Videᵗ ergo ꝙ ipſo iure ſit excōicatus princeps, q nō facit iuſtitiam clerico.

† al. &.

NOn ſolùm.] Hæc ē. 7. pars q. in qua ꝓbat magiſter, ꝙ mali ſunt puniendi ꝑ iudices & ꝑ reges, & qñq; occulto iudicio diuerſis modis, & tales vltores nō peccāt, dum tñ amore iuſtitiæ hoc faciant, & hoc probat per 24.c. Io. de Fan.

3 Iuo p.10. c.112. Pan. l.8.c.49. † abſunt ab Orig. a Et 8.q.1. audacter.

b ¶*Miniſtri.*] ſimile 15.q.1. nec eis.[a]

c ¶*Fortitudines.*] i. dęmones, & ita eſt bonū, ꝙ dæmones ſunt, vt j. e.§. vlt. ſic bonum eſt, ꝙ hæretici ſunt. vt j. proxi. 11.q. vlt. c. vlt.

4 Et ibi gl. ord. j.e.q.8. quicunque percutit.

QVi malos.] d ¶*Vaſa interfectionis.*] id eſt, poteſtatem.

5 in Tribur. ſub Arnulp. c.3. Bur.l.6. c.43. Iuo p. 10.c.114. Pā.l. 8.c.51.

e ¶*Miniſter.*] & tales q mittuntur ad puniendū malos, dicuntur abeſſe cā reipublicæ, vt ff. ex qui.cau.maio. qui mittūtur. §. quæſitum.

“ ſacrilegi, homicidæ & venefici capite puniuntur.

f HOmicidas.] “ Hic hēs ꝙ homicidæ, & ſacrilegi, & venefici, capite puniū-

[6] *Præterea ſicut principib. & poteſtatib. fidem & reuerentiā exhibere cogimur, ita ſecularium dignitatum adminiſtratorib. defendendarū eccleſiarum neceſſitas incumbit. Quod ſi facere contempſerint, à communione ſunt repellendi.*

Vnde Ioannes Octauus.

¶Quærimonias eccleſiarum, qui in dignitatib. agunt, attentius debent audire.

CAP. XXVI.

[1] ADminiſtratores planè ſecularium dignitatū, q ad eccleſiarum tuitionem, pupillorum, ac viduarum protectionem, rapaciumq; refręnationem conſtituti eſſe procul dubio debent, quoties ab epiſcopis, & eccleſiaſticis viris conuenti fuerint, eorum querimonias attentius audiant, & ſecundum quod neceſſitas expetierit, abſque negligentia examinent, & diligenti ſtudio corrigant. Quòd ſi Dei timorem præ oculis non habentes negligere poſt ſecundam & tertiam admonitionem inuenti fuerint, omni ſe nouerint communione vſque ad condignam ſatisfactionē priuatos[a].

Item Hieronymus ſuper Ioelem, ad c.2.

¶Non ſolùm homines, ſed & contrariæ fortitudines ſunt vltrices iræ Dei.

CAP. XXVII.

[2] NOn ſolùm homines miniſtri[b] ſunt, & vltores iræ Dei in his, qui malum operantur (vnde † non ſine cauſa gladium portant) ſed etiā contrariæ fortitudines[c], quæ appellantur furor, & ira Dei.

Idem ſuper Eſaiam, ad c.13.

¶Qui crudeles iugulat, non eſt talis, qualis patientibus videtur.

CAP. XXVIII.

[3] NOn eſt crudelis, qui crudeles iugulat: ſed [crudelis † ideo vocatur] ꝙ crudelis patientibus eſſe videtur. Nam & latro ſuſpenſus patibulo crudelem iudicem putat.

Idem ſuper Ezechielem, libr. 3. ad c.9.[4]

¶Miniſter eſt Dei, qui malos percutit in eo quòd mali ſunt.

CAP. XXIX.

[5] QVi malos percutit in eo, quòd mali ſunt, & habet vaſa interfectionis[d], vt occidat peſſimos, miniſter[e] eſt Domini.

Idem ſuper epiſtolā ad Galatas, lib.2. ad c.3.

¶Non ſcelus admittit iudex, qui homines vincit.

CAP. XXX.

[6] IVdex non eſt auctor ſceleris, nequam homines vinciendo.

Idē ſuper Hieremiā, li.4. ad c.22.

¶Non effundit ſanguinem, qui homicidas, & ſacrilegos punit.

CAP. XXXI.

[7] HOmicidas[f], & ſacrilegos, & venenarios punire, non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium.

Item Cyprianus libro de exhortatione martyrij, c.5.

¶Principes ſeculi peſſimis parcere non debent.

CAP. XXXII.

SI audieris[g] in vna ex ciuitatibus, quas Dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare te illic, dicentes, Eamus, & ſeruiamus Dijs alijs quos non nouiſti, interficiens necabis[h] omnes[i], qui ſunt in ciuitate, cæde gladij: & incendes ciuitatem igni: & erit ſine habitaculo in æternum: non reædificabitur etiam nunc[k], vt aduertatur Dominus ab indignatione iræ ſuæ. Et dabit miſericordiam tibi, & miſerebitur tui, & multiplicabit te, ſi exaudieris vocem Domini Dei tui, & obſeruaueris præcepta eius.] Cuius[l] præcepti, & vigoris memor Mathathias[m] interfecit eum, qui ad aram ſacrificaturus acceſſerat. Quòd ſi ante aduentum Chriſti circa Deum colendum, & idola ſpernenda, hæc præcepta ſeruata ſunt, quantò magis poſt aduentum Chriſti ſeruanda ſunt, quando ille veniens non verbis tantùm nos hortatus eſt, ſed & factis?

Item Auguſtinus contra literas Tetiliani lib.2.c.83.

¶Tribulationum flagellis aliquando perfidia caſtigatur.

CAP. XXXIII.

[8] AD fidem nullus eſt cogendus[n] inuitus: ſed per ſeueritatem, imò & per miſericordiam Dei, tribulationum flagellis ſolet perfidia caſtigari. Nunquid, quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur, ideo mores peſſimi non legis integritate[o] puniuntur? Sed tamen malè viuendi vltrix diſciplina præpo-

tur. đ homicidis patet, vt de pę.d.1. ſi qs cū telo. De veneficis ſimiliter patet, vt ff. ad l. Cor. de ſic.l.3. De pœna ſacrilegorū hēs 17. q.4. per totum. ff. ad l. Iul. pecu. ſacrilegij.

6 Iuo p.10. c.115. Pan. l.8. c.52.

SI audieris.] CASVS. Cyprianus fuit interrogat⁹ an mali poſt aduētū Dñi in hūc mūdū morte ſūt puniēdi? Et certè rñ. ꝙ ſic: qa ſi añ aduētū Chriſti hoc fiat, vt ꝓbatur auctoritate Deuteronomij, & exemplo Mathathiæ, multò fortius poſt aduentū Chriſti hoc fieri dēt. Auctoritas durat à pricipio vſq; ibi, *Cuius præcepti.* poſteà ſunt verba Cypriani.

7 Iuo p.10. c.115. Bur. l.6.c.43. Pā. l.8.c.53.

g ¶*Si audieris.*] Hæc verba ſumpta ſunt de Deuter. vſq; ad illum locum *Cuius præcepti.*

Deut.13.

h ¶*Necabis.*] Tu qcūque ſis: & ſic qñq; ille q nō ē iudex, pt punire maleficos, vt j. e.q. vlti. legi.

i ¶*Omnes qui.*] Si ergo aliq hæretici ſūt ī vna ciuitate, tota ciuitas pt exuri: “ & ſic eccleſia vel ciuitas puniᵗ ꝓ delicto pſonarū, vt 25.q.2. ita no. & C. đ ſacroſ. ec. iubem⁹ nullā. ar. cōtra 26.q.6. ſi epm. Quid iuris ſit de hoc, notaᵗ in illo brocardo, an delictū pſonæ, &c. Itē hēs hic ꝙ hæretici occidi pñt, vt s̄. ea. q.1. qñ. Io.

“ Ciuitas ꝓ delicto pſonarum puniri poteſt.

1. Mach.2.

k ¶*Nunc.*] i. vſq; ī futurū[b]. ſic 11.q.3. nolite.

b Aliter accipit lex hāc dictionē, ex tūc. ff. de cōdi. & dem. ſi is. nam ſi ita legatū ē aliquid alicui, ſi non feceris hoc vſq; ad v. annos, & ex tūc detur ei legatū, ſi añ deceſſerit, nō debetur ei legatū, ſed arg. de pœ. di.1. prædixerat. Laur.

l ¶*Cuius.*] hæc ſunt verba Cypriani.

m ¶*Mathathias.*] vt legiᵗ ī lib. Machabæorū.

AD fidem.] CASVS. Petilia. conqrebaᵗ de pricipib. à qb. ipſe & alij hæretici puniebanᵗ. dicebat. n. hoc fieri ñ debere, pp duo, ſ. qa nullus ē cogēdus ad fidē: & qa boni mores nō eligunᵗ niſi libero arbitrio. Et rñ. Aug. dicēs, ꝙ ipſi nō cogūᵗ, vt bñ faciāt ſđ vt eorū pfidia corrigaᵗ, à malo abſtineā, & vt cogitēt quare iſta patianᵗ: qa ſi patiuntur propter iuſtitiam, beati erunt, & qui eos perſequuntur, mali ſunt. Si verò propter hæreſim, infelices erunt & in hoc ſeculo & in futuro. *Sed per ſeueritatem.* verba ſunt Aug.

8 Iuo p.10. c.75.

n ¶*Cogendus.*] ſic 45. diſt. de Iudæis.

o ¶*Integritate.*] ideſt, ſecuritate.

a ¶*Præ-*

a ¶*Præpoſtera.*]id eſt, inordinata.

b ¶*Niſi cura.*] id eſt, niſi delinquens primò inſtruatur ad bonum, vel niſi corripiens præbeat prius exemplum bonæ vitæ, vt 3.quæſt. 7.§.porrò.

"Timor tollit meritũ.
c ¶*Cogimini.*] "qui enim ex timore benefacit, reputatur non facere, vt ext.de reg. iur. qui timore. & qui cogitur mutare locum, non mutat locum, ſed mutatur, vt 7.queſt.1.mutationes.nec præmium aliquod debemus conſequi ex hoc quod facimus inuiti, vt 13. q. 2.quàm prepoſterum. Vnde ſi aliquis cogitur adire hereditatem, quam ex cauſa fideicõmiſſi rogatus eſt reſtituere, nullum conſequitur commodum ex tali aditione, nec poteſt vti beneficio legis Falcidiæ.ff.ad Treb.cogi.§.Metianus.

Matth.5.

d ¶*Niſi elegerit.*] poteſt enim aliquis malefacere propter voluntatem coactam, vt 15. q.1.merito.ſed non poteſt bene facere [a] propter voluntatem coactam, vt hic dicitur.

a ſ.meritoriè: quia penes volũtatẽ meritum cõſiſtit.arg. hic & 15.q. 1.non eſt.& 20.q.3.præſens.j.ea.q. 6.§.vlt. iuxta fin.

S*I propterea.*] Casvs. Dicit Aug.in hoc ca. quòd heretici à principib. ſunt puniendi, eo quòd ſacramẽta Chriſti contaminant: quod probat exemplo Nabuchodonoſor, qui ſcelus cõmiſſum in ſanctũ Danielẽ vĩdicauit.

1 Iuo ibid. Dan.3.

S*I vos contra.*] Casvs. Aug.docet in hoc c.quòd heretici impij ſunt & ſacrilegi, cũ ſint à corpore eccleſiæ ſeparati,& per ſcripturam conuincant malefacere.illi verò qui pro ſuis ſceleribus eos puniunt & deterrent, boni & iuſti reputantur.

2 Iuo ibid.

e ¶*Diffunditur.*]licet eccleſia ſit vbique diffuſa: tamen eadem in ſolidum vbique eſt, vt j.prox.q. 1. loquitur.

"Hæretici vario modo pñt ab eccleſia puniri.
f ¶*Vel pecunia.*]" Et ita puniri poſſunt hæretici ab eccleſia in reb. in honore, vel exilio, vt s.q.4.quãdo. & c.nõ inuenitur.& j.e.de Ligurib.in fi. & j. q. 7.c. 1.Sed contra, eccleſia non debet in delictis recipere penam pecuniariam, vt extra de pœn. licet.Reſpon.quòd eccſia poteſt infligere pœnam pecuniariam quãdo magis illa timet [b].

b Ad hoc fa. qđ le.& no. s. e.q.4.vindicta. & de hoc plenè no. Hoſt. in ſum.de offi. ord.§.pertinet. ibi videas.

ſtera [a] eſt, niſi cura A [b] præcedens bene viuendi doctrinã pretendat. Si que igitur aduerſus vos leges cõſtitutæ ſũt, non eis bene facere cogimini [c], ſed malè facere prohibemini. Nam benefacere nemo poteſt, niſi elegerit [d], niſi amauerit: quod eſt in libera voluntate. & *infrà c.* 84. Cum aliquid aduerſus vos reges conſtituunt, admoneri vos credite, vt cogitetis, quare iſta patiamini. Si propter iuſtitiam, reuera illi perſecutores veſtri ſunt, vos autem beati, qui perſecutionem paſſi propter iuſtitiam poſſidebitis regnum cęlorum. Si autem propter iniquitatem ſchiſmatis veſtri, quid illi, niſi correctores veſtri ſũt, vos autem, ſicut cæteri diuerſorum ſcelerum rei, qui pœnas legibus pendunt, profectò infelices & in hoc, & in ſeculo futuro?

A ¶Cura.] *Apud B. Auguſtinum, & Iuonem legitur,* niſi cum præcedens bene viuendi doctrina contenitur: *ſed ob gloſſam in verſ.* cura, *non eſt mutatum.*

Idem in eodem lib.c.92.

¶Iniuria ſacramentorum Chriſti à regibus eſt vindicanda.

CAP. XXXIIII.

1 SI propterea perſecutor nõ fuit Nabuchodonoſor, q̃a ſcelus in ſanctũ Danielem commiſſum iuſtiſſimè vindicauit, quomodo vindicandum eſt à regibus, quòd Chriſti ſacramenta ex ſufflantur, ſi prophetæ membra, quia in periculum miſſa ſunt, ſic vindicari meruerunt.

Idem in libr. de vnitate eccleſiæ capit.17.

¶Diligentiſſimi rectores ſunt, qui malos, vt à malo fugiant perſequuntur.

CAP. XXXV.

2 SI vos contra eccleſiam Chriſti altare erexiſſe, & à Chriſtiana vnitate, quæ toto orbe diffunditur [e], ſacrilego ſchiſmate ſeparatos eſſe & corpori Chriſti (quod eſt eccleſia toto orbe diffuſa) & rebaptizando, & blaſphemãdo, & quantum poteſtis oppugnãdo aduerſari ſancta, & canonica ſcriptura conuincit, vos impij, atque ſacrilegi: illi autem, qui vos pro tanto ſcelere tam leniter damnorum admonitionibus, vel locorum, vel honorum, vel pecunię [f] priuatione deterrendos, coërcendosque

decernunt, vt cogitantes, quare iſta patiamini, ſacrilegiũ veſtrum cognitũ fugiatis, & ab æterna damnatione liberemini, & rectores diligentiſſimi, & cõſultores piiſſimi deputãtur.

Idem ſuper epiſtolam Ioãnis, tractatu 7.

¶Non amatur ſeruus, vel filius, cum non corripitur.

CAP. XXXVI.

3 NOn putes tunc te amare ſeruũ tuum, quando eum non cædis [g], aut tunc te amare filium tuum, quando ei nõ das diſciplinam 4: aut tũc te amare vicinum [h] tuum, quãdo eum non corripis. Non eſt iſta charitas, ſed languor. Ferueat charitas ad corrigendũ, ad emendandum. Si ſunt boni mores, delectent, ſi ſunt mali, emendentur.

Item in libr. 19. de ciuitate Dei, capitulo 16.

¶Innocentis officium eſt, nulli nocere, & peccantem punire.

CAP. XXXVII.

5 NOn eſt A innocentię [i], parcendo ſinere, vt in malũ grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocẽtis officiũ, non ſolũ nemini [k] malũ inferre, verum etiã cohibere à peccato, vel punire peccatum, vt aut ipſe qui plectitur B, corrigatur experimento [l], aut alij terreantur exemplo.

A ¶Non eſt.] *Integer locus apud B. Auguſtinũ ſic habet,* Sicut enim non eſt beneficentiæ, adiuuando efficere, vt bonum, quod maius eſt amittatur, ita non eſt, &c.

B ¶Plectitur.] *Sic ex originali Antea legebatur,* prius odio habetur, *nec multò aliter Iuo.*

Idem ad Lotharium. †

¶Non eſt miſericors, qui vitijs nutriendis parcit.

CAP. XXXVIII.

6 QVi uitijs nutriẽdis parcit, & fauet, ne cõtriſtet peccantiũ uoluntatẽ, tã nõ eſt miſericors, quàm q nõ uult cultrũ rapere [m] puero, ne audiat plorantẽ: & nõ timet, ne uulneratũ doleat, uel extinctum.

Item Haymo ſuper epiſtolam ad Romanos, cap.13.

¶*In vulgatis citabatur ex auguſtino, ſed in vetuſtis tribuitur Haymoni, apud quem habetur.*

¶Enormia flagitia per ſeculi iudices corripiantur.

CAP. XXXIX.

7 SVnt quædam enormia flagitia, quę potius per mun

Vel dic quòd tunc poteſt infligere cum hoc inuenitur expreſſum. extra de offic. delegat. de cauſis.

N*On putes.*] Casvs. Hoc cap. tractat de tribus generibus hominum, ſcilicet de ſeruis, filijs, & vicinis, qui ſi ſunt mali, corrigi debent, nec diliguntur niſi in eis vitia corrigantur & emẽdentur, ſi verò boni ſunt, de ipſis eſt gaudendum. Sequens cap. patet per ſe.

3 Iuo p.10. c.76. Pann. l.8.c.22.

g ¶*Eum non cædis.*] qui alios poſſint corrigere, habes ſuprà quæſtione 4. duo iſta.& ſuprà e.c.1.

4 Adde qñ qs dicatur aliquẽ amare,& qñ nõ. gl. in l.affectiõis. ff. de don. & in l. tutore.ff.de neg.geſt.

h *Vicinum.*]argum.eſt hic pro H. "qui dicit quòd illud præceptũ, ſi peccauerit, ad omnes ſpectet. Sed tu intelligas iſtud de illis qui aliquam habent poteſtatem ſuper alios. Vel intelligitur de canonica denuntiatione, ad quã quilibet tenetur, vt dixi 22.quæſtione 5.hoc videtur. Vel dic vt dixi s.ca. duo iſta.Ioan.

" pceptũ ſi peccauerit, &c. an ad omnes pertineat.

5 Iuo p.10. c.77.

N*On eſt.*]Casvs. Dicitur hic quòd ad innocẽtem & ad bonum virum non pertinet malitiæ parcere, vt in malum grauius incidat: ſed pertinet ad innocentem non ſolũ nemini malum ĩferre, verum etiã alios à peccato cohibere,& peccatum punire, vt ipſi corrigant, qui propter peccatum non diliguntur, vt alij propter hoc terreantur. Seq.cap.planũ eſt,& per ſe patet.

i ¶*Innocentia.*]id eſt, boni viri.

† al. Letarium.

k ¶*Nemini.*] ſim.22. quæſtione vlti. de forma.

l ¶*Experimento.*] ſi. 2.queſtione 7.quapropter.

6 Iuo p. 10. c.79. Pann. l.8.c.25.

m Q*Vi vitijs.*] ¶*Rapere.*] ſimile 22. quæſtione 2. ne quis.Io.

S*Vnt quædam.*]Casvs. Oſtendit Haymo in hoc ca. quòd cõmittentes enormia delicta, vt interfectores pontificum, presbyterorũ, & aliorum clericorum, potius ſunt puniẽdi per reges & principes, quàm per rectores eccleſiarum. Sunt enim principes conſtituti ad puniendum homicidas & raptores. Sequen.cap.patet.

7 Iuo p. 10. c.11. Pann. l.8.c.5.

a ¶*Pontifi-*

di iudices, quàm per antiſtites, & rectores eccleſiarum vindicantur: ſicut cum quis interficit Pontificem [a] Apoſtolicũ, epiſcopum, presbyterum, ſiue diaconum. Huiuſmodi reos reges, & principes mũdi dãnãt. Ergo nõ ſine cã gladium portãt, qui talia ſcelera dijudicãt. Sunt enim maximè conſtituti propter latrões, homicidas, raptores: vt & illos damnent, & alios ſuo timore compeſcant.

Item Cyprianus in nono genere abuſionis.

¶Libellus hic de duodecim gradibus abuſionum, impreßus eſt tomo nono operum B. Auguſtini, ſed eſt etiam in vno codice Vaticano operum B. Cypriani: & in concilio Pariſienſi, lib. 2. cap. 1. hoc idem nonum abuſionis genus refertur ex Cypriano, quẽadmodum & apud Iuonem, & in Pannormia.

¶Furta, & crimina à Rege ſunt cohibenda.

CAP. XL.

1 REx debet furta cohibere, adulteria [b] punire, impios de terra perdere, parricidas [c], & peierantes [d] viuere non ſinere, filios ſuos non ſinere impiè agere.

Item Auguſt. de libero arbitrio, libro 1. cap. 4.

¶Non peccat, qui ex officio nocentem interficit.

CAP. XLI.

2 SI homicidium eſt hominem occidere, poteſt tamen occidere † aliquando ſine peccato. Nã & miles [e] hoſtẽ, & iudex, vel miniſter eius nocẽtem, & cui fortè inuito [f], atque imprudenti [g] telũ manu fugit, non mihi videnť peccare, cum hominem occidũt. EVODIVS. A aſsẽtior. Sed homicidæ iſti appellari non ſolent. *Idem in quæſtionibus* Leuitici, *quæſ. 68. ad c. 19.* ¶Cum homo iuſtè occiditur, lex eum occidit [h], non tu.

A ¶Euod. aſſentior.] *Hæc ſunt addita ex originali, & Iuone. Eſt enim liber ille ſcriptus in dialogo.*

Item Pelagius Papa.

¶Non qui ad bonum, ſed qui ad malum cogit perſequitur.

CAP. XLII.

3 NOn vos hominum vaniloquia [i] retardent dicentium, quia perſecutionẽ eccleſia faciat, dum vel ea, quę committuntur, reprimit, vel animarum ſalutem requirit. Errant huiuſmodi rumoris fabulatores. Non perſequitur, niſi qui ad malũ [k] cogit. Qui verò malum vel factum iã punit, vel prohibet ne fiat, non perſequitur iſte, ſed diligit. Nã ſi, vt illi putant, nemo nec reprimendus à malo, nec retrahendus à malo ad bonũ eſt, humanas, & diuinas leges neceſſe eſt euacuari, q̃ & malis pœnã, & bonis p̃mia iuſtitia ſuadẽte cõſtituũt. Malũ aũt ſchiſma eſſe & ꝑ exteras [l] ẽt poteſtates huiuſmodi homines debere opprimi, & canonicę ſcripturæ auctoritas, & paternarũ regularum nos veritas docet. Quiſquis ergo ab Apoſtolicis diuiſus eſt ſedibus, in ſchiſmate [m] eũ eſſe nõ dubiũ eſt: & cõtra vniuerſalẽ eccleſiã altare conatur erigere. ¶Sed quid de talibus inſertus A Chalcedonẽ ſi ſynodo canon ſtatuat, gloria veſtra conſideret, vbi poſt alia ſic dicit. [4 Qui à cõione ſeipſum ſuſpẽdit, & collectã facit, & altare cõſtituit, & noluerit vocãti epõ cõſentire, & noluerit eidẽ acquieſcere, neq; obedire primò & ſecundò [n] vocãti, hunc oĩno dãnari, nec vnquam vel orationẽ B [o] mereri, nec recipere [p] eũ poſſe honorẽ. 5 Si eñ permãſerit turbas faciens, & ſeditiones eccleſię, per exteram poteſtatẽ tanquã ſeditioſum cõprimi.] ¶Et beatus Auguſtinus de talibus dicit. [6 Multa ẽt cũ inuitis [q] benigna quadã aſperitate plectẽdis agenda ſunt, quorũ potius vtilitati conſulendũ eſt, quàm voluntati. Nam in corripiẽdo filio, quãtumuis aſperè, nunq̃ paternus amor amittitur: fit tamẽ, qḋ nollet, vt doleat, qui ẽt inuitus vr̃ dolore ſanãdus.] Ecce videtis, quẽadmodum tanti teſtimonio patris nõ perſequatur [r] coërcẽdo talia, ſed diligat emẽdando tales ſemper eccleſia. Facite ergo ẽt vos, qḋ ſcientes intentionẽ Chriſtianitatis veſtrę frequenter hortamur, & date operã, vt talia fieri vltra ñ liceat: ſed ẽt (qḋ vobis facillimũ eſſe nõ dubito) hi, qui talia præſumpſerũt ad pijſſimũ principẽ ſub digna cuſtodia dirigãtur. ¶Recolere enim dẽt celſitudo veſtra, quid ꝑ vos Deus fecerit tp̃e illo, quo Iſtriã, & Venetias tyrano Totila poſſidente, Francis etiam cuncta vaſtantibus, non ante tamen Mediolanenſem epiſcopũ fieri permiſiſtis, niſi ad clementiſſimum principem [ſ] exinde retuliſſetis, & quid fieri debuiſſet, eius iterum ſcriptis recognouiſſetis: & inter vbique feruẽtes hoſtes, Rauennã tñ, & is, qui ordinabatur [t], & is qui ordinaturus erat, prouidentia culminis veſtri deducti ſunt.

A ¶Inſertus.

a ¶*Pontificem.*] pœnam talium hẽs ſuprà 17. q. 4. qui ſubdiaconum. 25. q. vlt. c. vlt.

b REx.] ¶*Adulteria.*] contra ĩ. 33. q. 2. inter hæc.

c ¶*Parricidas.*] pœnam parricidarum habes. ff. ad l. Põp. de parrici. l. pe.

d ¶*Et peierantes.*] " quod hic dicitur, quòd periurus punitur pęna capitis, intelligas de teſte qui fert falſum teſtimonium in cauſa criminali: talis eñ mortem meretur. ff. de ſic. l. 1. §. 1. aliàs. n. ſi in contractibus quis periurus eſt [a], notatur infamia. C. de tranſa. ſi quis maior. aliàs ſolum Deum habet vltorem, vt C. de re. cre. l. 2. Vel ſi periurus eſt per principẽ fuſtib. caſtigatur. ff. de iureiu. ſi duo. §. vlt. Aliã pœnam habes 6. q. 1. quicunque [b].

" Periurus qñque punitur capite.

a in hoc caſu ꝑ motu iudicis punitur. 4. q. 3. qui falſa.

b & no. 33. q. 5. hęc imago. ĩ ſi & 2. q. 5. in fine.

SI homicidium eſt.] CASVS. Docet Aug. in hoc ca. ꝙ licet ſit peccatũ hominẽ occidere, poteſt tñ hoc qñq; occidere ſine peccato, qḋ ꝓbat quatuor exẽplis, videlicet militis, iudicis, & miniſtri, & de eius manu cuius præter voluntatem ipſius telũ effugerit. Iſti etiam homicidæ appellari non ſolent.

1 Omittuntur aliquot verba. Iuo p. 10. ca. 96. Pann. l. 8. ti. 4. c. 19.

e ¶*Nam & miles.*] tres caſus ponit hic, alij duo ſunt cum facit defendendo ſe, vel alij ſubueniendo, vt ſ̃. ea. cum homo.

2 Iuo p. 10. c. 101. Pann. l. 8. c. 35.

† al. accidere

f ¶*Inuito.*] fortuitus enim caſus non imputatur, vt ext. de hom. lator. dum tñ nõ præceſſerit culpa. 50. di. ſępe.

g ¶*Imprudenti.*] non videtur, ꝙ imprudẽtia excuſet eũ, " quia imperitia culpæ annumeratur. ff. de reg. iur. imperitia Sed dic imprudenti, id eſt, ignoranti.

" imperitia annumeratur culpæ.

h ¶*Lex eum occidit.*] ſic 33. quæſtio. 2. quos Deus. Ioan.

NOn vos.] CASVS. Pelagius præcepit cuidam principi, vt hæreticos perſequeretur: qḋ cũ facere vellet, hæretici ei obijciebãt ꝙ nulli eſt perſecutio facienda. Vnde ſup hoc cõſuluit ipſum Pelagiũ: qui rñdet dicẽs non appellari perſecutionẽ, niſi cũ quis cogitur ad malũ. ſed ſi quis malum punit, vel prohibet ne fiat, nõ debet pſecutor appellari: qa diligit & bene facit. Et hoc probat duabus auctoritatibus, ſ. Chalcedonen. cõcilij, & Aug. vno exẽplo: Auctoritas Calcedon. concilij: ĩcipit ibi, *Qui à cõione.* Auctoritas Aug. incipit ibi, *Multa ẽt cum inuitis.* Exemplum incipit ibi, *Recolere enim.*

3 Deuſd. p. 1. Pol. l. 7. ti. 5. Anſ. l. 12. cap. 47. Iuo p. 10. c. 95.

i ¶*Vaniloquia.*] Vanę voces populi non ſunt audiendæ. ext. de elec. Oſius. C. de pœn. l. decurionum.

k ¶*Ad malum.*] quandoque perſecutio largius ſumitur, vt ea. q. 4. ſi eccleſia.

l ¶*Exteras.*] ſic ĩ. c. de liguribus. & dixi ſ̃. ead. principes.

m ¶*In ſchiſmate.*] " ergo ſchiſma eſt nõ habere caput Romanam eccleſiã, vt 24. q. 1. hęc eſt. & c. qm̃ vetus. Io.

" ſchiſma ẽ non hr̃e caput Romanam eccleſiam.

n ¶*Secundo.*] " hic dicit, ꝙ bis dẽt admoneri excõicandus, maximè hęreticus, alibi dicit ꝙ ſemel, vt ĩ. prox. cã. q. 1. q̃ domus. alibi ꝙ ſępiſſimè. 1. q. 7. conuenientib. qñque dicit de trina admonitione, vt ſ̃. ſi adminiſtratores. ĩ. ꝓx. cau. q. 3. de excõicationis. Quid iuris ſit, dixi ſup illo c. quę domus.

" Excõicandꝰ maximè hæreticus quoties admoneri dẽt.

4 11. q. 3. ſi quis presbyter.

5 Cap. l. 5. cap. 24.

o ¶*Orationem.*] i. ſupplicationẽ, qa ſine ſpe veniæ deponitur, vt ſtatim ſubiungit. 21. di. in tm̃. Vel ideo dicit, quia ſchiſmatico, ſiue intruſo nulla datur audientia, vt 23. di. in nomine.

6 ſ̃. diſt. 45. emendare.

p ¶*Recipere.*] 11. q. 3. ſi quis eps in concilio. ADDITIO. Ad idẽ ĩ. c. prox. 17. di. nec licuit.

q ¶*Inuitis.*] ſ̃. 45. diſt. & qui emendat.

r ¶*Non perſequatur.*] eccleſia, nec ẽt vos per cõſequẽs q auctoritate eccleſię eos coercetis.

ſ ¶*Principem.*] ergo eccleſiaſtica perſona licitè poteſt petere, vt mali detineantur, & ducantur ad iudicium, vt ſuprà ea. vnum ſolum. & ĩ. c. relegentes.

t ¶*Ordinabatur.*] infrà 24. q. 1. pudenda.

De

DE *Liguribus.*] CASVS. Celebrato concilio apud Conſtantinopolim, epiſcopi Venetiæ, Hiſtriæ, & Ligurię noluerunt accipere ſtatuta illius cōcilij, & cum in contumacia perſtitiſſent, fuerunt ab eccleſia excōicati & damnati: & cum adhuc exiſterent contumaces, mandauit Pelagius Narſę patritio, vt deberet illos epiſcopos coercere, qđ cum facere dubitaret, reſcribit ei Pelagius hortās eum vt comprimere & coercere eos non dubitet: quia ſi dubitabant de ſtatutis Conſtantinop. concilij, nuntios debuerunt dirigere ad ſedem Apoſtolicam, q de hoc poſſent accipere & reddere rationē. Non debet igitur dubitare tales opprimere: quia ſi aliqua perſona eccleſiaſtica maiori ſuo reſtiterit, excōmunicari debet & damnari: & ſi hoc contempſerit, per publicas debet opprimi poteſtates: qđ dicit eſſe faciendū multis conſtitutionibus & exemplis.

1 Anſe. l. 6. c. 196. Pol. l. 7. titul. 5. De hoc ſchiſmate B. Gr. li. 4. epi. 50. & li. 7. in di. 2. epi. 10. & alibi.

a ¶*Ruſticitate.*] "id eſt ſuperbia[a]. alibi ponitur pro ſimplicitate, vt 2. q. 6. ſancta. Et ſic eſt arg. quòd quandoque nō ſit parcendum ruſticitati.

"Ruſticitas dupliciter ſumitur.

a de qua dr̄, nihil impudētius, &c. vt 46. diſti. in prin.

b ¶*Electis.*] ſed qualiter potuit hæc cauſa ꝑ procuratorem agi, cum iſti de crimine conuenirētur?. Sed dię quòd licet fuerit de crimine actum, non tamen criminaliter: vnde potuit procurator interuenire, vt extra de acc. veniens. & c. ſuper his. & 3. q. 6. hæc quippe.

2 ſ. prox. ca. canō Apoſ. 32. Antioch. 5.

c ¶*Per poteſtates.*] ſ. e. c. principes.

Q*Vali nos*] CASVS. Tracius & Maximilianus hæretici erant, & epiſçopi, qui vnitatem eccleſiæ conturbantes, res eccleſiæ ſuis vſib. applicabant, de quorum altero, ſcilicet Maximiliano quidam infatigabiliter Romam venientes querelam depoſuerunt. quare Pelagius miſit ad loca illa duos iudices delegatos, ſcilicet Petrū & Proiectum, vt ea quę inuenerint contra canones à prædictis epiſcopis cōmiſſa, vel digna vltione cōpeſcant, vel eoſdem epiſcopos

† al. de quo animus

A ¶Inſertus Chalcedonenſi.] *Actione quarta concilij Chalcedonenſis in epiſtola Archimandritarū ad ipſum cōcilium pro rehabilitatione Dioſcori citatur canon quintus concilij Antiocheni, & eodem ferè modo habetur in ea epiſtola atque hic refertur. Cum neutra tamē antiqua verſione ipſius concilij, magnopere cōcordat.*

B ¶Vel orationem] *In vtroque cōcilio, ideſt, Antiocheno, priſcæ verſionis, & Chalcedonenſi legitur,* curationem, *Græcè enim eſt,* καὶ μηκέτι θεραπείας τυγχάνειν.

Idem Narſæ patricio, & Duci in Italia.

¶Schiſmaticos, & hæreticos ſeculi poteſtates coerceant.

CAP. XLIII.

1 DE Liguribus, atque Veneticis, & Hiſtrijs epiſcopis quid dicam? quos idonea eſt excellentia veſtra & ratione & poteſtate reprimere, & dimittitis eos in contemptū Apoſtolicarum ſedium de ſua ruſticitate [a] gloriari: cum, ſi quid eos de iudicio vniuerſalis ſynodi, quod Conſtantinopoli per primam nuper elapſā indictionem actum eſt, fortè mouebat, ad ſedem Apoſtolicam (quomodo ſemper factū eſt) electis [b] aliquibus de ſuis qui dare & accipere rationem poſſent, dirigere debuerunt, & non clauſis oculis corpus Chriſti Dei noſtri, hoc eſt, ſanctam eccleſiam lacerare. Nolite ergo dubitare huiuſmodi homines principali, vel iudiciali auctoritate comprimere: quia regulę patrum hoc ſpecialiter conſtituerunt, vt, ſi qua eccleſiaſtici officij ꝑſona, cui ſubiectus eſt reſtiterit, vel ſeorſum collegerit, ꝑut aliud altare erexerit, ſeu ſchiſma fecerit, iſte excommunicetur, atq; damnetur. 2 Quòd ſi fortè & hoc contempſerit, & permanſerit diuiſiones, & ſchiſma faciendo, per poteſtates [c] publicas opprimatur. Ecce domine † quòd animus veſter fortè timidus eſt, ne perſequi videaris, de patrum vobis auctoritate hæc breuiter dirigenda curaui, cum mille alia exēpla, & conſtitutiones ſint, quibus euidenter agnoſcitur, vt facientes ſciſſuras in ſancta eccleſia, non ſolùm exilijs, ſed etiam proſcriptione rerū, & dura cuſtodia per publicas poteſtates debeant coërceri.

Item Pelagius.

¶Ab eccleſiæ vnitate diuiſi, à ſecularibus poteſtatibus coerceātur.

CAP. XLIIII.

3 QVali nos de glorię veſtræ ſtudijs iudicio gratulemur, non ſolùm veſtram, ſed multorum ac penè [d] omnium credimus habere notitiam: & idcirco nunc de his, quæ vobis præſentibus ibi fieri ſtupemus, fiducialiter apud gloriam veſtram duximus conquerendum. Tracius † ſiquidem, atque Maximilianus nomina [e] tantùm epiſcoporum habentes, & eccleſiaſticam ibi vnitatem perturbare dicuntur, & omnes eccleſiaſticas res ſuis vſibus applicare: in tantum vt contra vnum eorum, id eſt, Maximilianum, vſque ad nos per tam longum iter, neceſſitate compellente quidam infatigabiliter viniētes, preces offerrent. Ob quam cauſam Petrum preſbyterum ſedis noſtræ, ſed & Proiectum notarium ad eadē loca duximus deſtinandos, vt ea, quæ canonicis ſtatutis à prædictis pſeudoepiſcopis cōpererint commiſſa, vel digna debeant ibi vltione cōpeſcere, vel eoſdem ad nos vſque perducere. Et ideo ſalutantes paterno affectu gloriā veſtram, petimus, vt pręfatis, qui à noſtra ſede directi ſunt, in omnibus præbeatis auxilium: nec putetis alicuius eſſe peccati, ſi huiuſmodi homines comprimuntur. Hoc enim & diuinæ & humanæ † leges ſtatuerunt, vt ab eccleſiæ vnitate diuiſi, & eius pacem iniquiſſimè perturbantes à ſecularibus etiam poteſtatibus comprimātur. Nec quidquam maius eſt, vnde Deo ſacrificium poſſitis offerre, quàm ſi id ordinetis, vt hi, qui in ſuam, & aliorum perniciem debacchantur, cōpetēti debeāt vigore cōpeſci.

Idem Pelagius Papa Ioanni patritio.

¶Iniquitas prauorum, quamuis bonis proficiat, tamen punienda eſt.

CAP. XLV.

Romam perducāt: qđ quia fortè per ſe facere non poſſent, mādat Pelagius cuidam principi rogans eum vt præfatis nūtijs auxilium præbeat in omnibus.

3 Anſl. 12. c. 46. Polyc. ibid.

d ¶*Penè.*] not. quòd dicit penè: & tamē lōgè plures erant qui neſcirent, quā qui ſcirēt, dum tamen ad modicā quātitatem deberet referri, vt 3. quæſt. 7. qui ſine. ff. de verbor. ſigni. hæc adiectio.

† al. Terti[o].

e ¶*Nomina.*] ſic 15. quæſtione vltim. ſi quis presbyter. Ioan.

R*Elegentes.*] CASVS. Apud Aquilegiū erant multi hæretici, inter quos erat inuaſor eccleſiæ Aquilegienſis. qui quendā bonum virum potentem tāquàm pollutū à ſuo conſortio repulerunt. quod per diuinam prouidentiam fuit factum, inter quos hæreticos, Eufraſius quēdam ſuū conſanguineum ſacerdotem interfecit, vt liberè cū eius vxore poſſet adulterari: cuius ꝓfati viri potentis iniuriam cū Pelagius percepiſſet, præcepit eidē vt hanc præſumptionē hęreticorum non relinquat impunitam: quia ſi hoc acriter non vindicetur, in minorib. talia exercere non verebuntur, & mandat ei ſimiliter vt præfatū Eufraſiū puniat, quod plenè fieri poterit, ſi auctores ſcelerū, & maximè Aquilegienſis eccleſiæ inuaſor, ad principem dirigant. Sequens c. planum eſt, & per ſe patet.

† al. mundanæ.

f ¶*Bona.*] not. "quòd ex malo prouenit bonum, vt 13. di. nerui. in fi. ſicut de facto Iudęorum, qui crucifixerunt Deum. Item eſt hic ar. ꝙ malū punitur, quamuis exinde prouenerit bonum, vt ſi quis puerū caſtrauerit, licet cū meliorem fecerit, tamē punitur. ff. ad le. Aq. ſi ſeruus ſeruū. §. & ſi puerum. ſimiliter ſi quis rē fecerit prohibitam, licet bene fecerit, tamen punitur. ff. de re mi. l. 2. §. in bello. ar. contra. ff. ad leg. Aq. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuam.

" Bonū prouenit ex malo.

4 Anſl. 12. cap. 47. Pol. ibid.

a ¶*Abſtu-*

4 RElegentes literas excellentiæ veſtrę, de iniuria quidem, quam uobis iniquorum hominum pręſumptio ingeſſit, ualde doluimus. Sed qa ſcimus occulto Dei iudicio animam ueſtram, etſi per aliorum iniquitatem, & ſuperbiam, à contaminatione ſchiſmatis cuſtoditam, egimus omnipotenti Deo gratias, qui etiam de malis hominum actibus bona [f] operari conſueuit. Nec enim

enim ſine illius prouidentia factum eſſe credendum eſt, vt inſenſati, & peruerſi homines ad hoc vſq; proſilirent, vt ſuam diuiſionem, catholicam eſſe credentes eccleſiam, à ſua vos pollutione prohiberent. Sic enim per miſericordiam Dei etiam neſcientibus illis hoc factum eſt, vt à ſchiſmaticorum factione † eruti, catholicæ, quam diligitis, ſeruari vos contigiſſet eccleſię. Quâuis igitur veſtra per illorum ſcelus vtilitas facta ſit, nolite tamen impunitam præſumptionem iniquorum hominũ graſſari permittere. Si enim hoc, quod in veſtram gloriam præſumpſerunt, non fuerit vindicta compreſſum, ꝙ in A minoribus non valeant puniri, ambigi vltrà non debet. Exercete igitur in talibus debitam auctoritatem: & ne eis amplius talia committendi ſpiritus † creſcat, veſtris coërcitionibus reprimantur. Ad hoc ſiquidem Dei nutu etiam contra vos talia præſumpſerunt, vt talia vobis corrigentibus ab eodem † ſcelere alios poſſitis, Deo propitiante, munire. Quales autem ſint, qui eccleſiam fugiunt, Eufraſij vos ſcelera (quæ amplius occulta Deus eſſe noluit) euidenter informant: qui in homicidio quidem nec hominis neceſſitudinẽ, nec fratris charitatem, nec ſacerdotij reuerentiam cogitauit. Inceſtuoſo autem adulterio † etiam ipſius vindictæ abſtulit [a] modum: quia, ſi adulterium [b] punias, non remanet, in quo vindicetur inceſtus. Si inceſtuoſo ingeras pœnam, inultum crimen adulterij remanebit. Ecce, de quo collegio ſunt, qui, quantum ad ſuperbiam ſuam iniuriam vobis inferre moliti ſunt, & quantum ad prouidẽtiam Dei, impollutos vos eccleſiæ ſeruauerunt. Auferte tales ab iſta prouincia, vtimini oblata vobis à Deo opprimendi perfidos occaſione. Quod tunc plenius fieri poterit, ſi auctores ſcelerum ad clementiſſimum principem dirigantur: & maximè eccleſiæ Aquilegienſis inuaſor, qui & in ſchiſmate, & in eo B maledictus, nec honorem epiſcopi poterit retinere, nec meritum.

A ¶Quòd in minoribus.] *In aliquot vetuſtis, & apud Anſelmum, legitur:* quid in minoribus valeant, ambigi, &c.

B ¶In eo.] *Anſelmus habet,* & à ſchiſmatico maledictus.

Item Nicolaus exercitui Francorum.

¶*Iuo parte* 10.c.87. *verſi. omnium veſtrum. hoc idem citat ex epiſtola Leonis quarti ad exercitum Francorum, vbi etiam affert id, quod* j.e.q.8. *c. omni timore, ex eodem Leone refertur.*

¶In certamine, quod contra infideles geritur, quiſquis moritur, cęleſte regnum meretur.

C A P. XLVI.

[1] OMnium veſtrûm noſſe volumus charitatem, quoniam quiſquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine [c] fideliter mortuus fuerit, regna illi cœleſtia minimè negabuntur.

Item Vrbanus ſecundus Godefredo Lucano Epiſcopo.

¶Non ſunt homicidæ, qui aduerſus excommmunicatos zelo matris eccleſiæ armantur.

C A P. XLVII.

[2] EXcommunicatorum interfectoribus (prout in ordine eccleſiæ Romanæ didiciſtis (ſecundum intentionem A [d] modum congruæ ſatisfactionis iniunge. Nõ enim eos homicidas arbitramur, quos aduerſus excõmunicatos zelo catholicæ matris ardentes, aliquos eorum trucidaſſe contigerit. Ne tamen eiuſdem eccleſiæ matris diſciplina [e] deſeratur, eo tenore, quem diximus, pœnitentiam eis indicito congruentem, qua diuinæ ſimplicitatis oculos aduerſus ſe complacare valeant: ſi fortè, quid duplicitatis [f] pro humana fragilitate in eodem flagitio [g] incurrerint †. † al. contraxerint.

A ¶Intentionem.] *Iuo & Pãnormia habent,* intentionem ipſorum. *ſed ob gloſſam non eſt additum.*

Item Aug. epi. 50. *ad Bonifacium de coërcendis hæreticis.*

¶Pax eccleſiæ mœſtitiam conſolatur perditorum.

C A P. XLVIII.

[3] QVis enim noſtrûm [h] A velit aliquem illorum non ſolùm perire, verùm etiam aliquid perdere? Sed ſi aliter non meruit pacem habere domus Dauid, niſi Abſalon filius eius in bello, quod gerebat contra patrem, fuiſſet extinctus, quamuis magna cura mandauerat ſuis, vt eum, quantum poſſent, viuum, ſaluumq; ſeruarent, vt eſſet cui pœnitenti paternus affectus ignoſceret, quid ei reſtitit, niſi perditum flere, & ſui regni pace acquiſita ſuam mœſtitiam conſolari? 2. Reg. 18.

A ¶No-

---

a ¶Abſtulit.] hoc iõ dicit, quia pœna mortis punitur ſiue pro vno, ſiue pro altero. aliàs autem idem delictum poteſt varijs pęnis puniri, vt 17.qu.4. attendendũ. & 16.q.1. ſtatuimus [a]. "Hic conſueuit diſtingui, cum quis accuſatur de diuerſis criminibus aut illa crimina deſcendũt ex eodem facto, aut ex diuerſis. Et hæc diſtinctio no. C. de accu. qui de crimine. ſi autem diuerſis actionibus velit quis agere, diſtinguitur, aut illæ actiones ſunt ambæ pœnales, aut ambæ rei perſecutoriæ. aut vna pœnalis, & altera rei perſecutoria, vt not. ff. nau. cau. ſta. l. 2.

a Ad idẽ 21. q.5. c.3. i fi. & vide qđ no. Inno. de hac materia extra de collu. c. vlti. & de purga. cano. c. cum dilectus. "Accuſetur ne qs de diuerſis criminibus.

† al. communione.

b ¶Si adulterium.] hic videtur, ꝙ ſecũdũ canones & adulterium & inceſtus morte puniantur, ſcđm legem hodie adulterium, non punitur morte, vt C. de adulte. aut. ſed hodie. Io.

† al. ſpes.

c ¶Omnium.] ¶Certamine.] j.e.q.8. omnium.

† al. eorum.

EXcommunicatorũ.] CASVS. Godefred[9] lucan[9] ẽps quæſiuit ab Vrbano quantam pœnitentiam debeat imponere eis, qui quoſdã excommunicatos interfecerunt: qui reſpõdet dicens, non putamus eos eſſe homicidas, qui zelo iuſtitiæ eos occiderunt: veruntamen quia potuerunt aliquid duplicitatis ꝓ humana fragilitate cõmittere, ſecundum eorum intentionem bonam vel malam iniungas eis pœnitentiam competentem.

† al. in adulterio.

d ¶Intentionem.] ſ. occidentium. Vel ſecũdum intentionem imponentis pœnam, vt 26.q.7. tempora.

e ¶Diſciplina.] "No. ad cautelam, & ex abũdanti debet aliquid fieri, ne diſciplina matris eccleſiæ deſeratur, vt 50. diſt. presbyteros. & 34. q. 2. in lectum. & 15. qu. 1. ſi quis inſaniens. quæ enim dubitationis cauſa ex abundanti apponuntur, ius commune nõ lædunt, vt ff. de re iu. quæ dubitationis. & l. non ſolet. Item eſt hic argu. ꝙ in dubijs in deteriorẽ partẽ interpretamur [b], contra regulam illam, ext. de reg. iur. eſtote.

" diſciplina eccleſiæ nõ eſt deſerenda.

b Vt in hoc caſu. Alium caſum habes 30.q.5. c.1. ſed hoc iõ fit, vt qđ certi[9] & magis ſine periculo aĩæ eſt teneatur. vñ tene certũ, & dimitte incertũ. de pœ. di.7. c.2. ad hoc ext. de ſpon. iuuenis. aliàs, ordinariũ ẽ ꝙ dubia in meliorẽ partẽ interptemur. ext. de reg. iu. c.1. đ hoc no. ext. đ ſeru. c. vnico. & 78. di. pſbyteri. A.

f ¶Duplicitatis.] i. mortalis peccati.

g ¶Flagitio.] i. ꝙ aliàs eſſet flagitium.

QVis enim.] CASVS. Bonifacius dubitabat pugnare contra hæreticos propter homicidium, quod inde ſequebatur. ſed Augu. docet, ꝙ nullus debet velle inimicum ſuum perire, nec aliquid perdere. veruntamen ſi pax haberi non poteſt aliter, contra eos pugnandum eſt. Et hoc probat exemplo Dauid, qui aliter pacem habere non potuit niſi Abſalone filio ſuo pri[9] interfecto.

1 Iuo p. 10. c.87. Pann. l.8.c.30.

h ¶Quis enim noſtrũ.] Ex hoc cap. dicit quidam quòd qui percutit clericum excommunicatum, non incidit in canonem, & ꝙ non eſt priuandus aliquis ingreſſu eccleſiæ per eum qui eſt extra eccleſiam: quod non admitto, & loquitur hic de tali excommunicato qui penitus incorrigibilis eſt. 11.q.1. petimus.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis c. qđ mali nõ ſolùm ſunt flagellandi, ſed etiam interfici poſſunt. Poſteà quærit ſi hi qui non habent poteſtatem legitimam occidendi, aliquos interfecerint: an ſint rei effuſi ſanguinis iudicandi. Cui quæſtioni reſpondet per ſequens capitulum.

2 Iuo. p.10. c.54. Pan. l. 8.c.11.

3 Iuo p. 10 c.59.

Remit-

R*Emittuntur.*]C A S V S.Oſtendit Ambroſ.in hoc c.quòd ſicut peccata remittuntur per verbum Dei, cuius verbi diaconus interpres eſt & executor: ſic peccata quandoque puniuntur per iudices qui poteſtatem habent puniendi: quã doque per populos: ſicut populus Iudæorum ſæpe punitus eſt ab alienigenis ex p̃cepto Dei.

a ¶*Per Dei verbum.*] id eſt, per orationem uel per prędicationem eccleſiæ, ſcilicet per prædicationem Euangelij, ſic 15. quæſtione prima, nec is. & ſupra eadem, non ſolùm.

HINC NOTANDVM. CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte oſtendit Gratian. quòd Deus aliquando punit peccata hominum per neſcientes: & hoc probat quatuor exẽplis Regum & Principum, ſcilicet exẽplo Sennacherib, & Nabuchodonoſor, Antiochi, & prĩcipum Romanorum: qui licet Deo ſeruirẽt in puniendo malos: tamen quia ſuæ fortitudini & ſuperbię imputabant, ignorantes ſe eſſe miniſtros Dei, ideo & ipſi puniti ſunt & deſtructi: ſicut patet p exẽpla q̃ aperte.ponũtur ĩ litera. In ſcđa par. oſtendit ꝙ Deus aliq̃n punit peccata hominũ per ſcientes, & hoc probat exemplo Iudæorũ, per quos puniuit Deus Amorrhæos & Chananæos, & alias gentes quas expulerunt de terra promiſſionis quam Deus promiſerat ſe daturum Abrahæ & ſemini eius: ſed non antequàm peccata Amorrhæorum conſummata fuiſſent: quæ tunc conſummata fuerunt, cum populus Irſael de Aegypto eſt liberatus. Qui ergo diuino iuſſu & bona intentione ſicut populus Iſrael punit delinquentes, non peccat: qui verò praua intentione hoc faciunt: licet occultè inſtinctu Dei incitentur ad perſequendum malos, ſicut Sennacherib, & cæteri qui populum delinquẽtem ſunt perſecuti: non ſunt immunes à delicto, qui quandoque incitãtur ad puniẽdum peccata eorũ, qui ſunt futuri boni, vt tandẽ per ipſos bonos correctos, ipſi poſteà puniãtur: quod probat exemplo Iabin Regis Chananæorũ, & exemplo Madianitarũ. Secũda pars incipit ibi, *Per ſcientes peccata. Aſſur*, id eſt, Sẽnacherib, *nondum enim conſummata ſunt peccata Amorrhæorum*, id eſt, nondum peruenerunt ad cumulum peccatorum ſuorũ: quia nondum fecerant omnia peccata, quę facturi erant ad hoc vt digni eſſent expulſione.

† ſæpe alienigenis] Orig.

† ſubiectus] Orig.

4.Reg.25.
1.Mach.5.

Eſa.10.

A ¶Noſtrum.] *Emendatum eſt ex beato Auguſtino, à quo parum diſcordat Iuo. Anteà apud Gratianum legebatur*, Quis enim veſtrum velit aliquem inimicorum ſuorũ non ſolùm, &c.

Si ergo viri ſancti, & publicæ poteſtates bella gerentes non fuerunt tranſgreſſores illius mandati, [*Non occides:*] *quamuis quoſque flagitioſos digna morte perimerent, ſimiles ſuæ poteſtati obediens non eſt reus homicidij, ſi eius imperio quemlibet flagitioſum interfecerit, ſi homicidas, & venerarios punire non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium, ſi pax eccleſiæ mœſtitiam conſolatur perditorum, ſi illi, qui zelo catholicæ matris, accenſi excommunicatos: interficiunt, homicidę nõ iudicantur, patet, quòd malos non ſolùm flagellari, ſed etiam interfici licet. Sed quæritur, ſi contingat aliquos malos puniri ab his qui non habent legitimam poteſtatem, an ſint rei effuſi ſanguinis hi, per quos puniuntur.*

De his ita ſcribit Ambroſius lib. 2. de Cain & Abel, c.4.

¶Aliquando puniuntur peccata per populos iuſſu diuino excitatos.

CAP. XLIX.

REmittuntur peccata per Dei uerbum [a], cuius leuites interpres, & quidam executor eſt. Remittuntur etiã per officium ſacerdotis, ſacrũque miniſterium: Puniuntur quoque per homines: ſicut per iudices, qui poteſtate ad tempus utuntur. *& infrà.* ¶Puniuntur peccata etiam per populos: ſicut legimus, quia ſæpè † ab alienigenis Dei iuſſu excitatis, propter diuinæ maieſtatis offenſam ſubactus † eſt populus Iudæorum.

Hinc notandum eſt, quòd aliquando punit Deus peccata per neſcientes, aliquando per ſcientes. Per neſcientes peccata punit: ſicut per Sennacherib, [b] *& per Nabuchodonoſor* [c], *& per Antiochum, & per principes* [d] *Romanorum, & per nonnullos reges gentilium populum Iſraëliticum delinquentem aliquando afflixit, aliquando captiuauit. Vnde ipſe Dominus ait per prophetã* [*Virga furoris mei Aſſur: ipſe autem non cognouit.*] *Aſſur* [e] *erat virga furoris Domini: quia per eũ innumeras gentes diuina iuſtitia flagellare diſpoſuit. Ipſe verò non cognouit: quia in ſuperbiam elatus victoriam, quam aſſecutus fuerat, nõ diuinæ potentiæ, ſed ſuis viribus attribuit. Vnde contra eius ſuperbiam Dominus loquitur dicens.* [*Nunquid gloriabitur ſerra contra eum, qui ſecat in ea? aut nunquid exaltabitur ſecuris contra eum, qui cædit in ea?*] *Quibus ſimilitudinibus ſatis perſpicuè oſtenditur, quòd ſicut ſerra, & ſecuris nec ſecare, nec cædere ligna poſſunt, niſi ab alio regantur, ac ideo contra regentes ſe ſuperbire non debent, ſic illi, per quos Deus punit, abſque nutu diuinæ diſpoſitionis nihil agere valẽt: ac ideo cõtra regentem ſe ſuperbire eis non licet. Tales in eo quòd puniunt, Deo ſeruire dicuntur: in eo autem quòd ignorantes ſe eſſe miniſtros iræ Dei, impia vanitate ſuperbiunt, mercedem ſuæ ſeruitutis à Deo non niſi tẽporalem* [f] *inueniunt: pœnam verò ſuæ ſuperbiæ non effugiunt. Vnde, cũ Dominus diceret ad prophetam de Nabuchodonoſor,* [*Quid dabo ei pro labore, quo ſeruiuit mihi apud Tyrum?*] *ſtatim ſubiunxit* [*Da*] [g] *hoc eſt datam ſibi pronuntia* [*Aegyptum, & Aethiopiam.*] *Cum autem in corde ſuo ſuperbiens poſteà diceret,* [*Nonne hæc eſt Babylon, quam ego cõdidi in robore regni mei? &c.*] *ſtatim immutauit Deus rationabilẽ mentem eius, & induit eum ferina beſtialitate, vt ab hominibus fugiẽs cum beſtijs viueret. Per Antiochũ* [h] *quoque cum idololatriam Iudaicæ plebis Dominus puniret, & pacem, quam ex lege Dei abiecta, & ex ſacris nationum aſſumptis quęrebant, illis in perniciem verteret, quia Dei diſpoſitionem ignorans, ſuæ facultati deuaſtationem illius plebis attribuit, imprecatur in eum propheta dicens,* [*Effunde iram tuam in gentes, quæ te nõ nouerunt, & in regna, quæ non inuocauerunt nomen tuum: ne fortè dicant in gẽtibus, vbi eſt Deus eorum?*] *Similiter, cum per Romanos peccatum mortis Chriſti Deus punire decreuiſſet, vrbis excidium, & Iudaicæ plebis miſeram captiuitatem ſuis viribus adſcribere cœperunt: vnde contra eos propheta imprecatur dicens,* [*Leua manus tuas in ſuperbias eorum, qui te oderunt.*] *& qui multa malignè operati, monumenta ſuæ victoriæ poſuerunt* [i] *in medio atrio tuo.* ¶*Per ſcientes peccata puniuntur: ſicut Deus per filios Iſraël voluit peccata punire Amorrhæorum, & Chananæorum, & aliarum gentium: quarum terram Iſraëlitis poſſidendam dedit: quibus etiã precepit, vt nemini eorum parcerẽt, ſed omnes morti traderẽt. Quod propter peccata eorum illis cõtigiſſe ex verbis Domini apparet: qui cum diceret ad Abraham,* [*Semini tuo dabo terram hãc*] *veluti quæreret, quare non modò eam das mihi? audiuit,* [*Nondum enim ſunt peccata Amorrhæorum conſummata*] *Quæ tunc intelligunt fuiſſe conſummata, cum populus ille de Aegyptiaca ſeruitute liberatus terrã eorum, ſicut Abrahę p̃miſſum fuerat, in hęreditatẽ accepit.* ¶*Cũ ergo ſic diuino iuſſu ad puniẽdũ peccata populi excitanẽ, ſicut popul⁹ ille Iudaic⁹ ẽ excitat⁹ ad occupãdã terrã p̃miſſionis, et ad delẽ*

b ¶*Per Sennacherib.*] "Regem Aſſyriorum, qui maximam partem filiorum Iſrael captiuauit: qui cũ veniſſet ad obſidendum Hieruſalem, ab Angelo exterminatore nocte eſt fugatus, occiſis ab eodẽ Angelo clxxxv. millib. de exercitu ſuo.

" Sẽnacherib fuit Rex Aſſyriorum Eſa.10.

c ¶*Et per Nabuchodonoſor.*] qui cepit Hieruſalem, & tribum Iuda & tribum Beniamin in Babylonicam captiuitatem duxit.

d ¶*Et per principes.*] ſcilicet per Veſpeſianum & Titum, qui xlij. anno poſt paſſionem Domini Hieruſalem deſtruxerunt.

Ezech. 29. paulo aliter quam in Vulg. aut apud 70

e ¶*Aſſur.*] Sennacherib.

Dan.4.

f ¶*Non niſi temporalem.*] Argumentum quòd ſufficit aliquem bonum facere ad hoc vt remunerãdus ſit, etſi illud mala intentione faciat. Nam & qui prędandi animo gerit negotia alicuius, habet actionẽ negot. geſtorũ vt ff. de negotijs geſtis. ſi pupilli. §. ſed & ſi qs negotia. Item eſt hic argumentum, quòd qui ignorãs adimpleuit voluntatem alicuius, dicitur obtemperaſſe ſuę voluntati. argumẽtum contra. ff. de conditio. & demonſtratio. lege, ſecunda. vbi dicitur: "non enim videtur omtemperaſſe qui fatali caſu obtemperat. Sed illud obtinet cum conditio apponitur, quæ eſt in poteſtate alicuius: ſecus ſi non eſt in poteſtate, vt ibi dicitur. Item eſt hic argumentum quòd ex eodem facto conſequitur quis præmium & pœnam, vt vigeſimaſecunda, quæſtione ſecunda. ſi quælibet.

1. Mach. 1.

Pſal.79.

"obtẽperãs caſu fatali, non vr̃ obtemperare.

Ioſ. 5. & 6. Deut.7. Pſal.73.

Gene.15.

g ¶*Da.*] id eſt, datam pronuntia. ſimilis expoſitio. ff. de teſtamentis. lege, hæredes palam. §. ſi quid.

h ¶*Per Antiochum.*] qui tempore Machabæorum Hieruſalẽ cepit, & templum polluit [a].

i ¶*Poſuerunt.*] quia vexilla & ſcuta & arma poſueruut in templo in ſignum victoriæ.

a Qui ẽt poſuit arã idoli in medio Hieruſalẽ q̃ Matathias deſtruxit & aufugit ad mõtes cũ 5. filijs, p quos Deus fecit ſalutẽ in Iſrael. de hoc hẽs ſuprà c. ſi audieris. Sub iſto Antiocho ignis đ tẽplo extinctus fuit: qa vendidit ſacerdotium Iaſoni, vt hr̃ j. q.1 ſicut eunuchus. Ar.

a ¶*Bonorum.*] id eſt,
in ſignum eorum, qui
ſunt futuri boni.

Q*Vod autem.*
CASVS. Hic
intitulatur
ſexta quæ-
ſtio, qua quæritur, vtrũ
mali ſunt cogendi ad
bonũ? Et rñdet ꝙ ad
illud bonum, qđ nun-
quam voluit, aliquis co
gi non debet, vt ſ.ea.
q.5.ad fidem. & 20. q.
3.præſens. ſed ad illud
bonum qđ ſemel vo-
luit, ſi poſtea deſerat,
eſt cogendus, vt ſ.45.
diſt.de Iudæ. Et proce
dit hoc ordine Grat.
Primò probat, ꝙ mali
ſunt ad bonum cogen
Iud.4. di, vſque ad §. *Ex his.*
Deinde probat contra
rium: tandem ſolutio
nem dat. Probat ergo
Grat. in hoc c. ꝙ mali
ibid.8. ſint cogendi ad bonũ,
exemplo populi Iſraë-
litici, & auctoritate
Chriſti, & Pauli.
b ¶*Quod autem.*] hęc
q. nihil habet dubita-
" Bonum facere vtrũ qs cogatur. tionis, " quia ad bonũ
non ſuſceptum nemo
cogendus eſt. ſ.q.prox.
ad fidem. ſed ad bonũ
quod ſuſcepit cogen-
dus eſt, vt 45. diſtin. de
Iudæ. magiſter tamen
aliter ſoluit. ĩ.ca.§.vlt.
ADDITIO. Dicas ꝙ
illi qui fidem non rece
perunt, nõ sũt abſolu-
ſ.ea.c.1. tè cõpellendi, ſed ſunt
quandoq; excitandi ex
hortationibus. 45. diſt.
qui ſyncera. quandoq;
præmijs. ſ.ea.q.4.c.vlt.
qualiter hoc intelliga-
tur, habes ext. de bapt.
maiores. noſtra enim
fides non patitur ꝙ ta
les inuiti cõpellantur,
vt prædictis iuribus. &
ext. de Iudæ. ſicut. Io.

S*Chiſmatici dicunt.*]
CASVS. Aug. oſten
dit Bonifacio in hoc c.
Matth.10. ꝙ hæretici & ſchiſma-
tici poſſunt violenter
ad bonũ compelli. Et
hoc probat quinq; mo
dis: qui legendo literã
clarius oſtenduntur.
Act.9. Primus modus incipit
ibi, *Ecce habent.* Secũ-
dus ibi, *Cur ergo.* Ter-
tius ibi, *An non hoc*
pertinet. Quartus ibi,
1. Cor.15. *Etiam hinc non abſur-*
de. Quintus ibi, *Vnde*
& ipſe Dominus.
c ¶*Schiſmatici.*] ſ.e.
q.4. quis nos.
d ¶*Seduxerunt.*] mi-
tius hic agitur cum cir
1 ſ.ea. q.4. qs nos. Iuo p.10. c.59. cumuento, quàm cum
coacto, " cum tñ aliàs
" Coacto ſubuenitur. ſubuenitur coacto in
voto, vt ext. quod met.

das gentes peccatrices, ſine culpa no
xius ſanguis effunditur, & quæ ab
eis malè poſſidentur, in ius, & domi
nium ritè tranſeunt bonorum[a]. *Cum*
verò occulto inſtinctu aliqui mouen
tur ad perſequendos malos, ſicut
Sennacherib, & cæteri, qui populũ
delinquentem perſecuti ſunt, licet
occulto inſtinctu operante illorum
meritis incitentur ad perſequendum
tamen, quia praua intentione non
peccata delinquentium punire, ſed
illorum bona rapere, vel ſuæ ditioni
ſubijcere quærunt, non ſunt immu-
nes à crimine. De quibus etiam no-
tandum eſt, quòd aliquando excitan
tur ad puniendum peccata bonorũ,
vt tandem per bonos correctos ipſi
quoque puniantur: ſicut in libro Iu
dicum legitur de Iabin Rege Cha-
nanæorum, & de Madianitis: quòd
propter idololatriam populi ſuſcita
uit eos Deus, vt Iſraël affligerent,
& terram eorum occuparent. Cum
autem populus Dei ſub manibus eo
rum diutius afflictus peccatum ſuũ
recognoſceret, & per pœnitentiam
ſibi Deum placaret, Dei præcepto,
& Barach comitatus Delborò pro-
phetiſſam vxorem Lapidoth, Iabin
Regem Chananæorum, & Zizaram
Ducem exercitus ſui contriuit: &
Gedeon Zebee, & Salmana Reges
Madianitarum, & Oreb, & Zeb
Duces eorum morti tradidit. Appa-
ret ergo, quòd aliquando per legiti-
mam poteſtatem gerentes, aliquan-
do per populos diuino iuſſu excita-
tos, mali pro peccatis ſuis nõ ſolùm
flagellantur, ſed etiam ritè perdun-
tur. Nec eſt contrarium illud Augu
ſtini, quòd ad Marcellinum pro Cir-
cuncellionibus ſupplicans rogabat,
vt verberibus eos coerceret, non
morte perderet. Quamuis enim ſup-
plicando ſpatium vitæ eis reſeruari
popoſcit, non tamen legum ſeuerita-
tem, qua tales morte plectuntur, nõ
obſeruandam docuit.

QVAESTIO VI.

Q*Vòd autem*[b] *quæri-*
tur, an mali ſint co
gendi ad bonũ, fa-
cilè apparet. Anti
quus nanq; popu-
lus ille metu pœna
rum ad obſeruationem legis cogeba-
tur. In Euangelio quoque Dominus
ait diſcipulis ſuis, [Nolite timere
eos, qui corpus occidunt, animam au
tem non poſſunt occidere: ſed potius
eum timete,] id eſt, ei in timore ſer-
uite, [qui poteſt animam & corpus
perdere in gehennam.] Paulus quo-
que cum eccleſiam Dei perſequere-
tur, in itinere cæcatus ad Deum con
uerti coactus eſt. Vnde ſe abortiuo
ſimilem teſtatus eſt dicens. [Nouiſſi
mè autem omnium tanquam abor-
tiuo viſus eſt & mihi.]

Hinc Auguſtinus ſcribit epiſt. 50.
ad Bonifacium.

¶Eccleſia malos debet cogere ad
bonum, ſicut Chriſtus Pau-
lum coegit.

CAP. I.

1 SChiſmatici[c] dicũt, cui vim
Chriſtus intulit? quem
coegit? Ecce habent Paulum
Apoſtolum. Agnoſcant in eo
prius cogentẽ Chriſtum, & po
ſteà docentem, prius ferientẽ,
& poſteà cõſolantem. Mirum
eſt autem, quomodo ille, qui
pœna corporis ad Euangeliũ
coactus intrauit, plus illis om-
nibus, qui ſolò verbo vocati
ſunt, in Euangelio laborauit:
& quẽ maior timor compulit
ad charitatem, eius perfecta
charitas foras miſit timorem.
¶Cur ergo non cogeret eccle
ſia perditos filios, vt redirent,
ſi perditi filij coegerunt alios,
vt perirent? Quamuis & illos,
quos nõ coegerunt, ſed tantũ-
modo ſeduxerunt[d], ſi per ter-
ribiles, ſed ſalubres leges in
eius gremiũ reuocentur, blan-
dius pia mater amplectitur: &
de illis multò amplius, q̃ de il
lis, quos nunquam perdiderat,
gratulatur. ¶An non pertinet
ad diligentiã paſtoralẽ, etiam
illas oues, quæ non violenter
ereptæ, ſed blandè, leniterque
ſeductæ à grege aberrauerint,
& ab alienis poſſideri cœpe-
rint, inuentas ad ouile Domi-
nicũ, ſi reſiſtere voluerint, fla-
gellorum terroribus, vel etiã
doloribus reuocare? *Item infrà.*
¶A Chriſto coactum oſtendi-
mus Paulum. Imitatur itaque
eccleſia in iſtis cogendis Do-
minum ſuum. Quæ prius, vt neminem cogeret, expe
ctauit, vt de fide regum atque gentium prædictio † † prædicatio] Orig.
prophetica[e] compleretur. ¶Etiam hinc enim non
abſurdè intelligitur illa Apoſtolica ſententia, vbi
beatus Paulus dixit. [Paratus vlciſci omnem inobe- 2. Cor. 10.
dientiã, cũ completa[f] fuerit prior veſtra obediẽtia.] Luc. 14.
¶Vnde & ipſe Dominus ad magnam cœnam ſuam
prius adduci iubet conuiuas, poſteà cogi. Nam, cum
ei ſerui ſui reſpondiſſent. [Domine factum eſt, quod
iuſſiſti, & adhuc locus eſt; exite, inquit, in vias & ſe-
pes, & quoſcunque inueneritis, cogite intrare.] In
illis ergo, qui primò leniter adducti ſunt, completa
eſt prior obedientia: in iſtis autem, qui coguntur, in-
obedientia coercetur. *Item infrà.* ¶2 Si per poteſta- 2 ſ.ea. q.4. ipſa pietas. §. ſi per poteſtatem.
tem †, quam per religionem, ac fidem regum tem- † al. poteſtate
pore, quo debuit, diuino munere accepit eccleſia, ij,
qui inueniũtur in vijs & ſepibus, id eſt, in hæreſibus
& ſchiſmatibus, coguntur intrare, non quia cogun-
tur, reprehendant, ſed quo cogantur, attendant.

¶*Initium huius capituli apud B. Auguſtinum ibi de Donati-*
ſtis agentem ſic habet, Vbi eſt, quod iſti clamare conſueue-
runt, liberum eſt credere, cui vim, &c. *vt ſ.ea. q.4. quis nos.*
verſ. cui vim.

Item ad Donatiſtas, epiſt. 166.

¶Varijs modis errantes corripiuntur à Deo.

CAP. II.

3 QVòd errauerat[g] (inquit Dominus) non re- 3 Iuo p.10. c.64.
uocaſtis, & quòd perierat, non requiſiſtis.] Ezech 34.

cau. perlatum. ſed non
ſubuenitur ibi circum
uento, vt 20. q.3. con-
ſtituit.
e ¶*Prophetica.*] quia
nondum erat impleta
prophetia, Et nunc Re
ges intelligite, &c. vt ſ.
q.4. non inuenitur.
f ¶*Completa.*] primò
enim ſalubriter admo 1. Cor. 15.
nendi ſunt boni, vt ſic 1. Io. 4.
cætera multitudo fran
gatur, vt 44. diſtin. co-
meſſationes. 50. diſt. vt
conſtitueretur. Io.

Q*Vòd errauerat.*]
CASVS. Donati-
ſtæ dicebant, ꝙ ipſi nõ
erant cogendi ad bo-
num: ſed Aug. repre-
hendit eos auctoritate
Ezechielis prophetæ
reprehendentis præla-
tos, qui negligebãt ma
los corrigere & reuo-
care. Dominus enim ꝑ
bonos prælatos reuo-
cat malos rogando, mi
nando, & corrigendo,
damnis & laboribus,
ſiue per ſuas occultas
viſitationes ſiue ꝑ po-
tentiam ſecularem.
g ¶*Quòd errauerat.*]
verba ſunt prophetæ[a] a Ezech. 34.
alloquentis magiſtros
legis, per quos intelli-
guntur prælati, ꝑ quos
probat Auguſt. malos
eſſe cogendos.

a ¶*Hoc*

a ¶*Hoc vobis.*] verba Auguſtini.

V*Ides.*]Hoc c.duas habet partes. In prima parte dicitur, ꝙ Vincentius nõ debet cõſiderare, qđ ipſe cogitur,ſed ad quid cogitur, vtrũ ad bonũ, vel ad malum. Nec hic dicit Auguſt. pp hoc ꝙ quis inuitus ſit bonus, ſed quia pp metũ, vel relinquit malum qđ faciebat,vel compellitur cognoſcere veritatem. In ſecunda parte dicitur,ꝙ Aug. fuit in hac opinione, ꝙ hæretici verbis & non vi eſſent cõpellendi ad bonum. Sed hæc ſua opinio multis exẽplis prudentiũ ſuperabatur. Et primò exẽplo ſuæ ciuitatis, & poſtea aliarum multarũ.Secunda pars incipit ibi, *Item infra, Mea primitꝰ ſentẽtia.*

b ¶*Bonum.*] vt ſ.q.5. ad fidem.

c ¶*Et volens.*] ſic ex nolente fit volens, vt ſ.74.diſt. conſuluit. & ſ.q.4.diſplicet.

d ¶*Opinio.*] " ſic ergo iuriſperitus debet mutare opinionẽ ſuá, ſi expedit mutare, vt 12.q.1. certè. & ff.de iure pat. diu. Itẽ ex hoc loco dicunt quidá Auguſt. quádoq; fuiſſe hæreticorũ: ſed potius ꝓbatur hic contrarium. (" Opinio mutari poteſt.)

e ¶*Credatur.*] Nunquam creditur fuiſſe malum quod factũ eſt bonum.vt 50.diſt. ferrum. & ff.de ædil. edi. quod ita [a].

(a Vide qđ not. 32.q.1. quod autẽ. & c. nõ erit. & c.apud.)

I*Am verò.*] Casvs. Chriſtianus aliquis nomine Ruſticus contumaciter in delicto perſiſtens, admonitionibus non corrigebat: quare quærebat Maximianus eps à Grego. qualiter iſte Ruſticus ſit coercendus? Et reſpondet ꝙ graui onere penſionis eſt grauádus, vt p hoc cogatur redire ad bonum. (Prouerb. 9.)

f ¶*Iam verò.*] Hoc c. intelligitur de hæreticis,contrarium eſt ext. de hæret.c.ſicut.vbi ꝓhibetur, ne aliquis eos teneat in terris ſuis,vel in domo, vel aliquem contractũ cum eis faciat. Sed dic ꝙ loquitur de eo qui aliás eſt incorrigibilis, vel loqtur de Iudæis,prout di xi ſ.q.4.c.vlt. Io.

EX HIS OMNIBVS. Casvs. Hucuſq; probauit Grat. ꝙ mali sũt

Hoc vobis[a] per nos ipſe Deus facit,ſiue obſecrando,ſiue minandó, ſiue corripiendo, ſiue damnis, ſiue laboribus, ſiue ꝑ ſuas occultas admonitiones, vel viſitationes, ſiue per poteſtatum temporalium leges.

Item in epiſt.48. ad Vincentium.

¶Non eſt conſiderandum, quòd quiſque cogitur, ſed quale ſit illud quo cogitur.

CAP. III.

VIdes,vt opinor, non eſſe conſiderandũ, ꝙ quiſq; cogit, ſed quale ſit illud, quo cogitur,vtrũ bonum [b], an malum: non ꝙ quiſq; bonus poſſit eſſe inuitus, ſed timẽdo qđ non vult pati, vel relinquit impedientem animoſitatem, vel ignoratã compellitur cognoſcere veritatẽ, vt timens, vel reſpuat falſum de quo cõtendebat,vel quærat verum, qđ neſciebat,& volens [c] iam teneat, qđ nolebat. *Item infrà.* ¶Mea primitus ſententia erat,neminem ad vnitatem Chriſti eſſe cogẽdum, verbo eſſe agendũ, diſputatione pugnandũ, rõne vincendum, ne fictos catholicos haberemus, quos apertos hæreticos noueramus.Sed hęc opinio [d] mea non contradicẽtium verbis, ſed demonſtrantium ſuperabatur exemplis. Nam primò mihi opponebatur ciuitas mea, quæ cum tota eſſet in partem Donati,ad vnitatem catholicam timore legum imperialium cõuerſa eſt: quam nunc videmus ita huius veſtræ animoſitatis perniciem deteſtari,vt in ea nunquã fuiſſe credatur [e]. Ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemorabãt,vt ipſis rebus agnoſcerem, etiã in hac cauſa rectè intelligi poſſe, quod ſcriptum eſt: [Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit.]

Item Gregorius Ianuario Epiſcopo Caralitano,lib.3.epiſt.26.

¶Onere penſionis ruſticus ad Dominum conuerti cogatur.

CAP. IIII.

IAm verò [f], ſi ruſticus tantæ perfidiæ, & obſtinationis fuerit inuentus, vt ad Deum minimè venire cõſentiat, tanto penſionis onere grauandus eſt,vt ipſa exactionis ſuæ pœna compellatur ad rectitudinem feſtinare.

Ex his omnibus colligitur, quòd mali ſunt cogendi ad bonum. Sed obijcitur,quòd nemo eſt cogendus ad id,ad quod inutiliter cogitur. Ad bonum autem quiſque inutiliter cogitur, cum Deus aſpernetur coacta ſeruitia. [g] *Vnde Apoſtolus, cum ad eleemoſynas Corinthios hortaretur, ait:* [*Vnuſquiſque, prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit Deus*] *Vnde datur intelligi,ꝙ qui inuitus* [h] *dat propter præſentem pudorem,* [i] *& rem & meritum perdit.Item,cum redderet cauſam,quare ſumptibus abſtineret, ait* [*Si ex neceſſitate* [k] *euangelizauero, non erit mihi gloria.*] ¶*Item* [*Si inuitus euangelizauero, diſpenſatio* [l] *mihi credita eſt.Si autem volens hoc ago, mercedem habeo apud Deum.*] ¶*Item cum Galatis ſcriberet legalia non eſſe tenenda, ait,* [*Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.*] *Ex quo apparet eum, qui ſub lege eſt, id eſt, qui timore pœnæ,non amore iuſtitiæ ſeruit,non duci Spiritu ſancto: Si autem Spiritu ſancto non ducitur, Deo placere minimè valet.* ¶*Item* [*Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater.*] *Ex quibus verbis datur intelligi, ꝙ, ſi in veteri teſtamento timore pęnæ homines cogebantur ad bonum,tamen in nouo teſtamento ſola libertate, & dilectione iuſtitiæ ſunt inuitandi ad fidem. Vnde illi dicuntur ſerui,& filij ancillæ,pertinentes ad Iſmaël: iſti dicuntur liberi,& filij liberæ,pertinentes ad Iſaac.* ¶*Item Ioannes in ſua epiſtola* [*Timor non eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorem.*] *Qui autem cogitur,timore illo ducitur, qui non eſt in charitate, qui manus comprimit, non animam mutat,quo pœna timetur, non bonũ diligitur. Porrò ſine dilectione boni nullus Deo placere, vel in numero bonorum connumerari poterit. Vnde, cũ propheta diceret,* [*Animalia tua habitabunt in ea,*] *ſcilicet hæreditate: oſtẽdens, quomodo ad ipſam habitationem perueniant,ſubdit* [*In dulcedine tua, quam tu præparaſti pauperi Deus:*] *dulcedinem vocãs, ſuauitatem boni operis, qua bonum fit non timore pœnæ, ſed delectatione iuſtitiæ. Cum ergo ſine hac dulcedine animalia in hæreditate non habitent,patet quòd nemo,niſi inutiliter, ad bonum cogitur ſolo timore. Quicunque enim ad bonum cogitur, ſolo timore, non amore ducitur: nõ ergo ſunt mali cogendi ad bonum.*

¶*His ita reſpondetur, Si bonum,ad quod mali coguntur,ſemper inuiti tolerarent,& nunquam uoluntarij ſeruirent, inutiliter cogerentur ad illud: Sed quia humanæ naturæ eſt, & ea, quæ in deſuetudinem ducuntur,abhorrere,& conſueta magna cuſtodia diligere, flagellis tribulationum mali ſunt cohibendi à malo,& prouocandi ad bonum: vt dum timore pœnę malũ in deſuetudinem ducitur,abhorreatur: bonum verò ex conſuetudine dulceſcat.Vnde Auguſtinus in pſalmum 127.* [[1] *Cum* [A] *per timorem gehennæ continet ſe homo à peccato, fit conſuetudo* [m] *iuſtitiæ: & incipit,quod durum erat, amari: & incipit excludi timor à charitate,& ſuccedit timor caſtus, de quo hic dicitur: quo timemus,ne tardet ſponſus,ne diſcedat, ne eo careamus.Ille vtilis eſt, ſed nõ permanet in æternum vt iſte.*]

(1 Ad verſ. vxor tua.)

A ¶Cum per timorem.] *Locus hic potius conuenit cũ gloſſa ordinaria in eundem pſalmum: ſunt tamen hic aliqua ex B. Auguſtino,quæ non ſunt in gloſſa.*

cogẽdi ad bonũ: nunc verò vult probare contrariũ: quia Deus coacta ſeruitia aſpernatur: quod ſex auctoritatibus probat, quæ in litera facilè apparebũt, & hoc in prima parte. in ſecunda parte reſpõdet obiectis, dicens ꝙ homo, ſi ſemper eſſet inuitus, inutiliter cogeretur ad bonum: ſed cogitur, vt timore pœnæ malum ducatur in deſuetudinẽ, bonũ verò ex cõſuetudine dulceſcat.Et ad hanc ſolutionem probandã inducit auctoritatẽ Aug. *Si ex neceſſitate*,id eſt, cauſa ſumptus. *Si inuitus*, quia iniũctum eſt mihi hoc officium. *Diſpenſatio*, id eſt, diſtributio verbi Dei eſt tãtùm mihi credita.

(2. Cor.9. — 1.Cor.9. — Gal.5. — Rom.8.)

g ¶*Seruitia.*] ſ.15.q. 1.non eſt.

h ¶*Inuitus.*] ſed qualiter põt quis inuitus dare: cũ nec ignorans nec inuitus quis donet vt C.de dona.nec ignorans? " Sed facias vim & differentiã inter dare, & donare, vt donũ dicatur quod aliquis ex libertate dat, & ex certa ſcientia [b]. vnde eps nõ dicitur donare præbendas,ſed dare.

(" Donare & dare differunt. — Gal.4. — b Vt ff. de do.l.dari. — 1.Ioan.4.)

i ¶*Pudorem.*] quandoque etiam ſi aliquis tacet propter verecundiam,non ſibi præiudicat,vt ff.de furt.l.pen.

k ¶*Si ex neceſſitate.*] id eſt,præcepto. vel loquitur de neceſſitate vitæ.

(Pſal.67.)

l ¶*Diſpenſatio.*] alijs diſpenſo:ſed mihi non proficio.

m ¶*Conſuetudo.*] ſicut enim ſeta inducit filum, ſic iſte timor iuſtitiam, vt ĩ. de pœn. diſtinctio. 2. ſicut ſeta. Ioannes.

Nunc

QVAE-

NVnc autem.] CASVS. Hic intitulatur 7.queſt.quã quærſtur an hæretici ſint rebus ſuis & rebus eccleſiæ ſpoliandi: & an illi qui poſſident res illas, ſine peccato valeant poſſidere? Et reſpondet ꝙ ſic, vt j̃. c.2. & ſ̃.8.diſt.quo iure. dummodo fiat per iudicem, vt ſ̃.ea.q.3.ſex ſunt differentiæ.circa fi. Idem eſt de quolibet hoſte, dummodo bellum ſit iuſtum, vt ſ̃.e.quæſt.5. dicat. & diſt.1. ius naturale.

a ¶Nunc autem.] Non ſolùm hæretici, ſed omnes hoſtes licitè poſſunt ſpoliari rebus ſuis, dummodo bellũ ſit iuſtum: & ille qui rem abſtulit, iure factus eſt dominus illius rei.ſ̃.ea.q.5.dicat. & ſ̃. diſt. 1. ius naturale. & ff. de acqui. rer. domi. naturale. §.vlt. hæreticis autem licitum eſt auferri ea quæ habent, vt ſ̃.diſt.8. quo iure.& j̃.e. c.1. & ſ̃.ea.qu.5. ſi vos. melius tamen eſt quòd auctoritate iudicis fiat.vt ſ̃.ea. q.3. ſex ſunt. " Si ergo cõdem natus eſt laicus de hæreſi, confiſcantur bona eius, vt ext.de hære.vergentis.ſi clericus, tunc res eius ſunt eccleſiæ applicandæ, vt ext.c.ad abolendam.& hæc vera ſunt etiam ſi aliquis hæreticus habet filios, vel agnatos, vt ext.eo. vergentis.in fi.[a] Et ſic corrigitur lex quæ dicit bona hæreticorum ad filios, vel agnatos deuolui, vt C.de hære. authẽ. de Neſtorianis. Licet autem bona ſint ablata hæreticis, ſi tamen fuerint reuerſi ad fidem, priora bona eis ex miſericordia reſtituuntur, & etiam epiſcopatus, vt ſ̃.ea.qu.4. ipſa pietas.& j̃.ea. c. 3. Sic eſt melioris conditionis ille qui reuertitur ab hæreſi, quàm qui reuertitur ab hoſtibus. Nam ſi deſertor reuertitur ſponte ad ſuos, licet indulgeatur ei vita: tamen in inſulam deportatur, vt ff. de re mili. non omnes. §.qui deſertorem.

1 Iuo p.3. c.179. Pol. l.7.tit.5.

" Hæreticorũ bona cui applicantur.

† al.iuſti

† al.edent

a Dicit Ray. Hoc videtur intelligendũ cũ pater publicè prædicat contra fidẽ catholicã, vel publicè ꝓfitetur, vel defendit errorem: vel corã prælato ſuo eſt cõuictus vel confeſſus, aut ſnialiter condemnatus de hęreſi. ext. de verb.ſign.ſuper quibuſdam.

2 24.q.1. quiſquis. † proiectũ] Orig.

QVicunque vos.] CASVS. Vincentius Donatiſta de quatuor conquerebatur. Primò quòd Chriſtiani perſequebãtur eum & alios hęreticos occaſione legis imperialis, non dilectione corrigendi, ſed odio vindicandi. Secundò quòd occaſione legis imperialis res ſuas cupidè auferebant. Tertiò quia res pauperum vel baſilicas, quas ipſi quondam tenebant, nunc tenent Chriſtiani per auaritiam. Quartò quia recipiunt ita inhoneſtè viuentes hæreticos, ſicut honeſtè viuentes. Sed Aug. iſtis quatuor quæſtionibus reſpondet per ordinem: dicens ꝙ diſplicet ſibi ſi iſta fiant, licet ipſi nihil rectè poſſideant: cùm ſcriptum ſit: Labores impiorum iuſti edent. & tamen de facili nõ credit iſta ſibi, quia ea nõ monſtrant: quæ & ſi vera ſint, eccleſia tamẽ multos tolerat, quos corrigere non poteſt: quod tribus rationibus probat. Secunda quæſtio incipit ibi, *Et quamis res*. Tertia ibi, *Quiſquis deniq;*. Quarta ibi, *Quiſquis pro aliquo.*

b ¶*Diuino.*] id eſt, iure canonico, quo eis ſunt omnia auferẽda, vt ſ̃.ea. q.5. ſi vos. non obſtat. ſ̃.diſtin. 8. quo iure.

c ¶*Deiectum.*] Arg. ꝙ ſi hęreticus tulit ſententiam ſuper matrimonio, ꝙ valet, vt j̃. prox. cau.q.1.quiſquis. Arg.contra. ext.e. fraternitatis.

d ¶*Toleramus.*] j̃.24. q.1.pudenda.

SI de rebus.] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima conquerebatur Petilianus de Chriſtianis, qui bona poſſidebant hæreticorum: ſed Auguſt. reſpondet quòd iniuſtè conqueritur, quod probat exẽplo vno, & duabus auctoritatibus. In ſecũda parte obijciebat Chriſtianis concupiſcentiã rerũ alienarum: quod reprobat Augu. vna ratione, & duobus exemplis, quæ omnia ſi bene inſpexeris, facilè videbis. Secunda pars incipit ibi, *Si qua iam præciſi.*

e ¶*De rebus.*] hoc nomen, res, hic ſtrictè ſumitur. nam ſecundum ſignificationẽ omnia comprehendit & corporalia & incorporalia, vt ff. de verb. ſign. rei appellatio. & l.rei appellatione. Ioan.

f ¶*Et impios.*] ꝑ hoc dicunt quidam, quòd Iudæis & Sarracenis licitè poſſumus ſua auferre: & intelligitur id quod dicitur, infra quæſt. 8. capit. diſpar. de perſonis Iudæorum, non de rebus. " Sed ſecus credo: quia Iudæi ſoluunt tributum, & de voluntate noſtra tenent ea quæ habent.[b]

3 Iuo p.10. c.65.

†Matth.21.

4 ſ̃.c.prox.

†cõciſi] Or.

" Iudæis & Sarracenis ſua auferre non debemus.

b Dicas ꝙ eſt differentia inter Iudæos & paganos ſiue ſarracenos. Iudæos. n. non debemus occidere vel ſpoliare, ſed Sarracenos ſic.j̃.ea.q.8. diſpar. arg. 45. diſt. qui ſyncera. extra de Iudę. ſicut. ſecundum Ioã.de Fan. ſed de hac materia vide latius q̃d not. Inn.& Hoſt. ext. de vot. c. quod ſuper. Arch.

QVAESTIO VII.

NVnc autem[a] *quæritur, an hæretici ſuis, & eccleſiæ rebus ſint expoliandi: & qui poſſident hæreticis ablata, an dicantur poßidere aliena.*

De his ita ſcribit Auguſtinus ad Vincentium, epiſt.48.

¶Res terrenæ non niſi diuino, vel humano iure tenentur.

C A P. I.

1 QVicunque vos ex occaſione legis huius imperialis non dilectione corrigendi, ſed inimicãdi odio perſequitur, diſplicet nobis. Et quamuis res quæque terrena rectè à quoquam poſſideri nõ poſſit, niſi vel iure diuino[b], quo cuncta iuſtorum ſunt, vel iure humano, quod in poteſtate eſt regum terræ (ideóque falsò res veſtras appellatis, quas nec iuſtè † poſſidetis, & ſecundum leges regum terrenorum amittere iuſſi eſtis, fruſtráq; dicitis, nos eis congregãdis laborauimus, cum ſcriptũ legatis [Labores A impiorum iuſti edunt †]) ſed tamẽ, quiſquis ex occaſione huius B legis, quam reges terræ Chriſto ſeruientes ad emendandã impietatem veſtram promulgauerunt, res proprias veſtras cupidè appetit, diſplicet nobis. Quiſquis deniq; res ipſas pauperum, vel baſilicas congregationum, quas ſub nomine eccleſię tenebatis (quę omnino non debentur, niſi ei eccleſiæ quæ vera eſt Chriſti eccleſia) non per iuſtitiam, ſed per auaritiam tenet, diſplicet nobis. 2 Quiſquis pro aliquo flagitio, vel facinore deiectum †[c] à vobis C ita ſuſcipit, ſicut ſuſcipiũtur qui excepto errore, quo à nobis ſeparamini, ſine crimine apud vos vixerunt, diſplicet nobis. Sed nec facilè iſta monſtratis: & ſi monſtratis, nonnullos toleramus[d], quos corrigere, vel punire non poſſumus: neq; propter paleam relinquimus aream Domini: neq; propter piſces malos rũpimus retia Domini: neque propter hœdos in fine ſegregandos deſerimus gregẽ Domini: neque propter vaſa facta in cõtumeliam migramus de domo Domini.

A Labores impiorum.] *Huic ſententiæ ſimile eſt, quod ſcribitur prouer.13.* θησαυρίζεται δὲ δικαίοις πλοῦτος, *id eſt, vt j̃.ea.c.quemadmodum.* Theſaurizantur autem iuſtis diuitiæ impiorum. *Vbi vulgata habet,* cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris *Itemque Eſaiæ 61. ſcriptum eſt,* καὶ δώσω τὸν μόχθον αὐτῶν δικαίοις, *cum ante dixißet,* ἰσχὺν ἐθνῶν κατέδεσθαι. *Sapientiæ 10. legitur.* Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum. j̃. *ea.c.quemadmodum.*

B ¶Huius legis.] *In codice Theodoſiano, lib.16.tit.5. ſunt leges Honorij, & Theodoſii 43.52.& 54. in quibus præcipitur ædificia, Prædia, & loca, quæ ad conuenticula Donatiſtarum, vel aliorum hæreticorum antea pertinuerant, ab eccleſiis catholicis vendicari, vel eiſdem ſociari debere: Et ad has leges videtur ſpectaſſe B.Auguſtinus & hic, & in tractatu 6. in Ioannem (vt notatũ eſt ſ̃.diſt.8.quo iure) & contra literas Petiliani (vt in proximè ſequenti capite) & alibi.*

C ¶Vobis.] *Sic eſt emendatum ex vetuſtis codicibus, & originali, cum in vulgatis, & hic, & j̃.24.q.1. quiſquis.legeretur,* nobis. *Vox autẽ,* deiectum, *no eſt mutata ob gloſſam. Nam in vetuſtis hic, & j̃.c.citato, & apud Iuonem, & in originali eſt,* proiectum.

Item contra literas Petiliani, libro 2.c.43.

¶Catholici non ideo aliena poſſident, quia ab hæreticis ablata tenent.

C A P. II.

3 SI de rebus[e], vel locis eccleſiaſticis, quæ tenebatis, & non tenetis, querimini, poſſunt & Iudæi ſe iuſtos dicere, & iniquitatẽ nobis obijcere: quia locũ, in quo impiè regnauerunt, modò Chriſtiani poſſident. Quid ergo indignũ, ſi ea, q̃ tenebãt hæretici, ſcd̃m parẽ Dñi voluntatẽ catholici tenẽt? Ad oẽs. n. ſimiles, i. ad omnes impios[f], & iniquos illa vox Dñi valet. [Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti faciẽti † iuſtitiã.] An fruſtra ſcriptũ eſt [Labores impiorum iuſti edent?] 4 Quapropter magis mirari debetis, ꝙ adhuc tenetis aliquid, quàm ꝙ aliquid amiſiſtis. *Item c.59.* ¶Si qua iã præciſi † poſſidere cœpiſtis, q̃a vobis ablata nobis Dñs dedit, nõ ideo cõcupiſcimus aliena: quia illius im-

perio [a], cuius ſũt omnia, facta ſunt noſtra, & iuſtè noſtra ſũt: Vos enim his vtebamini ad p̃ciſionem, nos ad vnitatem. Alioqn & primo populo Dei poſſent illi obijcere alienæ rei concupiſcentiam, qui diuina poteſtate ab eorũ facie, quia ea terra malè vtebãtur, expulſi ſunt: & ipſi Iudæi, à quibus ablatum eſt regnum ſecundũ verba Domini, & datum eſt genti facienti iuſtitiam, poſſunt obijcere alienę rei concupiſcentiã: quia eccleſia Chriſti poſſidet †, vbi perſecutores Chriſti regnabant.

Item epiſt. 50. ad Bonifacium.

¶Res eccleſiaſticæ ab hæreticis iniuſtè poſſidentur.

CAP. III.

1 QVod autem nobis obijciunt, ꝙ res eorũ concupiſcamus [b], & auferamus, vtinam catholici fiant, & non ſolùm quæ dicunt ſua, ſed etiã noſtra in pace nobiſcũ & charitate poſſideant. Vſque adeo autem calumniandi [c] cupiditate cæcantur, vt non attẽdãt, quàm ſint inter ſe contraria [d], quæ loquuntur. Ipſi certè dicunt, & inuidioſiſſimè ſibi cõqueri vidẽtur, ꝙ eos in noſtrã communionem violento legũ imperio coarctamus. Hoc vtique nullo modo faceremus, ſi res eorũ poſſidere vellemus. Quis auarus quærit compoſſeſſorem? Quis dominandi cupiditate inflammatus, vel faſtu dominationis elatus deſiderat habere conſortem? Ipſos certè attendant quondã ſuos, iam noſtros ſocios, & fraterna nobis dilectione coniũctos, quẽadmodum ea † teneant, nõ ſolùm, quæ habebant [e], ſed etiã noſtra [f], quæ non habebant: Quæ tamen, ſi pauperum, cõpauperes ſumus, & noſtra ſũt, & illorum. 2 Si autem priuatim, quę nobis ſufficiant, poſſidemus, nõ ſunt illa noſtra, ſed pauperum quorum procurationem [g] quodammodo gerimus, non proprietatem nobis vſurpatione damnabili vendicamus. Quidquid ergo nomine eccleſiarum parti Donati poſſidebatur, Chriſtiani Imperatores legibus religioſis cum ipſis eccleſijs ad catholicam tranſire iuſſerunt. Cum ergo nobiſcum ſint plebes earundẽ eccleſiarum, nobiſcum pauperes, qui de eiſdem poſſeſſiunculis alebantur, ipſi potius foris poſiti deſinant concupiſcere aliena, ſed intrent in vnitatis ſocietatẽ, vt pariter gubernemus nõ illa tantũ, q̃ dicunt ſua, verùm etiam quæ dicũtur & noſtra. Scriptum eſt enim [Omnia veſtra: vos autẽ Chriſti: Chriſtus autem Dei [h].]

1. Cor. 3.

Idem in eadem epiſt. 50.

¶ *Antea citabatur ex epiſtola ad Vincentium, in qua non habetur.*

¶Qui à corpore Chriſti præciditur, ſpiritum iuſtitiæ tenere non poteſt.

CAP. IIII.

QVemadmodum membrum, ſi præcidatur ab hominis viui corpore, nõ poteſt tenere ſpiritum vitæ: ſic homo, qui præciditur de Chriſti iuſti corpore, nullo modo poteſt tenere ſpiritũ iuſtitiæ, ẽt ſi figuram membri teneat, quam ſumpſit in corpore. In huius ergo compagem corporis veniant, & labores ſuos nõ dominandi cupiditate, ſed bene vtendi pietate poſſideant. Nos autem [i] voluntatem noſtram, vt iam dictum eſt, ab huius cupiditatis ſordibus, quolibet inimico iudicante, purgamus, quando eos ipſos, quorũ labores dicũtur, vt nobiſcum & illis, & noſtris in ſocietate catholica vtantur, quantũ valemus, inquirimus. ¶Sed hoc eſt, inquiũt, quod nos mouet: ſi iniuſti ſumus, quare nos quęritis? Quibus reſpondemus, quærimus vos iniuſtos, ne permaneatis iniuſti: quærimus perditos, vt de inuentis gaudere poſſimus, dicentes mortuus erat frater, & reuixit, perierat, & inuentus eſt. Quare ergo me, inquit, non baptizas, vt me abluas à peccatis? Reſpondeo, quia non facio iniuriam characteri imperatoris, cum errorem corrigo deſertoris [k]. Quare, inquit, apud te vel pœnitentiam non ago? Imo, niſi egeris, ſaluus eſſe nõ poteris. Quomodo enim gaudebis te eſſe correctum, niſi doleas te fuiſſe peruerſum?

a ¶*Imperio.*] ſimile 14.q.5.dixit.45.diſt.qui ſyncera.

Q*Vod autem nobis.*] CASVS. Hæretici obijciebant catholicis concupiſcentiam rerum alienarum: ſed Auguſt. eos reprehendit dicens hoc non eſſe verum: quia ſi hoc eſſet verum, nunquam eos compellerent inuitos ad fidẽ catholicam retinendã; ſed res eorum tantummodo reciperent. nullus enim auarus quærit compoſſeſſorẽ. Attendant ergo quondã ſocios ſuos qualiter ab eccleſia tractentur: qui non ſolùm ſua, ſed & res catholicorũ, quas non habebant, poſſident, quæ pauperum ſunt, etſi catholici procurationem de ipſis gerant: vnde niſi reuertantur, ſua eis iuſtè auferuntur auctoritate legum imperialiũ. Cum ergo plebes & pauperes de eccleſijs eorum ſunt nobiſcum, ex quarum eccleſiarum poſſeſſionibus alebantur, deſinant potius concupiſcere aliena: quia ſcriptum eſt per Paulum: Omnia ſunt veſtra, &c.

Pſal. 134.

† al. ibi præſidet.

1 Poly. l. 7. tit. 5. Anſe. l. 12. c. 59.

b ¶*Concupiſcamus.*] ſ̃.ea.quæſt.4. ipſa pietas. in fi.

c ¶*Calumniandi.*] nõ eſt calumniãdum ius. j̃.de conſecr. diſt.2. liquidò. ff. ad exhi. l. pen.

d ¶*Contraria.*] argumentum quòd contraria dicens non eſt audiendus, vt extra de appell. ſolicitudinem. & 74. diſtinct. geſta. C. de mun. patri. profeſſio tua. Argum. contra extra de iudic. examinata. vt dixi 14. qu. 1. in fi.

e ¶*Habebãt.*] non intelligas de iure dominij: “ quia habere eſt idem quod eſſe dominum rei: quandoque idem eſt poſſidere, vt ff. de verb. ſign. habere.

“ Habere dupliciter ſumitur.

f ¶*Sed etiam noſtra.*] id eſt ad conſeruandũ nobis data.

g ¶*Procurationem.*] “ Prælati ſunt procuratores non domini rerum eccleſiaſticarum, vt hic, & 12.q.1. c. vlt. quandoque dicuntur domini. 16.q.1. & temporis. quandoque defenſores. 16.q.1. in canonibus. tamen licet prælatus dicatur procurator, magis habet liberam adminiſtrationem [a] quàm ſimplex procurator: vnde aliquantum dare poteſt, ſi hoc habet conſuetudo regionis, vt ext. de don. c. 2. arg. contra. j̃. e. q. 8. conuenior.

† al. ſua

“ Eccleſiaſticarum rerum prælati ſunt procuratores & non dñi.

2 12. q. 1. ſi priuatim.

a De hoc no. 5. q. 3. c. vlt.

h ¶*Dei.*] ſcilicet patris [b].

b Adimplẽdo eius voluntatẽ.

Q*Vemadmodum.*] CASVS. hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicit Auguſt. quòd hæreticus eſt ſicut membrum à corpore præciſum: quia ſicut tale membrum non habet ſpiritum vitæ, ſic homo à corpore Chriſti ſeparatus non habet ſpiritũ iuſtitiæ. In ſecunda parte ponuntur quatuor quæſtiones Vincentij. Prima eſt quare Chriſtiani quærunt hæreticos? Et reſpondet Auguſt. ne iniuſti permaneant. Secunda eſt, quare non baptizant eos Chriſtiani cum quærunt ipſos? Et reſpondet Auguſt. quòd iniuria non eſt facienda ſacramento. Tertia eſt quare non agunt pœnitentiam apud Chriſtianos? Et reſpondet Augu. imo & ſi non egerint, vitam non habebunt. Quarta quæſtio eſt, & ſi non recipiunt baptiſma cũ reuertuntur: quid ergo recipiunt? Et reſpondet quòd accipiunt vnitatem ſpiritus ſancti, ſcilicet charitatem, quam non habebant. In tertia obijcit Vincentius Donatiſta concupiſcentiam Chriſtianis. quod Auguſt. improbat duabus auctoritatibus, & hortatur hæreticos vt reuertantur ad eccleſiã, & ſuos labores poſſideant. Secunda pars eſt ibi, *Sed hoc eſt.* Tertia ibi, *Si autem.* Sequens capitulum patet.

i ¶*Nos autem.*] in fi. c. idem repetit: “ & ſic eſt argu. quòd aduocatus idem ius ſepius poteſt allegare. Arg. contra. C. de app. ampliorem. §. 1. ex eo quòd dicit inimico, eſt argu. ad quęſtionem ſabbatinam, “ quòd ſi aliquis ſubmiſit ſe arbitrio inimici: licet tulerit duram ſententiã, quòd illa tenet, dummodo non præcipiat aliquid iniuſtum, vt extra de iureiur. Quintauallis. ſed ſi aliquid durum præcipiat, illud eſt reducendum ad arbitrium boni viri, vt ff. pro ſoc. ſocietatem.

“ Aduocatus idẽ ius ſæpius allegare poteſt.

“ Arbitriũ inimici an ſit tolerandum.

k ¶*Deſertoris.*] hic comparantur deſertori redeuntes ab hæreſi: & tamen cum deſertore ſtrictius agitur quã cum hæretico, vt dicitur in ſumma. “ dicitur autẽ deſertor qui diu vagatus reducitur. ff. de re mili. l. tertia. §. ſecundo.

“ Deſertor quis ſit.

DE

DE epiſ.] Hæc queſt. diuiditur ĩ ſeptē partes: in quarum prima ponit magiſter ꝑ multas auctoritates, ꝙ clerici pugnare nō debēt. Secunda ibi, *His ita.* Tertia ibi, *Sed obijcitur.* Quarta ibi, *Quam uis.* Quinta ibi, *Sæpe principes.* Sexta ibi, *De incendiarijs.* Septima ibi, *De his.* Io. de Fan. Caſvs. Hic ponitur 8.q. in qua quæritur an clericis liceat arma mouere? Et rñdetur ꝙ non, vt ĩ.c. conuenior. poſſunt tñ hortari homines ad pugnandum pro terra defendenda, vt ĩ. vt pridem. & pro feudo certum numerum militū dare principi, vt ĩ.e.§.ecce. quid autem iuris ſit, de hoc plenius conſueuit notari ſ. 50. diſt. de his clericis. Oſtendit ergo Grat. in hoc §. ꝙ nec ſua auctoritate, nec auctoritate Papę arma debent accipere clerici, quod probat tribus auctoritatibus, ſ. Euangelij, Ambroſij, & Pauli, & ad hoc inducit ſequentia ca. quorū prima duo plana ſunt.

Epheſ.4. Iac.5. — Sap.10. — Prouer.13. ſecūdū 70. — 1 ṽ hoc c.c. non longè ab initio.

a ¶*Clericis.*] De hac materia à varijs tractatum eſt variè. quidā dicunt[a] ꝙ clerici poſſūt vti armis pro defenſione tm̄, vt clypeo, lorica: ſed non armis impugnationis. Alij[b] dicunt ꝙ arma poſſunt accipere ad defendendum ſe: dum tñ illud incontinenti fiat, & ꝓ ſe tm̄, non pro alijs, & in neceſſitate ineuitabili, vt ext. de homi. c. 2. ĩ. ead. conuenior. vt dixi. ſ. ea. q. 1. in princ. ſed ſi aliàs poſſunt euadere, non ſumēt arma, vt ext. de homi. ſuſcepimus. Alij dicunt ꝙ auctoritate Papæ poſſunt: aliter non. G. dixit ꝙ poſſunt nō in ꝓpria perſona, ſed alios hortando ad pugnā[c], vt ĩ.ea. vt pridem. & ēt poſſūt milites aliquos dare principi pro feudo, vt ĩ.e.§.ecce. Quid autem iuris ſit ſi clerici defendendo ſe, occidant aliquē, hēs notatū 50. diſt. de his clericis.

a Vt Ber. — b Vt Ber. — Matth.26. — c Idem vr̄ Grat. ſentire ĩ.e.§. in regiſtro.

b ¶*Hactenus.*] ex hoc vr̄ ꝙ tūc ceſſauerit obſeruantia legis: quia prius licuit repellere iniurias nō ſolum pro ſe, ſed pro ſocio, vt ſ.e. q.3. non in inferenda. ſed tunc primò fuit ꝓhibitum exercere: hodie autem tm̄ licitū eſt defendere ſeipſum, vt ext. de hom. c. 2. & ext. de cler. percuſ. c. pen. Io. Non credo peccare eum qui aliquē patientē iniuriam defendit, etiam ſi homicidiū faciat, vt ſ. ea. q. 3. non in inferenda. licet fortè irregularis efficiat: quia nō fuit ibi ineuitabilis neceſſitas, vt diſtin. 50. quia te obnoxium. B.

Rom.13.

Quid ergo, inquiūt, apud vos, cū ad vos trāſimus, accipimus? Reſpondeo, non quidē accipitis baptiſmū, qui vobis extra compagē corporis Chriſti ineſſe potuit, ꝓdeſſe nō potuit: ſed accipitis vnitatem ſpiritus in vinculo pacis (ſine qua nemo poterit videre Deum) & charitatem, quæ, ſicut ſcriptū eſt, cooperit multitudinē peccatorum. *& ſuprà.* ¶Si autem conſideremus, quod ſcriptum eſt in libro ſapientiæ [Ideo iuſti tulerūt ſpolia impiorum.] Item, qđ legitur in prouerbijs [Theſaurizantur autē iuſtis diuitiæ impiorum,] tunc videbimus non eſſe quærendum, qui habeant res hæreticorum, ſed qui ſint in ſocietate iuſtorum. *Itē poſt aliqua.* ¶Si corpus Chriſti tollit ſpolia impiorū, & corpori Chriſti theſaurizantur diuitiæ impiorū, non debent impij foris remanere, vt calūnientur, ſed intrare potius, vt iuſtificentur. *Item poſt aliqua.* ¶ 1 In Chriſti ergo compagē corporis veniant, & labores ſuos nō dominandi cupiditate, ſed bene vtendi pietate poſſideant. Nos autem voluntatem noſtram, vt iam dictum eſt, ab huius cupiditatis ſordibus, quolibet inimico iudicante, purgamus: quando eos ipſos, quorū labores dicuntur, vt nobiſcū & illis, & noſtris in ſocietate catholica vtantur, quantū valemus, inquirimus.

His igitur auctoritatibus liquidò monſtratur, quòd ea, quæ ab hæreticis malè poſſidentur, à catholicis iuſtè auferuntur, nec ideo aliena poſſidere dicuntur.

QVAESTIO VIII.

1 ps DE *epis verò, vel qbuslibet clericis[a]: ꝙ nec ſua auctoritate, nec auctoritate Romani Pōtificis arma arripere valeant, facilè probatur. Cum.n. Petrus, qui primus Apoſtolorum à Domino fuerat electus, materialē gladium exerceret, vt magiſtrum à Iudæorū iniuria defenſaret, audiuit [Conuerte gladium tuū in vaginā: Omnis.n. qui gladiū acceperit, gladio peribit:] ac ſi apertè ei diceretur. hactenus[b] tibi, tuiſq; prædeceſſoribus inimicos Dei gladio corporali licuit perſequi: deinceps in exemplū patientię gladium tuum, id eſt tibi hactenus conceſſum, in vaginam conuerte, & tantū ſpiritualem gladium, qđ eſt verbum Dei, in mactatione veteris vitæ exerce. Omnis enim pręter illum, vel auctoritatem eius, qui legitima poteſtate vtitur, qui, vt ait Apoſtolus, non ſine cauſa gladium portat, cui etiam omnis anima ſubdita eſſe debet, omnis, inquā, qui præter auctoritatem huiuſmodi gladium acceperit, gladio peribit.* ¶*Item Ambroſius* [2 *Arma epi lachrymæ ſunt & orationes.*] *Itē illud Apoſtoli* [*Non vosmetipſos defendentes chariſſimi.*] *quāuis omnibus generaliter dicatur, ſpecialiter tamen prælatis dictum intelligitur.* 2 ĩ.ea. non pila. — Rom.12.

Vnde Ioannes Papa viij. Angebergæ Imperatrici, excuſans Ioannē Epiſcopū remoueri de militia, dicit. ¶*Huic capiti & ſequēti nō eſt ĩ vulgatis ꝓpoſitū nomen Paleæ. Vtrunq; tamē cū deinceps ſequenti palea abeſt à plerisq; vetuſtis exemplaribus.*

¶De eodem. CAP. I.

NImium † certè veretur, & iure formidat contra profeſſionem ſui ordinis ſecularē militiā exercere: terrā defendere, de prælijs tractare, de armis, terrenæ poteſtatis eſt. † al. Nimirū

Item Innocentius Papa.

De eodem. CAP. II.

CVm à Iudæis, inquit, Dominus caperetur, & Petrus cuiuſdā inobedientis aurem abſcinderet, ferire prohibuit[c]: & forma omnium ſacerdotum (quorum prior erat) etiam pro ſeipſo capi arma carnalia prohibuit.

[*Item Ambroſius.*]

De eodem. PALEA. C. III.

3 NOn pila quærūt ferrea:] Non arma Chriſti milites.] Coactus repugnare non noui: ſed dolor, fletus, orationes, lachrymæ fuerunt mihi arma aduerſus milites. Talia.n. munimenta ſunt ſacerdotis. Aliter nec debeo, nec poſſum reſiſtere: fugere autem, & relinquere eccleſiam non ſoleo: ſeruum Chriſti non cuſtodia corporalis, ſed Domini prouidentia ſepire conſueuit. 3 Poly.l.4. tit.15.

¶*Initium huius capitis, quod cōſtat duobus dimetris iambicis, non eſt inuentum. Reliqua habentur in lib. 5. epiſtolarum, in oratione contra Auxentium, quamuis hic verba aliqua ſint immutata. Nam apud B. Ambroſium habēt, vt ĩ.ea. c. conuenior. §. quid ergo turbamini.*

Hinc etiam de his, qui in bello, aut rixa moriuntur, in concilio Triburienſi ſic ſtatutum eſt.

¶Pro clerico, qui in bello, aut rixa moritur, oratio, vel oblatio non offeratur.

CAP. IIII.

j 3 QVicunque clericus aut in bello[d], aut in rixa, aut in gentilium ludis[e] mortuus fuerit, neq; in oblatione, neq; in oratione pro eo poſtuletur, ſed in manus incidat iudicis: ſepultura[f] tamē non priuetur. 3 Bur.l.2.c.233. Iuo p.6.c.308.

c ¶CVm à Iudæis.] *Prohibuit.*] Ex hoc vr̄ ꝙ non licet alicui defendere dñum ſuum vel ſocium: ſed tm̄ ſeipſum, vt extra de ho. c. 2. & c. ſuſcepimꝰ. ext. de cle. percu. c. pen. ſed contra hoc eſt ſ. e. q. 3. c. fortitudo. & c. pro membris. & c. vlt. ſ. 6. q. 1. infames. nam ſeruus potius iuuabit dñm quàm ſeipſum, vt ff. ad Syl. l. 1. §. ſerui.

NOn pila.] Caſvs. Quidam reprehendebant Ambr. eo quòd nō impugnabat quoſdā eccleſiam infeſtantes. Et reſp. Ambr. ꝙ milites Chriſti non debent mouere arma. vnde dicit Ambr. ꝙ dolor, fletus, lachrymæ, & orationes ſunt ſua arma: aliter repugnare non debeo, eccleſiā tamen non derelinquo. & ſunt tria præcedētia c. loco paleæ. Quæ ſequunt plana ſunt vſq; ad §. *His ita.*

Q*Vicunque.*] d ¶*In bello.*] hoc intelligas ſi eſt ex parte illorum, qui violentiam inferunt: alioquin ſecus eſt[d]. ext. de cle. percuſ. c. pen. — d Nam tūc oia imputātur aggredienti. C. ad l. Iul. de vi pub. l. quoniam. Laur.

e ¶*Gentilium ludis.*] ſecus ſi in alijs ludis, vt ext. de cle. percuſ. c. pe. ext. de ho. lator.

f ¶*Sepultura.*] ſi pœnituit: ſed tñ eccleſia nō debet orare ꝓ ipſo, nec ſumere oblationes eius, vt hic dicit. & idē eſt de raptore, qui in fine pœnitet, vt ext. de rap.

"Sepultura denegatur mortuis in torneamentis.

rap.ſuper eo. " èeontra eſt in torneamentarijs:quia illi non habẽt ſepulturam, licet alia ſacramenta recipiant, vt ext. de torn. c.1. intellige quod hic dicit, de canina ſepultura, vt dixi ſ.eadem, quæſt.5. placuit. Ioan.

1 Anſ. l.7. c.187. † al.factione

a *Clerici.*] ¶ *Arma.*] armorum appellatione intelliguntur etiam ligna & lapides.ff. de verb. ſig. armorũ appellatione. b ¶*Volentes.*] ſecus ſi cauſa timoris faciant. tunc enim nec velle videntur, vt ext. de re. iur.qui ex timore.

c *Qvicunque ex clero.*] licet ſint in minoribus ordinibus conſtituti, vt 20. q. 3. eos qui. Ar. tamen contra, ext.de vo.& vo.redẽpt. ca.2. [a] in parte deciſa. d ¶ *Militaria.*] ſed quid ſi habent inimicos? tunc dicitur, ꝙ poſſunt arma defenſionis accipere. Alij dicũt quòd non. faciant ergo clerici ſicut Moyſes,vt 36.diſt.c.vlt.

2 Burc.l.2. c.11. Iuo p.6.c.286.Pã. l.3.c.168.

a De hoc ar.ibi ſumebatur à contrario ſenſu ſumpto, cũ ibi ſic diceret, cũ non ſit licitũ clericũ i ſacro ordine conſtitutum arma ſumere, vel ad ſanguinis effuſionem vacare &c.ſed ibi ſubaudiebat, maximè, ꝑpter hoc qđ hic dicit.

HIS ITA. Hæc eſt 2.pars q.in qua probatur, quòd clerici hortari poſſunt quòd fideles defendant eccleſiã, & ſe etiam poſſunt defendere, ita quòd ipſi proprijs manibus non effundent ſanguinem, niſi ad defenſionẽ ſuã. & hoc probat per 11. c. Io.de Fant. & eſt hic incidens q.Arc.

† al.Lothario

Casvs. Reſpondet Grat.c.ſupradictis, dicens ꝙ clerici ſua manu non valent arma recipere, ſed alios poſſũt hortari pro tuitione oppreſſorũ, & pro oppugnatione inimicorum Dei,quòd probat per ſeq. c.

3 Iuo p.10. c.83.Pann. l.8.c.27.

e ¶*Hortari.*] hæc vera ſunt vbi eccleſia ſua impugnat, vel patria: vt ſ.ea. q.3. fortitudo. ff.de reli.minimè. Io.

Igitur cum.] Casvs. Quidam nuntij ſignificauerunt Leoni Papæ, ꝙ Sarraceni veniebant in Portũ Romanorum: quare præcipit populum Romanum ad littus maritimum deſcẽdere: quod & factum eſt: hoc totũ ſignificauit Ludouico Imperatori. Sequens c.patet.

" Romana ciuitas non eſt Imperatoris ſed Papæ.

f ¶*Noſtrum.*] " ergo ciuitas Romana eſt Apoſtolici, & non Impe-

Item ex cõcilio Toletano 4.c.44. de clericis arma ferentibus.

¶Gradu amiſſo tradantur in monaſterio clerici voluntariè arma ſumentes.

CAP. V.

1 Clerici,qui in quacunq; ſeditione † arma [a] volentes [b] ſumpſerint, aut ſumpſerunt,reperti amiſſo ordinis ſui gradu, in monaſterium pœnitentiæ A tradantur.

A ¶Pœnitentiæ.] *Sic legitur apud Anſelmũ, & in codicibus conciliorum editis,& manuſcriptis, quãuis in poſterioribus editionibus Colonienſibus in margine ſit adſcriptũ*, perenniter, *quemadmodum antea apud Gratianum legebatur.*

Item ex concilio Meldenſi, c. 37.

¶Proprij gradus amiſſione mulctentur militaria arma clerici ferentes.

CAP. VI.

ij 2 Qvicunque ex clero [c] eſſe videntur, arma militaria [d] non ſumant,nec armati incedat: ſed profeſſionis ſuæ vocabulum religioſis moribus,& religioſo habitu præbeant. Quod ſi cõtempſerint, tanquàm ſacrorum canonum contemptores,& eccleſiaſticæ ſanctitatis profanatores ꝓprij gradus amiſſione mulctentur: quia non poſſunt ſimul Deo & ſeculo militare.

2 *His ita reſpondetur, Sacerdotes propria manu arripere non debent: ſed alios ad arripiendum ad oppreſſorum defenſionem, atque ad inimicorum Dei oppugnationem eis licet hortari* [e].

Unde Leo quartus ſcribit Ludouico † Auguſto.

¶Pro Sarracenis Papa iubet populum cõgregari, & eis ad littus maris occurrere.

CAP. VII.

3 Igitur cum ſæpe aduerſa à Sarracenorum partibus perueniant nuncia, quidam in Romanum portum Sarracenos clàm,furtiuèque venturos eſſe dicebant. Pro quo noſtrũ [f] congregari præcepimus populum, maritimumque ad littus deſcendere decreuimus, & egreſſi [g] ſumus Roma.

¶*Epiſtolæ Leonis quarti,ex quibus hoc, & duo ſequẽtia capita ſunt accepta,non extant: In vetuſtis autẽ Pontificalibus, quod ad hæc capitã videtur facere, legitur, cum magna Agarenorum claſsis ex Africa ad vaſtandam Romam ſoluiſſe nunciaretur, Neapolitanos, Almaphitanos,& Daietanos nauibus Hoſtiam veniſſe,vt contra Agarenos pro defenſione ſancti Petri, & Romana Vrbe dimicarent. Quorum principes Leo Papa ad ſe vocauerit,& cũ ipſis multa tractarit. Atque ipſa prorſus verba,quæ ad hoc caput pertinent, ſunt hæc.* Quos benignè in palatio Lateranenſi ſuſcipiens, cauſam,pro qua venerant,inquirit. Illi autem ſe ob aliud non veniſſe teſtati ſunt, niſi, vt ſuperius legitur exaratum. Quorum pius Apoſtolicus credulus verbis, cum magno exercitu,& armorum procinctu mox ciuitatẽ Hoſtiam properauit: omneſq; cum gaudio ſuſcepit. Illi autem videntes ſummũ Pontificem, omnes oſculari cęperunt pedes eius. Summus autem præſul Miſſam in eccleſia beatæ Aureæ celebrauit, omnibuſq; corpus Dominicum tradidit, atque orationem poſt perceptum corpus ſuper eos donauit. Deus,cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus,ne mergeretur, erexit, & coapoſtolum eius Paulum tertiò naufragantẽ de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propitius,& concede, vt amborum meritis horum fidelium tuorum brachia contra inimicos ſanctę tuæ eccleſiæ dimicantia omnipotenti dextera tua corroborentur,& conualeſcant, vt de recepto triumpho nomen ſanctum tuum in cunctis gentibus appareat glorioſum. Die verò altera, poſtquàm prædictus Pontifex reuerſus eſt à iam prædicta ciuitate, ipſi ſ. ſceleratorum ſocij, ſiue participes (ſ.Agareni) iuxta littus maris Hoſtienſis multis cum nauibus paruerunt. Præfati autem homines ſuper illos facientes impetũ oẽs ſuperauere orationibus Apoſtolorum,& ſancti Præſulis.

Idem Leo.

ratoris. Nam Imperator conceſſit ei ciuitatem cum Ducatu ſuo. 63.diſt. ego.96. diſtin. Conſtantinus.ſed Imperator aduocatus eſt ibi, vt ext. de elect. venerabilem.

" Epiſcopi poſſunt intereſſe bellis.

g ¶*Et egreſſi.*] " epiſcopi ergo poſſunt intereſſe bellis. nam & Paulus interfuit, vt ſ. e.q.3. Maximianus. & Moyſes. 36. diſt. c.vlt. Ioan.

" Epi non ſunt tm̃ cuſtodes chartarum.

h *Scire.*]¶*Præſentialiter.*] id eſt, ſine mora: " nec enim tantùm debent epi eſſe cuſtodes chartarum, ſed etiam defenſores eccleſiarum,vt 16.q.1.in canonib⁹. & ſic patet hic ꝙ epi etiam vaſallos ſuos tenentur defendere,defendendo non vlciſcẽdo iniurias,vt 46. diſt.ſeditionarios. Io.

Omni timore.] Casvs. In hoc ca. hortatur Leo exercitum Francorum vt viriliter pugnet aduerſus inimicos eccleſiæ: & ſi quis propter hoc moriatur, non pœnã, ſed cœleſtia præmia cõſequetur. Sequen. duo cap.patent.

i ¶*Omni timore.*] ſ.e. q.5.omnium.

k ¶*Patriæ.*] ſ.ea.q.3. fortitudo.

l *Hortatu.*] ¶*Hadriani.*] ſ.diſt. 63.Hadrianus.

a *Diſpar.*

¶Vltor ſui gregis Papa debet eſſe, & præcipuus adiutor.

CAP. VIII.

4 Scire vos oportet,quòd nunquam ab aliquibus noſtros homines ſinimus opprimi: ſed, ſi neceſſitas vlla † occurrerit, præſentialiter [h] vindicamus: quia noſtri gregis in omnibus vltores eſſe debemus,& præcipui adiutores. 4 Iuo p.10. c.84. Pann. l.8.c.28. † al.illis

Idem exercitui Francorum.

¶Cœleſte regnum à Deo conſequitur, qui pro Chriſtianorum defenſione moritur.

CAP. IX.

5 Omni timore [i], ac terrore depoſito contra inimicos ſanctæ fidei, & aduerſarios omnium religionum agere viriliter ſtudete. Nouit enim omnipotens,ſi quilibet veſtrũm morietur, quòd pro veritate fidei, & ſaluatione patriæ [k], ac defenſione Chriſtianorum mortuus eſt: ideò ab eo præmium cœleſte conſequetur. 5 Pann.l.8. c.30.

Item Alcuinus.

¶Contra Longobardos,precibus Hadriani Papę Carolus bellum ſuſcepit.

CAP. X.

6 Hortatu,& ꝓcib⁹ Hadriani [l] Romanę vrbis epi exorat⁹ Carol⁹ Rex Bellũ cõtra Lõgobardos ſuſcepit: 6 Deuſd.l. 5.Iuo p.10. c.91. Pann. l.8.c.32.

a D*Iſper.*] ¶*Preſequuntur.*] Videtur ergo q̃ ſi Sarraceni non proſequuntur Chriſtianos, non poſſum' impetere eos.[a] " nam etiam ad menſam eorum comedere poſſumus. 11. q. 3. ad menſam.& lex dicit, q̃ eis quietè degentibus nullam debemus facere moleſtiam, vt C. de pag, & ſac. Chriſtianis. Ioannes.

a Imo vr̃ q̃ tales q̃ñ ſũt manſueti, q̃ præſcribere pñt. de hoc not. 17. q. 3. porrò. "comedere poſſum' ad menſam ſaracenorum.

P*Ræterea.*] Casvs. Germanus dux fuerat infamatus propter quoſdã marinos latrunculos, qui ſub nomine eius in Chriſtianos ſæuiebant. quare Ioan. hortatur ipſum vt ipſos perſequatur & repellat: quod ſi non fecerit, cum poſſit, particeps erit criminis: quod probat vna auctoritate.

1 Iuo p. 13. c. 114. Pan. l. 8. c. 29.

† al. Hermanno.

b ¶*Comprimi.*] hæc ratio non videtur ſufficere niſi eſſet iudex eorum: nam ſi iudex negligit facere iuſtitiam de ſuo ſubdito, ipſemet poteſt conueniri, vt dixi s̃. ea. q. 2. Dominus. & s̃. ea. q. 3. ca. vlt. & q. 5. non eſt.

2 Iuo p. 10. c. 70. Pan. l. 8. c. 20.

c ¶*Committit.*] ſim. s̃. 83. diſt. error.[b]

b C. d. com. & mer. l. 2. in fin. vbi ſunt plures concord. ad idẽ s̃. ea. q. 3. qui poteſt.

L*Egi Syromaſten.*] Casvs. Riparius quæſiuit à Hieron. an ſit peccatum punire criminoſos. Et reſp. q̃ non: quod probat v. exemplis, ſ. Phinees: & Heliæ: & Simonis Chananæi: Petri & Pauli: & vna auctoritate veteris teſtamenti.

†al. quæ

d ¶*Syromaſten.*] i. vindictam, ſiue zelum indignationis: quia Phinees coeuntem cum Madianita interfecit.

d ¶*Syromaſten.*] i. zelum indignationis, ſiue vindictam.

3 Iuo p. 10. c. 72. Pann. l. 8. c. 21. Num. 25. 4. Reg. 1. Matth. 10. Act. 5. Act. 13.

e ¶*Heliæ.*] cum petijt vt ignis deſcẽderet de cœlo, qui duos quinquagenarios exuſſit.

f ¶*Simonis.*] qui vltus eſt in duos magos, retorquẽdo in eos ſerpentes, quos magicis artibus ſuper eum miſerant.

g ¶*Pauli.*] 45. diſtin. §. Salomon.

Deut. 13.

h ¶*Cæcitate.*] quæſt. 1. Ananias.

O*Ccidit.*] Casvs. Ioan. Chryſoſt. probat exemplo Phinees & Abrahæ & Petri, q̃ quandoque aliũ interficere non eſt peccatum: & ideo ſa-

ſuſcepit: quod prius quidem & à patre eius Pipino, Stephano Papa ſupplicante, cũ magna difficultate ſuſceptũ eſt.

¶ *Quod hic refertur ex Alcuino, habetur in vita, & geſtis Caroli magni per Eginardum ſcriptis. In quo libro, & apud Iuonem pro voce,* hortatu, *legitur,* rogatu.

Item Alexander Papa ſecundus omnibus epiſcopis Hiſpaniæ.

¶ Iudæos non debemus perſequi, ſed Sarracenos.

C A P. XI.

1 D*Iſpar nimirum eſt Iudæorum & Saracenorum cauſa. In illos enim qui Chriſtianos perſequuntur[a], & ex vrbibus, & proprijs ſedibus pellunt, iuſtè pugnatur: Hi verò vbique ſeruire parati ſunt.

Item Ioannes Octauus De mago † Duci glorioſo.

¶ Qui crimina, quæ poteſt emendare non corrigit, ipſe committit.

C A P. XII.

2 P*Ræterea deuotionis tuæ ſtudium exhortamur, vt contra marinos latrunculos, qui ſub prætextu tui nominis in Chriſticolas debachantur, tantò vehementius accendaris, quantò illorum prauitate famam tui nominis obfuſcatã fuiſſe cognoſcis: quoniam licet credi poſſit, quòd te nolẽte illi nauigantibus inſidientur: tamen, quia à te comprimi[b] poſſe dicuntur, niſi eos compeſcueris, innoxius non habeberis. Scriptum quippe eſt [Qui crimina, cum † poteſt emendare, corrigit, ipſe committit[c].]

Item Hieron. ad Riparium contra Vigilantium.

¶ Crimen punire pro Deo, non eſt crudelitas, ſed pietas.

C A P. XIII.

3 L*Egi Syromaſten A[d] Phinees auſteritatem Heliæ[e], zelum Simonis[f] Chananæi, Petri ſeueritatem Ananiam & Saphiram trucidantis, Paulique[g] conſtantiam, qui Elymam magum vijs Domini reſiſtentem æterna cecitate[h] damnauit. Non B eſt crudelitas crimina pro Deo punire, ſed pietas. Vndè & in lege dicitur [Si frater tu' & amicus, & vxor, quæ eſt in ſinu tuo, deprauare te voluerit à veritate, ſit manus tua ſuper eos, & effunde ſanguinem eorum.]

A ¶ Syromaſten.] *B. Hieronymus N u. 25. & in c. 2. Malachiæ* σειρομάστην, *pugionem interpretatur: tertio autem libro Reg. c. 18. & lib. 4. ca. 11. haſtam, velut etiam Heſychius, qui ait,* σειρομάστην *eſſe* εἶδος λόγχης.

B ¶ Non eſt crudelitas.] *In editione Romana legitur,* non eſt crudelitas, pro Deo pietas. *In Lugdunenſi verò,* non eſt crudelitas pro Deo, ſed pietas: *lectio tamen Gratiani non videtur reijcienda.*

Item Ioãnes Chryſoſtomus ſuper Matthęum, homilia 17. ad c. 5.

¶ Quædam in veteri teſtamento licebant, quæ in nouo prohibentur.

C A P. XIIII.

4 O*Ccidit Phinees hominem, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiam. Abraham verò non ſolùm homicida, ſed etiam parricida (quod certè grauius eſt) effectus, magis Deo, magiſque complacuit. Petrus geminum fecit homicidium[i]: fuit tamen opus ſpirituale, quod factũ eſt. Non ſola igitur reſpiciamus opera, ſed tempus, & cauſam[k], & voluntatem, & perſonarum differentiam: & quantacunque alia ipſis operibus acciderint, diligentiſſimè inquiramus. Non enim poſſumus ad veritatem aliter peruenire.

Item Nicolaus Papa ad conſulta Bulgarorum, c. 46.

¶ Neceſſitate inſtante, etiã in quadrageſimalibus diebus bellũ inire licet.

C A P. XV.

5 S*I nulla vrget neceſſitas, non ſolùm in quadrageſimali[l] tempore, ſed omni eſt à prælijs abſtinendum. Si autem ineuitabilis vrget importunitas †: nec quadrageſimali tempore pro defenſione tã ſua, quàm patriæ[m], ſeu legum paternarum, eſt bellorum procul dubio præparationi parcẽdum: ne videlicet Deum[n] videatur homo tentare: ſi habet quod faciat, & ſuæ, ac aliorum ſaluti conſulere non procurat & ſanctæ religionis detrimenta non præcauet.

Item Greg. in dialogo, lib. 2. c. 30.

¶ Petrus Ananiam, & Saphiram increpando morti tradidit.

C A P. XVI.

6 P*Etrus, qui Tabitham mortuam orando ſuſcitauit, Ananiam[o], & Saphiram mentientes morti increpãdo tradidit. Neque. n. oraſſe in eorum extinctione legitur, ſed ſolũmodo culpã quã perpetrauerãt, increpaſſe. Cõſtat ergo, q̃ aliquãdo hęc ex poteſtate, aliquãdo verò exhibent̃ ex poſtulatione, dũ & iſtis vitã ĩcrepãdo abſtulit, & illi reddidit orãdo.

cerdos vt ad veritatem valeat peruenire, reſpicere non ſolùm debet opus, ſed etiam tẽpus, cauſam, voluntatem, & differentiam perſonarum.

i ¶*Homicidium.*] factum notat, non ius. talis enim non dicitur homicida, vt s̃. ead. q. 5. ſi homicidium.

k ¶*Et cauſam.*] Oẽs. n. circunſtantiæ ſunt inquirendæ, vt extra de teſti. cum cauſam. ſic 15. q. 6. c. 1. in fi. " quia cauſa facti potius eſt inquirenda quàm ipſum factum, vt ibi dicitur, & ff. de fur. verum. 29. diſt. ſciendũ.

4 Iuo p. 10. c. 65. Pann. l. 8. c. 18. Num. 25. Gen. 22. Act. 5. "Facti cauſa eſt inquirenda.

S*I nulla.*] Casvs. Bulgari quæſierunt à Nicolao, vtrum in Quadrageſima à prę lijs eſt abſtinendum. Et reſp. q̃ in quadrageſima & omni tempore eſt à prælijs abſtinendum, niſi neceſſitas vrgeat: quo caſu omni tempore eſt indifferenter pugnandum: ſ. pro defenſione ſua, vel patriæ, vel legum paternarum: ne homo videatur Deum tentare ſi habet aliud qđ faciat.

l ¶*Quadrageſimali.*] Vñ & Machabæi pugnauerunt in ſabbato. non obſtat. extra de treug. & pa. c. 1. q̃ ibi loq̃tur de defenſore, ibi de oppugnatore.

5 Iuo p. 10. c. 93. Pann. l. 8. c. 37.

m ¶*Patria.*] s̃. e. omni.

n *Deum.*] s̃. 22. quæſt. 2. quæritur.

† opportunitas] Orig. & Iuo.

P*Etrus.*] Casvs. Docet hic Greg. q̃ Petrus Tabithã mulierem à morte ſuis p̃cibus ſuſcitauit: Ananiam verò & Saphirã Chriſto mentientes increpando morti dicit̃ tradidiſſe: vnde patet quòd talia quandoque fiunt ex poteſtate, quãdoq; ex poſtulatione: quia vnum fecit increpando, aliud verò fecit orando.

o ¶*Ananiam.*] 12. q. 1. c. 2. & s̃. e. q. 4. ea vindicta. 17. q. 1. Ananias.

6 Anſ. l. 13. c. 16. Iuo p. 10. c. 67. Pã. l. 8. c. 19. Act. 9. & 5.

V*T pridem.*] Casvs. Ariulphus hære-

Idem Veloci magiſtro militum, lib. 12. epiſt. 21.

¶ Beatus Gregorius quoſdã hortatur, vt milites congregẽt, & contra hoſtes arma viriliter parent. C. XVII.

7 V*T † pridem expreſſimus gloriæ veſtræ, quia milites illuc erant parati venire:

7 Pol. l. 7. ti. 13. Anſ. l. 13. ca. 6. Iuo p. 10. c. 90. †Et.] Orig.

hæreticus eccleſiam impugnabat & infeſtabat, contra quem Velox, magiſter militiæ pugnabat: ad quem cum Grego. quoſdam milites mittere vellet in ſuccurſum, ſignificabat ſibi prædictus Velox, ꝙ Ariulphus verſus Romam diſcurrebat. & ideo Papa tunc milites retinuit: ſed nunc eos mittit, & hortatur ipſum Velocem, vt inſimul cum Mauricio & Vitaliano aduerſus ipſum Ariulphum non nominandum viriliter pugnet, ſiue Romam, ſiue Rauennam diſcurrere velit. & admonet eum vt quatuor familias Maloin, Adobin, Vigildi, atque Gruſſingi, qui cum Mauricio erant, à captiuitate relaxet, vt homines dicti Mauricij ſine impedimento eos reducere poſſint. Et dicit ibi, *homines*, i. nuntij prædicti, ſ. Mauricij: *cum eis*, ſ. captiuis, reducẽdo eos: *eiuſdem*. ſcilicet, epiſtolæ.

†al. Arnulphum

a ¶ *A dorſo.*] arg. ꝙ dolus contra hoſtem licitè poteſt fieri, vt ſ. ea.q.2. Dominus noſter. & 22.q.2. vtilem.

b ¶ *Relaxes.*] à captiuitate. Ioan.

S*Uppliciter*.] CASVS. Ariulphus direxit epiſtolã quandam Greg. in qua innuebat ꝙ ſuanenſes, i. Beneuentani ei obſides pro ſua fidelitate dederant: quam epiſtolam Greg. mittẽs Mauricio & Vitaliano per quendam alium Vitalianum mandat eis, vt inquirant ſi permanſerunt in fide quam reipublicæ promiſerunt, & recipiẽtes ab eis obſides, eos ſacramentis obſtringant. ſi autem inuenerint, ꝙ cũ Ariulpho vel fœdus fecerint, vel ei obſides dederĩt, ſicut Ariulphi epiſtola innuere videbatur: tũc faciant ꝙ reipublicę & ſaluti ſuæ & Papæ viderint expedire: ne ipſi & Papa de ſacramentis eorum teneantur, & hortatur eos ſi Romam diſcurrere voluerint, vt vel loca ipſius depredentur, vel mittant exploratores vt inquirant quid facere velint, ne nobis poſſint ex improuiſo nocere. Ego tamẽ Barth. Brix. totum hũc caſum ſub illo c. vt pridem. ſemper audiui & legi, & tu lector ſi volueris ſub vno caſu, vel duobus formare poteris, ſecũdum quòd tibi melius videbitur.

1 Poly. ibid. Anſ. l. 13. c.8.

† al. Arnulphus.

c ¶ *Suanenſes.*] primò enim iurauerant reipublicæ.

ſed quoniam inimicos congregatos, & huc diſcurrere epiſtola veſtra ſignificauerat, hęc eos hic cauſa retinuit. Nunc verò vtile eſt viſum, vt aliquanti illuc milites tranſmittantur, quos gloria tua admonere, & hortari, vt parati ſint ad laborem, ſtudeat: & occaſione inuenta cũ glorioſis filijs noſtris Mauricio, & Vitaliano loquere, & quecunque vobis Deo adiutore pro vtilitate reip. ſtatuerint, facite: & ſi huc, vel ad Rauennates partes, nec dicendum Ariulphum † cognoueritis excurrere, vos à dorſo[a] eius ita ſicut viros decet fortes, laborate: quatenus opinio veſtra ex laboris veſtri qualitate amplius in republica Deo auxiliante, proficiat. Illud tamen præ omnibus admonemus, vt familiam Maloin A, & Adobin, Vigildi, atque Gruſſingi, qui cum glorioſo Mauricio magiſtro militum eſſe noſcuntur, ſine aliqua mora, vel excuſatione relaxes[b]: quatenus venientes illuc homines, prædicti viri cum eis ſine aliquo impedimento debeant ambulare.

A ¶ Maloin.] *Hæc nomina ſunt repoſita, quemadmodum habentur in codicibus epiſtolarum impreſſis, & manuſcriptis. Antiqua autem exẽplaria Gratiani, & à vulgatis, & inter ſe valde hoc loco diſcrepant.*

Item eiuſdem Mauricio, & Vitaliano, li. 12. epiſt. 23.

CAP. XVIII.

1 SVppliciter gloriæ veſtræ per filium noſtrum Vitalianum, cum quo & tractetis, & verbo, & ſcripto mandauimus. Vndecimo autem die menſis Iunij Ariulphus† hanc epiſtolam, quam vobis direximus, tranſmiſit: & ideo relegentes eam videte, ſi in fide ſua Suanenſes[c], quam reip. promiſere, perſtiterunt: obſideſque[d] dignos, de quibus poſſitis confidere, ab eis percipite: & inſuper eos denuo A[e], ſacramentis obſtringite, reddentes eis quod loco pignoris ſuſtuliſtis, & ſermonibus veſtris eos ſanantes. Si autẽ maniſeſtiſſimè cognoueritis, eos cũ Ariulpho de ſua ſubiectione † locutos fuiſſe, vel certè obſides ei dediſſe, ſicut nos Ariulphi epiſtola, quam vobis direximus, dubios[f] reddidit, ſalubri conſilio pertractantes, ne in aliquo anima veſtra B, vel noſtra de ſacramentis[g] grauetur, quidquid vtile reip. iudicaueritis, peragite. Sed ita faciat gloria veſtra, vt neque ſit aliquid, vnde poſſimus ab aduerſarijs reprehendi †, neque in quo vtilitas reip. (quod Dominus auertat) negligatur. Præterea glorioſi filij eſtote ſolliciti, quia quantum comperi, hoſtis C multitudinem habet collectã, & in D Marchia dicitur reſidere: & ſi huc curſum, Deo ſibi irato, mittere voluerit, vos loca ipſius (quantum vos Dominus adiuuerit) deprædamini, aut certè ſculpas[h] † E, quos mittitis, ſolicitè requirant, ne dolens factum ad nos diſcurrat.

A ¶ Denuo.] *Abeſt hæc dictio à codicibus epiſtolarum excuſis, & manuſcriptis: eſt tamen in vetuſtis etiam Gratiani, & apud Anſelmum.*

B ¶ Veſtra vel.] *Hæ duæ voces non ſunt in codicibus epiſtolarum, ſed apud Anſelmum.*

C ¶ Hoſtis.] *In epiſtolis beati Gregorij partim legitur,* hoſtem collectum habet: *partim verò,* hoſtis collectam habet. *Apud Anſelmum verò eſt,* hoſtium collectam habet.

D ¶ In Marchia.] *In epiſtolis impreſſis eſt,* Narinas. *in vno autem manuſcripto codice,* Narnia.

E ¶ Sculpas. *in pleriſque vetuſtis, ſicut etiam in codicibus B. Gregorij impreſſis, & manuſcriptis, legitur,* ſcultas, *quæ vox etiam apud Paulum Diaconum, & alios ſcriptores ſignificat exploratores, quod vidit etiam auctor gloſſæ.*

In Regeſto etiam legitur, quòd B. Gregorius ciuibus Thuſcię, vt contra Longobardos arma pararent, mandauit, & militantibus ſtipendia decreuit. Hoc ergo exemplo, & præmiſſis auctoritatibus claret, quòd ſacerdotes, etſi propria manu arma arripere non debeant, tamen vel his, quibus huiuſmodi officia commiſſa ſunt, perſuadere, vel quibuſlibet, vt ea arripiãt, ſua auctoritate valeant imperare.

d ¶ *Obſideſque.*] "Ergo liber homo poteſt eſſe obſes pro pace ſeruanda, non pro pecunia, vt extra de iureiur. ex reſcripto. argu. ad idem ff. de teſta. obſides. ff. de iure fi. diuus. Quid ergo eſt quod dicitur, liber homo non poteſt obligari, vt extr. de pi. c. 2. C. quæ res pi. obl. poſ. qui filios? Ad hoc dico quòd liber homo non poteſt obligari. nec habetur in eo ius pignoris: ſed tantùm ius retentionis[a]. Nam video ꝙ quandoque tenetur res aliqua pro ea pecunia, pro qua non eſt obligata, vt C. ob chirograph. pe. l. vnica. Quod autem dicitur in illa decr. ex reſcripto. intelligo ꝙ pro neceſſitate eccleſię & auctoritate Papæ factũ fuit. Aliàs clericus nõ poteſt renuntiare beneficio canonis illius, ſi quis ſuadente. vt ex. de ſent. ext. contingit. ea nanque quæ in nos committuntur, dimittere poſſumus, ſed quę in Deum vel eccleſiã, minime. vt ſ. e. q. 4. ſi is qui.

"Homo liber an poſſit obligari.

† al. ſubditione.

a De hoc ẽt not. 10. q. 2. hoc ius. in glo. quia ad profanos.

† comprehẽdi] Orig.

e ¶ *Denuo.*] ergo aliquis poteſt bis iurare ſuper eodem negotio: vt ext. de teſt. quoties. & ff. de dam. inf. qui bona. §. pe. q̃d concedo ſi ſubeſt cauſa ſuſpicionis. Io. ſed certè tamtùm ſemel iuratur. & q̃d dicit ibi decretalis, duplici, i. duos habens articulos, ſ. de auditu & de credulitate. B. "Sed ſi quis ſemel eſt periurus, amodo non eſt ab eo recipiendum teſtimoniũ illius: ſed alia cautio eſt ab eo recipienda, vt extr. de præſum. literas. in fi. ex quo enim ſemel eſt periurus, præſumitur ꝙ ſemper velit peierare, vt 2.q.7. non poteſt. De hoc notaui 22.q.5. paruuli. Itẽ habes hic ꝙ plus creditur iuratoriæ cautioni, quàm pignoratitiæ, cum tamen regula iuris dicat ꝙ plus eſt cautionis in re, quàm in perſona. ff. de re. iur. plus cautionis. Io. de Fant.

†al. ſcultas

"Piuri teſtimoniũ non eſt amplius recipiendũ.

f ¶ *Dubios.*] quia ſcriptum hoſtis inducit ſuſpicionem, quod eſt contra id 11.q.3. in cũctis. adeò vt ſecundò cogantur iſti iurare.

g ¶ *De ſacramentis.*] eorum, eo ꝙ timor eſt ne labantur in periurium, vt ext. de coha. cle. & mul. clericos.

h ¶ *Sculpas.*] aliàs ſcultas, i. exploratores[b].

b Et eſt vulga e Hiſpanorũ ſicut Italici, dñt ſpias. I. de F.

IN REGESTO. CASVS. Legitur in regeſto, ꝙ beatus Greg. Thuſcos contra Lõbardos inuitauit, & militan-

3 ¶*Sed obijcitur illud Nicolai ad Ludouicum, & Carolum Reges.*

¶Epiſcopi non debent militaribus occupari negotijs.

C A P. XIX.

1 REprehenſibile valde cõſtat eſſe, quod ſubintuliſti, dicendo, maiorem partem omnium epiſcoporum die noctuque cum alijs fidelibus tuis contra pyratas maritimos inuigilare, obidque epiſcopi impediantur venire, cum militum Chriſti ſit Chriſto ſeruire: militum verò ſeculi, ſeculo, ſecũdum quod ſcriptum eſt, [Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus.] Quòd ſi ſeculi milites ſeculari militiæ ſtudent, quid ad epiſcopos & milites Chriſti, niſi vt vacẽt orationibus [a] †?

¶*Epiſtola, ex qua ſumptum eſt hoc caput, extat Romę in monaſterio Dominicanorum ſcripta Ludouico, & Carolo Regibus: cuius initium eſt,* Credimus ex Dei dono, *in qua de Carolo, ſermonem propriè ad ipſum conuertens, quæritur Pontifex, ob quaſdam excuſationes, & hanc præcipuè, quæ hoc capite continetur, nullos epiſcopos Romam ad ſynodum, quã ipſe habere volebat, miſſos fuiſſe. Propterea mutatus eſt titulus, qui antea erat*, ad Carolum Imperatorem.

Item Gregorius Papa lib. 7. epiſt. 1. ad Sabinianum.

¶In mortem cuiuslibet hominis epiſcopi ſe miſcere formident.

C A P. XX.

SI in morte Longobardorũ me miſcere voluiſſem, hodie Longobardorum gẽs nec regem, nec duces, nec comites haberet, atque in ſumma confuſione eſſet diuiſa. Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis miſcere formido.

Ecce quòd Nicolaus Papa prohibet epiſcopos ſeculari militia occupari: nec etiam contra maritimos pyratas permittit eos ad pugnam accedere. Quomodo ergo Leo Papa aduerſus Sarracenos vrbem egreditur, & vt eos procul à litore arceat, populum vndique conuocat, & ſuorũ iniurias præſentialiter vindicat, atque cum Gregorio milites ad arma inuitat? Sed notandum eſt quoſdam epiſcopos leuitica tantùm portione eſſe contentos: qui, ſicut in Dei ſorte tantùm numerantur, ſic ipſum Deum ſolummodo in hæreditatem accipiunt, dicentes [Dominus pars hæreditatis meæ] His nihil eſt commune cum principibus ſeculi, quia temporalia penitus abijciunt, ne eorum occaſione legibus Imperatorum obnoxij teneantur. Talibus nulla occaſio relinquitur occupationis ſecularis militiæ: quia cum de decimis, & primitijs viuant, tanquàm filij ſummi regis in omni regno à terrenis exactionibus liberi ſunt, ita, vt dicere valeant [Venit princeps huius mundi, & in nobis non habet quidquam.] Porrò alij ſunt, qui non contenti decimis, & primitijs, prædia, villas, & caſtella, & ciuitates poſſident, ex quibus Cæſari debent tributa, niſi Imperiali benignitate immunitatem ab huiuſmodi promeruerint. Quibus à Domino dicitur. [Reddite quę ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.] Quibus idẽ Apoſtolus. [Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal.]

Vnde Ambroſius ad Marcellinã ſororem. epiſt. 33.

¶Eccleſię Imperatoribus non ſunt obnoxiæ.

C A P. XXI.

COnuenior ipſe à comitib⁹, & tribunis, vt baſilicę fieret matura traditio, dicentibus Imperatorem iure ſuo vti, eo quòd in poteſtate eius eſsẽt omnia [b]. Reſpondi, ſi à me peteret quod meum eſſet, id eſt, fundum meum, argentũ meũ, ius huiuſmodi meum, me non refragaturum [c], quanquam omnia, quæ mea ſunt, eſſent pauperum: verùm ea, quæ diuina [d] ſunt, Imperatoriæ poteſtati non eſſe ſubiecta. Si patrimonium petitur, inuadite, ſi corpus, occurram: Vultis in vincula rapere? vultis in mortem? voluptati eſt mihi, non ego me vallabo circumfuſione populorum, nec altaria tenebo vitam obſecrans, ſed pro altaribus [e] gratius immolabor. Horrebam quippe animo, cum armatos ad baſilicam eccleſiæ occupandam miſſos cognoſcerem, ne dum ba-

militãtib. ſtipendia decreuit. Quo exemplo, & præmiſſis auctoritatibus patet, quòd licet clerici propria manu pugnare non debeant, quoſcunque tamen hortari poſſunt ad pugnã. poſteà probat contrarium per ſequentia c.

SED OBIICITVR. Hæc eſt 3. pars q. in qua probat per quatuor aucto. ꝙ ſacerdotes non debent pugnare, ſcilicet manu propria. Io. de Fant.

REprehenſibile. CASVS. Cum Nicolaus præcepit quibuſdam epiſcopis, vt Romam venirent, Carolus Imperator ſcribit ei quòd ire non poterant: quia contra maritimos pyratas die noctuque cum alijs fidelibus inuigilabant. qđ Nicolaus dixit eſſe reprehenſibile: cum hoc tantùm militibus ſecularibus conueniat. ad quod probandum inducit auctoritatẽ Pauli, ſequens c. patet.

1 Iuo p. 5. c. 334.

2. Tim. 2.

a ¶*Orationibus.*] G. intellexit hoc ca. de epiſcopis qui tantùm leuitica portione ſunt contenti, vt j. prox. §. ſed hæc eſt veritas, quòd ideo tantùm redarguũtur iſti epiſcopi, quia citati à Papa noluerũt venire, & excuſabant ſe propter mandatum regis. "Licet enim mãdato regis ſit potius obediendum, quàm metropolitani, vt ſ. 18. diſtin. ſi epiſcopus. tamen Papæ potius obediant, quàm regi. Alij intelligunt de epiſcopis non habentibus regalia.

† al. orationi] Orig.

" Regi an metropolitano potius debet obedire eſs.

S*I in morte.*] ECCE. CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte G. breuiter epilogat contrarietates ab illo §. *His ita.* In ſecunda ſoluit dictam cõtrarietatem, dicens quòd epiſcopi, qui feudum non habẽt à principibus, ſed viuunt tantùm de decimis, primitijs & oblationibus ſeculari militia occupari nõ debẽt. Alij verò qui à principibus feuda retinent, principibus ſeruire tenentur. quod probat duabus auctoritatibus, ſcilicet Chriſti, & Pauli: niſi ab illis à quibus feuda tenent, ſuper huiuſmodi promeruerint immunitatem.

C*Onuenior.*] CASVS. Imperator miſit milites Gothos ad Ambroſium, vt præciperent ſibi ex parte Imperatoris, vt quandam baſilicam ſibi traderet feſtinanter, quam hæreticis tradere volebat. Ambroſius verò reſpondet, Si quod meum eſt peteret Imperator, non denegarẽ, quamuis omnia mea pauperum ſunt. ſed quia quæ Dei ſunt poſtulat, in quibus Imperator poteſtatem non habet, potius eſt vt vitam mihi auferat, quàm eccleſiam ſibi concedam, ad inſtar Nabuthæ, qui potius ſe permiſit interfici, quàm patrimonium ſuum Achab Regi vendere vellet. ſed cum viderem milites armatos, orabam ne ibi fieret aliqua ſtrages, q̃ verteretur in perniciẽ ciuitatis, nec me defendam: quia lachrymæ meæ, arma mea ſunt, & ſi mihi liceret, libenter irem ad palatium principis, in quo epiſcopus conueniri non poteſt: ſed coram iudice eccleſiaſtico. Et ſi dicatur, ꝙ Imperatoris ſunt omnia, reſpondetur non eſſe verum: quia in diuinis poteſtatem non habet, cum ſcriptum eſt, quæ ſunt Dei, Deo: quę ſunt Cæſaris, Cæſari. quod autem dicitur ibi quæ, ſcilicet ſcriptura. reſpondit per Iob, vxori Iob dicenti: Benedic Deo, & morere. turbamini, ò vos ciues. Non deſeram vos, ciues. *Chriſtus*, id eſt epiſcopus vel perſona eccleſiaſtica, ſed iudex eccleſiaſticus. *De me*, id eſt, quod meum eſt.

Pſal. 15.

Matth. 17.

Ioan. 14.

Matth. 22.

Rom. 13.

b ¶*Omnia.*] ergo omnia ſunt Imperatoris, vt ſ. diſtinct. 8. quo iure. C. de quadr. præſcr. bene à Zenone. Sed hoc intelligas quo ad iuriſdictionem [a], & defenſionem.

a Vel dic ꝙ licet iſti ita dicerent, nõ tñ iſtud concedit eps. ſiue Ambroſ. j. e. c. quia ñ eſt verũ, ꝙ omnia ſint eius, licet videatur dicere l. C. de qua. præſcr. bene à Zenone, quia illud locum nõ habet in eccleſiaſticis, &c.

